MENTEM ALIT ET EXCOLIT
K.K. HOFBIBLIOTHEK
ÖSTERR. NATIONALBIBLIOTHEK
51. R. 15
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

I.E.2.18.

Digitized by Google

DE REGNIS
DALMATIÆ CROATIÆ SCLAVONIÆ
NOTITIÆ PRÆLIMINARES.

PERIODIS IV. DISTINCTÆ

QUIBUS EX SCOPO ET FINE

Poſt veteris Pannoniæ præcipue *Saviæ* ſub Florente decreſcenteque Romano Imperio; deinde ſuccedentis Sclavoniæ Croatiæque, notitias: Regno Hungariæ ſtabilito; Sacræ Coronæ, hujuſque Apoſtolicorum Regum, in memorata Regna: *Serviam* item & *Boſniam*, ſive *Ramam* aut *Raſciam*, ac fatorum Regnorum appertinentias, *Jura*: cum *Poſſeſſorio;* ſerie Regum: Gubernationis quoque ratio: MAJESTAS Regalis, cæteraque: ex Diplomatibus, aliiſque juſtis ac legalibus, Hiſtoricæ veritatis fundamentis, cum Scriptorum variorumque præjudiciorum examine: ac demum *actualis utriuſque Sclavoniæ Croatiæque*, ſecundum multiplices juriſdictiones relatione, exponerentur

Studiô, labore, ac impenſis

NOBILIS HONORABILISQUE VIRI

BALTHASARIS ADAMI KERCSELICH DE CORBAVIA.

Regiæ Apoſtolicæ Majeſtatis clementiâ, Abbatis Inſulati SS. Apoſtolorum Petri & Pauli de Kács, ac in Regnis Dal. Croat. & Sclavoniæ Tabulæ Judiciariæ Aſſeſſoris: & Cathedralis Eccleſiæ Zagrabienſis humilis Canonici:

Ex Privilegio Regio, & Superiorum, Regiaque Excel. Commiſſionis, Cenſuræ librorum Facultate.



ZAGRABIÆ. 1770

TYPIS DEMUM ANTONII JANDERA, V.C.E.Z. TYPOGRAPHI.

Digitized by Google

Hoc genus eruditos nec magnopere diligo nec magnifacio, qui Comicis & Tragicis fabulis, & laudationum blandimentis, linguas occupârunt. Sed eos potius, qui aut naturam rerum pro virili ſua indagârunt: aut hiſtorias diſperſas, & aliorum dicta factaque, ad animi fortitudinem, aut prudentiam ſpectantia, ſuo labore collecta, ad maximam poſteritatis utilitatem ediderunt. Niceph. Gregor. Lib. 1. C. 1.

Digitized by Google

AUGUSTISSIMÆ
INVICTISSIMÆ AC GLORIOSISSIMÆ
ROMANORUM IMPERATRICI
VIDUÆ.

MARIÆ THERESIÆ

APOSTOLICÆ HUNGARIÆ
NEC NON
BOHEMIÆ, DALMATIÆ, CROATIÆ, SERVIÆ, RASCIÆ,
GALLICIÆ, LODOMERIÆ, CUMANIÆ, BULGARIÆ,
SCLAVONIÆQUE
REGINÆ,
ARCHIDUCI AUSTRIÆ,
DUCI
BURGUNDIÆ, BRABANTIÆ, MEDIOLANI,
STIRIÆ, CARINTHIÆ, CARNIOLIÆ, LUXENBURGI,
WÜRTENBERGÆ, UTRIUSQUE SILESIÆ,
PRINCIPI
SUEVIÆ, ET TRANSYLVANIÆ,
MARCHIONI
S. R. I. BURGOVIÆ, MORAVIÆ, UTRIUSQUÆ LUSATIÆ,
COMITI,
HABSPURGI, FLANDRIÆ, TYROLIS, FERETIS,
KYBURGI, GORITIÆ.
DOMINÆ
MARCHIÆ SLAVONICÆ, ET PORTUS NAONIS &c. &c.
DOMINÆ DOMINÆ
CLEMENTISSIMÆ.

Digitized by Google

AUGUSTISSIMA DOMINA IMPERATRIX VIDUA, REGINA APOSTOLICA DOMINA MEA NATURALIS, ET CLEMENTISSIMA.

Reddere unicuique ſuum, Juſtitiæ eſt. Salvatoris item noſtri doctrina; Qui, viſo nummo atque imagine Cæſaris, quæ Dei *ſunt* Deo*: quæ vero Cæſaris Regumque, his, reddenda eſſe pronunciavit.*

Sacra Regni Hungariæ Corona, cum ſpectantibus ad eam Regnis; Sclavoniæ, Croatiæ, Dalmatiæ, Majestatis Vestræ *hæreditarie ſunt; proinde dum opere hoc,* Jura Coronæ *in Dalmatiam, Croatiam, Sclavonim, Boſniam item atque Serviam: cum Prædeceſſorum Regum* Poſſeſſorii *narratione, demonſtrantur: dum ab aliorum prætenſionibus, per examen vindicantur: dum* Regalis Poteſtas *exponitur: Hæc, ut* Majestati Vestræ *propria, Eidem, inſcribenda dedicandaque fuere.*

Sed inſuper, tam Avi Majestatis Vestræ Apostolicæ, *Victorioſiſſimi videlicet* Leopoldi *vota; quam &* Majestatis Vestræ *naturalis & Clementiſſimæ Dominæ, in his Regionibus* Facta, *opus iſtud* Majestati Vestræ *conſecrandum exigebant.*

Optabat Leopoldus, *ſive ex neceſſitatibus* Ferdinandi I, *atque II. Prædeceſſorum ſuorum; ſive ob victorioſa tum, arma ſua; ſive ex Regio officio (una hæredibus, ſucceſſoribusque ſuis couſulturus) ſi à quopiam,* Jura Coronæ ſuæ, *ſemper credita, & per* Titulos *Hungariæ Regum, à ſæculis imperturbate roborata, ita illuſtrentur: ut tam Romanorum Pontificum; quam etiam tot Europæ Principum (pag. 310.) recognitio; juſta fundataque in jure, ab omnibus videatur: prætereaque Scriptoribus Venetis, ac evulgatis per Joannem Lucium argutis deductionibus reſponderetur. Opus ſolicitæ curæ providentiæque Regiæ, Lib. Baroni Paulo Ritter Conſiliario ſuo, ſcribendum demandaverat, proſpiciendo quoque de mediis. Qui, ad finem hunc, dum quæ-*

rit, colligit, deſcribitque neceſſaria, ob ſecutam Leopoldi *mortem, opus perficere non valuit: quinimmo illud ob præjudicia relinquere debuit.*

Apostolica Majestas Vestra, *Auguſtorum Progenitorum Suorum, Coronæ Regnorumque, hæres eſt. Quid igitur pietati* Majestatis Vestræ *tenerius? aut convenientius eſſe poteſt? quam videre completa Avi ſui vota, ſtudia, curas, quibus ille, Coronæ, Regnisque Hæredum ſuorum, in eventuris neceſſitatibus proſpectum iri cupiebat. Conſcribendum à Rittero opus, dedicandum olim D.* Leopoldo *fuerat; Sed nec illud Ritterus inſcribere, nec* Leopoldus *videre potuit. Cum vivat Regnetque in Digniſſima* Nepte *ſua* Leopoldus, *reaſumptum opus, tanto magis* Majestati Vestræ *devovendum erat; quod de clementiſſimo anutu ſuo, per Ritterum hanc in rem collecta, mihi extradata, & ad me devoluta haberentur, ſub fiducia expectationeque Regia: ſi, quid utilis* Majestatis Vestræ *ſuorumque Hæredum ac Succeſſorum Juribus; aut Regnis Provinciisque* Majestatis Vestræ Apostolicæ *illuſtrandis, vel illa continerent, vel abs me plura eruerentur, ut per me collecta demum ederentur.*

Regiæ *porro* Maternæque Majestatis Vestræ, *has in Regiones effuſæ* gratiæ, *majores ſunt; quam ut harum ſufficiens ad poſteritatem poni valeat monumentum. Erigebantur olim Templa, Aræ, Statuæ, aut cum inſcriptionibus marmora. Nihil invenit, nihil poſuit antiquitas, quod* Apostolicæ Majestati Vestræ *non debere mus.*

APOSTOLATUM Majestatis Vestræ, *his ex Regionibus in æternum prædicabunt, Græci Ritus Unitorum fideles, qui,* Sanctum Regem *in* Majestate Vestra *(ut à pag. 431.) agnoſcunt, & venerantur.* Diſciplinæ Chriſtianæ *ſtudium:* Sacræve Suppellectilis *proviſionem,* inferior *demonſtrabit* Sclavonia. *Hæc in ſingulis templis ſuis, factam à* Majestate Vestra Apostolica *proviſionem*

Sa-

Digitized by Google

Sacrarum rerum docebit. Neque in una Eccleſia, ut S. Gisellæ Vesprimii; *at in ſingulis Sclavonicis, reliquiæ devotionis, ac Apoſtolatus* Majestatis Vestræ *perennabunt. De Geyſa I. ſcriptum eſt: exiſtimaſſe Eum, Ritus moresque ethnicos, componi poſſe cum religione Catholica; At errorem hunc, ab ejus filio Sancto Rege Stephano, per conſtitutos Epiſcopatus fuiſſe ſublatum.* Sclavonia inferior, *in barbaris moribus, neglectuque omni, Turcarum inſtar; poſt ſui,* Leopoldi *armis, e mancipatu Egyptiaco ſive Ottomano, eductionem; Septuaginta & amplius annis, Catholico ſub nomine detinebatur! Jam ab anno 1753. per* Apoſtolatum Majestatis Vestræ, *ab inductis eo Sacerdotibus, & Parochiis horum conſtitutis, mores corrigit, libros edit, regulataque eſt in jurisdictionibus atque Urbariis.*

In Superiore Sclavonia, *Partibusque eidem annexis Croatiæ;* Majestas Vestra Apostolica, *non ſolum perfecit* Patris ſui M. Caroli VI., *in regulandis Sclavoniæ Croatiæque Confiniis conatus; ſed* Banalia *ſic dicta* Confinia, *omnium Regum* Prima *regulando, ac* Suo, *ſuorumque Hæredum aptando ſervitiis, proſpexit Patriæ, Coronæ, Populo. Quantum publico? quantum ſaluti Civium? quantum vitæ commodis? ex tot, tantorumque ſalaria recipientium numero, conſultum ſit? res ipſa loquitur. Evaneſcit barbaries vetus, cultior evadit agricola, miles a latrone diſtinguitur.*

Sed Majestatis Vestræ Gratiæ, *in jurisdictionem una Regnicolarem diffuſæ ſunt. Data eſt legalis Comitatibus jurisdictio: aucta quorumvis ſalaria: multiplicata officia: erectum Conſilium Regium; ut Nobilium quivis, mereri ſervireque volens, atque a Nobilitate non degener, de vitæ mediis; de officio Civili, gaudere proviſusque eſſe valeat. Hæc, totque alia, Regiæ Clementiæ, illiusque* Matris *affectus, quæ ſibi ſubjectorum cultui, proſperitati, vitæ, filiorum*

in-

Digitized by Google

inſtar ſuorum intendit, quanta ſunt? veneramur & agnoſcimus: quantumque Majestati Vestræ *debeamus? videmus.*

Tot tantisque Apostolicæ Majestatis Vestræ *Gratiis, minora ſunt quævis marmora, & in his inſcriptionum memoriæ; caduca enim ſunt, caſibusque obnoxia; ac loci illius tantum, in quo collocantur. Nec perennant, vel per mundum diffunduntur, niſi ſcribantur, pateantque ex libris. Ibit, diſpergeturque per orbem opus hoc, futurum ubivis* Tantæ Majestatis *perenne monumentum. Neque* Majestatis Vestræ, *Coronæque ſuæ tantum, perhibebit jura; ſed curas una proviſionesque: Quin Materna Regiaque ſibi ſubjectis, a* Majestate Vestra *præſtita beneficia: Magnitudinemque ac deſiderium* Apostolicæ Majestatis Vestræ *apud Nationes omnes, faciet ſempiternum.*

Dedicari ergo opus hoc Majestati Vestræ *debuit, in tantorum patriæ huic meæ beneficiorum gratam memoriam; quam &, ad demonſtrandum mundo,* Majestatis Vestræ *providentia, reduci Regiones has in illud decus, quo gaudebant ſub florente olim veteri Romano imperio. Ad ætatem illam, qua, ſedes erant: tot olim* Augustorum, *Imperiique Romani, tutiſſimum præſidium. Videt nunc Sclavonia, eſſe re* Andavtoniam *veterem rempublicam illam, quæ Regum condam ſuoſum venerata beneficia, horum memorias tot ſæculis ſepultas; atque ſub Glorioſiſſimo* Majestatis Vestræ *Imperio repertas atque erutas admiratur, fatendo: Vah adorandum myſterium! Sub actualis Sclavoniæ Matre; Matris Andavtonii veteris, gratitudinis ergo poſitas ad poſteritatem memorias, nunc erui: Illiusque Matris, atque Familiæ revocari memorias, cui Sacrum erat pro ſalute Patriæ ſe devovere.*

Devovit ſemet amplius Majestas Vestra Sacratissima, *dum non ſolum in ſalutem Regionum harum; Sed ut vera Mater, in earundem*

Digitized by Google

dem commoda, educationem Nobilem, conſequendamque apud Nationes cæteras gloriam, intendit tenerrime. Impius ingratusque ſubditus ac Sacerdos ego eſſem, cui, dum tot Antenatorum Suorum; Majestatis *quoque* Vestræ, *adeo momentoſa beneficia, in has Regiones (quarum eſſem filius) copioſe effuſa, perſpicere penetrareque datum eſt, devovere me in jurium* Majestatis Vestræ, *ſuæque Sacræ Coronæ defenſionem dubitarem.*

Fructus iſte, eſt extirpari incoatorum per Majestatem Vestram *præjudiciorum, atque abuſuum veterum: Fructus ſcholarum, ſtudiorumque priorum (immortali* Nominis Majestatis Vestræ *Gloria) reformationis. Magna eſt* Majestas Vestra, *orbis totius conſenſu, tot geſtis bellis, tot triumphis, tot ac ubivis benefactis. Verum ſtudiorum regulatione, evaſit peremnabitque* Maxima. *Saluti tantorum hoc facto conſuluit: dum veram ſolidamque doctrinam, pietatem, juſtitiam, diſcere ac profiteri, exponereque,* Majestate Vestra *protegente, audemus. Dum utiles bonasque litteras ſequi: dum ad agnitionem veritatis contendere licet. Quis Apoſtolatum hinc* Majestatis Vestræ *non agnoſcat, veneretur que? Quis a* DEO *electam? nobisque, ut olim* Paulus *gentibus, datam eſſe non videat?*

Abuſus veteres tot tantique (quos legum noſtrarum teſtantur Articuli) nec latis legibus, nec Regum Reſcriptis, a Sæculis adhuc extirpari potuere. Majestatis Vestræ *cura, providentia, Zelo; ſua ſponte ceſſabunt omnes, ut vetus olim Judæorum Synagoga. Deſtruetur opinionum anarchia, imaginationum templa, ſuſpicionum adoratio. Sequetur pax unioque intra ſubditos, dum ab exemplo illuſtratorum a Divino Spiritu Apoſtolorum Chriſti, una eademque doctrina firmabitur; ceſſabitque clamor ille, ego ſum Pauli, ego Apollo, Petri ego: Sic author meus, ſic Statuta noſtra, ſic Senes vel traditio. Verbo,*

X 2 dum

Digitized by Google

dum Magiſtrum unum, & Legislatorem, juxta Doctrinam Salvatoris cognoverimus, legumque interpretationes, haud ex privatorum arbitrio; Sed ex Sublimium Poteſtatum oraculis, & Legislatoribus petemus. Tum profecto Sublimiores poteſtates cognoſcere, ac cuivis quod ſuum eſt tribuere, atque his obedire ſciemus.

BENEDICTÆ INTER MULIERES, *a poſteritate omni jure optimo* Majestati Vestræ *attribuetur prærogativa; dum* Majestatis Vestræ *providentia, implantata nataque creſcent, producentque fructus DEO ac hominibus acceptos. Si Andreas II. ſi Bela IV. ſi Carolus I. Ludovicus Magnus, aut Sigismundus, veram ſolidamque ſtudiorum rationem incoaviſſent, Coronæ ſubditi de Majeſtate nec cum Mathia I. diſputaſſent; nec ſub Uladislao II. eam Regi eripuiſſent; minime vero Ferdinando I, Majeſtatem quidam invidiſſent. Quævis Reipublicæ calamitates, tantorumque caſtigationes atque interitus; Regnorum Sacræ Coronæ excidia, amiſſionesque; cauſatæ inde ſunt: quod obtentis a Regum gratia dignitatibus, licere quævis creditum fuerit; eſſeque tales, nequaquam Regale miniſterium; aſt Angelos illos, qui pares eſſe ambiebant Altiſſimo: Quod, vera ſolidaque ingeniorum cultura neglecta! virtutes ex affectibus, ex opinione juſtitiam, ex ſuſpicionibus vindictam, æquivocationibus ſcientiam, metiri ac deſumere diſſimulatum tolleratumque fuerit. Et ne hæc arbitrarie divinari quis exiſtimet? perpendat quæſo diſcrimen illud, quod eſt intra bene educatos neglectosque homines; quod intra Sylveſtres & cicuratas pecudes; quod inter cultos hortos, & plena Spinis urticisque deſerta.* Majestas Vestra Sacratissima *dum quorumvis anteriorum malorum radices atque ſemina extirpare incoavit, quæ quantaque ſit? aut fuerit? orbis totus obſtupeſcet, prædicabit, mirabiturque poſteritas.*

Ro-

Digitized by Google

*Roma olim translatis è Græcia in ſui medium litteris, Monarchiam eſt conſecuta. Verum hanc æque perdidit, ab illarum neglectu. Chriſtiana Religio ab adventu Divini Spiritus, cognitione veritatis illuſtrata, (*Ille vos docebit omnem veritatem*) crevit, firmata eſt, triumphavit.* Moses *ſummus eſt: à populi ſui cultura, hujusque ex captivitate Egypti eductione: Populumque ſuum per hæc, celeberrimum olim atque Divinum effecerat.*

Fructum itaque hunc, meæ quidem collectionis laborisque; Majestatis *autem* Vestræ *pietatis ac providentiæ, clementiſſime ſuſcipere,* Majestas Vestra *Apoſtolica ut dignetur, ſupplex oro devotiſſime. Si in hoc, ſubditi ſui fidelitatem; ſi devotionem* Majestati Vestræ *debitam; ſi* Jurium, *Regnorumque ſuorum illuſtrationis conatum, clementer perſpicere non dedignabitur: tum mihi, cum & aliis addentur ſtimuli, ut* Majestate Vestra *protegente, utilium bonarumque litterarum flores atque fructus, in Regnis Provinciisque* Majestatis Vestræ *uberiores, maturioresque appareant. Surgent, properabuntque tot, intra ſubditos* Majestatis Vestræ, *latitantes fideles Nicodemi, ad illuſtranda tot tantaque, obſcurata hactenus; ad diſſipandas variarum prætenſionum ſpiſſas æquivocationum nebulas, adumbrataque jura; per Regna & Provincias* Majestatis Vestræ *ex, tenſa. Regali Poteſtati æque a DEO inſtitutæ, invidebit nemo: neque parem; minus verò majorem ſeſe jactabit quispiam; dum cognoſcent omnes, a ſubjectionis obligatione, eximi ſemet, vel abſolvi nequire. Hinc conabuntur ſinguli,* Majestatem Vestram, *ſuosque* Augustissimos Hæredes, *uti vita; ſic & calamo, in Regnis Provinciisque* Vestris, *juribus item legitimis & competentibus tueri, defendere, conſervare; quin amiſſa, involuta vel ſepulta; vindicare, ſolvere, effodere, rehabere: nec erit ad inferos via, reprobationisque æternæ*

in-

Digitized by Google

indicium, ſeſe pro ſalute patriæ, pro Regum & Reipublicæ ſuæ juſtitia, veritatis profeſſione, devovere deinceps. Quæ, ut eveniant, Majestatemque Vestram, *DEûs, quam diutiſſime pro gloria ſua, & veritatis a plerisque agnitione; Regnorum item Salute, ſervet incolumem: fructusque Providentiæ ſuæ videre: atque ex his, ſibi ſubjectorum utilitatem experiri ut faciat, pro Sacerdotali munio oraturus, Emorior.*

MAJESTATI VESTRÆ APOSTOLICÆ.

Obedientiſſimus devotusque Subditus,
& Capellanus Humillimus: Balthaſar Adamus Kercselich, C. Eccl. Zagr. humilisCanonicus.

Digitized by Google

BALTHASAR ADAMUS KERCSELICH

LECTURIS SALUTEM OMNEQUE BONUM.

Motiva quarumvis operis hujus, in ſubmiſſione debitoque ſingulis honore, exponit.

NObilium hominum ab ignobilibus diſtinctam conditionem, (*Iſai. 3. Job 10*) Sacræ teſtantur paginæ. Quin variarum claſſium cenſetur Nobilitas; *Naturalis* videlicet, ſeu publica, *Civilis*: *Privata*: demumque *Mixta.* Omnis vero in virtute fundatur, ut, ſecundum cujusvis Reipublicæ legum rationem obtenta, virtutis præmium atque ornamentum habeatur. Sunt quidam, *qui ſcelere Nobiles fieri volunt*, teſte apud Saluſt. Plauto; Divuſque Hieronymus, Helvidio objicit: *Nobilis factus es ſcelere.* Verum hæc, *Noſcibilitas* rectius ſunt, quam vera legaliſque Nobilitas, coarguuntque facinoroſos criminis, dum virtutis præmium ex ſceleribus quærunt. Omnis enim, *qui virtute deſerta,* (Boeti. de conſol. l. 4.) *homo eſſe deſiit, cum in divinam conditionem tranſire non poſſit, neceſſe eſt vertatur in belluam, unde avarus homo in lupos*: *ferox canis, doloſus vulpes dicitur.* Pithagoris illam, animarum transmigrationem in beſtias, haud male interprætari exiſtimo, pro iis hominibus; quorum imaginatio & mores, brutorum imaginationi atque affectibus miſcetur. Neque enim doceret Pithagoras, *animam hominis fieri beſtiam*; ſed induere, ſubire, transire.

Præcipua venerandaque eſt *naturalis & publica Nobilitas*, hoc eſt illa, quæ in antiquitate avorum atavorumque fundata, ſic ſplendet in filiis ac nepotibus, ut compleatur illud Eccl. 3. *Deus honoravit patrem in filiis.* Secus cum Cicerone clamandum illis: *Tace ruſtice Arpinas, Nobilitas in illis incepit, in te deſinit.* Neque enim ut Philo Hæbr. *Gentilitas ſanguine ſolo æſtimatur apud veritatem judicem; ſed factis ſtudiiſque Majorum ſimilibus. - - - Quibus probro datur generis obſcuritas, poſſunt excuſari, quia nullum cum virtute fuit eis commercium. Vos eſtis inexcuſabiles, qui præclaris prognati familiis, jactatis Majorum ſplendorem ac gloriam: & cum abundetis exemplis domeſticis, nulla vobis inhærent Majorum decora, per veſtram negligentiam.* Cicero in Verr. ita nobiles hos alloquitur: *Cogita quo loco ſis? quid dare populo Romano? quid reddere Majoribus tuis debeas? circumſtant te ſummæ auctoritates, quæ te oblivìſci laudis domeſticæ non ſinant; quæ te noctes dieſque commoneant, fortiſſimum tibi Patrem, ſapientiſſimum Avum, graviſſimum Socerum fuiſſe.* Ut hinc ac prope infinitis aliis, naturalis Nobilitatis eminentia, atque hac præditorum, obligatio; conſequatur.

Civilis Nobilitas cenſetur ea; dum ſive defectu, ſive neglectu naturali præditorum Nobilitate, ex virtutibus Nobiles atque idoneos, Magiſtratuum Civilium officiis, applicare oportet. Quia porro publica officia & dignitates, Nobilia eſſent, ut per leges, Nobiles his præficere neceſſum ſit, ad hæc elevati, ubivis gentium cenſentur Nobiles. Recte Marius apud Saluſt. *Comparate me hominem novum, cum illorum ſuperbia, quæ illi audire, legere ſolent, eorum partem vidi; alia*

egomet

Digitized by Google

egomet geſſi. Platina in Dial. Ver. Nobil: *ii qui ex claris Majoribus orti ob vitia degenerarunt, inglorii & degeneres ſunt habiti; ut Superioris Affricani filius, qui bello Aſiatico ab Anthioco turpiter captus, vitam precario præter Romanum morem. ab hoſte impetravit.* Quare regulæ inſtar habetur: *inter Politicorum dogmata, hæreſis pernicioſa dicenda eſt, ſi ii tantum honore atque publicis officiis digni exiſtimentur, qui ex matris utero illuſtres Titulos recepere.* Sane dum per Magiſtratus Sacros Civilesque regimur; Regisque ad exemplum, componi ſubditorum mores aſſoleant, quis ſanæ mentis, degeneres atque inhabiles anteferat idoneis, propriisque glorioſos virtutibus? Ea ubivis gentium, publicorum officiorum eſt ratio, ut quamvis obtenta, capaces non efficiant nec Divinos poſſeſſores; at elevatorum individuorum ornentur illuſtrenturque virtutibus; nihilominus Nobilia ſunt, cenſenturque. Hinc ad dignitates, Civilesque Reipublicæ Magiſtratus aſſumpti, *gaudent prærogativis Nobilium.* Sic Eccleſiaſticus, Militarisque Status: Doctores, Proto-Notarii &c. Conſideratione videlicet Sacerdotii, doctrinæ, militiæ, officii.

Privata Nobilitas, ex radice Nobilitatis, *virtute* videlicet deſumitur; eſtò ut ad normam legis reddatur quis Nobilis (pro cujusvis Reipublicæ ratione) modi habeantur præſcripti. Hæc, ex *natura virtutis,* in honore eſt atque precio, quà Nobilitatis fundamentum. Sæpe deſunt media, ut legali Nobilitate fulgeat virtuoſus; facit attamen ipſa virtus Nobilem ac honoratum, quia plus eſt: *dignum eſſe* laureâ, honoribus, Nobilitate, dignitatibus, ac hos caſu ſortiri vel emere, demonſtrando palam, ſtatuam ſe eſſe deauratam, ad altare collocatum, aut truncum vel ſervum, fulgore veſtitus ſuperbientem. *Ille clarus, ille ſublimis,* docet Chriſoſtomus, *ille tunc demum ſuam integram Nobilitatem putet, ſi dedignetur ſervire vitiis, & ab eis ſuparari.* Oſorius item: *Nam ille vir magnus, qui primus ingenium ſuum ad gloriæ ſtudium adjunxit; quamvis non appelletur vulgo Nobilis, cum tamen ingentem laudem ſit adeptus, & virtutis inſignia poſteritati relinquat, videtur ſane, præclare jeciſſe fundamenta nobilitatis, atque virtute ſua poſteritatem illuſtraſſe.* Euripides quoque: *Qui non juſtus eſt, licet a Patre meliore quam Jupiter ſit, genus deducat, ignobilis mihi videtur.* Quare Tiraquellus, ex ſenſu cunctarum gentium concludit: *Omnes conſentiunt, bonos mores ſive virtutem, Nobilitati anteponendam.* Attamen dum pro cujusque Reipublicæ conſtitutione, ad Nobilitatem varii modi ſunt (l. Nobiliores c. de comer. & mercat.) *Alii ſunt Nobiles, alii virtuoſi, alii divites, Unde virtus non dicitur Nobilitas, nec divitiæ.* Digni ſumus ob virtutes nobilitate, tametſi eam non conſequamur, dum hujus collatio, a variis ſtat eventibus.

Mixta Nobilitas: virtutibus fulget propriis, ac inſuper vel Civilem, vel naturalem publicam poſſidet. Hæc Princeps eſt, maximæque apud omnes gloriæ, ut ab omni agnoſcendum exiſtimo. *Virtus a nobilitate ſplendore virtutis illuſtrata,* inquit Oſorius, *hac ratione differt, quod virtutis laus in ſingulis cernitur hominibus: Nobilitas autem univerſam gentem amplectitur.* Mixtæ nobilitatis viri, virtuoſis operibus ſuis demonſtrant, filios ac deſcendentes ſe eſſe, illuſtrium ſuorum Antenatorum, *ſi enim filii Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite.* Si vero in virtute deficiunt, degeneres abortivique vocantur.

His ſimilibusque ego in adoleſcentia mea imbutus doctrinis, poſteaquam cognoviſſem: Majores meos, non ſolum intra *Aulites Regios*, relatos olim; verum & *Inſigniis*, veræ vetuſtæque Nobilitatis recognitione, ab Regibus Hungariæ ornatos: in publicis item Regni officiis, politicis æque ac militaribus fuiſſe conſtitutos; ne otio negligentiaque meis, degenerem me; Regibusque, Patriæ, ac Sacræ Coronæ Reipublicæ inutilem, palam & ad oculum exhibeam, cavi diligentiſſime. *Reipublicæ* enim Cicerone teſte, *utile eſt Nobiles eſſe homines, dignos Majoribus ſuis*: Ideo ſi quid maculæ vel obſcuritatis, quiſpiam generis mei contraxiſſet, arbitrabar eſſe pietatis meæ, ut iſtud Ciceronis adverſus Saluſtium expleam: *Ego meis Majoribus virtute mea præluxi, ut ſi prius noti non fuerint, a me incipiant*

initium

Digitized by Google

initium memoriæ ſuæ: Tuis tu vitâ, quam turpiter egiſti, magnas obfudiſti tenebras; ut etiamſi fuerint egregii Cives, certe venerint in oblivionem. Mea quidem ſententia, illi, *qui nil lucis habent, niſi a luce Majorum, tenebras illis addunt, damnantque progenitorum curas, damnataſque eſſe teſtantur.* Cum porro tot tantaque ſint, virtutis teſtandæ media; ut a ſingulis univerſa præſtari nequeant; ſed hæc ab his; ab illis alia: ego perpendens illud (Daniel. 12.) *Qui docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti, & qui ad juſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates*, doctrinæ conſequendæ conatus adhibui, amplexatus præcipue Eccleſiaſticum ſtatum; quem doctrina commendari ornarique, Chriſti inſtitutio, Sacrive evincunt Canones. Hinc ego Sacerdotii finem, haud a divitiis mundique pompis metiens, adhæſi Salvatoris doctrinæ, Apoſtolorumque exemplis. Quin Ciceronis etſi Ethnici ſententiæ: *Quis dubitet? quia in virtute divitiæ poſitæ ſint; quoniam nulla poſſeſſio, nulla vis auri & argenti pluris æſtimanda, quam virtus eſt. Etenim ſi callidi rerum æſtimatores, prata & areas quaſdam magni æſtimant, quod ei generi poſſeſſionum minime quaſi nocere poteſt, quanti eſt æſtimanda virtus, quæ non eripi, nec ſurripi poteſt unquam: neque naufragio, neque incendio amittitur: nec temporum, nec tempeſtatum permutatione mutatur. Qua qui præditi ſunt, ſoli ſunt divites; ſoli enim poſſident res, & fructuoſas & ſempiternas.* Addidit his calcar, Excellm. olim Zagrabienſis Eccleſiæ Epiſcopus *Braniugh Georgius*, dum me anno 1747 die 23 Januarii, Cathedralis hujus Eccleſiæ creavit Canonicum, quo in munio, neceſſariam eſſe doctrinam, non ſolum municipales leges; verum ob prærogativas Capitulorum, hæ quoque exigerent. Neque ſufficiens eſſet de rebus metaphyſicis diſputatio: at Legum quarumvis, ſolida requireretur cognitio, cauſa ſive judiciorum, ſive ſuffragii conſiliique in publicis Reipublicæ vel judiciis, vel comitiis. Neceſſitatem verò quorumvis connatuum meorum, atque poſſibilis diligentiæ impoſuit, *Auguſta Domina atque Apoſtolica Regina*, dum in expeditione collatæ mihi Titularis Abbatiæ, *SS. Apoſtolorum Petri & Pauli de Kács* in Diæceſi Agrienſi, ſequentia, 1749 die 23 Julii, inſerta legi: *NOS MARIA THERESIA - - - Quod Nos benignum habentes reſpectum, ad præclaras virtutes, & excellentes animi dotes: doctrinam item, & Eruditionem eximiam, exemplariſque vitæ converſationem, fidelis Noſtri Honorabilis Balthaſaris Adami Kercſelics, Philoſophiæ & Sacræ Theologiæ Doctoris; Capituli Cathedralis Eccleſiæ Zagrabienſis, prouti & Fidelis itidem Noſtri, Nobis ſincere dilecti, Reverendi Magnifici Franciſci Xaverii Liberi Baronis Klobuſiczky de Zetteny Epiſcopi Zagrabienſis, Abbatis - - - à latere Canonici, Prothonotarii Apoſtolici, quibus ipſum Dei Altiſſimi munere inſignitum & ornatum eſſe cognovimus: ſimulque benigne intelleximus, quam ſolerti curâ & indefeſſo zelò in incrementum orthodoxæ Religionis, cultuſque, ac gloriæ Divinæ in Diæceſi Zagrabienſi* (intelliguntur memorata inferius a pag. 432.) *præcipue vero tempore ultimo graſſantis epidemicæ luis, in curam & ſalutem animarum, ſe totum conſecrando, expoſitus fructuoſe laboraverit, & per hæc ad ampliora etiam quæque capeſſenda munera Eccleſiaſtica ſeſe omnino dignum reddiderit, atque commendatum. Porro clementiſſime etiam conſiderantes, Majorum & Antenatorum ipſius, fidelia non minus ac utilia pro circumſtantiarum ratione domui Noſtræ Auſtriacæ præſtita ſervitia, eundem Balthaſarem Adamum Kercſelics tanquam perſonam bonæ expectationis, Nobis gratam & acceptam, ad Abbatiam &c. &c.* Conſcius ego debilitatis meæ, illam *doctrinæ eruditionisque eximiæ* diplomati inſertionem, nequaquam pro elogio, verum *Regis mei* monito, *Regiæque expectationis* accepi habuique. Hinc in actis pro collato honore gratiis, cum Ipſamet benigniſſime, quæ ex elargitis a Deo mihi talentis expectaret, meminiſſe dignata fuiſſet, ſciſcitarique: num Ritteriana MSS, in ſua Aulica Hungarica Cancellaria olim repoſita, mihi jam haberentur adſignita? me vero affirmante agenteque gratias, juſſit: ſi quæ ex illis, aut aliunde eruerem, quæ illuſtrandis Regnis illius ac Provinciis, aut Hiſtoriæ, vel juribus cognoſcendis de-

ſervirent, a me expectaturam. Et cum ego, meam in his tenuitatem exponere cupiviſſem, in hunc ſenſum repoſuit: *modo animus adſit, ſervire Regi & publico, ſatis de capacitate, meaque doctrina relatum ſe habere & cognoviſſe.* Quare neceſſitatem impoſitam videns, *Regis mei,* nec eludendam nec ſeponendam expectationem, concluſi habuique. Itaque *de mediis* ad finem præmiſſum, tanto magis eram ſolicitus, quod ſæpe admonebar gravius, a ſummis viris ac Principibus, ad ſpeciminis alicujus elucubrationem; mirabarque unde tantis viris, ea nata eſt de me opinio ac exſpectatio?

Tranſlato ad Metropolitanam Sedem Klobuſiczkio, cum a quibuſvis negotiis remotus haberer, commoditas acceſſit, lectioni librorum. Verum tantorum unà benevolentia, qui jam diplomata, variaſque ſcripturas, jam antiquitates diverſas, quin libros etiam habitos, communicare mecum dignati ſunt. His ego, ut laborum meorum promotoribus & miniſtris, perennes ago habeoque gratias, habendasque a poſteris oro; lubenſque efferem nomina, niſi charitas, amovendam ab illis aliquorum iram, a me depoſceret. Satagebam ergo, cum relatorum de cauſa; tum quod Virgilio teſte (Eneid.l. 10.) *famam extendere factis, virtutis opus eſt.* Verum quo ſub titulo? diu multumque deliberavi. In rebus Eccleſiaſticis cognitionem aliquam ſortiri incoaveram, ſed ea infelicitate, quam in obſequium Mathæi Cap. V, tacendam eligo. De Regis mei clementia anno 1752 die 2. Januarii, Judiciariæ in his Regnis Tabulæ Aſſeſſor, dictus ſum; quo adauctus officio, confirmandam habui Patroni conſcientiam. Properans ergo, poteram aliud dare operibus nomen: ſed victus affectu Eccleſiæ, & quod hujus uterer potiſſimum monumentis, Titulum *Hiſtoriarum Eccleſiæ Zagrabienſis* elegi. Approbari hunc ab Auguſta & Apoſtolica Regina, Dominaque Noſtra lœtus intellexi, dum in elargito Typographiæ Zagrabienſi, anno 1754 die 9 Aprilis, Privilegio, ſequentia inſerta legi: *Ut ipſe* (Antonius nempe Rainer) *artem ſuam Typographicam, in præfata Civitate noſtra Zagrabienſi - - - libere exercere: ac ibidem cujuſcunque generis libros, notanter libellos pro uſu ſcholaſticæ juventutis, in antelato Regno noſtro Croatiæ deſervituros; Calendaria item latina, Croatica & Germanica; ac denique libros Hiſtoriarum Eccleſiæ Zagrabienſis imprimere; ac eum etiam in finem ſocios ſervare: tyrones ſuſcipere - - - poſſit ac valeat. Præcipiendo Magiſtratibus, ut eundem protegant in præſpecificatis - - - ipſisque & ſuis hæredibus ac ſucceſſoribus hoc in paſſu toties quoties neceſſum fuerit, authoritate Magiſtratuali modis omnibus aſiſtere debeant & teneantur* Hæc voluntas Regia, in Congregatione Regni die 2 Januarii Anni 1755 (fidem faciente Protonotario) fuit publicata, & nemine reclamante acceptata. Neque enim palam atque publicè, ad obtegendam impietatem, reſiſtere ſolent factis virtutum malevoli; ſed invidendo quærunt tenebras, murmurandoque accuſant, criminantur alia, demumque perimunt. Innotuit privilegii publicatione mens mea, innotuit Regis animus. Itaque a ſuſpicionum mancipiis, hominibusque ex his viventibus, ambitionis arguor vanæque gloriæ: proditionis item arcanorum Eccleſiæ ſæcularibus. Prætenditur accuſari cœteros, adverſus Chriſtianam charitatem negligentiæ, atque reaſſumendas a Clero litteras; quas nihilominus a ſæculis jam, Clerus ceſſiſſet monaſteriis. Pacis antiquæ turbator, veteriſque moris & conſuetudinum oſor everſorque deprædicor, novitatum ſtudioſus, dum a ſui origine Eccleſia hæc, ſubſtitit ſine rerum ſuarum cognitione; ſine hiſtoriarum aliis communicatione. Religioſorum virorum (qui perfectionem attamen profiterentur) ea eſt prudentia, ut res ſuas velint ſerventque occultiſſimas. In ſimilibus conſtituto circumſtantiis, nil profuit exempla de Clero edentium libros proponere, non ſolum in Gallia, Italia, Germania; verum in Hungaria quoque: *Ratkay* item atque *Tomci* Canonicorum Zagrabienſium; nil *Marcellevichii* opere incoato Viennæ mortui; dum hos fuiſſe fanaticos, Ratkajumque Canonicatu privatum, Tomcum autem & Marcellevichium, pœnas morte præveniſſe, reponebatur.

Digitized by Google

batur. Quare Typographo ſub cenſurarum & exilii pœna, vetatur editionis continuatio; ego, non ſolum ad eam reflector obedientiam, quam in ſuſcepto Presbyteratu juxta *Rituale* promiſi; ſed portione Canonicali æris privor, hodiedumque careo: ut mediorum defectu, ab opinata ſomniataque proditione arcanorum Eccleſiæ deſiſtere debeam. Accidit anno 1755 in Eccleſia hac vacare beneficium collationis Regiæ; pro quo mihi clementiſſime conferendo, cauſa medii ad finem a tantis optatum, devotiſſime inſtiti. Sed natus renovatuſque Thomæ Archidiac. Spalatenſis caſus (deſcriptus ab eo cap. 32.) in me eſt integre, ut hunc exſcribere non oporteat. Ex his proceſſit fontibus: ut Eccleſiaſticarum rerum opera, non ſolum ſeponerem; at perſecutionum temporibus, in cineres plurima poſuerim; ut incapax inhabiliſque ad quævis Eccleſiæ officia ſim fuerimque habitus: novator atque hæreticus proclamatus; licuitque nemini ſine culpa me inviſere, benefacere: ut denique Hieronymi inſtar, domus mea ſpecus mihi eſſet Bethlehemitica. Quare vi oppreſſus, peremptus, ſepultusque; fors tranquillitate animi, rerumque mundi cognitione, torquebam potius injuriantes; ac ab iis torquebar. Ah utinam mendacia, doli, ſcandala, pecuniæ, ipſis jam demortuis, non veniſſent ad perditionem æternam! Occidit Nero Senecam, verum recte Juvenalis: *Libera ſi dentur populo ſuffragia, quis tam perditus? ut dubitet Senecam præferre Neroni.* Hæc notoria atque publica, ſi virtus decusque fuit in me patraſſe: ab exemplo Evangeliſtarum, Petri facta non occultantium, tacenda non exiſtimavi, tum ne hujuſmodi invidere vel probare ſilentiô videar; cum & ad cognoſcendam cauſam, neglectorum operum in rebus Eccleſiaſticis.

Confiteor debilitatem meam atque oſcitantiam, quod vim potentiamque *præjudiciorum*, eam futuram non ſatis perſpexerim; ut charitate omni exuere valeat eos, quorum officii erat ſplendor charitatis Chriſtianæ. Nec ſatis ponderavi, S. Hieronymi (in epiſt. ad Chromat.) faſſionem: *In mea Patria ruſticitatis vernacula, Deus venter eſt: & in diem vivitur: & ſanctior eſt ille qui ditior eſt. Accedit huic patellæ - - - Lupicius Sacerdos - - videlicet ut perforatam navem debilis gubernator regat, & cæcus cæcum ducat in foveam, taliſque ſit Rector, quales illi qui reguntur.* Putabam ego Herodiani apud Ortellium teſtimonium de Pannonibus ceſſaviſſe: *eſſe* nempe *corpore prævalidos & proceros, in pugnam cædemque paratiſſimos*, dum ſcivi, dudum Pannones in his Regionibus deſiiſſe; horum ſucceſſores Sclavos, eſſe ita Chriſtianos, ut per leges firmata haberetur his in oris Catholica Religio. Scivi laudari Pannones a Paterculo: *Non tantum a diſciplinæ militaris ſtudio; ſed linguæ quoque Romanæ notitia, atque litterarum pleriſque etiam uſu.* Hinc credebam: uſum utilium ſolidarumque litterarum, ab exemplo aliarum Chriſtianarum Nationum; *Reginæ* quoque *Noſtræ votis*, atque in Univerſitatibus hæreditariarum Provinciarum ſuarum facto, gratum ipſis acceptumque futurum. At ſpe deluſus, cognovi ſero: me divina ordinatione in ea eſſe claſſe hominum, *quibus*, ut ait S. Auguſtinus, *virtutes peccata ſunt.* Applicitus tradendis litteris, conabar in ſolidioribus, utilibus, eruditiſque litteris, erudire inſignia tot adoleſcentum talenta; Pro Dubicza retinenda, aliiſque occaſione regulationis Confiniorum Banalium, quatuor menſibus egi Viennæ; ſed nec inſumpta recepi. Conatus perpetuo ſum plura cætera, verum eo ſatus fato, ex beneſactis nunquam merui, ſed cum S. Paulo, repoſitam expecto a Deo coronam juſtitiæ.

DEUM vocare teſtem valeo (quem fallere nequeo, metuoque in amore filiali judicem) me in nullius deſpectum, opere *Hiſtoriarum Eccleſiæ Zagrabienſis* intendiſſe; quinimo honori communi voluiſſe conſultum. Exprobrari a viris ſummis identidem audivi: eccur res Eccleſiæ hujus ſinerentur neglectæ? dum nihilominus adoranda Dei miſericordia, nec deſtructa, nec unquam loco mota fuiſſet: dum Ritus haberet proprios vetereſque: dum Tabullarium publicum. Huic ego murmuri mederi ſatagebam, eo magis poſtquam intellexiſſem: exigi plane poſ-

Digitized by Google

ſe a Canonicis, rerum publicarum illuſtrationem; ſunt enim intra Reipublicæ ſtatus; Tabullaria ſub eorum ſunt fide atque cuſtodia: interſunt Comitiis publicis ac particularibus; Fororum adminiſtrandæ juſtitiæ, membra ſunt; adeoque ſi ſæcularium eſt, tueri armis Provincias, æconomiâ Ærariis proſpicere; Cleri eſſe, quà membri Reipublicæ, tueri hanc, doctrinâ, commentariis, juriumque illuſtratione. Ah quoties mihi oggeſtum eſt: creditis habitisque præ manibus, uti neſcire Capitula, dum conſilio ſuo, publicas privatorumque obligationes, poſſidere poſſent, ſummáque eſſe apud omnes in veneratione, ob conſilia & lumen, quæ cuivis præſtare in veritatis demonſtratione quirent, præ quibusvis Religioſorum Cætibus, præmiſſis mediis deſtitutis, atque unice divinando arguendóque ſcribentibus, vel imaginationes, ut res revelatas obtrudentibus. Hæc, plurimaque cætera fuêre, quibus impellebar ad ſiſtenda multorum lamenta, communique honori ſatagebam conſultum. Erravi doleo! vi præjudiciorum non ſatis perpenſa: Erravi genii ſtudiorumque Nationis neglecto examine. Quamvis enim Salvator Noſter perhibeat: inæqualia Divinam bonitatem largiri talenta; quamvis convincamur experientia, vires æquales paresque haud ineſſe omnibus: hìc nihilominus dicere, hunc aut alterum præcellere, fortiorem eſſe, ruina eſt laudati individui. Æque miles eſt, qui arma tractavit nuſpiam, ac ille, qui receptis in tot bellis cicatricibus pollet; æque doctus qui percurrit Grammaticam, qui leges vidit, ac ille, qui vitam trivit in litteris, qui ſenſum vimque legum cognoſcit. Inferiorem porrò junioremque virtuoſiorem eſſe poſſe, opinari aut dicere, crimen eſt non parcendum, hæreſis damnatiſſima. Peccavi *Hiſtoriarum Eccleſiæ Zagrabienſis* Titulo, dum dato alio nomine, aut appellatione ſymbolica, felicius proceſſiſſem. Erravi audacia præcoci, poſt cognitos mihi caſus Illmi olim L. Baronis *Pauli Ritter*, quem illuſtrandæ hujus Patriæ fervor, præcipitavit miſerrimè, omnique privavit ſubſtantia. Oportuit itaque me illuſtrandis Eccleſiaſticis rebus valedicere, oportuit ſilere. Credebam obedientia hac, promerita: credebam dandas mihi occupationes alias, ut harum exercitio a litterarum cultu impediar. Verum *ratio publici* prævaluit, dum tot pœnis, adeo hìc notoriis! præciſus credebatur animus, etiam puerorum, contendere ultra ſcholarum dogmata, ultra firmatas Seniorum exemplis, conſuetudines, Patrumque mores traditionesque. Sublata in ſeminariis Clericorum, juris cujuscunque ſtudia, dum optima eſt Præpoſitorum conditio, abſoluta ex lubitu legislatio; pluresque cadunt, & periculoſius, ſi currere ſinunt equos. Proviſum exemplo meo, ſcholarum firmitati; proviſum authoritati dignitatum, proviſum verbô conſuetudinum perennitati, ſublatus metus periculumque, à regulandis (ab exemplo Confiniorum Sclavoniæ & Croatiæ, eorumque olim Præfectorum abſoluta poteſtate) ſacris profaniſque cæteris. At damnatus ego, ad unam lectionis, *converſationisque* ut ajunt *cum mortuis* neceſſitatem; evado doctior, utiles bonasque litteras deteſtantium odio, ac dum procuratur, ut in ſepultum ſæviat orbis, omnisque poſteritas; ab inimicis excitor, horumque odio imponitur mihi ſcribendi neceſſitas.

Enimvero cui his in Regionibus, inſani anonymi, ſub titulo vexatio, infame ſcriptum, anno 1764. diſſeminatum, lictoriſque igne crematum Poſonii, ignotum eſt? quo ille, dum mihi non pepercit, ſtudioſus orbis univerſi, in me Clariſſimumque ac immortalem Ritterum, eſtò à mortalium judiciis ſubtractum, excitare odium, (ſic odium perdit odientes) ſemet vel ex his oris fuiſſe infamis operis auctorem detexit; vel reviſum auctumque opus illud, a quopiam perſecutorum meorum extitiſſe. Accuſat me proditionis patriæ atque Regni (cujus eſſem ſubditus ac civis) dum ſcriberet: *In has veteres chartas imperitè protrahendi prurigine, haud ſcio an non Ritteriana ova Kercſelich ſupponat rotario ad excutiendum, Conſiliariis rerum noſtrarum invidis.* Ut univerſale in me concitet odium, innuit credique vult a ſingulis, me, rerum noſtrarum invidis Conſiliariis, neſcio quæ ſupponere, ab exemplo olim Ritteri. Hujus temporibus actum eſt de tollenda Proto-Notariorum potentia: emendandis per commiſſionem ſyſtematicam legibus. Et quia *Leopoldi* Regis

Digitized by Google

juſſu, ad demonſtranda jura Regum Noſtrorum in Dalmatiam; reffellendóſque Scriptores Venetos, *Ritterus* deſudâſſet; creditum eſt: Ritterum in legum deſtructionem agere, hoſtemque eſſe ac proditorem patriæ, totiusque Reipublicæ. Teſtor DEum! nihil me reperiſſe in Ritterianis ſcripturis, ut vel à ſuſpicioſiſſimo argui valeat, proditionis patriæ reus, his in Regionibus nihilominus canonizatæ. Optimi Civis, fidelisque ſubditi, doctus æternumque clarus Ritterus, habet reliquitque in ſuis MSS. teſtimonia. Sed quia ſæcularem ſcribere, impietas cenſebatur tum, eratque æternæ veritatis regula: *tractet ſua templa Sacerdos, religioſus litteras, frameas ſæcularis*, hinc ex pietate atque juſtitia, graviſſimæ in Ritterum injuriæ profluere credebantur. Impius anonymus, qui mortuo non pepercit Rittero, mirum mihi haud viſum eſt, quod in me ſæviri quæſiverit.

Inſanò impioque homini ut reſpondeam, cura me non tenuit; præcipue dum vidi celebrius ab illo redditum nomen meum, atque à tot præſtantiſſimis eruditiſſimisque Viris, me honorari litteris, a quibus ſi impetravero, ut diſcipulus eorum eſſe merear, gloriabor. Movit, commovitque me vehementius: dum toti Sacræ Coronæ: dum *Majeſtati Apoſtolicorum noſtrorum Regum* detraxit Anonymus; cum ſingulum Nobilem, *Dominum eſſe ſtatuit*, Reges vero a quibus creantur Nobiles, donantur dominia, conceduntur privilegia, firmantur leges, defenditur Religio atque Reſpublica, *Dominos eſſe negat* (quem non commoveat ejuſmodi temeritas? læſæque Majeſtatis crimen?) Conſiliarios Regum invidos proponit: vultque plus ſapere ſolus, quam *Status Ordineſque Coronæ*. Hi, evincentibus Art. XI & XII de habendis protrahendiſque veteribus carthis, in eiſdem Comitiis egerunt; conſtituique a Regia Majeſtate exorârunt. Amabo! fuitne hoc, *veteres carthas protrahendi imperita prurigo?* At infamis reſpondebit Anonymus: Carthas illas, quæ privatorum ſunt lucri, litiumque pabula, ſine culpa extrahi poſſe, communicarique ſub conſtituta pœna debere; illas vero quæ juris ſunt commodique publici: quæ Sacræ Coronæ: aut Regum jura attingunt vel demonſtrant (ob ttl. 23. P. I.) ſepeliendas eſſe; ne invidi rerum noſtrarum Conſiliarii excutiant talia, conſuetudineſque ac diſciplinam Populi, in rectius meliuſque reforment. Ad inſana hæc, reſpondiſſe ſufficiat: ſi ſtant anonymi principia: eccur tolleratur Werböczy P. 2. ttlo 6 doctrina, jura noſtra videlicet, ex Regum quoque diplomatibus peti? eccur Articuli 70, anni 1723 vota non damnantur? eccur 45 anni 1550 ſancitum eſt: ut de metis limitibusque Regnorum, *non tam de uſu - - - ſed de proprietate* tractetur concludaturque. Sane ſine carthis veterum, *de proprietate*, nec privatus in foris tribunalibuſque juſtitiæ triumphabit; triumphabunt Regna Sacræ Coronæ, obtinebuntqne *proprietatem* ſine documentis. Itaque media lege præſcripta ad finem, *imperita prurigo ſunt*? componere ſemet ad leges, hiſque obedire, crimen culpaque erit?

Interim perpendens ego Nobilitatis pro tuenda Majeſtate Regum, officium: perpendens Reginæ Clementiam, qua me *ad Aſſeſſoratum Tabulæ* promovit: *Regiæ* item *expectationis* illius, cujus me in memorato ſuperius diplomate collatæ mihi Abbatiæ, reminiſci voluit, memor: perpendens denique corvorum monſtrorumque non deeſſe progeniem; cum vidiſſem illam anonymi malevolentiam, quod in mortuos reſuſcitare invidiam non ſit veritus; ex charitate quam poſt DEum mihi debeo, jure item naturali, ſervandi apud poſteros boni nominis; ad purganda ſiniſtra modernorum futurorumque de me judicia, cogitavi de edendo opere, quò, cum inſano non contenderem; verum injurias Regibus Noſtris, Publico, mihi, totque aliis præſtantiſſimis viris quæſitas, vindicatione amoverem; teſtarerque mundo, me fidelem nobilemque eſſe, Regum meorum & Sacræ Coronæ ſubditum, Patriæ Civem optimum, ſtudioſumque hujus, per inducendarum utilium bonarumque litterarum deſiderium atque vota. Accuſor: me ſupponere ova, ad excutiendum à Conſiliariis rerum noſtrarum invidis. Aſt, quæ illa? cur tacentur, ſuſpicioque pro demonſtratione, prætenditur? Ego ea ſum in quoſvis Regum Miniſtros & Conſilia-

Digitized by Google

ſiliarios reverentia, ut juſſis horum obedire, crimen non cenſeam. Quin eſſe obligationem, infimis Reipublicæ ſubditis exiſtimo, ut: quæ ſunt ad rationem bonumque Reipublicæ, corporis item Civium ſalutem, pandere in veritate teneantur. Si enim judici cauſa adminiſtrandæ juſtitiæ, eſt reſpondendum? eccur Præpoſitis Reipublicæ, pro publica ſalute deliberantibus, occultare veritatem pœnale eſſet? Verùm in his conſtitutus circumſtantiis, in ſubmiſſione cultuque devotiſſimo, erga quosvis Regios Miniſtros atque Conſiliarios, orare non ceſſo: ut univerſa quævisve mea excutiant, num reperiantur alicubi, quæ in Patriæ, Religionis, publicæque ſalutis damnum aut periculum unquam ſcripſiſſem? Vah! DEum apello Judicem intra me ac ſuſpicionum mancipia, plumisque ſuperbientes pavones! Sane viribus totis contendo, ne cuivis iniquus ſim ac injurius, apprimè cognoſcens, quam difficilis ſit reſtitutio, eorum vel maximè, qui ſic opprimunt alios; ut mediorum defectu, prodeſſe viventibus naſciturisque nequeant; occiduntque in uno tantos, ad perpetuas æternitates.

En itaque opus, erudite juſtitiæque cultor, Lector optime! cujus Princeps cauſa, neceſſitasque relata eſt. Finis eſt ſcopusque operis: *Jura Regum Noſtrorum, præcipue in Dalmatiam, Sclavoniam, Croatiam, Serviam item atque Boſniam* demonſtrare, cum *Poſſeſſorii ut ajunt*, narratione hiſtorica. Jurium horum, poteſtatisque Regiæ conſideratione, intuebuntur ſinguli *Majeſtatis* eminentiam; intuebuntur Reges noſtros, *Dominos eſſe in vera proprietate, & Dominos quidem naturales ſive Monarchas.* Argumenti hujus ſolicitudo premebat *Leopoldum*, tam ob victorioſa arma ſua; dum fors demonſtrare intendebat orbi: ſui eſſe legitimi juris, quæ revindicata armis ſuis quærebat, uti ejus a pag. 434. publicatio exprimit; quam & ob Scriptores Venetos, qui jus Sereniſſimæ eorundem Reipublicæ, *ad Danubium* uſque extendere ſcribendo non deſinunt. Morte præventus, videre cupita, Leopoldus non potuit. Videt expleta Avi ſui vota *MARIA THERESIA* reparator ſtudiorum, Regnorum ſuorum provida Mater, ſolatiô, fructuque ut ſperarem eo, quod debellatis virtute ſua Regia præjudiciis, deſideratum opus ab Auguſtiſſimis Progenitoribus ſuis, nunc in lucem, Regnante Ipſa, prodire valeat. Profecto Auguſtiſſimis Hæredibus ſuis, Totique Sacræ Suæ, Eorundémque hæreditariæ Coronæ proſpicit de firmitate, tutiſſimisque præſidiis, dum hìc, ea, quæ legitimi ſunt eorum juris, Sacratiſſimæque eorundem Coronæ; poteſtatis item Regiæ lecturi ſunt; dum ab exemplo *Ferdinandi I.* Majeſtatem Regiam, *ad Majeſtatem repoſitam*, intuebuntur. Ritteri laborum, ſuis locis meminiſſe volui, ut optimum Civem, ſubditumque Sacræ Coronæ vixiſſe Ritterum demonſtrarem, adeoque cineres demortui, nequaquam maledicentiæ eſſe, verum æternæ memoriæ, ſuorumque conatuum imitationis. Opus hoc meum, plenum eſt occultatis hactenus incognitisque (pandunt namque veritatem ex ſepulchris ſcribentes) repletum carthis veteribus, quas pando ideo, ut juſtus orbis univerſus deliberet, num proditor ſim Patriæ, & cui ſubſum Coronæ? num Regibus meis infidelis? Puto ego conatus meos laudatos iri, dum examinato opere cognoverint, Patriæ illius illuſtrandæ me fuiſſe ſtudioſum, quæ hactenus a filiorum nemine eſt illuſtrata. Laudandam confido diligentiam meam, fidelitatemque debitam, dum jura demonſtro tueorque Regum, Coronæ, Patriæ, proſpiciens ex præteritis, Regum & Coronæ eventuris neceſſitatibus. *Expectationi* Regiæ, in memorato diplomate expreſſæ, ſi non ſatisfeciſſe; adminus ſtuduiſſe voluiſſeque, agnoſcendum exiſtimo. Nec damnari credo juſtè poterit, gubernationis harum Regionum inde ab Auguſto meminiſſe. Hinc enimvero ad Reipublicæ rationem, Magiſtratibus ſubditisque multa promanare utilia judico. Uſuum conſuetudinumque deducitur antiquitas: firmantur, vel intelliguntur tot numero leges: Regum elucet poteſtas; morbi tot Reipublicæ; modi ratioque hujus pro temporum varietate. Omnia hæc, Rectoribus ad diſponendum; ſubditis ad parendum, utilia ſunt. Unioni demum animorum

rum conſultum volui, dum intuebuntur lectores; multiplices jurisdictiones, ut varia corporis membra, ſub uno Reipublicæ totius capite olim conſuluiſſe unáque coaluiſſe in iis, quæ ad civilem æternamque ſubjectorum Reipublicæ ſalutem, pertinent.

Quævis porrò monumentis firmo, aut lapidum vel veterum numorum memoriis, diplomatum item exſcriptione: legum quoque articulis; aut teſtibus exceptione majoribus: verbô ſecundum regulas graduum hiſtoricæ probabilitatis. Diplomata legum indulto deſcribens, peccati pœnæque reus haberi nequeo. In his examinandis diligentiam non omiſi, conſcius tantarum olim fraudum, ac proviſionis Regum, in conſervanda horum integritate. Utile eſſet publico, ſcriptoris illius opus, qui ederet regulas, per quas, vera a falſis diplomata dignoſcerentur, iſtud nihilominus *felici natus ſub ſydere ſcribat.* Malitiam tantorum, *Bulla Cœnæ*, Par: 2. ttli 14 & 17; Præfatio item Decretis noſtris (editionis anni 1584.) præfixa, perhibent. Multa attamen ſunt inſtrumenta, ex defectu præſcriptæ in legibus formæ, in Foris nulla; quæ nihilominus in hiſtorico genere vera ſunt. Hinc recte monet *Commiſſio ſyſtematica*, Regum Privilegia ex Par. 2. ttl. 14 legali firmitate carentia, ad probandum factum iis notatum, vim teſtimonii habere. Multa e converſo ſunt, quæ in Foris vel examinata non fuêre, vel diſſimulata ſunt, attamen ſecundum regulas Hermeneuticas, falſa ſunt, vel ſuſpecta. Ego in deſcriptis comunicatiſque adhibui examen, ne reus ſim errorum illorum, qui ex illis deſumerentur. Animadvertens inſuper, plurimorum incredulitatem, quin impietatem plane, de inſtrumentis iis, quæ in operibus a ſæculari aut Eccleſiaſtico Viro ſcriptis referuntur, admoneo ubivis, ubi a me exſcriptorum reperientur authographa; vel in quorum roborantur fide, quæ ex copiis excerpſi.

Legum Articulis in hiſtorico genere utor, ex illa Ciceronis de Orat. ſententia: *Plurima erat, in omni jure Civili antiquitatis effigies, & priſca verborum vetuſtas, & actionum genera quædam, quæ majorum conſuetudinem, vitamque declarabant.* Quare quævis in fide legum fundata, publicæ ſunt fidei, illiusque roboris, cujus ſunt talia recognoſcentes, in publicis Comitiis. *Scriptores*: ut teſtes adhibeo. Hos ſi leges, vel diplomata enervant, ſepoſui: ut teſtes in jure nil probantes. Opus inſcripſi *Præliminares Notitias;* neque enim Regionum harum ſcribo hiſtoriam, ſed *Notitias*, deſerrituras pro robore illi, qui hiſtoriam ſcribendam eſt ſuſcepturus. Accedit opus hoc, *jurium eſſe demonſtrationem ex fine;* factorum vero vel eventuum relationem, *acceſſoriè* ſubintrare, ideo *Notitias* placuit nominare. Sed inter has, in plerisque opinionem reffero, vel propono; in plerisque conjector, nolo tamen ad hæc jurari ab aliis. Quare dum hæc, ex notitiarum defectu inſerui, nec ſcopus meus fuiſſet opiniones conjecturasque vendere, verum cognitiones rerum colligere inquirereque: *Notitias* appello.

Sereniſſimæ Reipublicæ Venetæ detractum nil volo, nec intendo, cum in eam, debita ſim veneratione & cultu. Notum eſt orbi univerſo, Ejus decus & gloria, ſingularis providentia, & in rebus gerendis perſpicatia. Verum cauſa mihi tota eſt, cum ejus Scriptoribus. Si laudis meritique eſt, in ſubditis *Sereniſſimæ Reipublicæ*, jura, juſtitiamque Reipublicæ eorum ſcribere, dilatare, proponere; mihi, Regum meorum ſubdito, eo minus crimen ſcelusque attribuendum reor, dum propoſitis Regum meorum juribus, examinatisque Venetorum Scriptorum rebus, æquo juſtóve judici, ſententiam ferendam relinquo. Scio eam eſſe *Sereniſſimæ Reipublicæ* æquitatem, ut quemadmodum a ſibi ſubjectis fidelitatem jure exigit; ita me infidelitatis erga Reges meos damnaret, ſi jura horum non tuerer calamo, quæ ſanguinis effuſione, quà Civis Patriæ, tueri obligor. Hæc de opere, cauſisque hujus; nunc de methodo ſcriptionis.

Scio ego Scholaſticorum in genere ſcribendi hiſtorico, ſequentes eſſe regulas ab Eruditiſſ. D. *Auguſtino Paradiſi* P. I. deſcriptas. I. de *Magnis* convenit bene lo-

Digitized by Google

qui vel tacere; cum enim Eminentium dignitate, proprium ſit ſplendere virtutibus, ſufferre nequeunt, ſi dicatur, eos obſcurari malefactis. II. Quare ſimilium opera, eſtò mala, defendenda eſſe interpraetandaque ſub virtutis ſpecie; ſi vero defendi nequeant, ſunt excuſanda: parit enim veritas odium, dum defectus corrigit, emendandosque prætendit. Nec privatorum eſt, *cenſores* eſſe. III. Contentari Eminentes Viros, ſi homines lingua careant, impediaturque vel præſcindatur eis manus a ſcribenda veritate. Hinc oportere, veris falſa apparentiaque miſcere, juxta illud Senecæ: *Quis unquam ab hiſtorico fidem exigit? hoc habet vitium miſera mortalitas, ut veris falſa multa interdum miſceantur.* Cicero quoque in Epiſt. ad L. Lucejum: *Te plane* inquit *etiam atque etiam rogo, ut ornes ea vehementius* (facta videlicet Ciceronis) *quam fortaſſe ſentis, & in eo leges hiſtoriæ negligas - - amorique noſtro pluſculum etiam quam concedit veritas largiare.* Sane Theologi, negationem Petri non excuſant; excuſant defenduntque facta Succeſſorum Pontificum, quæ incauti hiſtorici retulerunt. Correcti hoc in genere, tot libri ſunt; verbo: ſi de *Magnis* loquendum ſcribendumque, ultra veritatem & conſcientiam, eloquentiæ ope conſulendum, deprædicanda pro miraculis, officii, hominisque recti exercitia. Atque iſtud, totius prudentiæ eſſe fundamentum clamitant. Quare dum opus hoc, plenum eſt in ſcribendo libertate; dum ſcholarum defectus arguit: dum Romanæ Curiæ ſenatúsque, conatus varioſque modos æconomicos pandit: dum Clauſtralium (de quibus nihilominus ſenſu eorundem Doctorum, ſub mortali noxa, quævis bona rectaque forent prædicanda) exceſſus detegit: dum *Majeſtatis* vim explicat: dum leges diſciplinæ Eccleſiaſticæ, ex municipalibus legibus petendas, (haud vero ex receptis tot Religioſis Canoniſtis, vel Religioſorum ſtatutis aut exemptionibus) affirmat; præſumptio hæc atque methodus, ut ſcholæ, opinionique præſcriptæ adverſans, hæretica eſt & deteſtanda. Aliud eſt reformari militarium confinia & errores; aliud ſanctas conſtitutiones, atque uſus Religioſos. Hæc ſupponi debent Divina; illa, ut terrena, Regum ſubſunt ordinationibus. Hæc, ut arbitror, maxima eſſe poteſt accuſatio imperitorum, apud imperitos, quam etiam diffuſius enervare viſum eſt.

Salvator noſter *conjunctim* ait: ſe velle omnes homines ſalvos fieri; *Et ad agnitionem veritatis venire.* Iſtud, firmatum ab illo: *Doctrinâ, atque operibus eſſe*, omnis ille fatebitur, qui in lectione *Veritatis Evangelicæ* ſocors non eſt. Neque ſua coarctari poſſe ad doctrinam, Fidei Divinæ dogmatum unice, omnis ille fatebitur, qui morum diſciplinæque doctrinam Chriſti perpenderit. Hanc, adverſus Scribas Phariſeósque, nequaquam ex argutiis, probabilitate, ſophiſmatibus: verum ex naturalibus principiis, ſcripturis Veterum, legibus denique deſumptam demonſtratamque videmus. Opera Salvatoris, relictumque exemplum ſi lubet perpendere: Ejectos è templo, ementes vendentesque: de malefactis, Judæos horumque Phariſæos atque Scribas coargutos: repræhenſosque Apoſtolos, quin Petrum ipſum, inveniemus. Credo ego a Chriſtianis, nec Salvatorem damnandum imprudentiæ; nec accipiendam pro crimine Divini Magiſtri imitationem. Ego nativitate ſtatusque electione Chriſti ſum, neutiquam Ciceronis aut Senecæ (quos nec in Canonem relatos legi) proinde *non erubeſco Evangelium*, confiterique Chriſtum coram mundo & hominibus, *methodo etiam* doctrinæ exemplique Ejus. Si Evangeliſtarum; ſi electi a DEO ad prædicandum gentibus Pauli, ſcrutemur methodum; Illi, ſcribendo etiam, Petri Apoſtolorum Principis peccata non defendunt, non excuſant, non diſſimulant, at fatentur ſincere: Petri negationem, Judæ impietatem, incredulitatem Thomæ, Mathæum publicanum. Paulus eſtò Apoſtolorum minimus, Petro nil diſſimulavit, docendo: *Oro ut Charitas Veſtra, magis ac magis abundet in ſcientia; & in omni ſenſu, ut probetis potiora.* Joannes Baptiſta, quo major non fuerat inter mortales, palam aperteque Hærodi pronunciat: Non licere ſibi, fratris ſui uxorem. Neque libertas iſta Evangelica (teſtantibus Martyrum a-

ctis)

Digitized by Google

ctis) commutata fuit, quoadusque ſcholaſticorum leges ac methodus, dominari non inceperunt; quoadusque ad *orbis Monarchiam*, *non elevari opinio*, adorari, ac pro evidentia, fideque haberi Divina. Sub hoc Monarcha, prudentiæ Chriſtianæ vis, in odorem lucri, tranſiit; illa recta veraque audit ſapientia, quæ leges, fideique dogmata, novit applicare intentionibus ſuis. Pietas vocatur ad omnia utilis: fraus dolusque, virtus mentis dicitur: DEus Divináque fides, ſervire debent iniquitatibus. Regnum hoc, nec Chriſti, nec Apoſtolorum eſt; neque tot Martyrum confirmatum eſt ſanguine.

Sed neque, a relatis in Canonem (c. 1. Diſt. xx. & c. 3. Diſt. xv.) Chriſtiani Populi Doctoribus, memoratæ ſcholaſticorum leges, ſive traditæ; ſive operibusfirmatæ habentur. Hieronymus Romam eſſe Babilonem arguit: in Epiſt. ad Bonaſum, *nonne* inquit *& Paulus Apoſtolus, ad Epheſ. c. 4. v. 16. ait: inimicus vobis factus verum dicens. Et quia Salvatoris vera eloquia dura videbantur, plurimi diſcipulorum retro abierunt; unde non mirum eſt, ſi nos ipſi vitiis detrahentes, offendimus plurimos. Diſpoſui naſum ſecare fœtentem, timeat qui ſtrumoſus eſt. Volo corniculæ detrahere garienti; raucidulum ſe intelligat cornix. Nunquid unus in urbe Romana eſt, qui habeat truncas in honeſto vulnere nares; Nunquid ſolus Bonaſus Segeſtanus cava verba? & in modum veſicarum tumentia, buccis trutinatur inflatis? Dico quoſdam ſcelere, perjurio, falſitate, ad dignitatem neſcio quam perveniſſe. - - - Volo in numarios invehi Sacerdotes, Tu qui dives non es, cur iraſceris? - - - In quodcunque vitium, ſtili mei mucro contorquetur; Te clamitas deſignari. - - - An ideo tibi bellus videris, quia FAUSTO vocaris nomine? quaſi non & Lucus ideo dicatur, quod minime luceat; & Parcæ quod minime parcant; & Eumenides furiæ, quod non ſint benignæ, & vulgo Æthyopes vocentur argentei.* Plurima in rem hanc exſcribi poſſent, mitto quævis; Celeberrimi Muratorii, veritatiſque ætate hac reſuſcitatoris, ex opere *de Nævis in Religionem incurrentibus* exſcribenda cenſui, hæc meditate relegi a præjudicioſis peto. ſunt autem:

Propterea ſapientibus, etiam inter Catholicos, gratum accidit; quotieſcunque ſcriptores noſtri, non maledicendi ſtudio, non tacito evertendæ ipſius pietatis animo: ſed honeſto zelo, atque amore decoris in domo Dei, nævos ipſos aliquando detegunt, & evitandos monent. Olim cum tot hæreſes bellum conclamaſſent adverſus matrem ſuam Eccleſiam, non ſecus quam in bello inter ſæculi Principes, omnia ſuſpicionibus plena erant. Quicunque vel leviter quæ improbanda erant improbaſſet, gravem continuo ſubibat invidiam, quaſi is internum aliquod foveret hæreſeos fermentum. Nunc etiam, ſi qui ſunt Ritus, quos inordinatæ pietatis merito aliquis inſimulet; clamoribus omnia interdum implentur, nulliſque parcitur contumeliis; quaſi cenſor non paucorum coruptellis adverſetur, ſed univerſum pietatis Regnum, ſuſque deque vertere velit. Quod præſertim dolendum, propter nimium rigidæ cenſuræ metum, eo res deducta eſt aliquod in locis, ut tot felicia doctave earum Regionum ingenia, arguere vel tantillum non audeant, quæ tamen emendationem poſcere videntur. Quem fructum pariat tantus rigor & metus, quæris? dicam: omnibus ibi tacentibus, nemine monente, neceſſe eſt æternum durent, & nunquam reſcindantur, quæ contra aut præter rectum ordinem exercentur. - - - Felicia nimium forent vitia, quoties nemini adverſus ea exerere vocem liceret. Imo Eccleſiam revera non amat (æque nec Patriam, ſalutemque Reipublicæ) *quicunque ea, quæ in ipſius dedecus vergunt diſſimulanda cenſet atque accuſanti iraſcitur. Et quid (ſcribit S. Auguſtinus epiſt. 193.) nobis eſſe debet optatius? quam ut abundent, qui errores infeſtantes Catholicam Fidem, & inſidiantes infirmis ineruditiſque fratribus, uſquequaque redarguant? Quid plura? quiſquis demum eſt ſapiens inter nos, enixe optat: non ſolum ut pietatis veræ indies Patrimonium augeatur; ſed etiam ut quantum fieri poteſt, in melius proficiat - - - Multa procul dubio reſtant, cum in Eccleſiaſtica; cum in ſæculari Republica, quæ nunquam animadvertimus, aut vitio aliquo laborare, aut in melius commutari poſſe. Gratiæ proinde iis habendæ, qui aut meliora ſuadent, aut*

Digitized by Google

emendatione digna detegunt; atque incompoſiti zeli plerumque incuſandi ſunt, qui ejuſmodi medicos ægro nimis animo ferunt.

Metiri veritatem, juſtitiam, cœlum, ex præjudicatis opinionibus, lippitudo atque cæcitas, effectus ſunt. Ex opinione vivere, recto bonoque carere eſt judicio, & nunquam ex puerorum eluctari ætate. Abundant pueri idæis ac appræhenſionibus, ingenio ſæpe excellunt, monendi tamen ſunt de vitandis, ac illicitis, quorum, ſive periculum, ſive malitiam, judicii defectu, non perſpiciunt. Verum quævis putant licere, quæ lubent affectui, aut deducuntur ex argutiis, admirando Paradiſi ſerpentem, *eritis ſicut Dii.* Ut poſt pœnas, deceptos ſe videant; experiendo tardius illud Judæorum ad Judam: *Quid ad nos? tu videris.* Si vero authoritas: aut ſanctitatis larva, obtingat præjudicioſis, cogunt ſibi ſubjectos, ex merito aut profeſſa obedientia, ſua adorare malefacta: fateri erubeſcunt ignorantias ſuas: ipſaque peccata, ex officii vel dignitatis reſpectu, virtutes arbitrantur, quaſi dignitas & Prælatio, ad quævis audenda eſſent. Puniunt in aliis, quæ committunt ipſi, injuriatisque deprædicant *Patientiam*, Chriſtique exemplum; dum ſibi licere credunt, eſſe Judæos illos clamantes: *tolle Crucifige eum.* Verbis damnant Pilatum, Neronem &c. factis vero, illorum impietates, ſequendas docent, ac exprimunt. *Non licet de ſuperioribus mala ſupponere, ſed ut Dei Prototypon ſunt adorandi* exclamant. Eheu ſi de Deo ex multorum Præpoſitorum notoriis publiciſque factis eſt judicandum: aut eſſentialis in Deo perfectio, eſt abneganda: aut Deitatis varietas diverſitaſque defendenda. Aliud eſt Eminentia, Dignitas, Officium; aliud homo mortalis dignitates conſecutus. Neceſſarii ſunt in Republica Magiſtratus, neceſſaria Hyerarchia in Eccleſia. Verum ſingula individua Hyerarchiæ hujus, DEum eſſe, Divinaque ſingulorum opera, nec a DEO eſt revelatum, nec ab Eccleſia conſtitutum, neque lege ulla impoſitum. Inter Apoſtolos, alia ſunt opera Petri; Iſcariothis alia, ergone ex æquali dignitate, pares virtutibus, prædicandi? adorandi? ac ad poſteros ſcribendo transferendi? Paulus (ad Hæbr. c.5.) recenſet regulas, per quas, a DEO aſſumptus ex hominibus Pontifex dignoſci valeat; a Pontifice nec vocato nec electo a DEO; confitendo de aſſumpto etiam: *quoniam & ipſe circumdatus eſt infirmitate.* Hæ regulæ, peccata ſunt Apoſtoli, ſi ſtant ſcholaſticorum leges: ſi prætenſio opinioque *Magnorum*: quævis illorum Divina eſſe: Si mala Superiorum opera, defendi debent vel excuſari. Hoc eſt velle præcipitari de Cœlis, ſive Angelos, ſive ſtellas. Hoc obſcurari luminaria; hoc Evangelicam extirpare veritatem. Dignitatum Prælatorumque officia Paulus Apoſtolus ad Titum deſcripſit, oblitus Titulorum, luxuum, prætenſionum tantarum; exemptionis item a legum obſervantia; quæ nihilominus reflectente Cardinali Caſino, patrant interitûs multorum miracula: ut ſcientes neſciant, videntes non videant, loquentes non loquantur, viventes moriantur, ſepeliantur. Profecto exſcribenda mihi hic videntur Hieronymi verba ex epiſt. ad Marcellam: *Ad me repente perlatum eſt, quoſdam homunculos mihi ſtudioſe detrahere, cur adverſum Authoritatem veterum, & totius mundi opinionem aliqua in Evangeliis emendare tentaverim. Quos ego cum poſſem meo jure contemnere (Aſino quippe lyra ſuperflue canit) tamen ne nos ſuperbiæ ut facere ſolent, arguant, ita reſponſum habeant: Non adeo hebetis me fuiſſe cordis, & tam craſſæ ruſticitatis (quam illi ſolam pro ſanctitate habent, piſcatorum ſe diſcipulos aſſerentes, quaſi idcirco ſancti eſſent, ſi nihil ſciverint) ut aliquid de Dominicis verbis aut corrigendum putaverimus; aut non Divinitus inſpiratum. Sed latinorum codicum vitioſitatem, quæ in diverſitate librorum comprobatur, ad Græcam originem, unde & ipſi translata non denegant, voluiſſe revocare.* (ego pariter in hoc opere, quævis ad originem ſuam, & veritatem; ſtudeo reducere) *Quibus ſi diſplicet fontis unda puriſſimi, cænoſos rivulos bibant. - - Scio Te cum iſta legeris, rugare frontem, & libertatem meam rurſum Seminarium timere rixarum, meumque ſi fieri poteſt, os, digito velle comprimere, ne audeam dicere, quod alii facere non erubeſcunt. Rogo quid à Nobis libere dictum eſt?*

Digitized by Google

eſt? nunquid in lancibus idola cælata deſcripſi? - - Nunquid ex mendicis divites fieri dolui? nunquid repræhendi hæreditarias ſepulturas? - - - Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei, qui oderunt me gratis, & factus ſum eis in parabollam. - - Verum - - illi legant ſpe gaudentes TEMPORI ſervientes: Nos legamus, ſpe gaudentes DOMINO ſervientes. Illi adverſum Presbyterum (Præpoſitos, Magiſtratuales) *accuſationem omnino non putent recipiendam: Nos legamus, adverſus Presbyterum accuſationem non receperis, niſi ſub duobus aut tribus teſtibus: Peccantes autem coram omnibus argue. Illis placeat humanus ſermo - - Nos cum Græcis, id eſt cum Apoſtolo, qui Græcè locutus eſt, erremus. Fidelis ſermo & omni acceptione dignus. Ad extremum illi gaudeant ubique - - 'Nos ſolutos vinculis, & in Salvatoris miniſterium præparatos, Zachariæ aſellus ille delectet, qui poſtquam Domino terga præbuit, cœpit Eſajæ conſonare præconio, beatus qui ſeminat ſecus omnem aquam, ubi bos & aſinus calcant.*

Modeſtiſſima ego Cryſi, in opere *Hiſtor. Eccl. Zagr.* uſus ſum; verum peccavi modeſtia ipſa, *Cryſisque* maturitate. Oportuit me nunc gratià eorum, qui modeſtiam vel ignorant vel perſequuntur, audaciam ſuſcipiendo, ſcribere expræſſius. Attamen hìc quoque, ita ſcribi a me, exiſtimo; ut nec leges modeſtiæ, nec Chriſtianæ ſolidæque prudentiæ, in obſequium cujusvis, omiſerim, memor ſemper: dedecere me, re culpoſa & indigna, explere vota inimicorum; ut ideo reſpexerim: quæ me conveniant, haud verò quæ imperitorum ignorantia vel malevolentia mereretur. Quare nemo ex quibusdam incurrentibus me accuſet, vel condamnet. Confiteor, ex ſtylo de inclinationibus hominum metiri poſſe, hìc nihilominus pleraque inſerui invitus, ac ex neceſſitate. S. Hieronymus (*epiſt. ad Caſtrutian.*) indicat Pannoniorum indolem, dum ait: *Homo Pannonius, id eſt terrenum animal.* Flagellis clamoribusque moveri, indigereque pecudes, experientia evincit. Cujus rei conſideratione audere plura debui, ac voluiſſem; ſuntque funiculi aliorum audaciæ, furoris, clamoris, ignorantiæ.

Aliud eſt *Apoſtolica Sedes*, hujusque officia; quàcum in unione mori cupio: aliud Senatûs Romani, Dicaſteriorumque Papæ ut Principis, quævis acta cogitatusque, *Sancto Sedis Apoſtolicæ Nomine* pallianda confundendaque prætendere. Aliud dogmata revelationis Divinæ; aliud Panegyris. Aliud Ischariotem fuiſſe Collegii Apoſtolici æconomum: aliud an ex prodito venditoque Chriſto, pecuniam accepiſſe licuerit? In ſiſtemate meo, demonſtrandorum nempe firmandorumque Sacræ Coronæ, Regumque Apoſtolicorum, jurium: Vicinorum connatus, prætenſiones, modos, vis argumenti exigebat deſcribendos. *Deſcribendos dico;* neque enim deſcriptorum auctor ſum, verùm ſive Scriptores Romani, ſive Pontificum epiſtolæ, Brevia, Bulæ: Quæ, ſi probantur, ego culpari nequeo. Sanctitatem Apoſtolicæ Sedis non violo: dum ab exemplo gubernationis Romanæ; ac ſive hujus; ſive Reipublicæ Venetæ Scriptorum, excitare conor noſtros, ad imitandam illorum fidelitatem; exequendam item, erga propriam Rempublicam obligationem. Singulorum non eſt gubernare, alias ſubjectus nemo eſſet; eſt attamen ſingulorum, etiam ſubditorum: providere prævidereque; conari item, teſtarique talia, quæ ad ſalutem, decorem, conſervationemque tam Capitis, quam & totius Reipublicæ ſunt, verbo Regibus & Reipublicæ *bene velle.* Paulus Apoſtolus per Apoſtolatum, Civis Romanus eſſe non deſiit, conjunxitque officia Civis, cum officiis Apoſtoli. Neque ſcio illam legem, quod mutari mihi debeat bona rectáque voluntas, erga Regem, Magiſtratus, Patriam, Rempublicam ideo: quod Chriſti ſum, quod Sacerdos, quod cum Apoſtolica Sede unitus. Regum clementià, fulget regnatque hodie Chriſtiana Religio: hujus miniſtri, ad temporalem vitam providemur: membra ſumus Reipublicæ. Quæ eſt gratitudo vel pietas? pro benefactis horum, agere proditorem: ex eorum victu ac ſtipendiis, alterius potentiæ agere militem, læſæque Majeſtatis crimen, Fidei opinari articulum. *Omnis anima ſublimioribus poteſtatibus eſt ſubjecta*, ut nihilominus utrique ſic ſubſit, ne vel caro rebellet adverſus ſpiritum;

Digitized by Google

vel ſpiritus carnem opprimat, evadatque fanaticus vel enthuſiaſta. Neceſſariam in Eccleſia Hyerarchiam tueor. An autem hæc, ad Monarchiam aut Ariſtocratiam ſæculi, ſit trahenda? aut in charitate ſituari debeat? inferiorem me profiteor, ac ut vel opinari audeam; ſemperque obediam Eccleſiæ quidquid ſuperinde *æcumenicè definiverit.* Scholaſticorum errores; Conventualium item atque Sacerdotum, ex legum articulis, vel ſcripturis, factisque publicis, non prætereo; ſine eo: ut hinc viſos, (dum leges municipales exigui legerent) emendandos procurent; ceſſetque prætenſio illa: Sanctum verumque id omne eſſe, quod facit, narrat, opinatur, præcipit religioſi tectus habitu: eſſeque tantum penes illos, doctrinam, juſtitiam, pietatem, ſanctimoniam, ac Divinarum humanarumque legum interpraetationem. Majeſtatis jura ex legum Codicibus exhibeo: tam ad excitandam ſubditorum obedientiam; quam & ad cognoſcendum ab hominibus: Solos Reges, *Dominos eſſe* in veritate proprietateque. Nec Majeſtatem dividi cum ſubditis, verum hos a Majeſtate illuſtrari.

Obſervari cupio ab illis, qui iraſcuntur diplomatibus, monumentisque veteribus; me, ad evitandam eorundem iram, ubivis monuiſſe: *Doctis eruditisque Viris a me talia communicari.* In officinis reperiuntur merces, pro varia conditione hominum; in Pharmacopæis pro temperamento ſingulorum; ideo qui diplomata non tollerant, relinquant quæſo iis ad quos pertinent, legantque encomia illa, quæ pag. 36. atque alibi continentur. Ex monumentis deſumi poſſe *jura publica*, ſcribi hiſtoriam, quin privatorum jura lædantur; quin *Fiſco* famuletur, toto opere teſtatum facio. Nullius privati enervo jura vel poſſeſſorium. Utve hoc luculentius pateat, Arcis, Oppidique *Szamobor* ex monumentis extraxi hiſtoriam a pag. 457. demonſtrare cupiens, ex inſtrumentis excerpi poſſe privatorum quoque hiſtoriam. Inſuper Judicis eſt ferre ſententias, hiſtorici facta referre. Mirabar autem, damnare aliquos *memorias Virorum* in Zagr. Hiſt. relatas; metu eo: ne ſepulti oppreſſique plures exurgant, vetuſtæque Nobilitatis habeant indicia. Præterquam quod vilis ſit hæc invidia, innanis metus eſt: dum probanda remanet Genealogia. Reflexiones feci, aut harum occaſionem præbeo: causà Reipublicæ, vel qui legunt irreflexè. Hæ damnari nequeunt; quia legentium ſubſternuntur examini atque judicio. Demum quisquis opus hoc meditatus fuerit, intuebitur exiſtimo: juſtiſſimas fuiſſe preces *Coronæ Statuum*; pro Diplomatum communicatione: Æternæ item memoriæ eſſe: *Reginæ Noſtræ* providentiam, pro eorundem conceſſione, anteriorumque præjudiciorum extirpatione.

Illos, qui virtutem quandam ineſſe nominibus arbitrantur, ac ex derivationibus petunt eruditiones, in mei exculpationem reflectere volui. Si ſtat: *Conveniunt rebus nomina ſæpe ſuis*, me debuiſſe, ad extirpandas ſpinas vepresque, tot inſignium ingeniorum intendere, dum *Kercſiti* extirpare, *Kercs* extirpaturam ſignificaret. Quare vi jureque agnominis, me ad extirpanda præjudicia, ut ſani rectíve judicii impedimenta, procedere. Si data mihi nomina *Adamus Balthaſar* cogitaverint, cum ſint ad imitandum attributa; ille in pœnam peccati, vepres extirpabat; *Balthaſar* vero, *Regalem* Salvatoris agnovit prædicavitque Majeſtatem; per orbem univerſum diffuſo facto ſuo, ſuorumque Sociorum *Magorum*, hoc eſt: *Doctorum eruditorumque.*

Eruditi doctique Lectores noverint, ſibi à me ſcribi verbis Auguſtini ad Hieronymum: *Si forte aliqua in aliquibus ſcriptis meis reperiuntur, in quibus aliter aliquid, quam TU ſenſiſſe reperior; Non contra Te dictum, ſed quod mihi videbatur a me ſcriptum eſſe, puto Te debere cognoſcere; aut ſi cognoſci non poteſt, credere debere. Ita ſane hoc dixerim: ut ego non tantum paratus ſim, ſi quid Te in meis ſcriptis moverit, fraternè accipere, quid contra ſentias, aut de correctione mea; aut de ipſa Tua benevolentia gaviſurus, verum etiam hoc a Te poſtulem & flagitem.* Eapropter oro devotiſſimè, dignentur eruditione ſua, habitisque monumentorum & librorum me-

Digitized by Google

mediis, meos ſupplere defectus: corrigenda corrigere: emendare emendenda: extendenda extendere: indulgere Geographicarum cartharum defectui. Evenit iſte impenſarum inopia. Ex carthæ in his Regionibus penuria, & ſectiones rariores eſſe oportuit; & plerisque in locis narranda conſtringere. Si nihilominus me vivente contingeret hoc opus reimprimi, admonitus non negabo omiſſa, moniturus: quæ & ubi Mappæ Geographicæ inſerendæ? Initiò, Præliminaria hæc breviora conceperam, & libro *Hiſt. Eccl. Zagr.* anteponenda; ſed cogitans, finem operis exigere; ut Scriptoribus exteris reſpondeatur: ut *poſſeſſorium* Dalmatiæ per ſingulos Reges exponatur: ut denique adverſus Anonymum, Reges *Dominos eſſe* luculentius pateat, illuſtrenturque magis hæc Regna; opus excrevit. Studui magis in refferendis utilibus rebus, quam ornatui vel eloquentiæ; hinc uſitatis Reipublicæ Noſtræ nominibus uti non dedignor. Illorum gratià, qui Regiones has non viderunt, Regum noſtrorum moderni poſſeſſorii, *Sclavoniam Croatiamque* ſecundum multiplices jurisdictiones recenſeo; fors ad intelligendas Periodos, exteris non oberit, lectionem operis hujus a pag. 401. ordiri. Biennio, jam carthæ defectu; jam de Typographia variis quæſtionibus; opus hoc morari oportuit ſub prælo. Laus Deo nunc abſolvi valuiſſe.

Suſpicioſi tandem, ac detractionibus aut maledicentiæ dediti, meditentur obſecro; ſive illud Thom. Kemp. *Grandis inſipientia eſt, neglectis utilibus & neceſſariis, ſi ultro intendimus curioſis & damnoſis*, ſive Hieronymi ad Auguſtinum reſponſum: *Nec tam ſtultus ſum, ut diverſitate explanationum tuarum, me lædi putem;* cum nunc etiam, ut Hieronymi ætate: *Pars major eſt Mileſias fabellas revolventium, quam Platonis libros; in altero enim ludus & oblectatio eſt, in altero difficultas, & ſudor mixtus labori.* Æque item hic, ut Hieronymi temporibus: *Teſtamentum Grunnii, Corocottæ, Porcelli, decantant in ſcholis puerorum, agmina cachinantium.* Judæi ſimiliter murmurabant, non obſervari a diſcipulis Chriſti, traditiones; micas horum repræhendentes, trabes in ſe non videntes.

Fridericus Malateſta olim decretorum Regni deſcriptione, (teſte Art. 73 anni 1550.) meruit *Indigenatum.* Quid me maneat, qui jura Regum & Coronæ, Patriæ item conſcripſi? & pro his, calamo, adverſus domeſticos extraneoſque ſcriptores decerto; neſcio. Qui præivit, demeruit? quæ ſors mea futura eſt? ignoro. Utinam vel illud Hieronymi non negetur: *Mihi ſufficit paucorum teſtimonium, & amicorum laude contentus ſum.* Vincuntur pro Rege & Patria pugnantes milites, occumbunt, ſpoliantur: creſcit attamen, augeturque miles, nec ceſſat militia. Scio me, veritatis agnoſcendæ ſtudio: Deo, Coronæ, Apoſtolicis Regibus, Patriæ, juſtitiæ, gratiſque poſteris plus conſuluiſſe ac proſpexiſſe, ab exemplo Pauli, aliorumque Apoſtolorum licet pauperum: Hieronymi item &c. ſcribendo: quam alios pompis, obeliſcis, ædibus magnificis, menſis ſumptuoſis, auro micantibus aris, Familiarum elevatione, copioſique æris poſt mortem legatis. Hæc enim temporanea eſſe evincit experientia: Doctrina vero ad poſteros translata ſcriptis, ſive pro Dei Eccleſia, ſive Regum Regnorumque juſtitia, (quamvis dum vixiſſent oppreſſorum & pauperum) *fulget in perpetuas æternitates.* Illa admirantur, vel prædicantur: Hæc, ut ſalus publica, & firmamentum Reipublicæ, in armamentariis Bibliothecarum vel Tabullariorum conſervata perennant. Quare cum ego nullius benefacta eſto caduca, vana, temporanea damnem, nec mea hæc in Rempublicam ſtudia, a ſano rectove judicio, damnanda arbitror.

Ac ne pro ſtudio hoc, & in Rempublicam ſacræ Coronæ zelo, pietate item in patriam, ſive culper! ſive amplius puniar! ſingulorum interpello conſcientiam, oroque favores & gratiam.

Digitized by Google

PRECES ET MONITA.

Indulgeri mihi, notorium errorem à benevolis Lectoribus demiſſe ſupplico, dum in locis aliquod lecturi ſunt: *Dravum a Savo recipi*, aut: *in hunc influere.* Eſt hoc apertus error, dum ad *Almas*, infra *Eſſechinum*, ut pag. 406. retulimus, *Dravus à Danubio* reciperetur. Cum in ſcribendo occuriſſet hujus neceſſitas, aſpexi fateor Chartas Geographicas; haud nihilominus attentè, quia *Drini* ad Savum devolutione deceptum me, deinde cognovi. Quare ſphalma hoc, indulgeri oro, emendandumque ſuis locis errorem, obteſtor. Æque in Cathedrali Baſilica pag. 414. ob recentem Ararum translocationem, nunc ara *Magdalenæ* eſt in Sacello Epiſcopali, & *SS. Gervaſii & Prothaſii*, eo translata, ubi antea fuerat *S. Mariæ Magdalenæ* quemadmodum referimus pag. 414.

Monemus I. Firmas ortographiæ regulas uti neſcirem; ſic in vocibus plerisque, variationem inveniendam. Præterea in monumentis legumque articulis idipſum obſervavi. Hinc ex his, exſcripſi quoque errores & menda. Sæpe eadem loca, vel nomina, diverſa littera exprimuntur, v.g. *Caproncza*, aut *Kaproncza* vel *Koprivnicza*; *Zamobor* vel *Szamobor*: *Siſcium*, *Siſcia*, *Sziſzegh*: *&c.* ideo attamen, eſſe diverſa ipſa loca ne putes. *Ch* nobis idem eſt, quod Italis *Ce*, Germanis *tcs*:

II. Pag. 198. Caſtri *Wottſperch* eſſe mentionem. Hoc ubi ſit? aut olim extiterit? informari conabar. Tandem relatum accepi: *Wotſperg* diſtare *Græcio Stiriæ*, tribus circiter milliaribus, eſſeque eunti Græciò, verſus Carinthiam à ſiniſtris. Poſſideri autem locum arcemque a Comite de *Wogenſpergh*. Hæc intelligendis illis, quæ a pag. 198. referuntur, ſervire poſſunt.

III. Haud ſatis moneri poſſe, quæ ex eorundem locorum, *eadem nomenclatura* gaudentium, per Scriptores cauſari poſſunt, & ſunt cauſatæ confuſiones, dum lecta, ſubito applicant, quò lubet. In documentis litterarum, ſolet exprimi: *Comitatus & diſtrictus*, per verba: *Et in Comitatu NN. exiſtentia habita.* Verum nec iſtud ſatis eſt, dum in eodem Comitatu perſæpe agnomina loca ſunt. Sic *in Comitatu Zagrabienſi*, pluribus in locis eſt *Goricza*, ut in Campo Turopolja, cis Colapim, Berdoviczii, ſub Ribnik &c.&c. Quare ad intelligendos ſcriptores, item documenta, non parum mereretur Geographus, qui *ejuſdem nominis loca*, ſive in diverſis, ſive in eadem Provincia, Comitatu, Circulo, Regno, accurate recenſeret.

IV. A Rege noſtro *Maximiliano*, quæ in *Sclavonia Croatiaque* acta vel diſpoſita fuêre, refferi in opere *Hiſtoriarum Eccleſiæ Zagrabienſis* ad annum uſque 1603. Proinde petenda ibi; quamvis &, de anterioribus Regibus Ungariæ, plurimæ iſthic occurrant notitiæ, quas legere, meditarique non oberit. Succeſſorum vero Regum memoriæ, ex æqualibus operis hujus fundamentis, integre necdum a nobis ſunt conſcriptæ. Neque ſpondere valeo, conſcribendas, ob defectum virium mediorumque. Sunt quidam, qui dubia formare ſciunt, ſine motivorum dubii communicatione. Sic quod ſub nomine: *S. Regis*, Ladislaus deſignari valeat, objectum habui. Verum quod Ladislaus exprimatur, vel ſit habendus, motiva non vidi, nec legi. *De poſſe* non diſputo, dum nunc uterque coleretur *ut Sanctus.* At antonomaſtice intelligi per *Sanctum Regem*, Stephanum; tanta evincunt, relata in opere. Accedente Decr. I. S. Ladisl. C. 38, ubi ipſe Ladislaus: *Sancti Regis Stephani*, Quare dum Leges noſtræ, Ritualia Eccleſiarum, populus a tot ſæculis, nomine *S. Regis*, D. Stephanum habent; quando? eccur? per quem? translatum Stephani *prædicatum*, eſt ad S. Ladislaum demonſtrari peto. Tametſi monumentum publicum, a Lucio relatuuı *Almum* Croatiæ *Regem*, a S. Ladislao fuiſſe conſtitutum evincat; per *Regem* deſignari iſthic *Præfectum*, vel ut vocamus *Banum*, interprætationis fundamenta non legi &c. Quare dum ego refferendis monumentorum rebus eram ſtudioſus, taleſque ut reperi communico, pace mea interprætetur eas quivis, ut demonſtrare fidit veritatem, habiturus me quoque diſcipulum, Aſſertis autem ex lubitu, nec in jure, nec in Hiſtoria, locus eſt.

Digitized by Google

ERRORES.

De his in limine monere volui. Singulos non exſcribo, quod Lectorum diligentia emendari valeant, ii præcipue, qui per typum evenerunt; ſenſusque combinatione patent illico. Quare illos tantum recenſeo, qui majores ſunt; aut ubi poſt voces inſertas operi, quædam addi debere obſervavi, fuerêque omiſſa. Itaque

Pag. 11. Lin. penult. pro *Martinum*, lege Marilium.
12. Lin. 3. pro *Martius*, lege Marillius.
50. Lin. 19. pro *alios*, lege alium.
51. Lin. 30. *ubi*, uti.
54. Lin. penult. voces hæ: *cum Dravus in Savum influit*, hic, ac alibi omittantur; Dravus enim influit in Danubium, ut refertur pag. 406.
75. Lin. 42. pro *incedens*, lege indecens.
102. Lin. 22. legendum poſt voces: *totam poſſediſſe Sclavoniam.* Argui hoc videtur ex Proſa, ſive poſt epiſtol. Miſſæ Hymno, Miſſalis Zagrabienſis, ubi: *per hunc Chriſtus prædicatur, turba credens baptizatur, fides Chriſti dilatatur in tota Pannonia. Hic adinſtar Salamonis ſtruit templa, ditat donis, ornat gemmis & coronis, Cruces & Altaria. Ad docendum hic Prælatos, Viros ponit litteratos, juſtos, fidos & probatos, ad robur fidelium.* Si verum eſt dilatatam fuiſſe fidem *in tota Pannonia*; cùm Sclavonia pars fuerit Pannoniæ veteris, quinimo Pannonia Savia, Stephanus quæcunque erant Veteris Pannoniæ, tenuit. Verùm cùm argumentationis ſolius, hæc eſſe; aut panegyricè dicta cenſeri valeant; ideo rem hanc, *evincunt diplomata* &c.
105. Linea 13. lege poſt *Carthæ Geographicæ firmarent,* Diploma item Sigiſmundi Regis relatum à pag. 381. ubi, mentione prius facta Comitatus Sirmienſis, ac in eo, Civitatis *Hagalaz*, dum Poſegani Comitatus fata recenſeret, meminit Civitatis ſuæ Regalis *Szava Szent-Demeter.* Hæc hodiernæ *Mitrovicza* quis applicari poſſe docebit, dum ejus antiquitas nullis demonſtraretur veterum Carthis, neque aut nunc eſſet in Comitatu Poſegano; aut olim, & ſub S. Stephano, eam extitiſſe in Poſegano Comitatu edoctum haberetur. Firmat præmiſſa, *legatorum locorum relatio* &c. uti in opere.
138. Linea 18. *equus*, lege æquus
139. Lin. 15. 1153. lege 1183.
186. Lin. 49. 1299. lege 1199.
218. Lin. 23. adde poſt: *Originale vel Copia* Paſconius à p. 85. exhibet eandem donationem, ſed à Lucii copia variantem, ponit enim Datum per manus Torcaſy electi Epiſcopi Eccl: Albenſis - - - Anno 1288. quô Bela IV. non vixit, at Ladislaus IV. Apparet ob tantam variationem quo loco haberi mereatur. *Ritterus* è*contra* &c.
230. Lin. 37. adde poſt voces: *Ad Carolum Regem augebantur* Ut tum ſigillum Capitulo Zagrabienſi novum, impertitus fuerit, ob plures falacias antea commiſſas ſub Joanne I. Eppo, quarum mentio pag. 96. Hiſtor. Eccl. Zagr. jubet enim 1308. litteras quaſdam, ſub novo Capituli ſigillo expediri. *Sane anno 1309.* &c.
269. Lin. 24. *Præfacti*, lege Præfati.
464. Lin. 14. addendum poſt: *pertinuiſſe arguimus* quod Rex Stephanus (ut pag. 162.) teſtetur: inter reliquas, Parochiam quoque Modruſſiæ à Geyſa conceſſam fuiſſe Spalatenſi; adeoque a ſui origine Spalatenſi non ſuberat. Verum Sede Croatenſi ſublata, uſque ad Geyſam conſtitutum nil fuerat de Modruſienſi Sede; at tum primò, Spalatenſi fuit conceſſa. *Modruſſa ultra Alpes Ferreas* &c.
488. In inſcriptione poſt *Caſt.* adde: *CONI.*
491. pro *Dianich*, ubivis lege *Darovich.*
497. Lin. 55. addendum poſt: *Matrem Boricky Chios vocet*; Fuit enim vel nomen fœminæ, vel locus patriæ ex Inſula *Chios* in Arcipelago. Ut hinc non videam motiva, eccur *Chios* pro Kiov & Kiovia interprætari explicarique debeat. Quin ſi à Græco *To* Chios non foret acceptum, facile à *Kchi* ſeu filia, formari potuit Chios per Scriptorem, harum Regionum idiomatis, ignarum. *Illud Boritius* &c.

Digitized by Google

OPERIS FUNDAMENTA.

Ætatis modernæ homo cum ſim, de antiquis remotiſque adeo, teſtari nequiens, commentariorum horum meorum, radices ac fundamenta indicare volui; ut viſis his, doctus eruditusque lector, in limine ſtatim cognoſcere valeat, quibus ſtet opus fundamentis. Sed plurima in lectione operis occurrent, quæ hìc non recenſeò, uti monumentorum textus & ſententiæ, aliáque tanta. Potiora itaque ſunt: Inſcriptiones marmorum, Numiſmata, Numi varii, partim hactenus edita; partim eruta recentius. Tum variorum epiſtolæ, ac MSS. ſive manuſcripta. Regum diplomata varia, quædam integra, quædam verò in ſententii; ad ſiſtema meum ſpectantibus. Demum Scriptores quà teſtes, examinati nihilominus ſecundùm leges, probabilitatisque hiſtoricæ regulas.

Inſcriptiones lapidares & memorabiliores ſunt: pag. 5. & 8. prouti & 9. 10. 23. Item 488. & 495. recenter erutæ.

Relatæ ex aliis. p. 2. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & cæteræ in Periodo I.

Numiſmatum & Numorum epigraphe. Veterum quidem Romanorum Periodo I. Item a pag. 491.

Sclavoniæ numorum a pag. 128.

Epiſtolæ Variorum.

S. Hieronymi ad diverſos. *in Præfatione.*
Senatus olim Romani. pag. 14.
Gallieni ad Varrianum. p. 15.
Claudy, Regiliano. p. 16. Valeriano 18.
Aureliani Auguſti Ulpio. 17. ad Zoſimonem pag. 18. Ad Ablavium Murenam. p. 18.
Exercituum Romanorum ad Senatum p. 18.
Ritteri ad Comitem Trautſon. p. 31.
S. Gregorii ad Eppos Iſtriæ de Sclavis. 34.
Leonis III. ad Carolum M. 57.
Hadriani Papæ ad Baſilium Imp. 73. & p. 75.
Synodi Conſtantinopol. Acta. 74.
Joannis VIII. Papæ. p. 80. & 81.
S. Gregorii VII. p. 108. & 115.
Paſchalis Papæ p. 138.
Innocentii II. p. 157.
Abſolonis Archiepiſc. Spalatenſis 160.
Alexandri III. Papæ p. 164. *Item* ad Belam III. Ungar. Regem 165.
Innocentii III. 169. *Item* ad Emericum Regem Ungar. 171. *Item* 178 175. & à p. 180.
Calo-Joannis Bulg. Imp. 178. 182.
Archiepiſc. Brandizuberenſis 179.
Honorii Papæ 176. 185. 208.
Nicolai Bani p. 128.
Stephani Bani & Capitan. Stiriæ de anno 1258. litteræ, quibus terras Caſtrorum diſtinguit à terris aliorum. a pag. 192.
Marini Ducis Venetiarum. à p. 212.
Mathiæ Regis Corvini epiſt. *identidem* Joannis de Zredna.
Nicolai III. Papæ. pag. 227.
Bonifacii VIII. 228.
Æneæ Sylvii alias Pii II. Pontif. *ſæpius.*
Alexandri VII. Breve p. 418.
Andreæ Mihaljevich p. 330.
Lucæ Spichinich p. 330.
Simonis Epiſc. Zagrab. epiſt. Tres. a 354.
Simonis Epp. Modruſſienſis binæ. a 338.
Andreæ Tuſzkanich Epiſc. Tininienſis tres a pag. 339.
Joannis Torquati Bani epiſt. 18. a 340.
Petri Kruſſich tres. à p. 347.
Civitatis & Capituli Segnienſis a 348.
Bihachienſium epiſt. 4. a 349.
Pomazanich a 351.
Petri Mikulich 351.
Jordani Horvath Gubernat. Thopuſzkenſis 352.
Franciſci Batthyán Bani 356.
Stephani Deshazii tres, a 357.
Civitatis Montis Græcenſis Zagrab. a 358.
Lucæ *Zekell.* Item binæ *Petri de Cinto.* 359.
Georgii Kobaſſich 360.
Pauli de Varda Archiep. Strigonienſ. 371.
Joannis Horvath Præpoſ. Scepuſſien. 371.
Balthaſaris Banffi 371.
Thomæ de Leſcano 372.
Sub vexillo Servientium 372.
Eraſmi Catzianer 372.
Caſparis Dominitz 373.
Gregor. Markhazy, & Wolffg. Jioſa 373.
Petri Koſtka Poloni binæ, a p. 374.
Caroli VI. ad Virmandt 380.
Pauli Epiſc. Veſprimienſis a 421.
Clementis VI. Breve. 422.
Pauli Nenadovich 470.
Joannis Tomecz 489.
Comitatus Zagrabienſis pag. 270.

Inſtrumenta alia & MSS.

Decreta Regum, & Legum Articuli. Diplomata Stiriæ a *P. Eraſmo Froelich* edita.
Montanæum ſeu Protocoll. Eccl. Zagrab.
Transactiones variæ, & fœdera publica ſuis locis.
Teſtamentum Palatini Radus. p. 104.
Litteræ ſententionales Belæ IV. p. 161.
Adami de Batthyan Bani Decr. p. 474.
Alexandri Mikulich Epiſc. Zagr. a 501.
Martini Frangepani Fundationales 467.

Nico-

Digitized by Google

Nicolai Epiſc. Zagrab. Collation. 413.
Petri Erdœdy Bani Intimatoriæ 386.
Litteræ Præpoſ. de Glogoncza datæ Planinenſibus p. 416.
Franciſci Frangepani Archiep. Colocenſis oratio p. 375.
Decretum Regni Sclavoniæ p. 201.
Inſtructio Statuum Regni Sclav. p. 476.
Wolphardi litteræ p. 445.
Inſtantiæ diverſorum: ut p. 291. 426. 437.
Miſſale vetus & Breviarium proprium uti & Cæremoniale Eccl. Zagrabienſis. Chronica Croatica, & Cantillenæ Vulgares. Ode Croatica 133.
Extractus Protocollorum Regni Sclavoniæ.
Extractus Monumentor. & Privileg. Regni Sclavoniæ.
Extractus monumentor. Abbatiæ Thopuſzkenſis.
Extractus Privilegior. Nobilium Campi Zagrabienſis ſive Turopolye.
Extractus monument. Eccleſiæ Zagrabienſ. confectus a Georgio Marcellevich C. Zagr.
Extractus varii diverſorum monumentor. Memoriale Rectorum Coll. Zagr. PP. Societ. JESU.
Joannis Archidiac. de Guercſe. Mſſ.
Raphaëlis Levakovich Mſſ.
Ladani Notarii Comit. Varasdinenſis de geſtis Banor. Mſſ.
Pauli Ritter. Offuciæ Joan. Lucii Mſſ. *ejuſdem* de Hungarico in Croatiam jure Mſſ. *Diverſarum notitiarum* Mſſ. *Adverſaria varia* Mſſ. Natales S. Ladislao reſtituti, editum.
Joannis Tomkus Mernavichii Marci Filii, Epiſ. Regni Boſniæ &c. diſſertat. De Genealogia, Romæ edita 1632.
Fr. Andreæ Ciacich Mioſſich, diſcurſus quotidianus, gentis Sclavicæ editus. 1756. vulgari dialecto Dalmatica. *Alia item, ſuis locis recenſita.*

Diplomata Varia, & Regum Reſcripta.

S. Regis Stephani. à p. 102.
Colomani Regis Hung. de anno 1105. pag. 114. *Ejuſdem* datum Archi-Epiſ. Spalatenſi Creſcentio anno 1103. à pag. 137.
Stephani II. de anno 1124. pag. 156.
Belæ II. anno 1138. pag. 157.
Geyſæ II. pag. 156. *Item* à pag. 157.
Ejuſdem cum inſertione Prælatorum. 158. *aliud*, de anno 1158. pag. 159.
Stephani III. de anno 1163. Regni ſui II. quo attribuit Parochias Spalatenſi Archi-Epiſ. ibi notatas, quas inter Modruſſienſis pag. 162.
Belæ III. de anno 1193. Donatio Comitatus Modrus cum inſertione Prælatorum, facta Comiti ſuo Bartholomæo de Veglia, pag. 167.
Emerici Regis Reſcriptum ad Spalatenſes. 268. *Ejuſdem* p. 170.
Andreæ II. quà Ducis Dalmatiæ &c, de anno 1198. confirmat. cum inſertione Prælatorum, privil. Eccl. Spalatenſi. p. 170.
Ejuſdem de anno 1207. cum Inſertione Prælatorum & Baronum Regni, quo conſtituit Suffraganeas Eccl. Archi-Epiſ. Spalatenſi à pag. 182.
Ejuſdem de an. 1199. ſuper libertatibus Spalatenſium. p. 186.
Ejuſdem anni 1209. cum Inſertione Prælatorum & Baronum Regni, confirmans Jerindoni Comiti de Veglia Privileg. Belæ III. pag. 188.
Ejuſdem Libertates datæ Varasdinenſibus. à pag. 188.
Belæ IV. Aurea Bulla Lib. R. Civitatis Montis Græcenſ. Zagrabi. de anno 1242. cum Inſertione Prælatorum & Baronum. pag. 124.
Ejusdem Anno 1266. erectio Caſtri in monte Grech juxta Zagrabiam cum collatis Privilegiis & terris. à pag. 125.
Ejuſdem de anno 1224. cum Inſertione Prælat. & Baronum donatio, *Kokoche* Generationibus ibi ſpecificatis. à p. 190.
Ejuſdem an. 1242. Confirmationales diviſionis terræ Caſtri Gorre, ac hoſpitibus de Perna & Petrina. pag. 192.
Ejuſdem anno. 1240. ſuper libertatibus & tenutis Frangepanis. à p. 193.
Ejuſdem Confirmatio Litterarum Frangepanianarum anno 1251. à pag. 194.
Ejuſdem Donatio loci ad Vinodoll & metales illius. à pag. 195.
Ejuſdem An. 1269. ſuper Libertatibus Eccl. Zagrabienſis. pag. 199.
Ejuſdem Anno 1242. elargitæ Pharenſibus immunitates. p. 206.
Ejuſdem anni 1242. Hoſpitibus de Zamobor Privilegiales. p. 458.
Ejuſdem anni 1257. Privilegiales datæ hoſpitibus de Jaſzterbarſzko. à p. 459.
Stephani V. anni 1271. ſuper Poteſtaria Segnienſi. à p. 218.
Ejuſdem ſuper decimis Licanis. p. 221.
Ejuſdem An. 1272. Donatio Familiæ Septhe facta, cum inſertione Prælatorum & Baronum Regni, plura Hiſtorica continens. à pag. 221.
Ladislai IV. Confirmatio Privilegii ſuper Poteſtaria Segnienſi, anno 1275. à pag. 218.
Caroli I. anno 1323. cum Inſertione Prælatorum, & Baronum; confirmatio Privileg. Frangepan. pag. 195.
Ludovici I. anno 1358. Præſcripta norma in judiciis ſervanda, Jadrenſibus. pag. 238.

Ejuſdem anno 1367. Mandata ad Spalatenſes. pag. 238.

Ejuſdem Diploma cum inſertione Prælatorum & Baronum, anno 1356. elargitum Civitati Caproncenſi. pag. 242.

Sigismundi Confir. Privil. Frangep. anno 1394. inſertis Prælatis & Baronibus. p. 195.

Ejuſdem ſuper Inſula Veglia litteræ, atque aliis de anno 1412. pag. 209.

Ejuſdem an. 1412. Mandatum ad Spalatenſes ſuper Jure Patronatus Regio. p. 354.

Ejuſdem Donatio anno 1437, ad Hiſtoriam & plurium cognitionem ſerviens à pag. 355.

Ejuſdem Mandatum anno 1415. ad Capitulum Zagrab. Eccl. de inſtrumentis examinandis. pag. 460.

Ejuſdem Collatio inſignium ſeu armorum Marco de Zaverſija anno 1415. ubi quædam Hiſtorica. p. 362.

Ejuſdem Anno 1412. Oppignoratio XIII oppidorum Scepuſſienſium cum conſenſu Prælatorum & Baronum. à p. 378.

Ejuſdem Donatio Joanni Maroth Bano Machovienſi anno 1404. Hiſtoriam temporum illorum illuſtrans. à pag. 381.

Ladislai V. dicti Poſthumi Diploma Regno Sclavoniæ datum anno 1457. à pag. 277.

Matthiæ I. Collationales Juris Regij anno 1481. Frangepanis, ſuper Caſtris Terſact, Civitate Modruſſa, Caſtellis Bythym, Plazij, Klipzeh, Caſtro Hrelin, cum portu Buccaricza, Grobnik, Vinodol, Drivenik, Item Dubovacz & Zvecsaij. pag. 225.

Ejuſdem Sententionales anno 1459. pro familia Mernavich &c. quibus res Serviæ illuſtrantur. à p. 280.

Ejuſdem Donatio Comiti Tomco Mernavich anno 1469. territoriorum in finibus Bosniæ & Croatiæ cum inſertione Prælatorum & Baronum Regni. à pag. 294.

Ejuſdem Epiſtola de electione Epiſ. Modruſſienſis. 296.

Vladislai II. Collatio Inſignium ſeu Armorum familiæ Hergffi An. 1507. à. pag. 263.

Ejuſdem Diploma ſuper Inſigniis Regni Sclavoniæ anno 1496. à pag. 301.

Ejuſdem anno 1505. Exemptionales à pecuniis fumalibus Populi Eccl. Zagrab. pag. 303.

Ejuſdem Litteræ ad Oſvaldum Epiſ. Zagrabienſem. pag. 300.

Ejuſdem Collatio Inſignium ſeu Armorum Nobilibus ibi expræſſis. à pag. 499.

Ludovici II. Donatio facta 1526. Keglevichio Bano Jaicenſi. pag. 315.

Ejuſdem Confirmatio Privilegior. Eccl. Zagrab. anno 1519. inſertis Prælatis & Baronibus.

Ferdinandi I. Reſcripta ad *Nicolaum Rauber* anno 1529. Ad *Epiſ. Tininienſem* hiſtoriæ ſerviens, anno 1530. Ad *Status & Ordines Regni Croatiæ* anno 1531. à pag. 336.

Ejuſdem Mandata tria ad Lucam Szekell Capitaneum Capronceníem año 1556. à pag. 363.

Ejuſdem ad Nicolaum Zrinium Banum anno 1551. de non derivando Dravo per terras aliorum. à pag. 365.

Maximiliani anno 1565. Mandatum, de reſtituendis pecuniis fumalibus à populo Eccl. Zagrab acceptis. pag. 386.

Rudolphi Diploma Civitati Carolſtadienſi datum anno 1581. à pag. 392.

Ferdinandi III. Confirmat. Ejuſdem Privilegii. pag. 392.

Leopoldi anno 1662. quo confirmat. Bullam Alexandri VII. Papæ, & indulget erigi à Franciſcanis Provinciam Sclavoniæ S. Ladislai, cum inſertione Prælatorum & Baronum Regni. à pag. 418.

Ejuſdem Collatio Sacelli S. Hieronymi in Strigo PP. Paulinis p. 424.

Ejuſdem anno 1690. Patentales ad Populum pertinentem ad Coronam Regni Hungariæ à pag. 434.

Ejuſdem 1690. Datum Raſcianis in negotio Religionis. à pag. 435.

Confirmatio horum facta anno 1706. ab Imp. & Rege Joſepho I. *Item* anno 1713. à Carolo VI. *cum clauſula* relata. p. 437.

Ejuſdem Leopoldi anno 1697. Diſpoſitio de Sclavonia inferiore. pag. 475.

Ejuſdem Anno 1703. Ordinatio de Confiniis Sclavonicis, ſeu Generalatu Varaſdinenſi, *Banalibus* quoque à pag. 446. *Item*, eodem in merito expeditum Diploma. à pag. 477

Mariæ Thereſiæ occaſione regulat. Confiniorum Banalium diplomatis extractus. à p. 481.

Accedunt Regum Huugariæ, ex aliis monumentis Ordinationes, & textus, relati ſuis locis in opere.

Regum aliorum, Ducum Item Sclavoniæ monumenta.

Stephani Ducis Croatiæ teſtamentum. pag. 114.

Geyzæ Ducis, anno 1158. donatio facta Archi-Epiſ. Spalatenſi. pag. 158.

Colomani Regis Ruthenorum & Ducis Sclavoniæ collationes diverſis factæ. pag. 123.

Ejuſdem Donatio anno 1232. terræ Konzka, ubi *Andreæ Ducis* mentio. 497.

Stephani Ducis Sclavoniæ anno 1353. confirmatio Privilegior. Eccl. Zagr. p. 147.

Ejuſdem anno 1354. datum Civibus & hoſpitibus Capronceníibus reſcriptum. pag. 444.

Mar-

Margarethæ Duciſſæ Sclavoniæ anno 1355. Viduæ Ducis Stephani, datum Kaproncenſibus p. 444.

Stephani Dabiſſa Regis Boſniæ anno 1394. donatio facta Goyco Mernavich cum inſertione Baronum Regni à pag. 247.

Stephani Scuri, ſeu Tvarci Tuarkovichy Regis Boſniæ anno 1426. nova donatio facta Joanni Mernavich cum conſenſu Senatorum Regni iſthic inſertorum, ſervit illuſtrandæ Hiſtoriæ a pag. 257.

Stephani Thomæ Regis Raſciæ & Boſnenſium anno 1446. Decretum Legum latarum cum inſertione Prælatorum & Baronum Regni à pag. 271.

Mathiæ Archiducis Auſtriæ quà Vicesgerentis anno 1595. ad Generales & Capitaneos &c. pro Kaproncenſibus mandatum pag. 365.

Joannis de Hunnjad Gubernatoris, de anno 1448. donatio oppidorum iſthic expræſſorum, facta Georgio Niſſenſi, hiſtoriæ illuſtrandæ ſerviens a pag. 272.

Michaëlis Zilagi Gubernatoris de año 1458. teſtimoniales de Niſſa &c. ſervit hiſtoriæ illuſtrandæ a pag. 273.

Ulrici Comitis Cilliæ &c. & Bani Sclavoniæ anno 1449. ſententionales litteræ 275.

Petri de Thalovicz Dalmatiæ & Croatiæ Bani anni 1442, ceſſio decimarum pag. 267.

Scriptores ut teſtes ſuis locis adhibiti.

Ademarus.
Ælius Spartianus.
Æneas Sylvius, ſeu Pius II. Pontif. Roman.
Aimoinus.
Albertus Muſſatus.
Albricus.
Adlzreitter.
Ammianus Marcellinus.
Anna Comnena.
Annales Fuldenſes.
Annaliſta Metenſis.
Andreæ Presbyt. Ratisbonen. Chronicon.
Annaſtaſius Bibliothecarius.
Annonymus Auct. vitæ Caroli Magni.
Annonymus Script. rerum Hungar.
Appianus Alexandrinus.
Allemanus.
Aventinus.
Bandurius.
Baronius Cardinalis.
Bedekovich Joſephus.
Benger Nicolaus.
Bertinianus.
Blondus.
Bombardi.
Bonfinius.
Cangius.
Capitolin. Julius.
Carolus Stephan.
Cedrenus.
Coſmæ Prag. Continuat.
Cromerus.
Dandulus.
Debiel Ludov.
Deſericzius.
Dio Caſſius.
Diocleates.
Dreschsleri Chron. Turcicum.
Eggerer Annal. Paulinorum.
Eginhardus.
Evagrius.
Eumenius.
Eutropius.
Farlatus Daniel.
Flodoardus.
Florus.
Fredegarius.
Gaufridus Monachus.
Georgius Arcopolita.
Guillelmus Bibliothecarius.
Hanſicz Marcus.
Helmoldus.
Hierocles Grammat.
Sanctus Hieronymus.
Hiſtoria Miſcella.
Hiſtoria Eccleſiæ Zagrabienſis.
Joannes Archidiaconus de Gvercſe MSS.
Jornandes.
Jovius.
Irenæus della Croce.
Iſthvanffius.
Kaprinay Stephanus.
Karolyi Laurentius.
Kollar Adamus Franciſcus.
Lactantius.
Lambertus Schapnab.
Lampridius.
Lazius Wolffgangus.
Leunclavius.
Livius.
Lucius Joannes.
Madius.

de Marcha Petrus.
Marullus.
Menander.
de Monacis Laurentius.
Nicephorus.
Nicetas Choniates.
Onuphrius Panvinius.
Ortellius Abraham.
Otto Friſingenſis.
Pacati Panegyr.
Pagius.
Pancirollus.
Paſchalis Chronicon.
Paſconi Clarus.
Paulus Diaconus.
Paulus de Paulis.
Peterffyi Carolus.
Pichler Joſephus.
Platina.
Plinius.
Pomponius Lætus.
Porphyrogenitus.
Pray Georgius Annales Hung.
Priſcus Rhetor.
Procopius.
Ptolemæus.
Raicſani Adam in epiſtolis.
Rajnaldus.
Ratkajus.
Ritter Paulus.
Rogerius.
Sanſovinus.
Schönleben.
Sextus Aurel. Victor.
Sextus Ruffus.
Sigebertus Gemblacenſis.
Sigonius.
Schmitt Nicolaus.
Sozomenus.
Strabo.
Svetonius.
Szent-Ivany Martinus.
Tacitus.
Thomas Archidiaconus Spalatenſis.
Theophanes.
Theophilactus.
Thuroczius.
Timon Samuel.
Tomcus.
Trebellius.
Vellejus Paterculus.
Verböczius Stephanus.
Wippo.
Vopiſcus.
Urſpergenſis Abbas.
Zosimus.

Digitized by Google

NOTITIÆ PRAELIMINARES.

Regionum earundem variè nominandarum, & dividendarum, ratio, ex multis profluit. Præcipua exiſtimo: diverſitatem temporum; Rerumpublicarum converſionem; Scriptorum arbitrium: qui, vel eruditionis ambitione; vel ex incertis relationibus, ex ingenio ſuo, ſine rerum examine, de remotis atque incognitis ſcribunt; & Sectatores ex præjudicio quopiam, nanciſcuntur. Potiſſimum autem Regionum diviſiones, ac nominum mutationes, ab eorum pendent arbitrio, quibus parent. Hæc, in his Regionibus, (quarum amore, opus iſtud compilatum eſt) cumprimis experimur. Venia profecto digni ſunt exteri, dum errant in genuina, *Dalmatiæ*, *Croatiæ*, *Sclavoniæ* notitia. Domeſtici quam varient atque confundant, non eſt quod recenſeam. Itaque dum *Zagrabienſem Eccleſiam*; quidam in Croatia; quidam in Sclavonia, in Pannonia alii, collocant, enatis hinc etiam, ſæpe diſcordiis; & dum *Eccleſiæ hujus ſacra Jurisdictio*, per varias & diſtinctas Regiones, olim, atque hodie extenderetur; de Regionibus his commentari volui; ut ita Pars hæc Hiſtoriarum intelligi commodius valeat. Ex inſtituto de his diſſerere, pertinet ad civilem hiſtoriam, cujus, collectionem majorem haberemus, ſub ſpe olim, hujus quoque a nobis edendæ. Verum ita volentibus fatis, curam hujus depoſuimus: oramus nihilominus Cives Patriæ, ut hanc, pro Reipublicæ ſuæ, Sacræ Regni Ungariæ Coronæ, Regisque ſui, ſervandis legitimis ac juſtiſſimis juribus non negligant, præcipue; poſtquam neceſſitatem hujus, *articuli illi* omnes, qui, *de rectificandis limitibus: Banorum authoritate* &c. tanto numero, *legibus Municipalibus* inſerti ſunt: tot item ſæpenumero controverſiæ, exigere videntur. Leopoldus Anno 1700. hujus fuerat ſtudioſiſſimus, ut ſua mandata Regia evincerent; aliud de XX. Die Novembris, anni 1700. aliud ex Caſtro *Ebersdorff* Die XV. Septembris 1701. expedita. Verum Caroli II. Hiſpaniæ Regis, dein Leopoldi ipſius mors, Regios hos conatus, atque officium, interruperunt. Porrò, ut *Præliminares hæ memoriæ*, intelligantur commodius, per præcipuas Periodos, has referre viſum eſt. Sequimur pro viribus juxta gradus probabilitatis hiſtoricæ Scriptores. *Lapidum Inſcriptiones* pro confirmatione adjungimus, *Numos item cuſos Siſciæ*, ac his in oris erutos, quorum plures, *RSS. D. Georgius Malenich de Kurilocz*, *Abbas infulatus S. Jacobi de Siliſio*, *Lector Capituli & Canonicus Eccleſiæ Zagrabienſis*, pro eruditionis amore, ac ſtudio utilitatis publicæ, ad perennem ſui memoriam, nobiscum amicè communicavit. Per nos, viſi, examinati, & tractati ſunt.

PERIODUS I.

Florentis ac decreſcentis Romanorum Imperii, ádeoque uſque ad Sæculum VII.

§ I.

Notitiæ Pannoniæ ab *Octaviano Auguſto*, ad M. *Vulpium Trajanum*.

I. Regiones, quas hodie, *Croatiam*, *Sclavoniam*, *inferiorem Styriam*, & *Carnioliam* in parte ſaltem, vocamus, olim, ante, ac ſub Auguſto ipſo, *Pannoniæ* fuiſſe partem, ſi ve,

ſi veteribus Scriptoribus fides, dubitari non poſſe videtur. *Strabo* Auguſto æqualis, aut ſuppar, de Pannonia ſcribit: *Pertingit Pannonia etiam usque ad Dalmatiam, & Ardiæos verſus meridiem ſi proficiſcatur - - quæ ſupra hanc ſita eſt Regio, montoſa eſt, frigida, ac nivalis, maxime quæ ad Septemtrionem vergit, ita ut vites raræ ſint, in editis & planis locis. Hæ ſunt Pannonum montanæ planities verſus meridiem ad Dalmatiam usque, & Ardiæos pertinentes, verſus ſeptemtrionem ad Iſtrum deſinentes.* Item Strabo 6. 7. *Quodam enim modo* inquit: *una ducta quaſi linea parallela montes Illyrici, & Pæonici, & Thracii inter ſe diſtant, quæ ab Adriatico ſinu in Pontem uſque perveniat, cujus partes in aquilonem ſpectantes inter Iſtrum, montesque conſiſtunt &c.* Ut non immerito obſervet Lucius libro I. C. 3. *Montes, ex quibus proſpectus in Adriaticum, ipſasque montanas planities, Pannones poſſederunt &c.* Hæc vero accipienda non eſſe, de his oris, quæ, *reſpectu Zagrabiæ, ubi ſcribimus*, verſus occidentem ad littus Adriatici extenſa ſunt; evincunt: Strabo, cæterique Scriptores; Auguſtorum Romanorum hiſtoriæ; imo inſcriptiones veteres. Enimvero Japides, atque Japidiam, hac Strabonis ætate, fuiſſe intermediam, negari non poteſt. Sed qui fuerant *limites, his in oris Pannoniæ*, a Japidia? nequit determinari. Strabo, poſt Iſtriam; *ſequitur Japodum* inquit *ora, Stadiorum mille. Siti ſunt Japodes ſub Albio monte, qui finis eſt Alpium admodum alto, ac partim ad Pannonios & Iſtrum pertingunt, partim ad Adriam &c. Urbes eorum* (nempe Japodum) *Metulum, Arupinum, Monetium* Vendum - - *poſt Japodum oram, Liburnica ſuccedit &c.* Ita exhibet Strabonis textum Lucius, *lib. 1. cap. 2.* Schönleben autem *cap. 1. §. 7. Siti namque ſunt Japides in Albio monte, qui finis eſt Alpium: admodum alto, atque illinc ad Pannonios & Iſtrum, hinc ad Adriam porriguntur &c.* Quæ Lectiones, quam differant, quivis videt. Aliud eſt *ſub Albio monte* Japides collocare; aliud *in Albio monte*; aliud, hos pertingere *partim ad Pannonios & Iſtrum*; aliud: *illinc*, nempe ab Albio monte *ad Pannonios & Iſtrum* porrigi. Secundum Schönlebeny lectionem, perfacile foret, *limites Pannoniæ* deſcribere, *a Japidibus*; at citatus a Lucio, Strabo, reddit difficiles. Credo Strabonis Autographum, ab horum neutro fuiſſe viſum; hinc Auguſti, Tiberiique ætate, his in oris, ſeu *vocatæ hodie Croatiæ*, qui fuerint intra Japidiam ac Pannoniam limites? conſtitui nequit. Illa vero, ex quibus argui poſſunt, & conjectando firmari mox infra venient.

II. Romanam Rempublicam, cum Illyriis, Dalmatis, Mœſys pugnaviſſe, res clara eſt, legique meretur Cl. Daniel Farlatus Tomo I. Illyrici Sacri. Studioſam æquè fuiſſe Rempublicam, Pannoniæ ſubjugandæ, accepto *ex Mœſia* (nunc *Boſnia, Serviaque*) itinere, perſuaſum habeo. Sed poſt acceptam ad *Savum* cladem, relictam a Romanis fuiſſe Pannoniam, argumento eſt, ſilentium Reipublicæ Romanæ Scriptorum. Cladis acceptæ, teſtis eſt *apud Lazium*, Inſcriptio, prope *Savum* reperta:

C. HOSTILIUS ET EGNATIUS VEITOR QUINTADECIMAE LEGIONIS TRIBUNUS P. S. P. Q. R. CUM BARBARIS DIMICANTES, PARITER OCCISI, HEIC PARITER IACENT. SINGULARE POSTERIS EXEMPLUM ET CHARITATIS ET FORTITUDINIS CILJNENS. XXI. DIES ATRAT. LUXERUNT.

Magna ſane clades hæc fuerit, quam Senatus Populusque Romanus, atrati, XXI. diebus luxerunt. Illud porro, cum *Barbaris dimicantes*, Pannones poteſtati Romanorum ſubjectos, necdum fuiſſe, confirmat; dum extra dubium eſſet. *Barbarorum* appellatione, veniſſe Romanis, eos, qui, Reipublicæ ſubjecti, aut conjuncti non fuerant.

III. *Octavius Auguſtus* Aquilejâ condita, & *Limite Italiæ* extenſo, ut ſequens doceret Inſcriptio (

IMP. CAES. INVICTUS AUG. AQUILEIENSIUM RESTITUTOR ET CONDITOR. VIAM QUOQ. GEMINAM, A PORTA USQUE AD PONTEM PER TYRONES JUVENTUT. NOVAE ITALIAE SUAE DELECTUS, LONGI TEMPORIS LABE CORRUPTAM, MUNIVIT ET RESTITUIT)

In Japodes arma vertit, quod: Appiano teſte, *facto in Aquilejam impetu, ac Tergeſtina Colonia direpta*, Cæſarem offenderint. Qui, teſte Dio lib. 49. *Japides ipſe bello petiit; quorum eos, qui citra montes procul a mari habitabant, non omnino difficulter ſubegit: qui vero montes & ultra illos incolebant, eos non ſine maximo labore perdomuit. Hi Metullo maxima ſua urbe occupata, Romanos oppugnantes multoties repulerunt, machinas multas combuſſerunt, Cæſarem ipſum a lignea quadam turri murum conſcendere conatum, graviter ſauciaverunt; tandem cum nihilominus propoſitum urgeret, copiasque alias evocaret; ſimulantes ſe pacem facturos, præſidium in arcem acceptum*

ceptum noctu interfecerunt, ædes ſuas incenderunt, ſeipſos, ac quidam etiam uxores, & liberos ſimul occiderunt; ita ut nihil prædæ inde ad Cæſarem redierit, cum captivi etiam, paullo poſt, necem ſibi ipſis conſciverint. Appianus autem bellum hoc diſtinctius & copioſius deſcribens, concludit: *Metullo capta - - Japodes tunc primum Populi Romani ditioni, additi ſunt.*

Superatis Japydibus, Cæſar, ad horum ab oriente vicinos Pannones, continuo progreditur. *Inde perexit* ſunt verba Appiani apud Farlati, *in agrum Segeſtanum, qui & ipſe Pæonum eſt ad Savum fluvium; cujus in ripa urbs egregie munita ſita eſt, patetque latiſſimè in amplo foſſæ fluminisque complexu; eaque maxime de cauſa expetebatur a Cæſare, qui illud oppidum deſtinaverat ſedem belli, quod meditabatur adverſus Baſtarnas, ac Dacos habitantes ultra Iſtrum, qui per eas Regiones adhuc Danuby nomen retinet, paulò inferius Iſter futurus. In flumine Savo naves fabricari juſſerat, quibus frumentum in Danubium, quem Savus influit, devehere parabat, quæ res non habenti in poteſtate Segeſtam, admodum difficilis erat futura - - - Segeſtani omnia acerrimæ oppugnationis mala perpeſſi, trigeſima tandem die, per vim capti ſunt.*

Hæc Appianus de *Segeſta* ſcribit, quæ inſula fuit ad Siſciam, intra *Savum* ab ortu, *Colapim* a meridie, *Odram* fluvium ab occaſu, ſita. *Dio* autem *Caſſius* de *Siſcia*, trans Colapim, late extenſa, & a *Segeſta*, fluvio uno diſſecta. Sic autem Dio: *Cæſar in Pannonios profectus, primum a rapinis ſe continuit, quamvis ii pagos in campeſtribus ſitos deſeruerant; ſed cum ad Siſciam accedentem, eum læſiſſent, ira correptus agrum eorum uſſit, prædasque, quas potuit maximas egit. Cum urbi appropinquaſſet, incolæ a primoribus perſuaſi, ſtatim ei ſe dediderunt; poſtea autem cum portas occluſiſſent, in obſidione habiti ſunt, cum & muris validis, & duobus navigalibus fluviis confiderent. Colops enim* (Colapis hodie) *ipſa moenia alluens in Savum defluit - - - Tandem audito quosdam Sociorum ſuorum inſidiis exceptos periiſſe, animis collapſi deditionem fecerunt. Ita his in poteſtatem Cæſaris receptis, reliqua etiam Pannonia pacis conditiones accepit.*

Ex deſcriptis adhuc, concludimus: ab Auguſto primum, ſuperatis Japidibus, his, vicinos Pannones, Romano Imperio fuiſſe adjectos. Et Pannones Regionum harum, de quibus commentamur. Verum terminos, Japidiam a Pannonia hac diſtinguentes, neque ex his eruere valeo. Tum facto ex Japydia itinere, Auguſtum has Pannoniæ oras, ſub pacis condionibus accepiſſe. Quæ illæ fuerint conditiones? deſcribere aliud nequeo, ac ex *Epit. Sex. Aurel. Victoris* ſententiam: *Pannonios ſtipendariis adjecit.* Sane Ammianus de Myſiis teſtatur: *Myſios Marcus Lucullus - - - Nec præterea quidquam a Populo Romano ſub vetere Republica adverſus Myſios geſtum comperi; neque quod tributa pendere adacti ſunt, ne ab Auguſto quidem; Cæterum a Tiberio, qui poſt Auguſtum rerum potitus eſt, domitos conſtat.* Si Myſy a Republica Romana obtenti, ad tributa pendenda nec ab Auguſto adacti ſunt, qui credam? acceptos ab Auguſto Pannones, ad tributa pendenda fuiſſe compulſos, præcipue dum *Siſciam*, belli ſedem adverſus *Baſtarnas & Dacos* habere voluit; dum Magiſtratus Regesque Pannoniæ non ſuſtulit, ut mox videbimus. Quare opinione mea, ſtipendiorum annuorum promiſſis, Japides Pannonesque, Auguſtus, Romano adjecit Imperio, *Sirmium* unicè, Romano muniens præſidio. Equidem

IV. Auguſtus, qui Appiano teſte, identidem arma corripientes Dalmatas compeſcuit, ut: obſides traderent pueros, ad ſeptingentos. *Ad hæc*, verba ſunt Appiani, *ſigna Romana, quæ Gabinio abſtulerant, & tributum, quod à D. July temporibus pendere intermiſerant, reddituros polliciti, obſequentes populo Romano impoſterum fuêre.* Verum diuturna Dalmatorum non erat fidelitas, odio enim tributorum, Pannonibus in ſocietatem pertractis, arma corripiunt, *Daci* inquit Dio, *qui Iſtrum frigore concretum transgreſſi, ex Pannonia prædas abſtulerant. Dalmatæ quoque propter exactum tributum rebellionem fecêre. Hos motus Tiberius ex Gallia, in quam cum Auguſto profectus fuerat, pacavit.* Verum Tiberio adverſus Germanos exercitum ducente, quod is Dalmatis, atque Pannoniis, peccuniam, & milites, ad expeditionem Germanicam imperâſſet, audacter negatis imperatis, ſe a Romanorum Imperio eximere, nova defectione, adnixi ſunt. *Dalmatæ tributa moleſtè ferentes* (Dio Caſſius lib. 55.) *cum ſuperiori tempore, vel inviti ſe continuiſſent, poſtquam Tiberius ſecundam in Germanos expeditionem fecit; ac cum eo magna parte Exercitus abducta, ipſisque Dalmatis milite imperato, ad bellum Germanicum Valerius Meſſalinus Dalmatiæ ac Pannoniæ tum Præfectus abiit. Cum eam ob rem ipſi conveniſſent, juventutemque ſuam florentem conſpexiſſent, cunctatione abrupta, primo pauci quidem, rebellavêre; Batone quodam Dyſidiato eos maxime concitante;*

Romanosque obviam profectos, ibi fuderunt: inde reliqui quoque Dalmatæ defecerunt. Ac Breuci Pannonica gens, alio ſibi quodam Batone Duce ſumpto, ad Sirmium, quod Romanorum tenebatur præſidio acceſſerunt. Vellejus autem, Paterculus, ennarrato eò, quod pars exercitus hujus, in *Macedoniam* eruperat; pars Italiam petere decreverat; junctam ſibi *Nauporti* ac *Tergeſtis* confinio, concludit: *tantus etiam hujus belli metus fuit, ut ſtabilem illum & firmatum tantorum bellorum experientia, Cæſaris Auguſti animum quateret atque terreret.*

Sane Vellejo Paterculo, & Dione Caſſio auctoribus, *Bato* ille Dalmaticus, populabundus *Salonam* excurrit, ac ultra *Drilonem* progreſſus, atque in Macedoniam effuſus, omnia ad *Apolloniam* usque vaſtavit, jam victus, jam victor. Adverſus hunc *Valerius Meſſalinus* cum aliquot Legionibus a Tiberio fuit ſubmiſſus; *Rhymetalces* quoque *Rex Thraciæ*, in auxilium a Romanis vocatus. *Bato* autem, vel rectius *Batro* Pannonicus, *occupato monte Claudio,* ut teſtis eſſet Vellejus, *munitione ſe defendit*, ac ad *Sirmium* excurrit Et ne caperetur Sirmium, *A Cæcina Præſes Myſſiæ*, celeriter ad *Dravum* flumen accurrit (combinatione horum, *Cæcina* Sirmiò iverit; *Bato* autem partem ſui exercitus, trans *Dravum* miſerit, cui Cæcina occurrit, partem, in *monte Claudio* ſecum habuerit) victum ingenti clade, a Batone ſcribit *Vellejus*; victorem Cæcinam fuiſſe, *Dio* recenſet. Motus hi, diuturniores fuère; nam poſt Tiberium ab Auguſto revocatum, *Germanicus* Cæſar filius Druſi, Romano Exercitui præerat; Tiberius iterum, qui Dione teſte Dalmatas partim bello, partim pacificatione compoſuerat. Sed ex ſubſecutis intra Batones diſcordiis, motus renati ſunt. Enimvero *ſub idem tempus*, ſcribit Dio, *Bato Breucus, qui prodito Pinne mercedis loco, Regnum Breucorum acceperat, captus ab altero Batone, occiſusque eſt. Suſpectam enim ille fidem ſubditorum habens, circum caſtella profectus, obſides poſtulabat; eumque alter re cognita, inſidiis interceptum, in arcem quamdam compulit; traditumque ab iis, qui arcem tenebant, in caſtra adduxit, & damnatum mori coegit. Quo facto, cum iterum permulti Pannony rebellâſſent, Sylvanus in eos exercitu ducto, Breucis victis, reliquorum nonnullos abſque prælio recepit. Igitur Bato in Pannonia nihil ſpei reliquum videns, præſidiis aditus ex ea in Dalmatiam pertinentes munivit, Dalmatiamque vaſtavit. Sic reliqui etiam Pannony cum ager eorum a Sylvano maleficiis infeſtaretur, pacis conditiones acceperunt; niſi quod latrocinia quædam, ut quæ in hujusmodi tumultu diu jam exercitata eſſent, ſuperfuère (res nunquam non præſertim apud iſtos populos uſitata) ipſa etiam deinde exciſa.* Proſequitur Dio lib. 56. (apud Cl. Farlati) Batonis hujus Dalmatici hiſtoriam; eum nempe, *Andery*, ad ipſas *Solonas* ædificata arce, ſeſe defendiſſe, petita pace, ſuis deſertis, profugiſſe; ac demum, miſſo ad Tiberium *Sceva filio*, arbitrio Tiberii ſemet tribuiſſe. Hanc Batonis inſolentiam, ab anteriore fuiſſe diſtinctam, hiſtoria *Dionis* evincit.

V. Ex adhuc deſcriptis conſequitur. Pannoniam hanc, ab Auguſto, adjectam Romanis extitiſſe, atque initia Romani Imperii in Pannoniæ parte hac, ab Auguſto eſſe petenda. 2. Auguſtum Magiſtratus Pannoniæ, tum ſtatim haud ſuſtuliſſe, cum *Breuci* Pannonica gens, *Pinnetum* Regem ſuum habuerint. Qui, a *Batrone* proditus, *Regnum Pinne*, ſeu Breucorum, mercedis loco, acceperat. 3. Pannoniam a Dalmatia diſtingui oportere, neque Dalmatiam, per Pannonias fuiſſe extenſam. Plura item, quæ ſtudioſus Lector, perfacile intuebitur. Verum dubietates ex anterioribus, meditatione inſtituta, enatas, illuſtrare convenit. Auctores inſinuati, ætate diſtant. Ad Octaviani, atque Tiberii Epocham, *Strabo*, & *Vellejus Paterculus*, proximi ſunt. *Dio Caſſius* Sæculi III. initiò, floruit. *Appianus Alexandrinus* poſt medium II. Sæculi, *Ammianus Marcellinus*, item *Sextus Ruffus* a medio IV. Sæculi, ut facile, ſecundum ætatis ſuæ morem, in ſcribendo, quæpiam ab illis inſerta exiſtimem. Sane *Vellej Paterculus* anteferendus *Dioni Caſſio* foret; tum quia ſub Tiberio vixiſſe; cum &, quod Legatus Tiberii in Germania & Pannonia fuiſſe, ſcriberetur. Sed quod nimis Auguſti partibus faveat, *Tiberiumque*, atque etiam *Sejanum* immeritis laudibus ornet, reprehenditur. Quare Inſcriptiones repertæ in lapidibus, firmare, quædam videntur. Certè Superior Aquilejenſis, Auguſtum viam geminam per Tyrones reſtituiſſe, teſtatur. Hæc vero, ut ab iis, qui *Aquilejæ* fuerunt, accepi, altera eſt orientem verſus, ad hodiernam *Goritiam;* altera, corrupta & neglecta ad ſeptemtrionem. Hinc, ſtructis viis, adverſus Japides, Auguſto erat commodum, pugnare. Japidum porro oras illas fuiſſe, confirmat apud Lucium (L. 1. c. 9.) fragmentum ſequens.

C. SEMPRONIUS C.F.C. N. TUDITANUS COS. DE JAPUDIBUS. KAL. OCT.

Parte quoque ex alia, ſive Dalmatiæ; Auguſtum ſtraviſſe, & duxiſſe vias, non ſolum harum, nunc etiam veſtigia; ſed & lapis relatus a Lucio, Farlatio

CU-

Digitized by Google

CUJUS VIAJ MILLIA PASSUS. SUNT. CLXVII. MUNIT. PER VEXILLARIOS LEG. VII. ET XI. ITBM. VIAM GABINIANAM AB SALONIS ANDETRIUM APERUIT ET MUNIT. PER LEG. VII.

Jam, poſtquam Auguſtum Pannoniæ Reges non ſuſtuliſſe, ex ſuperioribus pateret, dum *Pinne* atque *Batro*, Breucorum Pannonicorum, Reges; Tiberio cauſaviſſent moleſtias, an Tiberius Magiſtratus Pannonum proprios? horumque Reges ſuſtulerit; conſtituere permoleſtum eſt. Enimvero *Dio Caſſy* ſcriptio, *Pannonios*, *Tiberius*, *uſus egregia Scordiſcorum, qui Pannoniorum fines attingebant, eodemque belli apparatu utebantur, opera, multis illatis cladibus domuit, arma ademit; juniorum pleroſque in alias Regiones adducendos, vendidit*. Indicare videtur, Pannones a Tiberio, ſubjugatos extitiſſe. Si eos domuit? ſi arma ademit? ſi juniores vendidit? Magiſtratus & Reges Tiberium iis reliquiſſe, credi nequit. At quia duobus ac ultra Sæculis Dio Caſſius, Tiberio eſſet poſterior, ac ſuperius, *Pacis conditiones* Pannonios accepiſſe narrâſſet, atque a *Batone* Dalmatico, ob maleficia per *Sylvanum* accepta, eos receſſiſſe, ut nihil ſpei in Pannonibus videndo, Dalmaticus Bato, præſidia muniverit; ejus ſcriptionem conciliare nequeo. Sane apud Lazium, videre eſt lib. 3. pag. 387. Inſcriptionem ſequentem.

L. SEXTIO PERVINCO DEC. CIVITATIS AUDERJENSIUM CAVSIDICO, ACCEPTIA AEREPTA CONJUGI SANCTISSIMO F. C.

Ut *Pervincus* Decurio Civitatis *Auderienſium* (veroſimilius ut infra mox, Pannonici *Audery*, quo loco, occiſum Pinnetum ſcribunt) apud Tiberium in Germania tum conſtitutum, agens pro Civitate & Pannonibus Oratorem, ſive cauſidicum, iſthic mortuus fuerit; venia nihilominus exorata, paciſque conditionibus acceptis. Interim ex memoria Cellejenſi ſequente:

SEX. PUBLICIUS FRONTO ANNO LX. BATRO CELEJAN. ANNO LXX. SERVATIS CELEJANIS ANNO XXXV. INSEQUENS CELEJANOS ANNO LXX. HIC S.

Pro Bato, *Batro* Pannonicus legendum putarem, atque hunc Celejanum, ſervâſſe ſuos, occaſione illa, qua Auguſtus in Japydes eſt progreſſus, vel dum Romani a Pannonibus cæſi ſunt, deinde, eosdem Celejanos inſequendo, quod ſe pro Rege agnoſcere noluiſſent, Pinneto prodito, ſed Dalmatico Batoni adhæſiſſent. Verum

VI. Multa ſunt, quæ ſuadent: Pannoniam, per Tiberium nec Magiſtratibus ſuis fuiſſe privatam; nec ad tributa ſubactam. Rei hujus, lapis 1758. e profundo terræ erutus, dum in *Sztenievecz* (loco verſus occaſum, hora una, Zagrabia diſſito) novum erigeretur Parochiale templum, teſtimonium perhibet, exhibens Inſcriptionem ſequentem.

IMP. CAES.
MESSIO
QUINTO TRA-
IANO
DECIO. P. F. AUG.
P. M. R. POT
COS. I. R
P. P. RESP. ANDAUT. DD.

Andautonium inter ſuperioris Pannoniæ Oppida, a Ptolemæo (ſub Antonino Pio circa 160. Scriptore) recenſeri; teſtatur *Carol. Steph. Lazius* &c. Lapis in *Sztenievecz* repertus, iſthic ſtetiſſe Andautonium, cum cæteris ruderibus, atque veſtigiis evincit, erroriſque damnat Geographos, qui alibi *Andautonium* locavêre. Reſpublica hæc, Pannonum fuerit, ad conſervandos hac ratione Pannones, Romano Imperio. Neque particulares Nationum quarundam, Reipublicæ, fuêre excluſæ, dum talium memoriam teſtantur lapides. Sic apud Lazium L. 5. Cap. X. C. CORNELIO - - - *Curatori Reipublicæ* OTESIMORUM, Item: P. CLODIO - - - *Curatori Reip.* BERGOM. *dato ab Imp. Trajano Curatori Reipubl.* COMENS. *Dat. ab Imp. Had.* Item lib. 3. C. URBIO *Patrono & Curatori Reipub. Veronenſium* &c. Ut Trebellius refferat, in oratione Trajani Decy; dum *Valerianum* ad munus *Cenſoris* electum confirmaret, reliqua inter Cenſoris officia: *Tu vectigalia firmabis, divides Statum, Reſpublicas recenſebis.* Imo apud Ortellium videre eſt numum, ubi parte una: IMP. C. M. Q. TRAIANUS DECIUS AUG. Parte ex altera, PANNONIAE ac ad Latus S. C. ſive *Senatusconſulto*. Accederet: nunc etiam, barbaros quos vocamus numos, complures frequentius erui, ſed quia ignoraretur Epocha, ad quam

b forent

Digitized by Google

forent collocandi, eos omittimus. Certè ſi Romani gentes quaspiam, ad incolendum ſolum ſuum recipiendo (ut de *Vannio* Rege in Pannoniis locato, plures ſcriberent) has; cum eorum Regibus recipere fuerunt ſoliti; extaret quoque lapis apud Lazium IHREPTI, Hipponicorum Reguli præbens memoriam, ad amnem *Maruſium* repertus, & iſthic *Ihrepti* dominatum indicans, tenoris ſequentis.

T. P. S. L. VAL. IHREPTUS, ET DOMITILL. REGULUS HIPONIC. HERMES ONESIMUS AUG. COL. HPC. L. D.D.D.

Concludi poſſe videtur, nec nationes illas, quæ eorum Imperio per pacta & conditiones, ſeſe univerant, ſuis illico exuiſſe Magiſtratibus. Judeæ egit Præſidem Pilatus Pontius, nomine Romanorum, attamen proprii fuêre etiam Judæorum Magiſtratus. A Priſco Rhetore (Tom. I. ſcript. Bizant.) *Edecon* deſcribitur, *qui Pæoniam Regionem ad Savum ſitam incolebat, quæ, ex foedere inito, cum Ætio Romanorum occidentalium Duce, barbaro parebat &c.* Verum examinanda hæc relinquimus, qui, Pannoniæ ſive totius, ſive *hujus Saviæ*, aliquando ſcripturus eſt Civilem hiſtoriam.

VII. Tributa etiam, ab Auguſto atque Tiberio, *Pannonibus* impoſita non fuiſſe, ſuperiora ſuadent; at ſtipendarios extitiſſe, ac auxiliares. Hoc Inſcriptiones etiam firmarent, in quibus *Equiti Auxiliario* legeretur. Præterea eſt Inſcriptio apud Laz. lib. 1. pag. 57. *T. Plautio - - - Et Comiti Claudy Caeſ. in Britania. Coſ. Procos. Pro-Praet. Moesiæ. In qua plura quam centum millia ex numero TransDanubianorum ad præſtanda tributa cum conjugibus & liberis, & Principibus ſuis traduxit.* Ut videatur, poſt Dalmatiam, Mœſia, atque inde Transdanubiani, prius *ad tributa* adducti, & Pannonii tardius. At, nec de his, hic ex inſtituto. Ideo

VIII. Cum in *Sztenievecz*, vetus Andautonium ſtetiſſe, lapis ſuperius relatus doceat; porro nunc *Sztenichniak*, *Zaſztenie*, cum veſtigiis antiquitatis, trans Colapim exiſterent; apud veteres autem Geographos, in Pannonia *Andautonium*, *Andezium* (ſive Anderium aut *Auderium*, legendum ſit) *Dautona* item; facile ut *Sztenievecz* eſt Andavtonium vetus, ſic etiam *Sztenichniak* Andezium ſive Anderium, *Zaſztenie* autem vetus Davtona, ſint.

Hinc quia Ptolomæus, ſæculo poſterior, ab ætate Tiberii, intra Pannoniæ populum recenſeret *Andiantes*, ſcribendo: *Andiantes tenent autem & ipſam Provinciam, in partibus quidem occidentalibus. Amantini magis Septemtrionales, ſub quibus Hercuniates, poſtea Andiantes, poſtea Breuci. In partibus vero orientalibus, qui maxime ſeptemtrionales ſunt Avariſci, & qui magis meridionales Scordiſci.* Quia vero Amantini intra Dravum Savumque fuiſſent, Sexto Rufto authore, *Batone Pannoniorum Rege ſubacto, in ditionem noſtram Pannoniæ venêre, Amantinis inter Savum Dravumque proſtratis, Regio Savienſis, ac ſecundariarum Pannoniarum* (nempe ſenſu ætatis Sexti Ruffi circa 370.) *loca obtenta ſunt*, poſt quos trans Savum, fuêre *Hercuniates*, quos vulgus nunc etiam *Kihachari* a elava Herculis, & *Hermatachi* vocitaret; tum *Andiantes*, Amantinis Meridionales, & hi, Andiantibus Septemtrionales; adeoque *Andiantes* moderni incolæ *Sztenichniak*, & *Zaſztenje* eſſent. Bato cum Breucorum Rex atque Pannoniorum fuerit, in Anderio vel Andezio, ſive *Sztenichniak* captus, a Batone Deſydiato Dalmatiæ, captus ſit & occiſus; ex Dalmatia enim, terreſtri itinere, & montem *Petrovæ Gora*, hodie vocatum (ut quivis intueri poterit) pervenit ad Sztenichniak ſive Andezium. Inde, nihil ſpei in Pannonia videns, in Dalmatiam rediit, communitis præſidiis, ne ſive Pannones, ſive Sylvanus in Dalmatiam irruerent. Tum iſthic in *Anderio*, arce ad Salonas ædificata, quæ moderna Kliſſa putatur, ſeſe ſalvâſſe. Hinc Anderium Dalmaticum, ab Andezio vel Anderio Pannoniæ eſt diſtinguendum. Quia demum poſt Andiantes, *Breuci* ponerentur, ideo hi, ab Andiantibus, dextrorſum inflectendo, reſpectivè ab occaſu ad Septemtrionem, partem Carnioliæ Inferioris, atque etiam Stiriæ hodiernæ, in ſuo complexu habuerunt, ad Avariſcos maxime ſeptemtrionales; ac perfacile in oppido *Breuczi*, Stiriæ inferioris ad Savum (latine *Runam* vocant) Breucorum, Pannoniæ veteris, eorumdemque ſitus, nunc etiam, memoria ſervatur. Quare *Andezium*, *Dautona*, *Andautonium*, *Cillea*, *Azellia*, nunc *Ozely*, *Siſciâ*, Breucorum Pannoniæ Regum, hinc Pinneti & Batronis, fuiſſe Regnum deducuntur. Horum conſideratione, ac ſupra deſcriptorum, dum Vellei Paterculi (utpote Tiberii Cæſaris ad Pannoniam legati) de Epocha in qua ſumus, firmiſſimum eſſet teſtimonium, huic deferendum eſt plurimum. Ipſe vero lib. 2. cap. 110. apud Schönleben, recenſita Pannonum defectione, pars inquit *petere Italiam decreverat, junctam ſibi Nauporti ac Tergeſtis confinio &c.* Ut Nauportum in confinio Pannoniæ fuiſſe arguatur, adeoque fluvius ad Labacum hodiernum fluens, initium fuiſſet Pannoniæ, & plana illa, tum erant Pannoniæ, Japides dextrorſum fuêre, Plinii etiam teſtimonio, qui ſub Veſpaſiano, floruit, *inde glandifera Pannonia*: ſcriben-

ben-

bentis, *quæ miteſcentia Alpium juga, per medium Illyricum a Septentrione ad meridiem verſa, molli in dextera ac leva devexitate conſidunt*; nempe Japodes, ut in ſuo complexu, Avendonem, Terponum, Monetium, Arupium, Metullum &c. habuerint Japidiæ ſuæ clariora oppida. Quare infra Metullum limes fuerit, qui Andiantes, Pannoniæ populum, a Japidibus ſeparabat, inde uti ſuperius obſervatum, facile per antiquum *Corcyras*, nunc veroſimilius *Kerka*, ut hic fluvius ad *Colapim* influeret facto flexu, Pannoniam Regnumque Breucorum ad orientem conſtituebat. Hæc agnoſco conjecturæ eſſe, cum a nemine, quod ego legiſſem, Pannoniæ ab Auguſto acceptæ, à Tiberio firmatæ, limites, Japidiam verſus, diſtinctè deſcriptos, ſciam. Poſteriores autem ſive Geographi, ſive Hiſtorici, pro ratione Reipublicæ ſui temporis, ſcribant. Quisquis certiora demonſtraverit, a nobis reddendas ſibi gratias, ſciat.

IX. Monendum quoque cenſui, *Appianum* de hac Pannoniæ parte, intelligi non poſſe, dum ſcriberet: *Saltuoſa eſt omnis Pæonum Regio, interque Japodas ac Dardanos in longum protenſa; nullæ in ea urbes erant, ſed vicatim, aut diſperſis per agros domiciliis habitabatur, nullum univerſa gens in commune regimen, nulli Magiſtratus, ſeparatisque per cognationes atque familias conſiliis agebant.* Conſtat equidem in his Pannoniæ oris, extitiſſe *Siſciam*, *Segeſtam*, *Sirmium*, *Andautonium*. Pinne, & poſt hunc Battonem Pannoniæ hujus Reges; Rempublicam item extitiſſe, ſuperior evincit inſcriptio; ut hinc videre ſit, ad explicandos rite Scriptores, plurima legenda cognoſcendaque eſſe. Quare *Appianus*, de parte alia Pannoniæ, venit interpretandus, aut quod ætate ſua, reſtrictius, Pannonia, quæ ſub Auguſto ac Tiberio erat, conſideraretur.

Præterea, Auguſtum Italiæ fines ad Polam protraxiſſe, Strabo lib. 7. teſtatur, *docuimus* inquiens: *in Italiæ deſcriptione primos in Illyrici ora maritima eſſe Iſtros, conterminos Italiæ & Carnis, Principesque noſtros* (Auguſtum & Tiberium) *hodie Italiæ fines ad Polam usque Iſtriæ urbem protuliſſe.* Ætate autem Plinii, Italiæ limites ad fluvium Arſiam extenſi fuêre; ſcribit enim L. 3. cap. 9. *Nunc finis Italiæ fluvius Arſia.* Illyrici quoque appellationem fuiſſe ſub Auguſto extenſam, ex Strabonis, relatis ſupra verbis, non negamus. Quæ autem ratio hujus fuerit, an illa? quam Pancirolus apud Cl. Farlati Par. I. Proleg Tom. 1. pag. 66. credit, reſtituendæ videlicet primævæ originis; aut quam Appianus Alexandrinus ſcribit: *Romani vero* inquiens *non hos duntaxat, ſed Pæones præterea, & Rhætos, Noricosque & Myſios Europam colentes, aliosque hic finitimos, qui per Iſtrum deſcendentibus a dextera occurrunt, diſtinguunt a Græcis, non ſecus ac ipſi Græci, eosque propriis nominibus ſingillatim appellant; cæterum communi vocabulo omnes Illyrios arbitrantur*; *nec ſatis comminiſci poſſum, quo initio ducti, potiſſimum in hanc opinionem devenerint, in qua hodie cum maxime perſeverant, quippe tributum harum nationum inter fontes Iſtri & mare Ponticum ſitarum, tanquam unum exigunt, & Illyricum tributum vocant.* Lectorum ſubſterno judicio. Mihi Appiani perplacet ſententia, tum quod Sæculi II. Scriptor eſſet; cum vel maximè, quod Romanis Imperii ſui extendendi cura major fuerit, quam reſtituendi alieni, adeoque Illyriorum veterum. Interim ætate Appiani jam hæc etiam Pannoniæ pars, ad tributa pendenda fuiſſet adacta. Profecto Inſcriptio Petovy in Cæmeterio S. Martini, ſub Illyrici nomine, Pannoniam fuiſſe acceptam firmat, eſt autem ſequens

ISIDI AUG. SACRUM MARCIALIS FIRMINI Q. SABINI VERANI T. P. CONDUCT. PORTORI ILLYRICI ARIARI VIC. VOTO SUSCEPTO.

Verum quod *Dalmatia*, ab Auguſto ad *Savum uſque extenſa fuerit*, neque Lucio, neque Cl. Farlati ſubſcribere valeo. Enimvero extenſio hæc, nec ex Strabone, nec Vellejo Paterculo doceri poteſt. Quin memorata ſuperius bella, ſub Auguſto atque Tiberio, Dalmatiam a Pannonia diſtinctam fuiſſe, ſatis teſtantur. Appianus præterea teſtatur, antiqua Provinciarum nomina a Romanis fuiſſe ſervata, *eosque propriis nominibus ſingillatim appellant, cæterum communi vocabulo, omnes Illyrios arbitrantur.* Accedit: tot inter Veteres Inſcriptiones, nullam aut repertam, aut relatam ab aliquo eſſe, *in transSavanis* hic partibus, qua doceretur ab Auguſto ad Savum Dalmatiam fuiſſe extenſam. Contra multas eſſe, in quibus *Pannoniæ* eſt mentio. Memoria noſtra, in campo *Turopolia*, adeoque reſpectu Dalmatiæ cis Savum, lapis erutus, ſequentem exhibet Inſcriptionem.

L. FUNISULANO
L. F. ANI: VETTONIANO TRIB: MIL: LEG: VI: VICT: QVAESTORI. PROVINCIAE. SICILIAE. TRIB: PLEB: PRAET: LEG; LEG. IIII. SCYTHIC: PRAEF: AERARI: SATURNI. CURATORI VIAE AEMILIAE.

Digitized by Google

LIAE. COS. VII. VIRO E PULONUM: LEG. PRO: PR. PROVINC: DELMATIAE: ITEM PROVINC: PANNONIAE: ITEM MOESSIAE SUPERIORIS. DONATO BELLO DACICO CORONIS IIII. MURALI: VALARI: CLASSICA: AVERA: HASTIS PURIS: IIII: VE: XLIS IIII.

Hæc Inſcriptio poſterior eſt, & ſub M. Vulpio Trajano, ob voces *donato bello Dacico* coronis IV. quæ diſtinctè Provinciarum Delmatiæ, item Pannoniæ, item Mœſiæ ſuperioris meminit. Neque doceri poteſt, quis Imperatorum, poſt Auguſtum, Dalmatiam reſtrinxiſſet, & Pannoniam ſuis reſtituiſſet limitibus. Anno quoque MDCCLI. vidimus in Thermis Abbatiæ Topuſzkenſis, plures inſcriptiones, quæ Pannoniæ iſthic memoriam ſervabant. Inſuper agnoſcit doctiſſimus Farlatus, Provincias ſingulas in plures Diœceſes, quas conventus vocabant, partitas ſub Romanis extitiſſe; recenſetque Aſiaticas Diœceſes, tum ex Plinio Hiſpanicos conventus. Dalmaticos item tres, nempe Scardonitanum, Salonitanum, Naronianum. Et Plinio teſte lib. 3. cap. 21. & 22. *Conventum Scardonitanum petunt Japides: & Liburnorum Civitates quatuordecim, Liburniæ finis, & initium Dalmatiæ Scardona*, eo minus credi poteſt, Dalmatiam ad Savum usque ab Auguſto fuiſſe protractam, quod Pannoniæ, ſuæ quoque fuerint Diœceſes & Conventus; neque ſint vel indicia, Pannoniam Saviam, ad Dalmaticos Conventus unquam pertinuiſſe. S. Quirini M. & Siſciæ Epiſcopi hiſtoria, non commemorat, ad Præſidem Dalmatiæ, Virum ſanctum, fuiſſe ſubmiſſum: verum ad *Amantium* primæ Pannoniæ Præſidem: ſed hec video, ſi ab Auguſto ad Savum uſque, extenſa erat Dalmatia ad VII. plane ſæculum, quod Epiſcopi Siſcienſis, Singidunenſis; Salonitano Metropolitæ ſubjecti non fuerint, at Metropolitam Pannoniæ, Sirmy habuerint, deſtructove Sirmio: Theſſalonicæ honor auctus ſit. Denique Hieronymus ſe natum in oppido Stridonis a Gothis everſo fatetur, *quod Dalmatiæ quondam, Pannoniæque confinium fuit.* Ubicunque vero Stridon hæc collocetur, cum cis atque ad Savum, a nemine adhuc ſit conſtituta, Dalmatia ad Savum ab Auguſto extenſa non fuit, minus autem, Partes hæ, ad VII. uſque Sæculum, Dalmatiæ nomen retinuerunt.

Trans *Savum* porro, ad *Dravum*, aut *Muram*, vel plane *Danubium*, Dalmatiam extitiſſe aliquando extenſam, ſuſtineri nequit, dum oppoſitum demonſtrant, tot numero, ac tantæ Veterum Inſcriptiones, dolo & fraude carentes. Sic apud Lazium exhibetur Inſcriptio *Varaſdini* reperta, adeoque intra Savum Dravumque

T. VARIO CLEMEMTI PROC. PROVIN. BELGICAE, ET UTRIUSQ. GERMANIAE, RHETIAE, MAURITANIAE CAESAR. LUSITANIAE, CILICIAE PRAEF. EQ. ALAE BRITAN. MILIAR. ET II. PANNONIORUM TRIBUNO MIL. LEG. XXXV. ULPIAE, CIVES ROMANI EX ITALIA ET ALIIS PROVINCIIS IN PANNONIA CONSISTENTES.

Trans Dravum Petovii in fracto lapide

VENULEJO PROCULEIO V. ANNO DIEB. X. PROCULUS AUGON. VERNVE XX. HERED. UT. R. ARUMQ. PANN. CUM VALENTINA FILIA FECERUNT.

Cæteras rei hujus memorias, Cilleæ, Græcii Stirorum &c. repertas miſſas facio, ut proinde Scriptores omnes, qui *Dalmatiam* ad Regiones has, quas nunc Carnioliam, Stiriam, Croatiam, Sclavoniam, Hungariam, ac inferiorem Auſtriam vocamus, extenſam fuiſſe, & quidem ad VII. uſque Sæculum, ſine rerum examine, aut ſine ex Politico, vel Patriæ ſuæ amplificandæ ſtudio, ſcripſiſſe exiſtimem. P. Joſephum Bedekovich, inſtituti Eremitarum a S. Paulo Eremita, excuſat oblationum affectus, dum in *Oratorio* oppidi Strigo, ad Conventum Chaktornenſem pertinente templo, natum contendit Magnum Hieronymum. Hoc ut perſuadeat, imaginari ſibi vult a ſingulis ex Svetonio, refferente: in bello Dalmatico, Auguſtum ad *Setoviam* vulnera recepiſſe. Quia vero Lazius Setoviam Svetony, interprætaretur Petovium, concludit P. Bedekovich: *Ex his clarè patet, Petoviam urbem in Dalmatia, quod bene notandum, vel adminus proximam Dalmatiæ extitiſſe.* Cl. Lazy de *Setovia* Svetony, eſt conjectatio, quæ claritatem veritatis non effecit. Poſtremo bello, quod Boruſſicum vocamus, pugnatum ſæpe, ad Pragam, Vratislaviam &c. fuit; haud attamen ideo clare patet, *Pragam* urbem eſſe in Boruſſia, aut Boruſſiæ proximam. At relinquendo ejusmodi claritates & evidentias, ſolidarum litterarum eremitis.

X. Auguſtum orbis Provincias cum Senatu diviſiſſe, Strabo, Svetonius, Dio Caſſius, &c. teſtantur. Strabo pro *Senatu*, ſcribit *populo*; proculdubio Senatum intelligens. Dio Caſſius lib. 53. *Potentiores Provincias* inquit, *ut falaces & periculoſas, & vel hoſtes accolas habentes, vel per ſe magna & nova moliri valentes, ſibi retinuit. Id faciebat ſub*

hac

Digitized by Google

hac ſpecie, ut Senatus optimis Impery partibus tuto perfrueretur, ipſe laboribus & periculis objectus eſſet: at revera ſub hoc prætextu inermis & imbellis eſſet; & ipſe ſolus arma & milites haberet. Eadem ferme Strabo. In Provinciis Senatûs, *Proconſules* ſortito creabantur, ut Svetonius. In Provinciis Imperatorum *Proprætores* ſine temporis circumſcriptione, erant. Provincias *Proconſulares*, id eſt Senatus, Dio nominatim percenſet, *Africam*, *Numidiam*, *Aſiam*, & *cum Epiro Græciam*, *Dalmatiam*, *Macedoniam*, *Siciliam*, *Cretam*, *Africam Cyrenaicam*, *Bithyniam*, *cum Ponto finitima*, *Sardiniam*, *atque Hiſpaniam Bæticam.* Reſidua fuêre Proprætorum, ſive Auguſtorum. Hinc iterum firmantur ſuperiora, Pannoniam a Dalmatia, fuiſſe diſtinctam, quia hæc, erat Proconſularis ſub Auguſto, Pannonia neutiquam, ut non reminiſcar me legiſſe, aut vidiſſe Inſcriptionem aliquam veterem, niſi memoriæ Præt. Pro-Præt. In numis æque, Siſcii cuſis plerumque legeretur D.N. &c. ſive *Dominus Noſter*, ut Pannonia pro Provincia Auguſtorum, ſemper habita fuiſſe deducatur. Hinc quia talis fuerat:

XI. Ab Imperatoribus excoli ſtudioſius procurabatur, tam ob ſoli fertilitatem, quam & flumina & aquas, extendendique Imperii opportunitatem. Titum Claudium Druſum Germanicum, in Provinciis his, cumprimis Dalmatia, plura innovaſſe, cum illud argumento eſt, quod *Scribonianus Camillus* inter Dalmatas Imperator dictus fuerit, ſed continuo occiſus, Tacito & Svetonio teſtibus; tum etiam, quia per T. Plautium plura quam centum millia trans Danubianorum (ut ſuperior Inſcriptio) ad tributa præſtanda traduxiſſet. Thraciam quoque redegiſſe in Provinciam ſcribatur. An autem ipſe Siſcii, *Siſciæ* officinas monetarias inſtituerit? dicere neſcimus, quia cuſum vel ſignatum Siſciæ, Claudii hujus numum non vidimus. Duos nos vidiſſe fatemur, quorum parte una: *Claudius Cæſar Aug.* - - - altera: *Conſtantiæ Auguſti*, & in medio *S.C.* ſive Senatusconſulto. In altero: *Claudius Cæſar AUG. Germanicus Po-* - - *Veſta S.C.* at in neutro, locum cuſæ monetæ, videre eſt. Proinde *Neronem Claudium*, Siſcienſis Monetæ auctorem credimus, quia vidimus numum, moduli majoris, in quo parte ex una Caput Neronis Laureatum, cum epigraphe: *Nero Claud. Cæſ. Aug.* - - (reſidua diſtincte legere non valuimus) Parte alia: perſpicue diſtingui nequeunt perſonæ binæ, quarum una ſedens, inſcriptio: *Annonæ* - - *Ceres* in fine, poſt lineam *Siſc.* Et quia Imperatorum hiſtoriam non ſcriberemus, miſſa reliqua facimus, memorias tantum, quæ hic ſuperſunt, ac ad noſtram venerunt notitiam referimus. Sane *Sergy Sulpity Galbæ*, nullam his in partibus reperimus adhuc memoriam, *Auli Vitelly* numum, modulli ſane magni vidimus, quaſi Siſciæ ob memoriam *Siſc.* cuſum, in quo, parte averſa inſcriptio: *Honos*, & *Virtus*, ſed dum tanta indicant, numi falſitatem, nec his in partibus fuiſſet erutus, eum vel ideo negligere oportet, quod Legiones Pannoniæ, Mœſiæ, Dalmatiæ, *M. Salvio Othoni* (firmantibus hiſtoriam Taciti, pluribus Siſciæ repertis Othonis hujus numis) juratæ fuerint, adverſus Galbam ac Vitellium. Sed & Othone mortuo, ad partes Veſpaſiani Pannones acceſſiſſe. In fracto lapide in *Kriſovljan* ad Varasdinum, eò, ex villa *Babinecz* (ſi ex vocibus, quæ placiti ſunt, tenet argumentatio, *Babinecz*, vetus *Anicium* Pannoniæ, ubi Valentinianus II. in Imperatorem ſalutatus ſcribitur, eſſet) olim ejusmodi antiquitatum fertile, translato; Veſpaſiani reperitur memoria, eſt autem ſequens:

VESPASIAN - - - NNIO AFR. - - LEG.

Reliqua ad Eccleſiæ ſtatum, *æconomicè* applicata, & fracta. *Nerva Coccejus* ut extraneus ipſe, videtur intendiſſe, ut tot nationes colligat, & unam prope gentem nationemque efficiat, hinc compertum etiam, urbem Romam externorum virtute creviſſe. Hi Nervæ conatus, ex duplici memoria confirmari videntur. Alteram refert Lazius lib. IX. Comment. Reip. ad fines Auſtriæ repertam,

C. JULIUS C. FILIUS FAB. ANTIOCHUS PHILOPAPPUS COS. FRATER AURALIS, ADLECTUS INTER PRAETORIOS AB IMP. CAESARE NERVA.

Item apud eundem Laz. pag. 916. Viennæ Auſtriæ P. CLAUDIO PALLANTI *Honorat. Adlecto inter Tribunitios Leg. Pr. Pr. Provinciae Aphricae.*

Altera Siſciæ eruta eſt, Anno 1760. occaſione Parochialis templi in *Szella* ad Siſcium e muris noviter erecti, quam inſcriptionem vidimus, & ex lapide quadrato deſcribimus.

DO MA CVIUGI
MESSILLAE FACTUM.
QUE VIXIT
CUM CON. PATRE SUO

c ROM.

Hiſtor. Balthaſaris Kercſelich.

Digitized by Google

ROM. A. NO. ANNIS XXXVIII.
HOC EST SEPULCRUM
COMUNE MATITOCUM.

Tom. I. *Script. Rer. Hungar.* reliquas inter Inſcriptiones veteres Tranſilvanicas, exhibetur etiam: *Iis, qui militant, in claſſe Flavia Mœſica - - Item dimiſſis honeſta miſſione, quorum nomina ſubſcripta ſunt. Ipſis, liberis poſteriſque eorum Civitatem dedit, & connubium cum uxoribus, quas tunc habuiſſent cum eſt Civitas iis data, aut ſi Cœlibes eſſent cum iis, quas poſtea duxiſſent, duntaxat ſinguli ſingulas. D. XVIII. K. Julias &c.* Cæteros intra ſubſcriptos eſt: *Gn. Matici.* Ut exiſtimem ad Siſciam agros quospiam *Maticis* obtigiſſe, dum *Sepulcrum commune Matitocum*, in Segeſtica Inſula, Siſciæ adjacente, iſthic fuiſſe, lapis evincit. Porro cum Dacica Inſcriptio doceret: honeſta miſſione dimiſſis, Civitatem(id eſt Agros cum finibus horum, vide *in Lex. Hoff.* voce *Civitas*) datam fuiſſe, conſequenter benemeritis territoria donandi, antiquiſſimus mos eſſet; Daciam autem a Trajano, Decebalo victo, in Provinciam redactam fuiſſe conſtaret, tam illa Tranſilvaniæ, quam & Siſciæ modernæ, Inſcriptio, Trajano poſterior eſt. Utraque attamen, ad Periodum florentis Imperii videtur collocanda. Facile etiam Inſcriptio Celejenſis Matitocorum familiæ eſt. Videlicet

D. M. MATT. ADLECTO INTERFECTUS AMATTIZARIS A. EX L.V.F. ANTOQUINETA CON.

§. 2dus

Memoriæ Pannonicæ, a Trajano Vulpio ad Conſtantinum.

Trajanum, victorem fuiſſe Decebali, & Scriptores teſtantur, & Tranſilvaniæ Inſcriptiones confirmant. Has in Lazio, & *Tom. I. Scrip. Hungariæ*, videre eſt. Sane dubitari eo minus poteſt, Trajanum ex his Pannoniæ oris, Mœſia item, adverſus Dacos pugnaviſſe, quod Dio Caſſ. in Nerva Trajano ſcribat: *Nunciatur Decebalum præter conventiones & fœdera, multa ad rebellionem ſpectantia parare ac facere: quippe arma fabricare, transfugas recipere, munitiones & Caſtella inſtaurare, vicinas gentes miſſis legationibus ad bellum ſolicitare - - Jamque Jazygum agri partem invaſerat, quam Trajanus victor illis repetentibus minime reſtituere deinde voluit. Ob hæc iterum hoſtis a Senatu judicatur* (ſcilicet Decebalus) *Bellum Trajanus ſuſcepit, quod tandem ſine alterius Ducis opera confecit. Jazyges*, a Japidibus diſtincti ſunt, hi enim ad occaſum Pannoniæ fuêre, Jazyges intra Danubium & Hercynium ſaltum. Ab his, Japyges quoque diſtinguendi, qui olim, in Regno Neapolitano fuêre. Hæc, Pannones in Trajani fide perſtitiſſe, ſatis docent.

II. Ælii Hadriani Imperio, ob extenſum ab antéceſſore Imperium, Provinciæ in Europa 58. conſtitutæ, quarum aliæ Conſulares, aliæ Præſidiales, cum antea Proconſulares aliæ eſſent; aliæ Prætoriæ. Docet hoc etiam Inſcriptio apud Laz. *C. Plinius - - - Provinciæ Ponti Conſulari poteſtate, in eam Provinciam miſſus. Pannonia in Imam & II. diviſa eſt*, ut diviſionis hujus, memoriam, tot numero Inſcriptiones evincerent. Reliquas inter Petovy in fracto lapide videre eſt: *Venulejo Proculeo V. Anno dieb. X. Proculus Augon. Vernve XX. Hered. utrarumque Pann. cum Valentina filia fecerunt*, ubi To *utrarúmque Pannoniarum*, diviſam fuiſſe Pannoniam confirmat. Hinc poſteriores Hadriano; tam Geographi, quam & Hiſtorici, dum Pannoniam deſcribunt, ab hac Pannoniæ diviſione, plerumque de Pannonia ſcribunt, & ſui temporis ſequuntur rationem. *Moeſia* quoque *cum Norico* gemina effecta eſt, ſive ſuperior & inferior, uti de Pannonia meminimus. *Ptolomæus* proximus Hadriano, ſic utramque deſcribit, apud Schönleben Cap. 1. §. 3. *Pannonia ſuperior, terminatur ab occaſu monte Cetio, & pro parte, Caravanca; a meridie parte Iſtriæ & Illyridis: a Septemtrione vero Norici termino, & ea Danubii parte, quæ eſt a Cetio monte, usque ad divertigium Narabonis fluvii; ab ortu vero ſolis, inferiore Pannonia.*

Inferiorem vero Pannoniam, ſic circumſcribit Ptolomæus. *Terminatur ab occaſu ſuperiori Pannonia a divertigio Narabonis fluvii: a meridie parte Illyridis, quæ a dicto limite uſque ad flexum eſt Danuby, juxta quem divertitur Saus fluvius. A Septemtrione autem & oriente, terminatur ea parte Danuby, quæ eſt a divertigio Narabonis fluvii, uſque ad Savi divertigium.* Hæc nimirum generalia, geminam Pannoniæ hujus utriusque cognitionem, obſcuram faciunt. Perfacile hinc, Dalmatiam ad Savum usque extenſam

Digitized by Google

ſam fuiſſe, enata eſt opinio, quam nos ampleƈti non poſſe, ſupra retulimus. Illyridis Ptolomæus meminit, haud Dalmatiæ, imo quia Mœſia in ſuperiorem inferioremque diviſa extitit, firmante apud Lazium Inſcriptione.

HERCULI TIBURT. VICT. ET CAETERIS DIIS PAENATIBUS TIBURT. L. MINITIUS MATALIS COS. AUGUR. LEG. AUG. PRAETORIAE P. R. PROVINCIAE MOESIAE INFER. VOTIS. Hæc ſub Ilyridis nomine facile, *ut terminus meridionalis Pannoniæ*, accipi potuit.

Sane Regiones has, de quibus commentamur, hac etiam Provinciarum diviſione, in Pannonia relictas fuiſſe, ex Ptolomæo deducimus, qui lib. 2. Cap. 15. poſtquam recenſuiſſet ſuperiorem Pannoniam terminari ab occaſu monte Cetio, & pro parte Carvanca: a meridie parte Iſtriæ, addit: *juxta lineam parallelam, quæ à præfato fine occidentaliori per Albanum montem exit, uſque ad Bebios montes, & limites inferioris Pannoniæ.* Bebios autem montes, nunc etiam memorarent incolæ. Eorumdem, quemadmodum & fluviorum, traditione majorum ſervando memoriam, (reſpective ad Zagrabiam) trans Colapim plane, ac intra hodiernum *Brod & Chabar* proxima hodiernæ Carnioliæ nuncupata loca; ut omnino Savus, Pannoniæ terminus, nec ab Adriano ſit conſtitutus. Ad quam porro Pannoniam, Regiones hæ pertinuerint? permoleſtum eſt conſtituere, adeoque limites veros, ſuperioris inferiorisque Pannoniæ determinare. Profecto Ptolomæus, ſuperiorem Pannoniam, ut ſupra deſcribendo; cum ab occaſu orſus ſit, de *monte Cetio* ad Viennam Auſtriæ jacente, intelligi nequit, verum de Cetio occidentali, cui, a parte mons alter Carvancas ſit, uterque occidentalem limitem Pannoniæ ſuperioris conſtituens. Magis iſtud firmatur, deſcriptis a Ptolomæo Norici terminis lib. 2. cap. 14. *Noricum* inquit *terminatur: ab occaſu Oeno fluvio, a Septemtrione Danuby parte, quæ eſt ab Oeno, uſque ad Cetium montem, ab ortu vero ſolis ipſo monte Cetio; a meridie vero parte Pannoniæ ſuperioris, quæ ſub dicto eſt monte, & quod inde eſt ſupra Iſtriam, eo monte, qui Carvancas appellatur*, ut omnino Pannonia ſuperior, montis Cetii extenſione, ab occaſu protracta fuiſſe appareat, & a parte, monte Carvancas. Tum meridionalis termini meminit Ptolomæus, quem nihilominus reliquit, tantum ſcribens: *a meridie parte Iſtriæ & Illyridis*, quo loco, neſcio quid actum ſub Hadriano, de Japidia Auguſti? an nempe hæc, diviſione Provinciarum ſub Hadriano, fuerit Iſtriæ? aut Pannoniæ addita? cum lib. 2. cap. 17. Ptol. ſcribat: *Tenent autem Provinciam, qui Iſtriæ hærent Japides*, ut Pannoniæ ſuperiori, hi, ad meridiem Vicini extiterint. Sed a Ptolomæo, relictis per extenſionem *Pannoniæ ſuperioris* a meridie terminis, quouſque fuêre extenſi, conjectari ſecus nequit, quam ex incolis, & locis præcipuis, quæ, in ſuperiore Pannonia collocat. Itaque dum apud Abrah. Ortellium, atque ex ſuperioribus, in ſuperiore Pannonia eſſent, montes: *Albius* ſive Albanus, item *Beby*, ac ex urbibus Andeutrium, Andautonium Siſcia, Sabaria &c. facta reflexione, ad deſcriptos Pannoniæ ſuperioris atque inferioris terminos, creditu facile eſt, ſuperiorem Pannoniam a Septemtrione monte Cetio, atque Danubio fluvio, uſque hodiernum Comaromium, aut Jaurinum fuiſſe extenſam, inde orientem verſus, inferiore Pannonia; per Divertigium Arabonis, ad hodiernam Papam, ac Lacum Balaton, ac inde verſus *Dernje*, Giurgievecz, Chaſmam fluvium ad Jeſzenovecz, abindeque juxta Savi divertigium, a meridionali parte trans Colapim alioſque alveos, ad Albios per meridionalem plagam montes, ad Caravancam montem, a parte cujus dein, terminos monte Cetio, ab occaſu continuando ad ejusdem ſupra Viennam finem, & Danubio Septemtrionali termino jungebatur. Ut, omne, quod his includitur terminis, ad I. Pannoniam, ſive ſuperiorem, hac ætate, & poſterioribus duobus ſæculis, pertinuiſſe videatur. Reſiduum, ad Belgradum uſque, inferior eruatur Pannonia. Hujus memoriam, conſervat lapis, Eſſechini, teſte Lazio erutus, cum ſequenti Inſcriptione.

VIRTUTI ET HONORI L. ULPIUS MARCELLUS LEG. AUG. PR. PR. PANNON. INF. V. S.

Quare: ſuperior inſcriptio, cæteræque plurimæ apud Lazium, in quibus *Alæ II. Pannoniarum* eſt memoria, vel ad poſteriorem Epocham collocandæ veniunt (quarum mentio infra ſequitur) vel Viri illi, quorum ſervatur in lapidibus memoria, in II. ſeu inferiore Pannonia, officia & honores habuêre; eſtô in Pannonia ſuperiore, loco ſive mortis, ſive habitationis, inveniantur eorum memoriæ.

Adrianum, pacis amantiſſimum, ac ſtudioſum fuiſſe, ex ÆL. Spartiano, videre eſt. Hinc præmiſſis exercitibus, licèt Mœſiam petierit ipſe, ad ſedandum Sarmatarum & Alanorum tumultum, cum cognoviſſet, imminuta ſtipendia, cauſam fuiſſe tumultui, pacem compoſuit; & Pannoniæ Daciæque *Martinum Turbonem*, poſt Mauritaniæ præfecturam inſulis ornatum, ad tempus præfecit. Hujus ſervari videtur memoria in Inſcriptione apud Laz. p. 128. Q.

Digitized by Google

Marilio Turboni Frontoni Publicio Severo Praet. Imp. Caeſ. Trajani Hadriani Aug. P. P. Colon. Ulpia Trajan. Aug. Dacica Sarmizgetuſa. Pannoniæ Præfectura, hac ætate ex Clarioribus fuerit, dum & Martius Turbo ad hanc transfereretur; & Ælius Commodus verus ab Adriano adoptatus, & Cæſar factus (ſequuntur verba Spartiani) *Statimque Prætor factus, & Pannoniys Dux ac Rector impoſitus, mox conſul creatus. Et quia erat deputatus Imperio, iterum Conſul deſignatus eſt - - - Tantumque apud Adrianum Principem valuit, ut præter adoptionis affectum - - ſolus omnia quæ cuperet, etiam per litteras impetraret. Nec Provinciæ quidem, cui præpoſitus erat, defuit.* Verum qui illi favores? non eruimus. Memoriæ Hadriani his in oris ſive Pannonia complures ſunt, ex quibus, quia certi nil deduceremus, miſſas facimus. Poſſedimus numum æneum, medii moduli, quô, Caput Laureatum cum Inſcriptione: IMP. C. LIC. VAL. ADRIANUS P.P. AUG. Altera: duo Sacrificuli una, ſuſtinentes manu infantem, Epigraphe: *Reſtitutor Entis.* Locus cuſi numi deſideratur. An pro ſincero haberi valeat? ob C. LIC. VAL. quæ Adrianum adhibuiſſe, nusquam legimus, ab Antiquariis rerum ejusmodi, erudēretur.

III. Antoninus Pius (teſte Jul. Capitolino) eo maximè intentus, ut Provinciæ cunctæ ſub eo floreant, populorumque ſibi ſubjectorum res, quaſi ſuæ eſſent, curans; tametſi Germanos & Dacos, gentesque alias rebelles, per Præſides ac Legatos contudiſſet, Pannones fideles eidem, fuiſſe videntur, dum nullam comperi memoriam, quæ contrarium indicaret. Victoriæ Antonini, *Albæ Juliæ in Tranſilvania*, apud Lazium lib. 2. pag. 236. memoriam teſtatur lapis, quô exprimitur:

Victoriæ Antonini Aug. L. Annius Italicus Honoratus Leg. Aug. Leg. XII. I. G. Antoninianæ Praef. Ærarii militaris Sodalis Hadrianalis cum Gavidia Torquata ſua & Annis Italicô & Honorato & Italica Filiis. Quo ex monumento condiſcimus etiam, *Militare ærarium*, ſub Hadriano diſtingui incoâſſe, veroſimilius ab ærario Provinciali. Famis magnæ ſub Antonino hoc, reminiſcuntur Scriptores, quæ firmari videtur Inſcriptione Tranſilvanica, apud Lazium, ſequente:

M. ULP. HAD. F. DIVI TRAJ. NEPOT. DIVI NERVAE PRONEP. AEL. HAD. ANTONINO AUG. PIO. PONT. MAX. TRIB. POT. V. COSS. IIII. P. P. AURELIUS Q. F. TERTIUS PAP. SARM. DEC. COL. OR. HONOR FLAMONI ET HS. LXXX. N. AP. ANNONAM DEDIT L.D.D.D.

IV. Marci Aurelii Antonini Philoſophi temporibus, belli Marcomannici occaſione, Pannonia hæc ſuperior, non parum affligebatur, ſcribente Capitolino: *Speciale ipſe bellum Marcomannicum, ſed quantum nulla unquam memoria fuit, tum virtute, tum etiam felicitate transegit, & eo quidem tempore, quo peſtilentia gravis multa millia & popularium & militum interemerat, Pannonias ergo Marcomannis, Sarmatis Vuandalis, ſimul etiam Quadis extinctis, ſervitio liberavit.* Profecto diuturnius, ſummique metus, bellum hoc Marcomannicum extitiſſe, ex Capitolino videre eſt, ut ſingula deſcribere opus non ſit, uti neque Inſcriptiones varias. Addimus: Capitolino teſte, ab Antonino hoc, Latrones Dalmatiæ atque Dardaniæ, factos fuiſſe milites. Tum *Provincias ex Proconſularibus, Conſulares; aut ex Conſularibus, Proconſulares, aut Prætorias, pro belli neceſſitate fecit.* Denique occaſione vehementis illius peſtilentiæ, leges ſepeliendi ſepulcrorumque, quia ab Imperatore, latas fuiſſe, Capitolinus ſcriberet, fors memoria ſequens, legum latarum eſt, quam Eſſechini anno 1759. e profundo extractam, Vir fide dignus, & extractioni lapidis majoris (exſculptos virum fœminamque referentis) adſtans, a ſe diligenter deſcriptam, nobis tradidit.

T. AURELIUS AVITUS ROMANÆ LEGISLATOR ANNO LXIII. HAEC SIBI, ET CONJUGI SUÆ PIENTISSIMAE AUREAE AMELITANAE, VIVI, VIVIS F.F.

V. Miſera eſt Lucii veri Antonini apud Jul. Capitolinum, non minus Lucii Commodi Antonini, apud Ælium Lamprid. morum, geſtorumque memoria. Sed tametſi in VERO ſcribat Capitolinus: hunc ad *Aquilejam* fuiſſe cum Lucio profectum; *Verum* nihilominus *apud Aquilejam, tantum vectitatum convivatumque fuiſſe*, atque compoſito in Pannonia bello, Aquilejam reddiviſſe, cauſa voluptatis. Ut hinc metuendum veniat, de veritate Inſcriptionis apud Lazium lib. 2. pag. 132. nempe:

Divictori omnium Gentium Barbararum, & ſupra omnes Retro Principes Prudentiſſimo Imp. CAES. M. ANTONIO VERO. INVICTO AUG. P. M. T. P. PROCOS. II. PROCOS. VAL. JULIANUS V. P. P. P. *Hiſpan. Tarracon. Majeſtati Numiniq. Ejus ſemper Dicatiſſ.* Metuendum inquam; quia quæquæ laudes *Veri*, ad adulatores referuntur, Julianusque in ſimilium hominum numero, recenſetur.

Sub Antonino Commodo, Lamprid. fide conſtaret: ab eo, per Legatos, victos fuiſſe Mauros,

Digitized by Google

ros, victos Dacos, *Pannonias quoque compoſitas.* Fors Pannones ob Avaritiam Præfectorum, aut pro tuenda eorum integritate, motus quosdam fecerint? poſtquam Lampridio teſte, a Commodo: *multi Senatores ſine judicio interempti, fœminæ quoque divites, & nonnulli per Provincias; a Perenni, ob divitias inſimulati, ſpoliati ſunt, vel etiam interempti.* Tum ſecuta *Perennis* miſera morte, & reſciſſis ad ſpeciem, ejus geſtis; ſub Succeſſore Cleandro, graviora enata ſunt. Et reliqua inter, teſte Lamprid. *Mutabantur Præfecti Prætory per horas ac dies, & - - ad arbitrium Cleandri aut retenti ſunt, aut occiſi - - venditæque omnes Provinciæ. Omnia Cleander peccunia venditabat.* &c. Poſt quorum deſcriptionem, quia Pannones compoſitos refferret, dubium eſt: an motus Pannoniæ cauſaverit Avaritia? dum Dignitatum officiorumque emptores, ex re empta, lucrum quærerent; aut ob tot præſtantiſſimos viros occiſos? quorum nomina recenſet Lampridius, addens: *deſtinaverat & alios 14. occidere, cum ſumptus ejus injuriis, Romani Imperii ſuſtineri non poſſent.* Itaque Familiis, a Commodo extinctis, opes & divitiæ, interitum cauſarunt multis, ac fors etiam Commodi crudelitas, in Pannoniis tumultum.

VI. Publius Helvius Pertinax ſub Marco Antonino Rhetias & Noricum ab hoſtibus vindicavit. Dein è Syria ad Danubii tutellam profectus, atque inde Mœſiæ utriusque, mox Daciæ regimen accepit. Sub *Commodo* Antonino effectis vænalibus officiis, Syriæ Regimen obtinuit, ubi Capitolino teſte *peccuniæ ſtuduit, quare etiam dictis popularibus laceſſitus, Curiam Romanam poſt quatuor Provincias Conſulares, jam dives ingreſſus eſt, cum eam Senator antea non vidiſſet*, coemptisque in *Liguria* multis agris, per ſuos ſervos mercatus eſt. *Perenni* occiſo, geſtis variis officiis, in Imperio ſucceſſit. Quod nihilominus diuturnum nec illi, nec *Didio Salvio Juliano*, qui Imperium a militibus emiſſe ſcribitur, fuerat. *Septimius* itaque *Severus*, adhuc ſub Didio Juliano, idibus Auguſti apud Carnuntum, a Pannonico exercitu, (Pannonias enim Proconſulari Imperio rexit) & Legionibus Germanicis, ut Æl. Spartian. *Auguſtus* eſt appellatus. Provinciis in fide ſua firmatis, ut numus Antiochiæ cuſus (ubi parte una, SEVERUS NOB. CAES. Parte alia legi nequit inſcriptio) confirmaret, ac in verba Severi jurantibus Illyricanis & Gallicanis exercitibus, Romam venit, & ſemet in Imperio ſtabilivit. Severum Pannoniis affectum vixiſſe, teſtantur Inſcriptiones variæ. Sic Petovii Styriæ teſte Lazio

Pro ſalute & victoria Imp. Caeſ. Luci Septimy Severi Pertinacis Aug. Domini indulgentiſſ. Junianus lib. Adjut. Tabul. P. P. *Su. ex voto.* Item prope Sopronium: *Pro Salute Imp. L. Septimy Severi. Et M. Aurely Anton. Augg. Fr. Clariſs. Et Jul. Aug. Mater Caeſaris ſub cura Fl. Mutiani S. F. R. M. Firmidius Juſtus Fr. Legi. Aux. P. F. Optio conſecravit.* Æl. Spartianum, dum ſcriberet: *Recuſavit & Parthicum nomen, ne Parthos laceſſeret* Inſcriptiones emendandum evincunt. Enimvero *Viennæ Auſtriæ* repertam Rhapſodiam, exhibet Lazius.

I. O. M. Pro Salute Imp. L. Septimy Severi Py Pertinacis Aug. Arabici, Adiabeni, Parthici Maximi. Et Imp. M. Aurely Antonini Aug. Et L. Quirinalis Maximus Trib. milit. Leg. X. Germ. P. F. V. S. L. L. M.

Firmantur autem complura a Spartiano relata, æque Inſcriptionibus, uti: *Cum iret contra Albinum, in itinere apud Viminatium filium ſuum majorem Baſſianum, appoſito Aurely Antonini nomine Cæſarem appellavit.* Equidem exhibet Laz. memoriam.

Imp. Caeſ. Pius Severus. Per. Aug. Trib. Potes. IX. Imp. XII. Coſ. II. P. P. *Co. Fi. Imp. Caes. Mar. Aure. Antoninus Pius Aug. Arab. Ger. Max. Trib. Potes.* P. P. Procon. *At. M. L. III.* Ducibus Severi ab Albinianis victis, *tunc ſolicitus*, inquit Spartianus *cum conſuleret a Pannoniacis Auguribus, comperit ſe victorem futurum.* Augurum Pannoniæ memoriam conſervat lapis Sabariæ, quo: *Herculi ſacer Canenius Augur V. S. L. L. M.* Denique Getam quoque, minorem Severi filium Cæſarem & Antoninum dictum, ſequens roborat memoria.

Imp. Caeſar Lucius Septimius Severus Pius *Pertinax Aug. Arabicus Adiab.* Parthicus *Max.* Pontif. *Maximus. Trib. Pot. VIIII. Imp. XII. Cos. II.* P. P. *Procos. Et Imp. Caeſar Marcus Aurelius: Antoninus.* Pius Aug. Trib. Pot. IIII. *Procos. Et Imp.* P. *Septim. Geta Anton. vias &* Pontes *Reſt. Ab* AUG. M. P. XXXXI.

Numos *Severi*, plures vidimus, habuimus, tractavimus, cum Epigraphe *Virtus Auguſti* P. Ex his majoris moduli, *æneus*, nobis a viro quodam, fuit ſubmiſſus, in quo, pars Caput Severi exhibet, cum Epigraphe: *Imp. Severus - - - Albin. Part.* Pars altera *Minervæ* Pacif. *Cos. III.* Hic numus, an pro ſincero, recenſeri valeat? dubitamus.

VII. Alexandri Severi temporibus, qui *Provincias Prætorias*, teſte Lampridio, *Præſidales fecit plurimas*, Proconſulares *ex Senatus voluntate ordinavit.* Pannonia *I.* ſi-

Digitized by Google

ve *ſuperior*, Præſidem obtinuerit, dum *Dio Caſſius* Præſes Pannoniæ ſuperioris ſub Alexandro fuiſſe, ſcriberetur; & Præſidis primæ Pannoniæ judicio, ſucceſſivè S. Quirinus Siſciæ Epiſcopus, ſubmiſſus fuerat. An autem Noricum, per ſuperiorem Pannoniam ab Alexandro extenſum fuerit; dum Norici Præſides, marmora evincerent, conſtituere neſcio. Provinciarum Præſides dilexiſſe Alexandrum, Lampridius perhibet: *Præſides* inquiens *Provinciarum, quos verè, non factionibus laudari comperit, in itineribus ſecum ſemper in vehiculo habuit, & muneribus adjuvit, dicens, & fures a Republica pellendos ac pauperandos, & integros eſſe redimendos atque ditandos.* Memoriam Alexandri in numo reperimus, ubi in parte adverſa: *Imp. Alexander Pius Aug.* in averſa: *Providentia Aug. S. C.* Pacem a Germanis peccuniâ obtinere laborans, atque ideo exoſus militibus, procurante Maximino occiſus eſt. Hic, *pacata Germania Syrmium venit, Sarmatis inferre bellum parans*, ut Capitolinus, *atque animo habens, concupiens usque ad Oceanum, ſeptemtrionales partes in Romanam ditionem redigere.* Sane ſub Maximinno Imperatore, fuiſſe motus maximos, & Scriptores teſtantur; & eruditæ firmant memoriæ. *Pannoniæ* Maximinno erant obnoxiæ, ut evincerent tot memoriæ, & quod ſedem Sirmii fixerit. A militibus factus Cæſar, quod etiam numi firmare videntur, in quorùm plurimis vidi, parte adverſa: *Caj. Val. Maximinnus Nob. C.* altera: *Concordia militum*, atque hos, *Sis. Ant. K. C.* &c. cuſos, ut favores militum, initio ſaltem habuiſſe deducatur. Verum quia Senatus Romani, affectu caruiſſet Maximinnus, ut Senatus litteræ, apud Capitolinum teſtarentur, tenoris ſequentis:

„ Senatus Populusque Romanus, per Gordianos Principes ab illa triſtiſſima bellua, liberari cœptus, Proconſulibus, Præſidibus, legatis, Ducibus, Tribunis, Magiſtratibus ac ſingulis Civitatibus, & municipiis, & oppidis, & vicis, & Caſtellis ſalutem, quam nunc primum recipere cœpit; dicit: Diis faventibus Gordianum Proconſulem, Virum Sanctiſſimum & Graviſſimum Senatorem, Principem meruimus, Auguſtum appellavimus. Nec ſolum illum, ſed etiam in ſubſidium Reipublicæ filium ejus Gordianum Nobilem juvenem. Veſtrum eſt conſentire ad ſalutem Reipublicæ obtinendam, & ad ſcelera defendenda, & ad illam beluam Maximinum atque illius amicos ubicumque fuerint perſequendos. A nobis etiam Maximinus cum filio ſuo hoſtis eſt judicatus. Recitat quoque Senatusconſulti litteras Capitolinus, dein poſt acclamationes, conſulem retuliſſe. *P. C. De Maximinis quid placet? Reſponſum eſt: hoſtes hoſtes. Qui eos occiderit, præmium merebitur. Item Conſul dixit: de amicis Maximini quid videtur? acclamatum eſt: hoſtes hoſtes &c.* In ejusmodi circumſtantiis, Pannoniam Maximinno paruiſſe cum geſta bella, tum etiam numi, cuſi Siſciæ, ſuadent. Ex pluribus, quos tractavimus, vidimusque numis, unus eſt, quo parte adverſa: *Imp. C. Val. Maximinnus P. F. Aug.* in adverſa autem: *Genio Auguſti. Siſc. B.* Alter *Cai. Val. Maximinnus Nob. C.* in parte autem averſa: *Perpetuitas Augg.* ex ſiniſtro latere *VI.* in fine *Siſc. B.* Sane Maximinnum, agnominem ſibi, ſuumque filium, in Imperii Collegam aſſumpſiſſe conſtat, hinc & Siſcienſis numus. *Perpetuitas Auguſtorum.* Imo Maximinni hujus Junioris, æque firmant iſtud, numi, qui tam conſideratione faciei ex adverſa parte, quam & ly: *Jun.* diſtincti eſſe, apparent. In horum uno, parte averſa. *S. P. Q. Romanorum Principi* ſed quis Senatus? Populusque indicatur? dicere neſcio. Avis figuram mediam terminat. In adverſa porro parte. Caput Laureatum juvenis cum Epigraphe. *Imp. Maximinus* P. *F. Aug.* æqualium numorum, alter *Siſ. B.* alter *Ant.* cuſus. Itaque Maximinis duobus, Romani Gordianos duos a militibus nominatos, recognitione horum Imperii oppoſuerant. Quibus per Maximinos victis, Senatus Romanorum, *Maximum Pupienum, & Balbinum* Maximinis oppoſuit. Verum *Julio Capit.* teſte, inter ipſos a Senatu lectos Imperatores, erat diſſenſio, *mærentibus* inſuper, ſunt verba Capitolini, *militibus, quod eum Imperatorem, quem ipſi delegerant, perdiderant: & eos habebant, quos Senatus legerat. Nec diſſimulari poterat moeror, quia apparebat in frontibus ſingulorum.* Et eſto Maximus, eos, verbis, ſtipendiis, donis, placare ſtuduerit, placare nihilominus milites nequivit, ut Capitolinus ſcriberet. Aquilejenſium pro Romanis contra Maximinum, ea commendatur fidelitas, quod neglecto Hiſtriæ excidio, funes de capillis mulierum fecerint, cum deeſſent nervi ad ſagittas emittendas. Unde in honorem matronarum, templum Veneri Calvæ Senatus dicavit. Aquilejenſes autem libertatem obtinuiſſe, probat epiſtola Senatus apud Fl. Vop. *Senatus Ampliſſimus Curiæ Trevirorum.* „ Ut eſtis liberi & ſemper fuiſtis, „ lætari vos credimus, creandi Principis judicium ad Senatum rediit. Simul etiam Præfecturæ Urbanæ appellatio univerſa decreta eſt. *Eodem modo ſcriptum eſt, Antiochenſibus, Aquilejenſibus, Mediolanenſibus, Alexandrinis, Theſſalonicenſibus, Corinthys, & Athenienſibus*, refferente Vopiſco in Floriano Imperatore. In ejusmodi confuſionibus, quæ

Pro-

Digitized by Google

Provinciæ, hujus aut alterius, partes ſecutæ ſint? non examinamus. Pannoniam Maximinnis extitiſſe obnoxiam, ſuperiora ſuadent. Dacia, relatis ſuperius Senatus litteris, Gordiano faviſſe deducitur ex Inſcriptione Albæ Juliæ apud Lazium, ſequente:

Matri Aug. pro ſalute Imp. Caeſ. M. Antonini Gordiani Pii fel. Aug. M. Antoni us EQ. R. Dec. Col. Apul. Sacerdos Are Augn. Si enim Dacia Gordiano devota non fuiſſet, M. Antonius Eques Romanus, palam vota ſua, pro ſalute Cæſaris nuncupare nequiviſſet.

VIII. Pannoniæ, ſub Illyrici generali illa nomenclatura acceptæ, ſui juris poſt Maximinorum fata, quodammodo remanſiſſe deducuntur. Non me latet, in veteri Catalogo Epiſcoporum Laureacenſium, a plerisque Scriptorum relato, ſcribi: *Philippus utriusque Pannoniæ Dominus &c.* at an hic Dominus Pannoniæ exprimatur? ideo; quia Romanorum Imperator & Cæſar fuerit? aut quia ſua obedientia, Pannones pro Cæſare Philippum habuerint, dubium eſt, quod *Marinum*, Imperatorem exercitus Illyricorum appellaverit, & hoc extincto, *Decium Concivem*, qui, Philippo Veronæ cæſo, Imperium obtinuit. Philippi his in oris, unicam eruimus, vidimusque in numo memoriam, in quo: parte adverſa, Caput laureatum, & gravis Viri facies cum Epigraphe: *Imp. M. Jul. Philippus Aug.* Parte vero averſa: P. *M. S. Col. Vim.* in fine, ſeu poſt Lineam *An. V.* Similis numus, Anno 1733. in libello Gradus Philoſophici, *Utilitas rei numariæ veteris compendio propoſita*, a Clariſſimo Viro, P. *Ludovico Debiel è S. J.* meo tum, in Diſciplinis Philoſophicis, digniſſimo, ac æterni cultus & memoriæ Magiſtro diligentiſſimo, ſub Num. XXXV. exhibetur. Sequens in averſa parte, ab illo Debieliano, eſt in hocce differentia; quod iſthic vir paludatus, dextera globum, ſiniſtra haſtam teneat, in hoc: ſtaturæ altioris vir, manibus demiſſis dextrâ bovem, ſiniſtrâ leonem, extenſis digitis prope attingat. Quod item in hoc, majoribus litteris videre, & legere ſit *AN. V.* Quo ex numo evincitur ſuperiorem Mœſiam, Pannoniæ inferiori proximam, Philippum pro *Auguſto* habuiſſe, haud verò Pannoniam

Moeſii Q. Trajani Decy è Pannonia oriundi, tam in inferiore, quam etiam ſuperiore Pannonia, complures in Rapſodiis extare memorias, relatione plurimorum accepimus. Sed nec preces noſtræ, nec Patriæ aut eruditionis amor, effecerunt: ut deſcriptæ memoriæ, ad nos adhuc pervenerint, dehinc fors, viſis his laboribus noſtris, ad deſcribendas movebuntur, qui penes tales degunt. Quæ in *Sztenievecz* eruta eſt, ſupra, ſincerè deſcriptam poſuimus. An autem, *Andautonium?* ab Auguſto Reipublicæ Pannonicæ ſervaverit memoriam; Aut ſub Maximinis, vel Trajano Decio in Rempublicam Pannoniæ fuerit elevatum? de opinione non certamus, cuivis opinandi quod lubet, libertatem relinquimus. In numis vidimus *Pannoniae, Felicitas Saeculi - Reſtitutor Illyrici* &c.

Poſt Decii mortem, Turbarum evaſit domicilium Romanum Imperium. *Vibius Trebonianus Gallus*, penſionem annuam Gothis 200. Drachmarum pollicitus, ab Æmilano Mœſiæ Duce imperio privatus eſt. Confirmandæ rei, ſervire videtur Inſcriptio Petovienſis: *Praeſtito Jovi S. Trib. Coh. X. Praetor. Cultor. Numinis ipſius proficiſcens ad opprimendam factionem Galli. Juſſu Principis ſui, Aram iſtam poſuit.* Breve tamen fuit Æmiliani Imperium, quia poſt trimeſtre, *Licinius Valerianus* eidem ſucceſſit. Huic Pannoniam paruiſſe, Siſciæ cuſi numi evincunt. cum Epigraphe: *Jovi Conſervatori. Soli invicto Comiti. Genio Populi. Lucinio Valeriano* a Perſis capto, ſub filio ejus Gallieno (*qui*, ut Trebell. Pollio *natus abdomini & voluptatibus, dies ac noctes vino & ſtupris, perdidit orbem terrarum. Triginta prope Tyrannos paſſus eſt Romanum dehoneſtantes Imperium, ita ut etiam mulieres eo melius imperarent*) Provinciæ Imperii Romani, in deſolationem venêre. Quæ Pannoniarum ſunt memoriæ, has tantum attingere volui, reliqua miſſa facio. Itaque

IX. Cum *Gallienus vino & popinis vacaret* (utor Trebellio Pollione, qui ſub Conſtantio Chloro ſcripſit, adeoque ſub fine Sæculi III. & pro exacto admodum, habetur a Vopiſco) *cumque ſe lenonibus, mimis, & meretricibus dederet, ac bona naturæ, luxuriæ continuatione deperderet*, INGENUUS, *qui Pannonias tunc regebat, a Moeſiacis Legionibus Imperator eſt dictus, cæteris Pannoniarum volentibus.* Qua re a Gallieno intellecta, has Pollio refert Auguſti litteras:

„ *Gallienus Variano*: Non mihi ſatisfacies, ſi tantum armatos occideris, quos & fors „ belli interrimere potuiſſet. Perimendus eſt omnis ſexus virilis, ſi & ſenes atque impube„ res ſine reprehenſione noſtra occidi poſſent. Occidendus eſt quicumque male voluit, occi„ dendus eſt quicumque male dixit contra me, contra Valeriani filium, contra tot Principum „ patrem & fratrem. Ingenuus factus eſt Imperator, lacera, occide, concide, animum me„ um intelligere potes, mea mente iraſcere, qui hæc manu mea ſcripſi. Credimus Epiſtolam

Digitized by Google

hanc ad Varianum illum miſſam eſſe, cui, relata ſuperius Inſcriptio facta eſt; nempe *T. Vario Clementi* &c. *Cives Romani ex Italia & aliis Provinciis in Pannonia conſiſtentes*, adeoque inferiorem Pannoniam, ut Mœſiæ conterminam, ad Ingenui partes tranſiviſſe. Interim quia Gallienus, *Ingenui* victor a Trebellio deſcriberetur, & in omnes Mœſiacos tam milites quam cives aſperrimè ſæviiſſe, nec quemquam ſuæ crudelitatis exortem reliquiſſe, uſque adeo aſper & truculentus, ut pleraſque Civitates vacuas a virili ſexu relinqueret, *Varianum* mitiorem fuiſſe, Inſcriptiones ſuaderent. Pannoniæ, partem hanc, paulo poſt *Ripa-rienſem* vocatam, Gallieno obediviſſe, firmare videntur numi Gallieni, in quibus epigraphe *Siſcia Aug*. Verum Gallienus ſævitie ſua, pacatos non effecit Mœſios, dum *Regillianum* in Illyrico Ducatum gerentem, Imperatorem proclamant: *Imperator* teſte Trebel. *eſt factus*, *autoribus Impery Moeſys*, *qui cum Ingenuo fuerant ante ſuperati. In quorum parentes graviter Gallienus ſævierat. - - Sed autoribus Roxolanis conſentientibusque militibus*, *& timore Provincialium ne iterum Gallienus graviora faceret*, *interemptus eſt.* Hic ille eſt Regillianus, ad quem Claudius adhuc privatus, ita ſcripſit ex Trebellio:

„ Claudius Regilliano multam ſalutem. Felicem Rempublicam, quæ te, talem Virum „ habere rei Caſtrenſis, bellis his meruit. Felicem Gallienum etiam, ſi ei vera, nemo nec „ de bonis, nec de malis nunciat. Pertulerunt ad me Bonitus & Celſus Stipatores Princi- „ pis noſtri, qualis apud *Scupos* in pugnando fueris, quot uno die prælia & qua celeritate „ confeceris. Dignus eras triumpho, ſi antiqua tempora extarent. Sed quid multa? me- „ mor cujusdam ominis, cautius velim vincas. Arcus Sarmaticos, & duo ſaga ad me velim „ mittas. Sed fibulatoria, cum ipſe miſerim de noſtris.

Regilliano occiſo, *Aureolus Illyricianos exercitus regens*, *in contemptu Gallieni*, *ut omnes eo tempore*, *coactus a militibus ſumpſit Imperium. Et cum Macrianus cum filio ſuo Macriano contra Gallienum veniret cum plurimis*, *exercitus ejus cepit; aliquos corruptos*, *fidei ſuæ addixit. Et cum factus eſſe invalidus Imperator*, *cumque Gallienus expugnare virum fortem fruſtra tentâſſet*, *pacem cum eo contra Poſthumum pugnaturus fecit*, *quorum pleraque*, *& dicta ſunt*, *& dicenda.* ita Trebell. Ex quibus, atque iis etiam, quæ *Sext. Aurelius Victor*, ſub Juliano ſcribens, hinc annis LX. circiter, Trebellio poſterior, retulit: dubium de Pannonia naſcitur, an non diviſionem nacta ſit, & novam ſui, ab ordinatione Hadriani epocham? Enimvero *Aurelius Victor* in Gallieno, perhibet: *Gallienus - - amori diverſo pellicum deditus*, *Saloniæ conjugis & concubinæ*, *quam per pactionem conceſſa parte ſuperioris Pannoniæ*, *a parte Marcomannorum Rege*, *matrimony ſpecie ſuſceperat*, *Pipam nomine. Noviſſime adverſus Aureolum profectus eſt. - - Ejusdem Aureoli commento a ſuis interiit.* Horum combinatione, cum iis, quæ Trebellius ſcripſit, apparet: in pactis illis, quæ *inter Aureolum*, *& Gallienum* interceſſerunt, inferiorem Pannoniam, cum Mœſia, Dalmatia &c. Aureolo ceſſam fuiſſe, cum parte quadam ſuperioris Pannoniæ; Partem aliquam, *Gallienum* pro ſe reſervâſſe, quam ſubinde, Conjugi & Concubinæ, Marcomannorum Regis filiæ, per pactionem conceſſiſſet. Satis examinavi, quæ ſuperioris Pannoniæ pars, Marcomannorum Regi ceſſa fuerit? quæ item Aureolo? verum hiſtoricæ probabilitatis gradum, aſſequi non valui; ut quæſtionis hujus commentaria, ab eruditis orem, & præſtoler.

Sane *Aurely Victoris* hiſtoriam, confirmare videtur, Inſcriptio illa Sopronienſis apud Lazium: Q. AUREL. FESTIANO. NAT. PAN. VETE. AUR. CLAUCE, PATRON. ET CONJUGI DULCISS. B. M. P. Ubi, quia Quintus Aurelius Feſtianus, ſive ipſe, ſive uxor ſua *Clavce Pannoniæ veteris* Nativi indicantur, tum, dum memoria illa collocata eſt, Pannoniæ appellatio iſthic deſierat. Verum quia ignoraretur, ad quem Annum, aut Epocham Inſcriptio illa pertinet, conſtitui nequit, partes illas a Gallieno, Marcomanis ceſſas fuiſſe. Sunt nihilominus plura conjecturæ hujus motiva. 1mò. Silentium Trebellii, in Claudio Imp. Vopiſci, Aurelii, de Pannoniæ ſuperioris partibus. 2dò. Quia Val. Aurelianum cum Marcomannis pugnaſſe, Flav. Vopiſcus diffuſius deſcriberet, reliqua inter: *Accepta eſt ſane clades ſub Aureliano a Marcomannis per errorem*, *nam dum is a fronte non curat occurrere*, *ſubito hoſtes erupêre: dumque illos a dorſo perſequi parat*, *omnia circa Mediolanum graviter evaſtata ſunt. - - In illo autem timore*, *quo Marcomanni cuncta vaſtabant*, *ingentes Romæ ſeditiones motæ ſunt*, *paventibus cunctis*, *ne eadem*, *quæ ſub Gallieno fuerant*, *provenirent* &c. Proinde ad Mediolanum uſque vaſtantibus omnia Marcomannis, eos in ſuperioris Pannoniæ poſſeſſione ſub Aureliano fuiſſe apparet. 3tiò. *Vopis*: Aureliani epiſtolam ad Ulpium, a quo fuerat Flavio Claudio volente adoptatus, hanc refert:

„ Aurelianus Auguſtus Ulpio Patri. Quaſi fatale quiddam inceſſit, ut omnia quæcun-

„ que

„ geſſero, omnes motus ingraveſcant. Ita enim ſeditio *Intramurana* bellum mihi graviſſi-
„ mum peperit. Monetarii autore Feliciſſimo, ultimo ſervorum, cui procurationem Fiſci
„ mandaveram rebelles ſpiritus extulerunt. Hi compreſſi ſunt, ſeptem millibus Hiberorum,
„ Ripariensſium, & Caſtrianorum & Daciſcorum interemptis.

Quo ex loco, argui poſſet, Gallienum Marcomannis *ad Muram uſque*, ceſſiſſe partem ſuperioris Pannoniæ, & quæ ſub Imperio Romano remanſerat pars, eam *Riparienſem*, fuiſſe vocatam. *Vabalathi* numos plures, his in oris effodi eruique, certum eſt. Ego ipſe plures habui medii moduli. In his adverſa parte laureatum Aureliani Caput cum epigraphe: IMP. C. AURELIANUS AUG. Averſa autem Caput Vabalati cum Serto, Epigraphe: VABALATHUS UCRIMOR. Nihil in his numis Græci eſt, latina omnia. Conſului de his numis plures. Doctiſſimus vir, *Joſephus Khell* S. J. pridie Cal. Aprilis, Anni hujus *1767.* certiorem me reddidit, Eruditiſſimi Viri (olim Digniſſimi Magiſtri mei) *Eraſmi Frölich* opus poſthumum de Vabalathi familia, eſſe ab ſe editum. Qui, *Zenobiæ* privignus cum haberetur, Collega Aurelieni poſt Zenobiam quod fuerit, atque Syriam, aliasque orientis Provincias, conciliata ſibi Aureliani amicitia, quod adminiſtraverit. Hinc illud: *Ucrimor*, legendum eſſe. *Vice-Cæſaris Romani Imperii, deſtinatus Rector.* Ego, qui ſtudium antiquitatum ejusmodi non profiteor, orientalium quoque linguarum ignarus eſſem, nulla ratione cum magiſtris ejusmodi litterarum contendere poſſum. At ut diſcendi cupidus, miror; in numis his, litterarum latinarum, & lectionis nitidæ, cur his in Regionibus? frequentius Vabalathi eruantur numi, ſi is, translatus e Syria, huc non fuerat? Et dum lectionis illius: *Vice-Cæſaris Romani Imperii deſtinatus Rector*, fundamentum non legi, poſtquam ſcriberet Plinius: *Incolæ Alpium multi populi, ſed illuſtres a Pola, ad Tergeſti Regionem Secuſſes, Subocrini, Catili, Moenocaleni, juxtaque Carnos, quondam Tauriſci appellati*, cogitabam, annon ab *Ocra* monte, illud *Ucrimor* Vabalathi ſit? deſignetque: Vabalathum ob Zenobiæ eminentiam, has in oras fuiſſe translatum. Aut fors *Vabalathus* ille Palmyrenus alter fuerit; alter vero ſit, cujus hic numi effodiuntur, ac fors parens, *Saloniæ*, ſive Pipæ Marcomannorum Regis filiæ, cui pars ſuperioris Pannoniæ, a Gallieno ceſſa fuiſſe, ſcribitur. Qui, ſub Aureliano Regios quæſivit titulos, ſeſeque Aureliano parem credidit, ut utriusque laureatum Caput, in numis exhiberetur.

Conjectationi huic, fors & ſequentia Vopiſci applicari queunt: *Proculo patria Albingavni fuêre, poſiti in alpibus maritimis. Domi nobilis, ſed majoribus latrocinantibus, atque adeo pecore, ac ſervis, & iis rebus, quas abduxerat, ſatis dives. Fertur denique eo tempore, quo ſumpſit Imperium* (ſub Probo videlicet) *duo millia ſervorum ſuorum armâſſe. Huic uxor Virago, quæ illum in hanc præcipitavit dementiam, nomine Sampſo, quod ei poſtea inditum eſt. Nam antea Viturgia nominata eſt.* Dum Proculi patria, in Alpibus maritimis poſita ſcribitur, facile *Alby montes* per Albingaunios indicantur, latiusque fuerit Proculi dominium, ex quo, is, duo millia ſervorum ſuorum armavit, (videntur *Banderiorum* ſucceſſive vocatornm, indicia) ac adverſus Probum, poſt plurium legionum Tribunatum, ſumpſit Imperium. Sane dum, *Alemannos, qui tunc adhuc Germani dicebantur* ita Vopis: *non ſine gloriæ ſplendore contrivit, nunquam aliter, quam latrocinandi pugnans modo*, dum prodentibus Francis, ad quos confugerat, a Probo victus interemptus eſt, *Proculo* partes illas maritimas, olim Carniam, Japidiam, paruiſſe; argui poteſt. Adeoque firmari videtur, ſub *Gallieno ceſſio Pannoniæ ſuperioris.* Quam firmare videntur plurimæ Inſcriptiones apud Laz. Comment. lib. 12. cap. 7. *Iggy* repertæ. Illæ Romana nomina non oſtendunt. ut *Voltrex*: *Buto*: *Buius*: *Brocci &c.* Item fœminarum *Iluntonis* uxori (quod Helenam indicat) Item *Regae filiæ &c.* Superato Proculo partes illas maritimas, a *Probo* receptas extitiſſe, dubium eſt ex verbis Vopiſci: *Poſteri ejus etiam nunc apud Albingaunos agunt: qui joco ſolent dicere, ſibi non placere eſſe vel Principes, vel latrones.* Præmiſſa recenſere volui, tametſi mei ſint examinis, atque meditationis privatæ, ut a Magiſtris dilucidari enuclearique valeant, tanquam civili ac fundamentali Pannoniæ, Regnique Hungariæ hiſtoriæ, haud inutilia.

X. Quamvis Pannonia ſuperior, ſub Gallieno videatur in parte amiſſa, quod Norici extenſi ac mediterranei, *Valeriæ* item, ſubſecutæ appellationes firmarent, inferior nihilominus Pannonia, ſub poteſtate manſit Auguſtorum. Quin extenſa fuit, parte ſuperioris Pannoniæ, a Gallieno penes Imperium ſervata. Diverſæ marmorum memoriæ, quæ nunc etiam reperiuntur trans *Savum*, ac hunc, & *Dravum*, ad *Muram* usque fluvium, cum inſcriptione *II. Pannon.* hæc firmare videntur; quæ, Gallieno poſteriores eſſent, adeoque poſt Sæculi III. medium. Cæterum ſub *Flavio Claudio*: *Aureliano*: *Claudio Tacito*: *Probo*: Siſciam Imperatorum fuiſſe, numi horum iſthic cuſi, ſuaderent. Claudium e Dardania originem

Digitized by Google

habere refert Trebell. ſub Valeriano, teſte epiſtola Auguſti ad Zoſimionem Procuratorem Syriæ, in qua apud Trebell. *Claudium Illyricianæ gentis Virum, Tribunum Martiæ quintæ legioni fortiſſimæ dedimus, Virum devotiſſimis quibusque ac fortiſſimis, veterum, præferendum &c.* Conſtitutoque eidem iſthic Salario amplo, in epiſtola ad Ablavium Muræ-nam: *Deſine jam conqueri quod adhuc Claudius eſt Tribunus - - Dux factus eſt, & Dux totius Illyrici, habet in poteſtatem Thracias, Moeſos, Dalmatas, Pannonios, Dacos exercitus &c.* Digna eſt lectu tam hæc epiſtola, quam & *Decy*, de Claudio tum juvene, apud Trebell. Aureliani ortum quidem Sirmio, quidam Daciæ Ripenſi, alii Mœſiæ attribuunt. *Privati multa egregia extant facinora*, ita Fl. Vopis. *Nam erumpentes Sarmatas in Illyrico, cum 300. Præſidiariis ſolus attrivit. Refert Theodius Cæſareorum temporum Scriptor, Aurelianum manu ſua bello Sarmatico una die 48. interfeciſſe, plurimis autem & diverſis diebus 950. adeo* ut Vir fortis decantaretur verſibus. Severitatem ejus teſtatur apud Vopiſcum Valeriani Auguſti epiſtola; laudes ejus, & virtutes pluribus Valeriani litteris continentur, quas non deſcribimus, quia ejus hiſtoriæ non ſtudemus. Sub Claudio Imperatore quis fuerit teſtatur Claudii Epiſtola. *Flavius Claudius, Valerio Aureliano ſuo ſalutem. Expetit a Te munus ſolitum noſtra Reſpub. Aggredere quid moraris? Tuo Magiſterio milites uti volo, tuo ductu Tribunos, Gothi oppugnandi ſunt. Gothi a Thraciis amovendi. Eorum enim plerique Hæmi montem, Europamque vexant, qui te pugnante fugerunt, omnes exercitus Thracios, omnes Illyricianos, totumque limitem in tua poteſtate conſtituo, ſolitam nobis ede virtutem. Tecum erit frater Quintillus cum occurrerit. Ego aliis rebus occupatus, ſummam belli illius virtutibus tuis credo* &c. apud Vopis. Verum Imperium aſſecutus, quamvis plures duxiſſet exercitus, & victor evaſiſſet ſæpius, triumphaſſetque, non ſolum a crudelitate accuſatur, ſed *cum vaſtatum Illyricum, ac Mæſiam deperditam videret, Provinciam trans Danubium, Daciam a Trajano conſtitutam, ſublato exercitu, & Provincialibus, reliquit, deſperans eam poſſe retineri. Abductosque ex ea populos in Mæſiam collocavit: appellavitque ſuam Daciam, quæ nunc duas Mæſias dividit. Dicitur præterea, hujus fuiſſe crudelitatis, ut plerisque ſenatoribus, ſimulatam ingereret factionem conjurationis ac Tyrannidis, quo facilius eos poſſet occidere.* &c. apud Vopiſ. Chriſtianis Aurelianum non faviſſe, tam nummus indicare videtur, quò parte adverſa: *Imp. C. Aurelianus Aug.* averſa *Reſtitutor entis*, quam & Epiſtola ſua ad Senatum: *Miror vos Patres ſancti tamdiu de aperiendis Sibyllinis dubitaſſe libris, perinde quaſi in Chriſtianorum Eccleſia, non in templo Deorum omnium tractaretis. Agite igitur* &c. Morte hujus ſecuta manu Notarii, Exercitus ſequentia ſcripſiſſe Senatui, refert Vopiſcus. „ Felices ac fortes exercitus Senatui, Populoque „ Romano. Aurelianus Imperator noſter per fraudem unius hominis, & per errorem bono- „ rum ac malorum interemptus eſt. Hinc inter Deos referte Sancti & Domini P. C. & de vo- „ bis aliquem, ſed dignum veſtro judicio mittite. Nos enim de iis, qui vel erraverunt, vel „ male fecerunt, imperare nobis neminem patimur. Lætitiam Senatus, ob attributum ab exercitibus, dandi *jus Imperii*, appellandi Principis, nuncupandi Auguſti, ſatis loquuntur Epiſtolæ apud Vopiſcum, in Floriano Imperatore, quas omittimus. Ex ſuperioribus deducitur, ſub Aureliano, Daciam amiſſam: Mœſiæ prioris terminos, mutatos fuiſſe, ac intra utramque, *Novam Daciam* conſtitutam. *Claudy Taciti*, demptis numis, in Pannonia memoriam nullam adhuc comperimus. In numis *Imp. CL. Tacitus Aug.* circa caput radiatum; parte autem averſa: in uno: *Marti Pacif.* in altero: *Clementiæ Ceas. XXI.*

XI. PROBUS, victo Floriano imperium tenuit, exercituum orientis voluntate. Ita enim Flav. Vopiſ. *Cum ad exercitus nuncius veniſſet* (de morte Aureliani) *tum primum animus militibus fuit prævehire Italicos exercitus, ne iterum Senatus Principem daret, ſed cum inter milites ſermo eſſet, quis fieri deberet, & manipulatim in campo Tribuni eos alloquerentur, dicentes requirendum eſſe Principem aliquem fortem, ſanctum, verecundum, clementem, probum - - ab omnibus acclamatum eſt Probe Auguſte Dy ſe ſervent - -* Hanc electionem in prima epiſtola, data ad Capitonem Præfect. Præt. ipſe confirmat: *Imperium nunquam optavi, & invitus accepi. Deponere mihi rem invidioſiſſimam non licet. Agenda eſt Perſona, quam mihi miles impoſuit. Te quæſo Capito* &c.

Probus oriundus e Pannonia, Civitate Sirmienſi, nobiliore matre quam patre, patrimonio moderato, affinitate non magna, tam privatus, quam Imperator, nobiliſſimis virtutibus claruit. Verba Vopiſci ſunt; qui, epiſtolas plures Auguſtorum, *Valeriani* nempe, *Gallieni*, *Claudii*, *Aureliani*, *Taciti*, lectione digniſſimas, exhibet; e quibus, de *Probi* virtute, dubitari non poteſt. Amorem militum habuit, quia *nunquam paſſus eſt peccare militem, quin etiam Aurelianum ſæpe, a gravi crudelitate deduxit.* ut Vopiſcus; *Ille ſingulos manipu-*

nipulos adiit, veſtes & calceamenta perſpexit: ſi quid prædæ fuit, ita diviſit, ut ſibi nihil præter tela & arma ſervaret. Virtutis tantæ cum fuerit, elogii aut adulationis damnari non poteſt Vopiſcus, dum ſcriberet: *Cujus imperio oriens, occidens, meridies, ſeptemtrio, omnesque orbis partes in totam ſecuritatem redactæ ſunt.* Neque deſcribimus e Vopiſco, *Probi* de Germanis Victorias, ſubactis diverſarum gentium novem Regibus, quæ, ex Probi ad Senatum epiſtola Vopiſcus demonſtrat, addens: *Poſt hæc Illyricum petiit, & prius quam veniret, Rhetias ſic pacatas reliquit, ut illic ne ſuſpicionem quidem ullius terroris relinqueret. In Illyrico Sarmatas cæterasque gentes ita contudit, ut prope ſine bello cuncta reciperet, quæ illi diripuerant. Tetendit deinde iter per Thracias* &c.

Pannoniarum nulla eſt apud Vopiſ. mentio, credi nihilominus poteſt, præcipue quia *Proculum* ſuperâſſet, quod amiſſam, ceſſamque ſub Gallieno Pannoniam, ſub conditionibus, in clientelam Romani Imperii receperit, ac inter novem Reges illos, quos in epiſtola ad Senatum ait: *Novem Reges gentium diverſarum ad meos pedes, imo ad veſtros ſupplices ſtratique jacuerunt.* ſibi fuiſſe ſupplices. Hos inter extitiſſe, quoque illos, quibus ceſſa fuit a Gallieno Pannoniæ pars. Videntur hoc firmare, ſuperius relata verba, *Proculi Succeſſorum.* Fors etiam cum Regibus his, transactum fuerit, ut in ſolum Romanum tranſirent, *ſed cum & ex aliis gentibus plerosque pariter tranſtuliſſet, id eſt ex Gepidis, Gautunnis, & Vandalis* &c. Vopiſ. Stabilito Imperio, & Veteranis omnia illa, quæ anguſtè adeuntur loca privata donando, ſub conditione illa; ut filios ab anno octavo decimo, mares duntaxat ad militiam mitterent; dum Sirmium Patriam ſuam, ornari amplificarique vellet, ac efſœcundari cuperet, ad ſiccandam quandam paludem, multa ſimul millia militum poſuit, ingentem parans foſſam, qua, dejectis in altum navibus, loca Sirmienſibus profutura ſiccaret, cum ideo, tum etiam quod diceret: *Annonam gratuitam militem comedere non debere, & Reipublicæ brevi milites neceſſarios non futuros*, ut ad aratra & ſervitutem ſe damnandos rati, facto tumultu, Sirmy in *ferrata turri* interemptus eſt, ibique ſepultus cum marmore: *Hic Probus Imperator, & vere Probus ſitus eſt victor omnium gentium barbararum, Victor etiam Tyrannorum.* Probum ſive propenſiorem fuiſſe in Siſciam, ſive quod ſua hæc fuerit, in numis evincit Epigraphe: *Siſcia Probi Aug.* Præterea duos Probi hujus Auguſti numos habuimus, in quibus parte adverſa caput radiatum cum ſagitta pectus transfigente, cum Epigraphe: *Virtus Probi Aug.* ex averſa: Vir nudus, manu dextera ignem tenens in face, ſiniſtra Pallium. Epigraphe - - *Li Pacif.* in altero pars adverſa æqualis priori numo, averſa; Martis ſignum cum Epigraphe: *Marti Pacif.* in III. *Imp. Cai. Aur. Probus P. F. Aug.* - - parte averſa: *Clementiae Tomy* in IV. *Imp. C. M. Aur. Probus P. F. Aug.* partis averſæ Epigraphe: *Reſtitutor bis. S.*

Poſt Probum exercitus CARUM Imperatorem appellavit. Qui Numerianum, & Carinum filios, Cæſares dixit. De Pannoniis memoria Cari eſt apud Fl. Vopiſcum ſequens: *Bonum Principem Carum fuiſſe, cum multa indicant, tum illud etiam, quod ſtatim adeptus imperium, Sarmatas adeo morte Probi feroces, ut invaſuros ſe non ſolum Illyricum, ſed Thracias quoque, Italiamque minarentur: ita inter bella patiendo contudit, ut pauciſſimis diebus Pannonias ſecuritate donaverit, occiſis Sarmatarum ſedecim millibus, captis diverſi ſexus viginti millibus.* Quare cum *Carus* Pannonias ſecuritate donaverit, firmari videtur ſuperior conjectura, Pannonias a Probo, fuiſſe reductas, reſtitutasque Romano Imperio. Numi etiam CARI hujus, plures his in locis eruuntur, in quibus, parte adverſa: *Imp. C. Aur. Carus P. F. Aug.* Parte averſa quos habui: *Virtus exercitus. Clementia Temp.* &c. *Numeriani* in numo unico comperi memoriam, ubi: *Imp. C. Aur. Numerianus Aug.* parte alia: *Virtus*; reſidua vetuſtas abſumpſit.

CARINI miſera eſt vita, utpote qui, *mimis, meretricibus, pantomimis, cantoribus, atque lenonibus, palatium implevit, hominibus improbis plurimum detulit, eosque ad convivium ſemper vocavit. Regem Illyrici plerique vocitarunt.* Ita Vopiſcus. In Epit. Sex. Aur. Victoris. *Carinus omnibus ſe ſceleribus inquinavit. Plurimos innoxios fictis criminibus occidit, Matrimonia Nobilium corrupit - - Ad extremum trucidatur, ejus præcipue tribuni dextera, cujus dicebatur conjugem polluiſſe.* Pannonias Carinum tenuiſſe, numi indicant, vidimus numum, ubi parte adverſa: *Imp. C. Claud. Carinus Nob. C.* averſa autem: *Virtus Augg.* Mors quoque ſua Pannonias eum tenuiſſe docet, ſive ad *Margum* ut Pomp. Laet: ſive apud *Murtium* ut Fl. Vopiſ. occiſus fuerit; quamvis ad diverſa loca, ex derivatione nominum, tam Margum, quam Murtium traherentur, pro conjectura vel affectu Scriptorum.

XII. Plura ſingularia ſub Diocletiano occurrunt, ut: æra Diocletiani. Abſolutæ Regiæque Dominationis forma. Sic enim Eutropius: *diligentiſſimus, & ſolertiſſimus Prin-*

 ceps,

Digitized by Google

ceps, qui Romano Imperio primus Regiæ Celſitudinis formam magis, quam Romanæ libertatis invexit; ipſe enim injuſſu populi ac Senatus, Provincias omnes pro poteſtate diviſit, & pro lubitu cum iis diſpoſuit. Sine conſenſu Senatus, pro lubitu creavit Cæſares, fecit Auguſtos, imitantibus eum Succeſſoribus ſuis. Verum hæc, & plura alia miſſa facimus, quia propoſiti noſtri non eſſent. P. Daniel Farlati Hiſtoriam Diocletiani Tomo II. Illyrici ſacri, accuratè examinat. Quia nihilominus Diocletianus, altero Imperii ſui anno, cum Maximiano Herculeo, diviſiſſet Imperium, in hac diviſione, cui horum Pannonia obtigit? mihi ignotum eſt. Credo attamen, tum ob plures leges *Sirmy* a Diocletiano latas, cum & ex Panegyr. Mamertini, *Illum modo Syria viderat, jam Pannonia ſuſceperat,* nempe Diocletianum, *Tu* (Maximiane) *modo Galliæ oppida luſtraveras*: Diocletianum cum oriente, in hac cum Maximiano Imperii diviſione, Pannonias ſibi ſervâſſe. Exiſtimo etiam, occaſione illa, qua, uterque Auguſtus Aquilejæ fuit, (quod præter Acta S. Anaſtaſiæ, confirmaret numus æneus, medii modulli, quò diſtinctè parte adverſa: *Imp. Diocletianus P. F. Aug.* in averſa autem Epigraphe: *Sacra moneta AUGUST. CAESS. Noſtrr. AQ. S.* id eſt: *Aquilejæ ſignata*,) Pannonias hos inter partitas fuiſſe. Enimvero *Eumenius* apud Farlati: *Partho ultra Tygrim redacto, Dacia reſtituta,* (nempe quam Aurelianus amiſerat) *porrectis uſque ad Danuby caput Germaniæ, Rhœtiæque limitibus, deſtinata Bataviæ, Britaniæque vindicta.* Hinc quia Germaniæ, Rhætiæque limites protracti fuiſſent, vereor Pannoniæ aliquid, occaſione hac fuiſſe ademptum. Profecto ab hac Epocha, & *Noræa* in oris Maritimis, & *Norici mediterranei*, Noricorumque Ducis memorias, Inſcriptiones exhibent, firmareque videntur opinionem noſtram. Numi Maximiani, Siſcienſes; favent. Denique (ſi *Aurel. Victori* fides) cum *ortu agreſti Pannonioque*, ſunt verba Aurel. *nam etiam nunc, haud longe Sirmio, eminet locus Palatio, ubi parentes* (Maximiani) *exercebant opera mercenaria* fuerit Maximianus; Pannoniam, ut Patriam ſuam facile obtinuerit a Diocletiano. At quid? ex Pannonia ſuperiore obtigit Maximiano? eruere nequivimus. Verum poſtquam arbitratu ſuo circa annum 293. Diocletianus cum Maximiano, Conſtantium Chlorum, & Gallerium, (Maximinum alias) Armentarium, Cæſares dixiſſent; hosque affinitate ſibi conjunxiſſent, nova iterum Imperii diviſio facta eſt. Orientem cum Gallerio Maximino ſervaſſe Diocletianum; Occidentem vero Maximiano Herculeo, cum Conſtantio obtigiſſe, ſcio ab Auctoribus ſcribi. De Pannonia qui conſtitutum? ſententia eſt difficilis, variantque Scriptores. *Lactantius* generatim refert: *Tres participes Regni fecit* (Diocletianus) *in quatuor partes orbe diviſo.* Aurelius Victor: *Quoniam bellorum moles acrius urgebat, quaſi partito imperio, cuncta quæ trans Alpes Galliæ ſunt Conſtantio commiſſa: Affrica, Italiaque Herculeo; Illyricique ora aduſque Ponti fretum Gallerio: cætera Valerius retentavit.* Ut hinc deduci videatur: Valerium Diocletianum in hac diviſione, Pannonias pro ſe ſervaviſſe, numis hæc etiam firmantibus, quorum plures haberemus, his in regionibus crutos, ubi adverſa parte: *Imp. C. Val. Diocletianus P. F.* aut *P.P. Aug.* parte vero averſa: *Jovi Conſervatori: Concordia militum* &c. *Siſ.*

Verum dum arbitratu ſuo, mutabat Diocletianus omnia, haud credo diu eum tenuiſſe Pannonias. Enimvero Socrates, apud *Petrum de Marca C. 4.* teſtatur: Univerſum Illyricum a Gallerii poteſtate fuiſſe exemptum, & in Herculy Maximiani ditionem, conſequenter ad occidentale Imperium, fuiſſe translatum. Hanc Socratis relationem, firmare videntur numi *Conſtanty*, in quibus parte averſa: *Fel. Temp. Reparatio. Siſc. B.* ac ad latus dexterum III. Item *Imp. Maximianus P. F. Aug.* cum Epigraphe: ex averſa parte: *Genio Auguſti Siſc. B.* Inſcriptio item Cilleæ: Marti - - *Hercul* - - *Victoriae Norejae.* Neque exiſtimes Lector, *hunc Conſtantium* nos, cum *alio Conſtantini filio* confudiſſe. Equidem alterius quoque haberemus numos, ex quibus, diſtinguendos eſſe, vidimus, & diſtinximus, ut infra relaturi. Sane occaſione illa, qua adverſus *Achilleum* profectus fuerat Diocletianus, facile Superior Pannonia, occidentis Imperatoribus tradita fuerit, adeoque circa annum 296. quod fors indicat numus ſuperior Siſciæ, quo ad latus dexterum, III. ſive anno III. Conſtanty, indicari credo. Item occupato bellis orientalibus Diocletiano, quia Dalmatæ defeciſſent, fors Herculei, *Norejenſes* victoriæ declarantur. Poſt celebrata Romæ Vicennalia, Diocletianus Nicomediam proficiſcitur, ut Lactantius c. 17. *Sed profectus hyeme, ſæviente frigore, atque imbribus verberatus, morbum levem ac perpetuum traxit, vexatusque per omne iter, lectica plurimum vehebatur. Sic æſtate transacta per circuitum Ripæ Strigæ Nicomediam venit, morbo jam ingraveſcente.* Ex hoc loco Lactanty, qua iter ſumpſit Diocletianus Nicomediam? quæſtio intra eruditos eſt, orta ut plurimum ex interpretatione vocum illarum; *per circuitum Ripæ Strigæ.* Conſentire in opinionem hanc videntur, Diocletianum iter hoc ſumpſiſſe per Pannoniam, cum Sirmy leges plurimas tulerit, ſubſcrip-

Digitized by Google

ſcripſeritque; Sirmio iter proſecutum fuiſſe per Taurunum, Viminacium &c. At *Sirmium* qua pervenit via, diſſentiunt eruditi. Sunt: qui per *Strigæ Ripam*, locum, ſucceſſive *Strigonium* appellatum interpretentur. Sunt: qui errorem arbitrentur in To *Strigæ* & legendum dicant: *per circuitum ripæ Iſtricæ*, ſive Danuby. Abſit me velle, tot eruditis viris inferre injuriam, aut in re obſcura, manifeſti erroris damnare quempiam, cum doceri nequeat, Lactanty opera, pura & genuina ſic eſſe, ut mendo omni deſtituantur. Expertus ipſe ſum, quæ ſit in legendis veterum ſcripturis difficultas? nominatim in lectione nominum propriorum. Interim cum opinione fors nova, meaque prodeo, quam novam dico ideo, quia Auctoribus, qui ſcripſerunt hactenus, harum partium non erat notitia; e domeſticis autem, his de rebus, per Epochas, quod ſcirem ego, ſcripſit nemo. Itaque Diocletianus iter ſuum, ſi orſus *Salonæ eſt*; inde lectica vectus iverit per vetus Dalmatiæ *Andetrium*, inde perveniens, (viarum veſtigiis firmantibus) ad *Auderium Pannoniæ*, infra quod, intra hodiernam Coſtaniczam & Zrinium, trans fluvium *Vunna*, (nunc Turcarum ſub Imperio) cum ſit fluvius *Striga*, & rudera veteris ſtridonis, haud procul a loco nunc *Dobrolin* appellato (ubi Patriam S. Hieronymi fuiſſe, eſt veroſimile; & populus iſthic, traditione, ac fidei orthodoxæ profeſſione, etſi Mahumedanos inter, teſtaretur) Diocletianum iviſſe argui poteſt. Si autem *Aquileja* iter illud ſumpſit Diocletianus, per hodiernam *Goricziam*, Metullum, Anderium Pannoniæ venit; inde per circuitum Strigæ; ſive Sirmium; ſive Sirmiô, per Mœſias. Sane cum a Geographis vetus illa *Stridon*, urbs ſuperioris Pannoniæ in Illyrici confinio, atque intra Petram Piloſam, *Portulam*, & *Primentum* ſituetur. Magnus quoque Hieronymus citaretur his verbis: *Patre Euſebio natus ex oppido Stridonis, quod a Gothis everſum, Pannoniæ, Dalmatiæque confinium fuit*; & cum ex ſuperioribus pateret, *Dalmatiam* nec ad Savum, minus autem trans Savum, Dravumque ſaltem per horum fluviorum totalem curſum (quidquid ſit de ea Savi parte, qua is habet Scaturiginis originem) neutiquam fuiſſe extenſam, quæ enatarum hactenus opinionum, de Patria S. Hieronymi, probabilitate majori gaudeat? non examino. Locus hic, quem refferimus, fluvio *Striga* nunc etiam gaudet, Petram Piloſam, ſitus loci firmat, ac vetus *Petrina* cum agnomine fluvio: Dalmatiæ ad Stridonem extenſio. Euſeby ſepultura, eominus Patriam evincere Hieronymi poteſt, quod Stridone a Gothis everſa, ſenex Euſebius alior ſum ſe transferens, extra Patriam mori debuit. Cæterum ſive *Aquileja*, ſive *Salona*, iter ſuum incoaverit Diocletianus, cum Sirmium appuliſſe, atque leges dediſſe iſthic illum, non dubitetur ab eruditis, quam recenſui *Strigo*, facile per hujus circuitum Sirmium venerit; Verum quia Lactantius, clarus mihi videretur; exprimere videlicet proximiorem Nicomediæ viam, *ſic æſtate transacta* nempe itinerando, *per circuitum ripæ Strigæ, Nicomediam venit, morbo jam ingraveſcente*, adeoque, neque Strigonium Ungariæ, neque *Strigam* nunc Croatiæ, neque Iſtricas ripas, intellexiſſe videtur, at *Sangarium* fluvium, qui per Phrygiam, Bithyniamque in Pontum illaberetur, neque multum remotus eſſet a Nicomedia. De quo fluvio Claud. L. 2. in Eutrop. - - *Dindyma fundunt. Sangarium, vitreo puri, qui gurgite Galli.* Ptol. *Sangarum.* Ovid. Pont. 4. 18. *Sagarim* vocat: *huc Lyrus, huc Sagaris* &c. Lactantius facile, *Strigam*, vulgari forſ tum nomenclatura, eundem vocaverit: *per circuitum ripæ Strigæ, Nicomediam venit*, vectus Lectica. Hæc mihi credibilia eſſe videntur, ſi erro: errorem in tanta obſcuritate non defendo, imo docti, eruditique cujusvis viri, ſum eroque diſcipulus.

Conſtituerant Salonæ, Diocletianus, cum Imperii ſui conſorte Herculeo Maximiano, ut depoſita Imperiali dignitate, privatè viverent. Hoc metu Gallery Maximiani exequentes, poſtquam Conſtantius Chlorus cum Gallerio Maximiano *Auguſti* appellati fuiſſent, Cæſares dicti ſunt, Maximinus cum Severo, quod numi etiam, quos haberemus evincerent. Sed cui horum ſuperior Pannonia obtigit? ſtatuere eominus poſſumus, quia Siſciæ ſub utriusque nomine cuſos numos vidimus; quia item confuſum, & diſſentiens fuit Imperium. Vidimus numos, in quibus adverſa parte: *Cai. Val. Maximinus Nob. C.* parte autem averſa: *perpetuitas Augg. VI. Siſ. B.* & facies, cæteraque, diſtinctionis nos monuerunt. Sunt enim numi, in quibus *Maximinnus* duplici N. expræſſus, & hos Maximinno illi de quo ſuperius attribuimus. Sunt ubi *Maximianus*; ſunt Maximinus. Severi quoque (Antiochiæ, & Siſcy cuſtos numos vidimus, cum Epigraphe: *Nob. Caes. virtus Auguſti.* P.) Diſſenſiones æque notæ ſunt. Dum circa annum 306. Conſtantio Chloro mortuo, *Conſtantinus* filius ſucceſſit. *Maxentius* autem Romæ a Prætorianis in Imperatorem ſalutaretur, perſequente eum Severo. *Licinio* quoque Carnunti Cæſare declarato per Gallerium, enatisque intra tot Imperatores bellis, de Pannonia in medio Imperii ſituata, conſtituere durum eſt, cui nempe paruerit? Numi Siſciæ ſignati, ſingulorum habentur. Quin etiam una plurium, quod doceret: *Auguſtorum noſtrorum*, aut *Cæſarum noſtrorum* epigraphe. Nuperrimè allatus nobis numus

mus eſt, ubi adverſa parte: *Imp. Conſtantinus P. F. AUG.* averſa: *Jovi Conſervatori AUGG. NN. E. Siſc.* Proinde ex his numis conſtitui nequit huic, aut alteri, Pannonias fuiſſe ſubjectas. In Monetariis, ut fieri ſolet, ſignata moneta eſt, ſub cujuslibet nomine, nec inde determinari poteſt, quis Pannoniæ Dominus fuerit? Quia nihilominus *Licinius*, Carnunti Cæſar fuiſſet per Gallerium declaratus; quin pars illa ſuperioris veteris Pannoniæ, *Valeriæ* nomen ſortita, majoris partis Pannoniæ dominium tenuiſſe Gallerium, conſequi videtur. Ob diviſionem attamen, *Riparienſis*, atque *Saviæ Pannoniæ*; Norici quoque extenſionem, Gallerio integralis Pannonia, attribui non poſſe videtur.

Profectò, quæ ſit in Scriptoribus, *Pannoniæ* diviſio, qui in Geographia, & hiſtoria verſatus eſt, fateri debet. Inveniet *primam, ſecundamque Pannoniam*: Inferiorem, ſuperioremque: Item Riparienſem, quam multi pro *Interamnia* habent. Si hoc tuentur *Lampridy*, vel *Vopiſci* authoritate, opinione mea, minus rectè. Lampridius enim *Interamniam*, in Meſopotamia ſtatuit, in Alexandro ſcribens: *Multos Perſarum accepimus, eosdemque vendidimus, terras interamnas, Meſopotamiæ ſcilicet, neglectas ab impura belua recepimus*. Idem Vopiſcus in vita Aureliani. Si autem *Interamnenſem Pannoniam*, vocant ex lubitu, atque ob amnes tot, fateri deberent. Obſervo attamen *Valeriam*, *Am. Marcell.* teſte lib. 19. in honorem filiæ Diocletiani, ex Pannonia ſuperiore exciſam, inſtitutam & cognominatam, jam cum Riparienſi conjungi; jam diſtingui. Sunt quoque adfinis nominis, tres fluvii, nempe *Savus*, qui accepto ad Siſciam Colapi, atque ad Eſſechinum Dravo, demum ad Belgradum a Danubio recipitur, *Säana* infra Cilleam ad Savum influens, *Sao* antiquioribus, Savona poſterioribus, circa *Körmendinum*, Plinius ipſe: *Inſula in Sao Metabarris, amnicarum maxima.* Horum amnium, ut obſervo confuſio, haud exiguam cognoſcendæ Pannoniæ *Saviæ*, facit difficultatem, habuitque ætate ſubſequa, ſuas epochas etiam. *Saviæ* nihilominus *Pannoniæ*, a ſuis *Correctoribus* memoria eſt certior. Sed inſuper, Pannoniam, *Sirmienſem*, *Bubaliam*; ſeu Budaliam, *Amantinam*, in Scriptoribus offendere eſt, haud ſine confuſione; vel cauſata ex ambitione eruditionis (equidem Amantini populi, intra Savum, Dravumque olim dicti ſunt, uti ſuperius monuimus) vel ex locorum ignorantia, vel denique ex neglectu examinis Pannoniæ, per Epochas ſuas. Quare præmiſſa, & præliminares has notitias colligere, combinareque viſum eſt, ut commodius Lector, Pannoniæ veteris cognitionem obtineat. Cæterum a Gallieni ætate, atque Imperio, variationem magnam in *Pannonia* deducimus. *Noricum* extenſum per Pannoniam fuiſſe, (facile ad *Saanam* uſque fluvium) Celejenſi, apud Lazium inſcriptione convincimur, videlicet

D. N. F. L. CONSTANTINO CLEMENTISS. ATQUE VICTORI AUGUSTO. MARTINIANUS V. P. PR. NORICI MEDITERRANEI. Sub Conſtantino igitur, *Cillea* fuerat Norici, & adempta Pannoniæ.

Sub Aureliano, partes transmuranas Pannoniæ veteris, amiſſas fuiſſe, ſuperiora teſtantur. *Gallerius*, Valeriæ nomen facile partibus illis a ſe recuperatis indidit, adeoque ſi non ad *muram*, credibilius ad *Sao*, ſive Savonam, Valeriam extendit. Reſiduum, *Savia* Pannonia fuit. Illa porro Pannoniæ acceptio, nempe: *Sirmienſis*, *Bubaliæ*, eſt locorum, neutiquam Provinciæ, idemque notat, ut ſe dicam: *Auſtria Viennenſis*; vel *Hungariæ Poſonienſis*, ut diviſio hæc rejicienda veniat, ad VII. Sæculum; aut VIII. quibus Pannonia, Sirmienſi, & Bacſienſi territorio includebatur, ut ex *Hierocle Gramatico* Provincias recenſente orientalis Imperii, ubi in *Provincia* 19. Pannoniæ, *Sirmium*, *Baſſiana*. Si hoc: vides quam noſſe oporteat Epochas temporum, ad Scriptores intelligandos & interprætendos.

§. 3tius

Memoriæ Pannonicæ, a Conſtantino Maximo, ad Heraclium.

I. Conſtantino, fuiſſe in Pannonia, non ſolum cum *Licinio* ad Cibalim (quæ ſi fides *Sex. Aurel. Vict. Epitome* juxta paludem *Huiſcam* nomine, fuit) ſuperato; ſed perfacile cum *Criſpo* etiam filio incommoda; argui ex numis poteſt. Enimvero, tam Liciny, quam & *Criſpi* Siſciæ ſignatos numos plures vidimus. Sic parte adverſa: *Julius Criſpus Nob. Caes.* averſa: *Providentia Caess. Siſc.* in altero: *Criſpus Nob. Caeſ.* parte vero averſa: *Principi Juventutis* C. S. in fine *C. Siſ.* Item adverſa parte: *Jul. Criſpus Nob. C.* averſa: *Caeſarum Noſtrorum* in medio *VOT. V.* in fine: *C. SIS.* Hinc fors credibilior evadit illa opinio, quod *Criſpus* ob civiles motus, & colluſiones cum barbaris, morte ipſa, Patris ſententia, fuerit caſtigatus. Poſtquam Conſtantinus ſibi ipſi vindicaſſet Romanum Imperium, & cognomen *Maximi* induiſſet, teſte Pomp. Læto, caret dubio, Pannoniam ab eo integram receptam, recuperatamque fuiſſe. Scribit enim Sext. Aurel. *Conſtantinus obtento totius*

Roma-

Digitized by Google

Romani Impery, mira bellorum felicitate, regimine - - - pontem in Danubio conſtruxit: habitum Regium gemmis, & caput exornans perpetuo diademate. Commodiſſimus tamen rebus multis fuit, calumnias ſedare legibus ſeveriſſimis, nutrire artes bonas, præcipue ſtudia litterarum, legere ipſe, ſcribere, meditari, audire legationes, & querimonias Provinciarum. Pompon. Lœtus teſtatur: *Inditæque ſunt & appellationes aliæ, ut puta Conſtantinus reſtitutor humani generis, propagator Imperii, ditionisque Romanæ, & fundator æternæ ſecuritatis.* Hoc firmare videntur numi illi, quorum plures habuimus, in quibus parte adverſa epigraphe: DN. CONSTANTINUS AUG. adverſa vero: *Reipublicæ Reparatio Siſ.* In alio numo: DN. CONSTANTINUS P. F. AUG. - *Reipublicæ Reparatio A. Siſc.* Sed longum foret, universa (quæ habuimus, & tractavimus, his in oris comperta) Conſtantini numorum Epigraphe, commemorare; his itaque omiſſis. Pannoniam integram Conſtantinus non ſolum tenuit, at in ea potiſſimum eſt commoratus. Hoc latæ ab eo leges, *Aquilejæ*, *Sirmy*, *Sabariæ*, *Sardicæ* in Dacia, *Naiſſo*, *Viminacy* evincunt. Hoc geſta cum Sarmatis bella, apud *Camponam*, *Margum*, *Bononiam*. Imp ornandæ Pannoniæ cura illi quod fuerit, marmora docent. Hæc dum integra non haberemus, miſſa facimus, deſcribimus unicum in Thermis Capituli Zagrabienſis, Varasdinenſibus vocatis, quia integrum, & ſequens:

IMP. CAES. FL. VAL. CONSTANTINUS. FELIX. MAXIMUS. AUG. AQUAS IASAS OLIM VI IGNIS CONSUMPTAS, CUM PORTICIBUS ET OMNIBUS ORNAMENTIS, AD PRISTINAM FACIEM RESTITUIT. PROVISIONE ETIAM PIETATIS SUE. NUNDINAS DIE SOLIS PERPETI ANNO CONSTITUIT. CURANTE VAICATU L.L. INOV. P.P.P.P.P. SUPER.

fors. *Per pietatem, præfati Principis Pannoniæ* Superioris. An autem Conſtantinus, Pannoniam ſic reſtituerit, ut bipartita iterum eſſet, *ſuperior* nempe ac *inferior*, definiri nequit. Ex inſtituto an quispiam ſive ſcripſerit? ſive iſtud examinaverit? me ignorare confiteor. Scriptores variant, ſcribuntque ex lubitu, dum hos rerum Pannonicarum facere mentionem accidit: Jam enim, Imam vocant Pannoniam (ut in Actis S. Quirini M. & Eppi Siſciæ) jam *Saviam* exprimunt. Superius relata ex Lazio Inſcriptio, *Cilleam* refert in Norico. Verum quia Sext. Aurel. ſcriberet: *Inde Theſſalonicam miſſum*, (Licinium nempe) *paulo poſt eum Martinianumque jugulari jubet.* Quare ſi *Martinianus* ille, qui ſub Conſtantino egit Norici Præſidem, Theſſalonicæ cum Licinio cæſus eſt, an Cilleam Pannoniæ reſtituerit Conſtantinus, aut pro Norico relicta fuerit? quis definiet. Sane apud Lazium, *Commentar.* Reip. lib. 10. cap. 9. eſto duo exhibeantur marmora, tacetur in utroque Provincia. Illud, quod *Leibniczy* extare teſtatur, ſequens eſt: CEONIUS *opt.* & MECIO *Primitivo F. & Aug. ſvadrae Con. DN. FL.* CONSTANTINO MAXIMO, *Beatiſſimo, ac ſupra omnes retro Principes* P*iiſſimo ſemper Auguſto* B. R. P. Neque enim cum certitudine definiri poteſt, quam gubernandæ Pannoniæ rationem Conſtantinus poſuit. Non me fugit, Zoſimum lib. 2. ſcribere: *Cum eſſent duo Præfecti Prætorio - - Conſtantinus hunc Magiſtratum in quatuor Imperia diſcerpſit*, refferendo; Præfecto Prætory Illyrici attributos extitiſſe: *Macedones, Theſſalos, atque Cretenſes, ac Græciam, & circumjacentes inſulas, Epirum utramque, Illyricos, Dacos, Tribalios, & Pannonios ad Valeriam uſque, & Moeſyam ſuperiorem.* Verum hæc quam ſint confuſa, fatentur Scriptores. *Sextus Rufus in Brev.* poſt Conſtantinum anno circiter trigeſimo florens, Illyrici Provincias recenſendo: reliquas inter P*annoniarum* refert *duas, Valeriam, Saviam, Dalmatiam, Moeſiam, Daciarum duas*, ut diſtinguere videatur, *Valeriam, Saviamque.* Quare dum *duas Pannonias* numeret, excluſa Savia, & Valeria, niſi utraque collocanda veniat, intra ambitum hodiernarum maritimarum partium (fors appellata Riparienſis) atque Alpium illarum; ubi Pannonias duas collocemus? non invenio. Jornandes duobus poſterior Sæculis, has Illyrico dat Provincias. *Norici duæ, duæ Pannoniæ, duæ Valeriæ, Scavia, Dalmatia, Moeſia ſuperior, Dardania, Daciæ duæ, Macedonia, Theſſalia, Achaja, Epirus, Prævalis, Creta.* Amabo; quis hæc conciliet? *Norici duæ, duæ Pannoniæ, duæ Valeriæ, Savia* &c. Perſuaſum habeo Jornandem, ex lectis ab ſe, Pannoniæ I. item II. Dein memoratis ſupra Pannoniæ Epochis, memoriis, tot Provincias, arithmetica additione, formâſſe. Hinc pro certitudine haberi nequit, quod, ſine examine, hic aut alter, adſcripſit.

Profectò quæ ex *Panciról.* deſcribit Schönleben parte III. pag. mihi 219. §. *Erat autem Illyricum* &c. quam varient, & ſint diverſarum Epocharum, quivis animadvertet. Quare ex Pompon. Loeto (ad firmandas Donationes Bonorum, Regibus noſtris uſitatas ab olim) deſcribere lubet. *Illud conſtat in initio ſanxiſſe* (Conſtantinum videlicet) *ut agri, villæ, oppida, quæ ad victum emeritorum contributa erant, ad hæredes tranſirent. Unde milites*

Digitized by Google

lites ſibi magis obnoxios, ac deditos reddidit. *Prius ex veteri conſuetudine* (confer hæc, cum iis, quæ ſuperius § 1. pag. 10. de *Matticis* retulimus) *Tribunis, præfectis, Comitibus, & Ducibus, qui pro augendo Imperio conſenuerant, dabantur agri villæque, ut neceſſaria ſuppeterent quoad viverent, Parochias vocabant.* Animadvertas, cupio Lector, quam vetus ſit, illa Reipublicæ noſtræ appellatio, *Parochia, Comes Parochianus*; ut ſi jura & conſuetudines noſtras, ſive jctorum, ſive eruditorum quiſpiam illuſtrare adniteretur, vetuſtiſſimæ antiquitatis, & *in profanis* Romanæ Reipublicæ: *in Religioſis autem*, diſciplinæ veteris eſſe, quam plurima demonſtrari poſſent.

II. A morte Conſtantini, ſive patris teſtamento; ſive ut quidam volunt ſorte, orbis Romani dominatio ad tres Conſtantini filios redacta eſt. *Conſtantino* Juniori, ea, quæ trans alpes ſunt obvenerunt, *Conſtantio*, Aſia atque oriens: Conſtanti reſidua. *Conſtantinus* (ſi fides *Pompon. Loeto*) novam diviſionem a fratribus petiit, qua non obtenta, invaſit propinquas Regiones, jamque ad *Aquilejam* pervenerat, ubi cæſus, & multis ictibus a militibus *Conſtantis* confoſſus eſt, obtruncatus, projectusque in fluvium *Alſa*, ab Aquileja haud longe remotum. Hæc firmare videtur Cellejana Inſcriptio: *DN. Conſtanti Clementiſſimo, atque Victori Auguſto* &c. Pannonia hæc noſtra, quod his intra fratres vigentibus diſcordiis, jam uni; jam alteri adhæſerit, ex numis arguitur; enimvero hos comperire eſt, cum Epigraphe: *D. Conſtantinus Jun. nobis C.* parte vero ex altera: *Gloria exercitus.* Item *DN. Conſtantinus Jun. Nob. C.* parte averſa: *Providentia Caes.* Sed & *Conſtantis* eadem eſt epigraphe: *Gloria exercitus*, ac parte adverſa: *DN. Conſtans Nob. Caes.* Poſt devictum, ut credimus fratrem, ſequens numus cuſus fuerit; parte adverſa: *Imp. Conſtans* P. F. AUG. averſa vero: *Fel. Temp. Reparatori.* ſive: *Felici temporum Reparatori.* Verum *Magnenty* dolo, interfecto etiam Conſtante, *Vetranio* (ſcribunt aliqui Britannion) in Pannonia apud *Murſiam* imperium occupante, poſtquam *Conſtantius*, ſupplici Vetranio Seni, crimen indulſiſſet; Magnentius autem, ambitu Imperii pungâſſet, victusque a Conſtantio ad *Murſam* (haud ſine clade magna bellatorum militum) fuiſſet, *Imperium totum ad Conſtantium eſt devolutum.* Confirmare videtur præmiſſa numus, quô, adverſa parte: *Conſtantius Aug.* averſa: *Victoria Auguſti A. Siſ.* Socrate teſte, Conſtantius biennium prope tranſegit Sirmy, ubi Legatos *Saporis* Meſopotamiam & Armenias ſibi reſtitui petentis, (Pompon. Loeto ſcribente) excepit. Pannonias eum tenuiſſe, hinc & ex hiſtoricis concluditur; *Galus* enim Petovy captus, ac *Polæ* occiſus deſcribitur. *Sarmatas & Quados* caſtigatos, atque coercitos, teſtatur Amm. Marcellinus cap. 11. lib. 17. addens: *gerebantur hæc in ea parte Sarmatiæ, quæ ſecundam proſpectat Pannoniam*, parique fortitudine *circa Valeriam opes barbaricas, urendo, rapiendoque, militaris turbo vaſtabat.* Quin datis obſidibus, ſeſe Romanæ potentiæ pariturós ſpoponderant, pulſis *Limigantibus* (ſive ſervis adverſus dominos ſuos tumultuantibus ſub Conſtantino adhuc magno) & *Picenſibus* in ordinem redactis, dum iterum *Limigantes*, ad partes Tibiſcanas redire volunt (vide Marcell. lib. 19. cap. 11.) neque iis negaretur, credunt plurimi, *aggeres illos*, qui intra Danubium & Tibiſcum, apparent in ruderibus, a Conſtantio poſitos eſſe. Cæterum, in Galliis & Pannoniis triumphales arcus Conſtantium erexiſſe, magno Provincialium diſpendio, notat Pomp. Loet. *Siſcy* cuſos ejus numos, duos inſuper vidimus, quorum uno *DN. Conſtantius Jun. Nob. C.* parte ex averſa: *Reipublicæ Reparatio* A. *SIS.* altero; epigraphe: *Gloria exercitus.*

III. Sub Juliano, Conſtanty Succeſſore, *Pannoniæ Saviæ* Conſularem præfectum fuiſſe: *Sextum Aurelium Victorem* conſtat. Litterarum fautorem fuiſſe Julianum, conſentiunt omnes, & tot hujus temporis Scriptores, evincunt. Quæ in eo arguit Pomp. Loetus, ſunt: quod *Libany* (a quo fuerat inſtitutus) regulis, plus æquo detulerit, *ut prætermiſſa veritatis cognitione, animum ad antiquiorum crudelitatem flexerit.* Hinc, enatam fuiſſe, quoque, Chriſtianorum perſecutionem. Cæterum, tam ſub Juliano, quàm & hujus Succeſſore *Juviano* (quorum uterque in Imperio biennium tranſegit) Pannoniam, Romani Imperii fuiſſe partem, caret dubio. *Juvianus*, ſeu Jovianus, filius erat *Verroniani* Comitis ordinum, agri Singidonenſis incolæ, in Pannonia.

IV. *Valentinianus I.* ab exercitu Imperator *Niceæ* electus, rebus aliis diſpoſitis, & *Valente* Imperii conſorte dicto (fide Ammiani Marcellini) cum muniendorum limitum, nimio fragrâſſet ſtudio, *trans flumen Iſtrum in ipſis Quadorum terris*, quaſi Romano juri jam vindicatis *ædificari præſidiaria caſtra mandavit*: quod accolæ ferentes indignè, legatione tenus interim, & ſuſurris arcebant. Rei hujus veritas, patet etiam ex marmoribus apud Lazium, ſequentibus

Judicio principali Dominorum noſtrorum, Valentiniani, Valentis, & Gratiani Principum Maximorum: Diſpoſitione etiam illuſtris viri, utriusque Militiæ Magiſtri, Comitis,

Digitized by Google

mitis, Foſcanus Præpoſitus Legionis primæ Martiorum, una cum militibus ſibi creditis, hunc Burgum, cui nomen Commertium, qua cauſa & factus eſt a fundamentis, & extruxit, & ad ſummam manum operis, in diebus XXXXVIII. Conſulatus Divi noſtri Gratiani Auguſti Bis, & Probi viri clariſſimi fecit pervenire. Item

D.D.D. N.N.N. Valentiniani, Valentis, & Gratiani Perennium Auguſtorum ſaluberrima Juſſione. Hunc Burgum a fundamentis ordinante Viro clariſſimo Equitio Comite, & utriusque Militiæ Magiſtro. Inſiſtente etiam Leontio P.P. *Milites Aurelianes, Laureacenſes curæ ejus commiſſi. Conſulatus eorundem Dominorum, Principumve Noſtrorum Terty, ad ſummam manum perduxerunt perfectionis.*

Acceſſit, teſte D. Hieronymo (Cont. Chron. Euſebian.) inſatiabilis avaritia Equity. *Equitius Comes Illyrici* (inquit Hieron.) *iniquiſſimis tributorum exactionibus, ante Provincias, quas regebat, tanquam a barbaris vaſtarentur, eraſit.* Denique *Maximini* ambitio, & filii ſui *Marcelliani* per *Valeriam Ducis* calliditas, quod *Gabinium Regem* humanitate ſimulata, *poſt epulas* digredientem, hoſpitalis officii ſanctitate nefarie violata, *trucidari feciſſet*, cauſæ præcipue fuere, ut Sarmatæ, & Quadi, *Pannonias miſerè vaſtarent.* Transgreſſi primo *Danubium*, cum nil expectaretur hoſtile, occupatam circa meſſem agreſtem, adorti ſunt plebem, majoreque parte truncata, quidquid ſuperfuit, domum cum multitudine varii pecoris abduxerunt, Latius ſe cum Sarmatis Quadi pandentes, ad raptus & latrocinia gentes aptiſſimæ, prædas hominum virilis & muliebris ſexus agebant & pecorum, villarum cineribus exuſtarum, cæſorumque incolentium exultantes erumnis. Ad *Aquilejam* (quæ obleſſa fuerat) *Ohitergio* exciſo, aliisque cruentis, perceleri procinctu actis; ad Equity vertuntur indaginem, & quia eum receſſiſſe *in Valeriam* intellexerant, eò furioſi feſtinant, Legionesque duas, Pannonicam nempe & Mœſiacam, ſibi obvias, cædunt, diſpellunt. *Alpibus Julys* præerat *Marcus*; Præfectus Prætorio *apud Sirmium* agens, *Probus*; Dux Mœſiæ, *Theodoſius Junior* fuerat. *Valentinianus* prope Baſileam, *munimento ædificando* intendebat, cùm Præfecti *Probi*, ei offertur, cladis Pannoniæ, atque Illyrici relatio. Sequentis anni vere, cum in Pannoniam *Treviris* contenderet, *Legatio Sarmatarum*, proſtrata pedibus, orando veniam, eidem offertur. *Carnuntum* appellens, tribus menſibus æſtivis arma parabat, ac alimenta. Tum *Merobaude* cum militari peditum manu quam regebat, ad cremandos barbaricos pagos miſſo, ipſe *Acincum* properè caſtra commovit; *Quadis* ad montana dilapſis, facilis erat vindicta. Interea pro hyberna ſtatione *Sabaria* Imperatori deſtinatur. Adfuère Quadorum Legati, pacem cum præteritorum obliteratione ſuppliciter obſecrantes: quam ut adipiſci poſſent, & Tyrocinium, & utilia rei Romanæ pollicebantur, ob quæ, induciæ eis datæ ſunt. *Ammianus teſtatur*: Valentinianum in Provinciales admodum parcum fuiſſe, ad tributorum Sarcinas ponendas velocem, in *Gregarios* ſeverum: potiorum vero Ducum flagitia, in majus progredi ſinebat, ad quærellas in eos motas, ſurdus. Ex quo ait: *Britannici motus, Affricanæ clades, & vaſtitas emerſit Illyrici.*

Ea quæ Valentiniano a Sarmatis Quadisque cauſata ſunt per Illyricum, Valens ab Hunnis, & Gothis in Thracia, illisque Provinciis etiam paſſus eſt, ac ſagittis ſaucius, in vili caſa, incendio etiam eſt concrematus. *Valentis* ſignatum *Siſciæ* numum, necdum comperimus. Valentiniani hujus duos, quorum altero; parte adverſa: *DN. Valentinianus P. F. Aug.* averſa: *Reipublicæ Reparatio Siſc.* altero: *DN. Valentinianus P. F. Aug.* ex averſa porro parte: *Virtus Auggg. A Siſc.* Gratiani tres, uno: *DN. Gratianus P. F. Aug.* tum *Reparatio Reipublicæ A Siſc.* Altero *Imp. Gratianus P. F. Aug.* parte autem averſa: *Concordia AUGGG.* quo firmaretur, quod cum Valentiniano, & Valente, Auguſtus fuerit. Tertio: *DN. Gratianus P. F. Aug.* parte altera: *Gloria Romanorum*, tum ad latus F. Item R. & infra S. poſt lineam ASISCIE. Sed Valente, ac Valentiniano extinctis.

Gratianus, Sirmy genitus, fratre ſuo *Valentiniano* II. primum Auguſto declarato (quod firmarent etiam numi, cum epigraphe adverſæ partis: *DN. Valentinianus Jun. P. F. Aug.* in averſa autem, uno: *Reparatio Reipublicæ*, altero: *Gloria Romanorum. A. Siſc.*) ac paulo poſt etiam *Theodoſio apud Sirmium Imperatore effecto*, firmante iſta numo, quò *DN. Theodoſius* P. F. *Aug.* parte ex averſa: *Virtus Auggg. Tes.* Interim poſtquam *Maximus* Aquilejam occupaviſſet, & *Alpibus Julys* communitis, Petoviò recepto, ad Siſciam ſubſideret, a Theodoſio iſthic victus, non minus Petovy, atque Aquilejæ, ubi a ſuismet captus, & Theodoſio traditus, ac VI. Cal. Septemb. trucidatus eſt. Hæc ex Pacati Panegyri (apud Schönleb.) firmantur, ubi: *Teſtis eſt Siſcia, teſtis pulcherrimus amne conflictus* &c. Fors victoriam hanc indicat, Siſcienſis numi epigraphe: ubi parte averſa *Reparatio Reipublicæ A Siſ.* adverſa autem: *DN. Theodoſius* P. F. *Aug.* Item in altero: *Gloria Romanorum.* Eugenium quoque in alpibus, Reipublicæ turbatorem, a Theodoſio

Digitized by Google

doſio capitis damnatum, conſtat. Theodoſy pro Republica curam teſtari videtur numus Siſciæ; quô, adverſa parte: *DN. Theodoſius* P. F. *Aug.* averſa: *Salus Reipublicæ. A Siſ.* Amorem militum alter, ubi averſa parte: *Vot. V. Milt. A Siſ.*

V. Poſt Theodoſy mortem, *Arcadius* Conſtantinopoli; *Honorius* Romæ imperat. Quamvis habeamus numum cuſum Aquilejæ, ubi: *DN. Arcadius P. F. Aug.* ex averſa autem parte: *Salus Reipublicæ*, ad Latus F, infra lineam *Aqui.* ut hinc firmetur *Sozomeni* lib. 9. hiſt. Eccl. cap. 4. narratio: *Stilico Magiſter militum Honory - - hortatus eſt eum* (nempe Alaricum Gothorum Ducem) *ut Illyricum occuparet - - - ſe quoque cum legionibus militum Romanorum accurſurum promiſit, ut eam Provinciam ſub Honory ditionem redigeret.* Itaque Illyricum cum Pannonia Arcady fuerant. Hic ſub *Rufini* cura, ambitioſi, ac infidelis hominis, utpote qui *Gothorum* potentia, orientis diadema ſibi imponendum quæſivit, eoque occiſo, *Cajanus* idipſum auxilio Gothorum ambiens, per contum dein affixo capite, Conſtantinopoli evaſit ſpectaculo. Honory Tutor *Stilico* Vandalus, ſecretiore via, filio Regnum parans, Suevos, Vandalosque, & Alemannos magna prædæ ſpe ſolicitans, fecit: ut hi, cum Rege *Rhadagaiſo*, maximo numero militum irrumperent. Ab hac Epocha, deſiiſſe videtur, Romana poteſtas in Pannoniis; & plene ſi non deſiit, profectò admodum eſt diminuta. Sub Arcady, Honoryque epigraphe, ſignatos *Siſciæ* numos duos reperimus, quorum uno: *DN. Arcadius* P. F. *Aug*, parte averſa: *Gloria Romanorm A Siſ.* altera: *DN. Honorius P. F. Aug. - - Gloria Romanorum. Siſ.* Neque dehinc, Siſciæ cuſos, ſignatosque numos, ſive legere, ſive reperire potui, ut omnino hac Epocha, dominatui Romano, plurimum damni, ac detrimenti cauſatum teſtentur Scriptores, Jornandes, Theopanes &c. Magni moduli numum æneum, nuper ſubmiſſum habuimus, in quo parte adverſa: *Imp. Valentinianus III. Alemnus Parth.* averſa vero: *Minerv. Pacif. Coſ. III. Siſc.* At prætérquam, quia numum hunc, ſibi ab Hæbreis datum fatebatur communicans, multa ſunt, quæ ſuſpectum reddunt. Reliqua inter illud: *Alemanicus Parthicus*, ſæculis his non congruit, ſed neque *Cos. III.* niſi edocatur, Valentinianum III. anteriorum ſæculorum morem, in monetis reduxiſſe. At his omiſſis.

VI. Sane quæ ſit ab Epocha hac, barbararum gentium, in Romanas terras irruptio, inſtituti mei non eſt, deſcribere, foretque diuturnioris examinis, auctorumque combinationis, præcipue ob tot, diverſarum gentium nomina. *Hieronymus* his temporibus coævus, *oppidum Stridonis*, Dalmatiæ condam Pannoniæque confinium, everſum a Gothis meminit. Theodoſy Principis anno 14. Idem *Tom. 5. pag. 207. edit. Antverpien. A. 1579. Iram Domini etiam bruta ſentiunt animalia: & vaſtitas urbibus, hominibusque interfectis, ſolitudinem, & raritatem quoque beſtiarum fieri, & volatilium, piſciumque, teſtis Illyricus eſt, teſtis Thracia, teſtis in quo ortus ſum, ſolum: ubi præter Cælum, & terram, & creſcentes vepres, & condenſa ſylvarum, cuncta periêre.* In Epiſtola ad Heliodorum; *Horret animus temporum noſtrorum ruinas perſequi. Viginti & eo amplius anni ſunt, quod inter Conſtantinopolim, & Alpes Julias quotidie Romanus ſanguis effunditur. Scythiam, Thraciam, Macedoniam, Dardaniam, Daciam, Theſſalonicam, Achajam, Epiros, Dalmatiam, cunctasque Pannonias* (en firmari, tam Pannoniæ diviſionem; quam &, a Dalmatia diſtinctionem, ut proinde Dalmatiam ad Sæculum VII. fuiſſe extenſam per Savum totum, ad Danubium usque, ſuſtineri nequeat) *Gotthus, Sarmata, Quadus, Alanus, Hunni, Vandali, Marcomanni, vaſtant, trahunt, rapiunt. Quot matronæ? quot virgines Dei, & ingenua, nobilioraque corpora, his belluis fuêre ludibrio? capti Epiſcopi, interfecti Presbyteri, & diverſorum officia Clericorum. Subverſæ Eccleſiæ, ad altaria Chriſti ſtabulati equi, Martyrum effoſſæ reliquiæ. Ubique luctus, ubique gemitus, & plurima mortis imago. Romanus orbis ruit, & tamen cervix noſtra non flectitur. Quid putas nunc animi habere Corinthios, Athenienſes, Lacedæmonios, Arcadas, cunctamque Græciam, quibus imperant barbari.* Epiſtola vero ad Geruntiam: *Olim a mari Pontico, usque ad Alpes Julias, quæ erant noſtra, non noſtra ſunt. Et per annos triginta fracto Danuby limite, in mediis Romani Impery regionibus pugnatur - - Quis hoc credet? - - Romam in gremio ſuo non pro gloria, ſed pro ſalute pugnare? immo ne pugnare quidem, ſed auro, & cuncta ſuppellectile vitam redimere, quod non vitio Principum, qui vel religioſiſſimi ſunt, ſed ſcelere ſemibarbari accidit proditoris* (facile Stiliconem Honory Imperatoris tutorem, dein Socerum, genere Vandalum, indicari, puto) *qui noſtris, contra nos opibus armavit inimicos.*

Sub Honorio itaque, *Gothi*: ſive malitia Stiliconis; ſive *ut Jornandes cap. 29,* quod Theodoſy filii, luxurioſè vivendo, *Gothis auxiliariis ſuis conſueta dona* ſubtraherent, ſumpto exercitu, per Pannonias, & per Sirmium dextero latere, quaſi viris vacuam intrârunt

Ita-

Digitized by Google

Italiam, nullo penitus obſiſtente. Vix tamen ſemet firmaverint in dominio Pannoniarum Gothi, at Huni credibilius; qui Ammiano Marcellino lib. 31. cap. 16. teſte, Gothorum Socii erant, quia teſte *Marcellino Comite*, Hierio, & Ardabure Coſſ. *Pannoniæ, quæ per quinquaginta annos ab Hunnis retinebantur, a Romanis receptæ ſunt.* Verum hæc receptio, conſideratis hiſtoriis, ac ſilentio reducti in Pannoniam Romanorum Magiſtratus, alia vix fuerit, quam quod *beneficiario jure Romanorum*, erga ſolvendam Hunnis per Romanos annuam penſionem, (erat hæc, *Priſco* teſte, 350. auri librarum) teſtandaque amicitiæ ſigna, Pannonias ſemet poſſeſſuros promiſerint. Hinc lata per Hunnos, contra *Joannem Tyrannum* auxilia, coævi teſtantur Scriptores: hinc Priſcus circa 430. ad *Attilam* Legatus, duplicatam penſionis ſummam, 700. nempe auri librarum ſpopondit. Sane lectio legationis Priſci Rhetoris ad Attilam, dubitare non ſinit, Attilam Pannoniarum dominium exercuiſſe. Neque ruinatas ab Attila urbes commemorare oportet, dum hæ, ex Auctoribus notæ ſunt. *Theodoſius II.* receſſum Attilæ ex terris Romanis, millibus librarum auri ſex, legatione ordinata redimere, atque pro pace ulterius agenda, annuarum mille librarum tributum promittere cogebatur. Sed Attila circa 447. gravius bellum orſus, latè in Romanum Imperium ſæviit, qua in re, *Priſcus* iterum Legatum egit ad Attilam. Hujus hiſtoricam omittendo narrationem, poſt mortem Attilæ, cum filii ſui de Regnorum diviſione contenderent, ab *Alarico* Gepidarum Rege fugati ſcribuntur.

VII. Omittendum nihilominus non putavi, referre ex probatis Scriptoribus, qui potiſſimum incolæ, ab Arcadio, atque Honorio has obtinuerint Regiones? Deſcripſimus ex Hieronymo ſuperius, gentium, Pannonias, Romanumque Imperium depopulantium, tot nomina, quos populos nomine *Scytharum* Procopius comprehendit. Nominatiores attamen fuere *Gothi*, *Hypogothi*, ſive Viſigothi, *Gepides*, & *Vandali*, qui teſte Hiſtor. miſcella lib. 14. *ſub Arcadio & Honorio Danubium tranſeuntes, locati ſunt in terra Romanorum, & Gepides quidem, ex quibus poſtea diviſi ſunt Longobardi, & Avares, villas, quæ ſunt circa Singidonem, & Sirmium habitavere. Hypogothi vero poſt Alaricum Romam depopulantes, in Gallias abierunt, & quæ ibidem ſunt, obtinuêre. Gothi autem Pannoniam habuerunt primum: deinde decimo octavo anno Theodoſy Imperatoris Junioris, Thraciæ villas habitaverunt, & per annos 58. in Thrace morantes, occidentis quoque obtinuerunt Imperium. Porro Vandali Alanis ſibi ſociatis, & Germanis, qui nunc Franci dicuntur, adſcitis, tranſeuntes Rhennum fluvium, Modigiſclo Duce, habitaverunt in Hiſpania.* Eadem Theophanes ad Annum Incarnat. 431. Theodoſy Junioris 31. & cæteri. Ut hinc habeamus *Gepides* circa Singidonem, & Sirmium habitaſſe, ſedesque fixiſſe, quin dilataſſe territorium ſuum, ut ſucceſſive, Regem proprium habuerint. Enimvero Cedrenus ſcriberet: Anno decimo tertio (Juſtiniani) *Romanis ſe conjunxit MUNDUS Gepida natione, filius Hieſmi, Rex Sirmy*, quem tametſi Theophanes *Magiſtrum militiæ per Illyricum* exprimeret, hanc illi acceſſiſſe dignitatem, poſt Bulgaros devictos, clarum eſt; ſcribit enim: *Hoc anno Mundus e Gepidibus ſuum genus trahens, Gieſmi filius, qui poſt patris obitum ad avunculum ex matre Sirmy Regem, acceſſit, in Romanorum partes tranſiit. Eo cognito Romæ Rex Theudericus Legatos ad eum miſit; quorum verbis ille ſuaſus, ad Theudericum profectus, cum eo moratus eſt, armorum ejus ſocius factus. Theuderico fatis functo, ad Danubium flumen venit, & ab Imperatore Juſtiniano Impery ſubditum ſe deinceps haberi poſtulavit. Quin etiam Conſtantinopolim acceſſit, quem Imperator una cum filio maximis muneribus donatum, & Illyrici Magiſtrum militiæ renunciatum, a ſe dimiſit. Illyricum verſus iter agenti, & jam proximo; Bulgarorum manus innumera, præcluſit iter: ipſe nihilominus viam ferro aperuit, & irruens in adverſos delevit omnes. &c.* Conſequitur hinc, Cedreni, Theophaniſque teſtimonio, Sirmy Regem Gepidarum fuiſſe; enimvero *Mundus*, ſi Rex Sirmy ipſe non fuerat, poſt patris obitum, ad avunculum *Sirmy Regem acceſſit*, adeoque hac epocha, Sirmy Rex Gepidarum fuit; & *Illyricum* arctius, atque reſtrictius conſiderabatur, cum poſt cæſum a Bulgaris Juſtinum, poſt *Acimum* in captivitatem abductum; a Juſtiniano, Illyrici Magiſter militiæ, *Mundus*, fuerit declaratus, vel una Rex Sirmy, vel dehinc a Gepidis conſtitutus. Gepidæ in parte inferioris Pannoniæ firmas ſub Juſtiniano habuerunt ſedes. Et dum ex Gepidis, diviſi ſint *Longobardi*, & *Avares*, partes hæ occidentales, atque Alpium maris Adriatici, Longobardis obvenerint.

Profectò Pannoniarum, a tot tantiſque gentibus, depopulatio, ut miſerrima eſt; ita ad Sedes conſtitutas, ob earundem variationem, clarè, ac diſtinctè deveniri non poteſt. Conſideratione ſupra relatorum, Marcomanni, ac Gothi primi fuêre ex nominatioribus, ac in Pannonia ſedes figentibus. De Marcomannis ſupra in Gallieno commentati ſumus pag. 16. & 17. De Gothis Theophanes ad Annum Incarnat. 431. Theodoſy Junioris 31. *Gothi Pannoniam primum adepti,*

Digitized by Google

depti, mox nono ſupra decimum Impery anno, Theodoſio juniore ita permittente, Thraciæ Regiones incoluêre, & Thracica habitatione per annos 58. protracta, occidentalis tandem Impery facti ſunt Domini. Hoc ipſum, etiam Procopius lib. 1. de bel. Vandal. cap. 2. teſtatur: *Gothi*, inquiens, *trajecto Iſtro primum occupaverunt Pannoniam, deinde ſedem illis in Thracia Imperator conceſſit, ibi, non diu morati in occidentis Imperium involaverunt.* Regnum, Jornando teſte lib. 15. Intra Pannoniam, Daciamque fuit, ubi credo ego, Aureliani Daciam indicari, Daciam autem Veterem, ſive Tranſilvaniam hodiernam, Attilæ fuiſſe Regnum. Ejus dominio fuiſſe ſubjectos, Ardaricum Gepidarum Regem, Walamirum Gothorum Regnatorem, Marcomannos, Svevos, Quados, Herulos, Turcilingos, ſive Rugos cum propriis Regulis, Paul. Diaconus ſcribit. Mortuo autem Attila, ſub Marciano Imp. *Gepidæ* (Jornand. cap. 50.) *Hunnorum ſibi ſedes, viribus vendicantes, totius Daciæ fines velut victores potiti, nihil aliud a Romano Imperio niſi pacem, & annua ſolemnia ut ſtrenui viri amica pactione poſtulavêre. Quod & lubens annuit Imperator, & uſque nunc* (hoc eſt annum 552.) *conſuetum donum eſt. Gothi vero cernentes, Gepidas Hunnorum ſedes ſibi defendere, Hunnorumque populum ſuas antiquas ſedes occupare, maluerunt a Romano Regno terras petere, quam cum diſcrimine ſuo invadere alienas, accipientes Pannoniam, quæ in longa porrecta planitie habet ad oriente Moeſiam ſuperiorem, a meridie Dalmatiam, ab occaſu Noricum, a ſeptemtrione Danubium.* Ut horum conſideratione, Gepidas tranſtuliſſe Regnum ſuum, in Daciam, ſive Tranſilvaniam, Moldaviam, Valachiam &c. modernas, inferendum ſit. Gothis verò, Pannoniam Saviam, ac Ripanienſem obtigiſſe, cui moderna Servia, & Boſnia, tum dicta ſuperior Mœſia, a meridie Dalmatia, vetus illa, & propria, ab occaſu Noricum, a ſeptemtrione Danubius, limes eſſet. Proſequitur Jornandes: *Sauromatæ vero, quos Sarmatas diximus, & Cemandri, & quidam ex Hunnis in parte Illyrici ad Caſtrum Martenam ſedes ſibi datas coluere. Ex quo genere fuit Blivilas Dux Pentapolitanus, ejusque germanus Froilas, & noſtri temporis Beſſa Patricius.* En reſtrictum Illyricum, ac a Pannonia diſtinctum accipi, ad Savum amnem, ex inferiore Mœſiæ parte, modernæ autem Serviæ hac ætate concluſum fuit Illyricum, dum Jornando teſte, *Naiſum* Savo trajecto, prima fuit Illyrici Civitas. *Sciri vero*, (continuat Jornan.) *& Satagary, & cæteri Alanorum cum Duce ſuo nomine Candax, Scythiam minorem, inferioremque Moeſiam accepêre. Cujus Candacis Alanowamuthis patris mei genitor Peria, id eſt meus Avus, Notarius, quouſque Candax ipſe viveret, fuit; ejusque germanæ filius Gunthigis, qui & Baza dicebatur, Magiſter militum, filius Andagis, fily Andalæ, de proſapia Amalorum deſcendens, ego item, quamvis agrammatus, Jornandes, ante converſionem meam Notarius fui.* Hinc quale eſt, his in rebus Jornandis teſtimonium? intueri eſt. *Rugi vero* (ſunt verba Jornandis) *aliæque nationes nonullæ, Bizim, & Arcadiopolim, ut incolent petivêre. Hernac quoque junior Attilæ filius, cum ſuis in extremo minoris Scythiæ ſedes delegit; Emmedzur, & Ultzindur conſanguinei ejus in Dacia ripenſi, Utò & Iſcalmus, qui ea potiti ſunt, multique Hunnorum paſſim proruentes, tunc ſe in Romaniam dederunt.* Deſcripſi hæc ideo etiam, ut bella dehinc, has intra gentes habita, facilius intelligantur. Porro eodem Jornande teſte, fuere, *& Gothi minores*, in Mœſia, regionem Nicopolitanam incolentes, ad pedes Hæmi montis, imbelles, ac pauperes.

Conſtitutis ſedibus, occupatisque locis, uti ſupra ex Jornande recitavimus, memoratas inter gentes, ſub Leone Imperatore bella enata ſunt. Gothi enim in *Satagas* (qui inferiorem habebant Mœſiam, arma movent. Hunnos propulſant, & Gothorum arma formidare faciunt. Svevos, armenta Gothorum in campis errantia prædantes, capto etiam eorum Rege Hunnimunde ſervituti ſubdunt. Erant autem *Svevi* vicini Dalmatiis, quod firmaretur etiam, ex Sede Epiſcopali *Svacienſi*, olim Salonitanæ Metropoli ſuffraganea. Qui primo incitarunt Sciros, adverſus Gothos; ſed licet Walemir Rex Gothorum hoſtium lanceis confoſſus interierit, tamen deleti prope a Gothis Sciri ſunt. Neque juvit Sarmatas, Gepidas, Rugos, a Scirorum reliquiis in auxilium fuiſſe evocatos, poſtquam Theodemir cum fratre juniore Widemiro, conſerto prælio evaſit ſuperior. Singidunum recepit a Sarmatis, ſibique ſervavit, ac Savo trajecto, Naiſum, primam Illyrici urbem invaſit, Sarmatasque devicit, pervia ſibi reddens Illyrici loca. Theodemiro mortuo, Theodericus ſucceſſit. Hic quamvis ab Imperatore Zenone in filium adoptatus fuerit; Conſulatu, & equeſtri donatus ſtatua, cum Gothis ſuis in Italiam petiit, ac tertio ingreſſus ſui anno, *Odoacre* victo, interfectoque; inſignia Regia, ut Gothorum, Romanorumque Rex, aſſumpſit. Ad impediendas barbararum gentium incurſiones, *Anaſtaſius Imperator*, murum longum ad Conſtantinopolim condidit, *ob Myſorum, ſive Bulgarorum* (ſunt verba Zonaræ) *& Scytharum incurſiones.* Et

quam-

Digitized by Google

quamvis Paulus Diaconus, Bulgarorum faciat mentionem anteriorem, ac ad annum circiter Chriſti 486. ſcriptum a ſe rerum combinatione appareat; nihilominus ſedes firmas in Romano Imperio non obtinuerint, ad Juſtiniani Imperatoris tempora. Sub quo Gothis ad Italiam, atque Hiſpaniam abeuntibus, ac Bulgaris depulſis, Gepides iterum, ſuas extenderunt ſedes; Sirmio, & Singidone occupatis, eorumque Rege *Mundo*, Illyrici) trans Savum incoantis hac Epocha) Conſtantinopoli *Militiæ Magiſtro* conſtituto.

VIII. Sane, quia Gothi, uti ex Jornande ſupra retulimus, vicinas ſibi gentes, nempe *Satagas*, ſive Satagarios, *Svevos* &c. contriviſſent, ipſique relictis Pannoniis abiviſſent, ut iterum deſertæ hæ partes remanſerint, nova diverſarum gentium nomina, occurrunt apud Scriptores. Theophanes ad annum Juſtiniani 31. (hoc eſt Chriſti 557.) *ſub idem*, inquit *tempus, gens prorſus inſolens, atque incognita, Abares ei nomen, Conſtantinopolim advenit.* Hos *Abares*, quidam Hunnicæ genti; quidam Sclavicæ attribuunt, aut etiam Scythicæ, Studioſi obtinendæ ſedis, & extendendi ſui territorii fuerint, cum Evagrius lib 6. cap. 10. ſub Mauricio Imperatore ſcribat: *Abari bis uſque ad locum, qui longus murus appellatur irruptione facta, Singidonem, Anchialum, totam Helladem, & alias præterea Civitates, & arces expugnant, ſibique ſubjiciunt, omnibus rebus ferro & igne vaſtatis, idque cum multa copiæ Romanorum in oriente verſarentur.* Longobardi ſimiliter (opinione mea, ex Gepidibus haud orti, ut cum iis ideo diviſionem facerent) ſoliciti de ſuo territorio amplificando, ſeſe in Pannoniam, condam ſuperiorem, ſive primam extenderunt. Horum origo, credibilius ex Germanis eſt, *pari etiam modo*, ſcribit Paul. Diac. cap. 2: lib. 1. *& Winilorum, hoc eſt Longobardorum gens, quæ poſtea in Italia feliciter regnavit, a Germanorum populis, originem ducens.* Hi combinatione Scriptorum, videntur primum, fuiſſe Gepidarum amici, dein bella geſſerunt cum Gepidis, ſorte varia, demum Abarum, (qui a Rege ſuo Avares dicti) ſocietate innita, ut teſtaretur Paul. Diac. lib. 37. ſic Gepides contriverunt, ut ſcribat Paul. *Gepidorum vero genus ita eſt diminutum, ut ex illo jam tempore, ultra non habuerint Regem, ſed univerſi, qui ſupereſſe bello poterant, aut Longobardis ſubjecti ſunt, aut uſque hodie Hunnis eorum patriam poſſidentibus duro imperio ſubjecti gemant.* Gepidæ ut exurgerent, & Sclavos evocarunt, teſte Procopio lib. 4. cap. 25. & *Cuturguros*, adverſus quos Juſtinianus *Uturguros* evocâſſe ſcriberetur ab eodem Procopio, ac aliis: ut ſic iterum novæ gentes, vaſtantes Romanas Provincias prodeant. Longobardi porro, firmato ſuo regno, & geſtis præclare bellis pluribus, circa annum 568. in Italiam migrârunt, Pannoniam amicis ſuis Hunnis, ſive Abaribus, hac lege relinquentes, ut ſi quo tempore Longobardis neceſſe eſſet reverti, ſua rurſus arva repeterent, ut ſcriberet Paul. Diaconus. Quia vero Abares, cum Sigeberto, item Childeberto Francorum Regibus bella geſſiſſe deſcriberentur, a Paulo Diacono, ac aliis; item ſub Mauricio, *Iſtriam* vaſtaviſſe; *Forum quoque July*, quin ipſi Mauricio Imperatori, graviores cauſârunt motus, ut Theophylacto teſte, pax ita concluſa fuerit: *Ex pacto autem Iſter, ad Romanorum, Abarumque fines dirimendos conſtituitur, & poteſtas iisdem contra Sclavos trajiciendi conceditur. Præterea denuo vicena aureorum millia, antea pactis adduntur. Atque hoc ſane modo bellum inter Abares & Romanos profligatum eſt.*

IX. Abares, Menandro deſcribente, ſuperbe admodum egiſſe videntur cum Romanis Imperatoribus. *A Juſtino Juniore* Imperatore, audacter petierunt munera, *adſumus*, dicentes, *qui conſueta munera accepimus: ſed ſcito non aliter fieri poſſe, ut noſter Dux, Romanorum Reipublicæ ſit amicus, quam ſi tanta præmia ſumat, ut illi movere contra Romanos arma, in mentem non veniat.* Reponente Juſtino: *abite, qui magni precy rem a nobis obtinetis, quod vobis ſalvis & incolumibus licet vitam peragere, & pecuniarum loco, quas a Romanis accipere vultis, noſtri timorem & metum ad ſalutem veſtram convertite & reportate.* Sed Abares, ſeu Alboini Longobardorum Regis conſilio; ſeu alia de cauſa, dena millia Contrigurorum, qui dicebantur Hunni, trajicere fluvium Savum, & vaſtare Dalmatiam faciunt, miſſaque legatione ad Juſtinum, Sirmium ſibi tradi volunt, quod ab iis Gepidarum res eſſent everſæ. Præterea ex pecuniis, penſionem a Juſtiniano Hunnis pactatam, perſolvi urgebant. Quæ, dum rejeciſſet Juſtinus, bellicum cani cœptum eſt, Tiberioque victo, ac victoria potitis Abaris, facto fœdere, de perſolvendis quotannis 180. numorum millibus per Romanos Abaribus, Caganus quievit. At ſub *Tiberio* per Sclavos afflicto, compulit Tiberium, ut anno 580. circiter, Sirmium Abaris traderet, de quo Menand. Theophylactus &c. & pax ſub his conditionibus ſancita: ut Sirmium traderetur: ut 180. numorum aureorum millia, triennio priori neglecta, ſolverentur. Sub *Mauricio* Imperatore, eſto ipſe, quibusvis petitis Cagani deferret, ut videre eſt ex Theophane, Menandro, Theophylacto &c. tamen anno Maurici I. Caganus Singidonem evertit, multasque alias urbes Illyrici Præfecturæ ſubditas

Digitized by Google

ditas expugnavit, plurimaque geſſit bella cum Mauricio, jam victor, jam victus, præcipue ad fluvium *Tiſſam*, ubi Abarum tria millia, aliorum barbarorum ſena millia ducenti, Sclavorum octo millia capta, a Theophyl. narrantur. Quæ miſſa facimus, utpote nec Imperatorum, nec Abarum hiſtoriam pro ſcopo habentes.

X. Conſideratione anteriorum patet, a Sæculo V. Pannonias ita confuſas fuiſſe, ut loca inhabitantium eas gentium, clare, diſtincteque cognoſcere, atque diſtinguere, prope deſperatum ſit. Regionem illam, Inferioris Pannoniæ, Gepidæ, poſt hos Gothi, Gepidæ iterum, dein Abares poſſediſſe deducuntur, quamvis intra has ipſas gentes, alios quoque ſub eorumdem poteſtate conſediſſe, negari non poſſit. Saviam hanc Pannoniam, poſt Gothos Longobardi tenuiſſe deducuntur. *Siſciæ*, florente Romano Imperio, haberi memoriam ſuperiora teſtantur; a Sæculo V. altiſſimum eſt ſilentium, ut initio illius ſæculi everſam exiſtimem, facileque pars hæc, longiori tempore deſerta manſerit, cum nec Cilleæ, nec Siſciæ Andautony, Audery, aliarumque veterum his in oris urbium, ac oppidorum, nulla a Sæculo V. eruatur apud Scriptores mentio. Præterea ſi conjectari, atque arguere, ex quibusdam nunc etiam ſuperſtitibus, quorumdam locorum appellationibus, fas eſt; partes has, a variis inhabitatas fuiſſe nationibus, deduceretur. Equidem a loco *Schitarjevo*, olim ut legimus in Inſtrumento, *Kutell dicto*, Schytharum quosdam ſediſſe, atque ex veſtigiis ruderum, urbem, vel caſtrum habuiſſe ſequeretur. Ex *Vino*, *Vinicza*, *Vinodol* &c. Vandalos, vel Winidos. *Zagreb* ipſum, Cuturgorum reliquias, olim Duci *Zabergæ* parentes indicare poſſet. At hæc non aſſerimus, cum admodum infirma ſit, ex ejusmodi derivationibus argutia.

Duobus itaque concludenda hæc venit Periodus. *Primò*: dubiam ac nutantem fuiſſe, has in Regiones Romanorum poteſtatem, duobus his Sæculis. Si præfectos limitis Danubiani, ab Imperatoribus datos; ſi Magiſtros Illyrici, creatos: ſi gentium preces, quibus has aut illas plagas, ſibi concedi ab Imperatoribus petierunt; ſi denique receptum poſt Gepidas Sirmium a Romanis, ac iterum Abaribus a Muricio traditum ſpectamus; has ipſas gentes, Romanorum jus, ac poteſtatem agnoviſſe, cenſeri debet. Verum parte ab altera, ſi Reges harum gentium: ſi fœdera pacta, ſi Romanis jam præſtita, jam negata auxilia: ſi penſiones illas, quas Romani, iisdem, annuè perſolvebant, perpendamus; debilem Romanorum his in oris potentiam, poteſtatem quoque reperiemus. Quin, anteriorum conſideratione, quibusdam temporibus, in Pannoniis nullam. Quamvis porro, nil obſtante continua gentium mutatione tot Sedium, Veterum Provinciarum Romanarum nomina ſervata videantur, ut Pannoniæ, Mœſiæ, Illyrici, Dalmatiæ &c. ut ab his barbaris gentibus, ante Heracly Imperium, novæ Provinciarum, Regionumque appellationes, & nomina, non eruantur ex Scriptoribus indita, nihilominus Oppidis, Caſtris, a novis hoſpitibus, nova quoque adveniſſe nomina conſtat, ut *Martene*, *Sandapa*, *Druſipara*, *Nobas*, *Balba*, ſeu Balben, aut Banges, in Dalmatia, &c. quæ florente Romanorum Imperio, non leguntur. Præterea Veteres illæ Romanorum Provinciæ, ut Pannoniæ, Illyrici, Dalmatiæ, Mœſiæ, nomenclaturam ſervârunt Scriptorum diligentia, haud attamen limites *Illyricum*, quod ſub Romanis extenſum olim fuiſſe, ſupra demonſtravimus, Sæculo VI. ad *Savum* amnem, haud nihilominus per totalem Savi defluxum, at certis ad Sirmium limitibus coarctabatur, dum trajecto Savo, *Naiſſum* prima Illyrici urbs ponitur. *Dalmatia* poſt montes hac ætate fuerat. Hinc

2dò: Æquus judicet lector, an præmiſſorum conſideratione, ſuſtineri valeat: ab Auguſto, ad VII. uſque Sæculum, *Dalmatiam*, ſive ad *Savum*, ſive ad Dravum, minus autem ad Danubium uſque, extenſam conſtanter fuiſſe. Sane florente Romanorum Imperio, diſtinctæ fuerunt Provinciæ, Dalmatia, & Pannonia. Hæc Auguſtorum, illa Senatus fuerat. Pannonia erat amplior, atque in Imam & 2dam diviſa; ſubinde vero in *Valeriam*, atque *Saviam*, *Riparienſem* diviſa. Quod vero Dalmatia, Pannoniaque, ex tributorum ratione, *Illyrico* a Romanis, attributa fuerit, tam parum inferri poteſt, Dalmatiæ ad Danubium extenſio, quam modernæ Italiæ, quæ in Europa eſt, ad Europæ fines, limites. Decreſcente porro, Romano Imperio, tametſi a barbaris gentibus, Dalmatia fuiſſet dilatata (quod adhuc ſcriptum a nemine, & gentes illæ ab oriente, ac Septemtrione irruentes, prouti primo ad Dalmatiam non intrabant, ſic nec hujus extendendæ occaſionem habuêre) rectè aſſeri nequit, ab Auguſto Octaviano, Dalmatiam ad Savum, vel Danubium fuiſſe dilatatam, at a V. Sæculo, petenda eſſet Dalmatiæ extenſio. Accedit: Scriptores illos, qui Dalmatiam, ad Savum Danubiumque extendunt, explicare debuiſſe, qua ex parte, hanc Dalmatiæ extenſionem habeant, per fluxum ſive *Savi*, *Dravi*, *Danuby* totum, Dalmatiæ limites ab iis collocari non poſſe, res certa, claraque eſt. Ad partes quoque has Adriatici, quæ ad occaſum ſunt, & in continenti, cum olim Japidæ fuerint, dein ſub Romanis, certa ætate *Norici*, ac ſubinde ſive Ducum Iſtriæ, ſive Foro Julienſium, Longobardorum, Abarum, ac demum poſt VII. Sæculum

lum

Digitized by Google

lum Sclavorum, Croatarumque, qua ratione Dalmatia ad *Savum*, aut *Dravum*, vel *Danubium* extenſa fuiſſe demonſtrari poſſit? non aſſequor. Sed nec ex parte illa, Zagrabiæ meridionali, Romanorum olim Mœſiæ, ſucceſſivè Serviæ, atque Boſniæ, Croatiæ item & Raſciæ &c. ſive ad Savum, ſive Danubium, hinc infra hodiernum Belgradum, Dalmatia ad VII. usque Sæculum extenſa fuiſſe, doceri poteſt. Quare opinione mea, Dalmatiæ extenſionem potius, rectiusque, ad poſteriora Sæcula, Patroni ſententiæ hujus, rejiciendam habent. Cum enim Croatiæ Reges, unà etiam Dalmatiæ Reges (uti ex eorum titulis clareret) fuerint, ex his, Dalmatiæ extenſio, argui poſſet, quamvis non ſine rerum, Provinciarumque confuſione. Romani Pontifices, in ſuis epiſtolis, vel reſcriptis, Reges Croatiæ, plerumque *Dalmatiæ Reges* ſcripſêre, ut videre eſt, ex pluribus epiſtolis, & C. *Si quis amodo*, Diſt. 81. *ad Regem Dalmatiarum*, ut hinc, & Scriptoribus quibusdam, qui, aut ſine rerum examine ſcripſerunt; aut contractè admodum & compendioſè, ut e. g. *Menander* dum ſcriberet: *Itaque juſſit* (Abarum Dux Bajanus) *dena millia Contrigurorum, qui dicebantur Hunni, trajicere fluvium Savum, & vaſtare Dalmatiam* &c. intulerint, inferantque quidam, *ergo Dalmatia trans Savum fuerit*, quæ nihilominus legitima non eſſet concluſio, cùm trajecto Savo, itinerati ſint, ad vaſtandam Dalmatiam. Accedit: *Svevos* ibi olim, quemadmodum retulimus habitâſſe, hinc aut Ammanuenſium oſcitantia, aut ipſorum Auctorum ſcriptura pro *Svevis*; *Suavi*, & *Svavia* exaratum, ætate ſubſequa, interpretationem obtinuit: *Savia*; conſequenter amplificandæ Dalmatiæ, ad Savum, occaſio fuit. Dalmatarum æque aliqui, ad Germaniæ partes tranſeuntes, quam faciant confuſionem apud Scriptores, res ſuas ex aliis unicè deſcribentes, atque Sectarios, non eſt quod recenſeam. Longum foret ſingula, quæ Cl. optimeque meritus, ſive Farlatus, ſive Lucius, pro Dalmatiæ ſuæ extenſione deſcripſerunt, dilucidare; quare miſſa facio; cùm ex anterioribus; rei hujus, veritas eluceat, facileque citati ab adverſo Scriptores, explicari queant.

Quæſtionem hanc, deſcriptasque ſuperius memorias, ut *Sacræ Coronæ ſubjectus*, negligendam non putavi, tum ad evitandam tantarum rerum confuſionem; cum quod me non lateat, qualis ſit de Dalmatia prætenſio? Illos damnare nequeo, qui ſuæ Reipublicæ ſtudio, Dalmatiam ut olim Senatus, Populique Romani Provinciam, amplificant, atque extendunt; at nec probo, eos, qui, è domeſticis, haud ſine vulnere: *Juris Noſtri publici*, deſcribunt ſubito, ſine rerum, rationumque examine, Scriptorum extraneorum opiniones, ad quas ſcribendas, *Politia*, eorumdemque Reipublicæ, *Status ratio*; eos permovit, ac impulit. Hinc mirari ſatis nequeo, continentis Auſtriaci, ſive maritimarum partium Accolas, ſemet Dalmatas *Segnienſes*, *Czirquenſes* &c. inſcribere, ac pro Dalmatis habendos prætendere. Mihi quæ hactenus videre licuit, Regum noſtrorum monumenta, nullum obtigit, quo vidiſſem, Adriaticas illas partes, Dalmatiæ adſcribi; verùm in *Regno noſtro Croatiæ*, aut *in partibus noſtris maritimis*. Quare rectè deplorat Ritterus, in epiſtola, die 10. January anni 1710. Zagrabiâ, ad *D. Joannem Leopoldum Comitem a Trautſon, Aulæ Cæſareæ Supremum Præfectum*, quosdam, operum ſuorum ipſis Regibus facta dedicatione, adeoque ſub Regum clientella, Coronæ, juribusque eorumdem, admodum contraria edere, atque Coronæ, Regumque jura, operibus ſuis, (pro quibus prœmiarentur) quaſi Regio annutu, dubia, infirmaque efficere. Scribit enim: *Hiſtoria Tergeſtina, Auctore Fr. Irenæo della Croce, recens edita, & quod periculoſius, ipſi S. C. R. Majeſtati dedicata, per Majeſtatem acceptata, præmiata fors etiam, Sacræ Coronæ ſummopere eſt præjudicioſa. Quis eam jam refutare auſit, dum ſub Regis titulo, atque patrocinio prodiit. DEUS bone! Monachis, qui publica non tractant, ignorantque jus publicum, at in ingenii argutiis, & quæſtionibus inutilibus, dormiunt conſepulti, ea, taliaque ſcribere fas eſt. Deſcribunt, commentanturque ea, quæ in ejus ſunt obſequium, cui ſuas debent Reſpublicas, Privilegia, ſolius Italiæ ſtudioſi, ac milites* &c. Scopus itaque meus cum fuerit: quæſtionem præmiſſam inveſtigare; miretur nemo, ſi de incolis Pannoniæ, hujusque hoſpitibus, accuratè a me tractatum non invenerit. Hæc ex Scriptoribus colligat aliis, tantaque alia, tanquam ſiſtemati meo non neceſſaria.

Demùm, ab errore immunis eſt, quisquis antiquitatis amore & ſtudio, Regiones has, *Pannoniam* vocaverit. Conſtat enim ex præmiſſis, ad Sæculum usque VII. Pannoniæ nomine, Regiones has, quas *Sclavoniam Croatiamque* nunc dicimus, conſtanter veniſſe, jam videlicet *Primæ*, jam *Secundæ*, jam *Saviæ*, ut *Zagrabiam*, hujusque Eccleſiam; *Pannoniæ* eripere nequeas. Licèt verò ab Honory epocha, ſignatorum *Siſciæ* numorum, ſed nec Inſcriptionum veterum adſint veſtigia; quin imo ex Hieronymo, cæterisque coævis Scriptoribus, deſolatio, decoris, urbium, caſtrorum, facta in Pannoniis ab exordio V. Sæculi, certa ſit; mutatum nihilominus fuiſſe, *Pannoniæ* Provinciæ nomen, in aliud, ad VII. usque

Digitized by Google

ditas expugnavit, plurimaque geſſit bella cum Mauricio, jam victor, jam victus, præcipue ad fluvium *Tiſſam*, ubi Abarum tria millia, aliorum barbarorum ſena millia ducenti, Sclavorum octo millia capta, a Theophyl. narrantur. Quæ miſſa facimus, utpote nec Imperatorum, nec Abarum hiſtoriam pro ſcopo habentes.

X. Conſideratione anteriorum patet, a Sæculo V. Pannonias ita confuſas fuiſſe, ut loca inhabitantium eas gentium, clare, diſtincteque cognoſcere, atque diſtinguere, prope deſperatum ſit. Regionem illam, Inferioris Pannoniæ, Gepidæ, poſt hos Gothi, Gepidæ iterum, dein Abares poſſediſſe deducuntur, quamvis intra has ipſas gentes, alios quoque ſub eorumdem poteſtate conſediſſe, negari non poſſit. Saviam hanc Pannoniam, poſt Gothos Longobardi tenuiſſe deducuntur. *Siſciæ*, florente Romano Imperio, haberi memoriam ſuperiora teſtantur; a Sæculo V. altiſſimum eſt ſilentium, ut initio illius ſæculi everſam exiſtimem, facileque pars hæc, longiori tempore deſerta manſerit, cum nec Cilleæ, nec Siſciæ Andautony, Audery, aliarumque veterum his in oris urbium, ac oppidorum, nulla a Sæculo V. eruatur apud Scriptores mentio. Præterea ſi conjectari, atque arguere, ex quibusdam nunc etiam ſuperſtitibus, quorumdam locorum appellationibus, fas eſt; partes has, a variis inhabitatas fuiſſe nationibus, deduceretur. Equidem a loco *Schitarjevo*, olim ut legimus in Inſtrumento, *Kutell dicto*, Schytharum quosdam ſediſſe, atque ex veſtigiis ruderum, urbem, vel caſtrum habuiſſe ſequeretur. Ex *Vino*, *Vinicza*, *Vinodol* &c. Vandalos, vel Winidos. *Zagreb* ipſum, Cuturgorum reliquias, olim Duci *Zabergæ* parentes indicare poſſet. At hæc non aſſerimus, cum admodum infirma ſit, ex ejusmodi derivationibus argutia.

Duobus itaque concludenda hæc venit Periodus. *Primò*: dubiam ac nutantem fuiſſe, has in Regiones Romanorum poteſtatem, duobus his Sæculis. Si præfectos limitis Danubiani, ab Imperatoribus datos; ſi Magiſtros Illyrici, creatos: ſi gentium preces, quibus has aut illas plagas, ſibi concedi ab Imperatoribus petierunt; ſi denique receptum poſt Gepidas Sirmium a Romanis, ac iterum Abaribus a Muricio traditum ſpectamus; has ipſas gentes, Romanorum jus, ac poteſtatem agnoviſſe, cenſeri debet. Verum parte ab altera, ſi Reges harum gentium: ſi fœdera pacta, ſi Romanis jam præſtita, jam negata auxilia: ſi penſiones illas, quas Romani, iisdem, annuè perſolvebant, perpendamus; debilem Romanorum his in oris potentiam, poteſtatem quoque reperiemus. Quin, anteriorum conſideratione, quibusdam temporibus, in Pannoniis nullam. Quamvis porro, nil obſtante continua gentium mutatione tot Sedium, Veterum Provinciarum Romanarum nomina ſervata videantur, ut Pannoniæ, Mœſiæ, Illyrici, Dalmatiæ &c. ut ab his barbaris gentibus, ante Heracly Imperium, novæ Provinciarum, Regionumque appellationes, & nomina, non eruantur ex Scriptoribus indita, nihilominus Oppidis, Caſtris, a novis hoſpitibus, nova quoque adveniſſe nomina conſtat, ut *Martene*, *Sandapa*, *Druſipara*, *Nobas*, *Balba*, ſeu Balben, aut Banges, in Dalmatia, &c. quæ florente Romanorum Imperio, non leguntur. Præterea Veteres illæ Romanorum Provinciæ, ut Pannoniæ, Illyrici, Dalmatiæ, Mœſiæ, nomenclaturam ſervârunt Scriptorum diligentia, haud attamen limites *Illyricum*, quod ſub Romanis extenſum olim fuiſſe, ſupra demonſtravimus, Sæculo VI. ad *Savum* amnem, haud nihilominus per totalem Savi defluxum, at certis ad Sirmium limitibus coarctabatur, dum trajecto Savo, *Naiſſum* prima Illyrici urbs ponitur. *Dalmatia* poſt montes hac ætate fuerat. Hinc

2dò: Æquus judicet lector, an præmiſſorum conſideratione, ſuſtineri valeat: ab Auguſto, ad VII. uſque Sæculum, *Dalmatiam*, ſive ad *Savum*, ſive ad Dravum, minus autem ad Danubium uſque, extenſam conſtanter fuiſſe. Sane florente Romanorum Imperio, diſtinctæ fuerunt Provinciæ, Dalmatia, & Pannonia. Hæc Auguſtorum, illa Senatus fuerat. Pannonia erat amplior, atque in Imam & 2dam diviſa; ſubinde vero in *Valeriam*, atque *Saviam*, *Ripărienſem* diviſa. Quod vero Dalmatia, Pannoniaque, ex tributorum ratione, *Illyrico* a Romanis, attributa fuerit, tam parum inferri poteſt, Dalmatiæ ad Danubium extenſio, quam modernæ Italiæ, quæ in Europa eſt, ad Europæ fines, limites. Decreſcente porro, Romano Imperio, tametſi a barbaris gentibus, Dalmatia fuiſſet dilatata (quod adhuc ſcriptum a nemine, & gentes illæ ab oriente, ac Septemtrione irruentes, prouti primo ad Dalmatiam non intrabant, ſic nec hujus extendendæ occaſionem habuêre) recte aſſeri nequit, ab Auguſto Octaviano, Dalmatiam ad Savum, vel Danubium fuiſſe dilatatam, at a V. Sæculo, petenda eſſet Dalmatiæ extenſio. Accedit: Scriptores illos, qui Dalmatiam, ad Savum Danubiumque extendunt, explicare debuiſſe, qua ex parte, hanc Dalmatiæ extenſionem habeant, per fluxum ſive *Savi*, *Dravi*, *Danuby* totum, Dalmatiæ limites ab iis collocari non poſſe, res certa, claraque eſt. Ad partes quoque has Adriatici, quæ ad occaſum ſunt, & in continenti, cum olim Japidæ fuerint, dein ſub Romanis, certa ætate *Norici*, ac ſubinde ſive Ducum Iſtriæ, ſive Foro Julienſium, Longobardorum, Abarum, ac demum poſt VII. Sæcu-

lum

Digitized by Google

lum Sclavorum, Croatarumque, qua ratione Dalmatia ad *Savum*, aut *Dravum*, vel *Danubium* extenſa fuiſſe demonſtrari poſſit? non aſſequor. Sed nec ex parte illa, Zagrabiæ meridionali, Romanorum olim Mœſiæ, ſucceſſivè Serviæ, atque Boſniæ, Croatiæ item & Raſciæ &c. ſive ad Savum, ſive Danubium, hinc infra hodiernum Belgradum, Dalmatia ad VII. uſque Sæculum extenſa fuiſſe, doceri poteſt. Quare opinione mea, Dalmatiæ extenſionem potius, rectiusque, ad poſteriora Sæcula, Patroni ſententiæ hujus, rejiciendam habent. Cum enim Croatiæ Reges, unà etiam Dalmatiæ Reges (uti ex eorum titulis clareret) fuerint, ex his, Dalmatiæ extenſio, argui poſſet, quamvis non ſine rerum, Provinciarumque confuſione. Romani Pontifices, in ſuis epiſtolis, vel reſcriptis, Reges Croatiæ, plerumque *Dalmatiæ Reges* ſcripſère, ut videre eſt, ex pluribus epiſtolis, & C. *Si quis amodo*, Diſt. 81. *ad Regem Dalmatiarum*, ut hinc, & Scriptoribus quibusdam, qui, aut ſine rerum examine ſcripſerunt; aut contractè admodum & compendioſè, ut e. g. *Menander* dum ſcriberet: *Itaque juſſit* (Abarum Dux Bajanus) *dena millia Contrigurorum, qui dicebantur Hunni, trajicere fluvium Savum, & vaſtare Dalmatiam* &c. intulerint, inferantque quidam, *ergo Dalmatia trans Savum fuerit*, quæ nihilominus legitima non eſſet concluſio, cùm trajecto Savo, itinerati ſint, ad vaſtandam Dalmatiam. Accedit: *Svevos* ibi olim, quemadmodum retulimus habitâſſe, hinc aut Ammanuenſium oſcitantia, aut ipſorum Auctorum ſcriptura pro *Svevis*; *Suavi*, & *Svavia* exaratum, ætate ſubſequa, interprætationem obtinuit: *Savia*; conſequenter amplificandæ Dalmatiæ, ad Sàvum, occaſio fuit. Dalmatarum æque aliqui, ad Germàniæ pàrtes tranſeuntes, quam faciant confuſionem apud Scriptores, res ſuas ex aliis unicè deſcribentes, atque Sectarios, non eſt quod recenſeam. Longum foret ſingula, quæ Cl. optimeque meritus, ſive Farlatus, ſive Lucius, pro Dalmatiæ ſuæ extenſione deſcripſerunt, dilucidare; quare miſſa facio; cum ex anterioribus; rei hujus, veritas eluceat, facileque citati ab adverſo Scriptores, explicari queant.

Quæſtionem hanc, deſcriptasque ſuperius memorias, ut *Sacræ Coronæ ſubjectus*, negligendam non putavi, tum ad evitandam tantarum rerum confuſionem; cum quod me non lateat, qualis ſit de Dalmatia prætenſio? Illos damnare nequeo, qui ſuæ Reipublicæ ſtudio, Dalmatiam ut olim Senatus, Populique Romani Provinciam, amplificant, atque extendunt; at nec probo, eos, qui, è domeſticis, haud ſine vulnere: *Juris Noſtri publici*, deſcribunt ſubito, ſine rerum, rationumque examine, Scriptorum extraneorum opiniones, ad quas ſcribendas, *Politia*, eorumdemque Reipublicæ, *Status ratio*; eos permovit, ac impulit. Hinc mirari ſatis nequeo, continentis Auſtriaci, ſive maritimarum partium Accolas, ſemet Dalmatas *Segnienſes*, *Czirquenſes* &c. inſcribere, ac pro Dalmatis habendos prætendere. Mihi quæ hactenus videre licuit, Regum noſtrorum monumenta, nullum obtigit, quo vidiſſem, Adriaticas illas partes, Dalmatiæ adſcribi; verùm in *Regno noſtro Croatiæ*, aut *in partibus noſtris maritimis*. Quare rectè deplorat Ritterus, in epiſtola, die 10. January anni 1710. Zagrabiæ, ad *D. Joannem Leopoldum Comitem a Trautſon, Aulæ Cæſareæ Supremum Præfectum*, quosdam, operum ſuorum ipſis Regibus facta dedicatione, adeoque ſub Regum clientella, Coronæ, juribusque eorumdem, admodum contraria edere, atque Coronæ, Regumque jura, operibus ſuis, (pro quibus præmiarentur) quaſi Regio annutu, dubia, infirmaque efficere. Scribit enim: *Hiſtoria Tergeſtina, Auctore Fr. Irenæo della Croce, recens edita, & quod periculoſius, ipſi S.C. R. Majeſtati dedicata, per Majeſtatem acceptata, præmiata fors etiam, Sacræ Coronæ ſummopere eſt præjudicioſa. Quis eam jam refutare auſit, dum ſub Regis titulo, atque patrocinio prodiit. DEUS bone! Monachis, qui publica non tractant, ignorantque jus publicum, at in ingenii argutiis, & quæſtionibus inutilibus, dormiunt conſcpulti, ea, taliaque ſcribere fas eſt. Deſcribunt, commentanturque ea, quæ in ejus ſunt obſequium, cui ſuas debent Reſpublicas, Privilegia, ſolius Italiæ ſtudioſi, ac milites* &c. Scopus itaque meus cum fuerit: quæſtionem præmiſſam inveſtigare; miretur nemo, ſi de incolis Pannoniæ, hujusque hoſpitibus, accuratè a me tractatum non invenerit. Hæc ex Scriptoribus colligat aliis, tantaque alia, tanquam ſiſtemati meo non neceſſaria.

Demùm, ab errore immunis eſt, quisquis antiquitatis amore & ſtudio, Regiones has, *Pannoniam* vocaverit. Conſtat enim ex præmiſſis, ad Sæculum usque VII. Pannoniæ nomine, Regiones has, quas *Sclavoniam, Croatiamque* nunc dicimus, conſtanter veniſſe, jam videlicet *Primæ*, jam *Secundæ*, jam *Saviæ*, ut *Zagrabiam*, hujusque Eccleſiam, *Pannoniæ* eripere nequeas. Licet verò ab Honory epocha, ſignatorum *Siſciæ* numorum, ſed nec Inſcriptionum veterum adſint veſtigia; quin imo ex Hieronymo, cæterisque coævis Scriptoribus, deſolatio, decoris, urbium, caſtrorum, facta in Pannoniis ab exordio V. Sæculi, certa ſit: mutatum nihilominus fuiſſe, *Pannoniæ* Provinciæ nomen, in aliud, ad VII. usque

ſæcu-

ſæculum comperire haud eſt. Neque a tot veteris Pannoniæ Tyrannis, atque gentibus, ſive Hunniæ, ſive Vandaliæ, aut quodcumque aliud, Pannoniæ huic Saviæ, inditum fuiſſe probari poteſt. Qualis autem olim ac ſub Romanis fuerit hæc Pannonia? tot urbium, caſtrorum, ſuperſtes memoria; tot tantaque marmora, ducti fluviorum alvei, viæ ſtratæ, Scriptores item teſtantur. Et dum media, intra Romani Impery amplitudinem fuit; tot Imperatorum, ac Auguſtorum Sedes; materque; florem ejus conjectari, pronum eſt. Verum quia de his commentandum non accepimus, memoriis prioribus, quibusdam adhuc incognitis, quibusdam illuſtrando juri publico non inutilibus, contenti, ad periodum aliam digredimur.

PERIODUS II.

Sclavo-Croatica a Sæculo VII.

§ I.

Generalia de Sclavis; horum nempe primis Sedibus in Pannonia præcipue Savia, cæterisque.

Pannonia, quæ ſub Romanorum Imperio varias viciſſitudines a tot gentibus ſubierat, fueratque in ſuis mutata partibus, ut *Valeriæ*, *Norici*, *Saviæ*, *Alpium Juliarum* acceperit Ducatus, & Provincias; ſub Heraclio, ſublato Pannoniæ nomine, in *Sclavoniam Croatiamque* mutata eſt. Hac in re, quædam præmittenda veniunt. Itaque I. An. *Slavi?* vel *Sclavi* dicendi ſcribendique ſint? non diſputo; prouti nec, de vocis hujus derivatione, an videlicet a *Slavà*, hoc eſt *gloria*, vel mancipatu? deriventur. Hodie ampliſſima eſt, *Slavorum* extenſio; hoc enim nomine, comprænhenduntur, Ruſſi, Poloni, Bohemi, Moravi, & pleræque aliæ Nationes, attamen cum Rempublicam, & Magiſtratum, ſub nomine *Slavoniæ* hodie amplius non conſervent, de Slavis illis Septemtrionalibus, nullus mihi ſermo futurus eſt. Hac ætate, *Sclavoniæ* nomen proprium eſt, Savienſi veteri Pannoniæ, quæ etiam *Regni Sclavoniæ* nomine venit, eſtque Sacræ Regni Hungariæ Coronæ conjuncta. Scio quosdam eſſe, qui velint hanc, *Slavoniam*, & nequaquam *Sclavoniam* ſcribendam; monebarque ego, a religioſo quodam viro, ne *Sclavoniam* ſcriberem. Rationes dedit: primo, quia Magni Alexandri, datum genti Slavorum diploma, natio hæc Sclavonica ſibi applicare non poterit, haud ſine Regni totius præjudicio, dum Diplomate illo, jus Regno competit, ad totum ſeptemtrionem, meridionaleſque Regiones, demptis terris Papalibus. 2dò: Quod Diploma illud, & orthographiam *Slavoniæ*, tuerentur paſſim Monachi, quorum honori ſtudendum eſſet. 3tiò: Quod cum *Sciavo*, Italis mancipium exprimeret, ſine ingratitudine erga Patriam, & gentis contemptu, ortographiam *Sclavoniæ* ſequi nequeam. Hæc, cujus ſint roboris ac momenti, non exagerò. Pace mea (neque enim legislationis poteſtatem uſurpo) ſcribat quisvis pro lubitu, ſive *Slavonia*, ſive *Sclavonia*. De Alexandri Diplomate, quod lubet ſentiat; in derivationibus hominum verſetur totus, me nihilominus ideo, anathemate non feriat, ſi in ortographia plane, ſectam non foveo. Reges Hungariæ omnes atque ſinguli, *Reges ſe Sclavoniæ ſcribunt*, ac ad diſtinctionem alterius Slavoniæ, cujus ſcriberentur: *Marchiæ Slavonicæ Dominus*, hanc *Sclavoniam* exprimunt, in ſuis Titulis, Privilegiis, monumentis. Decreta legum publica, numi veteres, *Sclavoniam* ſcribendam evincunt, ut ubivis ſcriberetur; culpa igitur carere poſſum, dum orthograpiam publicæ authoritatis ac fidei, antefero privatæ cujusvis argutiæ, ac argumentationi. *Joannes Zakmardy*, eſtò Regni Proto-Notarius, ex officio *fidei dignitatis ſuæ*, verſus per P. Bedekovich pag. 35. citatos, concinavit neutiquam, quibus agnoſcit, diploma Alexandri Macedonis, verum ut homo privatus. *P. Joſeph Bedekovich*, in Natali Solo S. Hieronymi, pag. 34. recenſens Schönlebenium, contrariari Ratkajo (qui tamen duorum Monachorum, Orbini, Glavinich authoritate fulciretur) de veritate diplomatis Alexandri, ita proſequitur: *Excandui fateor, dum in lectionem horum impegi, & niſi mihi religioſa patientia ſuaſiſſet modeſtiam, in convitiantem pro defenſione Patriotæ Scriptoris, convitioſi quid protuliſſem; prouti & contra P. Alexium Piariſtam, qui pariter - - idem diploma confictum, atque ex parietinis Pragenſibus depromptum concludit.* Heu affectus! vah prætenſionem! Neque diſputo, de Sclavorum antiquitate, aut quod Alexandri Magni diplomate, antiquiores ſint Romanis, quamvis ſi hoc ſit, mirari non ſufficiam, Scriptores Romanos, qui adeo vetuſtorum Slavorum, non meminere. Sed nec ſtatuo, Sarmatas, Quados, cæterasque illas variarum nomenclationum gentes, Slavos fuiſſe; ſcribendosque eſſe; *Slavo-Sarmatas*, *Slavo-Gothos* &c. nunquam enim eram ſolitus, de obſcuris contendere, vel ad opiniones jurare.

II.

II. Sclavi Pannoniæ Saviæ, de quibus commentamur, combinatione Scriptorum; ſub Juſtiniano Imperatore, primò occurrunt, ſic enim Procopius lib. 3. cap. 38. *Sub idem tempus, Sclavenorum exercitus, ex tribus ſolum conflatus virorum millibus, nemine prohibente, Iſtrum fluvium trajecit, ac nullo negotio ſubinde transmiſſo Hebro flumine bifariam diſceſſit* &c. (pars fors verſus ſeptemtrionem, ubi Slavorum amplæ terræ, Regna, Ducatus, Provinciæ; pars ad meridiem, & occidentem, ubi æque diffuſi plurimum) narrataque eorum Sævitia, & propugnatis Thraciæ urbibus, concludit: *ita uterque eorum exercitus, quaſi nimio ſanguine ebrius ac ſatius eſſet, quos impoſterum caperet, illorum parti donare vitam ſtatuit; quo factum eſt, ut domum omnes reverſi ſint, cum captivorum innumeris myriadibus.* Denuo videntur reverſi; cum ſcribat lib. 3. cap. 40. Procopius: *Sclavenorum catervæ quantæ nunquam antea prodierant, ad Impery Romani fines progreſſæ, trajecto Iſtro flumine, Naiſum venerunt, eo, ut ſubjungitur conſilio, ut Theſſalonicam urbesque illi circumjectas obſidione caperent.* Et quamvis in *Dalmatiam* intrâſſe ſcribantur, prædasque feciſſe majores; domum nihilominus reverſi ſunt. Plurimi Scriptorum, *Abares*, *Anthes*, *Sclavinos*, pro una gente accipiunt. At ſi veteres conſulamus, diſtincti ſunt Abares, a Sclavis. Enim vero Menandro teſte: *circa quartum quidem ejus* (Tibery nempe) *annum, centum ferè millia Sclavorum in Thraciam irruperunt, & Thraciam, multasque alias Regiones prædati ſunt*, adverſus quos Tiberius, a *Bajano Abarorum* Duce, per *Sethum* Singidone Præfectum, auxilia petiit. En Menandri textum lib. 8. *Vaſtata a Sclavinis Græcia, cum undique alia ex aliis pericula imminerent, & exorirentur; neque Tiberius ſatis copiarum haberet, quibus cum una parte hoſtium, nedum cum toto hoſtili agmine, manus conſereret, neque in ejus poteſtate eſſet, hoſtibus obviam ire, propterea quod Romanorum vires ad orientis bellum converſæ erant; Legatum miſit ad Bajanum Abarorum Ducem. Is tunc temporis non erat erga Romanos male animatus, imo quo tempore primum Tiberius Imperium ſuſcepit, jure Reipublicæ noſtræ frui cupiebat. Mittebat autem ad illum, ut ſuaderet cum Sclavinis, bellum facere; quo illos ſi forte deſiderium caperet Romanorum terras invadere, ad ſua defendenda, propriis malis revocaret, & cum patriæ ſuæ opitulari Sclavini potius ducerent, rapinas agere ex Romanæ ditionis terris ceſſarent. Hac igitur legatione ad Bajanum a Cæſare decreta, ei nequaquam non obtemperavit. Ad ea procuranda Joannes mittitur. - - - Bajanus in ulteriorem fluminis ripam transgreſſus, vicos & pagos Sclavinorum igni, ferroque vaſtavit: & cum nemo barbarorum auderet cum illo manus conſerere (etenim in ſylvas, & cavernas aufugerant) omnia quæ potuit, rapuit. Atque huic Abarorum in Sclavinos eruptioni, non ſola Cæſaris legatio cauſam dedit, aut quod Bajanus Romanis gratiam referre vellet, quod eum Cæſar liberaliter proſecutus fuerat; ſed etiam eum privatæ inimicitiæ movebant, quia Bajanus erat Sclavinis privatim infenſus. Miſerat unim Abarum Dux, ad Laurentium Sclavinorum Ducem, & eos qui apud gentem auctoritatem habebant, ut Abaris dicto audientes eſſent, & eorum numero ſe adſcribi finerent, qui tributa illis pendebant. At Laurentius, & gentis Principes: quis hominum inquiunt eſt? qui ſolis radys tepeſcit, qui noſtram potentiam poſſit ſibi ſubigere & domare? Aliorum enim regionis dominatum aquirere ſolemus, non alii noſtræ: qui dominatus nos certo manet, donec erunt bella & enſes. Ad hunc modum ſuperbè & arroganter loquentibus Sclavinis, non minori ſuperbia, & arrogantia erga nos Abari ſunt uſi. Hinc in probra, & convicia itum, & ut barbarorum eſt ferox, & impotens ingenium, in rixas & contentiones inter ſe præcipites ferri. Sclavini cum iræ moderari nequirent, Legatos, qui ad ſe venerant, occiderunt. Hæc audita, nimium Bajanum abalienârunt. Accedebat, quod multum auri ſe in eorum Regione reperturum ſperabat, quia vicinas Romanorum terras, quas nunquam ulla alia gens attigerat, deprædati fuerant.* Sed Caganus, cum Sclavis habens inimicitias, ſub Mauricio Imperatore jam horum fuit amicus, dum Zonara teſte: *Chaganus, ut inſatiabilis & perfidus, dolo Romanos aggreſſus, ipſe quievit. Sclavorum vero gentes quasdam, ad Provincias concitavit, quæ uſque ad longum murum ſunt progreſſæ.* Theophanes: *Interea Caganus pacem perfidia ſolvere ſtudebat, Sclavinorum ſiquidem gentem ad Thraciam invadendam armis inſtruxit: quæ quidem vel uſque ad murum longum progreſſa, magnam ſtragem, captivitatemque ſubditis induxit.* Eadem Theophylactus lib. 2. cap. 7. & alii. Horum conſideratione, facile accidit: ut Chaganus territorii ſui, loca quædam Sclavis inhabitanda dederit, præcipue dum in ea, ad *Tiſſam* amnem, Mauricy victoria (Theophylacto lib. 8. cap. 3. teſte) Sclavorum pars maxima interiit, & Abarum tria, Sclavorum octo millia, capta refferuntur. Narrat quidem Theophanes, anno Mauricy IX. *poſtera luce viri tres Sclavonorum genere orti, nullo ferro, vel gla-*

Digitized by Google

dio accincti, ſed cytharis tantummodo inſtructi, a Romanis capti ſunt. Unde traherent ortum, vel moram facerent? Imperator rogare. Illi, ſe genere Sclavinos, & ad oceani limites habitare, reſponderunt. Chaganum autem Legatos ad ſe miſiſſe, & tribuum ſuarum præfectos muneribus ſolicitaſſe, ut ſibi ſuppetias adverſus Romanos ferrent: ſe vero ab familiarum capitibus miſſos, qui eos apud Chaganum excuſarent, quod ob viarum remota intervalla, manum auxiliarem ei præbere nequeant. Octodecim vero menſium iter confeciſſe. &c. Quare eſto victoria Maurciy ad *Tiſſam*, ad annum ejus 19. deſcribatur, conſtituere nequeo; Sclavinos ad Oceani limites habitantes, in Chagani auxilium poſt annos etiam decem adveniſſe, nullum enim reperio fundamentum; ſed in eam adducor ſententiam: Sclavos illos, qui cum Chagano pugnârunt, aut ex hodierna fuiſſe Polonia; aut poſtquam Abaribus, Longobardi, ſedes ſuas in Pannonia habitas, ſub conditione ſuperius memorata ceſſiſſent, in Longobardorum ſedes, Abarorum indultu, Sclavos fuiſſe illocatos. Hoc deduco ex pluribus. 1mò: Quod Sclavi, Longobardis Italiam poſſidentibus, penſionem ſolverint, adeoque Longobardis ſucceſſiſſe videntur. 2dò: Ex S. Gregory Pontificis, ad Epiſcopos Iſtriæ epiſtola, qua: *de Sclavorum gente, quæ vobis imminet, & affligor vehementer & turbor. Affligor in his, quæ in vobis jam patior. Conturbor quia per Iſtriæ aditum jam in Italiam intrare ceperunt.* 3tiò: Quod Procopio teſte, *Hunni, Sclaveni, & Antæ*, in Regiones has venerint; ut ſæpe confundantur a Scriptoribus, imo pro eadem gente habeantur. 4tò: Quod adventus Sclavorum, in has Pannoniæ Saviæ oras, ad certam epocham, atque tempus, a nemine deſcriptus ſit, eorum verò Saviæ Pannoniæ inhabitatio, ex epiſtola S. Gregory ſub Mauricio, cæteriſque Scriptoribus, deducatur. Iſtriam enim, his ex oris intrare debuerunt, necdum enim Dalmatiam affligebant. *Conſtantinus Porphyrog.* de Bulgaria, Servia, Croatia ſcribit, at de Sclavonia hac, atque hodierna, tacet. Ex eodem nihilominus eruitur, a Sclavis Pannoniam Saviam fuiſſe inhabitatam, ſcribit enim cap. 28. *habebat tres fratres Pipinus, qui Franciæ omni, & Sclavoniæ imperabant.* Si contendas hæc de Sclavonia moderna intelligenda non eſſe, verum de Sclavis ſeptemtrionalibus, qui Franciæ adviciniabantur, licet capite illo de Venetiarum exordiis ſcribat Conſtantinus, diſputare nolo, verum ex cap. 29. apparet clarè, Sclavos Pannoniam Saviam, veteremque Japidiam, & Liburniam, in parte ſaltem tenuiſſe, ſcribit enim Conſtantinus: *Sclavi, ſive Abari, cum Romani aliquando flumen tranſmiſiſſent, poſitis inſidiis illos adorti oppugnarunt, viceruntque*, narratoque victoriæ modo, Salonas a Sclavis acceptas, pulſcsque inde Romanos recenſet, & quia hæc ex parte *Cliſſæ* acta fuiſſe ſcriberet, Sclavos Pannoniam Saviam tenuiſſe conſequitur. 5tò: Ex anterioribus patet, Sclavos ab Abaris diſtinctos eſſe, quare dum ſucceſſive, *Sclavi*, ſive *Abares*, a Scriptoribus exprimuntur, alia rei nequit eſſe ratio, niſi quia Sclavi per Abares evocati, & horum amici, ab his ſive Abaribus, in Pannoniis, primo territoria obtinuerint. Noſtra hac ætate, Hungaria variis, diverſiſque nationibus repleta eſt, ut Svevis, Raſcianis, Boſnenſibus, Slavis, Valachis &c. quæ ipſæ nationes, quamvis ab Ungaris diſtinctæ ſint; pro Ungaris accipiuntur. Idem, nunc etiam, in Slavonia experimur.

III. Nec minoris difficultatis eſt eruere, ubi primas ſedes? & quoadusque? Sclavi his in oris Pannoniæ Saviæ, obtinuerint. Scio, quosdam velle: Primas ſedes, Sclavos ſub Leone Imperatore ab Hilarione Patricio accepiſſe, *Cerapalas*, *Ecopam*, *Medianam*, *Petinam*, *Beream*, & alias *Svith* vocatas, quæ de Gothis, cum Jorhandes ſcriberet, ajunt: ſucceſſivè ſub Juſtiniano, Pogonati filio, Gothicum illum populum, *Slavinos* dictum fuiſſe. Opinionem hanc roborare ſatagunt ex Porphyrogen. cap. 50. ubi Thematis *Peloponneſi Sclavos*, temporibus Imperatoris Theophili, ejusque filii Michaelis, Imperium excuſiſſe recenſet. Verum poſt abitum in Italiam Gothorum, doceri deberet, dehinc Sclavos iſthic fuiſſe locatos, quod etſi negare non auſim, cum ſcribat Theophanes, Heracly anno 16. *Choſroës Perſarum Rex, Sarbarum Ducem cum 50. millibus militum Conſtantinopolim verſus mittit, ut initis pactis cum Hunnis (Abares vocant) Bulgaris, Sclavis, & Gepidibus urbem impreſſione facta obſiderent.* Attamen Sclavi illi Peloponneſi, qua ratione Chagano ad *Tiſſam* amnem tuliſſent ſuppetias, non aſſequor. Dein Peloponneſus in Pannonia Savia nunquam fuit, ut Pannoniæ Sclavorum, primas ſedes Peloponneſum dicamus. Alii, ex Jornandis textu relato pag. 28. *Sauromatæ vero, quos Sarmatas diximus, & Cemandri, & quidam ex Hunnis in parte Illyrici ad caſtrum Martenam ſedes ſibi datas coluere.* Iſti *ſupponi a lectoribus* multa, ſibique dari volunt, nempe: Sarmatas, aliam gentem, nationemque non eſſe, quam *Sclavos*: Caſtrum *Martene*, hodiernum in Stiria *Marpurg*, aut inferioris Sclavoniæ *Eſſechinum*, olim *Murſa* vocatum: Veterem illam Illyrici extenſionem, reſtrictam, nullis dehinc temporibus fuiſſe. Quæ, aliaque plurima, ſupponi a Lectore cum vellint, *pro lubitu* citiſſimè, quævis definiunt. Adducunt inſuper Jornandis textum, *Slavini a Civita-*

te

te *nova & Sclavinò Rumunenſe, & loco qui appellatur Murſianus, uſque ad Danaſtrum & Boream Viſclavenus commorantur*, quem textum *Grutterus* ex Palatinis codicibus, legendum notat: *Slavini a Civitate Novi, & Unenſe, & lacu, qui appellatur muriano*, ut hinc iterum intelligi vellint, *Novi* Caſtrum, *Vunnam* fluvios, atque *Muram*, adeoque primas Sclavorum Sedes, & territorii eorundem limites, ab *Vunna* uſque *Muram*, atque a Muræ, in Dravum defluxu, per Dravum; ac a recepto per Savum Dravo, Savi fluminis curſu Belgradum uſque, ubi Danubium influit Savus, ut rem certam concludant. Verum relato textu, patet: *Sclavinos* a prædictis locis excludi non poſſe, haud attamen primas ſedes illorum iſthic fuiſſe. Dein poſt ruinatas veteres urbes, novas & cum novis nominibus his in oris ſurrexiſſe, caret dubio. *Novi*, in pluribus locis eſt, ad Oram maris, ubi & *Capitulum Novienſe in Diœceſi Segnienſi.* Aliud, ſub Turcarum nunc Imperio, trans fluvium Vunna, intra Coſtaniczam & Zrinium, loca Confiniorum Banalium. *Ruma* in Sirmienſi Comitatu eſt, ut hinc naſcatur dubium, an *Rumunenſe* ? aut *Unnenſe* legendum ſit ? Illud: *Muriano*, non video, qua ratione pro *Mura* accipi debeat, dum fluvius eſſet Mura, non lacus, Muriano autem Lacus fuerat. Quare an non *Murano*, Venetæ ditionis ſive *Marana* ſtagnis Adriatici maris circumdata, Aquilejæ parte ex adverſa, ibi intelligatur? aut lacus alia, nolim definire. Conſequitur attamen, nec priorem textum ita clarum eſſe, ut abſque metu, primæ ſedes Sclavorum, eorumdemque territorium in Pannonia, poſſit determinari.

Eſt quoque in hodierna ſuperiore Sclavonia, aliquot horis *Varaſdinô* remotum, olim Caſtrum, nunc pagus, *Martianecz*. Nomen hoc, utrum habeat, a Parochiali templo S. Martini Epiſcopi ? aut a caſtro veteribus *Martene* vocato ? cui lubet, indaget. Anno 1754. loca illa perluſtrando, vidi iſthic lacum majorem, cœno repletam, a cujus paſcuis, animalia diligentiſſime arcentur; faſtidione enim, non ſolum plebis illius; verum & eorumdem Domini, Comitis videlicet: *Joannis Patachich de Zaiezda, S. A. M. Camerary, Comitatus Criſienſis Supremi Comitis, & Tabulæ Regnorum horum Præſidis*, atque *a cultu bonarum utiliumque litterarum, harumque patrocinio, favoribus, celeberrimi*: Si vel modica ibi ſumunt paſcua, ſic inflantur, ut diſrumpi & crepare ea oporteat. Et quia lacum illam a *Mura* fluvio, habere ſcaturiginem relatum haberem, illiusque Scaturiginis extare certa indicia, quæ monſtrari valeant, intellexiſſem; fors relata, e Palatinis codicibus, per Grutterum textus Jornandis lectio, ad lacum hanc reſpexit, ſcriptumque ſit: *a Lacu quæ appellatur*) nempe ex ſcaturigine) *Muriano*.

Mihi pro lubitu, primæ Sclavorum in Pannoniis Sedis, locum ſtatuere; non eſt animus, combinatione nihilominus Scriptorum, quamvis veroſimilius mihi videatur, ſuperius relata ex Menando, de Sclavis per Bajanum, ad preces Tibery oppugnatis, rectius de Slavis ſeptemtrionalibus, atque modernæ Poloniæ, aut Ruſſiæ ſcribi, qui trans Iſtrum ſunt, vicinioresque Thraciæ & Conſtantinopoli, & quos, inter & Romanos, Bajanus erat medius, utpote in Vetere Dacia, & partibus inferioris modernæ Hungariæ regnans; attamen cum teſte Procopio, *Sclavenorum Catervæ Naiſum venerint*, ut Theſſalonicam, urbesque illi ſubjectas caperent, Sedes primas ibi Sclavos fixiſſe conjectari poteſt; aut, ſi in illis Mœſiæ partibus firmati non fuiſſent, eos ab Abaribus tum fuiſſe receptos, illocatosque per Pannoniam a Longobardis ut retulimus ceſſam, concludere oportet, alias qua ratione Chaganus tam inſolens fuiſſet Mauricio? Sirmium ſibi dari urſiſſet? Singidonem evertiſſet? jactando 50. alias Romani Imperii urbes a ſe ſubigendas brevi: qualiter plura Sclavorum millia ad Tiſſam amnem ſub Mauricio cæſa, captaque fuiſſent? Ubicumque igitur primas ſedes in Pannonia fixiſſent Sclavi, eos ſeſe dilataſſe extra dubium venit; quoniam ab Unna, ſive Vunna fluvio (qui facile ab Hunnis nomen obtinuit) Sclavos per has Pannoniæ Regiones habitaſſe, Scriptores perhibent. Sub Phoca Mauricy Succeſſore, Blondo teſte Dalmatiam occuparunt; ſcribit enim: *Per id etiam tempus* (nempe ſub Phoca) *Imperio Conſtantinopolitano tumultibus illis in Africa & Aſia agitato, Sclavi, quos oſtendimus in Dalmatiæ & Iſtriæ ora conſediſſe, quæcunque propinquis in Regionibus Imperio parentia invaſerunt, & militibus, quos Phocas præſidio impoſuerat, ſubita irruptione occiſis, omnem Dalmatiæ, & Illyrici Adriatico adjacentis Provinciam ſubegerunt.* Ut firmari, hinc etiam, videatur, Sclavos ab Abaribus, locatos his in oris fuiſſe, dum Præſidiarios Phocæ milites, irruptione facta occiderunt, & Adriatico adjacentem Provinciam ſubegerunt, ut has Sedes conſervaſſe deducantur, cum teſte Porphyrog. ſucceſſivè Salonam occupaviſſent. Habemus quoque litteras (tametſi multum poſteriores) Dominy *Sztenichnjak* metales, in quibus: *ex altera parte dicti fluvy Corane, Chernomali ſic vocat, per unam vallem Szlovakova draga* (hoc eſt: Sclavonicam vallem) *dictam*, ut iſthic Sclavos habitaſſe concludi debeat. Eſto enim poſteriores multum hæ ſint litteræ, cum nihilominus fluviorum, montium, vallium nomina, alter condiſcat ex altero,

ſitque horum magiſter traditio, illud *Vallem Sclavonicam*, Sclavorum Sedem iſthic olim fuiſſe, evincit.

Cogimur hic tantiſper, ſcriptionem abrumpere, atque illorum gratia, qui argutias otioſi intellectus amant; aut qui me Patriæ ingratum prædicabunt, quod legum vigore, atque fide, *Sclavoniam* ubivis ſcribam, taliterque ſervitutem, & mancipatum gentis, deſignare videar, reflectere: me ſuperiore Periodo pag. 6. deduxiſſe in *Sztenichniak* vetus Pannoniæ Andezium, ſive Auderium denotari, & poſt *Hercuniates* Ptolomæi, *Andiantes* iſthic olim fuiſſe. Contingere potuit, ut Sclavi illi, ſucceſſive, ac poſt medium VI. Sæculi, loca illa obtinentes, ubi condam Andiantes fuêre, *Anthes* vocati ſint, cum ſcribat Jornandes: *Principaliter tamen Sclavini, & Anthes nominantur.* Intelligere quoque potuerunt, *Hercuniates*, a clava Herculis compellatos, olim ibi fuiſſe, poſtquam *Sclavi* eorum quoque terras obtinuiſſent, ſe ab *Herculis clava*, Sclavos vocârint, & nequaquam ex voce Italica *Shiavo*, quæ tum, vix adhuc in uſu fuerit. Ut Herculei enim, non ſolum amplificârunt territorium ſuum, ſed ſucceſſivè Abarum excuſſêre jugum, propriam ſervârunt Rempublicam, & *Regni Sclavoniæ* poſuerunt fundamentum. *Bohemi*, *Poloni*, cæterique Slavorum, proprii nominis effecêre Regna, vel Provincias, aut Ducatus. Hi, avitæ & originariæ gentis, nomen & Regnum conſervant; quod ſervitutem, mancipatumque excludit. Hæc, quisquis ita eſſe opinetur, cum impoſſibile non ſit, ſic evenire potuiſſe, aut cogitari poſſe; nemine adhuc in contrarium ſcribente, accuſari vel hinc non potero, me Patriæ contrariari panegyribus, vel honori ejus voluiſſe detractum. Sed reverti lubet.

His itaque Pannoniæ Saviæ locis, ſi non ab Juſtiniani epocha, ſub Tiberio, atque Mauricio jam fuiſſe Sclavos deducitur, at Abaribus conjunctos, ut plures Abares pro Sclavis, ac viciſſim habuerint. Neque ſolam Pannoniam Saviam incoluerunt; at Pannoniam condam ſuperiorem ſive primam, integram. Enimvero teſte Paulo Diacono lib. 4. cap. 11. *Bojoary uſque ad 2. millia virorum ſuper Sclavos irruunt: ſuperveniente Chacano omnes interficiuntur*, ut hinc deducatur veterum primam Pannoniam (pag. 11. ſuperius deſcriptam) Sclavos tenuiſſe, & in Chagani fuiſſe clientella, ejusque Socios. Item, idem Diaconus cap. 41. *Mortuo Thaſſilone Duce; Bojoariorum termini deprædantur. Reſumptis tamen Bojoary viribus, & prædas ab hoſtibus excutiunt, & hoſtes de ſuis finibus pepulerunt*, itaque ad limites Bojoariæ loca tenuerunt Sclavi. Sigebert. Gemblacenſis ad annum 595. *Thaſſilo a Childeberto ordinatus Rex Bojoarionum, devictis Sclavis obtinuit triumphum.* Sed inſuper de inferiore olim Pannonia, modo vero Sclavonia, quædam poſſederint, ſi verum eſt, eos (ut ſupra retulimus) a loco *Rumunenſe*, & *Murſiano*, quod *Rumam* fors hodiernam, & veterem *Murſam* indicat, incoluiſſe. Horum conſideratione, multa illorum millia, Chagano, auxilio eſſe potuerunt in illa ad *Tiſſum* pugna.

IV. Negligendum non exiſtimavi, eſſe quosdam: qui arbitrentur, Vandalos origine fuiſſe Slavos; quosdam vero, qui Slavos, Vandalos eſſe putant. Neutri opinioni, cum *Cromero*, adhærendum cenſeo. Vandali enim Gothorum, Germanorumque gentes fuerunt, Tacito, Eutropio, Jornande &c. teſtibus. Nec eſt, quod a Germanis *Vendi*, aut *Vindi* vocentur Slavi, & moderna *Sclavonia* dicatur ab ipſis *Windenlandt*; iſtud enim haud aliter Sclavis attribui poteſt, quam quod olim per Vandalos, Gothosque inhabitatas terras occupaverint. Unde Pannones etiam, & Romani dici poſſent, quia olim Pannones, dein Romani, has Regiones incoluerunt. Profectò idioma, gubernationis ratio, molities, quam in Vandalis deſcribit Procopius, Sclavos eſſe gentem a Vandalis, Germanisque diſtinctam, ſatis teſtatur. Probabilius quoque eſt, Sclavos Pannoniæ Saviæ, ſive modernæ Sclavoniæ, e Polonia, in oras has non veniſſe, quod Cromerus etiam monuit: *Ne Blondo quidem*, inquiens, *& Crantio aſſentimur in eo, quod e Polonia, & Bohemia, Slavos in Dalmatiam, & Illyricum veniſſe volunt. Poteſt enim probari e Procopio, & Sabellico, Thraciam, & Macedoniam velut viciniores, ab iis prius, quam Illyricum, & Iſtriam vexatas eſſe; e Polonia vero, & Bohemia proficientibus, hæ Regiones prius ſeſe offerunt, quam illæ.*

V. Cæſo Phoca, Heraclius circa 610. annum, Imperator factus; tametſi quævis ad habendam cum Chagano pacem, oblitus prope Imperatoriæ dignitatis, dum ei obviam eſt progreſſus, tentâſſet (vide Cedrenum, Nicephorum, Chronicon Paſchal &c.) nihilominus creſcebat Chaganus perfidia, inſolentiaque, ut Nicephoro teſte, *Cubratus* Hunnogundorum Dominus, contra eundem rebellaverit, & legatione ad Heraclium miſſa, receptis ab Imperatore muneribus, & *Patriciatus honore*, pacem cum Heraclio fecerit, ad finem vitæ ſuæ conſervatam. *Cubratus* Bulgaris, & Hunnoguris; gente, ſermoneque differentibus præfuit, quemadmodum *Chaganus*, Abarum, Sclavinorumque æquè intra ſe diſtinctorum, Dominus fuit. Cubrati hujus filii poſtea, ſive ſub *Conſtantino Pogonato*, contra Patris ultimam voluntatem, qui

no

Digitized by Google

ne ſeorſim a ſe invicem habitarent, præceperant, diſperſi ſunt, ut Nicephor. Theoph. & Paul. Diacon. notarent. Horum unus, fœdere cum habitatoribus inito, in Pannonia domicilium collocavit. Sed ubi? quove loco? in Pannonia ſedes Bulgarus iſte obtinuerit? conſtituere durum eſt. Ex iis, quæ Nicephorus ac Theophanes ſcribunt, collocati videntur fuiſſe, cis Danubium, adeoque in partibus ſors Sirmienſibus, & Bachienſibus, cum Bulgari eorum locorum Domini extiterint, prætenſiones fecerint; & Chubrati filiorum unus, Baſianus a Nicephoro, a Theophane autem *Bathajas* nuncupetur, à quo facile remanſit inditum nomen, Bathya, ſive Bachka, & Baſiana, uti ſupra ex Hierocle retulimus. Sed iſta haud ultra opinationem. Bulgari hi, qui in Pannonia ſedes acceperant circa annum 679. Nicephoro ſcribente: *Cum Danubium tranſiiſſent, & ad Barnam* (ſucceſſivè Varnam) *quæ prope Odoyſſum, & eminentiora illa mediterranea eſt, perveniſſent, cum eum locum undique & a fluvio, & a Regionis aſperitate munitum animadverterent, ibidem caſtrametati ſunt. Sed & Sclavinorum gentem, quæ illic in propinquo degebat, in poteſtatem redigunt, ac partem ſuorum in eo limite, qui Abares reſpiciebat collocant, alios Romanorum finibus objiciunt. Quibus aucti, atque confirmati, Thraciæ oppida locaque omnia populantur. Quare Imperator penſitatione promiſſa, pacem cum iis facere coactus eſt.* Theophanes æquè, ſcribit de iisdem.

Conſtantinus Porphyrogenitus, de his nil habet, ſive unde Bulgari, & qualiter Mœſiam inferiorem occupaverint? ad pacem tamen, & quietem, cum iis ſervandam, ſuadet cap. 5. amicitiam cum *Patzinacitis* colendam. Verum cap. 31. recenſet, *Crobatas* e Dalmatia Abares expuliſſe, Dalmatiæque Dominos ſeſe effeciſſe, atque hoc Heracly Imperatoris juſſu; ut Porphyrog: *Tempore ejusdem Romanorum Imperatoris Heracly, deſolata eorum Regio jacuit* (nempe Dalmatia) *quapropter juſſu hujus Imperatoris, iidem Crobati armis acreptis, Abares ex illis locis expulerunt, & in ipſorum terra, quam etiam hodie tenent ſedes collocârunt.* Ac licet hæc ad *Juſtinianum Rhinotmetum*, quem Heraclium II. appellatum prætendit, refferenda vellit Lucius, Banduriusque; eis tamen ſubſcribere nequeo; tum quod Conſtantino Porphyrog. ignotam ſuorum prædeceſſorum fuiſſe hiſtoriam, conſequenter ſeriem, ac nomina, credere nequeam, qui Heraclium II. nominaſſet, ſi Juſtinianus II. Heraclius fuiſſet; cum &, quod aperte diſtingat tempora, dum ſcriberet: *At à Crobatis, qui Dalmatiam venerunt, pars quædam ſeceſſit* (non ſtatim, atque illico, quia Chrobati baptizati extra limites propriæ terræ non libenter aliis bellum inferunt, ut idem Porphyrog.) *& Illyricum, atque Pannoniam occupavit*, qua de re inferius ubi de Croatis, ſcripturi.

De *Serviis*, ſive *Serblis*, ſequentia Porphyrog. cap. 32. *Sciendum eſt Servios oriundos eſſe a Serviis non baptizatis, qui etiam albi cognominantur, & ulteriora Turciæ incolunt, in loco ab illis Boici nuncupato, cui finitima Francia eſt, uti & magna Chrobatia baptiſmi expers, quæ etiam alba cognominatur. Illic igitur initio Servy hi habitabant. Principatu autem Serviæ, a patre ad duos fratres devoluto, alter ſumpta populi parte dimidia ad Romanorum Imperatorem Heraclium confugit, qui & excepto, locum ad inhabitandum dedit in Theſſalonicæ Themate, qui ex eo tempore Servia nuncupatur - - - Servy autem inde ſic cognominati ſunt, quod Romanorum Imperatori ſervirent. Aliquanto vero poſt, viſum eſt Servys in terram ſuam redire, & dimiſit quoque illos Imperator; ſed cum trajeciſſent Danubium flumen, poenitentia ducti per Prætorem, qui tunc temporis Belgradum adminiſtrabat, ab Heraclio Imperatore petierunt, aliam ſibi terram ad inhabitandum, aſſignare vellet. Cumque ea, quæ nunc Servia dicitur, & Pagania, quæque Zachlumorum terra vocatur, item Teburnia, & Canalitarum Regio, quæ Imperatoris Romanorum ditionis erant, propter Abarum excurſiones, deſertæ eſſent, expulſis inde Romanis, qui nunc Dalmatiam, atque Dyrrachium incolunt, Regiones illas Servys habitandas Imperator dedit, cui etiam ſubjecti erant, a quo etiam baptizati fuère per Presbyteros Româ accerſitos, & pietatis opera edocti, antiqua fide accepta.* Ex Præmiſſorum combinatione, videntur ad *Heraclium, Chrobatæ* primo advèniſſe, Dalmatiamque conditione ea obtinuiſſe, ſi Abares inde expulerint. *Servios* paulo poſt, ad eundem confugiſſe Heraclium, & loca recepiſſe ad Theſſalonicam ſub conditione præſtandorum Imperatoribus ſervitiorum, credibilius colonicalium, cum in terram ſuam reverti maluerint; ac deſertas ob Abarum excurſiones terras, potius aſſumere poſtea, ſub Imperatorum clientella.

Conſequitur ex anterioribus. imò: Abares cum Sclavis a Mauricii Imperatoris anno circiter 17. fuiſſe conjunctos, atque Socios, ut pro una gente perſæpe uſurpentur. *Sclavos* Pannoniam hanc Saviam, ab Abaribus accepiſſe, territoriumque ſuum, prope per Pannonias integras propagâſſe. Abares cum Sclavis, & viciſſim; permixtos fuiſſe, Abarorum nihilo-

Digitized by Google

minus magis propria ſedes quod fuerit, Danubio contermina „ cum Tranſilvania, deinde partes ſupra in Serviis memoratæ, ex quibus, illi in Dalmatiam quoque irruiſſent. Tum ſub Heraclio Abarum potentiam decreviſſe, dum ex Dalmatia per Croatas, ac probabilius etiam, ex Zachlumia, Teburnia, & Canalitarum Regione expulſi excluſique ſunt, ut ii, qui remanſerant, Croatis parere debuerint. Hinc adò: poſt Abares, Sclavos, *Croatas* Dalmatiam armis ſub Heraclio aquiſiviſſe. Quod autem Croatæ illi, ad Regiones has Adriatici maris, tum illico non venerint, & partes hæ, olim Liburnia, Japidiaque, pro Dalmatia (ejus temporis ſive ingreſſus Croatarum) Croatica haberi nequeant, non ſolum ex ſequentibus apparebit paragraphis, ſed ex terminis; nam ab oriente *Drino* flumine, ab occidente Iſtria, vel potius fluvio Arſia, a ſeptemtrione Albio, Bebio, Ardio montibus, a meridie mari Adriatico terminabatur Dalmatia. Præterea cap. 30. narrat Porphyrog. & qua ratione Salona ab Abaribus fuit occupata, & quod demptis, Oppidulis mari adjacentibus (nempe Raguſio, Aſpalato, Tragurio, Diodora, Arba, Vegla opſara) Dalmatia univerſa ſub Abarum manſerit poteſtate, adeoque ad Croatarum, qui Abares expullerunt, venit dominatum. Qualiter autem poſt Heraclium, cum his Regionibus actum ſit? infra dicemus. 3tiò: *Serviorum* ſive Serblorum, his in oris initia, æque ab Heraclio petenda, in memoratis ſuperius locis; quæ Servia, ſubinde, in *Ramam*, *Raſciam*, *Boſniam*, *Serviam ipſam*, diverſis attamen temporibus diviſa eſt. 4tò. Bulgaros poſteriores Croatis & Serviis eſſe incolas, ex ſuperioribus conſequitur. 5tò: Epocha hac, Abarorum his in Regionibus continuo decreſcere memorias, ſed Turcorum, atque Avarorum ſupereſſe. Facile pro Abarorum, *Avarorum* Scriptores exaraviſſe, admiſero. 6tò: Romanorum Imperii, hoc eſt orientalis ſive Conſtantinopolitani, diminutam fuiſſe per has Regiones potentiam, non ſolum nova nomina, urbium, oppidorum, locorum, Regionum, ut Croatiæ, Serviæ, Bulgariæ nomina, ſed & enata ſubinde Regna, evincunt. 7mò: Sclavorum autem nomen amplificatum evaſiſſe, ut Croatæ, Servii, Bulgari, hoc nomine perſæpe compræhendantur, accipianturque promiſcue, ut antea Abares cum Sclavis. Illi vero, qui verſus Franciam, ac ad eam incolebant, *Slavorum* nomine plerumque ſcribuntur. Ut hæc appellatio *Slavus. Sclavus*, admodum ampla, ab Juſtiniani I. temporibus evaſiſſe videatur, facile a *Slava*, ſive *gloria* petita, quod videlicet *glorioſi* condam Romani, per has nationes *glorioſius* non ſolum attriti; verum devicti ſint; dum cedere illos oportuit, Daciam, Pannonias, Myſiam, Mœſiam, Dalmatiam Iſtriam, Noricum, cæterasque olim Romani Imperii celebres Provincias.

Si cauſam ruinæ, tanti Imperii indago? poſt imperſcrutabilem illam Divinæ ordinationis; rei cuivis, ſuos terminos præfigentis; demonſtrando; nullos eſſe mortalium conatus, nulla media ad perennitatem, atque quæque caduca & fluxa; adimpletum invenio, Ezechielis 38. de Gog vaticinium: *Nonne venies e loco tuo a partibus Aquilonis, tu, & Populi multi, tecum, inſidentes equis omnes &c.* profecto *populi multi*, antea feri & barbari venerunt, & Chriſtum colunt, Deoque famulantur. Si vero Romanorum conſideretur Politia, in hac defectus, haud in gubernatione leves, conſideratione relatorum priore Periodo, comperire eſt. I. Nativos incolas transferre aſſolebant, quibus attamen innatus eſt amor Patriæ, & ob ſoli fertilitatem, divitiarum congregandarum amore, Romanos Cives illocabant, ut tot Coloniæ, municipia teſtarentur, imo marmora etiam. Hinc factum, ut gentibus irrumpentibus, ad originis ſuæ ſolum, veloces volaverint; incolis nativis aut pauciore numero ſuperſtitibus, aut Romanorum dominatione pertæſis, & adverſus Magiſtratus murmurantibus, adnotante quoque lib. 25. Marcellino: *In Provincia Affricani Pannoniæ ſecundæ Correctoris apud Sirmium, poculis amplioribus madefacti quidam, arbitrum adeſſe nullum exiſtimantes, licenter Imperium præſens, ut moleſtiſſimum incuſabant.* II. Luxus nimius, & ambitio univerſi orbis ſubjugandi. III. Neglectus ille a Conſtantino Magno pœnæ, *Lemigantibus*; qui ſeditione facta, Dominos ſuos expellentes, loca eorumdem occuparunt, Conſtantino diſſimulante. Quo exemplo impune relicto, & ſubditi ad negandam Magiſtratui, ac Imperio obedientiam moti ſunt, & loca alia quærentes Domini, ad ſeſe vindicandum de Romanis, evocatione barbararum gentium compulſi. IV. Frequentes novitates, mutationesque formæ Regiminis, quod patet ex diviſis, ſubdiviſisque toties Provinciis. V. Erectiones tot Præſidiorum ſub Valentiniano, quæ ſine oppreſſione plebis eſſe nequeunt. VI. Militibus per miſſa tanta licentia, ut Imperatores impune occiderent, crearent, ſubſtituerent. VI. Ad officia & dignitates, aut adulatorum; aut has ementium, elevatio; ac defectuum ab iis commiſſorum, neglectum examen & correctio. VIII. Extraneornm, ut erant *Stilico* Vandalus, & Rufinus, ad ſumma & Imperio proxima (utpote Tutores Arcadii & Honorii) promotio; qua occaſione, vires Imperii, ærarium, cæteraque arcaniora viderunt. Denique non ſolum pactorum cum vicinis, promiſſionumque, verum etiam Religionis neglectus, & permiſſio hæreti

reti

Digitized by Google

reticarum concluſionum, uti fuit Ariana hæreſis, & complures aliæ, ab Imperatoribus, atque Magiſtratibus, ſi non tutatæ, certè diſſimulatæ. Pluraque cætera.

VI. Cum hæc ſit Periodus, qua, Pannoniæ veteris, in *Sclavoniæ, Croatiæ*, ac ſucceſſivè *Hungariæ*, Regna; alioſque Ducatus vel Provincias, nomen plane abiit, videndum eſt, num juris forent legitimi? ac num ſic libera hæc Regna ſint, ut nec jure clientelari, obnoxia Romano Imperio remanſerint? Mihi ex inſtituto de his non ſcribenti, reflectere ſufficiat: rem quamvis ab ſui origine menſurandam eſſe. Conſtat porrò, priusquam Romani has in Regiones irruiſſent, ſuos ubivis Magiſtratus & Rempublicam fuiſſe, a Romanis illorumque Republica plene independentes: liquet ex Livio (lib. 39. cap. 40.) *M. Claudium*, bellum Iſtricum Senatui propoſuiſſe, facultatemque hujus obtinuiſſe. *Carnorum*, *Iſtrorum*, *& Japudum* Legati veniſſe ad Senatum ſcribuntur, (vide Liv. lib. 43. cap. 6. Florum de geſt. Roman. lib. 4. cap. 12.) accuſando *Caſſium Conſulem*, quod fingens ſe in Macedoniam progredi, ex medio reverſus itinere, fines eorum depopulatus ſit. Proinde ſi res ab origine conſideretur, Regiones hæ, eo modo effectæ fuerunt ſubditæ Romano Imperio, quô ſunt eliberatæ. Si Præſcriptionis objicias titulum; præterquam quod ſacræ etiam Regni Hungariæ, Coronæ, negari nequeat, huic, a Republica Romana renunciatum tum fuiſſe cenſeri debet, dum in diviſione Provinciarum (vide ſupra fol. 8. ſub X.) partes hæ, Auguſtis ceſſæ ſunt; habito per eos, dominio proprietatis, donari poterant. A Gallieno, ceſſam fuiſſe Pannoniæ partem fol. 16. dedeductum eſt, ſuadetque *Proculi* hiſtoria & Noreæ Duces. Monarchicè *Diocletianus* egit cum Republica. *Conſtantinus* teſtamento diſpoſuit quævis. *Juſtinianus* Vindelicam & Noricum (fide, *Joan. Georg. ab Eckart de reb. Franc. orient.* apud Cl. Farlati Illyr. Sacr. Tom. 1.) ea ſub conditione ceſſit: *ne ultra Rhætiam Noricumque, ditionem protenderent.* Proinde *Tiberius II.* cedere jus Pannoniarum poterat Bajano, Abarorum Chagano; atque is, Pannoniam Saviam, Sclavis: confirmare Mauritius, atque Heraclius. Chrobatorum, Dalmatiæ aquiſitio, eſt pacti illius, *ſi inde Abares Sclavosque expulerint*, tantique orientis Imperio Servity, quod Abares attriti manſerint, eæque obtigerint Imperio terræ, quas Serviis, uti ſupra retulimus, & dein Bulgaris conferre poterant. Chrobatarum legitimum jus, agnovit Romanus Pontifex, dum, ut cap. 31. Porphyrog. *Chrobati poſt acceptum Baptiſmum pepigerunt, & Chirographis propriis datos Sancto Petro Apoſtolo juraverunt, nunquam ſe alienam terram armis invaſuros, ſed pacem habituros cum omnibus volentibus; & imprecationem viciſſim a Romano Pontifice acceperunt, ut ſi quando aliæ gentes ipſorum Chrobatorum terram invaderent, belloque infeſtarent, pro iis pugnaret vindexque eſſet eorum DEus, victoriam conciliante Petro Chriſti diſcipulo.* Provida ſervandæ Italiæ cura, confirmans jus Legitimum Croatarum. *Servy* Heracly tempore, ſubjecti erant Imperatori, ſucceſſivè ſui juris facti, Reges Serviæ proprios habuerunt. Sane ſi tot Regna, plena libertate gaudent, quæ olim, ſive Reipublicæ Romanæ, ſive Imperatorum fuiſſe conſtat, eccur hoc negandum Pannoniæ, conſequenter Hungariæ cæterisque ejusdem Regnis. Moderni Imperii, a veteri illo, diſtincta eſt ratio, conſtitutio, epocha. Quin veteri illo Romanorum Imperio, unita ſolum fuit Pannonia, *& ſtipendariis adjecta* ut pag. 3. Licèt verò ad pendenda tributa, ſucceſſivè coacta fuerit, vel acceſſerit; tam parum ideo ſubjecta evaſit, mancipiumque Imperii, quam Imperium ipſum, dum Attilæ, Abarum Chaganis, Bulgaris, cæterisque; annuas penſiones, & tributa ex pactis exolvere debuit. Si jus belli objicias; eodem jure libertatem renaſci clarum eſt. Amiſerunt Pannoniam Imperatores, a gentibus aliis, eam occupari paſſi ſunt, quæ ipſis, nec origine, vel antenatorum ſuorum nativa ſubjectione, nec ex pactis ſubditæ erant, at cum Romanis geſſerunt bella, & *virtute propria* libera effecerunt tot Regna. An vero ſive Sclavi? Croatæ? Dalmatæ? Ungari? &c. poſtea ſeſe ſubjecerint, ſua ſponte Romano Imperio? aut Imperatoribus? infra videbimus. Nunc duntaxat de initiis horum, ſumus commentati, ad diluendum ſophiſma illud: *olim Pannonia vetus, fuit obnoxia Romano Imperio, igitur, nunc quoque ejus eſt ſubdita & pars.*

§. 2dus

Memoriæ Civiles, & Bellicæ Sclavorum Pannoniæ.

I. Sclavi habita Pannonia Savia, in ſocietate Abarorum, Longobardorumque amici, circa annnm 599. Iſtriam vaſtant, ut teſtis eſſet Paul. Diacon. lib. 4. cap. 25. *Inter hæc ingiens Longobardi, cum Avaribus & Sclavis Iſtriorum fines ingreſſi, univerſa ignibus, & rapinis vaſtaverunt*, firmante hoc ipſum, epiſtola S. Gregorii ſuperius relata. In *Iſtriæ* nihilominus poſſeſſorio non remanſerant, ſed ſive ceſſione Longobardorum, ſive armis, per

Digitized by Google

hodiernam *Carnioliam*, atque *Carinthiam*, tunc *Carantanum* vocatas, ſeſe diffuderunt, cum Abaribus mixtim, & Provincias has, Sclavoniæ, ut partes effecerunt. *Zelliam*, ſive *Cilleam* probabilius, idem Diaconus Sclavorum Regionem exprimit, & de *Warnefrido* poſt *Lupi* cædem: *ſed metuens Grimoaldi Regis vires, fugit ad Sclavorum gentem in Carnuntum, quod corrupte vocitant Carantanum.* Verum rupto cum Longobardis fœdere, circa annum 610. Sub Heraclio Imperatore, Ducatum *Forojuly* aggrediuntur cum Abaribus, & *Giſulfum* Forojulianum Ducem, undique circumſeptum, occidunt, per Forojulianorum fines diſcurrentes, omnia incendiis & rapinis vaſtantes, obtentoque illorum caſtro, quævis diripiunt, ut Paul. Diacon. lib. 4. cap. 38. Qui etiam lib. 5. cap. 18. & ſeq. recenſet: quod ſub Grimoaldo, *Lupus* Ducem Forojuly, ſe efficiens ab Abaribus die quarto cæſus ſit, ubi dum ait: *Veniente Cacano cum magno exercitu, in loco, qui Fluvius dicitur* (hoc eſt modernum *Flumen*) *ſicut nobis retulerunt ſeniores viri, qui in ipſo bello fuerunt, per tres dies, Lupus Dux, cum Forojulianis, adverſus Cacani exercitum conflixit.* Unde concluditur: tum Flumen ad Forojulianos pertinuiſſe, cis autem fluvium *Recſina*, qui nunc etiam limes eſſet Croatiæ iſthic, Abares cum Sclavis loca illa tenuiſſe. *De Dalmatia* ſupra retulimus, priusquam per Crobatos occuparetur: Prouti etiam, quæ cum Bois bella geſſerunt. Sane Dalmatiam occupâſſe, Salonam evertiſſe Sclavi, atque Abares a Porphyrog. ac aliis deſcribuntur, ut dubitari de veritate nequeat; quamvis de modo & circumſtantiis, plura venirent dubia. Hæc autem circa annum 639. eveniſſe ſcribantur, ac ante Crobatorum in Dalmatiam adventum, ejectosque Sclavos & Abares; dum hi per Chrobatos inde ſub Heraclio ejecti deſcribuntur, iſthicve ſuum incoaviſſe, his in Regionibus dominatum. Porro Dalmatiæ everſionem, ac occupationem cap. 29. & 30. recenſet Porphyrog. quæ ob commixtionem Abarorum, Sclavorumque, ac horum conjunctionem cap. 29. Sclavis adſcribitur, capite autem 30. Abaribus, ut hæc explicare oporteat. Narrat itaque cap. 29. quod ex Dalmatia ad limitem cuſtodiendum Danuby, per Romanos, mittebantur milites. Hoc ſub Phoca, & Heraclio fuerit, quia ſub Mauricio bella ad Singidonem, atque Sirmium continua prope, fuiſſe conſtat, Abares inter & Romanos. Sub Phoca vero ac Heraclio prioribus annis, in Thracia inſolentiores extitiſſe Abares conſtat, hinc eo profecti, partes has atque limitem, ut fieri ſolet bellorum temporibus, quod in eas oras, ubi bellum geritur, potior pars reſiduorum evocetur, reliquanturque tot, quot creduntur neceſſarii, in oris illis, ubi belli non eſt vis, inermes reliquerunt, minusque populo proviſas. Dalmatæ ergo, curioſitate ducti, trajiciunt Danubium *diſcendi gratia, quinam trans Danubium habitent* (ſunt verba Porphyr. ubi pro *quinam*, vel legendum puto *qualiter*? vel quinam ſumi in eadem ſignificatione, ut ſæpe accidit, uti dum ſiſcitor, *quinam vales*? ſtas? &c. Sciebant namque Dalmatæ, Danubium limitem eſſe Romanos inter & Abares) inveneruntque Sclavinos gentem inermem, & acceptis prædis receſſerunt. Sane cum Danubius a Belgrado, ad oras illas defluat, & Dalmatæ Danubium trajeciſſe deſcribantur, vigiliæ illæ Dalmaticæ, infra hodiernum Belgradum fuerint, & cis Danubium Sclavi Abaribus permixti habitare debuerunt, intra Dravum, Savumque, ac trans hunc etiam fluvium, ad Vunnam uſque, occidentalesque has oras maris Adriatici, ad *Flumen* uſque. Vindicare Sclavi ſeſe cupientes de Dalmatis Romanis, dum hi permutant vigilias, a Sclavis cæduntur, magnoque ſtratagemate, aſſumptis per Sclavos Dalmatorum cæſorum veſtibus, armis, vexillis, cæterisque ſignis bellicis, in Dalmatiam irruunt, Salonam occupant: ibique ſedibus poſitis paulatim ex eo tempore incipientes prædari, Romanos in campis & in locis editioribus habitantes deleverunt, eorumque loca invaſerunt, Raguſio, Aſpelato, Tragurio, Diodora, Arba, Veglia & Opſara, ſub Romanorum poteſtate relictis. Hæc Porphyr. cap. 29. de occupata a Sclavis Dalmatia.

Capite autem 30. ſequentia „ Congregabantur itaque quot annis ex reliquis Dalmatiæ „ urbibus equites, & mittebantur, Salona uſque ad mille, ad flumen Danubium, ut ibi ex- „ cubias contra Abares agerent. Ad illam enim Danubii partem Abares tunc commoraban- „ tur, ubi hodie Turcæ degunt (*hoc eſt tempore Conſtantini Porphyrog. adeoque circa* „ *949. Turcas accipit pro Hungaris*) Nomadum inſtar viventes. Venientes autem quot- „ annis Dalmatæ, cum ſæpe illic jumenta hominesque viderent, trajicere illis aliquando viſum „ fuit, & inveſtigare quinam ibi degerent. Cum itaque trajeciſſent, Abarum fœminas & pue- „ ros ſolos invenerunt, viris & juvenibus ad expeditionem bellicam profectis; unde ſubito „ ingruentes, omnes ceperunt, nulloque accepto damno reverſi ſunt, præda hac Salonam ab- „ ducta. Abares autem ex bellica expeditione reverſi (*en firmari ea, quæ ante diximus*, „ *fuiſſe eos in bello Thracico, quod inter Abares & Heraclium erat*) re cognita con- „ ſternati quidem erant; at unde vulnus hoc ipſis illatum eſſet, ignorabant; quam ob rem „ obſervandum ſibi tempus ſtatuunt, & ab eo omnia diſcenda. Poſtquam igitur pro more

„ rur-

Digitized by Google

„ rurſum miſſi ſunt Salona Præſidiarii, & alii eſſent a primis, idem conſilium & ipſi cepe-
„ runt, trajeceruntque contra Abares. Incidentes vero in illos non ſparſos, ut antea, ſed
„ collectos, non ſolum nihil effecerunt, ſed omnium graviſſima paſſi ſunt; quippe partim
„ cæſi, partim capti fuère; neque quisquam fuit, qui è manibus illorum evaderet. Percon-
„ tati vero quinam & unde eſſent, intellectoque ab ipſis ſe mala ſupra commemorata perpeſ-
„ ſos eſſe, inſuper de loci qualitate inquirentes, quaſi ex auditu amore accenſi, in vinculis
„ eos tenuerunt, veſtibus eorum ſumptis, equisque conſcenſis, flammula & reliqua ſigna,
„ quæ ſecum attulerant, tollentes, more exercitus Salonam petierunt. Cognito igitur tem-
„ pore quo a Danubio redire ſoliti erant præſidiarii, quod erat magnum Sabbatum, etiam eo-
„ dem die venerunt. Multitudo autem omnis, cum urbi appropinquaret, ſeſe occultavit;
„ mille vero & veſtes Dalmatarum ſumpſerant, ut fallerent ulterius perexerunt. Oppidani
„ cognitis ſignis ſuis & veſtitu, præterea die, quo redire ipſis ſolenne: portis apertis gratula-
„ bundi eos exceperunt. Illi vero ſtatim ac intrâſſent portas occupant, & ſigno reliquis,
„ qui in inſidiis erant dato accurrere, ac ingredi jubent. Interfecerunt itaque omnes Cives,
„ & ex eo tempore Dalmatiam univerſam occupârunt, ſedemque illic ſuam collocarunt, ex-
„ ceptis oppidulis mari adjacentibus, quæ ſeſe ipſis non tradiderunt, ſed in Romanorum po-
„ teſtate permanebant, eo quod ex mari victitarent. Videntes itaque Abares pulcherrimam
„ eſſe hanc terram, ſedes ibi poſuerunt. Chrobati verò. &c.

Jam quia priore capite, hæc de Sclavis narraviſſet Porphyrog. & locum ubi congregabantur Romani, *Cliſſam*, quatuor millia paſſuum a Salona diſtantem fuiſſe narraret. Hoc autem capite teſtaretur mille tantum Viros veſtes Dalmatarum aſſumpſiſſe, cæteram multitudinem ſe occultaviſſe, ait enim *multitudo autem omnis, cum urbi appropinquaret ſeſe occultavit*, ac infra: *Signo reliquis, qui in inſidiis erant dato accurrere, & ingredi jubent*, dubitari non poſſe videtur, quin hæc multitudo, quæ ſe occultaverat; quæve juſſa erat, ex inſidiis accurrere & ingredi, Sclavorum Pannoniam Saviam incolentium, non fuerit? quæ facillimo negotio, ex *Sztenichniak* moderno, atque *Petrova-Gora*, antiquo olim Auderio Pannonico, ad Cliſſam & Salonam venit. Eſt equidem incredibile, a Belgrado ac infra, ſive Danubii littore, ad Salonas plane, multitudinem Abarorum iviſſe. Itaque ob Sclavorum viciniam, Hi quoque cum Abaribus progreſſi ſunt, ut hinc Abaribus Sclavisque: Salonæ everſio, Dalmatiæ occupatio tribuatur. Annum his actis conſignare, perquam arduum reperio. Scio a Viris Clariſſimis, & quibus nulla ratione ſum comparandus, annum 639. affigi. Verùm quia Porphyrog. ſcriberet: vaſtitatem Salonæ accidiſſe, poſtquam Abares reverſi fuiſſent ex bellica expeditione, ideo ad conciliandos Scriptores, eruendamque veritatem videndum eſt: quæ bella Heraclio fuère cum Abaribus. Porro Cedreno teſte, anno Heraclii nono, ſeu Chriſti 619. *Abares in Thraciam arma moverunt. Heraclius autem miſſis Legatis, pacem firmari expoſcebat. Quumque Caganus eam ſe compoſiturum pollicitus fuiſſet, Imperator cum Satellitio propriam dignitatem de conte ad longum uſque murum longe ab urbe progreſſus, ampla magnorum munerum copia Chaganum excepit, fidem ab eo accepturus, pacem inter ſe mutuo inviolatam firmatum iri. At Abarus ille, ſpreto jurejurando atque foedere, ex improviſo Heracleam infeſtis armis adortus eſt. Imperator vero tam inſperatæ rei molimine perterritus, fuga arepta in urbem revertit. Barbarus univerſo Imperatoris apparatu, Satellitioque capto, cum omnibus aliis, quæ compræhendere potuit, retro ceſſit, multaque Thraciæ oppida ſpe pacis deluſa, ac nil tale ſuſpicantia deprædatus eſt.* Hoc factum in Chronico Paſchali refertur ad annum Heracly nonum, Indictione VII. Anno ſequente, Theophane teſte intra eos coaluit. Sed iterum anno Heracly XVI. Chriſti 626. Abares Conſtantinopolim obſident, de qua obſidione in Chronico Paſchalis diffuſius, Nicephorus quoque: *Abari diſſoluta jam pace, etenim Heraclius prius quam in Perſas exercitum duceret, muneribus ad eos miſſis illam firmaverat, atque inſuper ducenta his numorum millia promiſerat, obſidesque dederat Joannem . . . Sed barbari expeditione facta, caſtra ad Conſtantinopolim admovent, ibique ſuburbana omnia incendio vaſtant. Ita diviſo inter ſe velut Thracio Boſphoro, Perſæ Aſiaticum limitem, Abares Thraciam infeſtabant. Iidem ad muros expugnandos machinas fabricaverant, turres ſcilicet ligneas & teſtudines: quas cum mænibus admoviſſent, repente divina virtute diſſolutæ ſunt, obtritis qui in illis erant Abarum propugnatoribus. Erant in eorumdem exercitu Sclavinorum auxiliares copiæ bene multæ, quas illi ſecum adduxerant.* Proſequitur narrando, & quæ mandata habuère Sclavi, horumque cladem, ac quod inter cadavera Sclavinorum, mulieres quoque inventæ ſint. Tum actæ DEO gratiæ &c. Ad annum iterum 634. quia ſcriberet Patriarcha Nicephorus: *Eodem tempore Maria Heracly ſoror, pecuniis ad Abarorum Chaganum miſſis, Stephanum filium recepit.* Qui-

Digitized by Google

bus muneribus illectus Abarus, *Antonianum Magiſtrum incitat, ut ipſe ſimilibus donis, reliquos quos habebat obſides recuperaret*, *quod & factum eſt*, ut tam hinc, quam ex Porphyrog. qui Abares ex bellica expeditione reverſos, in Dalmatas irruiſſe narrat, Salonam accepiſſe, tenuiſſeque; concludere oporteat; bellum, poſt annum 630. Heraclio cum Abaribus fuiſſe, fors occaſione illa, quando Saraceni Antiochenos vaſtabant agros, Theodoro Duce iis reſiſtente. Mox ſubjungit narrando. Cubratum legatione ad Heraclium miſſa, pacem cum eodem feciſſe. Qui Cubratus, ſive Chrobatus, ſucceſſivè ab Heraclio, aut tum ſtatim terras petierit. Heraclius autem, intelligens Dalmatiam non ſolum vaſtatam eſſe a Sclavis & Abaribus, ſed plane occupatam, neſcirem quo conſilio, ſub conditionibus ſuperius relatis, Dalmatiam Croatis dedit. Itaque poſt annum 630. Sclavi & Abares Dalmatiam & Salonas occupârunt, tenueruntque, dein Chrobatis advenientibus, atque pugnantibus, parteſque Serviæ modernæ, ſive loca illa, quæ Serviis, ſucceſſivè depulſis inde Abaribus, Heraclius dedit, deſolantibus; circa 639. occaſione pugnæ & certaminis intra Sclavos, Abares, & Croatas pro Dalmatia, videtur excidium Salonæ acceſiſſe, Croatarumque in Dalmatia dominatus incoare.

II. Profectò Abarum dominatus, vel mavis dicere depopulatio, ut diffuſus erat antea, confirmantibus Francicarum rerum Scriptoribus; ita ab Anno Chriſti circiter 623. decreſcebat. Quo anno Sclavi Winidi, SAMONEM natione Francum, Regem ſibi adverſus Abares conſtituerunt. Cauſam rei, enarrat Almoinus apud Illus. eruditiſſimumque D. Joſeph. Aſſemani Tom. II. pag. 5. verbis ſequentibus: „ Sclavi jam dudum Hunis, qui & Avares dicun„ tur, ſubjecti; dominationis eorum jugum detrectare tentabant. Siquidem cum primum ve„ ctigalia eis, uti Dominis dependerent; præliantium caſtra tutarentur; fugientibus auxilia „ ad reſiſtendum ſubminiſtrarent, tantas ab ipſis ſibi illatas tollerabant contumelias, ut non „ homines hominibus, ſed feras crederes quibuslibet vilibus imperitare jumentis. Nam inter „ cætera, quæ crudeliter (dictu quoque horrendum) in eos exercebant, unum illud nefandum, „ cunctiſque antea Sæculis inauditum erat ſcelus, quod quaſi hiematuri, eorum adeuntes „ domicilia, uxores ipſorum ſuis aſſumebant ſocias ſtratis. Verum illi, qui de conjugibus „ Sclavorum, & Hunnis erant geniti, hoc malum quod vitrici eorum diu fuerant perpeſſi, „ nolentes perpeti, immane contra Dominos, & Patres ſuos excitavêre bellum. Ad quod „ Samo cum ſociis, adjumento Winidis futurus, forte profectus eſt. Factaque congreſſione, „ Winidi Hunnos ſuperant. In hoc certamine Samo cum ſuis præclarum militiæ documen„ tum dedit. Prærupto namque ſeſe periculo dans, plurimos hoſtium deſtruxit. Hoc ſuc„ ceſſu Samo a Sclavis ad regnandum expetitus, eo quod egregia ejus delectarentur fortitu„ dine, de negotiatore Rex conſtitutus, per 36. annos ſtrenue Regnum gubernavit, adverſum „ innumeros bellorum tumultus, quæ cum Avaris geſſit: in quibus ſemper prudenti aſtutia „ uſus, victor extitit „. Fredegarius quoque, cæterique complures ejus meminerunt, geſtorumque abs ſe bellorum. Parte itaque ex illa, ſive orientali, & ſeptentrionali Francorum Regno advicina, Abarorum dominatus reſtringebatur, cum Samo Winidorum Slavorum Rex, in bellis, quæ cum Avaris geſſit, victor ſemper extiterit.

Scimus viros alias doctiſſimos, opinari ac ſcribere: Samonem hunc Caranthanorum Sclavorum fuiſſe Regem, conſequenter Pannoniæ veteris Sclavorum, atque hunc, his ex Regionibus, & ſuum extendiſſe Regnum; & Sclavos ab Abarum jugo eliberaviſſe. Verum combinatione Scriptorum, factorum item; tam horum, quam & Winidorum Sclavorum illorum, qui Francis advicinabantur, & cum his frequentia geſſerunt bella, opinionem hanc corruere oportet. Enimvero præterquam quod Samonis hujus, nec Porphyrogenitus, nec Byzantinorum Scriptorum (quorum hiſtoriæ ad hos Pannoniæ Sclavos plerumque pertinent) quiſpiam, faciat mentionem, ſi me non fugit, feſelitque horum lectio & combinatio, editionis Venetæ; conciliari Regnum Samonis cum hiſtoria Sclavorum horum Pannonias incolentium nequit. Samo 623. anno, Regnum apud Sclavos conſecutus ſcribitur, ac fine eo, ut Sclavos ab Avarum jugo vindicet, liberetque. Qua itaque ratione, ſi harum partium Rex fuiſſet, adverſus Dalmatas, pro, atque cum Abaribus, pugnare poterat? Dalmatiam occupare, aut occupari facere poſt 630. pro Abaribus permittere? Samo 36. annis regnâſſe ſcribitur, adeoque ab anno 623. ad annum circiter 660. cur nulla ejus his in Regionibus memoria? admiſſa Dalmatiæ per Croatas occupatio, horumque Dominatus extenſio, per Veterum Japydiam, Liburniam, partemque ſuperioris Pannoniæ veteris? & quidem intra annos eos, quibus Samo regnavit. Quid eſt, quod Aimoinus & Fredegarius deſcribant bella Samonis cum Dagoberto; Saxones tributo fuiſſe liberatos, ut limitem Francorum defenderent. Vide hos Hiſtoricos apud Illm. Aſſemanum, ex quo Aimony textum ex parte, habe: *Anno itaque XI. Regni ſui* (nempe Dagoberti) *cum Winidi juſſu Samonis iterum fortiter ſævirent*, *& ſæpe tranſcen-*

cenſo proprio limite, Regnum Francorum vaſtandum, Thoringam & reliquos pagos ingrederentur; Dagobertus Rex Mettis urbem veniens, cum Conſilio Pontificum, ſeu Procerum, omnibusque Primatibus Regni conſentientibus, Sigebertum filium ſuum in Regno Auſtriæ ſublimavit, ſedemque Mettis civitatem habere, permiſit; Chunibertum vero Coloniæ Pontificem, & Adalgiſum Ducem Palatii ad Regnum gubernandum inſtituit. Hæc, nulla ratione Caranthanis oris, atque partibus applicari poſſunt, cùm tamen ſi Samonis Regnum intra Sclavos hos fuiſſet, Samoni opponere, vicinis ex terris Carinthiæ Sigebertum debuiſſet. Samonis itaque in Regem electio, ejusdemque Regnum in deſcripta ab *Helmoldo* lib. 1. cap. 2. Regione fuit; videlicet: *ubi Polonia finem facit, pervenitur ad ampliſſimam Slavorum Provinciam, eorum qui antiquitus Wandali, nunc autem Winithi, ſeu Winuli appellantur. Horum primi ſunt Pomerani, quorum ſedes protenduntur uſque ad Odoram. Eſt autem odora ditiſſimus amnis Slavicæ Regionis, & oritur in profundiſſimo ſaltu Marahorum, qui ſunt ab oriente Bohemiæ, ubi & Albia ſortitur principium, nec longis ad invicem diſtant ſpatiis, ſed diverſo currunt meatu. Albia enim in occaſum ruens primo impetu Bohemos alluit cum Sorabis, medio curſu Slavos dirimit a Saxonibus, noviſſimè Hamburgenſem dividens Parochiam à Bremenſi, victor Oceanum ingreditur Britannicum. Alter fluvius, id eſt Odora, vergens in Boream tranſit per medios Winulorum populos dividens Pomeranos a Wilzis.* Denique ſi illa-perpendantur, quæ immortalis memoriæ (mortuus Viennæ die 5. Septembris 1766.) Hansiczius exhibet diplomata, res certa eſt, Samonis Regnum, Carinthiam, Sclavosque Carantanos non fuiſſe. Diſtinguendi itaque ſunt, Sclavi, qui Pannoniam incoluere, a Slavis illis; adeoque Rex illorum Samo, collocari hîc nequit, quæ uberius firmabuntur ex iis, quæ infra dicentur. Parte nihilominus ex illa Slavorum, per Samonem coactabatur Abarum audacia, tyrannis, & dominatus.

Parte quoque ex alia, Dalmatiæ videlicet, quam Chrobatæ circa 639. aut 640. occupaverant, potiſſimum poſtquam & *Servy*, recenſitas ſupra ex Porphyrogen. Regiones ab Heraclio accepiſſent, ſic contriti, coarctatique apparent, ut memoriæ eorumdem, poſterioribus his annis, pedetentim deficiant, & exiguæ admodum ſuperſint. Eos prorſus abiiſſe, magraſſeque alio, ut olim Gothi, Longobardi, dicere non poſſumus, cum iſtud a nemine ſcriptum reminiſcamur. Itaque Sclavorum his in oris creſcente potentia & viribus, in eorumdem videntur nomen tranſiviſſe, & cum iisdem ut infra, diviſionem feciſſe Pannoniæ, atque hujus partem tenuiſſe. Abares illi, qui in Dalmatia, poſt ejus à Croatis aquiſitionem, iſthic remanſerant, Croatis ſubjecti quod fuerint, teſtatur Conſtantinus Porphyrog. cap. 29. *belloque* inquiens: *per annos aliquot inter eos geſto, vicerunt Chrobati; Abarumque alios quidem interfecerunt, alios vero parere ſibi coegerunt: atque ex illo tempore, a Chrobatis poſſeſſa hæc Regio fuit, ſuntque etiamnum in Chrobatia Abarum reliquiæ* (Chrobatiam vocat, occupatam per Chrobatas Dalmatiam) *& Abares eſſe cognoſcuntur.* Idem in aliis partibus, Pannoniæ veteris præcipue, eveniſſe deducitur.

An autem illico, poſt Dalmatiæ partes a Croatis aquiſitas, per Cliſſam, cæterumque continentem, ſemet Croatæ in hanc Pannoniæ Saviæ oram effuderint? parteſque trans Colapianas, ſive occidentalis ex hac parte, condam Liburniæ & Japidiæ, ubi nunc Lika, & Corbavia, occupaverint? ſeſeque ſtabiliverint? aut tardius? conſtituere neſcio. Ea ſiquidem eſt, ex Scriptoribus varietas, ut utrumque dicendum, arguendumque videatur. Illa Joannis IV. captivorum redemptio, anno 640. aut 641. quæ redemptorum a Sclavis captivorum narratur, aut a Croatis fuerit; aut a Sclavis & Abaribus; bella cum Croatis gerentibus. Porphyrog. quoque capite 30. *At a Chrobatis, qui in Dalmatiam venerunt, pars quædam ſeceſſit, & Illyricum atque Pannoniam occupavit.* Ut omnino argui poſſit, ſtatim obtentâ Dalmatiâ, partem aliquam Croatarum, Pannoniam in parte ut diximus occupaviſſe. Hujus ſenſus eſt, auctor Cronicæ Croaticæ ſcribendo: *640. doſſliſzu iz prek Babineh Gòr Horvati naipervò vu Dalmacziu, i ove vezdasnje Horvatſzke, i Szlovenſzke ſztrane, i zvnogemi boy, ſztirali ieſzu Abare, i ovdeſze naſztanili - - - od nijh Dalmaczia kâje od Morja do Mure, i Dunaja doſzegala, Horvatſzko ime prijela, i do danaſnjega dneva obderſala ie.* Hoc eſt: 640. *Advenientes trans Bebys montibus Croatæ, primum in Dalmatiam, & hodiernæ Croatiæ Sclavoniæque partes, & poſt multa bella, expulſis Abaris, hic ſedes fixerunt - - - ab illis Dalmatia, quæ a Mari, ad Muram & Danubium pertingebat, Croatiæ nomen accepit, & in hodiernum diem conſervat.* Verum ſi relatus a Porphyrog. Croatarum illorum, qui Dalmatiam occupârunt ſub Heraclio Baptiſmus: ſi juramentum Papæ præſtitum, non invadendi alienas terras; ſi denique Paulus Diaconus lib. 5. cap. 18. *Lupi* hiſtoriam ſub *Conſtante Imperatore* deſcribens, qua: *Tunc Grimoaldus nolens civile bellum inter Lon-*

gobar-

Digitized by Google

gobardos excitare, Regi Avarum Cacano mandavit, ut in Forum July contra Lupum Ducem cum exercitu veniret, eumque bello protereret. Quod & factum eſt. Nam veniente Cacano cum magno exercitu in loco, qui Fluvius (modo Flumen) *dicitur, ſicut nobis retulerunt Seniores Viri, qui in ipſo bello fuerunt, per tres dies Lupus Dux cum Forojulianis adverſus Cacani exercitum conflixit &c.* Attendatur, perpendaturque; ſub Conſtante Imperatore, & circa 662. Abares Pannoniam Saviam, de qua commentamur poſſediſſe concluditur, dum ad *Flumen* cum Lupo pugnaverunt; Cadente nihilominus, læſaque eorum potentia, poſtquam ad *mandatum* Grimoaldi occurrere Lupo Cacanus debuit, & Forojulio exire atque cedere ad minas Grimoaldi, quod cum omni exercitus ſui multitudine foret irrupturus, niſi de Forojulianorum finibus exierint. Præterea; quia Dalmatia per Croatas poſſidebatur, illa quoque Pauli Diaconi cap. 46. de Sclavis narratio; quod cum multitudine navium, de Venetiarum finibus ſolventes apud *Sipontum* ad mare Adriaticum ſitam Apuliæ urbem caſtra poſuerint, foveas occultas fecerint, *Ajonem* Beneventanum Ducem occiderint; ſed a *Radoaldo* magna ſtrage proſtrati, fugam in propria arripere coacti ſint, nequaquam de aliis, ac de Sclavis, tum adhuc ſive circa annum 662. oras has Adriaticas, & Pannoniam Saviam incolentibus, intelligenda venit. Si enim per Sclavos, Diaconus Croatas intellexiſſet, eo nomine eosdem vocâſſet, neque his opus fuiſſet, per Venetias in Apuliam trajicere. Quare horum conſideratione, ſub Heraclio Croatæ, has in oras e Dalmatia tum illico ſeſe non extenderunt, at tardius omnino. Neque Porphyrog. ſive annum occupatæ a Croatis Pannoniæ Saviæ; ſive *tum illico*, ſeu poſt aquiſitam Dalmatiam, partem Croatarum in Illyricum, & Pannoniam ſeceſſiſſe, ſcriberet; Chronica etiam Croatica, dum poſt multa bella, expulſis Abaribus, ſedes fixiſſe Croatas in Pannonia narrat, ſatis innuit, tardius eos Pannoniarum partem hanc, occupâſſe.

Hac nihilominus ætate, Sclavos jam tenuiſſe Carinthiam hodiernam, ſi fides eſt Paulo Diacono, negari nequit. Scribit enim cap. 22. de Wernefrido, Sclavorum ope, Ducatum Forojuly, poſt cædem Lupi arripiente: *metuens Grimoaldi Regis vires, fugit ad Sclavorum gentem in Carnuntum, quod corruptè vocitat Carantanum. Qui poſtea cum Sclavis adveniens, quaſi Ducatum, eorum viribus reſumpturus, apud Nemas Caſtrum, quod non longe a Forojuly diſtat irruentibus ſuper ſe Forojulianis, extinctus eſt.* Narrat deinde cap. 23. de Wectari Duce Forojuly, quod cum audiſſet Sclavorum gens, *Ticinum* profectum fuiſſe, ad terras Ducis irruentes, Caſtrametati ſint, in loco, qui *Broxas* (fors Brixia hodie) dicitur, non longe a Forojuly, ſed reverſus pridie Wactari, ſeſeque ad pontem *Natiſonis* fluminis conſpiciendum præbens Sclavis, ſic eos terruit, quod precipites fugiſſent. Si prætendas lector, Abaros, ſub Sclavorum accipi nomine, ob gentis Abararom & Sclavonicæ perſæpe confuſionem; contendere nolo. At mixti licèt fuerint, ſequitur ex his nihilominus, Abares quamvis Sclavorum nomine acceptos, his in oris permanſiſſe, neque illico per advenientes ſub Heraclio Croatas fuiſſe, ex Illyrico hoc, & Pannonia ejectos.

III. Profectò Caganus Abarorum, vires ſuas attritas cernens, neque Longobardorum imperia & mandata pati volens, ſub Conſtantino Pogonato, intelligens Abares ab eodem profligatos, pacem cum Imperatore fecit. Sic enim Theophanes, ad IX. annum Conſtantini, adeoque ad annum circiter 677. *Hoc ubi percepêre, qui occaſum incolebant, Chaganus Abarum Princeps, cœterique illarum Provinciarum Reges, Duces, & Caſtaldi, virique occidentalium nationum primores, Legatos unà cum muneribus ad Imperatorem, pacis concordiæque cum ipſo ineundæ, firmandæque gratia misêre. Imperator eorum precibus concedens, pacem, qua ſe teſtaretur Dominum, cum ipſis firmavit.* Videns porro circa hæc ipſa tempora (ut Theophanes ad annum XI. Conſtantini) Bulgaros progreſſus eos facere, quod Imperator coactus fuerit, pacem cum eis agere, & non ſine magno Romani nominis dedecore pactam annuatim pecuniam eisdem perſolvere, ſuumque Bulgaros dilatare dominatum, ut Theophane teſte, hunc, a Varna ad Savum (haud tamen per totum, ſed qua is a Danubio recipitur) extenderint Bulgari; Chagano facilè mortuo, Abaribus autem, qui iſthic remanſerant, alium non eligentibus Chaganum, at Sclavicarum gentium, quibus quaqua verſus cingebantur, ſive morem; per Seniores gubernii accipientes; ſive pars Sclavorum redditi, uti ſine proprio fuêre Chagano; ita eorumdem memoria, apud Scriptores non occurrit, fermè Sæculo, niſi nomen *Abariæ*, quaſi cujusdam ſpecialis Provinciæ.

IV. Circa hæc tempora, putat Lucius lib 1. cap. 11. Chrobatas a Francis ſubactos fuiſſe, Francorumque Dominium, extenſum uſque in Dalmatiam, ob Porphyrog. verba: *Tanta autem crudelitate utebantur Franci, ut lactantes adhuc pueros occidentes, canibus objicerent. Quæ res cum intollerabilis Chrobatis eſſet, facto diſidio, Principes quos ex ipſis habebant interemerunt.* Verum ſubſcribere parenti, fundatæ Hiſtoriæ Dalmaticæ nequeo.

Digitized by Google

Enimvero Sigeberto teſte, ad annum 660. apud Schönleben: *Francorum Regibus a ſolita fortitudine & ſcientia degenerantibus, Regni potentia diſponebatur per majores domus, Regibus ſolo nomine regnantibus. Quibus moris erat principari quidem ſecundum genus, & nil agere vel diſponere, quam irrationabiliter edere & bibere, domique morari, & Calendis May præſidere coram tota gente, ſalutare & ſalutari, obſequia, & dona accipere & rependere, & ſic ſecum uſque ad alium Majum permanere.* Quam Sigeberti narrationem; confirmaret, Samonis Sclavorum Winidorum hiſtoria, reliqua item ætatis hujus Francorum; ut, hinc Francis, extendendæ ad Dalmatiam jurisdictionis ſuæ, conatus, ſtudiumque non appareant. Præterea Paulus Diaconus ſcriberet: ad Azelliam uſque (quod Ozallium modernum eſſe diximus) Sclavos terræ inhabitatores penſionem ſolvere Forojulianis, adeoque Franci, his in partibus dominatu caruerunt. Inſuper Auctor Miſcellæ hiſt. lib. 19. circa 690. refert: Imperatorem Juſtinianum, ſelectis ex Mœſia, & inferiore Pannonia triginta millibus Sclavorum, quos *Populum acceptabilem* nominavit, conſtituto iis Duce *Nebula*, pacem cum Arabibus rupiſſe. Hi primum urgere fœdera, obtendere juramenta, pacem expoſcere viſi ſunt, at Juſtiniano non audiente, Sclavorum Ducem miſſa pecunia corruperunt, ut cum 20. millibus ad ipſos transfugeret. Quorum conſideratione, Francos ad Regiones has, ſuum dilataviſſe Imperium, dicere nequeo. Sed ſub Seniorum ſuorum gubernatione erant Sclavi, ut ſcriberet Porphyrogenius: *Principes vero hæ gentes non habent, præter Zupanos Senes, quemadmodum etiam reliqui Sclavorum populi*, atque vigore pacis, innitæ cum Conſtantino, uti ex Theophane ſuperius retulimus, Imperatores venerabantur, iisque parebant; ut bellatorum 30. millia Juſtiniano dediſſe ſcribantur.

Itaque cum ad finem Sæculi hujus VII. Bulgarorum potentia creverit, ut ad *Terbelem* Bulgariæ Principem Juſtinianus Imperator fugiſſe deſcribatur, ejus viribus poſtea repoſitus; *Sclavos* quoque, in Forumjulium irrupiſſe, Paul. Diacon. lib. 6. cap. 24. apud Schönleben teſtetur his verbis: *irruerunt Latrunculi Sclavorum ſuper gregem & paſtores ovium, quæ in eorum vicinia paſcebantur, & de eis prædas abegerunt*, circa Sæculi VIII. initia; quodve *Argaidum* eos inſequentem, fugâ eluſerint, *ſubſecutus hos, Rector loci illius Argaidus, quem lingua propriâ dicunt, vir nobilis animoque & viribus potens, nec tamen aſſequi potuit cum præda fugientes.* Quem ideo, quod *Ferdulphus* repræhenderit, inquiens: *quando fortiter ages, ubi ab Arga, nomen Argaidi conſecutus es.* Ipſique reſpondiſſet Arga: *Memineris Dux Ferdulphe, quod me eſſe inermem & inutilem dixeris, & vulgari verbo Arga dixeris, jam conſtat tempus edendi ſpecimen militaris audaciæ, pereat qui poſterior e nobis Slavos adortus fuerit.* Tum Argam irruiſſe in Sclavos, Ferdulphum etiam; ſed ex monte, ubi Slavi ſe locaverant, ut loco opportuno, ſaxis, armisque, modicâ ſuorum jacturâ; ſic triumphaviſſe Sclavos, ut primos inter occubuerit Arga, mox etiam Dux Ferdulphus, & omnis fere Forojuly nobilitas. Credo ego hac occaſione *Croatas*, qui Dalmatiam tenebant, occupatis antea inſulis illis, quæ remanſerant (uti ſupra ex Porphyrog. retulimus) nempe Arba, Veglia &c. per oras illas Corbaviæ & Lichæ, has in Regiones irruiſſe, easque occupaviſſe, ſuumque Dominatum, & poſtea Regnum, has in oras extendiſſe, adeoque Sæculi VIII. ſub initia. Hactenus Croatas ſuum Dominatum has in Regiones extendiſſe, nullum eſt ex Scriptoribus fundamentum, vel conjecturæ alicujus; itaque Croatarum has in Regiones extenſionem, figendam ad hos annos exiſtimo.

Scio Palladium, hæc, in finibus Carinthiæ, facta fuiſſe exiſtimare; Schönlebenium, Labaci; quod, Æmonam veterum eſſe, oſtendere conatur. Paulus Diaconus tacet, cujus loci Rector Argaidus fuerit? At tanta ſunt; quæ ſuadeant, Argaidum Sclavoniæ hujus, de qua commentamur fuiſſe Rectorem. 1mò: Quod ex Porphyrogenito, ac aliis, Sclavorum gens per Seniores gubernari fuiſſet aſſolita, ut Argaidus ideo, *Rectoris* nomine deſcribatur, Carinthis, ſive Carantanis Sclavis, Duces jam fuiſſe ſcribantur, & circa hæc tempora Aldo, 2dò: Quia Sclavos hac ætate, terras has, olim Longobardorum ſub annua penſione poſſediſſe uſque ad Ozelliam, ac ad tempora Ratechis Ducis, ſive annum circiter 740. idem Diaconus teſtatur, ut hinc: quemadmodum harum Regionum Sclavi, Ducum Forojuly, aliquam in poſſeſſis abs ſe, agnoviſſent proprietatem; ac erga Longobardos obligationem, quod Fernulphus Argaidum repræhendere valuerit, ob non contritos irrumpentes Sclavos; ita hæc accidiſſe, ex oris modernarum maritimarum partium, ſive Lichano-Corbavienſibus, tanto magis exiſtimandum eſt, quod Carantanos Sclavos penſionem ſolviſſe Longobardis non legatur, imo *Lupus* cæterique, ad Carantanos Sclavos haud ſecurè fugiſſent, ſi obnoxii penſione Carantani, fuiſſent Longobardis. 3tiò: Dum Diaconus Latrunculos vocat Sclavos illos, qui ad Paſtores ovium irruiſſent, partes illas Lichæ, Corbaviæque indicari, ubi nunc etiam ovium co-

pia, & ex his vita incolis, ſatis apparet. Propter occupatas vero Adriatici inſulas a Croatis antea, ſive poſt annum 640. vicini Croatæ Sclavis fuère, indeque fecère impetum in gregem ovesque vicinorum, atque ex montibus illis, admodum oportunis, Argaidum, Fernulphum, cæterosque Nobiles ſaxis, armisque oppreſſerunt. Nec eſt, quod Diaconus latrunculos illos Sclavos appellitet; Conſtat enim æque Croatas ſub Sclavorum nomine frequenter accipi, eſſeque a Scriptoribus acceptos. 4tò: Bellum Argaidi ex oris veteris Liburniæ & Japidiæ fuiſſe, hoc etiam indicat, quod latrunculi illi, in terras a Sclavis poſſeſſas irruiſſe, & prædas feciſſe dicantur, iſtudque intimatum fuiſſe Fernulpho Forojulienſium Duci. Porro ſi ex Carantanis partibus illa deprædatio accidiſſet, cum limes Forojulienſium Ducum, limiti Carantanorum advicinaretur, ſi Latrunculi Slavi fuère, ex Carantano limite irruere debentes, illico ad Forojulienſium terras irruiſſent. Si vero ad Carantanorum agros venerunt latrunculi, Slavi eſſe non poterant, ſed Norici aut Boii, quos nihilominus Slavos fuiſſe, narrat Diaconus. Itaque Croatas fuiſſe Latrunculos illos conſequitur, qui ex terris vicinorum ſibi Sclavorum oves, aliaque deprædati ſunt, ut facta horum inſolentiæ ſignificatione, Dux Fernulphus, adverſus eos, profectus unà cum Sclavorum Rectore Argaido fuerit. 5tò: Cum Civitas Zagrabia, in qua hæc ſcribimus, nunc etiam *Agram* a Germanis vocetur, Civitati huic ab *Agra* nomen inditum remanſiſſe, cenſeri poteſt; adeoque *Agram*, ſive Argaidum, Sclavorum horum fuiſſe Rectorem, atque hic potius, quam Labaci reſediſſe, ex ſui nominis reliquiis. Quia porro ſimiliter, *Corbaviæ* nomen, ab octavo hoc Sæculo erueretur, & *Corbulus* Ducatum Fernulphi occupaviſſe ſcriberetur, ſi is Croatarum, tum oras illas occupantium, Dux non fuerat (quem fuiſſe eſt veroſimilius) Corbaviæ nomen, ab hoc Corbulo adveniſſe, conjectari poteſt, atque poſt occiſos Agram, & Fernulphum, cæterosque Nobilium; Corbulum Ducatum occupaviſſe, aut extenſione Croatici dominatus, in his oris effeciſſe.

V. Hac ſane occaſione, ex Scriptorum combinatione, atque hiſtoriis deducimus. 1mò: Croatarum has in oras Adriatici, extenſionem. 2dò: Longobardorum conſequenter etiam Forojulienſium factam per Sclavos, Croatasque his ex Regionibus poteſtatis omnis ceſſionem, hinc & penſionis illius, cujus Paulus Diaconus meminit, finem. Enimvero in Ducatu Forojuly, Fernulpho ſucceſſiſſe ſcribitur *Pemo*. Huic cum Sclavis, ad Forojulum erumpentibus fuiſſe bella conſtat. Ad *Laurianum* ſive Lauranam caſtrametatus ſcribitur Dux Pemo, & poſt ternum conflictum, oblata Sclavis pace, cum iisdem coaluiſſe. Hac occaſione penſionem illam ceſſaviſſe credo, cum Pemonis Succeſſor *Ratichis*, ſtatim ut gubernando Forojulio admotus erat, *in Carnioliam Sclavorum patriam* (ſunt verba Diaconi, apud Schönleben, indicantia Sclavorum fuiſſe Carnioliam, tanquam partem veteris primæ Pannoniæ) arma movit, ſive ad Sclavos obligandos, neglectam ſolvere penſionem; ſive quod Pemo pater ſuus ad eos profugerit. Quacumque demum ex cauſa *Ratichis* cum Sclavis bellum geſſit, teſte Diacono, Sclavi penſionem ultra non ſolverunt, imo Forojulianorum decreviſſe poteſtatem, non ſolum ex inferioribus conſtabit, ſed Ratichis ipſe, *Præfecti tantum*, Forojuly nomine venit. Atque hæc circa 735. aut 740. annum, acta fuiſſe ſcribuntur.

3tò: Si Dubravio totque aliis Scriptoribus fides, ab exordio Sæculi hujus octavi multi Duces atque Principes enati ſunt; reliquos inter, ſi Sigeberto fides, circa annum 724. Boy, & Alemanni jugum Francorum excutiunt (hinc qua ratione ſuſtineri poſſit? Sclavoniam, Croatiamque ætate hac, ſub Francorum fuiſſe Regno, non aſſequor) Caranthani quoque, ſibi conſtituiſſe Ducem *Boruth* nomine, deſcribuntur: de Bulgaris, horumque Ducibus, dubitabit nemo. Itaque poſtquam Pannoniæ Saviæ Sclavi, ut olim Abarum, ita circa prædictos annos, a Longobardorum, vel ſi mavis dicere Forojulianorum, poteſtate; ſeſe plena libertate emancipâſſent, ab exemplo ſibi vicinorum, Ducem eos, ſibi proprium creaviſſe conſequitur, *ut ab anno circiter 740. hujus modernæ Sclavoniæ Ducatus petendus videatur.* Quamvis porro, primum Ducem certo deſignare nequeam, Sclavoniam nihilominus hanc Duces habuiſſe conſtat ex Lindeviti bello, aliisque ſecuturis. Hanc Ducatum fuiſſe, æque clarum faciunt Scriptores, atque diplomata, eſtò hæc ſint duobus prope Sæculis poſteriora, ut in Periodo III. narraturus.

4tò: Et quia ab Anno circiter 677. uti ſupra ex Theophane diximus, Abarum potentia fuiſſet diminuta, ut nulla prope occurrat eorundem memoria; *Slavorum*, *Sclavorumque* nomen, admodum celebre, clarumque evaſit. Winidi Slavi illi, Francorum attrivère vires, atque potentiam, ex cauſis ſupra e Segiberto deſcriptis, atque illi; tot Ducatus & ſucceſſivè Regna, ut Thuringiæ, Pomeraniæ, Bohemiæ, Moraviæ, Poloniæ, Sileſiæ &c. effecerunt. Iſti quos nos *Sclavos* ſcribimus, æque in his cis Danubianis (reſpectu Zagrabiæ) oris, atque etiam poſt Belgradum hodiernum, trans Danabianis; varios Ducatus, atque Regna, virtute ſua conſtituerunt, ut Bulgariam, Serviam, Croatiam, Sclavoniam, Carantanum, nunc Carinthiam

&c.

Digitized by Google

&c. Adeoque, uti illi Slavi Francorum; ita hi Conſtantinopolitanorum Imperium admodum coarctârunt, jugum excuſſerunt, prouti etiam Longobardorum, atque ita, Slavicum nomen, ac prope dixerim orbem extenderunt, effeceruntque percelebre. Ut omnino licet olim, viderentur fuiſſe Servi, ac aliorum mancipia, jam *Glorioſi*, quà devictores appareant. Hinc, quamvis intra eos, incolæ, habitatoresque mixtim, aliæ etiam remanſerint nationes variæ, qui attamen *Slavicæ*, aut *Sclavicæ gentis Principatus evaſerunt*, cæteræ quoque intra eos habitantes nationes & gentes, Slavica ſub appellatione compræhenduntur. Ex Silentio bellorum has intra gentes Sclavicas, ab exordio dominatus eorundem, concordiam, ſummamque conjunctionem & amicitiam arguere licet; prouti etiam, ex mutuis translocationibus, ſive ſedium mutationibus; ut hinc Dalmatiam, ſive Delominciam (quod nempe ex Dalmatia tranſiverint) item Sorabos, è Servia ſive Serblia ſeſe transferentes, offendas in moderna Germania. *Croatas* illos, qui Dalmatiam veterem aquiſiverunt, ad *magnam Croatiam* mittere ſolitos, ſcribit Porphyrogenitus. Quinimo plurimi volunt, ſcribuntque: per *Chechum*, *Lechumque*, ex hac Pannoniæ Croatia emigrantes, Regna Bohemiæ, atque Poloniæ conſtituta fuiſſe. Quæ an ita ſint? non indagamus, nec aſſerimus. Si cui lubet de hac quæſtione informari, Clariſſimos, doctiſſimosque: Farlatum, ac Aſſemannum conſulat. Hinc nihilominus, conjunctionem illam, Slavos inter Sclavosque viguiſſe conſequitur. Verùm opinione mea, pernicioſius nihil cogitare, facereque poterant, quam dum in tot Ducatus, Principatusque, ſemet diviſerunt, nec ſub uno Rectore, atque Capite, tantam ſervârunt Rempublicam Slavonicam.

5tò: Enatis tot, tantisque Ducatibus, qui ſingulorum fuerunt limites? eſſet indagandum. Ego, qui de Veteri Romanorum Pannonia, commentarer, de hac tantum dicere in votis habeo. Itaque in veteri illa, Romanorum utraque Pannonia, Japidia quoque & Liburnia antiqua, in parte ſaltem incluſis; ſequentes ab octavo Sæculo, enati deducuntur Ducatus Magiſtratusque. Primo ab occidentali & reſpectivè meridionali, ubi nunc Licha, & Corbavia, verbô prope, Epiſcopatus Segnienſis eſt, *Croatiæ* pars eſt conſtituta; quam *Mediterraneam* Farlatus vocat, partem Japidiæ veteris, Pannoniæ item antiquæ complectens. Hæc pars poſt Latrunculos illos, de quibus in *Arga* diximus, primumque probabilius Ducem Corbulum, ad Croatas devenit, ſic & penes Croatas remanſit. Hoc firmat Porphyrog. cap. 30. dum ait: *At a Chrobatis, qui in Dalmatiam venerant, pars quædam ſeceſſit, & Illyricum atque Pannoniam occupavit, habebantque etiam ipſi Principem ſupremum, qui ad Chrobatiæ tantum Principem, amicitiæ ergo legationem mittebat.* Verbis his clariſſimè narrat: Nequaquam ex magna illa Crobatia, ad Carpaticos ſita, has in Regiones adveniſſe primo Crobatas, at in Dalmatiam illam veram Veterum, quod urbes etiam ab iis occupatæ, ultro firmarent. Ab his in Dalmatia ſeſe firmantibus Crobatis (*qui in Dalmatiam venerant*, adeoque poſtea) *pars quædam ſeceſſit ad Illyricum, atque Pannoniam*, hac in parte, haud integram, *occupavit*. Conſtituto ſibi proprio Principe, in mediterranea hac ſoli Pannonici Croatia (*habebantque etiam ipſi Principem ſupremum*, ſive ii, qui e Dalmatia in Pannoniam ſeceſſerant) *ad Chrobatiæ tantum Principem, amicitiæ ergo legationem mittebant.* Sane confuſio tota, enata inde eſt, quod e domeſticis, patriæ cognitionem habentibus, locorum item, montium, fluviorum, ea quæ ad civilem pertinent hiſtoriam, ſcripſerit nemo; verùm vel de rebus Religionis, vel bellicis, atque hæc plus encomiaſticè, quam chronologicè, aut ſecundum gradus hiſtoricæ probabilitatis. Extranei verò, atque remotius ſcribentes, defectu cognitionis Regionum, harumque Magiſtratus (id quod etiam nunc experimur) varient admodum. Rerum Francicarum Scriptores, plerumque Dalmatiam ad Dravum uſque extendunt, alii; jam Sclavoniæ vel Slavoniæ Regionem vocant, jam Pannoniæ; aut a gentibus, Pannonias olim occupantibus. At quisque ſuarum rerum optimam habet cognitionem, & cumprimis earum, quæ *publicæ* ſunt, & vocantur. Ac licèt accuratè conſcriptæ non ſint, traditione ſic inhærent, ut per plura Sæcula, non oblitterentur, id, quod nunc etiam experimur, dum quædam huic, quædam alteri Provinciæ, ex ratione ſtatus, Principum ſuprema voluntate adjiciuntur, ea nihilominus, eſtò nomen ſortiantur novum, ab incolis ſic ſervantur, ut oblitterari nequeant. Rei hujus veritas elucet ex tot numero articulis, ut 17. anni 1538. 35. 1543. 4. 1545. 23. 1630. 48. & 57. 1647. 31. & 32. 1649. & iis omnibus, qui de rectificandis Regni limitibus tanto ſunt numero, præcipue verò ex articulo 30. anni 1765. ubi: *Quod per littoralis Auſtriaci compellationem* (in partibus nempe & Regno Croatiæ) *ex ipſa tantum ſitûs ratione deſumptam, juribus Regni haud quidquam derogandum, adeoque ipſius etiam Sacræ Coronæ jurisdictioni inde nullum præjudicium eventurum ſua Majeſtas Sacratiſſima benignè declarare dignata ſit, Status & Ordines demiſſe contentantur.* Quare ſcribant nunc, ut etiam ſcripturi creduntur Auctores, partes illas Croatiæ, pro littorali *Auſtriaco*, confuſionem apud poſteros, facturi, cauſaturique omnino ſunt, veritatem nihilominus

Digitized by Google

nus conſervabit ſemper, erudita Hungaria, Croatiaque, de partium illarum maritimarum legitimo jure, & vero Croatiæ nomine, ex præfatis articulis. Idem accidit olim, ac dum ſuum quivis ambiebat extendere dominatum. At Patriæ Cives atque incolæ, nil obſtante Auctorum in ſcribendo varietate, veritatem conſervant, dum diſtinctos conſtanter, a Sæculo hoc octavo, Duces Sclavoniæ, & ſucceſſivè Reges, a Ducibus, Regibusque his in oris Croatiæ ſervant, & diſtinguunt; dum in Titulis ſuorum Regum, *Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ Rex*, dum in Banis perſæpe diſtinctis, atque aliis Croatiæ, Sclavoniæ aliis: in ea olim voce: *Totius*; ſive Sclavoniæ, ſive Croatiæ, vel Ungariæ; quod poſtremum S. Rex Stephanus adhibuit in titulis, evincentibus ſuis Diplomatibus, alterum Demetrius Svinimirus, tertium, ſive *totius Sclavoniæ*, tot Bani adhibuerunt, veritatem rei, ſive diſtinctionis Croatiæ a Sclavonia in Pannoniis, non uno, ſed tot Sæculis conſervârunt. Quare mirari ſatis nequeo, Illuſtriſſ. Doctiſſimique D. Aſſemani, Tom. 4. Par. 2. cap. 1. pag. mihi 279. verba hæc: *Ego vero de Pannonia quidem Savia, nullum dubium moveri poſſe affirmo: hinc enim a Chrobatis Sclavis, qui eam Regionem poſſederunt, Slavoniæ nomen accepit.* Mirari inquam nequeo, Virum tantum affirmare: *nullum dubium moveri poſſe*, dum nihilominus, ex ſuis propriis, eruditiſſimisque ſane Tomis, & immortalis memoriæ ſcriptis, dubium illi enaſci potuit; quando Sclavos a Juſtiniani epocha, Croatas vero ab Heracly, ipſe deducit, & demonſtrat, adeoque rectius a Sclavis anterioribus, atque Abaribus permixtis, Croatæ ſucceſſivè advenientes, Sclavorum nomen acceperuut, a terris per Sclavos ante poſſeſſis, per Croatas vero dehinc occupatis, quam quod a Croatis, ſine ullo dubio, nomen Sclavoniæ, Pannonia Savia accepiſſet. Deinde, errat & valde quidem, Vir Illuſtriſſimus Aſſemanus, ſi exiſtimat Pannoniam Veterum Saviam, totam; ſive Croatiæ, ſive Sclavoniæ nomine, aut nunc venire, aut ab octavo ſæculo conſtanter eſſe conſiderandam, errorem ejus, leges noſtræ municipales, innumera Hungariæ Regum diplomata evincunt. Quod videlicet, in ipſa Veteri illa Romanorum olim *Pannonia*, ſucceſſivè *Savia* compellata, diſtincta Regna, ſint Croatia, & Sclavonia, imo hæc, in ſuperiorem, inferioremque diviſa. Et Quamvis, nec Aſſemanus, nec Farlatus in Codicibus Legum noſtrarum, fundatos ſe eſſe contendere valeant, nec iisdem ea eſſe monumenta, quæ in noſtris extarent tabullariis, clarum eſſet; nihilominus cum ſub Ludovico Imper. inferioris Pannoniæ Dux Liudevitus deſcribatur, qui cum Borna Dalmatiæ, *Liburniæque* Duce bellavit, ac demum relicta *Siſcia*, ad Sorabos, ſive Servios profugiens, in Dalmatiam ad *Liudemullum* Bornæ avunculum tranſiit, facile vel hinc, dubium iis enaſci potuiſſet, in Pannonia olim Savia, plures Ducum fuiſſe, adeoque Croatiam tempore Ludovici pii, necdum per totam Pannoniam Saviam, fuiſſe extenſam. Bornæ vero Ducatum (dum Dux Liburniæ ſcribitur) in oris Adriatici mediterraneis, eſſe debuiſſe, prouti & Sorabos, ſive Servios, ad quos Liudevitus profugit.

Certè Clar. Farlatus affectui ſuo in Dalmatiam, admodum laxavit habenas, dum eam ab Auguſto ad VII. uſque Sæculum, ad Savum, Dravum, Danubium extendit, Pannoniæ Auguſtorum Provinciæ omnino injurius. Dum verò pag. 116. ſcriberet: *Poſtquam imperante Juſtiniano, res Gothorum in Italia diminui ſexto Sæculo, ac deteriores indies fieri cœperunt, tantum abeſt, ut Dalmatia jus ſuum, ac nomen contraxerit, ut potius per ea tempora longe in ſeptemtrionem uſque ad Dravum ac Danubium protulerit: atque hæc eſt tertia propagatio nominis Dalmatici, cum Dalmatia Savum ac Dravum transgreſſa, Pannoniam fere totam, ſub poteſtatem, notionemque ſui nominis redegit.* Hic nimius affectus, Clariſſ. Farlati, abripuit ſibi ipſi. Si longe in ſeptemtrionem, ad Dravum, Danubiumque, per Pannoniam totam, Dalmatia poteſtatem, ſuosque extendit a Sæculo VI. terminos, per quem? & qualiter prolata fuit poteſtas illa, & nomen Dalmatiæ per totam Pannoniam, docendum erat. Fors barbaræ illæ gentes, Longobardi, Abares, Sclavi, Bulgari, Dalmatæ erant? & ex Dalmatia erumpentes, ut nomen, poteſtatemque Dalmaticam extendiſſe videantur. At hoc ſcriptum a nemine, imo Dalmatiam ipſam a Sclavis & Abaribus deſtructam fuiſſe, dein Sæculo VII. indulgente Heraclio a Croatis aquiſitam conſtat, ipſeque Farlatus deſcriberet. Qua ergo ratione Dalmatia, *Pannoniam fere totam ſub poteſtatem, notionemque ſui nominis redegit?* At Procopius (cui innititur Farlatus) *Gepides Sirmium* ait *urbem, & alias Dalmatiæ Civitates, majorem in partem occupantes tenebant*, ubi Sirmium in Dalmatia tum fuiſſe intelligi poteſt; Auctor quoque hiſtoriæ Miſcellæ: *Chajanus* inquit *in Dalmatiam properat, & cum veniſſet Belicham* (ſit hæc ſive Velika, in moderno Poſegano Comitatu, aut Bela, vel Bihachium) *40. Civitates circa eam depopulatus eſt.* Quin Conſtant. Porphyrog. *Antiquitus Dalmatia incipiebat a confiniis Dyrrhachy ſive Antibaris, & ad Iſtriæ confinia pertingebat: ad latitudinem vero ad Danubium flumen ſe extendebat.* Verum nec ex his patet, Jus, poteſtatemque Dalmatiæ ad Danubium fuiſſe

pro-

Digitized by Google

promotam. Quod vero *nomen attinet*, Procopius, ſi ſui textus ſunt, eſt ſingularis admodum, dum Sirmium Dalmatiæ adſcribit, contra reliquorum omnium Scriptorum fidem, ac teſtimonium, quin etiam eorum, qui a ſexto, ſeptimoque ſcripsêre Sæculo. Hieronymus oppidum *Stridon*, Dalmatiæ, Pannoniæque confinium fuiſſe perhibet, cujus teſtimonium anteferendum eſſe Procopio puto. Quamvis in Veneta editione anni 1729. Procopy, textus illos non inveniam, imo lib. 1. cap. 13. pag. mihi 30. Procopius ait: *Epirotæ dicti, primum locum obtinent, ad urbem uſque maritimam Epidamnum. Hinc ſe aperit Prebalis regio; ſequitur cui Dalmatiæ nomen eſt, & quæ cum ipſa, occidentalis Impery finibus comprehenduntur. Proxima Liburnia, huic Iſtria, deinde Regio Venetorum, ad Ravennam urbem porrecta. Atque hi ſunt maris accolæ: Supra quos Siſcy & Suabi, non illi, qui Francis parent, ſed ab iis diverſi interioris terræ tractus obtinent. Ultra hos Carny ſiti ſunt, Noricique: ad quorum dexteram Dacæ & Pannones habitant, ſuisque in Urbibus Singidonum, ac Sirmium numerant, ad Iſtrum fluvium evadentes.* Procopius hic Sirmium Pannoniæ attribuit, ut olim omnes, deſcribitque bene has Regiones. In hiſtoria arcana cap. 18. pag. mihi 316. *ante bellum Italicum Gothorum Imperium ex Gallorum agro adusque Daciæ fines, ubi Civitas Sirmium eſt, protendebatur. Cæterum cum Romanorum copiæ erant in Italia, Gallicani, & Venetici agri magnam partem Germani occupabant; Sirmium vero vicinamque Regionem Gepædes habebant. Totus hic terrarum tractus eſt mortalibus deſtitutus, partim bello deletis, partim lue, morbisque, quæ conſequi bella ſolent* &c. Item de bell. Goth. lib. 3. cap. 33. *Gepædes, qui olim urbem Sirmium, Daciamque omnem obtinuerant, ut primum Juſtinianus Auguſtus ditioni Gothicæ regionem illam eripuit, agentes ibi Romanos abduxerunt in ſervitutem, & continenter progreſſi, vim vaſtitatemque Romano Imperio attulerunt. Quare Imperator illis impoſterum ſtipendia negavit, quæ jam inde olim a Romanis accipere conſueverant. Cum autem urbem Noricum & Pannoniæ munitiones, aliaque loca, ac pecuniam inſuper maximam, Juſtinianus Auguſtus Longobardis donâſſet, eam illi ob cauſam patriis ſedibus relictis, in adverſa Iſtri fluminis ripa conſederant, haud procul a Gepædibus. At ipſi quoque Dalmatiam & Illyricum, ad limitem uſque Epidamni pervagando, prædas abigebant, & captivos: quorum nonnullis fuga elapſis, ac reverſis domum, Romanum hi barbari imperium obibant* &c. cap. 34. in oratione legatorum Longobardorum: *Sirmium Gepædes tenent - - ſeſeque univerſa Dacia potiri jactant*, ut profecto non videam, qua ratione, doceri valeat? Procopy fide, Sirmium ſub Juſtiniano urbem fuiſſe Dalmatiæ & Dalmatiam ad Sirmium ac ſupra extenſam. De Auctore hiſt. Miſcellæ, cum opere deſtituar, dicere neſcio. *Belicham* attamen, non dicit in textu ſuperiore, in Dalmatia eſſe, at quod in Dalmatiam properando, Belicham & alias 40. Civitates circa eam (videlicet circa Dalmatiam, adeoque a Dalmatia civitates illas excludere videtur) ſit depopulatus. Porphyrog. cap. 30. ait *antiquitus* Dalmatiam in latitudine, uſque ad Danubium ſeſe extendiſſe, ſed quando? quave ætate? non exprimit. Accepiſſe mihi videtur, ex narrationis ſuæ contextu, tempus illud, quo loca illa, Serviis ab Heraclio collata, ob Abarorum metum, deſerta fuêre, hinc illa ut deſerta, ad Provinciam Dalmatiæ ſcripſit, de qua videlicet, quomodo a Sclavis ſit occupata, enarrat. Quare Clariſſ. Farlati, nec in Dalmatiæ extenſione, ſive ab Auguſto ad VII. Sæculum; ſive a Sæculo VII. ſtatim, ſubſcribi poſſe affirmo: ſed neque iis, quæ de Chrobatia Interamnenſi ſcribit dicendo: *Chrobatia Interamnenſis eadem eſt ac Pannonia Savia, Dravo Savoque interjecta.* Hæc ſi de modernis intelligit temporibus, palam eſt, eum Sclavoniam inferiorem, Comitatibus tribus, & Generalatu Sclavonico, ſive Eſſechienſi, quæ Dravo, Savoque continetur, ad *Illovam* amnem ab occaſu, cum Chrobatia Interamnenſi confudiſſe, ut quivis notitiam habens fatebitur, ipſeque Farlatus reperiet. Si vero, de præteritis loquitur ſæculis, hoc etiam legibus & monumentis noſtris teſtantibus, ſubſiſtere nequit, dum illarum partium, ut diverſæ ſunt Periodus, ſic & appellationes; neque eruta eſt hactenus epocha, qua, partes illæ, nomine Chroatiæ fuiſſent habitæ. Sed & Mediterraneam Croatiam ſuam, accuratè non deſcripſit, dum eam inter Savum & montes, partemque Japidiæ collocat, dum iterum hæc, ut nunc conſideratur, includens etiam ſuperiorem Sclavoniam, atque conſtans tribus Comitatibus, ac duobus Generalatibus nempe Caroloſtadienſi, & Varaſdinenſi, confiniis item Banalibus, adeoque hæc ipſa Croatia, quam Farlatus Mediterraneam appellavit, & Savo concluſit, ultra & trans Savum ponenda fuiſſet, ad Dravum uſque fluvium a Septemtrione. Hæc veritatis amore, quam, dixi ſuperius, magis ſciri: ex traditione, legibus, monumentis, ab iis, qui Patriæ ſunt filii, ac a quibusvis extraneis Scriptoribus. Sed reddeundum, itaque

V. Poſtquam ex Dalmatia, Croatarum pars, in oras has Japidiæ veteris & Liburniæ

ſeceſſiſſet, partes illas, ejectis inde Sclavis, & occiſo Arga, ſive Argaido occupaviſſet; Poſtquam item Sclavi, qui Longobardis ad tempora Ratichis Ducis penſionem ſolvebant, ſemet in plenam aſſeruiſſent libertatem, ab exemplo Vicinorum, a quibus Duces fuêre conſtituti, ut Bulgariæ, Serviæ, Carinthiæ &c. Hi quoque conſtitutis intra ſe limitibus, Duces ſibi creaviſſe deducuntur. Sed an illico, aut ſucceſſivè, conſtituere nequeo, præcipue cum ex Porphyrog. tardius hoc eveniſſe arguatur, ait enim: *excuſſis Romani Imperii habenis liberi, ſuisque non alienis legibus uſi ſunt. Principes vero, ut ajunt, hæ gentes non habent, præter Zupanos ſenes, quemadmodum etiam reliqui Sclavorum populi.* Imo eodem cap. 29. ſub Baſilio Imperatore, & poſt ſuſceptum Baptiſmum (a Croatis nempe oras Adriaticas incolentibus) Croatas ſuos aſſumpſiſſe proprios Principes narrat. *Atque ex eo tempore* inquiens, *in hodiernum uſque diem, Principes ipſis ex eadem ſtirpe, & non aliunde eliguntur.* Hæc de Croatis Porphyr. Verum Principis nomen, pro Regis officio intellexiſſe Porphyrog. argui poteſt ex cap. 30. ubi narrat, ſuſcepto a Croatis Baptiſmate ſub Porino Principe, *Principatum tenente Porino* Regionem in Zupanias XI. diviſam fuiſſe, quibus enarratis ſubjungit: *Ipſorumque Banus tenet Cribaſam, Litzam, & Guteczam,* hoc eſt hodierna dialecto, *Corbaviam, Likam, Kotczevje*, ut proinde *Porinum*, utpote Principem ſive Regem, a Bano diſtinguat. Hinc nihilominus ſequitur, tam Croatas hos, ante conſtitutos a ſe Reges, ſive Principes, quam & Sclavos alios habuiſſe quendam, præter *Zupanos* Senes, qui his erat Superior; quem illi *Banum, ſive Dominum* appellabant; vicini autem dixêre Ducem. Nec occaſione conſtituti per Croatas Regis, Regnique; Banos fuiſſe extinctos, at Regibus ſubjectos, Zupanis nihilominus majores, dum Bano, Corbavia, Lika, Kotczevje exciſa, aſſignataque fuêre. Hæc de Croatis habemus ex Porphyrog.

Eadem omnino de Sclavis tenenda ſunt, non ſolum ex verbis Porphyrog. *quemadmodum etiam reliqui Sclavorum populi*, ubi, antequam Principes, ſive Reges proprios conſtituiſſent Croatæ, eandem illos ſervâſſe gubernationis formam, ſive Rempublicam, cum reliquis Sclavorum populis, teſtatur. Igitur dum præter Zupanos, Croatis Banum fuiſſe conſtat, idem etiam obſervâſſe vicinos Sclavos conſequitur; firmatque Banorum, non ſolum Croatiæ, Dalmatiæque, ſed & Sclavoniæ, atque ſub Regibus Serviæ, Boſniæ, Banorum Series. Quare quos Scriptores latini, Duces retulêre, hos Sclavis his quoque fuiſſe, dubitari non poteſt, at quod hi, ſuos Duces, idiomate ſuo BANOS appellaverint, vocaverintque, *Zupanos* quoque illos, quos Comites Latini, Banis (quorum fuit officii militaribus præeſſe, ſecuritati conſulere, uti ex Argaido apparet) ſubordinatos. Itaque proprios Banos, ſive Duces, his fuiſſe nationibus, antequam ſuos habuiſſent Reges, dubitari non poteſt. An autem To *Banus*, acceperint ex voce *Pan*, quæ Dominum ſignificat? aut ex Abarorum reliquiis aſſumpta ſit hæc vox Banus? quia *Bajan*, Abaribus Chaganum eorundem, ſive Ducis officium denotâſſe, in comperto haberetur, quod cui lubet, teneat. Mihi ſatis eſt, id *Bani officium* apud Sclavos, Croataſque fuiſſe, quod *Ducis* apud nationes alias.

Jam cum ea ſit plurimorum opinio, & manifeſtus error, quod ſuperior hæc Sclavonia, quæ hodie Croatiæ nomine venit, ab olim & ſemper ſit, fueritque Croatia, neque ullas paſſa unquam fuerit mutationes ac periodos, id quod domeſticorum quidam arguunt, ex alveo *Horvatchka* vocato, adeoque indicante, ſemper hic fuiſſe Croatiam, cum *Horvat*, Croatam ſignificet, *Horvatchka* Croatiam. Item: quod oras Japidiæ veteris, ſive populum illum, qui ad *Meklicam*, Mötling, circa & ultro habitat, *Beli Horvathi*, id eſt *Croatas Albos* vocarent; non deſunt, qui pro *Croatia magna*, a Porphyrog. indicata, non habuerint olim, ac nunc quidam habeant, credantque firmiſſime, has oras. Quare ajunt: cum telus hæc, multiplicato populo, ſufficiens non fuiſſet, in Regiones non ſolum vicinas ſeſe dilatârunt Croatæ, at fratres tres, ex arce *Krapina*, cum quibusdam abiiſſe, condidiſſeque tria ampliſſima Regna, Bohemiam nempe, Poloniam, & Moſcoviam. Hinc Alexandri Magni Macedonis diploma, dicebatur in Regni hujus tabullario, aſſervari; cujus copiam Chehus, ad ſeſe in Bohemia firmandum, docendumque jus legitimum, curavit Pragæ marmori incidi. Hæc & ſimilia ſomnia, evidentiæ erant & certitudines, memoria quoque mea, ut certe his adverſari ante annos 20. nefas fuiſſet, utinam apud omnes, nunc quoque culpa careat! Et qui præjudicatis majorum, Religioſorumque Virorum non adhærebant erroribus, periêre. Alii vero, docti licèt, a ſe ſcripta edere metuebant, ut ſic, partes hæ, cognitione rerum ſuarum careant, habeantque tot lacunas, quas nec è MSS. litteras colentium Nicodemorum (quod videlicet tantorum ſcripturæ conſervatæ non ſint; vel ſi præjudicatis opinionibus non adhæſiſſent, ut hæreticorum, novatorumque miſerrimè periverint) ſupplere eſt poſſibile. Nunc, laudes infinitæ DEO! infantiam agentibus, melioribus utilibusque litteris, quæ diſtinguunt veritatem, a cujusvis opinione, nec rei evidentiam in ſophiſmatibus collocant, ſcribere hac de re nos poſſe confidimus, quod

Digitized by Google

diploma adeo decantatum Alaxandri Magni, in aperto viſitatoque anno 1763. monumentorum Regni Scrinio, repertum non ſit, quodve propriarum noſcendarum rerum, eſſe multis deſiderium animadverterim.

Itaque ex ſuperioribus pateret, Sclavos cum Abaribus his in Regionibus, ante Croatas fuiſſe. Partem Croatarum ex Dalmatia, in oras nominatas ſeceſſiſſe, illasque Sclavis eripuiſſe. Parte alia Sclavis relicta, ut ex diviſione ac pactis, illud quod Croatis obvenit, Croatiæ venerit, remanſeritque nomine; quod Sclavis relictum eſt, *Sclavonia* dicta eſt. Clara hæc ſunt, ex monumentis Hungariæ Regum, etſi poſterioribus, ex tot tantisque Scriptoribus, & ut reliquos taceam, ex ſuperius recitato Porphyrogeniti textu, patet, Sclavorum gentes, vicinas fuiſſe Croatis, dum ait Porphyrog. quemadmodum reliqui Sclavorum populi, quos a Croatis diſtinguit, ac fuiſſe plures indicat. Profectò Carantani, Carnioli, Sclavorum fuêre populus, item Sclavi, in Sclavonia habitantes, Servii quoque ſive Serbli, & trans Danubium Moravi. Hinc ſurgentibus octavo ſæculo tot tantisque Ducibus, adeoque Ducatibus etiam, *Sclavonia* quoque Banatus ſive Ducatus nomen ſortita, occaſione hac nata eſt, ac diſtincta Provincia effecta, a Croatia, Servia, Carantano &c. Et quævis, tametſi Veteris Pannoniæ, ſuis circumſcripta fuêre limitibus.

Sed qui illi fuêre limites? Sclavoniam inter & Croatiam? Fateor, eſſe notatos a nemine. Quantum nihilominus deduci e Scriptoribus poſſunt, ſi generatim perpendantur, Primi illi Croatiæ advenæ, a ſeptemtrione ad limites Ducatus tum Forojuly, ac ex parte Sclavoniæ, ab oriente Sclavonia, a meridie ac occaſu partim Serviis, partim cum Croatis illis, a quibus e Dalmatia receſſerant, jungebantur. Sclavi vero ab occaſu, Croatis, & Forojulianis, a ſeptemtrione partim Carantanis, partim Avaribus, ab oriente Bulgaris, a meridie in parte Serviis, in parte Croatis. Et hoc octavo ſæculo. Si vero diſtinctius conſiderentur, & particularius. A ſeptemtrione atque oriente, ultra Dravum, atque ad Sao fluvium, ac Rabam extenſa fuiſſe deducitur Sclavonia, a meridie Serviorum Regionibus, ac demum ab occaſu ad Zettinam ſive Cettinam, ita ut inferiorem, quam vocamus tam Carnioliam, quam & hodiernam Stiriam, in ſuo complexu, Sclavonia habuiſſe, ſæculo hoc octavo, deducatur. Hoc ne ex lubitu aſſeruiſſe videamur, ex Scriptoribus deducimus, admodum veroſimiliter. Nec ſolum ex ratione Ducatus, ſive Banatus Sclavoniæ; verum etiam ex Paulo Diacono, qui *Carnioliam, Sclavorum Regionem*, ubi ſupra appellat. Hoc autem de ſuperiore, quam nunc *Carniam* vocant, ubi *Goritia*, cæteraque loca (cùm ſæculo octavo, Ducatus Forojuly iſthic fuerit, ſub Longobardorum clientella) Diaconum intellexiſſe, credi nequit, itaque de inferiore Carniolia videtur interprætandus. Accedit ſub Carolo M. ad finem ſæculi hujus octavi, quia circa 796. ſcribi in vita Caroli Magni, quod: *Ericus, ſive Henricus Dux Forojulienſis, miſſis hominibus ſuis cum Wonomiro* (a quibusdam Svonimiro ſcribitur) *Sclavo, in Pannonias, Hringum gentis Avarorum longis retro temporibus quietum, civili bello fatigatis inter ſe Principibus, ſpoliavit.* Quo ex loco, plura videntur, 1mò: Civilia bella hos intra Duces fuiſſe. 2dò: Avares in Pannoniis fuiſſe, & longis retro temporibus quieviſſe. 3tio: Ducem Forojulienſem, fuiſſe alium; & alium Sclavum Winomirum. Huic ut fœderato cum Duce, datas fuiſſe ſuppetias, cum quibus Wonomirus, Ringhum ſpoliavit. Itaque advicinabatur Forojulienſi Ducatui, Wenomiri territorium, qui dum *Sclavus* exprimitur, aliud non erat, quam Sclavonia, cujus, Wonomirus Banus tum fuerit, ac Abaribus ex ſeptemtrionali, orientalique parte vicinus, ut infra uberius. Porrò ſi veræ ſunt, editæ hactenus Ducum Carinthiæ ſeries, Wonomirus Sclavus e Carinthia fuiſſe dici nequit, minus autem e Slavis ſeptemtrionalibus, & orientalibus, quia his adeo rèmotis, auxilia Dux Forojulianus, dare nequiviſſet, ut ſubito Rhingum ſpoliare valeant. Firmat ſuperiora noſtra, *Eginhardus* de geſtis Ludovici Pii ad annum 818. & 819. ubi de bello adverſus Liudevitum Pannoniæ inferioris (ſive Sclavoniæ) referens, ait: *Quibus domum reverſis* (nempe Ludovici exercitibus) *Carniolenſes, qui circa Savum fluvium habitant, & Forojulienſibus pene contigui ſunt, Baldrico ſe dediderunt.* Ergo a Liudevito Sclavoniæ tum Duce, ſive Bano, cui antea ſubjecti fuêre, defecerunt. Extendebatur itaque ab anno circiter 740. ad 819. Sclavonia, uti ſupra diximus, ad Savum, atque inferiorem Carnioliam compræhendebat intra ſuos limites. Eratque Sclavonia Carantanis proxima, ait enim Eginhardus: *Idem & pars Carantanorum, quæ ad Liudeviti partes a nobis defecerat, facere curavit.* Ubi obſervandum, Eginhardum teſtari: Carantanorum partem ad Liudevitum defeciſſe. Non autem de Carniolenſibus, at hos Liudevito ſubjectos, quia Forojulienſibus contiguos, ſemet Baldarico dedidiſſe. Hinc Sclavoniæ limites, occaſum verſus (conſiderando a loco ubi ſcribimus) per inferiorem hodiernam Stiriam, & Carnioliam extenſos ſæculo VIII. fuiſſe deducimus

Digitized by Google

Quod vero a ſeptemtrione, ex parte Carantani, ex parte vero Avares vicini fuerint, tum ex Eginhardo pateret: *idem & pars Carantanorum, quæ ad Liudeviti partes a nobis defecerat, facere curavit*, cum & ex aliis, quæ longum foret deſcribere. Avares, qui ante annum 757. circiter, ut ſupra ſumus comentati, Dominatum tenuêre totius Pannoniæ, in erectione per Sclavos facta, ſurgenteque Sclavorum Republica, excluſi plane e Pannoniis non fuêre, at partem hujus continuo ſervâſſe deducuntur, & quidem ab Albi & Anaſo fluviis, ad Rabam, atque inde ad Dravum, ramosque Danubii. Hæc luculenta, & clara ſunt, ex Clariſſimis, Marco Hanſicz S. J. ubi de Laureaci ruina, & Georgio Pray S. J. Annalium veterum Par. II. & III. ut ad erudita horum opera, lectores remittam. Quod demum orientalem deflexe ad meridiem partem attinet, Serblos ſive Servios fuiſſe Sclavoniæ vicinos, a nemine diſficultari ſcio. Eſt ergo iterum difficultas, de ea reſpective parte, quæ ad occaſum, & meridiem eſt, intra limites hodiernæ Carnioliæ, & Croatiæ, ſive moderni Segnienſis Epiſcopatus, Veteris condam in parte Liburniæ; in parte autem Japidiæ. Equidem Doctiſſimus Farlatus, ut ſupra recenſuimus, *Croatiam mediterraneam* extendendo, Sclavoniam excludit, quin Tomo I. Illyr. Sacr. pag. 117. *Sclavoniam* a Croatis dictam, conſtitutamque circa annum 796. admitteret, ſcribendo: *At a Chrobatis, qui in Dalmatiam venerunt, pars quædam ſeceſſit, & Illyricum, atque Pannoniam occupavit.* Ad quem Porphyr textum, ſic Farlatus: *E Chrobatis igitur, qui Dalmatiam occupaverant, duplex Chrobatorum ſeceſſio facta eſt: altera ad orientem, altera ad ſeptemtrionem, hi quidem migraverunt in Pannoniam Saviam, quæ ab novis incolis genere Sclavis, Sclavoniæ nomen accepit: Illi vero profecti ſunt in Illyricum, hoc eſt in Moeſiam ſuperiorem, & ab Serblis ejusdem nationis, & linguæ populis in agrorum ſocietatem admiſſi, ſedes, ac domicilia collocârunt in Moeſia, quæ tum dicta eſt, hodieque dicitur Serblia.* Hoc ſecundum relinquo, cum Serbliæ hiſtoriam non illuſtrem, quam Clariſſ. Ritterus, opere MSS quod poſſidemus illuſtravit. At *Pannoniam Saviam a Croatis, Sclavoniæ nomen accepiſſe*, aſſentiri non poſſum. Longè antequam Chrobatorum nomen his in oris innotuiſſet, Sclavos & apud Scriptores, & hic in Pannonia notos eſſe, anteriora teſtantur. Qua igitur ratione? Croatæ, qui Sclavos, Abaresque e Dalmatia ejecerunt, *Sclavoniæ*, potius nomen indidiſſent Pannoniæ Saviæ, quam Croatiæ? Quomodo Croatæ hoc nomen dare potuerunt, qui a Sclavorum occupatis terris, Sclavi etiam dicti ſunt? qui ſucceſſive ac tardius prolato in Pannoniam Saviam dominatu, ſuperiori huic Sclavoniæ, Croatiæ nomen attribuerunt, hodiedumque Croatiæ cenſetur vocabulo. Supra docuimus, antequam Croatæ e Dalmatia receſſiſſent, Sclavos mediterraneas has oras poſſediſſe, in parte ſemet Croatas firmâſſe, reſiduum Sclavis reliquiſſe, & occaſione enatorum tot Ducatuum, Sclavoniæ Banatum, ſive Ducatum fuiſſe erectum, cui reſpectivè a meridie, & ab occaſu advicinabatur, terrenum ab advenis ex Dalmatia Croatis occupatum. Hoc præter recenſita ſuperius, roborant diſtincti Duces, ſive Bani. Hoc Eginhardus, qui *Bornam*, veteri vocabulo *Dalmatiæ, Liburniæque Ducem*, hoc eſt Croatiæ, cui ſucceſſit, nepos Ladasclavus: *Liudevitum, Pannoniæ inferioris*, hoc eſt Sclavoniæ, *Cadolachum Marchæ Forojulienſis*, cui Baldrichus ſucceſſit, Duces recenſet. *Liudemullus* Bornæ Avunculus, fuit Dalmatiæ Dux, illius nempe, quam Croatæ ſub Heraclio aquiſiverant. Proinde Liudevitus, ut a Borna & Cadolacho Dux erat diſtinctus, ſic & ducatum alium, Sclavoniam nempe habuit. Cui Liudevito, quia Carniolenſes ſubjecti erant, ipſe item *Siſcia* relicta ad Sorabos profugiſſet, eum Sclavoniæ Ducem fuiſſe, quivis fatebitur, cui regiones has viſitare, & ſcrutari placuerit. Accedit, quod Porphyr. teſte: ſub Imperatore Baſilio, dum mediterranea hæc Croatia, fidem ſuſcepit Catholicam, & Zupaniæ XI. cum Banatu Croatico erectæ fuiſſent, nulla, illarum Zupaniarum ſit, quæ ad has Sclavoniæ partes pertineret, aut trahi poſſet, conſequenter partes hæ, Croatiæ attribui nequeunt, neque Sclavonia a Croatis nomen accepit. Quare Croatiæ mediterraneæ a Farlato facta deſcriptio, quemadmodum & Interamnenſis ad poſteriora pertinet ſæcula, ut ſuis locis dicturi, & nullatenus ad octavum ſæculum.

VI. Apparet ex præmiſſis, in Pannonia condam vetere atque Romanorum, Ducatus ſæculo hoc octavo plures ſurrexiſſe, nempe, Croatiæ, Sclavonia, Hunnorum ſive Avariæ, Carantanum, Forojuly autem Ducatus, Japidiam Romanorum majori ex parte complectebatur. Croatæ, a Sclavis in hoc differebant, quod illi Banos ſive Duces ſuos, e ſuis ambiverint, habuerintque potiſſimum, ut etiam ſucceſſive Principes, ſive Reges, ut hæc potiſſimùm cauſa fuerit, amiſſæ per Hungariæ Reges Dalmatiæ, ſive Croatiæ illius veteris ab Heracly tempore, quod Reges Hungariæ, extraneos iis, pro Banis dare, fuerint aſſoliti. Sclavi contra, Banos ſuos, e ſuis habere non curaverint, at potius exteros. Hoc ſive promanet e genio, quod pares eſſe velint ſinguli ſingulis; ſive quod ab olim, Abaribus, a Sclavis diſtinctis, parêre imbibe-

Digitized by Google

biberint, ſibique naturale fecerint. Sane ad finem Sæculi noni, cum Hungariæ Regni figerentur per advenientes Hungaros initia, Sclavi mox ſeſe conjunxerant, ut infra dicturi.

Jam qui Duces, ſive Bani Sclavoniæ ab anno circiter 737. fuère ? dicendum foret. Defectu Scriptorum dicere neſcio. Ex anterioribus patet, horum inveniri memorias, nempe: ſub Juſtiniano Imperatore *Nebula.* Hic ære corruptus, ad Arabes profugit. *Agra*, ſive *Argaidus* a Croatis cæſus, Rector Sclavoniæ circa 740. poſt hunc vel Anonymus, vel *Pemo* ex Forojuly Ducatu ad Sclavoniam fugiens, & credibilius a penſione illa veteri, Sclavos eliberans. Poſt hunc Anonymus, unus aut duo etiam. Wonomirus, qui Ringhum ſpoliavit. Hos Duces Sclavoniæ ex dictis Scriptoribusque eruimus. Si Serviæ ſive Serblorum hiſtoriam examinandi, foret nobis otium, credo complures Sclavoniæ hujus Duces ſive Banos, Serviæ adſcriptos comperiremus.

§. 3[tius]

De Sclavonia, & Croatia Pannoniæ, Sæculo IX. memoriæ.

I. CAROLUS Magnus, Pipino Rege 768. mortuo, Patri ſucceſſit. Francorum Regnum extendit, reddiditque celebre. Quod ut videas Lector, juvat ex Eginhardo, vit. Car. c. 16. ſequentia deſcribere „ Regnum Francorum - - ita nobiliter ampliavit, ut penè duplum illi adjecerit. Nam cum prius non amplius, quam ea pars Galliæ, quæ intra Rhenum, ac Ligerim, oceanumque ac mare Balearicum jacet: Et pars Germaniæ, quæ intra Saxoniam & Danubium, Rhenumque ac Salam fluvium (qui Thuringos & Sorabos dividit) poſita, a Francis, qui Orientales dicuntur incolitur; & præter hæc Alemani, atque Bojoary ad Regni Francorum poteſtatem pertinerent: ipſe per bella memorata primo Aquitaniam & Vaſconiam, totumque Pyrenæi montis jugum, & uſque ad Hiberum amnem - - Deinde Italiam totam, quæ ab Auguſta Prætoria, uſque in Calabriam inferiorem, in qua Græcorum, ac Beneventanorum conſtat eſſe confinia - - Tum Saxoniam, quæ quidem Germaniæ pars non modica eſt, & ad eam, quæ a Francis incolitur, latitudine dupla putatur cum longitudine poſſit eſſe conſimilis. Poſtquam, *utramque Pannoniam*; & oppoſitam in altera Danubii ripa Daciam, *Hiſtriam quoque, & Liburniam, & Dalmatiam*; exceptis maritimis Civitatibus, quæ ob amicitiam, & junctum cum eo fœdus, Conſtantinopolitanum Imperatorem habere permiſit. Deinde omnes barbaras, ac feras nationes, quæ inter Rhenum, ac Viſtulam fluvios oceanumque, & Danubium poſitæ, lingua quidem penè ſimiles, moribus vero, atque habitu diſſimiles, Germaniam incolunt, ita perdomuit, ut eas tributarias effecerit „. Compendio hic habes Lector, Caroli bellica geſta. Ego commentari de cæteris nolo, ac de Pannoniis, ac ex parte Hiſtria, Liburnia, Dalmatia, ad memorias deducendas, illuſtrandasque, harum Regionum; Sclavoniæ nempe & Croatiæ. Cæterum ex Eginhardi textu hoc, atque cæteris, videre eſt, eum in nominandis his Regionibus, nequaquam appellationibus novis, & prioris ſæculi, uſum fuiſſe, at veteribus illis Romanorum, dum vocat utramque Pannoniam, item Iſtriam, Liburniam, atque Dalmatiam. Hanc, Dalmatiam nempe, videtur dividere, in mediterraneam, atque maritimam, dum hanc Imperatoribus Conſtantinopolitanis permiſſam fuiſſe narrat, Mediterraneam vero, cum Veteri Liburnia conjungens, Francorum Regno additam fuiſſe per Carolum narrat, hujusque Ducem, *Bornam* ſucceſſivè, in Liudeviti hiſtoria. Ejusmodi hiſtoricorum ſcripta, qui Provincias jam uno, jam alio nomine ſcribunt, non parvum obſtaculum ſunt, rerum ſincerè, & ad veritatem cognoſcendarum, præbentque inutilibus diſputationibus fomitem. Certè poſt irruptionem barbararum gentium, poſt erectos tot numero, priore ſæculo Ducatus novos, uti Veterum Romanarum Provinciarum mutati fuère limites, atque nomina; ita pro ſervanda hiſtoriæ veræ ſerie, nomina Ducatuum, populorumque, & conſtituti horum limites, ſervandi fuiſſent. *Pannoniæ* ſub Romanis ipſis, uti anteriore Periodo videre eſſet, varias diviſiones, & epochas habuère. Sæculo VII. ab eas incolentibus, in alias venerunt appellationes, VIII. Ducatus novos nactæ ſunt, adeoque confundere non debuiſſet Eginhardus, cæterique hiſtoriam. At quis medebitur? Itaque

II. Poſtquam Longobardorum Reges, Romanis Pontificibus pro Exarchatu Ravenæ incommodi fuiſſent, nec in Græcis præſidium locari poſſe viderent, Adrianus Papa, ad Caroli opem confugiens, legatione ſupplici, fecit: ut Carolus Deſiderium Ticini obſeſſum ad deditionem coegerit. *Adalgiſus*, Deſiderii filius Veronâ, ad Græcos profugit, Patriciatus honore apud eos decoratus. Acta hæc ſunt anno 773. teſte aureo Caroli Numiſmate, apud Joſep. Pichler in hiſt. Quinque Carol. Vien. 1735. edita, ubi in uno, epigraphe; *Verona dedita. & Longobardis. in. fidem. accep.* & poſt lineam, *Clem. Princ.* in altero: ſedens cum

Digitized by Google

ſeceſſiſſet, partes illas, ejectis inde Sclavis, & occiſo Arga, ſive Argaido occupaviſſet; Poſtquam item Sclavi, qui Longobardis ad tempora Ratichis Ducis penſionem ſolvebant, ſemet in plenam aſſeruiſſent libertatem, ab exemplo Vicinorum, a quibus Duces fuêre conſtituti, ut Bulgariæ, Serviæ, Carinthiæ &c. Hi quoque conſtitutis intra ſe limitibus, Duces ſibi creaviſſe deducuntur. Sed an illico, aut ſucceſſivè, conſtituere nequeo, præcipue cum ex Porphyrog. tardius hoc eveniſſe arguatur, ait enim: *excuſſis Romani Imperii habenis liberi, ſuisque non alienis legibus uſi ſunt. Principes vero, ut ajunt, hæ gentes non habent, præter Zupanos ſenes, quemadmodum etiam reliqui Sclavorum populi.* Imo eodem cap. 29. ſub Baſilio Imperatore, & poſt ſuſceptum Baptiſmum (a Croatis nempe oras Adriaticas incolentibus) Croatas ſuos aſſumpſiſſe proprios Principes narrat. *Atque ex eo tempore* inquiens, *in hodiernum uſque diem, Principes ipſis ex eadem ſtirpe, & non aliunde eliguntur.* Hæc de Croatis Porphyr. Verum Principis nomen, pro Regis officio intellexiſſe Porphyrog. argui poteſt ex cap. 30. ubi narrat, ſuſcepto a Croatis Baptiſmate ſub Porino Principe, *Principatum tenente Porino* Regionem in Zupanias XI. diviſam fuiſſe, quibus enarratis ſubjungit: *Ipſorumque Banus tenet Cribaſam, Litzam, & Guteczam*, hoc eſt hodierna dialecto, *Corbaviam, Likam, Kotczevje*, ut proinde *Porinum*, utpote Principem ſive Regem, a Bano diſtinguat. Hinc nihilominus ſequitur, tam Croatas hos, ante conſtitutos a ſe Reges, ſive Principes, quam & Sclavos alios habuiſſe quendam, præter Zupanos Senes, qui his erat Superior; quem illi *Banum, ſive Dominum* appellabant; vicini autem dixêre Ducem. Nec occaſione conſtituti per Croatas Regis, Regnique; Banos fuiſſe extinctos, at Regibus ſubjectos, Zupanis nihilominus majores, dum Bano, Corbavia, Lika, Kotczevje exciſa, aſſignataque fuêre. Hæc de Croatis habemus ex Porphyrog.

Eadem omnino de Sclavis tenenda ſunt, non ſolum ex verbis Porphyrog. *quemadmodum etiam reliqui Sclavorum populi*, ubi, antequam Principes, ſive Reges proprios conſtituiſſent Croatæ, eandem illos ſervâſſe gubernationis formam, ſive Rempublicam, cum reliquis Sclavorum populis, teſtatur. Igitur dum præter Zupanos, Croatis Banum fuiſſe cnſtat, idem etiam obſervâſſe vicinos Sclavos conſequitur; firmatque Banorum, non ſolum Croatiæ, Dalmatiæque, ſed & Sclavoniæ, atque ſub Regibus Serviæ, Boſniæ, Banorum Series. Quare quos Scriptores latini, Duces retulêre, hos Sclavis his quoque fuiſſe, dubitari non poteſt, at quod hi, ſuos Duces, idiomate ſuo BANOS appellaverint, vocaverintque, *Zupanos* quoque illos, quos Comites Latini, Banis (quorum fuit officii militaribus præeſſe, ſecuritati conſulere, uti ex Argaido apparet) ſubordinatos. Itaque proprios Banos, ſive Duces, his fuiſſe nationibus, antequam ſuos habuiſſent Reges, dubitari non poteſt. An autem To *Banus*, acceperint ex voce *Pan*, quæ Dominum ſignificat? aut ex Abarorum reliquiis aſſumpta ſit hæc vox Banus? quia *Bajan*, Abaribus Chaganum eorundem, ſive Ducis officium denotâſſe, in comperto haberetur, quod cui lubet, teneat. Mihi ſatis eſt, id *Bani officium* apud Sclavos, Croatasque fuiſſe, quod *Ducis* apud nationes alias.

Jam cum ea ſit plurimorum opinio, & manifeſtus error, quod ſuperior hæc Sclavonia, quæ hodie Croatiæ nomine venit, ab olim & ſemper ſit, fueritque Croatia, neque ullas paſſa unquam fuerit mutationes ac periodos, id quod domeſticorum quidam arguunt, ex alveo *Horvatchka* vocato, adeoque indicante, ſemper hic fuiſſe Croatiam, cùm *Horvat*, Croatam ſignificet, *Horvatchka* Croatiam. Item: quod oras Japidiæ veteris, ſive populum illum, qui ad *Meklicam*, Mötling, circa & ultro habitat, *Beli Horvathi*, id eſt *Croatas Albos* vocarent; non deſunt, qui pro *Croatia magna*, a Porphyrog. indicata, non habuerint olim, ac nunc quidam habeant, credantque firmiſſime, has oras. Quare ajunt: cum telus hæc, multiplicato populo, ſufficiens non fuiſſet, in Regiones non ſolum vicinas ſeſe dilatârunt Croatæ, at fratres tres, ex arce *Krapina*, cum quibusdam abiiſſe, condidiſſeque tria ampliſſima Regna, Bohemiam nempe, Poloniam, & Moſcoviam. Hinc Alexandri Magni Macedonis diploma, dicebatur in Regni hujus tabullario, aſſervari; cujus copiam Chehus, ad ſeſe in Bohemia firmandum, docendumque jus legitimum, curavit Pragæ marmori incidi. Hæc & ſimilia ſomnia, evidentiæ erant & certitudines, memoria quoque mea, ut certe his adverſari ante annos 20. nefas fuiſſet, utinam apud omnes, nunc quoque culpa careat! Et qui præjudicatis majorum, Religioſorumque Virorum non adhærebant erroribus, periêre. Alii vero, docti licèt, a ſe ſcripta edere metuebant, ut ſic, partes hæ, cognitione rerum ſuarum careant, habeantque tot lacunas, quas nec è MSS. litteras colentium Nicodemorum (quod videlicet tantorum ſcripturæ conſervatæ non ſint; vel ſi præjudicatis opinionibus non adhæſiſſent, ut hæreticorum, novatorumque miſerrimè periverint) ſupplere eſt poſſibile. Nunc, laudes infinitæ DEO! infantiam agentibus, melioribus utilibusque litteris, quæ diſtinguunt veritatem, a cujusvis opinione, nec rei evidentiam in ſophiſmatibus collocant, ſcribere hac de re nos poſſe confidimus, quod diplo-

Digitized by Google

diploma adeo decantatum Alaxandri Magni, in aperto viſitatoque anno 1763. monumentorum Regni Scrinio, repertum non ſit, quodve propriarum noſcendarum rerum, eſſe multis deſiderium animadverterim.

Itaque ex ſuperioribus pateret, Sclavos cum Abaribus his in Regionibus, ante Croatas fuiſſe. Partem Croatarum ex Dalmatia, in oras nominatas ſeceſſiſſe, illasque Sclavis eripuiſſe. Parte alia Sclavis relicta, ut ex diviſione ac pactis, illud quod Croatis obvenit, Croatiæ venerit, remanſeritque nomine; quod Sclavis relictum eſt, *Sclavonia* dicta eſt. Clara hæc ſunt, ex monumentis Hungariæ Regum, etſi poſterioribus, ex tot tantisque Scriptoribus, & ut reliquos taceam, ex ſuperius recitato Porphyrogeniti textu, patet, Sclavorum gentes, vicinas fuiſſe Croatis, dum ait Porphyrog. quemadmodum reliqui Sclavorum populi, quos a Croatis diſtinguit, ac fuiſſe plures indicat. Profectò Carantani, Carnioli, Sclavorum fuêre populus, item Sclavi, in Sclavonia habitantes, Servii quoque ſive Serbli, & trans Danubium Moravi. Hinc ſurgentibus octavo ſæculo tot tantisque Ducibus, adeoque Ducatibus etiam, *Sclavonia* quoque Banatus ſive Ducatus nomen ſortita, occaſione hac nata eſt, ac diſtincta Provincia effecta, a Croatia, Servia, Carantano &c. Et quævis, tametſi Veteris Pannoniæ, ſuis circumſcripta fuêre limitibus.

Sed qui illi fuêre limites? Sclavoniam inter & Croatiam? Fateor, eſſe notatos a nemine. Quantum nihilominus deduci e Scriptoribus poſſunt, ſi generatim perpendantur, Primi illi Croatiæ advenæ, a ſeptemtrione ad limites Ducatus tum Forojuly, ac ex parte Sclavoniæ, ab oriente Sclavonia, a meridie ac occaſu partim Serviis, partim cum Croatis illis, a quibus e Dalmatia receſſerant, jungebantur. Sclavi vero ab occaſu, Croatis, & Forojulianis, a ſeptemtrione partim Carantanis, partim Avaribus, ab oriente Bulgaris, a meridie in parte Serviis, in parte Croatis. Et hoc octavo ſæculo. Si vero diſtinctius conſiderentur, & particularius. A ſeptemtrione atque oriente, ultra Dravum, atque ad Sao fluvium, ac Rabam extenſa fuiſſe deducitur Sclavonia, a meridie Serviorum Regionibus, ac demum ab occaſu ad Zettinam ſive Cettinam, ita ut inferiorem, quam vocamus tam Carnioliam, quam & hodiernam Stiriam, in ſuo complexu, Sclavonia habuiſſe, ſæculo hoc octavo, deducatur. Hoc ne ex lubitu aſſeruiſſe videamur, ex Scriptoribus deducimus, admodum veroſimiliter. Nec ſolum ex ratione Ducatus, ſive Banatus Sclavoniæ; verum etiam ex Paulo Diacono, qui *Carnioliam, Sclavorum Regionem*, ubi ſupra appellat. Hoc autem de ſuperiore, quam nunc *Carniam* vocant, ubi *Goritia*, cæteraque loca (cùm ſæculo octavo, Ducatus Forojuly iſthic fuerit, ſub Longobardorum clientella) Diaconum intellexiſſe, credi nequit, itaque de inferiore Carniolia videtur interprætandus. Accedit ſub Carolo M. ad finem ſæculi hujus octavi, quia circa 796. ſcribi in vita Caroli Magni, quod: *Ericus, ſive Henricus Dux Forojulienſis, miſſis hominibus ſuis cum Wonomiro* (a quibusdam Svonimiro ſcribitur) *Sclavo, in Pannonias, Hringum genti: Avarorum longis retro temporibus quietum, civili bello fatigatis inter ſe Principibus, ſpoliavit.* Quo ex loco, plura videntur, 1mò: Civilia bella hos intra Duces fuiſſe. 2dò: Avares in Pannoniis fuiſſe, & longis retro temporibus quieviſſe. 3tio: Ducem Forojulienſem, fuiſſe alium; & alium Sclavum Winomirum. Huic ut fœderato cum Duce, datas fuiſſe ſuppetias, cum quibus Wonomirus, Ringhum ſpoliavit. Itaque advicinabatur Forojulienſi Ducatui, Wenomiri territorium, qui dum *Sclavus* exprimitur, aliud non erat, quam Sclavonia, cujus, Wonomirus Banus tum fuerit, ac Abaribus ex ſeptemtrionali, orientalique parte vicinus, ut infra uberius. Porrò ſi veræ ſunt, editæ hactenus Ducum Carinthiæ ſeries, Wonomirus Sclavus e Carinthia fuiſſe dici nequit, minus autem e Slavis ſeptemtrionalibus, & orientalibus, quia his adeo rèmotis, àuxilia Dux Forojulianus, dare nequiviſſet, ut ſubito Rhingum ſpoliare valeant. Firmat ſuperiora noſtra, *Eginhardus* de geſtis Ludovici Pii ad annum 818. & 819. ubi de bello adverſus Liudevitum Pannoniæ inferioris (ſive Sclavoniæ) referens, ait: *Quibus domum reverſis* (nempe Ludovici exercitibus) *Carniolenſes, qui circa Savum fluvium habitant, & Forojulienſibus pene contigui ſunt, Baldrico ſe dediderunt.* Ergo a Liudevito Sclavoniæ tum Duce, ſive Bano, cui antea ſubjecti fuêre, defecerunt. Extendebatur itaque ab anno circiter 740. ad 819. Sclavonia, uti ſupra diximus, ad Savum, atque inferiorem Carnioliam comprændebat intra ſuos limites. Eratque Sclavonia Carantanis proxima, ait enim Eginhardus: *Idem & pars Carantanorum, quæ ad Liudeviti partes a nobis defecerat, facere curavit.* Ubi obſervandum, Eginhardum teſtari: Carantanorum partem ad Liudevitum defeciſſe. Non autem de Carniolenſibus, at hos Liudevito ſubjectos, quia Forojulienſibus contiguos, ſemet Baldarico dediſiſſe. Hinc Sclavoniæ limites, occaſum verſus (conſiderando a loco ubi ſcribimus) per inferiorem hodiernam Stiriam, & Carnioliam extenſos ſæculo VIII. fuiſſe deducimus

Digitized by Google

Quod vero a ſeptemtrione, ex parte Carantani, ex parte vero Avares vicini fuerint, tum ex Eginhardo pateret: *idem & pars Carantanorum, quæ ad Liudeviti partes a nobis defecerat, facere curavit*, cum & ex aliis, quæ longum foret deſcribere. Avares, qui ante annum 757. circiter, ut ſupra ſumus comentati, Dominatum tenuêre totius Pannoniæ, in erectione per Sclavos facta, ſurgenteque Sclavorum Republica, excluſi plane e Pannoniis non fuêre, at partem hujus continuo ſervâſſe deducuntur, & quidem ab Albi & Anaſo fluviis, ad Rabam, atque inde ad Dravum, ramosque Danubii. Hæc luculenta, & clara ſunt, ex Clariſſimis, Marco Hanſicz S.J. ubi de Laureaci ruina, & Georgio Pray S. J. Annalium veterum Par. II. & III. ut ad erudita horum opera, lectores remittam. Quod demum orientalem deflexe ad meridiem partem attinet, Serblos ſive Servios fuiſſe Sclavoniæ vicinos, a nemine diſficultari ſcio. Eſt ergo iterum difficultas, de ea reſpective parte, quæ ad occaſum, & meridiem eſt, intra limites hodiernæ Carnioliæ, & Croatiæ, ſive moderni Segnienſis Epiſcopatus, Veteris condam in parte Liburniæ; in parte autem Japidiæ. Equidem Doctiſſimus Farlatus, ut ſupra recenſuimus, *Croatiam mediterraneam* extendendo, Sclavoniam excludit, quin Tomo I. Illyr. Sacr. pag. 117. *Sclavoniam* a Croatis dictam, conſtitutamque circa annum 796. admitteret, ſcribendo: *At a Chrobatis, qui in Dalmatiam venerunt, pars quædam ſeceſſit, & Illyricum, atque Pannoniam occupavit.* Ad quem Porphyr textum, ſic Farlatus: *E Chrobatis igitur, qui Dalmatiam occupaverant, duplex Chrobatorum ſeceſſio facta eſt: altera ad orientem, altera ad ſeptemtrionem, hi quidem migraverunt in Pannoniam Saviam, quæ ab novis incolis genere Sclavis, Sclavoniæ nomen accepit: Illi vero profecti ſunt in Illyricum, hoc eſt in Moeſiam ſuperiorem, & ab Serblis ejusdem nationis, & linguæ populis in agrorum ſocietatem admiſſi, ſedes, ac domicilia collocârunt in Moeſia, quæ tum dicta eſt, hodieque dicitur Serblia.* Hoc ſecundum relinquo, cum Serbliæ hiſtoriam non illuſtrem, quam Clariſſ. Ritterus, opere MSS quod poſſidemus illuſtravit. At *Pannoniam Saviam a Croatis, Sclavoniæ nomen accepiſſe*, aſſentiri non poſſum. Longè antequam Chrobatorum nomen his in oris innotuiſſet, Sclavos & apud Scriptores, & hic in Pannonia notos eſſe, anteriora teſtantur. Qua igitur ratione? Croatæ, qui Sclavos, Abaresque e Dalmatia ejecerunt, *Sclavoniæ*, potius nomen indidiſſent Pannoniæ Saviæ, quam Croatiæ? Quomodo Croatæ hoc nomen dare potuerunt, qui a Sclavorum occupatis terris, Sclavi etiam dicti ſunt? qui ſucceſſive ac tardius prolato in Pannoniam Saviam dominatu, ſuperiori huic Sclavoniæ, Croatiæ nomen attribuerunt, hodiedumque Croatiæ cenſetur vocabulo. Supra docuimus, antequam Croatæ e Dalmatia receſſiſſent, Sclavos mediterraneas has oras poſſediſſe, in parte ſemet Croatas firmâſſe, reſiduum Sclavis reliquiſſe, & occaſione enatorum tot Ducatuum, Sclavoniæ Banatum, ſive Ducatum fuiſſe erectum, cui reſpectivè a meridie, & ab occaſu advicinabatur, terrenum ab advenis ex Dalmatia Croatis occupatum. Hoc præter recenſita ſuperius, roborant diſtincti Duces, ſive Bani. Hoc Eginhardus, qui *Bornam*, veteri vocabulo *Dalmatiæ, Liburniæque Ducem*, hoc eſt Croatiæ, cui ſucceſſit, nepos Ladasclavus: *Liudevitum, Pannoniæ inferioris*, hoc eſt Sclavoniæ, *Cadolachum Marchæ Forojulienſis*, cui Baldrichus ſucceſſit, Duces recenſet. *Liudemullus* Bornæ Avunculus, fuit Dalmatiæ Dux, illius nempe, quam Croatæ ſub Heraclio aquiſiverant. Proinde Liudevitus, ut a Borna & Cadolacho Dux erat diſtinctus, ſic & ducatum alium, Sclavoniam nempe habuit. Cui Liudevito, quia Carniolenſes ſubjecti erant, ipſe item *Siſcia* relicta ad Sorabos profugiſſet, eum Sclavoniæ Ducem fuiſſe, quivis fatebitur, cui regiones has viſitare, & ſcrutari placuerit. Accedit, quod Porphyr. teſte: ſub Imperatore Baſilio, dum mediterranea hæc Croatia, fidem ſuſcepit Catholicam, & Zupaniæ XI. cum Banatu Croatico erectæ fuiſſent, nulla, illarum Zupaniarum ſit, quæ ad has Sclavoniæ partes pertineret, aut trahi poſſet, conſequenter partes hæ, Croatiæ attribui nequeunt, neque Sclavonia a Croatis nomen accepit. Quare Croatiæ mediterraneæ a Farlato facta deſcriptio, quemadmodum & Interamnenſis ad poſteriora pertinet ſæcula, ut ſuis locis dicturi, & nullatenus ad octavum ſæculum.

VI. Apparet ex præmiſſis, in Pannonia condam vetere atque Romanorum, Ducatus ſæculo hoc octavo plures ſurrexiſſe, nempe, Croatiæ, Sclavonia, Hunnorum ſive Avariæ, Carantanum, Forojuly autem Ducatus, Japidiam Romanorum majori ex parte complectebatur. Croatæ, a Sclavis in hoc differebant, quod illi Banos ſive Duces ſuos, e ſuis ambiverint, habuerintque potiſſimum, ut etiam ſucceſſive Principes, ſive Reges, ut hæc potiſſimum cauſa fuerit, amiſſæ per Hungariæ Reges Dalmatiæ, ſive Croatiæ illius veteris ab Heracly tempore, quod Reges Hungariæ, extraneos iis, pro Banis dare, fuerint aſſoliti. Sclavi contra, Banos ſuos, e ſuis habere non curaverint, at potius exteros. Hoc ſive promanet e genio, quod pares eſſe velint ſinguli ſingulis; ſive quod ab olim, Abaribus, a Sclavis diſtinctis, parêre imbibe-

biberint, ſibique naturale fecerint. Sane ad finem Sæculi noni, cum Hungariæ Regni figerentur per advenientes Hungaros initia, Sclavi mox ſeſe conjunxerant, ut infra dicturi.

Jam qui Duces, ſive Bani Sclavoniæ ab anno circiter 737. fuére? dicendum foret. Defectu Scriptorum dicere neſcio. Ex anterioribus patet, horum inveniri memorias, nempe: ſub Juſtiniano Imperatore *Nebula*. Hic ære corruptus, ad Arabes profugit. *Agra*, ſive *Argaidus* a Croatis cæſus, Rector Sclavoniæ circa 740. poſt hunc vel Anonymus, vel *Pemo* ex Forojuly Ducatu ad Sclavoniam fugiens, & credibilius a penſione illa veteri, Sclavos eliberans. Poſt hunc Anonymus, unus aut duo etiam. Wonomirus, qui Ringhum ſpoliavit. Hos Duces Sclavoniæ ex dictis Scriptoribusque eruimus. Si Serviæ ſive Serblorum hiſtoriam examinandi, foret nobis otium, credo complures Sclavoniæ hujus Duces ſive Banos, Serviæ adſcriptos comperiremus.

§. 3tius

De Sclavonia, & Croatia Pannoniæ, Sæculo IX. memoriæ.

I. CAROLUS Magnus, Pipino Rege 768. mortuo, Patri ſucceſſit. Francorum Regnum extendit, reddiditque celebre. Quod ut videas Lector, juvat ex Eginhardo, vit. Car. c. 16. ſequentia deſcribere „ Regnum Francorum - - ita nobiliter ampliavit, ut penè duplum illi adje„ cerit. Nam cum prius non amplius, quam ea pars Galliæ, quæ intra Rhenum, ac Ligerim, o„ ceanumque ac mare Balearicum jacet: Et pars Germaniæ, quæ intra Saxoniam & Danubium, „ Rhenumque ac Salam fluvium (qui Thuringos & Sorabos dividit) poſita, a Francis, qui „ Orientales dicuntur incolitur; & præter hæc Alemani, atque Bojoary ad Regni Francorum „ poteſtatem pertinerent: ipſe per bella memorata primo Aquitaniam & Vaſconiam, totum„ que Pyrenæi montis jugum, & uſque ad Hiberum amnem - - Deinde Italiam totam, quæ „ ab Auguſta Prætoria, uſque in Calabriam inferiorem, in qua Græcorum, ac Beneventa„ norum conſtat eſſe confinia - - Tum Saxoniam, quæ quidem Germaniæ pars non modica „ eſt, & ad eam, quæ a Francis incolitur, latitudine dupla putatur cum longitudine poſſit „ eſſe conſimilis, Poſtquam, *utramque Pannoniam*; & oppoſitam in altera Danubii ripa „ Daciam, *Hiſtriam quoque, & Liburniam, & Dalmatiam*; exceptis maritimis Civitatibus, „ quæ ob amicitiam, & junctum cum eo fœdus, Conſtantinopolitanum Imperatorem habe„ re permiſit. Deinde omnes barbaras, ac feras nationes, quæ inter Rhenum, ac Viſtulam „ fluvios oceanumque, & Danubium poſitæ, lingua quidem penè ſimiles, moribus vero, at„ que habitu diſſimiles, Germaniam incolunt, ita perdomuit, ut eas tributarias effecerit „. Compendio hic habes Lector, Caroli bellica geſta. Ego commentari de cæteris nolo, ac de Pannoniis, ac ex parte Hiſtria, Liburnia, Dalmatia, ad memorias deducendas, illuſtrandasque, harum Regionum; Sclavoniæ nempe & Croatiæ. Cæterum ex Eginhardi textu hoc, atque cæteris, videre eſt, eum in nominandis his Regionibus, nequaquam appellationibus novis, & prioris ſæculi, uſum fuiſſe, at veteribus illis Romanorum, dum vocat utramque Pannoniam, item Iſtriam, Liburniam, atque Dalmatiam. Hanc, Dalmatiam nempe, videtur dividere, in mediterraneam, atque maritimam, dum hanc Imperatoribus Conſtantinopolitanis permiſſam fuiſſe narrat, Mediterraneam vero, cum Veteri Liburnia conjungens, Francorum Regno additam fuiſſe per Carolum narrat, hujusque Ducem, *Bornam* ſucceſſivè, in Liudeviti hiſtoria. Ejusmodi hiſtoricorum ſcripta, qui Provincias jam uno, jam alio nomine ſcribunt, non parvum obſtaculum ſunt, rerum ſincerè, & ad veritatem cognoſcendarum, præbentque inutilibus diſputationibus fomitem. Certè poſt irruptionem barbararum gentium, poſt erectos tot numero, priore ſæculo Ducatus novos, uti Veterum Romanarum Provinciarum mutati fuére limites, atque nomina; ita pro ſervanda hiſtoriæ veræ ſerie, nomina Ducatuum, populorumque, & conſtituti horum limites, ſervandi fuiſſent. *Pannoniæ* ſub Romanis ipſis, uti anteriore Periodo videre eſſet, varias diviſiones, & epochas habuére. Sæculo VII. ab eas incolentibus, in alias venerunt appellationes, VIII. Ducatus novos nactæ ſunt, adeoque confundere non debuiſſet Eginhardus, cæterique hiſtoriam. At quis medebitur? Itaque

II. Poſtquam Longobardorum Reges, Romanis Pontificibus pro Exarchatu Ravenæ incommodi fuiſſent, nec in Græcis præſidium locari poſſe viderent, Adrianus Papa, ad Caroli opem confugiens, legatione ſupplici, fecit: ut Carolus Deſiderium Ticini obſeſſum ad deditionem coegerit. *Adalgiſus*, Deſiderii filius Veronâ, ad Græcos profugit, Patriciatus honore apud eos decoratus. Acta hæc ſunt anno 773. teſte aureo Caroli Numiſmate, apud Joſep. Pichler in hiſt. Quinque Carol. Vien. 1735. edita, ubi in uno, epigraphe: *Verona dedita. & Longobardis. in. fidem. accep.* & poſt lineam, *Clem. Princ.* in altero: ſedens cum

o ſcep-

ſceptro, coronatus Carolus, & flectentibus duobus, & corona ad Caroli pedes depoſita, epigraphe: *Devicto. Deſiderio. Et. Papia. Recepta*, poſt lineam *DCCLXXIII.* Hoc ergo anno, Longobardiâ potitus Carolus, reddito Pontifici exarchatu, reliquum Longobardorum Regno adjiciens; urbes, præſidiaque; Francico cuſtodita voluit milite, leges ſuas impoſuit ſervandas, Spoletanum, Beneventanum, Forojulienſem Duces, e Longobardis permiſit, juramento ſolum, ac feudo, tributoque aliquo, Francorum Regibus obſtrictos. Hac occaſione in Sclavoniam & Croatiam Forojulianis vicinam, Francorum imperium extenſum fuiſſe dicere nequeo, cum altum ſit apud Scriptores, hac de re ſilentium, Luciique ſubſcribendum cenſeo opinioni, dehinc ſeſe Francorum potentiæ, has partes ſubjeciſſe. Ex Privilegio conceſſo a Carolo, Paulino Grammatices Magiſtro, quod ex Palladio deſcripſit Schönleben ad annum 776. confirmantur, quæ retulimus de Forojuly ad Francos acceſſione, cum Regno Longobardorum quà partis, ait enim: *Notum ſit omnium veſtrum magnitudini, qualiter cedimus & donamus, a nobis viro valde Venerabili Paulino, artis Grammaticæ Magiſtro, hoc eſt res quondam & facultates, quæ fuerunt Waldandi filii quondam Mimoni de Labariano, quæ ad noſtrum devenerunt Palatium, pro eo, quod in campo cum Rotgando noſtro inimico, a noſtris fidelibus interfectus eſt; Villam videlicet in Labariano cum omni integritate & ſoliditate ſua &c. Dat. 15. Cal. Juny, anno 8. Regni noſtri.* Si Labarianum, hodierna *Laurana* Carniæ eſt, ſæculo octavo, a Forojulianis dependens, caret dubio, Ducatum Forojuly, cum Longobardorum Regno, ſub Caroli poteſtate fuiſſe.

An autem Forojulienſes Duces, a poteſtate Caroli, bellis aliis, cum Saxonibus nempe & Bavariæ Ducibus occupati, ſeſe in libertatem ponere, ſibi ſuorumque vicinorum auxiliis adnixi ſint; ut Palladius apud Schönleben; aut occulta quædam moliti ſint, cum iis, qui in parte Iſtriæ Græci erant, conſtituere nequeo, ob varietatem Scriptorum. Verba epiſtolæ Adriani Papæ apud Lucium, quam Carolo ſcripſit, pro Epiſcopo Mauricio Hiſtriæ, ubi verba hæc: *Zelo ducti tam prædicti Græci, quam ipſi Hiſtrienſes, ejus oculos eruerint, proponentes ei, ut quaſi ipſum territorium Hiſtrenſe, Veſtræ ſublimi Excellentiæ* (nempe Carolo) *tradere debuiſſet*, ſatis indicant, Iſtrianos propenſiores fuiſſe in Carolum, quam Imperatores Conſtantinopolitanos. Interim ſi verum eſt Carolum circa annum 784. Duces novos dediſſe Provinciis (quod negaretur a quibusdam, at Comites eum creâſſe, & Marchiones ſive finium cuſtodes) ac hos inter Forojulio Ericum ſive Henricum, rerum multarum novatorem, & ut infra occiſum. Poſtquam Eginhardo teſte anno 788. *Hunni, ſicut Taſſiloni promiſerant, duobus exercitibus comparatis, uno Marchiam Forojulienſem, altero Bojoariam aggreſſi ſunt: ſed fruſtra. Nam in utroque loco victi, fugatique ſunt, & multis ſuorum amiſſis, cum magno damno ad loca ſua ſe receperunt &c.* Dubium eſt, qua ex parte Marchiam Forojuly Hunni aggreſſi ſunt? cum ſive per Carantanorum Sclavorum territorium, ſive Sclavoniæ, cujus Banatus, ſive Ducatus in Savienſi erat Pannonia, tranſiviſſe non ſcribantur, aut cum his Sclavis bellâſſe, metuo ego Eginhardum iterum eruditionis ſuæ demonſtrandæ, in voce Hunni ſtudioſum fuiſſe, quemadmodum ſuperius obſervavimus in nominibus utriusque Pannoniæ, Liburniæ, Dalmatiæ; ſic hic etiam, generatim Hunnorum nomine, Sclavos Pannoniæ fuiſſe complexum. Avarum fines fuêre, ad Albim & Anaſum, uti ſupra deduximus. Neque eos deduxiſſe ad Forojulium limites, Sclavis pulſis, ab ullo ſcriberetur, itaque cenſemus: quod quia ab olim, ſumma fuit connexio, atque ſocietas, Sclavos inter, atque Abares, poſtquam Thaſſilo, auxilia ab Hunnis vicinis, id eſt Avaribus poſtulâſſet; hi, habito cum Sclavis conſilio, ſic conſtituerunt, ut Sclavi erumperent ad Marchiam Forojuly, Avares in Bojoariam, ſed infeliciter, quia utroque loco, victi, fugatique ſunt. Hæc ita, ut retulimus interpretanda eſſe, præter datam rationem limitum, deduci videtur inde etiam, quod teſte Eginhardo, ac Regino (qui Avaros nuncupat, quos Eginhardus Hunnos vocat) Hunni injuriam velut vindicaturi, Bojoariam iterum majoribus copiis petierunt, ſed repulſi, cæſi, & illi, qui fuga evadere conabantur, dum Danubium tranare nituntur, gurgitibus fluminis abſorti ſunt. At ab iis, qui ad Forojuly limites profecti, fugatique fuerant, reſtauratam fuiſſe pugnam, ſcriptum a nemine, immo Wonomirum Sclavum, ſive Sclavoniæ hujus Banum, Erici dexteritate ſemet in Clientelam Caroli, & Francorum tradidiſſe, vel hinc evadit manifeſtum, quod in ſequente contra Avaros Caroli bello, ad Erici juſſa, Wonimirus *Rhingum* Avarorum præſidium ſpoliaverit, Theſauros repertos ad Carolum ſubmittendo. Firmare videtur opinionem hinc noſtram, Author hiſt. Carant. apud Bollan. Schönl. Aſſemanum, dum de hac Pipini expeditione, reliqua inter ait: *partem Pannoniæ circa lacum Peleſſæ inferioris, ultra fluvium, qui dicitur Rapa* (Raba) *& ſic uſque ad Dravum fluvium, & eouſque ubi Dravus fluit in Danubium*, (fors pro Dravus, *Raba*, cum Dravus in Savum influat) Avariæ ſeu Hunnorum Regionem occupâſſe Pipinum narrat, & *Arnoni* Epiſcopo pro converſione reſignâſſe.

Ita

Itaque ut Wonimiri Sclavi poſita trans Dravum Regio, a Pipino occupata non ſcribitur; ita hunc, & Sclavoniam ſuam, ſub Francorum clientella, tum fuiſſe deducimus, conſequenter Sclavonia, Anno circiter 788. occaſione memorati contra Forumjuly belli, Francorum poteſtati ſeſe ſubjecerat, quam ſub Liudevito Bano, ſive Duce ejicere procurabat, ac ſtuduit, ut infra narraturi. Accedit: ſcribere quosdam, extenſum Caroli Dominium, uſque ad Savi ripas fuiſſe (nos priorum conſideratione, hæc accipi non poſſe per totum defluxnm Savi, certum habemus, at ut ſupra diximus unicè ex parte occidentali, ubi limes erat Forojuly) novasque colonias, Bavarorum & Vindorum in Pannoniæ partem inductas, quæ, firmari dicunt, ex quorumdam Pagorum nomenclaturis, ut *Windiſgratcz* &c. Item Privilegiis Aquilejenſis Eccleſiæ, dum huic partes cis Dravanæ, Salisburgenſi trans Dravanæ a Carolo fuiſſent attributæ. Verum ſi hæc ad annum 791. circiter conſtituunt; Caroli & Francorum ad Savi ripas dominium, extenſum fuiſſe, haud ſecus intelligi, interprætarique poteſt, quam acceſſione Wonimiri Sclavoniæ Ducis, poſt pugnam anno 788. ad Forojulium amiſſam, deſolatarumque tum quarundam Wonimiri partium, volentibus Errico, & Carolo; ex Vindis, ſive Slavis illis ſeptemtrionalibus, Boiis item, novam impopulationem.

III. Interim Erricus Dux aut Marchio Forojuly, omnem moviſſe videtur lapidem, ut quemadmodum Wonimirum Sclavoniæ, ad juſſa Francorum 788. compoſuerat, ſic æquè per mediterraneas Adriatici oras, quæ a Croatis poſſidebantur, dominatum Francorum extenderet, hinc 796. exmiſſo Wonomiro ad Rhingum ſpoliandum, fini ſuo exequendo intentus fuiſſe deducitur, ſed alio longe exitu, cum Eginhardo teſte, aliisque tot numero, *Ericus Dux Forojuly in Liburnia juxta Terſaticam maritimam Civitatem inſidiis oppidanorum interceptus*, occiſusque fuerit. Duo loca ſunt maritima, ad quæ textus Eginhardi trahitur, *Terſactum* nempe, quod tum, ac nunc etiam Croatiæ eſt, proximum Civitati *Flumen* vocatæ, fluviusque *Rechina* nunc etiam Provincias ſepararet. Alter Tergeſtum eſt. Eginhardi textu quidam Tergeſtum intelligi volunt, quod Epiſcopi eſſet ſedes, cujus Carolus in poſteriori quodam diplomate, faceret mentionem. Alii, *juxta Terſaticam maritimam Civitatem*, Terſactum ab Eginhardo exprimi volunt, quod & veroſimilius eſt, non ſolum ex voce ipſa, at quod, Forojulium ad *Flumen* terminabat, uti ſupra demonſtravimus, & inde Liburnia, ſenſu veteri, hujus verò ſæculi, ab Incolis Croatis, Croatia incoabat, ut Eginhardus ſupra Ducem Forojuly, *in Liburnia juxta Terſaticam*, adeoque neutiquam Tergeſti, inſidiis oppidanorum captum recenſeat, innuereque videatur, vel cum vicinis Liburnis, ſeu Croatis, bellum illi fuiſſe, ut ex inſidiis caperetur; vel Ericum vicinis fuiſſe moleſtum. Hæc Poeta Anonymus de geſtis Caroli M. Imper. teſtatur ad annum 799. Indict. VI. dum poſt *Geroldi* Bojariæ Comitis mortem ab Hunnis illatam, ſubdit:

Italici verò fuerat Dux limitis alter, nomen habens Erichus, qui, poſt bene plurima geſta prælia, poſt crebro ſumptos ex hoſte triumphos oppugnare Liburnorum contenderat urbem Therſaticam, Civesque loci, quem robore ſemper invictum novêre, dolis ac fraude necârunt. Item in vita Caroli ab Anonymo, qua Reghino quoque uſus: *Eodem anno* (799.) *gens Avarorum a fide, quam promiſerat* (797.) *defecit: Et Herricus Dux Forojulienſis, poſt tot res proſperè geſtas, juxta Tarſaticam Liburniæ Civitatem, inſidiis Oppidanorum occiſus eſt.*

Porro cum Sigon. apud Lucium lib. 1. cap. 15. teſtetur: *Carolus in Italiam digreſſus, recto itinere Luburniam properavit, ibi nex Henrici merito, ſumpto de Terſaticenſibus ſupplicio vindicata, Cadalocus Dux Forojulienſibus datus.* Conſequi neceſſum eſt, Croatas illos in vetere olim Liburnia, & Japidiæ parte ſedes figentes, ſeſe Carolo, anno 800. ad habendum, conſtituendumque occidentale Romanum Imperium in Italiam proficiſcenti, ſubdidiſſe, accepto ejus judicio. Attamen Duces, ſive Banos proprios, iis relictos fuiſſe, præſidiis ſive arcibus eorum, Francis impletis. Hoc tam illud Sigony evincit, ubi Cadalocum Forojulienſibus Ducem datum refert, nulla Liburniæ facta mentione, quam & infra Bornæ Ducis memoria, qui Dalmatiæ, Liburniæque Dux exprimitur. Ex Porphyrog. denique, referente: qua ratione dehinc Francorum jugum Croatæ excuſſerint.

Statuimus itaque, ex hactenus deſcriptis Erricum 799. captum, occiſumque; anno dein 800. Croatas ſeſe, Francis ſpontè ſubjeciſſe, atque hæc narrare Porphyrog. cap. 30. dum ait: *At a Chrobatis, qui in Dalmatiam venerunt, pars quædam ſeceſſit, & Illyricum, atque Pannoniam occupavit: habebantque etiam ipſi Principem ſupremum, qui ad Chrobatiæ tantum Principem amicitiæ ergo legationem mittebat. Per aliquot vero annos etiam Dalmatiam incolentes Chrobati, Francis ſubjiciebantur, quemadmodum & antea, dum in ipſorum terra degerent.* Hæc intelligi nequeunt, de Chrobatis illis, qui in veteri vera Dalmatia fuêre, & a quibus hi, in Illyricum & Pannoniam ſeceſsêre, tametſi Porphyrog. confundere videatur Dalmatiam, & has Croatiæ oras (quas Eginhardus & Sigonius Libur-

Digitized by Google

niam appellant;) pro Dalmatia accepiſſe, dum ait: *per aliquot annos, Dalmatiam incolentes Chrobati, Francis ſubjiciebantur*, enimvero Eginhardus, teſtis exceptione major, Carolum maritimas Dalmatiæ Civitates Conſtantinopolitano Imperatori permiſiſſe ut N. 1. hujus §phi retulimus, teſtatur. Quare ex Scriptorum arbitrio, nono hoc ſæculo Dalmatia in maritimam, & continentis harum partium, diviſa cernitur, jam ſub Liburniæ nomine, jam Dalmatiæ & Liburniæ, quæ in veritate Croatia continentis vocanda fuiſſet, ut confuſio hæc temporum, magnam in hiſtoriis, effecerit rerum obſcuritatem, præcipuè dum per poſteriores, recentioresque ſæculi XVI. rectius encomiaſtes, quam veræ hiſtoriæ elucubratores; pro cujusvis ſtudio, univerſæ hæ Regiones, jam Forojulio; jam Carinthiæ, Carnioliæ adſcribuntur. Ex Porphyr. verbis, elici etiam videtur, motivum, Croatarum horum, cur nempe Francorum dominio ſemet ſponte ſubdiderint? quia videlicet & olim, dum majores horum Croatarum in Francorum terris degerent, Heraclii tempore, *Francis ſubjiciebantur.*

IV. Res Conſtantinopolitanorum quo loco hac ætate fuerint? notum eſt eruditis, hinc permiſſo occidentis Imperio, hæ mediæ nationes, ſive conſideratione Potentiæ Francorum; ſive novitatis, ſeſe Francis ultro ſubmiſiſſe videntur. Enimvero Annaliſta Metenſis, apud Cl. Aſſemanum Tom. 2. Par. I. Cap. 2. Anno 803. *Imperator Carolus Bojoariam profectus - - Inde vero ad Regensburg veniens, diſpoſitis his, quæ utilia videbantur eſſe, adventum exercitus de Pannonia redeuntis præſtolabatur. Quibus reverſis obviam illis ad Regensburg venit. Ibi etiam cum illis Zodan Princeps Pannoniæ veniens, Imperatori ſe tradidit. Multi quoque Sclavi, & Hunni in eodem conventu fuerunt, & ſe cum omnibus, quæ poſſidebant, Imperatoris dominio ſubdiderunt.* Chronicon Hildensheimenſe ad ann. Caroli 33. *Ibi venit Legatio Avarorum, omnem terram Imperii ſui ſub ditione Imperatoris Caroli ſubdunt.* Anonymus Author vitæ Caroli, ad annum 797. *Tudum ſecundum pollicitationem ſuam, cum multitudine Avarorum ad Regem venit, & ſe ei dedit cum populo & patria ſua &c.* Deinde inferius: *Princeps Hunnorum Capcanus* (Caganus) *propter neceſſitatem populi Imperatorem adiit, poſtulans ſibi locum dari ad habitandum inter Sabariam, & Carnuntum, quia propter infeſtationem Sclavorum* (Bohemorum, Moravorumque, & trans Albim ſituatorum) *in priſtinis ſedibus eſſe non poterat. Quem Imperator benignè ſuſcepit (erat enim Capcanus Chriſtianus in baptiſmo nomine Theodorus, & precibus ejus annuens, muneribus donatum redire permiſit. Qui rediens ad populum ſuum, pauco tempore transacto diem obiit.* Quæ Aquisgrani evenisſe narraret. Eginhardus autem ad annum 805. collocat. A morte Theodori hujus, motus intra Hunnos fuerint, miſſique ideo in Pannoniam exercitus Caroli, quorum redditum in Regensburg præſtolabatur Carolus, & Theodori Succeſſor Caganus, *Zodan* nomine, ad Carolum venerit, ſeſeque Dominio Imperatoris ut antea Theodorus ſubdiderit, lege ea: ut ſummam Imperii, juxta Priſcum Hunnorum ritum haberet, quod Carolus annuit, ut Auctor vitæ, ſcriberet: *Miſitque Capcanus* (ſive Caganus) *unum de optimatibus ſuis petens ſibi honorem antiquum, quem Capcanus apud Hunnos habere ſolebat. Cujus precibus Imperator aſſenſum præbuit, & ſummam totius Regni, juxta priſcum eorum ritum Capcanum habere præcepit.* Iſte Caganus *Zudan* antea dictus, ſuſcepto Baptiſmo, *Abraham* ſit vocatus; id quod obſervat etiam Hanſiczius, cum ab Eginh. ad annum 805. Abraham dicatur: *Anno 805. Cabuanus venit ad Dominum Carolum, & Abraham Caganus, baptizatus ſuper Fiskaha.* Sed ab Hunnorum Pannoniæ ſuperioris incolarum, etiam exemplo, Sclavorum Pannoniæ inferioris item, qui ab anno 788. ſub clientela fuère Francorum, Croatarum quoque in veteri Liburnia & Japidiæ parte habitantium, & ab Anno 800. Carolo ſubjectorum, reliqui quoque ad Francorum partes acceſſerunt, ut Venetæ & Dalmatæ, ſic enim Eginhardus: 806. *Statim poſt Natalem Domini venerunt Wilharius, & Beatus Duces Venetiæ; nec non & Paulus Dux Jaderæ, atque Donatus ejusdem Civitatis Epiſcopus, Legati Dalmatarum, ad præſentiam Imperatoris, cum magnis donis. Et facta eſt ibi ordinatio ab Imperatore de Ducibus & populis, tam Venetiæ, quam Dalmatiæ.* Eadem habet Author Anonymus vitæ Caroli, niſi quod pro Wilharius, ſcribat Wilericus. Cæteri quoque Annaliſtæ, ut Carolo Regiones has ſemet ſubjeciſſe, difficultari nequeat.

V. Sed qualiter? quave ratione? Pannonia, cæteræque hæ Regiones ad Carolum, & Francos acceſſerint, ſtatuere durum eſt. Equidem intellecta diviſione, quam Imp. Carolus intra filios ſuos fecerat, refractari Francis illicò occeperunt, ut bella, quæ *Pipinus* pro his, ac in his partibus geſſit, reddunt indubium. Quare aut inſolentia Francorum in Præſidiis conſtitutorum, aut Imperatorum orientis motus fecère; ut populus Regionum harum, Francorum Imperium, atque jugum ejicere ſit conatus. Certe Veneti, ſi non primi, intra primos fuiſſe deducuntur, facta inter eos ſciſſione, dum pars Nicephoro: pars Carolo adhæſiſſe vide-

Digitized by Google

videtur, verum ratione illa, ut ambiguum ſit, cui Imperatorum? ſincerè addicti fuerint. Leo PP. III. in Epiſt. XI. ad Carol. M. in cauſa *Fortunati* Archi-Eppi Gradenſis, *Græcos* vocat: *reperimus* inquiens *in eis, quatenus a Gradenſi inſula, ubi Fortunatus Archi Epiſcopus ſuam propriam Sedem habere videbatur, propter perſecutionem Græcorum, ſeu Veneticorum, exul eſſe dignoſcitur.* Sigonius: *Nicetas Patricius cum claſſe in Adriaticum ſinum venit, a Nicephoro: ad comprimendas inteſtinas Dalmatarum Venetorumque diſcordias.* Eginhardus: „ *Anno 807. Nicetas Patricius*, qui cum claſſe Con-„ ſtantinopolitana ſedebat in Venetia, pace facta cum Pipino Rege, & induciis uſque ad men-„ ſem Auguſti conſtitutis, ſtatione ſoluta Conſtantinopolim regreſſus eſt. Anno 809. claſſis „ Conſtantinopoli miſſa, primo ad Dalmatiam, deinde Venetiam appulſa eſt. Quumque ibi „ hiemaret, pars ejus Comaclum inſulam acceſſit, commiſſoque prælio contra præſidium, „ quod in ea diſpoſitum erat, victa, atque fugata in Venetiam receſſit. Dux autem, qui claſſi „ præerat, nomine Paulus, quum de pace inter Francos, & Græcos conſtituenda, quaſi ſibi „ hoc eſſet injunctum, apud Pipinum Italiæ Regem agere moliretur, Willarenus, & Beatus, „ Venetiæ Ducibus, omnes conatus ejus impedientibus, atque ipſi etiam inſidias parantibus „ cognita illorum fraude diſceſſit „ Certe magna fuit, in partem utramque Venetorum dexteritas, Sigonio teſte: *Villerus, & Beatus* Venetiæ Duces cum Dalmatarum Legatis, *Carolum in Theodonis villa magnificis donis cultum rogârunt, ut Venetos Dalmatas in amicitiam reciperet, ac Duces, populosque ſuos confirmaret. Quibus auditis, Carolus haud gravatè aſſenſit, ac foedere conceſſo dimiſit.* Eadem & hoc ordine recenſet Author Anonymus vitæ Carol. M. Proſequitur Eginhardus: *Anno 810. Pippinus Rex, perfidia Ducum Veneticorum incitatus, Venetiam bello, terra, marique juſſit appeti. Subjectaque Venetia ac Ducibus ejus in deditionem acceptis, eandem claſſem ad Dalmatiæ littora vaſtanda miſit. Sed cum Paulus Cephaleniæ Præfectus cum orientali claſſe ad auxilium Delmatis ferendum adventaret, Regia claſſis ad propria regreditur.*

Reflectere volui: Dalmatiæ, Dalmatarumque nomine, hic, a Scriptoribus Francis, Croatas illos exprimi, qui ſub Heraclio Dalmatiam aquiſiverunt, quive Dalmatiam illam poſſederunt, hinc quæ ſupra de Dalmatis refferuntur, Croatarum in veritate eſſe. 2dò: Croatas illos, Dalmatiam poſſidentes, Duces habuiſſe alios, nec fuiſſe ſub Venetorum Ducibus, *Paulus enim Dux Jaderæ,* alter a Wilhario & Beato, Venetorum Ducibus exprimitur. 3tio: Croatas cognita Venetorum fraude, a Venetis receſiſſe, & orientis Imperio ſincerè adhæſiſſe, dum 810. Paulus Cephaloniæ Præfectus cum orientali claſſe Dalmatis, ſive Croatis adfuit, & Pippini claſſem retrovertere coegit; Venetas autem Pippino ſubjici, paſſus eſt. 4tò: Hæc quævis, quæ ſub Carolo, & Pipinno acta ſunt, poſteriores Scriptores Venetos, partim confundere, partim negare, quosdam vero explicare, & conciliare, niti. At veritatis amatores, fide tum viventium & coævorum, veritatem agnoſcunt, ut Eckhardus lib. 28. num. 2. Doctiſſ. Aſſemanus Tom. 2. Par. I. cap. 3. citans ipſum Dandulum lib. 8. c. 1. pacem a Carolo M. cum Imp. CP. conſtitutam, referentem, ubi: *Per hoc decretum Carolus approbans, quod cum Nicephoro actum fuerat, novam Venetiam a ſe abdicavit.* Item Diploma Friderici I. de anno 1177.

Jam, conſtat quidem, Carolum inter & Nicephorum Impp. poſt illud Pippini bellum Venetum, pacem fuiſſe factam, ſed quibus pactis? res ſine dubio, non eſt. Eginhardus teſtatur, ſub ſua poteſtate tenuiſſe Carolum, *Iſtriam & Liburniam, atque Dalmatiam, exceptis Maritimis Civitatibus, quas ob amicitiam, & junctum cum eo foedus, Conſtantinopolitanum Imperatorem habere permiſit.* Ac eſtò intra has maritimas Dalmatiæ Civitates, *Venetias* fuiſſe compræhenſas non negem, tam ob Danduli teſtimonium quam & Eginhardi, qui affirmat: *Pacem cum Nicephoro Imp. fecit, nam Nicephoro Venetiam reddidit* longe tamen diſtincta fuère pacta, de Venetiis: a pactis maritimarum Dalmatiæ Civitatum. Equidem Venetæ ſub exolvendis annuè tributis, Regibus Italiæ, Nicephoro fuère redditi, ut rei hujus teſtis eſt Conſtantinus Porphyrog. cap. 28. juvat ejus verba deſcribere.

„ Multis poſt annis venit rurſum Rex Pippinus, qui Papiam tunc, & cætera Regna te-„ nebat. Habebat enim tres fratres Pippinus, qui Franciæ omni & Sclavoniæ imperabant *obſerva Sclavoniæ, nolo attamen, ut hanc ſolam intelligas, at eam quoque, quæ trans Albim latiſſima fuerat, adeo ut occidentis terras, intra Francos, & Sclavones, ſive Sclavos, orientales intellexerint)* „ Quum autem contra Venetos proficiſceretur Rex Pippi-„ nus, ingentem militum multitudinem ſecum ducens, caſtrametatus eſt in continenti, ex al-„ tera parte trajectus, inſularum Venetarum, in loco, cui nomen Aibolas. Videntes autem „ Veneti Regem Pipinum contra ſe cum exercitu adventantem, & cum equis appulſurum eſ-„ ſe ad inſulam Madamauci, quæ continenti propinqua eſt, antennis jactis omnem trajectum

P „ muni-

Digitized by Google

„ muniverunt. - - Deſperans igitur Rex Pipinus ita Venetos compellavit: Subditi mei eſtis, „ ſiquidem a mea terra, & ditione huc veniſtis: At illi reſponderunt: Romanorum Imperatori ſubeſſe volumus non tibi. Tandem vero crebris moleſtiis fatigati Veneti, pacem cum „ Pipino Rege, vel inviti fecerunt, *& tributa plurima promiſerunt. Ex illo vero tempore ſingulis annis, minutum fuit tributum, quod etiam hodie obtinet; ſolvunt enim Veneti quotannis Italiæ, ſive Papiæ Regnum tenenti, divaria argenti non ſignati, „ libras triginta ſex.* „ Pergit narrando, his circiter temporibus Ducem ſibi creâſſe Venetos, *qui cæteros Nobilitate antecelleret*, & hunc ex Civitate nova, quod continenti eſſet proxima, deinde ad Inſulam aliam, ubi etiamnum eſt, de communi conſilio, Ducatum fuiſſe translatum, *propterea: quod tam longe a continente diſtet, quam quis hominem equo inſidentem videre poſſit.*

De ſingulis circumſtantiis belli hujus intra Venetos & Pipinum, nolo diſſerere, nihilominus de *Tributo*, teſtimonium Conſtantini, tantum taleque eſt, quod enervari non poteſt. Quid enim magis cognitum imperantibus, quam tributa? hinc quia Conſtantinus, ætate quoque ſua, ſive anno 949. quo circiter ſcripſit, Venetos a tempore initæ cum Pipino pacis, hoc eſt 810. annis ſingulis tributa, quamvis ſucceſſivè minuta, ſolvere teſtetur, dicens: *tributum quod etiam hodie obtinet, ſolvunt*, argenti libras 36. Conſtat diſtinctæ rationis fuiſſe pacta de Venetiis, utpote cum Venetiæ Nicephoro redditæ ſic fuiſſent, ut Italiæ Regibus ſolutioni annuorum tributorum obnoxiarentur, taliaque teſte Porphyrog. ſolviſſent. Quare Venetia, ſæculo plane decimo, plena libertate non gaudebat.

Vivente ergo Imp. Carolo, quamvis Venetæ inſtabiles fuiſſe deſcribantur, cum Croatis Dalmatiam poſſidentibus, Forojuliani nihilominus, ipſisque laterales Croatæ Liburniam colentes, Sclavi item, Saviæ Pannoniæ veteris, ſub clientella Francorum perſeverâſſe deducuntur, ex Scriptorum ſilentio, cujuspiam oppoſitionis. Anno 811. Eginhardus, in tres partes totidem exercitus miſſos, recenſet; quos inter: *alterum in Pannonias ad controverſias Hunnorum, & Sclavorum finiendas.* At vel hinc patet, intra Hunnos, Sclavosque diſcordias fuiſſe, non cum his, Carolo. Hinc etiam, Ducibus copiarum Caroli jubentibus, ad Principis præſentiam iverunt, ut Eginhard. Non credo autem Sclavos, inferioris modernæ Sclavoniæ fuiſſe, qui cum Hunnis diſſidebant, ſive in Religionis, ſive Limitum negotio. Verum Sclavos, Moraviæ hodiernæ; ſcribit enim Eginhardus: *Fuêre etiam Aquis adventum ejus exſpectantes, qui de Pannonia venerunt - - & alii Primores Sclavorum, circa Danubium habitantium.* Conſtat autem, patebitque infra, Sclavos illos, moleſtias Hunnis attuliſſe.

VII. Anno 814. Carolo Imperatore mortuo, Imperium ad Ludovicum Pium devenit. Pipinus, quem ſupra cum Venetis bellâſſe retulimus, Anno 810. VIII. Idus Julii mortuus fuerat. Huic *Bernardus* filius, anno 813. avi ſui Caroli voluntate, in Italiæ Regno ſucceſſit. Hic, 816. circiter, cum Imperatore patruo, diſſenſiſſe a plerisque deſcribitur, ac demum occiſus. Si Bernardo huic, cum Italiæ Regno, hæ Regiones ab Avo aſſignatæ fuêre, *Liudevitus* (quem alii Lindevitum, alii Ludovicum ſcribunt) Pannoniæ inferioris Dux, mortem Regis vindicare fors voluit. Scio quosdam, quos inter Cl. Ritterus in MSS. ſuis eſt, velle: Sclavoniam hanc, quæ in Pannonia inferiore, ſive Savia eſt, ſub *Crumo* Bulgarorum clariſſimo Principe, circa annum 811. ejus recognoviſſe dominium, eidemque ſemet conjunxiſſe. Arguit hæc Ritterus, 1mò: ex Caroli teſtamento, cujus partem recitat Lucius lib. 1. cap. 15. pag. mihi 50. ubi Carolus de Pannonia cum taceat, videtur Rittero, hæc præcipue Savia, ſub ejus poteſtate non fuiſſe. Lucii interpretationem, quam iſthic ſubjungeret, ut privati hominis conjecturam, alterius cujusvis teſtimonio deſtitutam, rejicit. 2dò: quod Lucius ipſe Bornam, qui Guduſcanorum & Timotianorum Dux fuerat, Guduſcanos, Timotianosque, inferiorum harum partium, populum fuiſſe, aſſerat. Hos autem, ex Eginhardo, aliisque Annaliſtis, conſtat Bulgaris fuiſſe aſſociatos, dum ad annum 818. de iis Eginhardus ſcriberet: *qui nuper a Bulgarorum ſocietate deſciverant, & ad fines noſtros ſe contulerant*, itaque ante annum 818. Guduſcani, Timotianique, hinc & Sclavi, Pannoniæ Saviæ incolæ, in Bulgarorum ſocietate quod fuerint. Hinc profluxiſſe legationem illam, anno 817. Leonis Imperatoris Conſtantinopolitani, ad Imp. Ludovicum, cauſa finium, Ritterus exiſtimat. Hinc Liudeviti bellum, dum Ludovicus cauſam, quæſtionemque limitum non determinâſſet, quia Cadolaus Marchæ Forojulienſis Præfectus, ſua crudelitate ac fallaciis, Timotianos, a Bulgarorum ſocietate deſciſcere, effeciſſet, qua etiam de re, per Liudevitum, Ludovico accuſabatur. 3tiò: Quod Theophanes fata *Nicephori* Imp. deſcribens, ad annum Chriſti 811. narret: *Crummus autem amputatum Nicephori caput, adventantibus ad ſe variis nationibus oſtentandum per dies multos in Romanorum dedecus, & vituperium in ligno ſuſpendit. Poſtmodum vero illud ſuſpendio revulſum, carnibus nudatum, & argento tectum, com-*

pota-

potaturis Sclavinorum Principibus in poculum gloriabundus efformavit. Ex his arguit Ritterus Lucium de conjecturis nimiis, ac illa quoque, quam cap. 15. ex Caroli teſtamento de Pannoniis & Dalmatia confeciſſet; dum conſideratione præmiſſorum Ritteri, rem accuratius examinandam habuiſſet. Agat eruditus Lector judicem, Ritterum inter, ac Lucium. Ritterus, ex verbis Theophanis: *compotaturis Sclavinorum Principibus*, infert: hos in ſocietate cum Crummo eſſe debuiſſe, utpote ſecum compotantes. Nec alios fuiſſe, quam Serviæ, Sclavoniæ, Zachlumiæ, Macedoniæ, Epyrus, qui Sclavorum generali nomine cenſebantur. Credit quoque, morem illum gentis hujus, dum in conviviis, ex cacabis, argento obductis, aliisque ejusmodi, ut calceis, pileis (quod ego quoque perſæpe, non ſine nauſea, vidi) potare, in ſignum amicitiæ ſolent, habere originem ex Crummi facto, ipſoque a tot ſæculis more, teſtari iſtud; Principem illius temporis Sclavoniæ, Crummo confœderatum, ſociumque fuiſſe. Utut hæc ſint, cum Crummus 814. deceſſerit, ſub ejus Succeſſore *Murtagon* Bulgariæ Principe, Sclavonia hæc, ad quem pertinuerit? quæſtio eſt.

VIII. Celeberrimam profectò, ſui nominis memoriam, reliquit in Annalibus Francorum, ac Eginhardo, cæterisque Scriptoribus *Liudevitus* Pannoniæ inferioris, ſive Saviæ, adeoque modernæ Sclavoniæ, Dux. Hæc ne ex lubitu prædicare dicamur, patent? ex Siſcia urbe, ab eo relicta, dum ad Servios, ſive Serblios profugit, Carnioleniſibus quoque ſuis, qui dehinc ut vicini, ſeſe Forojulienſi Præfecto ſubdiderunt, ad Savum incolentes, conſequenter inferioris hodie vocatæ Carnioliæ. Ut omnino *Liudevitus* Dux modernæ Sclavoniæ fuerit. Quando? quove anno Ducatum, ſive Banatum obtinuit? comperio ſcribi a nemine. *Anno 817.* In his Regionibus, motus fuiſſe intra vicinos Duces, negari haud poſſe videtur, tum ex Legatione Leonis, miſſa ad Ludovicum, finium cauſa, & ab hoc Imperatore, ſubmiſſo *Albigario*, cum Cadaloco, litium finiendarum cauſa. Occaſione hac, puto Bornam, qui Guduſcanorum & Timotianorum Dux ab Eginhardo ad annum 818. ſcribitur, ad partes Ludovici acceſſiſſe; quia is 818. Legatos ad Ludovicum cum donis miſiſſe ſcribitur; *erant ibi & aliarum Nationum Legati, ac Bornæ Ducis Guduſcanorum & Timotianorum, qui nuper a Bulgarorum ſocietate deſciverant* (anno nempe priore, dum Albigarius Commiſſarium ageret) *& ad fines noſtros ſe contulerant.* Liudeviti quoque Legatos adfuiſſe, teſtatur Eginhardus. At loco donorum, accuſationes tulerunt adverſus Cadolacum, ſuum vicinum ex occidentali parte, eum de crudelitate, ac variis inſolentiis accuſando. Et quia auditus non fuiſſet, anno 819. bellum gerit Liudevitus, parte Carinthiæ ad ſe accedente; miſſumque ex Italia Ludovici Imp. exercitum ſuperat, & regredi cogit. Mittit Imperatori conditiones ſubſcribendas, quas, quia rejeciſſet Ludovicus, Vicinos ſibi Liudevitus ad bellum ſolicitat, & Guduſcanos Timotianosque adjutores, atque ſocios obtinet, *Cadolaco* febri correpto, & mortuo. Poſt Bornam 821. mortuum, *Baldricus* ſucceſſit. Hic Carinthiæ Comes fuerit, dum in Regionem Carantanorum ingreſſo, quæ ad ipſius curam pertinebat, occurrens Liudeviti ad fluvium Dravum exercitus, a Baldrico, cæſis pluribus, de Provincia eſt fugatus. Parte vero ex altera, cum ſocero ſuo Dragomiſo (qui Serblorum Princeps erat) Liudevitus Bornæ ad *Colapim* fluvium occurrens, cum Borna pugnavit. Quo in prælio, Dragomiſus occiſus, ac ob defectionem Guduſcanorum ad Liudeviti partes, Borna Prætorianorum ſuorum auxilio adjutus, vix evaſit. Liudevitus autem, Dalmatiam ingreſſus Decembri menſe ferro & igne devaſtat omnia. Borna caſtellis ſuis quæque includens, Liudeviti copias, jam ex latere, jam a tergo lacerans, eum de Regione exire coegit, tribus hominum millibus, de Liudeviti exercitu interfectis. Ac poſtea Guduſcanis etiam a ſe ſubactis.

Jam *Bornæ Ducatus*, venit illuſtrandus. Eginhardus uno loco *Guduſcanorum, Timotianorumque*, Ducem, eum appellat. Poſtea Dalmatiæ & Liburniæ. Quod Lucius quoque animadvertens, lib. 1. cap. 15. pag. mihi 52. explicare nititur. Prætendit Lucius Guduſcanos, & Timotianos citra Danubium in Mœſia ſuperiore fuiſſe, nititurque hoc, ex Ptolomæo, & Plinio oſtendere. Verum multa ſæcula ſunt, ab ætate Ptolomæi, ad nonum hoc ſæculum; multæ rerum in Pannonia, Mœſiaque veteri, ab ætate Ptolomæi & Plinii mutationes. Quare firmiorem cenſeo Cl. Ritter opinionem: Nono hoc ſæculo, non alios Guduſcanos, Timotianosque, Bornæ fuiſſe ſubjectos, quam populum illum ad *Timavum* fluvium degentem, poſt *Tarviſium*, & prope hodiernam *Duyn* arcem. Timavus enim longum non habet fluxum, at continuo a mari recipitur. *Guduſcanos* verò eſſe populum illum, qui infra modernam Goritiam, ad *Gradiſcam* habitat. Rationes ex Eginhardo, ſæculi IX. Scriptore, deſumit Ritterus. Nam primo, ait: Bornam fuiſſe Ducem Guduſcanorum, & Timotianorum, tum memorata illorum inconſtantia, quod jam huic, jam alteri ſeſe ſubdidiſſent, refert Bornam ad *Colapim* fluvium conſtitiſſe, & cum Liudevito pugnâſſe, *Borna vero Dux Dalmatiæ* (verba ſunt Eginhardi) *cum magnis copiis*

Digitized by Google

ad Colapium fluvium, *Lindevito ad ſe venienti occurrens*, *in prima congreſſione a Guduſcanis deſeritur: auxilio tamen Prætorianorum ſuorum protectus*, *evaſit. Periit in eo prælio Dragomoſus ſocer Lindeviti*, *qui in exordio defectionis*, *relicto genero*, *Bornæ ſe conjunxerat. Guduſcani domum regreſſi*, *iterum a Borna ſubiguntur.* Quisquis hunc textum Eginhardi, cum *Colapis* fluvii defluxu metitus fuerit, Lucium ſine fundamento, *Timotianos*, *a Trimacho* Plinii, inter Naiſſum, (hodie Niſſam) & Ratiariam, fatente Lucio, olim Situm, dictos; ibique Sitos; inveniet. Guduſcanos item ad *amnem Moravam majorem*, malè locari inveniet. *Colapis* ad Siſciam in Savum defluit, amittitque ibi nomen ſuum. Itaque dum Eginhardo teſte ad annum 822. Lindevitus relicta Civitate Siſcia, ad Sorabos fugiendo ſe contulit, Siſciam Lindevito paruiſſe, tam hinc patet, quam & ex Carniolenſibus, qui ad eum pertinebant; Carantanis item, qui Liudevito ſe ſubjecerant, & per Baldricum fuère recuperati. Si autem Bornæ Ducatus, a Naiſſo, & Morava, ubi Guduſcanos, Timotianosque ſtatuit Lucius, extenſus fuiſſet ad Colapim, adeoque ad Siſciam, qua via ? & quo ? ad Sorabos profugiſſet Liudevitus, nemo reperiet. Accedit variare Lucium, nam citata pagina Guduſcanos in Mœſia collocat; pag. autem mihi 54. eos ſtatuit in Bulgaria, *Et Guduſcani*, *& Timotiani*, *inquiens in Bulgaria hodierna*, *ſive cis Danubiana* ſunt. Quæ combinari nequeunt. Si enim in Bulgaria fuère Guduſcani, & Timotiani? Bornæ Ducatus totam Serviam continebat: hinc qua ratione ad Sorabos, ſive Servios, Liudevitus fugere poterat? non aſſequor. adò: Cum tam Eginhardus, quam & vitæ Ludovici ſcriptor, teſtentur: Bornam, *Lindevito ad ſe venienti*, ad Colapim fluvium occurriſſe, quisquis oras has inſpexerit, & Colapis fluxum metitus fuerit, judicare ſecus non poterit, quam Bornam ab occidente progreſſum, venienti contra ſe Liudevito, circa partes hodierni *Caroloſtadii*, ubi Colapis fluxus dici poteſt, locusque & campus eſt, in quo Bornæ, & Liudeviti exercitus conſiſtere potuit, occurriſſe; adeoque Ducatum Bornæ haud fuiſſe alium, quam in oris Adriatici, ſive pro more Eginhardi ſcribendo: Liburniæ, & Dalmatiæ, in veritate autem Croatarum, ibi degentium. Guduſcanos item & Timotianos, qui domum reverſi, ex bello ad Colapim geſto, a Borna iterum fuère ſubjugati, nequaquam alios, quam ſupra memoratos, ad Tarviſium, Timavumque populos. Horum primo Dux fuerat Borna, pertinebantque ad ejus Ducatum, facile poſt occiſum Errichum a Terſaticenſibus. Quod tacere viſum Lucio, *ex ratione* ut vocant *Status*. Deinde Cadalaco mortuo, per Forumjuly, ob fidelitatem teſtatam, Præfecturam quoque accepit. Tum quod bella ad Colapim geſſerit; cum, quia Baldrico, Carantanum fuiſſet commiſſum, nec Bornæ ad Colapim, tuliſſe ſuppetias 819. anno legeretur. Quod ſine culpa, negligere non poterat, ſi tum Forojulium Baldrico fuiſſet creditum. Ritterianæ deductioni huic, & explicationi, refragari nequeo, perſuaſum habens: Cl. Farlatum, Aſſemanum, cæterosque omnes, qui Lucium ſunt ſecuti, ſi loca hæc, & fluvios prædictos, metiri, intuerique dignabuntur, a Lucii explicatione receſſuros.

IX. Bornâ, Ludovico Imp. quævis ſua, & Liudeviti Ducis, geſta; per Legatos nunciante, anno 820. Aquisgrani in Conventu, ad opprimendum undique Liudevitum, tres exercitus ordinantur, & in vere mittuntur. Unus ex Italia per Alpes Noricas, alter per Carantanorum Provinciam, tertius per Bojoariam, & ſuperiorem Pannoniam. Horum exercituum duo, tardius ingreſſi ſunt, ad Liudeviti territorium, ſive Sclavoniam, quia primus Alpium tranſitu, a Liudeviti exercitu prohibebatur. (hinc firmatur ad Savum uſque, Labaco incluſo, Sclavoniam Liudeviti fuiſſe extenſam, dum ex Italia per Alpes Noricas veniens Ludovici exercitus, Alpium tranſitu prohibebatur) Alter, ſive ex Bojoaria, & Pannonia ſuperiore ordinatus, & longitudine itineris, & Dravo, qui trajiciendus erat (uſque ad Dravum ergo, Sclavonia Liudeviti erat) impediebatur. Medius ſive is, qui per Carantanos proficiſcebatur, quanquam tribus in locis ei reſiſteretur, ter Liudevito ſuperato, Dravo etiam tranſmiſſo, celerius ad deſtinata loca pervenit. Liudevitus, nihil tum molitus, nunitione tantum caſtelli, ſe ſuosque continuit, nec belli, nec pacis ſermonem habens. Exercitus verò, poſtquam in unum convenerunt, vaſtata Regione domum reverſi ſunt. Anno 821. Redintegratis a Liudevito viribus, ac indubiè Forumjuly, & Carantanas partes devaſtante, quod priore anno, *Carniolenſes*, *qui circa Savum fluvium habitant*, *& Forojulienſibus pene contigui ſunt* (igitur illi, qui ad Labacum fuère) *Baldrico ſe* dedidiſſent, *Idem & pars Carantanorum*, *quæ ad Liudeviti partes a nobis defecerat*, *facere curavit.* Eginhard. Tres iterum exercitus, Aquisgrani adverſus Liudevitum ordinantur, qui perfidorum agros, per vicos vaſtarent. Quod etiam nemine reſiſtente peregerint.

Hoc eodem anno 821. Eginh. teſte: *Borna Dux Dalmatiæ*, *atque Liburniæ defunctus eſt:* Et petente populo, atque Imperatore conſentiente, Nepos illius nomine *Ladaſcla-*

vus,

Digitized by Google

vus, ſucceſſor ei conſtitutus eſt. Si *Ladaſclavi nomen*, de quo infra: ſi Porphyrog. fidem, quod Croatæ e ſuis, Principes conſtituere ſoliti fuerint, conſidero, *Bornam* Croatiæ Ducem fuiſſe, inferendum eſt: non minus, fuiſſe tum Croatis, liberam Ducis, ſive Bani ſui electionem, quam Imperator confirmâſſet, *petente populo & Imperatore conſentiente, Ladaſclavus ſucceſſor conſtitutus eſt.*

Fortunatus Patriarcha Gradenſis, a Tiberio Presbytero ſuo, apud Imperatorem accuſatus, quod Liudevitum murariis, & artificibus juvaret, citatus a Ludovico, nec comparens, Jadram venit, ac aperta fugæ cauſa, a *Joanne Dalmatiæ Præfecto* (haud ſolius Jadræ) Conſtantinopolim miſſus eſt.

Anno 822. Exercitus de Italia propter Liudeviticum bellum conficiendum, in Pannoniam miſſus eſt; ad cujus adventum, Liudevitus Siſcia civitate relicta, ad Sorabos fugiendo ſe contulit, haud ipſe, at cum ſuis pluribus, cum ſcribatur: uno ex Ducibus eorum, ſive Sorab̄orum, per dolum interfecto, Civitatem ejus in ſuam redegiſſe ditionem. Anno autem 823. Ludovico allatum eſt, de interritu Liudeviti, quod relictis Sorabis, cum in Dalmatiam ad *Liudemullum* Avunculum Bornæ Ducis perveniſſet, & aliquantum temporis, cum eo moratus fuiſſet, dolo ipſius eſſet interfectus.

Præmiſſorum, facto examine; Sclavonia hæc, ſive Pannonia inferior, cui ſubjecta extitiſſe cenſeri debeat? ſtatuere neſcio. Vocant quidem Scriptores Franci, Liudevitum, perfidum, rebellem: At quid fuit, toties exercitus mittere? devaſtare Sclavoniam, & reverti. Nec e ſuis Ducem conſtituere, aut tenere præſidia, Francico adimpleta milite. Quid, quod fugiente Liudevito ad Sorabos, extenſum non legatur Francorum dominium. Hæc ſi perpendantur, quamvis Wonomirus, olim ſe ſuosque Francis ſubjeciſſe, negari non poſſit, tamen eo mortuo, aut Sclavos hos Francorum excuſſiſſe jugum; aut ab Imperatore Carolo, Sclavoniam hanc, orientis Imperio, per innita pacta, ceſſam fuiſſe, ut de ea in ſuo teſtamento etiam taceat, concludendum, inferendumque eſſet. Verum Bulgariæ Principe Crummo, Conſtantinopolitanis formidando evadente, Sclavos hos, & Sclavoniam, Societatem Bulgarorum fuiſſe amplexatos. Crummo mortuo, ejusque Succeſſore debiliori effecto, Ludovicum & Francos ſtuduiſſe, ut benevola, ſpontaneaque acceſſione Sclavorum, amplificetur Francorum potentia. Sed Liudevito & Sclavis reſiſtentibus, ne in bellum cum Orientalibus veniant, intellecta Fortunati Gradenſis Patriarchæ, Conſtantinopolim fuga, quaſi tantum illatarum ſibi a Liudevito injuriarum vindices, occupationem Sclavoniæ hujus, neglexiſſe videntur. Hæc an ita? aut ſecus ſint, Lector determinet. Prouti etiam: an *Liudena*, montis Claudii poſſeſio, Liudeviti hujus ſervet memoriam, ſitque ab ejus nomine; quaſi iſthic Liudevitus arcem in monte erexiſſet, ſe ſuosque anno 820. contra exercitus Imp. Ludovici continens, quam opinationem, ex nominis derivatione, locorum item ſitus, & fertilitatis terreni, in MSS: comperimus.

X. Liudevito mortuo, combinatione facta Scriptorum, difficile eſt, his de Regionibus *in veritate* conſtituere, cui parebant. Anno 824. cum *Mortagon.* (ſcribitur varie, quia hi *Mutragon*, hi *Omartag*, alii *Murtagon*; alii *Muradus*, vel *Morad Chan*, eum exprimunt) Bulgariæ Princeps, ad Ludovicum Imperatorem Legatos cum Epiſtola ſua (rei novitate, ſcribentibus Francis, Imperatore eorum moto) miſiſſet; Imperator Legatos pro audiendis illis, ac aliis, termini extenſione, detinuit. Anno 825. Legatis Aquisgrani auditis, prætenſionem de terminis & limitibus eſſe intelligens; eos, datis ad Regem Bulgariæ litteris remiſit. His, Bulgarus non aquieſcens, anno 826. Legatos ad Ludovicum remittit, rogans: ut ſine mora terminorum definitio fieret; vel ſi hoc non placeret, ſuos quisque terminos ſine pacis fœdere, tueretur. Porro non ſolum hæc Bulgarorum prætenſio fuit, ex parte Daciæ Danubio adjacentis, quam *Prædenecentæ* dicti, incolebant; ſed etiam, ex parte Pannoniæ; cum *Baldericus & Gerholtus*, Comites, atque Pannonici limitis Præfecti, miſſi ab Imperatore in Carantanorum Provinciam fuerint, tum ad invigilandum Bulgaris, cum ad inquirendam famæ veritatem, num Murtagon a ſuis fuerit interfectus? Verum tantæ moræ pertæſus Bulgarus, Anno 827. Eginhardo teſte, etiam de adhuc deſcriptis: *Bulgari quoque Sclavos in Pannonia ſedentes, miſſo per Dravum navali exercitu, ferro & igne vaſtaverunt, & expulſis eorum Ducibus, Bulgaricos eis Rectores conſtituerunt.* Anno autem 828. Ludovicus Imperator, relatum nunc factum Bulgarorum, intelligens, Baldericum amovit, teſte Eginhardo: *Baldericus Dux Forojulienſis, cum propter ejus ignaviam Bulgari fines Pannoniæ ſuperioris impune vaſtâſſent, honoribus privatus; & Marcha inter quatuor Comites diviſa eſt.*

Ex præmiſſis conſequitur. 1mò: Liudevitum Bulgaris fuiſſe aſſociatum, & in eorum clientella, cum Liudevito mortuo, mox Bulgariæ Rex, de finibus quæſtionem fecerit. 2dò; Poſt

Digitized by Google

Poſt Liudeviti ad Sorabos fugam, illumque occiſum, Sclavos Pannoniæ Saviæ incolas. Ludovici Imperatoris poteſtatem agnoviſſe, huicque ſemet ſubjeciſſe, poſtquam Bulgari Sclavos in Pannonia ſedentes, miſſo per Dravum navali exercitu, non ſolum vaſtaviſſent; verum Ducibus Sclavorum pulſis, Bulgaricos Rectores iis conſtituiſſent; ut Sclavonia hæc noſtra, ſub Bulgarorum poteſtatem veniſſe deducatur, & Bulgaros recepiſſe Rectores, adeoque 827. Francorum e mancipatu exiviſſe. 3tiò: Pulſos e Sclavonia Duces, ad Ludovicum fugiſſe, Baldericum accuſaviſſe; dum is anno 828. honoribus eſt privatus. Interium quia ſcriberetur a Fuldenſi ad annum 828. *Lotharius cum exercitu ad Marcham Hiſpanicam miſſus eſt: ſimiliter & Ludovicus juvenis contra Bulgaros*, ab Imperatore Ludovico, neglectam fuiſſe Sclavoniæ recuperationem, cenſeri non poteſt; Verum tam ex ſilentio Scriptorum, quid juvenis Ludovicus cum Bulgaris geſſerit? quam & conſideratione inteſtinorum bellorum, conſiderationis item filiorum Ludovici, contra Imperatorem Patrem, denique etiam: ex conſtitutis per Ludovicum, novis quatuor Marchæ Comitibus; præcipue cum Annal. Fuldenſibus teſtantibus; *Anno 829. Bulgari navibus per Dravum fluvium venientes, quaſdam villas noſtrorum, flumini vicinas, incenderunt.* Concludi aliud nequit: quam Ludovicum Imperatorem, Bulgaris modernam ceſſiſſe Sclavoniam, facile etiam ultra trans Dravum; ſed quoadusque? ſtatui non poteſt. Argui nihilominus poſſe videtur, ex Marchis Imperii, Boica nempe, Carantana, Tarviſana, & Moravorum, Pannoniæ veteris partem magnam, Bulgaros obtinuiſſe. Quod etiam, infra adducenda, roborabunt.

Sane, quæ in utroque Imperio, his annis fuere confuſiones ac miſeriæ, meum deſcribere non eſt. Qui ignorant, legant Annaliſtas Francos, & reſpectu Orientalis Imperii, Scriptores Byzantinos. *Dalmatæ*, hoc eſt Croatæ illi, qui ſub Heraclio aquiſiverunt Dalmatiam, ſuntque bene diſtinguendi, a Croatis Liburniæ veteris, ut etiam Lucius lib. II. cap. 1. admonuit, aucti potentia & viribus, videntes Michaelis Balbi ſocordiam, occaſionem item, captæ a Saracenis Siciliæ, & Calabriæ; ſeſe liberos effecerunt. Parebant hi, poſt pacta illa intra Carolum I. & Nicephorum Imp. Orientali Imperio, at circa annos hos, videlicet 826. jugum excuſſere. Hæc quæ retulimus, teſtantur Zonaras, Cedrenus, Curopolata. *Michelis Balbi Amorei tempore, Saraceni Siciliam, & Calabriæ partem occupavere. Item omnis Dalmatia defecit.* Conſtantinus Porphyrog. in Contin. Theoph. ad annum 826. *omnis Delmatia ſub id tempus a Romano Imperio* (ſive Orientali) *defecit, ſuique omnes juris, ac ſibi capita extiterunt, quoadusque inclytus ille Baſilius Imperium regendum ſuſcepit; tunc enim Romanæ facti ſunt ditionis.* Item de Admin. Imp. cap. 29. *Cum Romanum Imperium, per imperantium tunc temporis ignaviam, atque ſocordiam, maxime Michaelis, Amorienſis Balbi, tantum non expiraſſet, qui Dalmatiæ oppida incolebant, ſui juris facti, neque Romano Jmperatori, neque cuiquam alteri ſubjecti.* Firmantur iſta, etiam Privilegio, apud Lucium lib. 2. cap. 2. *Tirpimiri* Croatorum Ducis, dato Salonitanæ Eccleſiæ, quæ dum extra dubium in Dalmatia veteri Romanorum, eſſet; Tirpimirum Ducem Croatarum illorum, qui Dalmatiam ſub Heraclio aquiſiverant, fuiſſe patet. Eſt Privilegium, Lucio affirmante, de anno 838. Hoc ſe Tirpimirus, Croatarum Ducem vocat: hoc ſuum anteceſſorem, Croatarum æquè Ducem Mislavum exprimit, ſub hoc Mislavo Duce dedicatam fuiſſe Salonitanam Eccleſiam, ipſique elargita Privilegia teſtatur. Tirpimirus quoque, quædam largitur, ac anteceſſoris ſui Mislavi confirmat donationem, & privilegia.

Meditatione Privilegii iſtius, certum eſt Mislavum, Tirpimiri fuiſſe anteceſſorem, ex alio genere hunc, ex alio Mislavum, cum Tirpimirus taceat, ſibi fuiſſe agnatum. 2dò: Mislaum egiſſe Ducem, ſub Græcorum clientella; Tirpimirum verò fuiſſe illum, qui a Romano Imperio defecit, ut ex verbis Privilegii deducitur: *Ego licèt peccator Tirpimirus Dux Croatarum, juvatus munere Divino* . . Item: *Mundi ab origine cuncta per tempora facta manſiſſe, delabis ſeque ſuccedentibus alia*, ut ideo vota ſolvens DEO, *de communi*, ut ait, *conſilio cum omnibus Zupanis*, monaſterium conſtruxerit, ibique catervas fratrum adhibuerit, dotaverit. Ex annis quoque Tirpimiri hujus, iſtud deducitur, cum ad hæc tempora, Dux fuerit, quibus, defeciſſe Dalmatas, ſive Croatas illos, Scriptores Conſtantinopolitani fatentur. Duæ autem hic, ex eodem Privilegio naſcuntur difficultates. Prima eſt: num ſic Croatæ illi Dalmatiam poſſidentes, liberi eveſerint, ut ab Orientali deficientes Imperio, nec Francorum ſive occidentis Imperio, ſemet ſubjecerint? Lucius ex Inſcriptione: *Regnante in Italia Piiſſimo Lothario, Francorum Rege.* Putat Tirpimirum ſub Francorum Imperio fuiſſe. At opinioni ſuæ, deferri nequit, tum ideo; quia Imperatorem 838. egit Ludovicus Pius, hinc ſi deficiendo ab Orientis Imperio Tirpimirus, clientellæ Francorum Imperatoris ſe tradidiſſet, Ludovicus fuerat in inſcriptione exprimendus: cum etiam, quod Conſtantinus Porphyrog. (teſtis perquam idoneus) teſtetur: *Qui Dalmatiæ oppida incolebant, neque Romano Imperatori, neque* cui-

cuiquam alteri ſubjecti. Hoc error eſſet, ſi Francorum Imperio, Dalmatiæ incolæ ſeſe ſubjeciſſent, vel occaſione pacis illius, anno 838. innitæ, intra Ludovicum Imp. & filios (de qua Pagius, & apud Cl. Aſſemanum, Metenſis) Lothario, Tirpimirus fuiſſet ſubjectus, cum nihilominus, diviſionem hanc ignoraſſe Conſtantinus Imperator, ſupponi nequeat, utpote publicam. Sed nec argui poteſt, ad pacta, diviſionemque illam, Croatas Dalmatiæ pertinuiſſe; cum illi, ex Caroli I. pactis, Orientali Imperio attributi fuerint; neque ob diſcordias domeſticas, quæ Ludovico erant cum filiis, opportunitas extitit, receptione Croatarum Dalmatiæ, ut ab Orientis Imperio deficientium, Orientis Imperatores provocare, & hoſtes efficere. Quare Inſcriptio illa, *Lothary*, *Italiæ Regis*, ſive ex vinculo amicitiæ, ac fœderum (quia Lotharius in patrem ſuum impietatis reus deſcribitur) ſive ex juramento illo, quo ſe Croatæ, Dalmatiam aquirentes, Romano Pontifici obſtrinxerunt olim, proceſſerit, neutiquam vero, ex ſubjectione, & recognitione juris, Regum Italiæ, in Dalmatiam, ut ideo Tirpimirus, nec Lotharium, *ſuum Dominum*, vel *Dalmatiæ*, ſuique Ducatus vel innuat; vel *conſenſus Lothary*, reminiſcatur, at ut juris abſoluti Dux Croatarum & Dominus, de communi Zupanorum ſuorum conſilio, quæque diſponat in fato Privilegio. Alia quæſtio eſt: Tirpimiri Ducatus, qui fuère limites? & num ad Danubium uſque, annis his, ſive 838. Croatarum horum Dalmatia extenſa fuerit? Limites fixos, & cum certitudine, deſignare nequeo. Ex loco ſubſcriptionis *Byaci*, ſive ut nunc *Bihachio* argui poteſt, ad fluvium Unna, ſive Vunna, extenſum per montana, reſpectu Zagrabiæ meridionalia, Tirpimiri Ducatum fuiſſe, ad Drinum fluvium; ut ea, quæ trans Vunnam ſituantur Tirpimiri fuiſſe argui valeat. Cis Vunnana vero Sclavoniæ; quæ Bulgaricos Rectores ab anno 827. habuit, uti ſupra Eginhardus, teſtis exceptione major perhibet. Ex verbis Privilegio inſertis: *Ac deinde, ut in fatam matrem Eccleſiam*, (nempe Salonitanam) *quæ Metropolis uſque ripam Danubii* (eſt) *& penè per totum Regnum Croatiæ*, concludi legitime nequit, Tirpimiri Ducatum, ad ripam Danubii fuiſſe extenſum. Conſtat enim Serblos ſive Servios, fuiſſe iſthic, ac hos inter Sclavoniam, & ad Adriaticas continentis oras, Sclavo-Croatas. Conſtat item, ex Diœceſium vel Metropolitanarum finibus, legitime meriti non poſſe, Provinciarum limites, dum diſtincta eſt, ſacra Jurisdictio, a profana. Nunc etiam Diœceſes, & Metropoles, quoad jurisdictionem ſacram, extenduntur per Provincias diſtinctas, & Regum, Magiſtratuumque diverſorum, quin inferri valeat, metirique inde, Regnorum, vel Rerumpublicarum, limes ac terminus. Religioſorum autem, quos vocamus, Magiſtratus, ſive Provinciæ; perſæpe per plura Regna, Ducatus, Provincias extenduntur, & in unam conflantur, eorumdem Provinciam; quin ex confuſione hac, inferri ſive nunc, ſive aliquando poterit, Regnorum aut rerumpublicarum eosdem fuiſſe, aut eſſe limites.

XI. Liquet itaque ex præmiſſis, poſt bellum illud Liudeviti Sclavoniæ Ducis, occaſione bellorum civilium intra filios Ludovici Imperatoris cum Patre, Sclavoniam hodiernam anno 827. Francorum excuſiſſe jugum, atque Bulgaricos Rectores nactam. Croatas æque illos, qui Dalmatiam incolebant, ab Orientali defeciſſe Imperio, occaſione Saracenorum, in Siciliam Calabriamque irrumpentium, circa annum eundem 827. Jam examinandum venit, quando Croatæ illi, qui e Dalmatia ſeceſſerant, & Sclavorum terras, occiſo Argaido, ad oras Adriaticas, intra Sclavoniam, & Forumjulium in veteri partim Liburnia, partim Japydia occupaverant, dicti Sclavo-Croatæ, ſeſe a Francorum poteſtate ſubtraxerint? & juris ſui effecerint?

Hoc eorumdem factum, ad annum 841. aut 840. cum a Lucio, Aſſemano, Farlato, cæteriſque eruditis Viris collocetur, neque inveniam motivum, ex coævo quopiam Scriptore, aut ullo diplomate, ab iisdem recedendi, eisdem ſubſcribo. *Rei*, hoc eſt libertatis Sclavo-Croatarum teſtis eſt Conſtantinus Porphyrog. cap. 29. Hic, poſtquam retuliſſet Croatas illos, qui Dalmatiam incolebant, ſui juris factos, nec Romano Imperatori, nec cuipiam alteri ſubjectos eſſe, proſequitur: *Itidem conterminæ illis gentes* (adeoque poſt Croatas, Dalmatiæ incolas) *Croati, Servy, Zachlumitæ, Terbuniotæ, Canalitæ, Diocletiani, & Pagani, excuſſis Romani Impery habenis liberi, ſuisque non alienis legibus uſi ſunt.* Verùm, fatendum eſt: Porphyrog. adeo contractè plurium ſæculorum memorias Croatarum referre, ut ſibi ipſi contrariari videatur. Cap. 29. ſubjectos Romano Imperio fuiſſe, Croatas Dalmatiam incolentes, prouti & gentes memoratas recenſet, ſed per ignaviam, & ſocordiam Michaelis Amorienſis Balbi, ſui juris effectos eſſe. Cap. 30. cum narràſſet, occupatam per Croatas, pulſis inde Abaribus & Sclavis Dalmatiam, refert: a Chrobatis, qui in Dalmatiam venerunt, partem ſeceſſiſſe, & Illyricum, atque Pannoniam (in parte videlicet) occupàſſe, ſubjiciens, *Per aliquot vero annos etiam Dalmatiam incolentes Chrobati, Francis ſubjiciebantur: quemadmodum & antea, dum in ipſorum terra degerent. Tanta autem in eos crudelitate utebantur Franci, ut lactantes adhuc eorum pueros occidentes, canibus objicerent.*

 Quæ

Digitized by Google

ad Colapium fluvium, Lindevito ad ſe venienti occurrens, in prima congreſſione a Guduſcanis deſeritur: auxilio tamen Prætorianorum ſuorum protectus, evaſit. Periit in eo prælio Dragomoſus ſocer Lindeviti, qui in exordio defectionis, relicto genero, Bornæ ſe conjunxerat. Guduſcani domum regreſſi, iterum a Borna ſubiguntur. Quisquis hunc textum Eginhardi, cum *Colapis* fluvii defluxu metitus fuerit, Lucium ſine fundamento, *Timotianos, a Trimacho* Plinii, inter Naiſſum, (hodie Niſſam) & Ratiariam, fatente Lucio, olim Situm, dictos; ibique Sitos; inveniet. Guduſcanos item ad *amnem Moravam majorem*, malè locari inveniet. *Colapis* ad Siſciam in Savum defluit, amittitque ibi nomen ſuum. Itaque dum Eginhardo teſte ad annum 822. Lindevitus relicta Civitate Siſcia, ad Sorabos fugiendo ſe contulit, Siſciam Lindevito paruiſſe, tam hinc patet, quam & ex Carniolenſibus, qui ad eum pertinebant; Carantanis item, qui Liudevito ſe ſubjecerant, & per Baldricum fuêre recuperati. Si autem Bornæ Ducatus, a Naiſſo, & Morava, ubi Guduſcanos, Timotianosque ſtatuit Lucius, extenſus fuiſſet ad Colapim, adeoque ad Siſciam, qua via? & quo? ad Sorabos profugiſſet Liudevitus, nemo reperiet. Accedit variare Lucium, nam citata pagina Guduſcanos in Mœſia collocat; pag. autem mihi 54. eos ſtatuit in Bulgaria, *Et Guduſcani, & Timotiani, inquiens in Bulgaria hodierna, ſive cis Danubiana* ſunt. Quæ combinari nequeunt. Si enim in Bulgaria fuêre Guduſcani, & Timotiani? Bornæ Ducatus totam Serviam continebat: hinc qua ratione ad Sorabos, ſive Servios, Liudevitus fugere poterat? non aſſequor. adò: Cum tam Eginhardus, quam & vitæ Ludovici ſcriptor, teſtentur: Bornam, *Lindevito ad ſe venienti*, ad Colapim fluvium occurriſſe, quisquis oras has inſpexerit, & Colapis fluxum metitus fuerit, judicare ſecus non poterit, quam Bornam ab occidente progreſſum, venienti contra ſe Liudevito, circa partes hodierni *Caroloſtadii*, ubi Colapis fluxus dici poteſt, locusque & campus eſt, in quo Bornæ, & Liudeviti exercitus conſiſtere potuit, occurriſſe; adeoque Ducatum Bornæ haud fuiſſe alium, quam in oris Adriatici, ſive pro more Eginhardi ſcribendo: Liburniæ, & Dalmatiæ, in veritate autem Croatarum, ibi degentium. Guduſcanos item & Timotianos, qui domum reverſi, ex bello ad Colapim geſto, a Borna iterum fuêre ſubjugati, nequaquam alios, quam ſupra memoratos, ad Tarviſium, Timavumque populos. Horum primo Dux fuerat Borna, pertinebantque ad ejus Ducatum, facile poſt occiſum Errichum a Terſaticenſibus. Quod tacere viſum Lucio, *ex ratione* ut vocant *Status*. Deinde Cadalaco mortuo, per Forumjuly, ob fidelitatem teſtatam, Præfecturam quoque accepit. Tum quod bella ad Colapim geſſerit; cum, quia Baldrico, Carantanum fuiſſet commiſſum, nec Bornæ ad Colapim, tuliſſe ſuppetias 819. anno legeretur. Quod ſine culpa, negligere non poterat, ſi tum Forojulium Baldrico fuiſſet creditum. Ritterianæ deductioni huic, & explicationi, refragari nequeo, perſuaſum habens: Cl. Farlatum, Aſſemanum, cæterosque omnes, qui Lucium ſunt ſecuti, ſi loca hæc, & fluvios prædictos, metiri, intuerique dignabuntur, a Lucii explicatione receſſuros.

IX. Bornâ, Ludovico Imp. quævis ſua, & Liudeviti Ducis, geſta; per Legatos nunciante, anno 820. Aquisgrani in Conventu, ad opprimendum undique Liudevitum, tres exercitus ordinantur, & in vere mittuntur. Unus ex Italia per Alpes Noricas, alter per Carantanorum Provinciam, tertius per Bojoariam, & ſuperiorem Pannoniam. Horum exercituum duo, tardius ingreſſi ſunt, ad Liudeviti territorium, ſive Sclavoniam, quia primus Alpium tranſitu, a Liudeviti exercitu prohibebatur. (hinc firmatur ad Savum uſque, Labaco incluſo, Sclavoniam Liudeviti fuiſſe extenſam, dum ex Italia per Alpes Noricas veniens Ludovici exercitus, Alpium tranſitu prohibebatur) Alter, ſive ex Bojoaria, & Pannonia ſuperiore ordinatus, & longitudine itineris, & Dravo, qui trajiciendus erat (uſque ad Dravum ergo, Sclavonia Liudeviti erat) impediebatur. Medius ſive is, qui per Carantanos proficiſcebatur, quanquam tribus in locis ei reſiſteretur, ter Liudevito ſuperato, Dravo etiam tranſmiſſo, celerius ad deſtinata loca pervenit. Liudevitus, nihil tum molitus, nunitione tantum caſtelli, ſe ſuosque continuit, nec belli, nec pacis ſermonem habens. Exercitus verò, poſtquam in unum convenerunt, vaſtata Regione domum reverſi ſunt. Anno 821. Redintegratis a Liudevito viribus, ac indubiè Forumjuly, & Carantanas partes devaſtante, quod priore anno, *Carniolenſes, qui circa Savum fluvium habitant, & Forojulienſibus pene contigui ſunt* (igitur illi, qui ad Labacum fuêre) *Baldrico ſe dedidiſſent, Idem & pars Carantanorum, quæ ad Liudeviti partes a nobis defecerat, facere curavit.* Eginhard. Tres iterum exercitus, Aquisgrani adverſus Liudevitum ordinantur, qui perfidorum agros, per vicos vaſtarent. Quod etiam nemine reſiſtente peregerint.

Hoc eodem anno 821. Eginh. teſte: *Borna Dux Dalmatiæ, atque Liburniæ defunctus eſt:* Et petente populo, atque Imperatore conſentiente, Nepos illius nomine *Ladaſcla-*

vus,

Digitized by Google

vus, ſucceſſor ei conſtitutus eſt. Si *Ladaſclavi nomen*, de quo infra: ſi Porphyrog. fidem, quod Croatæ e ſuis, Principes conſtituere ſoliti fuerint, conſidero, *Bornam* Croatiæ Ducem fuiſſe, inferendum eſt: non minus, fuiſſe tum Croatis, liberam Ducis, ſive Bani ſui electionem, quam Imperator confirmâſſet, *petente populo & Imperatore conſentiente*, *Ladaſclavus ſucceſſor conſtitutus eſt.*

Fortunatus Patriarcha Gradenſis, a Tiberio Presbytero ſuo, apud Imperatorem accuſatus, quod Liudevitum murariis, & artificibus juvaret, citatus a Ludovico, nec comparens, Jadram venit, ac aperta fugæ cauſa, a *Joanne Dalmatiæ Præfecto* (haud ſolius Jadræ) Conſtantinopolim miſſus eſt.

Anno 822. Exercitus de Italia propter Liudeviticum bellum conficiendum, in Pannoniam miſſus eſt; ad cujus adventum, Liudevitus Siſcia civitate relicta, ad Sorabos fugiendo ſe contulit, haud ipſe, at cum ſuis pluribus, cum ſcribatur: uno ex Ducibus eorum, ſive Soraborum, per dolum interfecto, Civitatem ejus in ſuam redegiſſe ditionem. Anno autem 823. Ludovico allatum eſt, de interritu Liudeviti, quod relictis Sorabis, cum in Dalmatiam ad *Liudemullum* Avunculum Bornæ Ducis perveniſſet, & aliquantum temporis, cum eo moratus fuiſſet, dolo ipſius eſſet interfectus.

Præmiſſorum, facto examine; Sclavonia hæc, ſive Pannonia inferior, cui ſubjecta extitiſſe cenſeri debeat? ſtatuere neſcio. Vocant quidem Scriptores Franci, Liudevitum, perfidum, rebellem: At quid fuit, toties exercitus mittere? devaſtare Sclavoniam, & reverti. Nec e ſuis Ducem conſtituere, aut tenere præſidia, Francico adimpleta milite. Quid, quod fugiente Liudevito ad Sorabos, extenſum non legatur Francorum dominium. Hæc ſi perpendantur, quamvis Wonomirus, olim ſe ſuosque Francis ſubjeciſſe, negari non poſſit, tamen eo mortuo, aut Sclavos hos Francorum excuſſiſſe jugum; aut ab Imperatore Carolo, Sclavoniam hanc, orientis Imperio, per innita pacta, ceſſam fuiſſe, ut de ea in ſuo teſtamento etiam taceat, concludendum, inferendumque eſſet. Verum Bulgariæ Principe Crummo, Conſtantinopolitanis formidando evadente, Sclavos hos, & Sclavoniam, Societatem Bulgarorum fuiſſe amplexatos. Crummo mortuo, ejusque Succeſſore debiliori effecto, Ludovicum & Francos ſtuduiſſe, ut benevola, ſpontaneaque acceſſione Sclavorum, amplificetur Francorum potentia. Sed Liudevito & Sclavis reſiſtentibus, ne in bellum cum Orientalibus veniant, intellecta Fortunati Gradenſis Patriarchæ, Conſtantinopolim fuga, quaſi tantum illatarum ſibi a Liudevito injuriarum vindices, occupationem Sclavoniæ hujus, neglexiſſe videntur. Hæc an ita? aut ſecus ſint, Lector determinet. Prouti etiam: an *Liudena*, montis Claudii poſſeſio, Liudeviti hujus ſervet memoriam, ſitque ab ejus nomine; quaſi iſthic Liudevitus arcem in monte erexiſſet, ſe ſuosque anno 820. contra exercitus Imp. Ludovici continens, quam opinationem, ex nominis derivatione, locorum item ſitus, & fertilitatis terreni, in MSS: comperimus.

X. Liudevito mortuo, combinatione facta Scriptorum, difficile eſt, his de Regionibus *in veritate* conſtituere, cui parebant. Anno 824. cum *Mortagon.* (ſcribitur varie, quia hi *Mutragon*, hi *Omartag*, alii *Murtagon*; alii *Muradus*, vel *Morad Chan*, eum exprimunt) Bulgariæ Princeps, ad Ludovicum Imperatorem Legatos cum Epiſtola ſua (rei novitate, ſcribentibus Francis, Imperatore eorum moto) miſiſſet; Imperator Legatos pro audiendis illis, ac aliis, termini extenſione, detinuit. Anno 825. Legatis Aquisgrani auditis, prætenſionem de terminis & limitibus eſſe intelligens; eos, datis ad Regem Bulgariæ litteris remiſit. His, Bulgarus non aquieſcens, anno 826. Legatos ad Ludovicum remittit, rogans: ut ſine mora terminorum definitio fieret; vel ſi hoc non placeret, ſuos quisque terminos ſine pacis fœdere, tueretur. Porro non ſolum hæc Bulgarorum prætenſio fuit, ex parte Daciæ Danubio adjacentis, quam *Prædenecentæ* dicti, incolebant; ſed etiam, ex parte Pannoniæ; cum *Baldericus & Gerholtus*, Comites, atque Pannonici limitis Præfecti, miſſi ab Imperatore in Carantanorum Provinciam fuerint, tum ad invigilandum Bulgaris, cum ad inquirendam famæ veritatem, num Murtagon a ſuis fuerit interfectus? Verum tantæ moræ pertæſus Bulgarus, Anno 827. Eginhardo teſte, etiam de adhuc deſcriptis: *Bulgari quoque Sclavos in Pannonia ſedentes, miſſo per Dravum navali exercitu, ferro & igne vaſtaverunt, & expulſis eorum Ducibus, Bulgaricos eis Rectores conſtituerunt.* Anno autem 828. Ludovicus Imperator, relatum nunc factum Bulgarorum, intelligens, Baldericum amovit, teſte Eginhardo: *Baldericus Dux Forojulienſis, cum propter ejus ignaviam Bulgari fines Pannoniæ ſuperioris impune vaſtâſſent, honoribus privatus; & Marcha inter quatuor Comites diviſa eſt.*

Ex præmiſſis conſequitur. 1mò: Liudevitum Bulgaris fuiſſe aſſociatum, & in eorum clientella, cum Liudevito mortuo, mox Bulgariæ Rex, de finibus quæſtionem fecerit. 2dò;

Digitized by Google

Poſt Liudeviti ad Sorabos fugam, illumque occiſum, Sclavos Pannoniæ Saviæ incolas. Ludovici Imperatoris poteſtatem agnoviſſe, huicque ſemet ſubjeciſſe, poſtquam Bulgari Sclavos in Pannonia ſedentes, miſſo per Dravum navali exercitu, non ſolum vaſtaviſſent; verum Ducibus Sclavorum pulſis, Bulgaricos Rectores iis conſtituiſſent; ut Sclavonia hæc noſtra, ſub Bulgarorum poteſtatem veniſſe deducatur, & Bulgaros recepiſſe Rectores, adeoque 827. Francorum e mancipatu exiviſſe. 3tiò: Pulſos e Sclavonia Duces, ad Ludovicum fugiſſe, Baldericum accuſaviſſe; dum is anno 828. honoribus eſt privatus. Interium quia ſcriberetur a Fuldenſi ad annum 828. *Lotharius cum exercitu ad Marcham Hiſpanicam miſſus eſt: ſimiliter & Ludovicus juvenis contra Bulgaros*, ab Imperatore Ludovico, neglectam fuiſſe Sclavoniæ recuperationem, cenſeri non poteſt; Verùm tam ex ſilentio Scriptorum, quid juvenis Ludovicus cum Bulgaris geſſerit? quam & conſideratione inteſtinorum bellorum, conſiderationis item filiorum Ludovici, contra Imperatorem Patrem, denique etiam: ex conſtitutis per Ludovicum, novis quatuor Marchæ Comitibus; præcipue cum Annal. Fuldenſibus teſtantibus; *Anno 829. Bulgari navibus per Dravum fluvium venientes, quaſdam villas noſtrorum, flumini vicinas, incenderunt.* Concludi aliud nequit: quam Ludovicum Imperatorem, Bulgaris modernam ceſſiſſe Sclavoniam, facile etiam ultra trans Dravum; ſed quoadusque? ſtatui non poteſt. Argui nihilominus poſſe videtur, ex Marchis Imperii, Boica nempe, Carantana, Tarviſana, & Moravorum, Pannoniæ veteris partem magnam, Bulgaros obtinuiſſe. Quod etiam, infra adducenda, roborabunt.

Sane, quæ in utroque Imperio, his annis fuère confuſiones ac miſeriæ, meum deſcribere non eſt. Qui ignorant, legant Annaliſtas Francos, & reſpectu Orientalis Imperii, Scriptores Byzantinos. *Dalmatæ*, hoc eſt Croatæ illi, qui ſub Heraclio aquiſiverunt Dalmatiam, ſuntque bene diſtinguendi, a Croatis Liburniæ veteris, ut etiam Lucius lib. II. cap. 1. admonuit, aucti potentia & viribus, videntes Michaelis Balbi ſocordiam, occaſionem item, captæ a Saracenis Siciliæ, & Calabriæ; ſeſe liberos effecerunt. Parebant hi, poſt pacta illa intra Carolum I. & Nicephorum Imp. Orientali Imperio, at circa annos hos, videlicet 826. jugum excuſſêre. Hæc quæ retulimus, teſtantur Zonaras, Cedrenus, Curopolata. *Michelis Balbi Amorei tempore, Saraceni Siciliam, & Calabriæ partem occupâvere. Item omnis Dalmatia defecit.* Conſtantinus Porphyrog. in Contin. Theoph. ad annum 826. *omnis Delmatia ſub id tempus a Romano Imperio* (ſive Orientali) *defecit, ſuique omnes juris, ac ſibi capita extiterunt, quoadusque inclytus ille Baſilius Imperium regendum ſuſcepit; tunc enim Romanæ facti ſunt ditionis.* Item de Admin. Imp. cap. 29. *Cum Romanum Imperium, per imperantium tunc temporis ignaviam, atque ſocordiam, maxime Michaelis, Amorienſis Balbi, tantum non expiraſſet, qui Dalmatiæ oppida incolebant, ſui juris facti, neque Romano Jmperatori, neque cuiquam alteri ſubjecti.* Firmantur iſta, etiam Privilegio, apud Lucium lib. 2. cap. 2. *Tirpimiri* Croatorum Ducis, dato Salonitanæ Eccleſiæ, quæ dum extra dubium in Dalmatia veteri Romanorum, eſſet; Tirpimirum Ducem Croatarum illorum, qui Dalmatiam ſub Heraclio aquiſiverant, fuiſſe patet. Eſt Privilegium, Lucio affirmante, de anno 838. Hoc ſe Tirpimirus, Croatarum Ducem vocat: hoc ſuum anteceſſorem, Croatarum æquè Ducem Mislavum exprimit, ſub hoc Mislavo Duce dedicatam fuiſſe Salonitanam Eccleſiam, ipſique elargita Privilegia teſtatur. Tirpimirus quoque, quædam largitur, ac anteceſſoris ſui Mislavi confirmat donationem, & privilegia.

Meditatione Privilegii iſtius, certum eſt Mislavum, Tirpimiri fuiſſe anteceſſorem, ex alio genere hunc, ex alio Mislavum, cum Tirpimirus taceat, ſibi fuiſſe agnatum. 2dò: Mislaum egiſſe Ducem, ſub Græcorum clientella; Tirpimirum verò fuiſſe illum, qui a Romano Imperio defecit, ut ex verbis Privilegii deducitur: *Ego licèt peccator Tirpimirus Dux Croatarum, juvatus munere Divino* . . Item: *Mundi ab origine cuncta per tempora facta manſiſſe, delabisſeque ſuccedentibus alia*, ut ideo vota ſolvens DEO, *de communi*, ut ait, *conſilio cum omnibus Zupanis*, monaſterium conſtruxerit, ibique catervas fratrum adhibuerit, dotaverit. Ex annis quoque Tirpimiri hujus, iſtud deducitur, cum ad hæc tempora, Dux fuerit, quibus, defeciſſe Dalmatas, ſive Croatas illos, Scriptores Conſtantinopolitani fatentur. Duæ autem hic, ex eodem Privilegio naſcuntur difficultates. Prima eſt: num ſic Croatæ illi Dalmatiam poſſidentes, liberi eveſerint, ut ab Orientali deficientes Imperio, nec Francorum ſive occidentis Imperio, ſemet ſubjecerint? Lucius ex Inſcriptione: *Regnante in Italia Piiſſimo Lothario, Francorum Rege.* Putat Tirpimirum ſub Francorum Imperio fuiſſe. At opinioni ſuæ, deferri nequit, tum ideo; quia Imperatorem 838. egit Ludovicus Pius, hinc ſi deficiendo ab Orientis Imperio Tirpimirus, clientellæ Francorum Imperatoris ſe tradidiſſet, Ludovicus fuerat in inſcriptione exprimendus: cum etiam, quod Conſtantinus Porphyrog. (teſtis perquam idoneus) teſtetur: *Qui Dalmatiæ oppida incolebant, neque Romano Imperatori, neque* cui-

Digitized by Google

cuiquam alteri ſubjecti. Hoc error eſſet, ſi Francorum Imperio, Dalmatiæ incolæ ſeſe ſubjeciſſent, vel occaſione pacis illius, anno 838. innitæ, intra Ludovicum Imp. & filios (de qua Pagius, & apud Cl. Aſſemanum, Metenſis) Lothario, Tirpimirus fuiſſet ſubjectus, cum nihilominus, diviſionem hanc ignoraſſe Conſtantinus Imperator, ſupponi nequeat, utpote publicam. Sed nec argui poteſt, ad pacta, diviſionemque illam, Croatas Dalmatiæ pertinuiſſe; cum illi, ex Caroli I. pactis, Orientali Imperio attributi fuerint; neque ob diſcordias domeſticas, quæ Ludovico erant cum filiis, opportunitas extitit, receptione Croatarum Dalmatiæ, ut ab Orientis Imperio deficientium, Orientis Imperatores provocare, & hoſtes efficere. Quare Inſcriptio illa, *Lothary*, *Italiæ Regis*, ſive ex vinculo amicitiæ, ac fœderum (quia Lotharius in patrem ſuum impietatis reus deſcribitur) ſive ex juramento illo, quo ſe Croatæ, Dalmatiam aquirentes, Romano Pontifici obſtrinxerunt olim, proceſſerit, neutiquam vero, ex ſubjectione, & recognitione juris, Regum Italiæ, in Dalmatiam, ut ideo Tirpimirus; nec Lotharium, *ſuum Dominum*, vel *Dalmatiæ*, ſuique Ducatus vel innuat; vel *conſenſus Lothary*, reminiſcatur, at ut juris abſoluti Dux Croatarum & Dominus, de communi Zupanorum ſuorum conſilio, quæquæ diſponat in fato Privilegio. Alia quæſtio eſt: Tirpimiri Ducatus, qui fuère limites? & num ad Danubium uſque, annis his, ſive 838. Croatarum horum Dalmatia extenſa fuerit? Limites fixos, & cum certitudine, deſignare nequeo. Ex loco ſubſcriptionis *Byaci*, ſive ut nunc *Bihachio* argui poteſt, ad fluvium Unna, ſive Vunna, extenſum per montana, reſpectu Zagrabiæ meridionalia, Tirpimiri Ducatum fuiſſe, ad Drinum fluvium; ut ea, quæ trans Vunnam ſituantur Tirpimiri fuiſſe argui valeat. Cis Vunnana vero Sclavoniæ; quæ Bulgaricos Rectores ab anno 827. habuit, uti ſupra Eginhardus, teſtis exceptione major perhibet. Ex verbis Privilegio inſertis: *Ac deinde, ut in fatam matrem Eccleſiam*, (nempe Salonitanam) *quæ Metropolis uſque ripam Danubii* (eſt) *& penè per totum Regnum Croatiæ*, concludi legitime nequit, Tirpimiri Ducatum, ad ripam Danubii fuiſſe extenſum. Conſtat enim Serblos ſive Servios, fuiſſe iſthic, ac hos inter Sclavoniam, & ad Adriaticas continentis oras, Sclavo-Croatas. Conſtat item, ex Diœceſium vel Metropolitanarum finibus, legitime meriti non poſſe, Provinciarum limites, dum diſtincta eſt, ſacra Juriſdictio, a profana. Nunc etiam Diœceſes, & Metropoles, quoad juriſdictionem ſacram, extenduntur per Provincias diſtinctas, & Regum, Magiſtratuumque diverſorum, quin inferri valeat, metirique inde, Regnorum, vel Rerumpublicarum, limes ac terminus. Religioſorum autem, quos vocamus, Magiſtratus, ſive Provinciæ; perſæpe per plura Regna, Ducatus, Provincias extenduntur, & in unam conflantur, eorumdem Provinciam; quin ex confuſione hac, inferri ſive nunc, ſive aliquando poterit, Regnorum aut rerumpublicarum eosdem fuiſſe, aut eſſe limites.

XI. Liquet itaque ex præmiſſis, poſt bellum illud Liudeviti Sclavoniæ Ducis, occaſione bellorum civilium intra filios Ludovici Imperatoris cum Patre, Sclavoniam hodiernam anno 827. Francorum excuſiſſe jugum, atque Bulgaricos Rectores nactam. Croatas æque illos, qui Dalmatiam incolebant, ab Orientali defeciſſe Imperio, occaſione Saracenorum, in Siciliam Calabriamque irrumpentium, circa annum eundem 827. Jam examinandum venit, quando Croatæ illi, qui e Dalmatia ſeceſſerant, & Sclavorum terras, occiſo Argaido, ad oras Adriaticas, intra Sclavoniam, & Forumjulium in veteri partim Liburnia, partim Japydia occupaverant, dicti Sclavo-Croatæ, ſeſe a Francorum poteſtate ſubtraxerint? & juris ſui effecerint?

Hoc eorumdem factum, ad annum 841. aut 840. cum a Lucio, Aſſemano, Farlato, cæteriſque eruditis Viris collocetur, neque inveniam motivum, ex coævo quopiam Scriptore, aut ullo diplomate, ab iisdem recedendi, eisdem ſubſcribo. *Rei*, hoc eſt libertatis Sclavo-Croatarum teſtis eſt Conſtantinus Porphyrog. cap. 29. Hic, poſtquam retuliſſet Croatas illos, qui Dalmatiam incolebant, ſui juris factos, nec Romano Imperatori, nec cuipiam alteri ſubjectos eſſe, proſequitur: *Itidem conterminæ illis gentes* (adeoque poſt Croatas, Dalmatiæ incolas) *Croati, Servy, Zachlumitæ, Terbuniotæ, Canalitæ, Diocletiani, & Pagani, excuſſis Romani Impery habenis liberi, ſuisque non alienis legibus uſi ſunt.* Verum, fatendum eſt: Porphyrog. adeo contractè plurium ſæculorum memorias Croatarum referre, ut ſibi ipſi contrariari videatur. Cap. 29. ſubjectos Romano Imperio fuiſſe, Croatas Dalmatiam incolentes, prouti & gentes memoratas recenſet, ſed per ignaviam, & ſocordiam Michaelis Amorienſis Balbi, ſui juris effectos eſſe. Cap. 30. cum narrâſſet, occupatam per Croatas, pulſis inde Abaribus & Sclavis Dalmatiam, refert: a Chrobatis, qui in Dalmatiam venerunt, partem ſeceſſiſſe, & Illyricum, atque Pannoniam (in parte videlicet) occupâſſe, ſubjiciens, *Per aliquot vero annos etiam Dalmatiam incolentes Chrobati, Francis ſubjiciebantur: quemadmodum & antea, dum in ipſorum terra degerent. Tanta autem in eos crudelitate utebantur Franci, ut lactantes adhuc eorum pueros occidentes, canibus objicerent.*

Digitized by Google

Quæ res cum intolerabilis Chrobatis eſſet, facto diſſidio, Principes, quos ex ipſis habebant, interemerunt. Unde magnus contra eos exercitus movit e Francia, & poſt ſeptem annorum bellum, ægre tandem ſuperiores facti Chrobati, omnes Francos, eorumque Principem Cotzolin e medio ſuſtulerunt. Et exinde liberi, & ſui juris facti, ſacrum Baptiſma, a Romane Pontifice petierunt, miſſique Epiſcopi, ipſos baptizârunt, Principatum tenente Porino. Narrat deinde, regionem in XI. Zupanias fuiſſe diviſam, harum recenſens nomina, Bano illorum quid obtigit, tum pergit: fines deſcribere; inchoans: *prædicta Chrobatia, cum reliquis Sclabiniis* (Sclavis) *ita ſita eſt* &c. Ut hinc pateat etiam, eum diſtinctè non ſcripſiſſe, verum confudiſſe Croatas cum Sclavis cap. 31. *Regio autem hæc, quam incoluerunt Chrobati, ab initio ſub poteſtate erat Romanorum Imperatoris - - Chrobatiæ autem Princeps ab initio, hoc eſt ab Heracly Imperatoris temporibus, Romano Imperatori, non Bulgariæ Principi ſubditus erat. Neque Bulgarus cum Chrobatis bellum geſſit &c.*

Horum, cæterorumque facto examine, & combinatione ſcriptorum a reliquis, certum eſt compendiò ſuo Porphyrogenitum, memorias Croatorum per plura ſæcula eſſe complexum; quæ, ſine Cronologiæ ratione, aliorumque Scriptorum adminiculo, nec intelligi, nec interprætari poſſunt. Mihi accuratè perpendenti, combinantique Porphyrogeniti narrationem, cum Scriptoribus aliis, & locòrum ſitu, videtur is, capite 29. generatim Dalmatiam complexus. cap. 30. poſt generales de Croatis notitias, ſpeciatim de Croatis illis agere, qui a Crobatis illis, Dalmatiam incolentibus receſſerunt in Liburniam veterum, & Pannoniæ partem occupârunt. Hoc, non ſolum ex dominatu per annos aliquod Francorum, deducitur; at ex fide, ſive Baptiſmo etiam, quia hos, ſub *Porino* refert fuiſſe baptizatos, illi verò, qui in Dalmatia permanſerunt, Catholicam fidem ſuſcepiſſe ſub Heraclio recenſentur, juràſſe Romano Pontifici, nec a fide ſuſcepta defeciſſe illos, deduci poteſt. Capite demum 31. ſpeciatim de Croatis Dalmatiam poſſidentibus, ſcribere videtur Porphyrogenitus, ut quivis inveniet, caput iſtud meditaturus. Quare cum capite hoc Tirpimiri faciat mentionem, qui circa 837. & ſequentes annos, Dux fuit Croatarum Dalmatiæ, & poſt eum Creſimirus; *Porinus*, de quo cap. 30. Porphyrog. Princeps ſive Dux, Croatarum horum, id eſt Sclavo-Croatarum Dux erat; nec Croato-Dalmatis attribui poteſt, cum Porphyrogenito teſte, circa annos eosdem, Porinus, & Tirpimirus Duces fuiſſe obſerventur.

Itaque pateret ex præmiſſis Porphyrogenitum, hiſtoriam ſæculorum plurium, atque partis utriusque Croatarum, quin & Sclavorum fuiſſe complexum, quam nihilominus anteriora, a nobis relata, illuſtrarent. Sclavis ergo Pannoniæ inferioris, ſive Sclavoniæ, per Bulgaros ſubactis, Croatis æque Dalmatiæ, ſeſe ab Orientali Imperio ſubtrahentibus; *Sclavo-Croatæ*, qui intra hos fuère medii, Franciſque parebant, quod hi, præſidia poſſiderent, & Sclavo-Croatarum Magiſtratus, a Francorum Marchiæ præfectis, dependerent, æquè libertatem conſequi procuraverint. Sed qua via? quibusve modis, clarè ſcriptum eſt, a nemine. Narrat Porphyrog. ſuperius, poſt bellum annorum ſeptem, libertatem conſecutos, at quibus annis, bellum illud fuiſſet? tacet. Vereor ego, Porphyrogenitum nomine *Cotzolin Principis*, *Cadolacum* exprimere. Quod ſi ita eſſet, per bellum annorum ſeptem indicaretur, bellum memoratum Liudeviti, eſſetque confuſa Porphyrogeniti narratio. At cum e Francis aliisque Scriptoribus, nec argui valeat, *Sclavo-Croatas*, Adriaticas oras incolentes, libertatem tum fuiſſe conſecutos, imo Borna Dux contra Liudevitum pugnâſſet pro Francis, bellum illud ſeptem annorum fuiſſe poſterius, cenſeri debet, atque ad annum circiter 832. aut 833. belli hujus exordium collocari.

Sane quisquis, filiorum Ludovici Py Imperatoris, cum patre diſcordias & indignitatem perpendat, quam ad annum 833. deſcribit Auctor vitæ Ludovici, Conradus item Urſpergenſis, Sigebertus &c. occaſionem Sclavo-Croatis his fuiſſe, ſemet vindicandi de Francis, facile agnoſcet. Obedire Francis cum renuiſſent Croatæ, pueros eorundem Franci occidere, canibusque projicere, teſte Porphyrog. crudeliusque agere inceperint. Quam exoſi Croatæ Tyrannidem, Francis occiſis in libertatem ſe aſſeruerunt, habito facile adjutorio a Sclavis, Bulgariæ parentibus, ut infra dicturi.

Belli geſti deſideratur relatio, ſuperſunt nihilominus hujus memoriæ, tam apud Porphyrogenitum: *Poſt ſeptem annorum bellum, ægrè tandem ſuperiores facti Chrobati, omnes Francos - - e medio ſuſtulerunt. Et exinde liberi, & ſui juris facti* &c. quam & Scriptores Venetos, apud Lucium lib. 2. cap. 2. pag. mihi 60. & Schönleben ad annum 836. Sed inſuper: anno eodem 836. Lotharius Italiæ Rex, Gregorio Papæ infenſus, Romanam Eccleſiam haud leviter perturbâſſe, apud Schönleben perhibetur. Cujus rei conſideratione, cum teſte Tirpimiri memorato ſuperius Privilegio, Dux Croatarum, Dalmatinorum Terpimirus, in

in amicitia fuiſſet cum Lothario, innuentibus verbis illis: *Regnante in Italia Piiſſimo Lothario Francorum Rege.* Martinus ille Claudus, de quo Porphyrogen. cap. 31. verbis ſequentibus: *In diebus Principis Terpemere, qui pater fuit Principis Creſemere, e Francia, quæ inter Chrobatiam & Venetiam media eſt, veniens Vir quidam Martinus nomine, maxime pius, ſed habitu ſæculari, quem iidem quoque Chrobati, miracula feciſſe plurima dicunt, hic porro Vir pius imbecillus admodum, & pedibus mutilatus, ita, ut a quatuor bajulis quocumque vellet, deferretur, illud Sanctiſſimi Pontificis mandatum* (nempe juramentum illud, quo ſe obſtrinxerant S. Petro Apoſtolo ſub Heraclio occaſione Baptiſmi ſuſcepti; uti ex eodem capite 31. Porphyrog. pateret) *Chrobatis ad ultimum vitæ finem ſervandum eſſe itidem ſanxit, eadem etiam illis, quæ antea Pontifex, imprecatus. Quapropter neque Sagenæ ipſorum Chrobatorum, neque conduræ, unquam ad aliquem bello infeſtandum abeunt, niſi ſi quis eos adoriatur.* Miſſus a Papa fuiſſe ad Terpimirum deducitur, ad reflectendos Croatas Dalmatiæ, juramenti illius ſub Heraclio eliciti; adeoque ne adverſus Papam, cum Lothario fæderibus & ſocietate conjuncti, moliantur quidpiam, Lothariumque adjuvent. Quod Croatis Dalmatiæ perſuaſum fuiſſe, tam Privilegium Tirpimiri apud Lucium ſuaderet, dum is 837. plus ſolicitus eſt de monaſteriis, quam armis; quam & ſilentium apud Scriptores, geſti ab eo belli cujuſpiam. Quare is, Croatas Liburnicos, non adjuvit, ne Francos, ſibi amicos offenderet, adjuvando illos, qui a Francorum jugo ſeſe eliberare ſtudebant.

Martinus relatus, dum *e Francia, quæ inter Chrobatiam & Venetiam media eſt*, ad Terpimirum iviſſe, a Porphyrog. deſcribitur, facile ad hos Sclavo-Croatas iverit, eosque adverſus Lotharium & Francos hortatus eſt, ut ſic Lotharium a perturbanda Romana Eccleſia avocaret. Terpimirum, hujusque Croatas Dalmatiæ, juramenti admonuit, ut Lotharius evadat debilior, & ditiones Romanæ Eccleſiæ ſecuriores. Venetæ, utpote Italiæ Regibus, adeoque tum, Lothario; tributis obnoxii, ut Porphyrog. cap. 28; adverſus Croatas hos Liburniæ incolas (quos illi Sclavos vocant, ſcribuntque) pugnâviſſe deducuntur, ex propriis Scriptoribus, a Lucio lib. 2. cap. 2. relatis. Quare bella hæc, innui a Porphyrogenito, cenſeo; dum poſt ſeptem annorum bellum, Chrobati omnes Francos e medio ſuſtuliſſe, ſeque liberos, & ſui juris effeciſſe, ſcribuntur.

Occaſione hac, nec Croatas Dalmatiæ, nec Venetos; Sclavo-Croatis, adjutorio fuiſſe, pro conſequenda ab iis libertate, modo deſcripta teſtantur. *Sclavi* nihilominus, qui ab anno 827. Bulgaricos habuere Rectores; item vicinæ illis a meridie gentes, nempe Servii, Pagani ſive Narentani, Croatis his quod aſſociati fuerint, credimus, non ſolum ex vicinia, & in Francos odio; verum etiam ex Porphyrogeniti contextu, & combinatione hiſtoriæ ſuæ, de Serviis, item Bulgaris &c. Quin apud Clariſſ. Aſſemanum Tom. 2. Par. I. cap. 5. pag. 149. Bertinianus: anno 845. *Ludovicus, 14. Duces Boemanorum - - Sclavorum quoque, & Bulgarorum legationes ſuſcepit, audivit, abſolvit.* Quæ ad Sclavos hos pertinent, ut credam occaſione hac, juri omni, ſi quod Francis erat in Regiones has Sclavoniæ, & Croatiæ Liburnicæ, ſeu maritimarum partium, Ludovicum ceſſiſſe, *Legationes ſuſcepit, audivit, abſolvit.* Hinc anno 853. apud Aſſemanum, adverſus Ludovicum arma movent, ſine infidelitatis nota, dum ait Bertinianus: *Bulgari ſociatis ſibi Sclavis, & , ut fertur a noſtris muneribus invitati adverſus Ludovicum Germaniæ Regem circiter permoventur: ſed Domino pugnante vincuntur.* Profectò ab anno 845. his in Regionibus, nulla dehinc occurrit memoria, bellorum, aut dominatus Francici, ut omnino in Legatione illa Sclavorum, & Bulgarorum ad Ludovicum, *apud Padrabrunno in Saxonia*, Sclavi, & Bulgari, Pannoniæ hujus, a Francorum poteſtate pro abſolutis declarati videantur.

XII. Patet ergo ex adhuc deſcriptis, quando? & qualiter? ex his Regionibus Francorum deſiit dominatus. Patet diſtingui oportere Sclavoniam, a Croatia; & hanc, aliam eſſe Croatarum Dalmatiam incolentium; hisque temporibus diſtinctum fuiſſe Ducatum, a Croatia, & Croatis, oras Liburnicas, & Japidiæ incolentes, ſuumque Ducatum extendentes. Hi a Scriptoribus Venetis, Sclavorum nomine exprimuntur; illi Dalmatarum & Dalmatiæ. A Romanis, atque Romana Curia, utrique habentur pro Dalmatia, & Dalmatis. A Byzantinis jam Sclavorum, jam Serviorum &c. Croatarum item exprimuntur nomine. Vetus attamen diſtinctio, & veritas, maximè in Diplomatibus Hungariæ Regum, Legibus item ſervatur, quæ, Bulgariam, Serviam, Boſniam, Raſciam, Dalmatiam, Croatiam, Sclavoniam, & diſtinguunt, & conſervant, ut infra ex Diplomatibus deducturi.

Jam ſingilatim, antedictorum Ducatuum, Duces recenſendi forent, ut horum ſerie, res ſuperiores firmentur. Verum quæ ſit in his eruendis difficultas, qui vel modicum in rebus noſtris verſatus eſt, animadvertit. Sane Scriptores Ducum horum, ut Diocleates, Thomas

Digitized by Google

Archid. Marulus, Orbinus, variant, tam in nominibus horum, quam & Chronologia. In his accuratius deducendis, egregiam operam navavit Lucius; Examinant quævis erudité, ac doctè Farlatus, ac Tomo IV. Aſſemanus; attamen ob defectum cognitionis, Regionum, partiumque harum, & cumprimis Sclavoniæ, ut Regni poſtea, ante vero Ducatus diſtincti, a Dalmatia, Croatia, Servia, Carantano, Iſtria, confuſionem etiam hos non evitâſſe, comperio. Quare ſine quavis Illuſtrium Virorum horum injuria, & quibus nulla ratione comparari poſſum, Ducatuum horum Duces, hac ætate, ita diſtinguendos, collocandosque cenſeo.

Duces Croatarum Dalmatiæ.

Paulus. In vita Caroli M. occurrit ejus mentio, jam ut ſub nomine Ducis Jadræ, jam Dalmatiæ. Egit de pace inter Francos, & Græcos conſtituenda. Inſidiis premebatur per Duces Venetiæ. vide pag. 57.

Joannes Dux, qui Fortunatum Patriarcham Gradenſem Conſtantinopolim miſit. Neque eſt, quod Duces hi Jadrenſes vocentur, fuere enim Duces Dalmatiæ, Jadræ habitantes, ut ex Scriptorum contextu eruitur.

Liudemullus, Bornæ Ducis Avunculus, ad ſe fugientem Liudevitum, ſuſtulit.

Mislavus. Ex Privil. Tirpimiri apud Lucium.

Tirpimirus. Ex Privil. apud Lucium, & Conſtant. Porphyr. ſe, & Ducatum ſuum, ab Imperio Orientis eximit.

Chreſimirus I. Filius Tirpimiri ex Porphyrog.

Duces Croatarum in Veteri Liburnia, ſeu oris Adriatici continentis Francis ſubjecti.

Anonymus cum Ericho pugnans. *Borna*, de quo inferius.

Ladaſclavus. Huic paſſim anni exigui, Ducatus attribuuntur. At ſi cantilenas vulgi perpendo, quas nunc etiam in ſaltitationibus vulgus cantitaret, huic Ladaſclavo, ſi non totalis a Francis eliberatio, certe initium ejus negari non poſſet. Circa Feſtum Joannis Baptiſtæ, occubuiſſe cantatur, pro patriæ conſequenda libertate. Errat Ritterus, dum proſam illam vulgarem, S. Regi Ladislao attribuit. Cæteri item, qui idolum *Lade*, aut *Lado*, verſibus illis putant coli, quod ſæpe etiam, arguendo ſuperſtitionis plebem, rudes in hiſtoria Concionatores declamant. Proſæ nihilominus totius textus, Ducem cantari notat. At hæc utut ſint.

Muyſclavus, ſive *Mujus*, alter à Mislavo ſuperius poſito, cum Tirpimirus ut ſui Anteceſſoris in anno 838. Mislai Dalmatiæ reminiſcatur. Cum *Muyo* autem in anno 839. Petrus Venetiarum Dux, pacem firmaſſe, per Dandulum deſcribitur, apud Aſſemanum.

Porinus ab anno 840. ex Porphyrog.

Duces Sclavoniæ.

Liudevitus de quo ſupra. NN. Anonymus. Qui Ludovici Imp. tradidit ſe in clientellam, & ad eundem fugit, Bulgaris Sclavoniam occupantibus. vide pag. 62.

Bardas. Conſtitutus a Bulgaris ex Leonis Gramatici verbis: *Is habebat filium Bardam nomine, & virili ætate provectum, quem vice ſua Macedonibus trans Danuby fluminis ripas habitantibus* (hoc eſt in Sclavonia, quæ erat trans Danubium, reſpectu Macedoniæ, & ſupra eundem Danubium) *donari reliquit. Ipſe quodam invento ex arte, ad Theophilum acceſſit, quem gaudens excepit, & eo, quod expetebat cognito, ut navigia conſequerentur* (quibus anno 829. ut ſupra ex Fuldenſi, per Dravum venientes, villas incendebant) *mandavit.*

Ratimarus apud Schönleben.

Unnoſclavus ex Dandulo apud Lucium, fors ab Unna fluvio, ad quem ſuus extendebatur Ducatus, ita dictus; hinc Dux Sclavoniæ. Socius Croatarum ſibi vicinorum in continenti maris Adriatici, ad Francos expellendos. A domeſticis vocatus *Deliavuk*.

Duces Avariæ in Pannonia.

Theodorus, vide ſupra pag. 51.

Zodan in Baptiſmo Abrahamus pag. 56.

Tutundus Circa annum 824. ex epiſtola Eugeny Papæ apud Schönleben, Lazium, Pray, videnda. Ab hoc Duce, memoriæ Ducum Avariæ non occurrunt, ſive quia cum Sclavis Moravis eos confuderint Scriptores; ſive ob Duces Bojoariæ. *Avariæ* nihilominus memoria in Diplomate exhibito ab Hanſicz Tom. I. Germ. Sacræ, Ludovici Bojoariæ Regis ad annum 836. eſt mentio, ubi: *Quasdam res proprietatis noſtræ, quæ ſunt in Provincia Avarorum, in loco, qui dicitur Kirchbach &c.* ut facile ob Regnum Ludovici in Bojoaria, conſtitu-

ſtitutum, (Avariâ in Provinciam redacta, & Regi Ludovico attributa) memoria Avariæ Ducum, ceſſaverit. Si ea, quæ de *Salachone* ſcribit Schönleben ex Avent. Lazio &c. ad annum 840. Brynonem nempe, ſive *Privinnam* ab eo receptum, & Ludovico Regi ſubmiſſum fuiſſe, vera ſint; *Salacho*, Comes limitaneus Avariæ hujus, vicinæ Bulgaris, eſſe debuit.

Duces Carantanorum Sclavorum.

Taſſilo circa 784. qui Hunnos evocavit, ut pag. 54. relatum ex Eginhardo. *Geroldus Carolomanus.* Ex Diplomate apud Lazium lib. 6. Migr. Gent. pag. mihi 161. de anno 816. (cavere nolim, errorem in anno non cubare. Quin geſtorum Carolomanni meditatione, puto ſcribi debuiſſe, annum 861. Hoc ſi ita, tam Carolomannus, quam Arnolphus, Baldrico poſtponendi) ubi: *In Nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis: Carolomannus DEI concedente Clementia Rex Francorum, Carantanorum &c.*

Arnolphus, ut ibi Lazius ex Rhegino Prumienſi, Othone Friſingenſi, deduceret. Sub Arnolpho hoc, miſſus fuerit *Baldricus* ad Carantanos contra Liudevitum, ut pag. 59. inde translatus ad Forumjuly. Poſt hunc Baldricum eſt Lacuna, in firma ſerie, Ducum Sclavorum Carantanorum.

Duces Forojuly.

Rotgandus, quem pag. 54. Carolus M. ſuum inimicum exprimit.

Erricus, vel *Henricus* circa 784. a Carolo M. poſitus, de quo ſuperius. Anno 799. occiſus a Terſaticenſibus.

Cadalocus Anno 800. a Carolo datus. Ludovico Pio Imp. a Liudevito accuſatur de crudelitate, variiſque inſolentiis, mortuus Anno 819.

Borna Dux Croatarum Liburniæ, mortuo Cadaloco, ob teſtatam fidelitatem contra Liudevitum, unà etiam Ducatum Forojuly adminiſtrat, ad annum 821. quô obiit. Cui in Ducatu Croatarum, ſucceſſit *Ladaſclavus*; in Ducatu autem Forojuly.

Baldricus, mortuo Borna, Ducatum Forojuly accepit, verum etiam Carantanorum Sclavorum fuit adminiſter, cum teſte Eginhardo, anno 828. *honoribus* privatus ſit ideo; quia propter ejus ignaviam, Bulgari fines Pannoniæ impunè vaſtâſſent, & tum Marcha, ſit, inter quatuor Comites diviſa.

Hos Duces, tum ad confirmanda ſuperiora, cum & videndam Scriptorum quorundam confuſionem, adeoque etiam intelligendam harum Regionum, veteriſque Pannoniæ hiſtoriam, recenſere diſtinctè, viſum mihi eſt. Animadverti enim, quemvis comodius intellecturum non ſolum VIII. & IX. Sæculi harum Regionum hiſtoriam, conſideratione relatorum Ducum, verum ea quoque, quæ ſequentur hiſtorica, ſive illa Civilis; ſive bellici ſint argumenti. Recenſiti, deſcriptique ſupra Duces, temporum ſunt eorumdem, nempe ſub Carolo Magno, & Ludovico Pio. Sibi fuêre cognati, ut *Liudemullus* Dalmatiæ, (ad quem Liudevitus fugerat, tanquam ſub Orientis Imperii clientella conſtitutum) *Bornæ* Ducis Liburniæ, avunculus exprimatur. Facile Liudemullus, affectui carnis indulgens, ut Bornam nepotem commendatum reddat Ludovico Imperatori, hoſpitem Liudevitum interfecit. Eodem itaque tempore vixerunt, *Liudemullus*, *Borna*, *Cadalocus*, *Baldricus* Carantanorum Præfectus; *Liudevitus.* Quorum acta, & res legendo, meditandoque, niſi Provincias, Ducatus eorundem cognoſcas, de iis *judicare* non poteris, ſed haud ſine erroris periculo, imaginari pro lubitu, ac ex appræhenſis, imaginatiſque idæis, erroribus ſubmergeris.

XIII. Jam eruendum eſt: poſt Francos reſpectivè ejectos, reaſumptamque libertatem, quæ ſunt præfatorum Ducatuum veriores memoriæ? Has antequam ordiamur, admonere fors non oberit Patriotas, ne ſuſpicentur me culpoſe omittere, tot tantoſque Reges, Duceſque Croatiæ, quos in Ratkajo legerunt, vel lecturi ſunt; aut in Imaginum ſubſcriptionibus, pictorum licentia offendent, ut Goſtumilli, Ivani &c. ſive Croatiæ, ſive Sclavoniæ huic attributos. Quin, ſi etiam in Annalibus Imperatorum (ut omnino invenient) vel bella cum Sclavis geſta, vel datos Sclavis Duces legerint, ne vel me invidiæ arguant, vel talia ſubito, Sclavoniæ huic, & Croatiæ attribuant, aut trahendum fuiſſe dicant. Non nego, Moravos, Bohemos, totque alias Nationes; Sclavorum nomine his Sæculis accipi, monuique ſuperius; ſed & juſtitiæ eſt: *ſua cuique tribuere*; & me de Sclavis illis non comentari, ſupra monui. Studium, conatuſque meus, in eo ſunt, ut his Regionibus propria, colligam; ac in ſuum reducam ordinem. Lucius identidem narrat, confundi has Regiones, nec Sclavoniæ ſcribi a ſe hiſtoriam, aut ſcriptam ſe ſcire ab aliquo. Obſervavi, vidique in locis aliquod, *Godeſcalchi* imagines, & hunc Regis Sclavoniæ, Sancti item Martyris, honoribus extolli per inſcriptiones. Ego nec Regem, nec Martyrem Sclavoniæ hujus, Godeſcalchum, comperio. Bene

Digitized by Google

vero, Godeſcalchum Orbacenſis Monaſterii Monachum Presbyterum, variis ſuperſtitionibus deditum, & ſcientia tumidum, qui turpiter ex Italia ejectus, *Dalmatiam, Pannoniam, Noricumque adorſus* (ex Annal. Bertinian.) *quædam noſtræ ſaluti valde contraria, præcipue ſub nomine prædeſtinationis, peſtiferis dictis & ſcriptis adſtruens in præſentia Ludovici Germanorum Regis, Epiſcopali Concilio detectus, atque convictus, ad Dioeceſeos ſuæ urbem reddire compellitur.* Videant quorum intereſt, ne ſub Regis, Martyris, & Apoſtoli Sclavoniæ titulo, impoſtor iſte habeatur. Cæterum reddeundo.

Fundamentum hiſtoriæ, præmiſſorum Ducatuum, eſt Porphyrogenitus. Verum in epocha etiam hac, ſive conſecutæ libertatis, a Dalmatiæ, Liburniæque Croatis, Sclavis item; non ſolum brevis eſt; at pleraque, haud ſatis clare, diſtincteque conſcripſit, quæ tamen Illuſtrare adnitemur. Itaque

Porphyrogenito teſte, Croatæ illi, qui ſub Heraclio Dalmatiam aquiſiverunt, pulſis Sclavis, & Abaribus, ſub Principe ſuo tum *Porga*, Catholicam Religionem profeſſi ſunt, baptizatique; juramentum præſtantes Romano Pontifici, de quibus cap. 31. agit Porphyr. Hos Croatas, a ſuſcepta fide reſiliviſſe, deduci nequit. Eorum in Catholica fide ſtabilitatem, demonſtrant Epiſcoporum Sedes, Spalati, Jadræ &c. Imo, dum Croatæ maritimi, Francorum jugum excutere vellent, cum Terpimirus Lothario Regi amicus eſſet, admonebantur veteris juramenti, per. Martinum Claudum. Quod ſatis docet, Croatas hos, Catholicos fuiſſe, quia ſecus admoneri non poterant, juramenti illius ſub Heraclio præſtiti.

Croatæ oras maritimas Liburniæ incolentes, & Francis ab anno 800. ſubjecti (de quibus Porphyrog. cap. 30.) Excuſſo Francorum dominio circa 841. ut ſeſe in obtenta libertate firmarent, Catholicam fidem ſuſcipere decreverunt, eamque amplexi ſunt. *Omnes Francos* (Porphyr.) *e medio ſuſtulerunt. Et exinde liberi, ac ſui juris facti, ſacrum baptiſma a Romano Pontifice petierunt, miſſique Epiſcopi ipſos baptizârunt, Principatum tenente Porino.* Primo ergo, ſublatis Francis, liberi & ſui juris facti ſunt, circa 645. uti ſupra deduximus, dum eos Ludovicus abſolvit, ac ut libertas hæc, firma eſſet, baptizari petierunt, & baptizati ſunt ab Epiſcopis, Principatum Porino tenente. Hæc Croatis Dalmatiæ tribui nequeunt, dum illi & Catholici fuère; & habuerunt Principem vel Terpimirum, vel hujus filium Creſimirum. Occaſione hac, *diviſa eſt eorum Regio* (ſive Croatarum baptizatorum) *in Zupanias XI. quarum nomina, Chlebiana, Tzentzena* (Cetina celebre caſtrum & Comitatus, ex Dipl. Regum Hungariæ) *Emota*: *Pleba*: credo Ledenicze, *Peſenna*, nunc Piſinum: *Parathalaſſia* Primorje, *Brebera*, Bribir. *Nona* hodie puto Novi, ubi Capitulum Novienſe. *Tzena*, Segnia, *Sidraga*, hodie Draga: Nina. His Zupanis, Banus ſuperior; cui, ut loca limitanea data ſunt: *Ipſorumque Banus tenet Cribaſam*, hodie Corbavia: *Litzam* hodie Lika: *Gutzekam*: Gotſe. Kochevje. Harum Zupaniarum ſitus locorum conſideratione, Porini Principatus conſtitui alibi nequit, ac in oris Adriatici continentibus. Terminos Principatus hujus, ita ponit Porphyr. *A Zentina autem fluvio Chrobatia incipit, extenditurque verſus mare ad Iſtriæ uſque confinia, ſive Albunum urbem; verſus montana aliquatenus etiam ſuper Iſtriæ Thema excurrit, ac verſus Tzentina & Chlebena, Serviæ Regionem attingit.* Tum deſcribit Serviam, cui narrat ad Septemtrionem, Chrobatiam propinquam eſſe. Atque hæc, ætate Porphyr. Sive anno 949.

Idem Porphyr. cap. 29. poſtquam recenſuiſſet, eos qui Dalmatiæ oppida incolebant, ſui juris eſſe effectos, neque Romano Imperatori, neque cuiquam alteri ſubjectos, proſequitur:
„ Itidem conterminæ illis gentes, Croati, Servii, Zachlumitæ, Terbuniotæ, Canalitæ, Dio-
„ cletiani, & Pagani, excuſſis Romani Imperii habenis liberi, ſuisque non alienis legibus uſi
„ ſunt. Principes vero, ut ajunt, hæ gentes non habent, præter Zupanos ſenes, quemadmo-
„ dum etiam reliqui Sclavorum populi. Plurimi etiam ex his Sclavis (*en generali vocabulo, Sclavos vocari præmiſſas gentes, & fidem ſive Baptiſmum fuiſſe pro lubitu intra eos*)
„ non baptizabantur, imo diu baptiſmi expertes manſerunt. Imperante autem Pyſſimo Im-
„ peratore Baſilio, Legatos miſerunt petitum, ut qui ex ipſis baptizati nondum eſſent, bapti-
„ zarentur, eſſentque veluti ab origine Imperio Romano ſubjecti. Horum precibus auditis,
„ beatus ille præclarusque Imperator *Cæſarianum unà* cum Sacerdotibus miſit, omnesque
„ illos, qui in prædictis gentibus, nondum baptizati erant, baptizavit. Baptizatis autem ip-
„ ſis, tunc Principes eis deſignavit, quos vellent, eligerentque e ſtirpe: quam maxime dilige-
„ rent ac amarent. Atque ex eo tempore, in hodiernum uſque diem, Principes ipſis ex ea-
„ dem ſtirpe, & non aliunde eliguntur. Pagani autem, qui & Arentani Romanorum lin-
„ gua nuncupati ſunt, in locis inacceſſis, atque præruptis baptiſmi expertes relinquebantur.
„ Pagani quippe Sclavorum lingua non baptizati dicuntur. Deinde vero etiam hi, miſſis ad
„ eundem præclarum Imperatorem Legatis, petierunt baptizari. Miſit itaque, & baptizavit.

Hinc

Digitized by Google

Hinc conſequitur 1mò: Croatas Dalmatiæ, antea ſuos habuiſſe Principes & fuiſſe baptizatos, ſub Haraclio nempe. Croatas quoque Liburnicos, utpote ſub Principe Porino baptizatos, & utroſque hos miſſis Roma Epiſcopis, 2dò: *Servios*, alioſque ſupra nominatos, & ſuis caruiſſe Principibus, & Baptiſmi remanſiſſe expertes, uſque ad tempora Baſilii Imperatoris, & poſt Saracenos Raguſio atque Dalmatia ejectos, adeoque poſt 870. annum. 3tio: hos baptizatos fuiſſe, per *Cæſarianum*, alioſque Sacerdotes ab Imperatore Baſilio ſubmiſſos. Quare SS. *Cyrilli & Methodii* prædicatio, ac Apoſtolatus, his attribui nequit, ut adjutorio DEI, opere alio; *de initiis, atque origine particularis Chriſti Eccleſiæ Ungaricæ*, edocemus. 4tò: Narantanos dehinc fidem accepiſſe Catholicam. Hi latinè, a pagis conſiderari poſſunt, ſed nominatos fuiſſe ab infidelitate, Porphyr. teſtatur. Et in veritate *Pogan*, nobis infidelem, non baptizatum deſignat. Hinc quia Narantanis vicini populi, fidem Catholicam profitebantur, ab his Narantani, *Pogani* vocabantur. Eſt hoc genti huic uſitatum, ut a facto quopiam vel defectu, attribuat agnomen, vix eſt e plebe, nunc etiam, aliquis, qui plura non habeat agnomina, ut hoc in judiciis, regeſtris, teſtium faſſionibus, Genealogiis rite ducendis, nunc quoque magnam pariat difficultatem. Quare miror Doctiſſimum Aſſemanum, dum de vocis hujus: *Pagani* derivatione, ſignificationeque, litem movit. Porphyrogenito, Lucio, & noſtris omnibus Nationibus, fides abroganda non fuerat, *Pogan* infidelem nobis eſſe. Nunc etiam Concionatoribus, Populo toti, in uſu eſt, ſignificatque infidelem. Nec Narentani pagis tantum continebantur, ſcribit enim cap. 30. Porphyr. *Ab Orontio flumine Pagania incipit, & porrigitur uſque ad Zentinam flumen, & Zupanias tres habet, Raſtoʒam, Mocrum, ac Dalen. Et quidem duæ Zupaniæ, Raſtoʒa, ac Mocrum, ad mare ſitæ ſunt, & Sagenas habent; Daleni vero Zupania procul mari ſita eſt, & ejus incolæ ex agricultura vivunt. Habent quoque Pagani in propinquo Inſulas quatuor, nimirum Meletam, Curcuram, Bartʒum, & Pharum, omnes pulcherrimas, fertiliſſimaſque; oppida item, deſerta, & paludes multas, in quibus habitant, & jumenta alunt, unde victum parant.* Quare cum tardius Narantani, fidei lumen ſuſceperint, *Pogani* vocati fuere. *O* littera, in *A* mutata per ſcriptores.

5tò: Deducitur, Croatas Dalmatiæ incolas, qui circa annum 827. in libertatem ſeſe vindicaverant, ut nulli Imperio ſubjecti fuerint, occaſione belli illius, circa 867. aut 868. quô a Saracenis premebatur Dalmatia, ſemet ſub Baſilio, Orientali Imperio ſubdidiſſe. Teſtis rei eſt Porphyr. c. 29. ſcribens: „ Poſt aliquod vero temporis, præclaro illo, ac ſemper memo„ rando Baſilio fræna Imperii moderante, venientes ab Africa Saraceni cum Soldano - - na„ vibuſque 36. applicuerunt in Dalmatia, atque urbes Butoba - - expugnârunt. Inde ad„ verſus Raguſium profecti, eam urbem obſidione cinctam, quindecim tenuere Menſes. Tum „ Raguſini Cives in anguſtias reducti, Baſilio ſemper memorando Romanorum Imperatori „ id ſignificarunt, hiſce verbis: Miſerere noſtri, neque nos permittas ab infidelibus peſſum„ dari &c. „ Item clarius firmant narrata, Porphyrog. in vita Baſily Num. 52. ad 55. Scylitzes, Cedrenus, dum recenſent obſidionem Raguſii a Sarecenis, & oppida Dalmatiæ capta, ubi inter cætera: *Ad hæc etiam, qui in Pannonia, & Dalmatia, ac qui ultra hos Scythæ, Chrobati ſcilicet, & Serbli, & Zachlumi, Terbuniatæ item, & Canalitæ, & Diocletiani, & Rentani* (Narentani) *excuſſo Romani Imperii jugo, cui pridem ſuberant, ſui juris, atque liberi facti, ſuis duntaxat Regulis, ac Magiſtratibus parebant. Plerique vero majoris defectionis ſpecimine, etiam baptiſmum ejuraverant, ut nullum erga Romanos amicitiæ, ac ſubjectionis pignus retinerent.* (hæc referenda ſunt ab año 827. ad 867. ac de Narantanis tantum intelligenda, quos ob hanc infidelitatem *Pogan* a vicinis vocatos, exiſtimo) *Sic igitur occidentis rebus conſtitutis, inque eum modum per anarchiam laborantibus, ac perturbatis, arrepta Agareni Carthaginenſes occaſione - - ſex ſupra triginta naves in Dalmatiam*| *miſerunt, quibus Dalmatarum plures urbes captæ ſunt, Butoma - - ad ipſam venerunt totius gentis Metropolim, quam Raguſium vocant - - Dum itaque Raguſini pro temporis diuturnitate malis conficerentur, atque ad incitas redacti eſſent, Legatos ad Imperatorem mittunt, neceſſitatis anguſtiis preſſi.* (proſequitur narrando Michaelem Balbum, dum itinerarentur Legati, mortuum fuiſſe, quod accidit 24. Septemb. 867. ejuſque Succeſſorem Baſilium, Legatos audiviſſe, claſſem centum navium miſiſſe, ſed Saracenos, ante, ſoluta Raguſii obſidione, in Italiam ad Barium expugnandum, abiviſſe. Quibus narratis, ait: *Videntes quas paulò ſuperius memoravi nationes, Chrobati nimirum & Serbli, & reliqui, ejuſque, qui tum rerum potiretur æquitatem, in omnibuſque juſtitiam, & virtutem audientes, beneque ſubeſſe, quam periculoſe auſuque temerario præeſſe, ac imperare, pluris facientes; operam adhibent, ut ad priſtinum redeant dominatum, iterumque Romanis ſerviant. Quare & ipſi Oratores mittunt ad Imperatorem - - rogantes-*

Digitized by Google

teſque humaniſſimo Romanæ potentiæ jugo, ac illius Ductori, Rectorique ſubjici &c. Hæc intelligenda ſunt, juxta ſuperius explicata, nimirum, de Servia, Zachlumitis, Terbunitis &c. Præterea hæc Dalmatiæ obſidio, per Saracenos facta, alia eſt ab illa Siciliæ, & Calabriæ, quam ſupra pag. 62. retulimus.

Quamvis vero ſuperius, & eos exprimat: *qui in Pannonia & Dalmatia, ac qui ultra hos Scythæ, Chrobati ſcilicet* &c. Ad hos attamen aliud non pertinet, ac quod jugo Imperii ſemet ſubtraxerint, & in libertatem aſſeruerint, ut relata ſuperius teſtarentur. Neutiquam vero poſteriora, ſive legatio ad Baſilium, ad Sclavos Pannoniæ, & Chrobatos pertinerent. Quin volunt complurimi, ut Pagius, Aſſemanus &c. Croatas illos, qui ſub *Porino* baptizati ſunt, conſequenter Sclavos, atque Sclavoniam, (cum hanc a Croatis non diſtinguerent) Francis iterum ſubjectos fuiſſe. Hoc ex epiſtola a Baronio deſcripta ad annum 871. ſe demonſtrare authumant, in qua: *non enim congrue geſtum eſt, ut iisdem Sclavinis noſtris, cum navibus ſuis apud Barim in procinctu communis utilitatis conſiſtentibus, & nihil ſibi adverſi imminere putantibus, tam impiè domus quæquæ ſuæ diriperentur.* Verum nec ex textu hoc, nec aliis, ut: *Nicetas quidem Patricius, Hadriatici freti ſervator cum claſſibus deſtinatus, accepta quaſi per hujusmodi rem occaſione, multas prædas ab ipſis Sclavinis abſtulit, & quibusdam caſtris direptis, eorum homines captivos abduxit; nec tamen quæ præfati Venerabiles Apocriſiarii perdiderunt* (hi mittebantur ad Bulgaros) *hactenus reſtituta ſunt. Sane ſpiritualem tuam nolumus ignorare fraternitatem ſuper caſtra noſtra deſtructa, tot populis Sclavoniæ noſtræ in captivitate ſine qualibet parcitate ſubtractis, ſupra quam dici poteſt, animum noſtrum commotum.* Hanc ſubjectionem, video demonſtrari. Sclavoniæ hoc ſæculo erat, nomen uſitatiſſimum. Et Ludovicus ipſe, inquiens: *tot populis Sclavoniæ noſtræ*, ſatis exprimit, univerſam Sclavoniniam, ad ſe non pertinuiſſe. Quare dum Nicetas freti Hadriatici ſervator, prædas a Sclavinis abſtuliſſe, caſtra ſpoliaſſe, captivos abduxiſſe per Ludovicum II. Baſilio accuſatur, de Sclavinis illis intelligi debet, qui ad oras Iſtriæ, & Forojuly, Francis adhuc ſubjectas Provincias incolebant. Pag. 54. ſuperius, ex Adriani Papæ epiſtola retulimus, partem Iſtriæ a Græcis fuiſſe poſſeſſam, ſub Carolo M. Pars illa a Græcis defecerat, uti Dalmatia cum aliis. Hæc, quia ſub Baſilio, iterum ſub clientellam ſeſe tradidiſſet Orientalium. Nicetas, Iſtriotas reſtituere Imperatori ſuo quæſivit. Hinc quærellæ Ludovici ſunt de Iſtriotis. Venetis item, tributa pendentibus Italiæ Regibus. Hoc cum exinde ſic explicandum, quod Croatæ Dalmatiæ, Baſilio ſe ſubjeciſſent, item Serbli, & aliæ ſupra nationes, hinc non fuit ratio, ut Nicetas illis moleſtus eſſet. Quod item de Croatis oræ maritimæ continentis, ſive veteris Liburniæ, conſtet: quando Francicum excuſſere jugum, haud vero quod illud iterum aſſumpſerint, & ſi illos Ludovicus intellexiſſet, Liburnos, aut Dalmatas vocaſſet, more uſitato Francis Scriptoribus. *Sclavonia* autem cum mari Adriatico vicina non fuerit, epiſtolæ illæ trahi ad Sclavoniam nequeunt. Præterea dum de Apocriſariis, & Romanæ Sedis Legatis, meminit Ludovicus, uti hi ad Bulgariam profecti fuerint per Iſtriam, & Ludovici terras; ita illa, quæ patravit Nicetas ad oras Iſtriæ, & Forojuly, intelligenda veniunt, præcipue cum Sclavonia ad Bulgaros pertinuerit, iter commodiſſimum & breviſſimum, erat Romanæ Sedis miſſis, per Venetias, Tergeſtum, ad Bulgaros. Si vero contendas Ludovicum, per Sclavinos, Croatas, & Sclavos Sclavoniæ intellexiſſe, cum doceri nequeat, quando poſt annum 841. ſe Francis ſubjeciſſent, neque apud ſcriptores, ulla eſſet bellorum per Francos his in oris geſtorum, mentio; textus epiſtolarum citatarum interpretari aliter nequeunt, quam Ludovicum, Croatas, Sclavosque, *populum Sclaviniæ noſtræ* vocare, vel ob jus, quod habere ſe credidit, dum ante annos 30. Francis obnoxiarentur; vel, quia adverſus Saracenos, ut confœderati Ludovico, profecti fuerant, Porphyrogenito teſte cap. 29. *jungunt ſe copiis ipſius* (nempe Ludovicus & Papa Romanus) *unà cum Chrobatis, Serviis, Zachlumis - - cunctisque Dalmatiæ oppidorum incolis - - qui in Longobardiam trajicientes, urbem Barim obſederunt, expugnaruntque.* Et quia Chrobatæ continentis, Sclavi item, tametſi Bulgaris parentes, ſed cum Sede Romana intelligentiam, amicitiamque foventes, navibus deſtituebantur; ideo ſubjungit Porphyrog. *Sciendum autem eſt, quod Chrobatos, reliquosque Sclavorum Principes, Raguſini Cives ſuis navibus in Longobardiam transmiſerint.*

Conjicio ego Illſſ. D. Aſſemanum, hæc vidiſſe; ideo ut appareat, a Ludovico II. Sclavoniam hanc, & Croatiam recuperata fuiſſe, contendit adverſus Farlatum, Tom. IV. Par. 2. cap. I. pag. 280. Fuldenſis textum, 856. anno: *Menſe Auguſto Ludovicus Rex collecto exercitu, per Sorabos iter faciens, Ducibus eorum ſibi conjunctis, Dalmatas prælio ſuperat, acceptisque obſidibus, tributarios fecit*, de Sorabis, ſive Serviis, item Dalmatis maritimis, haud vero de Sorabis modernæ Miſniæ, & Dalmatis Germaniæ incolis, interpretandum,

dum, intelligendumque eſſe. Verùm Vir doctiſſ. admirari nos fecit, tum ex ſubſequis Annaliſtæ verbis: *Inde per Boemanos tranſiens* (ſive ex Dalmatia) *nonnullos ex eorum Ducibus in deditionem accepit.* Profectò Dalmatia maritima, ſeu maris Adriatici, vicina Bohemiæ non eſt, ut ex Dalmatia traſire mox potuerit Ludovicus per Bohemiam; fuiſſetque Clariſſ. Aſſemano explicandum, qua via, Ludovicus profectus eſt in Bohemiam? Item qualiter? quave via in Serviam Mœſiæ antiquæ, ſive Illyrici. Si prætendas, per Moraviam, Pannoniamque profectum fuiſſe Ludovicum, & teſtem peto afferri; & ubi Dravum, Savum, Danubium trajecit Ludovicus? doceri poſtulo. Erant inter Serviam Illyrici, & ætatis hujus Pannoniam, Sclavoniæ incolæ Sclavi, Bulgarorum potentiam agnoſcentes, habentesque Rectores Bulgaricos, num etiam hos Ludovicus ſuperavit? per hos vero tranſeundum illi fuerat, ut ad Illyrici Serviam attingat. Hæc quævis, Regionum harum notitia polens, fatebitur, & exter, ſi viſitare vult, intuebitur. Si vero prætendas, per Carantanum, & Forumjuly, Ludovicum iviſſe: tunc in Dalmatiam venire debuit, ex hac deinde in Serviam. Iſtud vero adverſatur Annal. Fuldenſ. ubi: *per Sorabos iter faciens - - Dalmatas prælio ſuperat.* Inſuper, Aſſemanus ipſe Tom. II. pag. 254. textum Fuldenſis exhibet: *Sorabi Francorum fines crebris incurſionibus, atque incendiis infeſtant, unde Ludovicus Rex commotus, cum exercitu per Thuringiam iter faciens, terram eorum ingreſſus - - magis eos fame, quam ferro perdomuit.* Eadem ſcribere Annal. Metenſem fatetur. Haud itaque invenio fundamentum, trahendi teſtimonium Fuldenſ. ad Sorabos, ſive Servios Illyrici, Dalmatasque Dalmatiæ, tùm quod hi, Francorum jugum excuſſiſſent; tum quod Thuringiæ vicini non fuerint, ut ex hac, opprimerentur. Illud tandem *crebris incurſionibus* fines Francorum Sorabi infeſtant, audaciam horum per annos plures fuiſſe, innuit; *Unde Ludovicus Rex commotus,* hoc eſt ex cauſa repetitarum ab anno 850. incurſionum, anno 856. per Sorabos (ad quos venit per Thuringiam, Fulden. teſte) conjunctis ſibi horum Ducibus, Dalmatas Germaniæ ſuperavit, fecitque tributarios. Æque illa, quæ Cl. Aſſeman. Tom. III. a pag. 102. exhibet, ſi perpendantur, & reliqua inter: *Rex Ludovicus collecto exercitu, ſpecie quidem, quaſi Raſticem Moravorum Slavorum Ducem, cum auxilio Bulgarorum* (hoc eſt Sclavoniæ hujus, quæ Bulgaris parebat) *ab oriente venientium domaturus; re autem vera ad Carantanos filium Carolomannum expugnaturus, acceſſit &c.* Farlato rectius adhærendum eſt, atque hujus amplectenda interpretatio, de Sorabis, & Dalmatis a Ludovico ſuperatis.

XI. Evincunt ergo ſuperiora, Croatas Dalmatiæ, hoc ſæculo diſtingui debere, a Croatis Liburnicis. Ab his iterum: Sclavos, cæterosque ſuperius indicatos. Patet ex deſcriptis, quo anno, ſinguli ſemet in libertatem aſſeruerint: Patet Croatas Dalmatiæ ab Heraclio ſervaſſe Catholicam fidem; Croatas veteris Liburniæ, ſub Porino eſſe baptizatos. Jam de Sclavis, horumque fide, quædam dicenda ſunt, cum ex inſtituto alibi de his ſcribamus. Hoc argumentum attingere voluimus, ob connexionem, atque ob inſinuata ſuperius de Miſſis ad Bulgariam, Sedis Romanæ, De anno converſionis Bulgarorum eſt intra Scriptores diſcordia. Sunt: qui ex Porphyrog. & Cedreno ſub Crummo adhuc, Bulgariæ velint converſionem, verum a parte ad totum, legitime non concluditur. Cedrenus porro, relata Adrianopolis Crummo deditione, translatione item in Bulgariam Manuelis Archi-Epiſcopi, Baſilii quoque genitorum, aliorumque Civium, per hos, captivos, nequaquam totius Bulgariæ converſionem, ſed aliquorum refert, *Bulgarorum* inquiens: *plerosque ad Orthodoxam fidem, cum nondum gens illa ad verum DEI cultum adducta eſſet, & in pluribus Bulgariæ locis, Chriſtianæ doctrinæ ſemina jecere.* Porphyrogenitus æque: *Multos barbarorum ad veram Chriſti fidem adduxerunt* (*nondum enim gens illa animum ad pietatem transtulerat*) *multisque locis Chriſtianæ Doctrinæ ſemina jecerunt* - - pergit narrando Crummi Succeſſorem Murtago, Manuelem, tum & alios plures, ejus rei delatos, variis tormentis excruciatos, Martyres evaſiſſe. Quare omnes illi, qui Bulgariæ converſionem, Manueli attribuunt, de primis initiis, & ſparſo inter aliquos, Doctrinæ Divinæ ſemine ſunt intelligendi. Hoc ipſum ſemen, crudelitate Murtago Bulgariæ Principis, fuerat ſuffocatum. Æque intelligendi ſunt ii Scriptores, qui Bulgarorum converſionem, Sorori Michaelis Bulgarorum Regis, ſive Bogori, & Theodoro Cupharæ Monacho attribuunt, nam radices tantum firmiores, apud Bulgaros fixit Chriſtiana Religio, dum pronus in hanc effectus fuit, ſororis precibus, Michaelis animus, ac quidam Bulgarorum hanc palam profiterentur. Verior eſt Bulgarorum converſio, quæ ad annum 865. aut 866. collocatur, quando Bogoris ipſe, aſſumpto Michaelis nomine eſt baptizatus. De circumſtantiis converſionis Bulgarorum, ſunt ex Scriptoribus varia dubia. Quidam Conſtantinopoli baptizatum volunt, levatumque ab Auguſto Michaele ſcribunt, negant hæc alii. Quidam converſionem Bulgariæ, Photio tribui debere con-

Digitized by Google

tendunt, quod in epiſtola ad Regem Bulgariæ Michaelem ſcripta, vocet illum: *Partus ſui ſpiritualis genuinum genema.* Quidam Ludovico II. ex Annaliſtis Francorum. Romani vero, Nicolao Papæ converſionem hanc attribuunt. Verum examen harum differentiarum, ad eruendam veritatem huc non pertinet, opere alio, ut ſperamus brevi prodituro, hæc aliaque de Originibus particularis Chriſti Eccleſiæ Hungaricæ examinamus.

Cum nihilominus conſtet ex anterioribus, *Sclavoniam hanc noſtram,* de qua commentamur Bulgaris paruiſſe, Bulgaricosque hanc Rectores ab anno 827. habuiſſe, ut ideo Bulgariæ ſub nomine conſideraretur, neque ejus occurrat mentio apud Scriptores, poſteaquam Bulgaris a Ludovico Pio permiſſa fuiſſet. At ſi quæ? ſive poſterioribus occidentis Imperatoribus, ſive Moravis fuêre diſſenſiones, Bulgarorum ſub nomine, accipiatur, referaturque, ob eorumdem videlicet in Sclavoniam hanc dominatum, datosque eidem Rectores, dum attamen certum eſt, Bulgariam veram, quæ in veteri, ſive Myſia, ſive ſuperiore Mœſia eſſet, vicinari nequiviſſe, nec Bois, nec dilatato Moravorum Principatu, Moravis. Hinc ex auctorum beneplacito, aut Regionum harum ignorantia (cum domeſticis ob præjudicia, & mancipatum hauſtum in ſcholis, erga magiſtros, publica nec tractantes, nec ſcientes; ſcribere, veritatemque deducere, ac fateri, nefas fuerit, & crimen irremiſſibile) Sclavonia hæc, pro affectu Scriptorum, jam Dalmatis, jam Croatis, modo Serviis, a quibusdam Carantanis, aut Carniolis, vel poſt erectum Stiriæ Ducatum Stiris, attributa cernatur, non ſine læſione juris publici, & Sacræ Regni Hungariæ Coronæ; imo abſorpta plane ſit. Heu quam, qualemque confuſionem, in hiſtoria, tantarumque rerum cognitionem, ac perſæpe conturbationem inter Cives, atque Imperia, Sclavoniæ confuſio, cauſavit! Gravis illa diſceptatio, Bulgaria an ad orientalem, vel occidentalem pertinuerit Eccleſiam? hinc profluere deducitur. Conſtantinopolitani quæ ſcripſerunt, de Bulgaria vera in Myſia, aut ſuperiore Mœſia conſtituta intellexerunt. Romani atque Franci, dum hac ætate, Sclavonia Rempublicam Bulgarorum conſtitueret, & ſuos a Bulgaris reciperet Rectores, nomine Reipublicæ, ſive capitis, partem hanc, ſive Sclavoniam acceperunt, ſcripſerunt; & poſteriores, *Bulgariæ* nomine decepti, rem partis; toti Bulgariæ Regno attribuerunt.

Profectò apud Illſſ. Aſſemanum, Bertinianus recenſet: *Anno 866. Rex Bulgarorum, qui præcedente anno, DEO inſpirante - - Chriſtianus fieri meditatus fuerat, ſacrum baptiſma ſuſcepit. Quod Proceres ſui moleſtè ferentes, concitaverunt populum adverſus eum, ut illum interficerent. Quotquot igitur fuerunt intra decem Comitatus, adunaverunt ſe circa Palatium ejus. Ille vero invocato Chriſti nomine* &c. Patet hinc Bulgariæ Regnum, plures Comitatus habuiſſe, neque ab omnibus, factum Regis fuiſſe probatum. Fuldenſis ad annum 866. „ *Legati Bulgarum, Radeſponam ad Regem venerunt, dicentes, Regem illorum cum populo non modico ad Chriſtum eſſe converſum; ſimulque petentes, ut Rex idoneos Prædicatores Chriſtianæ Religionis ad eos mittere non differet.* Idem anno 867. *Rex Ludovicus, Bulgarum petitionibus annuens, Ermenricum Epiſcopum cum Epiſcopis & Diaconibus ad propagandam fidem Catholicam præfatæ genti deſtinavit. Sed cum illuc perveniſſent, Epiſcopi a Pontifice Romano miſſi, totam illam terram prædicando & baptizando jam tunc repleverant: quapropter iſti accepta a Rege licentia redierunt in ſua.* Similia Annaliſta Saxo refert apud Hanſicz Tom. I. pag. 161. ad annum 867. narrante Hanſiczio: Ermenricum fuiſſe Epiſcopum Patavienſem, atque ad Bulgaros ideo a Ludovico exmiſſum, quia *Mœſia* (ubi Bulgari degebant) *Diœceſis Laureacenſis portio ad curam Patavienſis Epiſcopi pertinere videbatur.* Anaſtaſius Bibliothecarius in vita S. Nicolai I. Papæ, ad Bulgaros a Romano Pontifice miſſos fuiſſe Paulum Populonienſem, & Formoſum Portuenſem Epiſcopos refert, ad prædicandum Bulgaris, atque inſuper Donatum Epiſcopum Oſtienſem, Leonemque Presbyterum S. R. E. nec non & Marinum Diaconum. Et dum Paulus & Formoſus prædicarent, *Donatus Reverendus Epiſcopus, Leoque Presbyter, & Marinus Apoſtolicæ Sedis Miniſter, dum Conſtantinopolim ire vellent, ecce inter fines Bulgariæ, Conſtantinopolitanorumque, quemdam Theodorum Marcham illam cuſtodientem invenerunt, qui eos ultra non dimiſit abire; quin potius innumeris eos denotans injuriis, adeo tantæ Sedis, Legatis abuſus eſt, ut etiam equorum, in quibus ſedebant, capita percuteret.* Pergit narrando, Sedis Apoſtolicæ Legatos, ad Regem Bulgariæ veniſſe, eum baptizaſſe, Formoſum Archi-Epiſcopum Bulgariæ creatum fuiſſe, ejectos omnes alienigenas e Bulgaria, cæteraque.

Scriptores Græci, quævis ſcribunt aliter. Porphyrog. ſeu alter Chronographiæ Theophanis continuator L. 4. cap. 13. & ſequ. Inter cætera de Bogori Principe Bulgarorum ad fidem Chriſti converſo refert: *Bogoris veram amplectitur fidem, ac lavacrum regenerationis ab Epiſcopo, qui ab urbe Regia miſſus fuerat, conſecutus, ex Imperatoris nomine*

Mi-

Digitized by Google

Michael appellatur. Cedrenus, narrata fame, quæ Bulgariam afflixit, ſubdit: *Bogoris DEum Chriſtianorum, cujus Religioni a Cuphara & ſorore eſſet initiatus, in auxilium vocavit, utque idem facerent, toti genti mandavit: impetratoque remedio, veram fidem amplexi, Lavacroque regenerationis potiti ſunt: Principi nomen Michaelis de nomine Imperatoris inditum ab Archi-Epiſcopo, qui eo ad baptizandum eum miſſus fuit - - - inſtitutusque a Sancto Epiſcopo divinis arcanis, intempeſta nocte baptizatus eſt. Contra eum Proceres Bulgarorum, ac populus inſurrexerunt, & interficere conati ſunt: quos ille parva manu Crucis ſigno prælato fudit: reque inopinata territos, ad fidem Chriſti perduxit. Tota gente Bulgarica Chriſtianam Religionem amplexa.* Alios miſſos facimus.

Præmiſſorum conſideratione, quam difficile ſit, veritatem eruere, ſine ſtudio cujusvis partis, quivis fatebitur. Quis hos, aut illos mendacii arguet? quis ad leges probabilitatis hiſtoricæ, tantam Scriptorum variationem reducet? Quis rejiciet omnes? conveniunt in ſubſtantia, ſive fide Catholica per Bulgaros accepta, at in modo & circumſtantiis, quam varient, ſuperiora teſtantur. Mihi veroſimillimum eſt: *Sclavos*, id eſt Sclavoniæ populum, qui Bulgarorum ſuberant poteſtati, fuiſſe eos, qui poſtquam edocti fuiſſent, Regem illorum, ad Chriſtum converſum eſſe, miſerunt Legatos tam ad Nicolaum Papam, quam & Regem Ludovicum, petendo Sacerdotes ſibi, per quos in fide Catholica inſtruerentur, ſubmitti. Sub indubia ſpe illa, quod ab exemplo vicinorum ſibi Croatarum, qui ſub Porino circa annum 840. libertatem cum fide Catholica ſunt conſecuti, id ipſum facilius ſub Patrocinio Ludovici, & Romani Pontificis, eſſent conſecuturi. Quare Fuldenſis, aliorumque ſupra ſextus, de his intelligendos eſſe. Hinc quia a Ludovico ordinati Epiſcopi, præventi fuiſſent, a Romanis Miſſionariis; accepta a Ludovico Rege venia, ne diſcordias ideo cum Papa habeat, reddiverunt. Motiva explicationis hujus, ſequentia mihi ſunt.

1mò: Ob ordinatum a Ludovico Ermenricum Epiſcopum. Hic enim qua Patavienſis Epiſcopus, Metropoliticum jus in Pannoniam prætendere potuit, quod ſub CAROLO Magno, juris Francorum Pannonia fuerit, Abarumque Caganus ſub nomine Theodori fuerit baptizatus, & Epiſcopi Huniæ uti ex Eugeny Bula retulimus, Laureacenſi Metropoli a Carolo dati fuerint. Hinc etiam ſuperius ratio ponitur, *quia Moeſia, Dioeceſis Laureacenſis portio, ad curam Patavienſis Epiſcopi pertinere videbatur.* Profectò hæc de integra Mœſia intelligi nequeunt, ſuperiore nempe, quæ Bulgarorum fuit, nec de inferiore, quæ Serbliæ, ſive Serviæ erat Principatus, cum totam Mœſiam Carolus non poſſederit, ut hanc Laureacenſi Metropolitæ potuiſſet adjicere; itaque de Sclavonia intelligendus venit textus, quæ occaſione hac, nempe anno 866. quia Bulgaris paruiſſet, nomine *Moeſiæ*, & pro Dioeceſis Laureacenſis portione, habita, acceptaque Ratisbonæ eſt, dum conſultaretur, qua ratione Legatis illis, poſſit complaceri. 2dò: Cum ex Anaſtaſio Bibliothecario pateat, alios fuiſſe, qui Prædicatores fuere fidei, Bulgaris; alios Legatos Conſtantinopolim exmiſſos, quos Marchæ cuſtos progredi non admiſit, quin inconvenientius tractatos, retrocedere compulit, ad Regem Bulgariæ, qui a Legatis baptizatus fuiſſe refertur, conſequi neceſſum eſt; Miſſionarios Romanos, Paulum nempe, & Formoſum, remanſiſſe apud ſubjectos Regi Bulgariæ. Et quia negato Legatis Conſtantinopolim acceſſu, hi ad Regem Bulgariæ profecti ſcriberentur, atque eum in fide inſtruxiſſe, baptizaſſeque, Paulum, Formoſumque inſcio Rege, in finibus Bulgarici Regni prædicaviſſe conſequitur. Hoc vero Sclavoniæ huic optime congruere, & iter ex Italia, per Venetias, Tergeſtum, ſuadet; & preces ad Ludovicum ab his porrectæ. 3tiò: Methodium Moravis fidem annuntiâſſe, dubitari vix poteſt. Hic idem, Bulgarorum quoque ponitur Apoſtolus. Iſtud nec attribui, nec intelligi ſecus poteſt; ac fuiſſe eum Apoſtolum, Bulgarorum Moraviæ vicinorum. Ex Bulgaris, Moraviæ non advicinabantur alii, quam *Sclavi* ex orientali parte, & Meridie. Itaque Bulgarorum nomine, hac ætate Sclavi, & Sclavonia accepti ſunt. 4tò: Hadrianus Papa in epiſtola ad Baſilium anno 871. primo conquæritur de Legatis ſuis, per Sclavos deprædatis, ejectisque e Regione Bulgarorum Presbyteris Romanæ Sedis. Hic Sclavos alios Papa vix intellexerit, quam Sclavos hos & Sclavoniam, cum poſt terminatam VIII. Synodum Conſtantinopolitanam, anno 870. Sacerdotes Romanos ejeciſſent. Anaſtaſio Bibliothecario teſte: *Græcos Sacerdotes juxta quod Grimoaldus Epiſcopus, qui ab his ſe repulſum fatetur, ſuſcipientes, noſtros ejiciunt. Et per eundem Grimoaldum Epiſcopum, quia ſine conſcientia Sedis Apoſtolicæ, commiſſum ſibi prædicationis officium deſerens, Romam ditiſſimus remeavit, magnum epiſtolæ volumen frivolis allegationibus, tanquam ſub prætextu deliberatæ ſententiæ Synodo præſidentium implicatum, Apoſtolicæ Sedi - - remiſit.* Dum ergo 870. Romani Sacerdotes pulſi fuerant, & ſequenti Papa quæreretur de injuriis per Sclavos illatis, perpenſis hujus rei circumſtantiis, hos Sclavos, Hadrianum accuſaviſſe cenſeri debere, arguimus.

Digitized by Google

Ad horum confirmationem juvabit credo, ex Guillelmo Bibliothecario, apud Aſſemanum pag. 189. Tomi II. quædam deſcribere. Sic ille in vita Hadriani II. de actis Synod. Conſtantinop. incoata Nonas Octobris 869. & abſoluta prid. Kal. Martii 870. quod actis ſubſcriptis, Imperatore annuente, Legati Bulgarorum auditi ſint, ubi: „ Poſt ſalutationem Petrus Bulgarorum Legatus exorditur. Dominus Michael Princeps Bulgarorum audiens, quod pro utilitate
„ Sanctæ DEI Eccleſiæ, ex diverſis partibus auctoritate Sedis Apoſtolicæ conveneritis, gratanter
„ accepit: vobisque, qui ex Sede Apoſtolica miſſi eſtis, quia in veſtro tranſitu, veſtris eum
„ litteris viſitare dignati eſtis, multiplices gratias agit. Legati S. R. E. reſponderunt: Nos
„ - - - Bulgarorum Legati dixerunt: Uſque hodie Pagani fuimus, & nuper ad gratiam Chri
„ ſtianitatis acceſſimus, ideoque ne in aliquo errare videamur, cui Eccleſiæ ſubdi debeamus,
„ a vobis, qui vices Summorum Patriarcharum geritis, noſſe deſideramus. Legati Eccleſiæ
„ Romanæ reſponderunt: Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, cui per te, o Petre, tuus ſenior & Bea-
„ to Apoſtolorum Principi Petro cum omni gentis ſuæ populo ſe tradidit, a cujus ſucceſſore,
„ videlicet, egregio Papa Nicolao, & præcepta vivendi, & Epiſcopos, & Presbyteros ſuſci-
„ pere meruit; vos pertinuiſſe, & pertinere debere, etiam in eo monſtratis, quod poſtulatos
„ noſtros Sacerdotes & ſuſcepiſtis, & devotione congrua retinetis. Bulgarorum Legati dixe-
„ runt: A Sancta Romana Eccleſia Sacerdotes nos petiiſſe, ſuſcepiſſe, hactenusque habere
„ nos confitemur, & eis omnibus obedire decernimus. Verum, utrum Romanæ, an Con-
„ ſtantinopolitanæ Eccleſiæ rationabiliter ſubdi debeamus, cum his Patriarcharum Vicariis
„ definite. Legati S. R. E. reſponderunt: Propter quæ Sancta Sedes Apoſtolica cum Orien-
„ talibus definienda mandaverat, Domino juvante finivimus. Cauſa autem veſtra non ſecus,
„ quam jam definita eſt, definienda. Quia nihil in mandatis accepimus, nihil definivimus,
„ vel in præjudicium S. R. E. definiendum cenſemus. Quinimmo quia omnis veſtra patria
„ noſtris Sacerdotibus ubique plena eſt, nulli vos, niſi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ pertinere
„ debere, definitiva ſententia, quantum nobis eſt, promulgamus. Vicarii Orientalium Pa-
„ triarcharum Bulgaris dixerunt: Quando vos illam patriam cepiſtis, cujus poteſtati ſubdi-
„ ta erat: Et utrum Latinos, an Græcos Sacerdotes habuit, dicite. Legati Bulgarorum di-
„ xerunt: Nos illam patriam a Græcorum poteſtate armis evicimus, in qua non Latinos,
„ ſed Græcos Sacerdotes reperimus. Vicarii Orientalium reſponderunt: Si Græcos Sacerdo-
„ tes ibi reperiſtis, manifeſtum eſt, quia ex ordinatione Conſtantinopoleos illa patria fuit.
„ Legati S. R. E. reſponderunt: Sicut Bulgariæ nobis diverſo modo pertinere ordinationem
„ nos dicentes, mendacium non loquimur: ita nimirum eandam Bulgariam ex Græcorum Reg-
„ no fuiſſe nunquam negamus. Sed intueri vos decet, quia aliud ordinant jura Sedium, a-
„ liud patiuntur diviſiones Regnorum. Nos de diviſione Regnorum non agimus, ſed de ju-
„ re Sedium loquimur. Vicarii Orientalium Patriarcharum dixerunt: Illud, quod vobis
„ diverſo modo Bulgariam pertinere dicitis, addiſcere volumus. Legati S. R. E. reſponde-
„ runt: Sedes Apoſtolica juxta quod in decretalibus Sanctiſſimorum Romanorum Præſulum
„ doceri poteritis, utramque Epirum, novam videlicet veteremque, totamque Theſſaliam,
„ & Dardaniam, in qua & Dardania civitas hodie demonſtratur, cujus nunc patria ab his Bul-
„ garis Bulgaria nuncupatur. antiquitus canonice ordinavit, & obtinuit. Ac per hoc ordina-
„ tionem, quam tunc paganorum Bulgarorum irruptione amiſerat, non a Conſtantinopoli-
„ tana Eccleſia, ut modo fingitur, abſtulit, ſed ab iis, factis modo Chriſtianis recepit. Se-
„ cundo modo, quia Bulgaris, qui jure gentili ſibi patriam ſubjugantes, ecce per quot annos
„ retinent, quod cœperunt Sedis Apoſtolicæ ſemet (ut ſupra diximus) patrocinio, ordinatio-
„ nique ſpecialiter committentes, nobis debent, nec immerito, ſubjici, quos ultronea volun-
„ tate magiſtros elegerunt. Tertio modo, quia eoſdem Bulgaros Sancta Sedes Apoſtolica
„ juſſu quondam Sanctiſſimi Papæ Domini Nicolai, tam per aliquos noſtrum, qui hic ſumus,
„ illic multas Eccleſias dedicantes, Sacerdotes creavimus; quam per Paulum, Dominicum,
„ Leopardum, ac Formoſum venerabiles Epiſcopos, ſed & Grimoaldum Coëpiſcopum no-
„ ſtrum, quem hactenus iſti Bulgari cum multis noſtris Sacerdotibus, in conſpectu veſtro ha-
„ bere faſſi ſunt: a diverſis erroribus ad Catholicæ fidei veritatem, multo ſudore, Chriſti
„ gratia præduce, transferens, ecce ultra triennium tenuit & tenet, ordinat & diſponit. I-
„ deoque conſequens non eſt, ut ſine conſcientia Romani Pontificis Eccleſia Romana, de qui-
„ bus præſentialiter veſtita cernitur, ſpolietur. Vicarii Orientalium Patriarcharum dixerunt:
„ At quem iſtorum modorum modo diſpenſare velitis, edicite. Legati S. R. E. reſponderunt:
„ Sancta Sedes Apoſtolica vos, quia revera inferiores eſtis, ſuper ſua cauſa judices nec elegit,
„ nec per nos eligit: utpote quæ in omni Eccleſia ſola ſpecialiter fas habeat judicandi: ſed
„ neque nobis de hac cauſa ſententiam proferre commiſit. Quapropter & quod ab ea facien-
„ dum non ſuſcepimus, ejus cognitionis judicio, quæ librorum multiplicitate ad ſe defenſio-

„ nis

Digitized by Google

„ nis ſui multa proferre prævalet, ex integro reſervamus; a quo omnis veſtra ſententia tanta felicitate reſpuitur, quanta levitate profertur. Vicarii Orientalium Patriarcharum dixerunt: ſatis indecens eſt, ut vobis, qui Græcorum Imperium detrectantes, Francorum fœderibus inhæretis, in Regno noſtri Principis ordinandi jura ſerventur. Quapropter Bulgarorum patriam, quam ex Græcorum poteſtate dudum fuiſſe, & Græcos Sacerdotes habuiſſe comperimus; Sanctæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, a qua per paganiſmum receſſerat, nunc per Chriſtianiſmum reſtitui judicamus. Legati S. R. E. reclamantes dixerunt: Sententiam, quam non electi, neque admiſſi, ſive timore, ſive gratia, vel quidquid illud eſt, modo præcipitaſtis, potius quam protuliſtis, auctoritate Spiritus Sancti uſque ad definitionem Sanctæ Sedis Apoſtolicæ omnino reſcindimus, ita ut nullo modo vel nomen habere ſententiæ mereatur. Teque reum Patriarcham Ignatium auctoritate Sanctorum Apoſtolorum Principum coram DEO, ſuiſque Angelis omnibus præſentibus conteſtamur, ut ſecundum hanc Epiſtolam Sanctiſſimi Reſtitutoris tui Domini Hadriani Summi Pontificis, quam tibi ecce offerimus, induſtria tua ab omni Bulgariæ ordinatione immunem te; nullum tuorum illuc mittendo, cuſtodias; ne Sancta Sedes Apoſtolica, quæ tibi tua reſtituit, per te ſua perdere videatur. Quin potius, ſi (quod credimus) juſtam te habere querimoniam æſtimas, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ reſtitutrici tuæ ſolemniter ſuggerere non omittas. Tunc Patriarcha Ignatius Epiſtolam ſuſcipiens, licet magnopere admonitus eam legere diſtuliſſet, reſpondit: Abſit a me, ut ego his præſumptionibus contra decorem Sedis Apoſtolicæ implicer; qui nec juveniliter ago, ut mihi ſubripi valeat; nec ita ſimiliter deliro, ut quod in aliis reprehendere debeo, ipſe committam. Hoc fine collocutio illa finita eſt. „

Quæſtio hæc a Bulgaris mota, eorum propenſionem, ad conjunctionem cum Eccleſia Conſtantinopolitana, non ſolum evincit, ſed plurima alia indicat, ac inter cætera, Sedem Apoſtolicam, jure miſiſſe Epiſcopos cum Presbyteris, ad juriſdictionis ſuæ recuperanda jura; dum Legati reſpondiſſent: *Sedes Apoſtolica juxta quod in Decretalibus SS. Rom. Præſulum doceri poteritis, utramque Epirum, novam videlicet, veteremque; totamque Theſſaliam, & Dardaniam, in qua & Dardania Civitas hodie demonſtratur, cujus nunc Patria, ab his Bulgaris Bulgaria nuncupatur, antiquitus canonice ordinavit & obtinuit.* Hos juriſdictionis Romanæ Eccleſiæ antiquitus ordinatos limites dicere videntur. Hinc quia poſt Sclavoniam fuiſſet Dardania, hanc juris Eccleſiæ Romanæ eſſe inferebant. Fors Dardaniæ extenſione ac titulo, Sclavonia tota, apud Bulgaros & Græcos accepta conſiderataque ſit. Obſervandum præterea, ut fatentibus Legatis Romanæ Sedis, Dardania, a Bulgaris, Bulgariæ veniebat nomine, ſic reliquæ Bulgarorum Provinciæ, ſive Comitatus, adeoque Sclavonia etiam, ut Bulgaris ſubjecta. Hoc nunc etiam intuemur, dum Italiæ nomine, tot Ducatus comprehenduntur, Galliæ item, aut Auſtriæ &c. Alteram cauſam Miſſionariorum, Legati ponunt: ſpontaneam Eccleſiæ Romanæ a baptizatis ſubjectionem, dicendo: *Ac per hoc ordinationem, quam tunc Paganorum Bulgarorum irruptione* (nempe in Sclavoniam Pannoniæ) *amiſerat, non a Conſtantinopolitana Eccleſia, ut modo fingitur, abſtulit, ſed ab iis* (nempe Sclavis Pannoniæ) *factis modo Chriſtianis, recepit.* Hæc eſſe intelligenda de Sclavonia, tam priora legatorum verba evincunt; quam ea, quæ ſecundo loco attulerunt, ubi Bulgaros Sedi Apoſtolicæ ſeſe devoviſſe, hujuſque ordinationi commiſiſſe, & voluntate ultronea Magiſtros ejus elegiſſe, ajunt; proinde hæc, ad Bulgariam totam pertinebant. Prima Legatorum Eccleſiæ Romanæ, ratio; videtur enervata per ſententiam, quæ ſequens fuit: *Satis incedens eſt, ut vobis, qui Græcorum Imperium detrectantes, Francorum fœderibus inhæretis, in Regno noſtri Principis, ordinandi jura ſerventur. Quapropter Bulgarorum Patriam, quam ex Græcorum poteſtate dudum fuiſſe, & Græcos Sacerdotes habuiſſe comperimus; Sanctæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, a qua per paganiſmum receſſerat, nunc per Chriſtianiſmum reſtitui judicamus.* Sententiæ huic reclamarunt Romanæ Sedis Legati, Patriarcha nihilominus Conſt. Ignatius, juſſit e Bulgaria amandari Epiſcopos Presbyteroſque Romanæ Sedis, creato, miſſoque Bulgaris Theophylacto Epiſcopo. Patent hæc ex Epiſt. Hadriani apud Aſſem. Tom. 2. pag. 203. *Scripſiſti* inquit: *ut illa tua multa omittamus, ut Presbyteri noſtri e Bulgarorum Regione magno cum dedecore & contumelia ejicerentur, & Epiſcopi cum non parva ignominia, nulla dignitatis habita ratione expellerentur* &c. In epiſtola autem ad Baſilium, non ſolum quæritur Pontifex, anno 871. de deprædatis per Sclavos Legatis ſuis; verum, *quia favore veſtro* (nempe Baſilii Imp. CP.) *Frater & Coepiſcopus noſter Ignatius, Vulgarum Regioni, conſecrare præſumpſit Antiſtitem* - -

Neque ſolum e Sclavonia hac, Bulgariaque tota; ejecti fuêre, Romanæ Sedis Epiſcopi, atque Presbyteri, verum & e Servia, Croatiaque illa, quæ ad oras continentis Adriatici fue-

Digitized by Google

rat. Hoc enim ex Porphyrog. pag. 68. deſcripto textu, elucet; ubi ad Sclavos necdum baptizatos a Baſilio Imperatore, miſſum fuiſſe *Cæſarianum* perhibet Porphyrog. ab hac ætate nec ſæculo integro diſtans, adeoque teſtis, nedum ab authoritate, ſed etiam ex ſciendi opportunitate idoneus. Si prætendas *Theophylactum* ad Bulgaros Myſiæ, *Cæſarianum* ad Sclavos Pannoniæ fuiſſe exmiſſos, refragari nequeo. At dicam, explicatione hac, firmari quæ ſupra de Sclavis his, ſive Sclavonia ſumus commentati. Conjecturæ meæ ſuperioris, quod nempe Cæſarianus ad Sclavos Serviæ miſſus fuiſſe videatur, motivum profluxit: quod Bulgari inde a Bogori ſive Michaele, cum Imperio orientis fuerint fœderati, adeoque cum Sclavonia ſub Bulgarorum fuerit poteſtate, ne juri ſuo decerptum quid videatur, Sclavorum & Sclavoniæ nomine, a Conſtantinopolitanis, ac Venetis Scriptoribus, Populum Serviæ ac Croatiæ maritimæ, Narantanos item Sclavorum nomine, ut fuiſſe acceptos; ita & Cæſarianum ad eos, pertinere. Interim dum conjectatio, veritatem non efficeret, eo minus negare poſſum, Cæſarianum ad Sclavoniam hanc miſſum, dum Porphyrog. Narentanos, Servios, Croatas Dalmatiæ, & Veteris Liburniæ diſtingueret. Quare probabiliter credi poteſt: Cæſarianum ad Sclavoniam a Baſilio fuiſſe exmiſſum. Cauſa ejectorum ex Bulgaria & Sclavonia, Romanæ Apoſtolicæ Sedis Miſſionariorum, ex Joannis VIII. apud Aſſeman. Tom. II. pag. 216, 217. 218 &c. ſententia patet, videlicet fuêre: Formoſi aliorumque avaritia, & congregandarum divitiarum zelus (quas copioſas Formoſum coacervâſſe, in Aſſemano legere, ac videre eſt) prouti etiam juramenta, quibus Bulgariæ Regem obſtrinxerat &c. Relata de baptiſmo hactenus, in robur anteriorum adducta ſunt. Jam ad reſidua.

XV. Sclavonia hæc noſtra, ſive Pannonica his circiter temporibus, quod in ſuperiorem, inferioremque diviſa fuerit, veroſimilimum eſt. At qualiter? ac per quem, tantum mihi eſt dubium, ut eluctari ex hoc nequeam, defectu monumentorum, auctorumque. Quibus præ me, privato homine, & Bibliotheca quavis publica, variisque adminiculis aliis eruditis, carente; quæſtionem hanc enucleandi, adſunt media; ne hanc negligant obteſtamur. Servit enim quæſtio, juri noſtro publico, intelligendisque tot legum municipalium articulis, quibus, Sclavonia ſuperior, inferiorque exprimitur.

Diviſam fuiſſe Sclavoniam, ea quæ de *Privina*, ſeu Pribina, vel Priwinus, aut Priwininus ſcribatur, dubitare non ſinunt. Iſte cum Moymaro, Moravorum Dux fuiſſe ſcribitur ſub Ludovico Germaniæ Rege, de quo non parum meruerat. Fuga arepta, ad Salachonem Comitem, a quo Ludovico miſſus, ab hoc ad Ratbodum, quo cum tempore aliquo eſt commoratus. Sed (ut Hanſiczius Tom. 2.) exorta inter illos antiqua diſſenſione, Privina fugit in Bulgariam cum ſuis, & filio ſuo Chozil, vel ut alii Hecilo, & non multo poſt, indubiè Regis Bulgariæ venia, adiit Regionem Ducis Ratimari. Ratimarum Sclavoniæ fuiſſe Ducem, ſupra diximus. Aſſemanus, ſtatuit eum, Dalmatiæ, Tranſalpinæ, & Croatiæ Regem, Bulgaris fœdere conjunctum. Verum ſi Croatiam ut hodie conſideratur, intellexit, permitti hoc ei, poteſt; ſi tempus? vitæ Ratimari; lapſus eſt, ex locorum, Regnorumque horum, hiſtoriæ defectu. Hanſiczius rectè obſervat, Ratimarum Bulgariæ Ducem non fuiſſe, ſed partis alicujus, dum ait Tom. I. *Invenio apud Scriptores pleroſque, hunc Ratimarum vocari Ducem Bulgarorum. Sed ex verbis Anonymi quod unum documentum hac in re ſuppetit, conſtat non Bulgarorum, ſed alterius cujuſpiam populi, fuiſſe Ducem.* Conſideratione locorum, ut infra, Ratimarus Sclavoniæ hujus, Dux fuerat. Qualiter ad Ratimarum a Bulgariæ Rege, miſſus Privina ſit? me latet. Neque eruo vel conjecturæ alicujus fundamentum. At bene, dum Privina apud Ratimarum in Sclavonia degeret, miſſum fuiſſe a Ludovico, Ratbodum cum exercitu, ad exterminandum Ratimarum Ducem. Horum conſideratione, conſequi nequit aliud; ac Privinam inconſtantem, atque varium fuiſſe, quin ſtratagema, obtinendæ per Ludovicum Sclavoniæ. Ratimarus viſo Ludovici exercitu, ad bellum imparatus, nec ſuppetias illico a remotis Bulgaris habere potis, viſa ſuorum cæde in fugam converſus eſt. Privina verò, remanſit, ſeu in loco ſubſtitit; pertranſienſque *Savum* fluvium, & a Comite Salachone ſuſceptus, pacificatus eſt cum Ratbodo, videlicet ob priores, veteresque diſcordias. Hæc deſumpſimus ex Anonymo apud Hanſiczium, & hunc, ut Anonymi interprætem. En verba Anonymi, poſtquam præmiſiſſet: *Conamur, prout veracius in Chronicis Imperatorum, & Regum Francorum, & Bojoariorum, ſcriptum reperimus, ſcire volentibus manifeſtare.* (Hæc verba, neſcio an hunc Anonymum, ſic antiquum ſuadeant, ut ſive ad annum 858. ſive 875. circiter, collocari valeat; aut indicent, Anonymum collectorem tantum fuiſſe rerum a ſe ſcriptarum, ex memoratis Chronicis, adeoque longe poſteriorem) *Poſtquam ergo Carolus Imperator, Hunnis ejectis - - Poſt illos vero, Duces Bojoary, ceperunt prædictam terram dato Regum, habere in Comitatum - - His ita peractis Ratbodus ſuſcepit defenſionem termini: in cujus ſpatio temporis Prinnina exulatus*

a Moy-

Digitized by Google

a Moymaro Duce Moravorum ſupra Danubium, venit ad Ratbodum. Qui ſtatim præſentavit illum Domino Regi noſtro Ludovico: Et ſuo juſſu in fide inſtructus, baptizatus eſt in Eccleſia S. Martini loco Treiſma vocato - - qui poſtea Ratbodo commiſſus, aliquod cum illo fuit tempus. Et non multo poſt de Vulgariſis Hecilo Ratimaris Ducis adiit Regionem (alter Anonym. apud Hanſ. p. 128. habet: „ Interim exorta eſt inter illos antiqua diſſenſio: quam Priwina timens, fugam iniit in Regionem Vulgariam cum ſuis, & Chozil filius ejus cum eo: & non multo poſt de Vulgariis Ratimari Ducis adiit Regionem „) *illoque tempore Ludovicus Rex Bojariorum miſit Ratbodum cum exercitu multo ad exterminandum Ratimarum Ducem. Qui diffiſus ſe defendi poſſe, in fugam converſus eſt cum ſuis, qui cædem evaſerunt: & prædictus Prinninas ſubſtitit, & cum ſuis pertranſivit fluvium Savum, ibique ſuſceptus a Salachone Comite, pacificatus eſt cum Ratbodo. Aliqua vero occaſione iterum percepta, rogantibus prædicti Regis fidelibus, præſtitit Rex Prinninæ aliquam inferioris Pannoniæ in beneficium partem, circa fluvium, qui dicitur Sava*, alii ponunt: *Sana*

Duo, eruuntur ex Anonymo. Primò: Privinam, Ducatum Ratimari occupâſſe, *prædictus Prinninas ſubſtitit.* 2dò: Pulſum credibilius fuiſſe, cum a Salachone ſit ſuſceptus, & ad preces Miniſtrorum Regis Prinninas in beneficium, aliquam inferioris Pannoniæ, ſive Sclavoniæ partem acceperit. An hoc ex pactis, intra Regem Ludovicum, & Ratimarum? aut Michaelem Bulgariæ Regem, factum ſit? ut Ludovico Regi, inferiores hæ partes, quas Privinnæ donaverat, obtigerint: aut, quod dilapſo cæſoque populo, deſertæ manſerint, ac ut deſertæ Privinæ ceſſerint, pro impopulando, conſtituere neſcio. Poſtremum hoc, fatus Anonymus ſcribit, dum: *Tunc cæpit ille*, (hoc eſt Privinna) *ibi habitare, & munimen ædificare in quodam memore, & Palaſſelede fluminis, & circumquaque populos congregare.* Hanſiczius exiſtimat, locum Privinæ fuiſſe a *Sana* fluvio, & hodierna *Cillea*, conſequenter partes Zagoriæ, tam modernæ inferioris Striæ, quam & Comitatus Varaſdinenſis. Oppidum, Caſtrumque a Privinna conſtructum, eſſe intra Cilleam & Petovium, appellatum hodie *Marburch.* Hæc ille, ex locorum ab Anonymo commemoratorum nominibus conjicit. Multa deſiderantur in Anonymo, & ſcopus ſuus cum non fuerit alter, quam Juvavienſium Epiſcoporum acta ſcribere, culpari nequit. Si elogiis purè non ſtuduit, aut extendendæ jurisdictioni, Eccleſiæ, de qua ſcribit; Privina partem inferioris modernæ Stiriæ, item Sclavoniæ tenuit. Primo in beneficium, poſtea viſo a Ludovico Rege, ejus in fide Catholica ardore, jure proprietatis; ait enim Anonymus: *Pervenit ad notitiam Ludovici piiſſimi Regis, quod Privinna benevolus fuit erga DEI ſervitium & ſuum, fidelibus quibusdam ſuis ſæpius admonentibus, conceſſit illi in proprium totum, quod prius habuit in beneficium.* Diviſiſſe ſcribitur, cum filio Hecilone Provinciam. Quid dedit filio? non comperi. Videtur tamen dediſſe filio, ea quæ nunc in Sclavonia eſſent. Patre mortuo, filius poſſedit Provinciam integram. Neque putes, aut prætendas, Ludovicum Regem, de Carantano detraxiſſe, ac dediſſe Privinæ. Hoc tanto minus credi poteſt, vel evinci, quod Carolomannus Carantani Dux fuerit? & ſub eo Comes Gundacharus. Poſt Carolomanum Arnolphus. Credi itaque nequit, ut horum Ducatus & Provincias, minores fecerit Ludovicus. At ob præmiſſas de fide controverſias; ob Privinæ aſtum erga Ratimarum, eumque pulſum; Sclavoniæ pars data Privinæ eſt, Deinde facile prætenſa, ex Liudeviti bello, aut cauſa ex alia, ut Carantani appertinentiæ. Sed difficultas ex Anonymo eruditis eſt, de *Nitrava*, ſeu Nitria, ubi refertur, ſtudio illius conſecrata fuiſſe Eccleſia. Sed ſi non comperiatur in inferiore Stiria, locus hujus nominis, cum Anonymus diſtinctè non ſcribat, & ſecundum annos, potuit Nitrienſem Eccleſiam, conſecrari procurare, vel antequam a Ludovico Rege, partes has accepiſſet, ac poſt ſuſceptum baptiſmum, dum locus Treſma iſthic eſſet propinquior, qua limes Bojorum; vel pro reſtitutione ſui in Moraviam, laborando: dum ab Anonymo, a Moravis occiſus ſcribitur, *Anno ergo 865.* (ita Anonym.) - - *celebravit in Caſtro Hezilonis noviter Moſeburch vocato, quod illi ſucceſſit, moriente patre ſuo Privina, quem Moravi occiderunt.*

Hinc profectò, natam eſſe credimus diviſionem, ſuperioris, inferiorisque Sclavoniæ, ita ut quæ hodie inferior (tum, quia orientalis, ſuperior vocata,) Sclavonia, penes Ratimarum, & Bulgaros manſerit; hæc vero tum inferior Sclavonia, cum inferiore Stiria Privinæ, ac poſt hunc Heziloni obtigerit. Hæc fuère initia, enatorum ſucceſivè diverſorum Ducatuum, ut Stiriæ, Carnioliæ. Hæc ratio prætenſionis Regum Hungariæ in to *Totius Sclavoniæ* ſive Dux, ſive Banus denotata. Cum enim, ut infra, ſuperatis, ejectisque Bulgaris ex inferiore Sclavonia, cognoviſſent: Sclavoniam, per has partes, modo dictæ Croatiæ, inferioris item Stiriæ, & Carnioliæ antea fuiſſe extenſam, totam juris ſui eſſe exprimere volebant. Limites qui fuère, diviſæ Sclavoniæ? conſtituere mihi non fido. Ex locis ab Anonymo inſinuatis, argui poſſent; Item

Digitized by Google

tem ex *Marcha* ad Ivanichium, quod ætate hac, ſive nono ſæculo, limitaneam oram deſignabat, eſſetque iſthic S. Michaelis Eccleſia; quam in proprietate Hezilonis, ſcribit Anonymus. At cum certi nil concludi valeat, hæc miſſa facimus, aliisque doctis Viris; qui litterariis uberioribus adminiculis gaudent, quæſtionem hanc, juris publici accuratius enucleandam commendamus.

Hezilo iſte, confundi cum ſequentibus (a Doctiſſ. P. Eraſmo Frölich, Viennæ die 7. July anno 1758. mortuo, in Diplomatariis Sacris Ducatus Stiriæ exhibitis, & legendis) non debet. Sæculo! enim integro anteceſſit alios. Et Dinaſtia hujus erat in Sclavonia; cæterorum alibi. Huic ſucceſſit filius Branslavus (ſcribitur variè, nempe; *Wratislaus, Bratislaus, Braslavus, Braslavo, Brazlavo*) qui, in Ducatum, imo Regnum, hanc elevavit Sclavoniam. Qualiter? quove tempore? lugemus domeſticorum Scriptorum, ſive negligentiam, ſive defectum. Ad extraneos, res has deſcribere non pertinebat. Gratiæ illis, pro memoriis etiam illis, quas reliquerunt. Sane apud Hanſiezium Tom. 2. pag. 139. ex Annal. Franc. legere eſt: *Sed anno 873. Sventibaldus Moravus Pannoniam occupavit. In ejus etiam partes abſceſſit Bratislaus, Hezilonis Pannoniæ inferioris Ducis filius. Tum excluſa penitus Juvavienſium poteſtate. Solus omnia Methodius potuit: niſi quod Pannonia inferior cum Duce Bratislao (quem Fuldenſes Braxlavonem appellant) anno 885. ad officium rediit, copiamque dedit Theodmaro, uti poſſeſſiones illic egregias, Arnolfi dono nanciſceretur* &c. Narrando erga Carolum Craſſum, ſibi ſubjectorum motus, & defectionem, atque Arnolfi electionem, hujusque in Eccleſiam Juvavienſem propenſionem, *nam & Eccleſiam - - ei contulit. Præterea Abbatiam Moſaburch, ubi S. Adrianus requieſcit, in loco ſcilicet, quem olim Priwina, deinde filius ejus Hezilo, ac modo Wratislaus, ſive Braslavus nepos poſſidebat; pluresque locos & Eccleſias regionis illius. - - Eccleſiam ad Turnawa* (hæc non Nitrava, ſeu Nitria, nec Tirnavia, ſed Tornaw) *item ad Pettava* (modo Petovium Stiriæ, quod hac ætate ſcribebatur Bettobia) *Eccleſiam cum tota civitate.* Sed Banslavi ad Arnulfum acceſſio, tardius evenit, teſte Fuldenſi Annaliſta: *Anno 884. Imperator* (Carolus Calvus) *per Bajowariam ad orientem proficiſcitur - - veniens Zventibaldus Dux cum Principalibus ſuis -* - conteſtatus illi fidelitatem, *juramento, & uſque dum Carolus vixiſſet, nunquam in Regnum ſuum hoſtili exercitu eſſet venturus. Poſtea veniente Brazsclavorum Duce, qui in id tempus Regnum inter Dravo & Savo flumina tenuit.* Ex his clarum eſt Branslavum, Hezilonis fuiſſe filium; fuiſſe Ducem, ſuumque Regnum inter Dravum Savumque fluvios fuiſſe. Hæc attamen, haud ex parte omni, at orientali. Adeoque ut ſupra dictum, a Legrad oppido aut Dernye, verſus Marcham, juxta Ivanich ad Savum, atque inde defluxu fluminis ad Sanam, abinde trans Dravum etiam, dum Marpurg, Petovium, cæteraque loca, reſpectu Zagrabiæ trans Dravum eſſent, ut Stiria, quam nunc inferiorem vocamus, eximi a Regno Branzlavonis nequeat. Hinc emanant initia Regni Sclavoniæ. An autem Branzlavus ſub clientella fuerit Caroli & Arnulfi, aut his fœderatus, ſatis non conſtat. Fidelitatis juramentum a Brazlavo depoſitum Carolo, Fuldenſes Annales non ſcribunt. Imò dum Zventiboldi ab Arnulfo defectionem refferent, Anno 892. ajunt: *Sed ille* (nempe Zventibaldus) *more ſolito ad Regem venire rennit, fidem & omnia ante promiſſa mentitus eſt. Inde Rex irrato animo — cum Brazlavone Duce colloquium habuit: ubi inter alia quærens tempus & locum, quomodo poſſit terram Moravorum intrare? Conſultum eſt enim, ut tribus exercitibus armatis, Regnum illud invaderet.*

Porro, quam hodie vocamus inferiorem Sclavoniam, (tum ſuperior erat, & a Bulgaris, Bulgaria apud auctores audit) Ducem Regemque habuit Landomirum. Hic adverſus Zventibaldum Arnulfo tulit ſuppetias, & 895. cum muneribus Arnulphi Legatos, remiſit. Hæc iterum clara ſunt ex Annal. Fuldenſibus apud Lucium lib. 2. cap. 2. pag. mihi 65. ubi: *892. Arnolfus contra Zventibaldum, Hunnos & Bulgaros movet. Miſſos enim ſuos inde ad Bulgaros, & Regem eorum Landomir ad renovandam priſtinam pacem cum muneribus menſe Septembri tranſmiſit. Et ne coemptio ſalis inde Moravanis daretur, expoſuit. Miſſi autem propter inſidias Zventibaldi Ducis, terreſtre iter, non volentes habere; de Regno Brazlavonis per fluvium Odgora, uſque ad Gulpam perfluentes, Savi fluminis navigio in Bulgariam perducti, ibi a Rege honorifice ſuſcepti, eadem via, qua venerant, cum muneribus reverſi ſunt 895. Imperator Pannoniam cum urbe Paludarum tuendam Braxlavoni Duci ſuo in id tempus comendavit.* Egregiè hinc firmatur Brazlavonis in Sclavonia hac Ducatus (quare partes hæ, ſæculo hoc nono, Croatiæ nomine non accipiebantur, ruitque Croatia Interamnenſis) mentione fluviorum ſuperius, qui *de Regno Brazlavonis* eſſe ſcribuntur. *Odgora* modo *Odra* eſt, tum Odgora vocata, quod ex monte Okich originem duceret; vel Fuldenſes pro *Odra* ſcripſere *Odgora.* Fluvius Odra, ab arce *Selin* (ut notorium eſt, & tot via-

Digitized by Google

viatores una mecum experti ſunt, experirique poſſunt) pluvioſo cumprimis tempore, agros camposque ſic inundat, ut non niſi navium beneficio tranſiri valeat; viamque exundando, impedit, niſi per naves. Iſte infra pagum Odra, Dominii Sziſzeg, in *Culpam*, ſive *Colapim*, vel ut erroneè quidam *Gulpam* influit; tum infra Siſciam, Colapis in Savum, ut horum fluviorum fluxus, *Segeſticam* inſulam efficiat. Hanc viam, Arnolfi miſſos fuiſſe ſecutos, textus verba evincunt: *de Regno Branzlavonis, per fluvium Odgora, uſque ad Culpam perfluentes* (exundationes majores tum fuiſſe creditu facile) *Savi fluminis navigio, in Bulgariam perducti*. Profectò ex his videre eſt: Branzlavonis Regnum, etiam trans Savum fuiſſe, cum via ſuperior, ex parte altera Savi eſſet, conſequenter Zagrabiam, modernamque ſuperiorem Sclavoniam, Branzlavi Regnum extitiſſe. Tum dum Savi fluminis navigio, Arnolfi Legati, ad Bulgariam ſunt perducti; modernam inferiorem Sclavoniam, ſub nomenclatura Bulgariæ, his temporibus, & nono ſæculo, ab año circiter 827. fuiſſe conſideratam. Nam ad Mœſiæ ſuperioris, ſive Myſiæ Bulgariam, per Savi navigium, non veniſſent. Fuit ergo Landomir inferioris Sclavoniæ, Rex. Quod legationis poſtulatum firmaret, ut videlicet: ſalis coemptio Moravis prohibeatur. Branzlavus pro hoc erga Arnulfum officio, remuneratus eſt, dum Pannoniam, cum urbe Paludarum, tuendam accepit. Pañoniam nempe transdanubianam, ut hodie vocatur, & quæ Bojoariis ad orientem erat. Quæ illa ſit Paludarum urbs, ignoro. Ex his videre eſt etiam, Sclavoniam octavo ſæculo ad Ducatus honorem elevatam, in hujus uſu continuo manſiſſe, ſuosque habuiſſe Magiſtratus. Cætera item, quæ neſcio an quiſpiam hactenus, in ordinem redegiſſet, & a confuſione, cum vicinis Provinciis, & cumprimis Croatia & Carantano vindicaſſet.

XVI. Croatæ Dalmatiam incolentes, poſtquam ſemet iterum in Orientalis Imperii clientellam tradidiſſent, neſcio, an bella quæpiam geſſerint? Porphyr. cap. 31. ait: *Neque Bulgarus cum Chrobatis bellum geſſit, præter Michaelem Boroſen Bulgariæ Principem, qui ſumptis armis bellum illis intulit, ſed cum nihil efficeret, muneribus datis, & acceptis pacem fecit. Neque Chrobati unquam Bulgaris tributum dederunt, ſed alteri alteros ſæpe amicitiæ ergo donis cohoneſtarunt.* De geſto cum aliis bello, tacet Porphyr. & reverentiâ juramenti illius, facilè eos, quiete vixiſſe admiſero. Videntur mihi, Mari Adriatico tutando, ab Imperatoribus Orientis fuiſſe deſtinati, ac orientalibus, quâ limitanei, ſive Banderiis, ſive militari ſervitio obligati, ſcribit enim Porphyr. *Exhibetque equitum LX. millia, peditum centum* (ex his, haud ſatis clarus eſt Porphyr. quos Croatiæ nomine accepit. Numerus iſte militum, Dalmatiæ ſoli, ſeu Croatis Dalmatis, attribui nequit, ut bene obſervant omnes poſteriores Scriptores, quare Serviam, Epirum, Macedoniam, facile Croatiæ nomine, ac ſub hac obligatione militum, complexus fuerit Porphyrogenitus) *& Sagenas 80. Conduras centum, Et Sagenæ quidem 40. viros habent; conduræ vero 20. nempe quæ majores; nam minores decem viros tantum habent. Atque hæc quidem Chrobatiæ potentia & copiæ fuerunt, uſque ad Principatum Chreſemire; quo mortuo, cum Miroſthlabus filius, poſtquam quadriennium genti præfuiſſet, a Pribunio Bano interfectus eſſet, plurimis obortis diſſidiis, ac factionibus, equitum, peditumque numerus valde imminutus eſt, item Sagenarum, ac Condurarum.* Hic opus eſſet, vel Porphyrogenito, vel ipſi coævo, & notitiam habente Interpræte. Mihi Porphyrogenitus, admodum compendioſe ſcribens de Chrotis, & ſine chronologia; videtur: hæc poſtrema ad ſua circiter tempora referre. Ratio ſenſus hujus ſunt: cum verba quæ ſubjungit: *Et Sagenas quidem* NUNC (ſive anno 949.) *triginta habet, conduras magnas, parvasque, & equitatum, peditatumque;* tum quod circa annum 932. Petrus Urſi Conſtantinopoli rediens, a Michaele Bano Sclavorum, (nempe Bulgaricorum) captus, & Simeoni Regi Bulgariæ miſſus ſcribatur a Lucio, item circa 942. bellum inter Croatas & Bulgaros, de quo infra, ut omnino exiſtimem, Chreſimirum cui fuit Miroſthlabus filius a Pribunio Bano occiſus, haud ſecus ad Croatas Dalmatiæ pertinere, ſed ad Croatas Liburnicos, quam ſi edoceatur, Chreſimirum hunc II. jam Regis poteſtate, utrisque Croatis imperaſſe, ſive Ducatum antea diviſum, in unum coaluiſſe. Quare poſt recenſitos pag. 66. Duces Croatiæ Dalmaticæ, ſequentes iſthic ſucceſſiſſe, cenſeo.

Poſt Chreſemirum, quem Porphyrog. teſtatur filium Terpimiri.

Sedeſclavus, cui Joannes Papa injungit, *ut pro amore Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli Protectorum veſtrorum, præſentem Legatum, quem ad gentem Bulgarorum dirigimus, ſalvum, atque incolumem venire faciatis, uſque ad dilectum filium noſtrum Michaelem, glorioſum Regem eorum; & quæcumque ei ſunt neceſſaria ad victum & veſtimentum illi pro DEI amore adminiſtrate.*

Mucimirus ex Privil. apud Lucium L. 2. cap. 2. pag. 65. Sane ex Privilegio hoc non elucet, Mucimirum hunc, Tirpimiri fuiſſe filium, quod neque cum annis componi poſſe videtur, dum Privilegium eſt de anno 892. Tirpimirus autem, vixit 838. Si nihilominus hoc prætendas,

Digitized by Google

das, dicasve potuiſſe Mucimirum vivere, cum intermedient anni tantum LIV. dico: nec Chreſimirum Porphyrogeniti, nec Sedeſclavum, Dalmatiæ huic Croatarum, Duces dari poſſe, at poſt Tirpimirum, Mucimirus erit ponendus. Interim quia in Privilegio illo anni 892. apud Lucium, Mucimirus, nullibi diceret patrem ſuum Tirpimirum, at Ducis eum nomine exprimeret, dicendo: *de quadam facta donatione, a Terpimiro piiſſimo Duce*, eſſe litem intra Salonitanum & Nonenſem Præſules. Item infra, *Eccleſiam donatam a præfato Duce, & privilegii ſtatuto roboratam.* Si vero genitor Mucimiri, fuiſſet Dux Tirpimirus, illico Patris confirmâſſet privilegium, neque fuiſſet opus, ut litem dirimat, donatione nova in favorem Eccleſiæ Spalatenſis. Ait quidem in illa ſententia privilegiali; *placuit mihi Mucimir Divino munere juvatus Croatorum Dux, reſidente paterno ſolio* - - - Item infra: *ſed juxta priſcam conſuetudinem, ut donatam a patre meo recolimus, & mox per præſens privilegium denuo mancipamus, ut omnino ſubjaceat, dictæ Eccleſiæ, jure* &c. At quis ille Pater ſuus fuerit? tacet. Nec Tirpimirum, nec alium nominando. Majores porrò, ut Avos Abavosque, Patrum exprimi nomine, clarum eſt. Itaque, dum in anterioribus, Tirpimirum, ſine Patris compellatione, Ducem tantum diceret; in poſterioribus verbis: *ut donatam a Patre meo recolimus*, vel majorem ſuum Patrem, ſive Abavum ſe recolere, exprimit; vel quod Pater quoque Mucimiri Eccleſiam controverſam, Spalatenſi Eccleſiæ donâſſet, ſine litterarum eatenus expeditione, hinc to: *recolimus* pro *recordamur*, aut *ſcimus* eſſet.

Tamislaus ex Tom. Archid. c. 13. anno 914.

XVII. De Ducatu Croatarum altero, & qui Croatiæ nomine conſideratur, uti prior Dalmatiæ, quædam notamus. Poſt Porinum illum, ſub quo baptizati fuère Croatæ hi, diviſusque in Comitatus XI. Ducatus, Bano etiam conſtituto, Dux fuit *Innicus.* Poſt hunc *Branimirus.* Scribit Dandulus teſte Lucio, Aſſemano &c. Branimirum hunc in mortem Sedeſclavi conſpiraſſe. At vereor ego Dandulum, confudiſſe, Branimirum Principem, cum quopiam Sedeſclavi ſubjectorum. In Muncimiri, memorato ſupra privilegio *Budimir Jup. Palatin.* Item *Budimiro Jup. Comitiſſæ* &c. Subſcripti leguntur, facile Dandulo ex lectione error in nomine irrepſit. Si in necem conſpirâſſet Sedeſclavi Branimirus, cur ejus Ducatum ſuo non conjunxit? qua ratione, ex Joannis VIII. Papæ litteris, eodem vixiſſe tempore eruuntur, dum utrique Legatum a ſe in Bulgariam miſſum commendat, Anno 879. VII. Die menſis Junii, Indict. XII. De litteris ad Sedeſclavum ſupra meminimus, ad Branimirum vero, ſequentia ſcripſiſſe, apud Illuſtr. Aſſemanum legitur: „ Relegentes Nobilitatis tuæ litteras, „ quas per Joannem Ven. Presbyterum communem fidelem nobis mandaſti, quantam fidem & „ ſinceram devotionem circa Eccleſiam Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, ac circa nos „ habeas, luce clarius novimus. Et quia DEO favente, quaſi dilectus filius Sancto Petro, „ & nobis, qui per Divinam gratiam vicem ejus tenemus, fidelis in omnibus & obediens eſſe „ cupias, humiliter profiteris; tuæ Nobilitati dignas valde gratias, his noſtri Apoſtolatus litteris, agimus, paternoque amore, utpote cariſſimum filium, ad gremium Sanctæ Sedis A„ poſtolicæ Matris tuæ, de cujus videlicet puriſſimo fonte, Patres tui melliflua ſanctæ præ„ dicationis potavère fluenta, redeuntem ſuſcipimus, & ſpiritualibus amplectimur ulnis, at„ que Apoſtolica volumus benignitate fovere. „ Monet ut in DEI amore perſeveret; Sacerdotibus & Miniſtris honorem debitum exhibeat. Narrat: „ In die Aſcenſionis Domini inter „ ſacra Miſſarum ſolemnia, ſuper Sacrum Altare S. Petri Apoſtoli celebrantes, elevatis ſur„ ſum manibus benediximus tibi, & omni populo tuo, omnique terræ tuæ. *Concludens*: „ Et quia hunc ipſum Joannem Presbyterum, tibi, & nobis verum fidelem in omnibus eſſe „ cognoſcimus; dedimus illi noſtram Apoſtolicam epiſtolam deferendam Regi Bulgarorum. „ Ideo petimus, ut pro amore S. Petri & Noſtro, cum tua ipſe licentia, Legationem hanc no„ ſtram ſine tarditate perficiat, ut & propter hoc, tuæ dilectioni multiplices gratias habea„ mus. *Scripſit quoque idem Pontifex*: Omnibus Venerabilibus Sacerdotibus, & univerſo „ populo, *eadem occaſione & tempore, ubi*: Quum litteras Principis veſtri Branimir, quas „ nobis per Joannem Ven. Presbyterum ipſe direxit, legeremus: non ſolum illius devotionem, „ ſed etiam fidei veſtræ ſinceritatem, & dilectionem, quam circa S. Petrum Apoſtolorum Prin„ cipem & circa nos habetis, cognovimus. Et quia velut cariſſimi filii ad S. Romanam Ec„ cleſiam, unde Parentes veſtros mellifluæ ſanctæ prædicationis dogmata ſuſcepiſſe agnoſcitis, „ toto animo, totaque voluntate redire cupitis, Noſtram Apoſtolicam gratiam, & benedictio„ nem habere magnopere deſiderantes, magna ſumus repleti lætitia. „ Si in necem Sedeſclavi Branimirus conjurâſſet, Apoſtolicam benedictionem, mereri a Joanne VIII. non debuerat. Itaque cum Anno & die iisdem, exhibeantur Papæ ad utrumque litteræ, commendatoriæ Legati ſui ad Bulgariæ Regem, Dandulo adhærere nequeo, quod occiſo Sedaſclavo, Branimirus ſucceſſiſſet. Quin clarum evaderet: Duces hos fuiſſe diverſorum Ducatuum,

Præ-

Digitized by Google

Præterea ex epiſtolis his, mirifice firmantur illa, quæ pag. 75. diximus. Ejectos nempe fuiſſe anno 870. Romanæ Sedis Epiſcopos & Miſſionarios e Bulgaria, ex Croatia quoque præmiſſa, dum Papa 879. anno, quà ad ſe revertentibus his Croatis, agit gratias, gratulatur, iisdemque benedicit. Item: cum Joannes Legatum egerit in Bulgariam, per Sclavoniam hodie inferiorem, progreſſum fuiſſe, ipſa ſuadet vicinia. Et etiam tertia epiſtola Joannis VIII. Papæ, quæ inſcribitur: *Excellentiſſimo Viro Barnimero glorioſo Comiti, & dilecto filio noſtro; atque omnibus religioſis Sacerdotibus, & honorabilibus judicibus, cunctoque populo, pax & gratia a Domino Noſtro JESU Chriſto.* Hac ſcribit, gratiſſimam ſibi eſſe illorum erga Sedem Apoſtolicam obſervantiam, quam per Theodoſium Epiſcopum ipſorum Legatum exhibuerunt. Hortatur ad perſeverantiam, utve Legatos ſuos mitterent ad ſe, quibus revertentibus, Legatum ſe illis ſuum, pollicetur miſſurum, cui ipſi, fidelitatem juxtá Eccleſiæ ritum promittant. Ex Indictione XIV. anno 880. ſcripta fuiſſe eruitur hæc epiſtola. Sed ad Theodoſium memoratum, cum Titulo: *Theodoſio Venerabili Diacono, & electo Sanctæ Eccleſiæ Nonenſis*, exhibetur quoque Joannis VIII. Epiſtola, qua poſt, ejus laudes, & teſtatos in eum amoris affectus: *Ideo monemus ſagacitatem tuam, ne in quamlibet partem aliam declines, & contra Sacra Venerabilium Patrum inſtituta, Epiſcopatus gratiam recipere quæras -- Sed toto corde, totaque voluntate, ad gremium Sedis Apoſtolicæ, unde Anteceſſores tui Divinæ legis dogmata melliflua, cum ſacræ inſtitutionis forma, ſummique Sacerdotii honorem ſumpſerunt, redeas: quatenus & ipſe ab Apoſtolica Sede, quæ caput & Magiſtra eſt omnium Eccleſiarum DEI, Epiſcopalem conſecrationem per noſtræ manus impoſitionem, Chriſto annuente percipias: quatenus ſecundum priſtinum morem, Sancti Petri & noſtra auctoritate, atque tuitione munitus, populum Domini tibi commiſſum, ſtrenue ac ſecuriter regas.* Non immerito Erud. D. Aſſemano, ex *Epiſcopi Nonenſis* Titulo, orta eſt quæſtio, ubi Theodoſius egit Epiſcopum? Dum *Nona* eſſet urbs Croatiæ Dalmaticæ, teſte quoque Porphyrog. cap. 31. At Theodoſii ſedes diſtincta fuit, ab ſede illa Dalmatiæ. Iſte Theodoſius fuit Epiſcopus Tinninienſis, quæ erat diſtincta Epiſcopalis Sedes, a Nonenſi Dalmatiæ, hinc ſedes hæc ſucceſſivè, vocata eſt *Croatenſis*, quod Teſte Thoma Archidiac. Curialis fuerit Regum Croatiæ Epiſcopus. Quare pro: *Electo S. Eccleſiæ Nonenſis*, legendum *Tininenſis*.

Croatas hos, quos Scriptores Veneti, Sclavos ſcriberent, Cpltani æquè frequentius, *ſub Innico*, ac Baſilii Imp. tempore, facile auxiliantibus Narantanis, vicinas maris Adriatici inſulas, juriſdictioni ſuæ adjicere, perquam ſtuduiſſe, ex Porphyr. cap. 30. deducitur. Ubi, cum recenſuiſſet, a Sclavis, ſive Croatis Dalmatiæ, urbes & inſulas Romanorum fuiſſe occupatas, narrat: a Narantanis ſive Paganis, quotidie fuiſſe moleſtatos, captivos, ac ne exterminarentur, inſulis deſertis, continentem eos colere voluiſſe, verum a Croatis fuiſſe prohibitos, quia tributa eis necdum penderent. Recurriſſe eos ad Baſilium, pro remedio: *Qui Imperator* (ita Porphyr.) *auctor fuit, ut ea omnia, quæ Prætori ſolvebant*, (miramur hoc conſilium) *Slavis darent, pacis cauſa; & Prætori exiguum aliquid penderent, ad oſtendendam duntaxat Romanis Imperatoribus, & ipſorum Prætori debitam ſubjectionem, ac ſervitutem. Atque ex illo tempore omnes iſtæ urbes Sclavorum tributariæ, pacta illis ſolvunt; Aſpalatus quidem urbs nomiſmata 200. Tetragurium nomiſmata 100. Diodora 110. Opſare 100. Arbe 100. Becla 100. ita ut univerſim eſſent nomiſmata 710. Excepto vino, & cæteris ſpeciebus diverſis, quas præter prædictam nomiſmatum ſummam exhibebant.* Quibus Sclavis tributa hæc ab inſulis maritimis ſoluta ſunt? an videlicet Narantanis? a quibus perſecutionem accipiebant incolæ inſularum, aut a Croatis? a quibus prohibebantur, clare haud patet. Quia nihilominus, ideo a Croatis prohibitos fuiſſe ſcriberet Porphyrogen. quod: *nondum illis tributa penderent*, Croatis tributa eos ſolviſſe argueretur, ut per hos adverſus Narantanos, tum adhuc infideles, defenderentur. Neque enim ſuaſiſſet Baſilius, ut Chriſtiani hi, Paganis ſolvant tributa. At Croatas Chriſtianos eſſe ſciens, Dalmatiæ quidem ab Heraclio; Liburnicos a Porini epocha, ut his tributa pendant, quæ Prætori dabant antea, conſtituit. Verum hæc tributa, quibus exolvebant Croatis? ſi firma ſunt, quæ a Scriptoribus Venetis referuntur, ſive bella, ſive pacta cum Sclavis (dum Croatas Dalmatiæ, Dalmatas ipſi exprimerent) dubitari fere nequit, tributa Inſularum, ad Croatas Liburnicos pertinuiſſe, atque his fuiſſe exoluta. Hinc eſt, ut legamus, Narantanos dehinc, cum Ducibus Croatiæ conjunctos fuiſſe. Sub Baſilio Imp. qui Cæſarianum, ſive ad Sclavoniam, ſive Serviam miſerat, Romanis Miſſionariis expulſis, Narantanos, fidem Catholicam non recepiſſe, teſtis eſt Porphyrog. cap. 29. *Pagani autem, qui & Arentani, Romanorum lingua nuncupati ſunt, in locis inacceſſis, atque prœruptis, Baptiſmi expertes relinquebantur.*

Digitized by Google

PERIODUS III.

Sclavoniæ, Croatiæ, & Dalmatiæ ſub Ducibus, Regibusque Ungariæ.

§ I.

Ab Ingreſſu Ungarorum in Pannoniam, ad S. Regem Stephanum, ſive Sæculum XI.

I. Hunni ab Hungaris an diſtincti ſint? cui lubet diſputet. Mihi potius notare viſum, variis nomenclaturis eos a Scriptoribus exprimi. Quidam ſcribunt *Hungaros*, alii *Ungaros*. *Hunnogoros* alii. Quidam ex varia ut puto Dialecto Sclavicarum nationum *Vugros*, *Ugros*, *Mazaros*, ſeu *Magyaros* quidam. Item *Uzos*. Porphyrogenitus *Turcos* vocat, eorumque ſedes primas, poſterioresque, ubi a Patzinacis expulſi ſunt, migrationes item, accuratè deſcribit. Hujus teſtimonium anteferendum cenſeo cæteris, tum quia proximus migrationi illorum eſſet, ſcribens namque 949; tum quod informari valuerit, ut Imp. Cplt. & migrationibus illorum ab oriente, fuiſſet vicinior. Hæc illorum gratia) dicta ſunto, qui Sæculo X. aut alio, legent de *Turcis*, aut alio ſub nomine indicatis Ungaris, res ab iis geſtas; ne lecta, aliis attribuant gentibus. Quod a ſciolis, & loquacibus, expertus ipſe ſum, præcipue dum eorum ignorantia in hiſtoriis, pallio officii, vel dignitatis vallata fuit, aut ad Scholaſticorum argutias retraheretur; vel inſtituti alicujus, ut vocamus religioſi habitu tegeretur. Scio me, alioſque Doctiſſimos Viros, Fanaticiſmi perſæpe damnatos, ac ut novatores habitos, dum aliorum ſimplicibus apræhenſionibus, & omniſcientiæ ab iis prætenſæ, extemplo ſubſcribi, vel non audiverunt, vel non legerunt. Porphyrogeniti textum, cum animadverſionibus Anſelmi Bandurii exhibet Aſſemanus Tom. 3. a pag. 220. Illam vero Ignatii Kulczinski explicationem, dum ait: *Varagi ſunt nominati ab hoſtilitate: Dreulani a vetuſtate: Jazigæ ab idiomatis corruptione: Poloucy a venatione: Pecenigæ a combuſtione, quod hi ultimi præ reliquis forſitan crudeliores idololatræ, vivos in Sacrificia idolorum comburere conſueverint*, eſſe petitam, ex vocum derivationibus, eruo; conſequenter ſtudiis, ac eruditioni Kulczynskianis, cum fuerit Monachus, convenientem. *Vrag* enim Dœmonem, hinc hoſtem in idiomate Sclavo denotat, *Drevlan* originem vetuſtam, *Polje* campum, *Peçſen* aſſum, *Peçſenka* aſſaturam ſignificat. Quæ neſcio, an nationi conveniant, dum ſignificata & voces ex hominum ſunt arbitrio. Sed omiſſis ejuſmodi eruditionibus: Si qui ſunt, qui initia & origines Hunnorum, Hungarorumque noſſe cupiunt, Cl. Pray, Deſſericzium, cæteroſque legant; quia ejuſmodi incertæ, dubiæque quæſtiones, nec ſunt profeſſionis noſtræ; nec ſiſtemati noſtro neceſſariæ, qui jura ennati Hungariæ Regni, hujuſque Sacræ Coronæ, hinc partium adnexarum, enucleare, illuſtrareque conamur, qua civis patriæ, & ſacræ Coronæ Regibus, & Reipublicæ ſubjectus.

Sunt porro, è domeſticis quidam, qui ſcriptoribus, Annalibuſque noſtris, vix adhibendam fidem cenſeant. Hoc audaciæ majoris eſſe, ac regulis bonæ Logicæ adverſari, enuncio. Cuivis enim res ſuæ magis notæ ſunt; eſtque teſtis omnis, is potior & legalior, qui ſcire præſumitur, præ teſte, qui ſcitur: unice ac tantum ex auditu, vel novalibus referre. In rerum noſtrarum notitiis, non tam culpanda eſt majorum noſtrorum negligentia in ſcribendo; quam præjudicia quædam, ac neglectus utilium litterarum, conſervationiſque tantorum operum, & propriarum chronicarum. Sigiſmundi Decretum II. anno 1405. editum, teſtatur veterum diligentiam, ubi: *Sigiſmundus DEI Gratia Ungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ - - Rex &c. - - Ad quam rem una potiſſimum conſideratio mentem noſtram induxit: quod retroactis temporibus, Prout in Chronicis legitur Ungarorum, hoc Regnum noſtrum variis ſæpe afflictionibus, interdum per Biſſenos, aliquando per Tartaros, nonnunquam per alios Paganos, noviſſimè vero per Turcas irrogatis* &c. Fuère ergo, ante Thuroczium, ac Ludovici I. Regis tempora, *Chronicæ Ungarorum*, rebus utiliſſimis refertæ, dum in iis Regni afflictiones, per Biſſenos, Tartaros, cæteroſque Paganos deſcriptæ fuiſſe perhibentur. Rei hujus teſtis eſt Anonymus, inter ſcriptores rerum Ungaricarum, a *Joan. Georg. Schwandtnero*, Regio conceſſu, ac beneficio ex membranis *Auguſtæ Bibliothecæ* exſcriptus, atque editus, immortalibus promeritis de gente noſtræ, Cl. & celeberrimi Schwandtneri. In hoc tanta, juris quoque publici, legere eſt, quæ adhuc ignorabantur. Neque fuit majorum noſtrorum, ea, quæ prædicatur in ſcribendo negligentia; aut in rebus bellicis occupatio, ut litteras ſepultas haberent; *enimvero*, recte obſervat Celeberrimus Math. Bellius in Præfat. Tom. I. ſcript. Hung. *Salvis adhuc rebus Hungaricis, in more poſitum fuit, ut Regum, gentiſque res*

geſtas

Digitized by Google

geſtas omnes, quin & Familiarum Nobilium actus inſignes, in annales referrentur, traderenturque ad ædes Magiſtri Tavernicorum, qui eos non ſecus, quam Regios theſauros alios, cuſtodiret, obſervaretque, ac cum opus foret in publicos & privatos uſus, inde, pro muneris ratione, depromeret. Quod, priſcorum Regum diplomatibus, facile foret docere, ſi id modus præfationis admitteret. Recte beneque Celeberr. Bellius. Si enim in privatorum litteris, ut teſtantur tot numero monumenta, Privilegia nempe, Donationes, Collationes &c. res geſtas privatarum familiarum inſcribere, eisque publicam fidem largiri, moris fuerat; quis ſibi perſuadeat, ea neglecta fuiſſe, quæ Rempublicam totam, ac ſtatus Regni attingebant. Nos vidimus MSS. Gothica ut vocant ſcriptura librum, in quo Ritus & Cæremoniæ Veteres Eccleſiæ Ungaricæ, fuêre deſcriptæ, volumen majus, ac in folio. Sed neſcio an ex zelo vel præjudicio, opus illico acceptum a nobis eſt, alioque portatum, neque permiſſum nobis, complura ejusmodi viſitare. Utinam ut aſſolet, pro involvendis libris hæc applicata non fuiſſent! utinam non lacerata ex præjudiciorum lege! utinam ea nunc eſſet, quæ majoribus noſtris fuit, ut priora teſtarentur, in res litterarias, & utiles, ac publicæ felicitatis, cura & diligentia in conſcribendis conſervandisque. At nos, ultra pia vota, adeſſe nequimus Patriæ, ac cui ſubjicimur ſacræ Coronæ.

Sane aliud quoque, haud leve vulnus, rebus noſtris cognoſcendis, eveniſſe argui debet, quod videlicet, caracteres, atque litteræ, nationibus his propriæ, non ſolum conſervatæ non ſint; verum abolitæ. Latinæ uſus apud veteres haud viguit. Sclavis proprias fuiſſe litteras & caracteres extra dubium eſt. His uti res ſacras, ita multo magis profanas conſcriptas habuêre, uti pateret etiam ex Marulo, qui e Sclavico opus ſuum, translatum a ſe fatetur. Succeſſivè dum juventutis educatio clauſtris eſt tradita, & a Clero, atque Magiſtratibus, Magiſterium Monaſteriis concluſum, effectique diſcipuli, qui a Chriſto & Apoſtolis Doctores in Eccleſia ſunt conſtituti, cum illi, ſive ut extranei, litteras nationum proprias, ignoraviſſent, ſive ex motivo alio, ſtudioſiſſimi fuerint, tam ſubſtituendarum latinarum litterarum, quam & interpræstationum, aut translationum, injuriando, & maledicendo, quos non intelligebant anteriores ſcriptores, Religionis ſub prætextu, & condemnationis jam errorum in fide, jam ſuperſtitionis, aut idololatriæ, ſic miſere perivêre, Scriptores veteres, ut horum nec nomina ſuperſint. Hæc arguimus, ex modernis quorumdam, utilium bonarumque litterarum odiis, atque maledictionibus, ac fingendi temeraria licentia, quam nos ipſi experti ſumus, a religioſo quodam cætu. Item ex translationibus veterum librorum, Correctoribus quoque, de quibus Doctiſſ. Illmus Aſſemanus, faceret quoque mentionem, ubi Raphaelem Levakovich, Correctorem ſacrorum Illyricanorum librorum fuiſſe perhibet. Denique defectus tot Chronicarum, quas olim extitiſſe ſuperiora perhibent, teſtatur. Ex quadam tandem ſententia S. Regis Ladislai non obſcurè indicatur, qui ideo, ejusque Succeſſor, authoritate Regia, regulandis Monaſteriis ſtuduerunt, ut teſtantur Diplomata, & legum Decreta. Andreas vero II. curam ejusmodi rerum, Tavernico attribuit; ne univerſa & quævis pereant. Non ſoli fuêre Sclavi, qui ſuos ſibique proprios habuêre, coluêreque characteres, ſed Ungaris quoque proprias fuiſſe litteras, Thuroczius in Præfat. *Et hoc noſtro ævo pars Nationis ejusdem* (videlicet Hungaricæ) *quædam, Tranſſilvanis Regni poſita in oris, characteres quosdam ligno ſculpit, & talis ſcripturæ uſu litterarum ad inſtar vivit*, innuit. Hæc in veritate ſunt, quæ cauſârunt rerum noſtrarum defectum. Scriptores qui ſuperſunt, ad ſummam rerum accuratos eſſe, dicere nequeo, & cumprimis chronologiæ rationem, ab iis ſervatam extitiſſe defendi nequit. Sed indulgeri iis debet, dum notum eſt; quæ fuit ſtudiorum ratio? quæ? & per quos traditæ litteræ? pro ratione ſui temporis, ac ætatis ſcripſêre. Abrogandam nihilominus iis fidem eſſe, ob defectus & lapſus aliquos, audax & temeraria cenſura eſt. Aliud eſt errare in anno; aliud in re ipſa, quæ refertur. Culti non fuêre ad Reipublicæ ſuæ rationem. Socraticam non profitebantur Philoſophiam, ut exceſſiſſe videantur, imò defectus, magnique tantarum publicarum rerum ſilentii, forent arguendi. Cauſas autem, cæteraque, quæ in hiſtorico requiruntur, illos tacuiſſe, & Panegyribus, ac amplificationibus, ut Bonfinius, Ratkajus &c. fuiſſe ſtudioſos; & mores ſæculorum, quibus ſcripſerunt; & ratio ſtudiorum, reddit excuſatos. Quare a me, plane rejici nequeunt. Quin eos illuſtrare contendam. Monere inſuper volui, me unicè ea relaturum, iisque uſurum, quibus Pannoniæ Saviæ, ſive Sclavoniæ, Croatiæ, Dalmatiæ, ſub Ducibus, Regibusque Hungariæ illuſtrantur. Cætera vero prætermittere. Itaque

II. Annales Fuldenſes ad annum 861. Ungaros vaſtâſſe Ludovici Regnum perhibent, *Ludovicus autem relicto in patria filio Carolo - - Ludovicum filium ſuum ducens aggreditur Winidos - - ſed & hoſtes antea illis populis inexperti, qui Ungri vocantur, Regnum ejusdem populantur.* Hæc qua ratione intelligenda ſunt, profecto non aſſequor. Ad annum

 862.

862. Ludovici Regnum, vaſtatum fuiſſe ab Ungaris, ſingulare eſt, & tacetur ab aliis, puto ego, in anno mendum eſſe, aut in to *Ungri.* Aſſemanus explicare nititur pag. 146. Tom. 2. Annales, ſed fundamentum explicationis ſuæ deſideratur. Annonymus noſter (inter ſcript. Rer. Ungar.) Cap. VII. anno 884. de terra Schytica egreſſos, ſcribit: *Anno Dominicæ Incarnationis DCCCLXXXIIII, ſicut in annalibus continetur cronicis, ſeptem principales perſonæ, quæ Hetumoger vocantur, egreſſi ſunt de terra Scytica verſus occidentem.* Itaque anno 862. Ludovici Regnum deprædare non poterant.

Cauſa Ungarorum e Scythia adventus, ab Anonymo noſtro hæc deſcribitur: *Et terra illa* (nempe Scyhiæ) *nimis erat plena ex multitudine populorum inibi generatorum, ut nec alere ſuos ſufficeret, nec capere, ut ſupra diximus. Quapropter tunc VII. principales perſonæ, qui Hetumoger vocantur uſque ad hodiernum diem, anguſta locorum non ſufferentes, habito inter ſe conſilio, ut a natali ſolo diſcederent ad occupandas ſibi terras, quas incolere poſſent, armis & bello quærere non ceſſarunt. Tunc elegerunt ſibi quærere terram* PANNONIÆ, *quam audiverant fama volante, terram Athilæ Regis eſſe, de cujus progenie Dux Almus pater Arpad deſcenderat.* Tum narrat, Ducem ſibi eos creâſſe Almum, & eidem ſemet juramento (cap. VI. relato) obſtrinxiſſe. Porro VII. Virorum illorum, hæc recenſet nomina: *Almus pater Arpad. Eleud pater Zobolſu, a quo genus Saac deſcendit. Candu pater Curzan. Ound pater Ete, a quo genus Calan, & Colſoy deſcendit. Toſu pater Lelu. Huba a quo genus Zemera deſcendit. Septimus Tuhutum pater Horca, cujus filii fuerunt Gyla & Zombor, a quibus genus Mogleut deſcendit, ut inferius dicetur.* Porphyrogenitus cap. 38. eadem narrat, mutatis ſolum nominibus, loco *Ducis*, habet *Boebodam*, ſive Vaivodam, loco Almus, *Salmutzes*, quem patrem ait Arpad. narrat Arpad factum fuiſſe Principem, *Et ante hunc* inquiens *Arpadem Turcæ Principem alium nullum unquam habuerunt; ex cujus etiam poſteris ad hunc uſque diem Princeps Turciæ conſtituitur.* Loco Pannoniam Porphyr. ſcribit: *Et terram ad ſedes collocandas quærentes, Magnam Moraviam ingreſſi, incolas ejus expulerunt, ibique ſedes ſuas poſuerunt, tenentque etiam in hodiernum diem.* Moravia magna ad finem ſæculi noni, atque initio decimi, etiam per Pannoniam protendebatur. Quare dum Anonymus noſter, in rei ſubſtantia cum Porphyrogenito convenit, malo ego in Principum nominibus exſcribendis, Ungarum Anonymum ſequi, quam Porphyrogenitum, dum Anonymus ſuorum magis novit nomina, quam Græcorum Imp. Conſtant. Porphyrog.

Opportuno tempore e Scythia progreſſi fuêre Hungari. Enimvero teſte Fuldenſium Continuatore Freheriano apud Aſſemanum Tom. 3. pag. 193. ob conceſſam Arboni, limitis præfecturam, in Pannonia fuêre tumultus. Zventibaldus Moraviæ Rex, Pannoniam triennio diripit, & pace facta, trans Danubiana potitur Pannonia. Græcos æque ac Bulgaros inter erant diſcordiæ, cauſa exactionis Teloniorum, ut ex Cedreno, Zonara pateret. Quare diſcordiis ubique vigentibus, facile fuit, Ungaris non ſolum ſeſe extendere, at firmare etiam. Porphyrog. cap. 40. teſtatur: a Leone invitatos fuiſſe contra Bulgaros, dum ſcriberet: *Poſtea vero a Leone illo Chriſti amante, ac præclaro Imperatore accerſiti trajecerunt, bellumque Simeoni inferentes, victo eo, fugatoque Perſthlabum uſque pervenerunt; & cum in urbe Mundraga eum incluſiſſent, domum redierunt.* Hæc ad annum 889. tertium Leonis Sapientis Auguſti, & Metenſis narrat, & Byzantini Scriptores, ut Zonaras, Leo Grammaticus &c. Ex quibus patet, Turcarum, ſive Hungarorum Duces tunc fuiſſe Arpadum, & Cuſanum, quem Anonymus noſter *Curzan* ſcribit. Neque ſolum a Leone fuêre in auxilium evocati, at ab Arnulpho etiam contra Zvendibaldum Regem Moraviæ, ut teſtantur Freherian. *Anno 892: Rex equidem aſſumptis ſecum Francis, Bojoariis, Alamanis, menſe Junio Maravam venit. Ibi per quatuor hebdomadas cum tanta multitudine, Ungaris etiam ibidem ad ſe cum expeditione venientibus, omnem illam Regionem incendio devaſtandam verſabatur* Segibertus anno 893. *Arnulphus Rex Zvendebaldo - - materiam contra ſe rebellandi dedit, ad quem debellandum cum non ſufficeret, gentem Hungarorum DEO inimicam Regno immiſit, eorumque auxilio Zvendebaldum devicit, & tributarium fecit.*

Profectò, ſi anno 889. egreſſi primum ſunt Hungari e terra eorum, qua ratione? intra biennium & tantum confecerint iter, & regiones tot non ſolum occupaverint, verum in iisdem ſe firmaverint; ut Arnolpho adverſus Moravos, auxilio extiterint, ego pro debilitate mea non aſſequor. Vereor, vix ſtatui poſſe, eorum e Scythia egreſſum, anno 889. at omnino ad annos anteriores eſſe collocandum. Anonymus noſter, egreſſum ex Cronicis Ungarorum ponit ad annum 884, Narrat progreſſos fuiſſe per deſerta, & venando vixiſſe. Veniſſe eos ad terram Ruſciæ, ſive Ruſſiæ. Deinde transnavigando fluvium *Denep*, cum Ruthenis, & Comanis pugnâſſe, ſuperatisque Comanis, terras Ruthenorum ſibi ſubjugando, ſic pacto

inivi-

Digitized by Google

iniviſſe: *ut Duces & Primates, filios ſuos in obſides darent* (Ungaris) *tributumque annuatim perſolverent decem millia marcarum, & inſuper victum, veſtitum, & alia neceſſaria.* Rogârunt inſuper Rutheni: *Almum Ducem ut dimiſſa terra Gallicia, ultra ſilvam Hóvos* (credo Comitatum modernum Heves denotari) *verſus occidentem in terram Pannoniæ deſcenderent, quæ primo Athilæ Regis terra fuiſſet. Et laudabant eis terram Pannoniæ ultra modum eſſe bonam, dicebant enim, quod ibi confluerent, nobiliſſimi fontes aquarum, Danubius & Tiſcia, & alii nobiliſſimi fontes piſcibus abundantes. Quam terram habitarent, Sclavi, Bulgari, & Blachy, ac paſtores Romanorum, quia poſt mortem Athilæ Regis, terram Pannoniæ, Romani* (id eſt Græci Cpltani) *dicebant paſcua eſſe.* Deinde cap. 10. refert: Cumanorum Duces, pedibus Almi provolutos, ſe ſua ſpontè Almo ſubjeciſſe, dicendo: *Ex hodierna die nobis te Dominum ac præceptorem uſque ad ultimam generationem eligimus, & quo te fortuna tua duxerit, illuc te ſequemur.* Depoſitoque fidelitatis juramento, more Paganorum, in Pannoniam Almum ſecutos fuiſſe, prouti & de Ruthenis multos, *quorum*, ait Anonymus, *poſteritas uſque in hodiernam diem, per diverſa loca in Hungaria habitat.* Capite XI. narrat: Ducem Ladomeriæ, obviam fuiſſe progreſſum Almo, obſides dediſſe, duo item millia marcarum argenti, & centum marcas auri cocti, 300. equos cum ſellis & frenis, 25. camellos, & mille boves & alia munera non numerata, tam Duci, quam ſuis primoribus. His auditis Gallitiæ Ducem, nudis pedibus, obviam veniſſe Almo, filium ſuum unicum, cum cæteris filiis Primatum Regni ſui tradidiſſe in obſides, decem item fariſios optimos, 3000. marcarum argenti, 200, marcas auri, & veſtes nobiliſſimas tam Duci, quam omnibus etiam militibus ſuis condonaviſſe. Rogâſſe Almum, ut ultra Hovos, verſus occidentem, in terram Pannoniæ deſcenderent, quod terra illa nimis bona eſſet, & ibi confluerent Nobiliſſimi fontes, *Danubius Tyſcia* (Tiſſa hodie) *Wag, Moriſius, Criſius*, Temus & cæteri, quæ olim fuit Athilæ, dein occupata per Romanos uſque ad Danubium, *Terram vero, quæ jacet inter Thiſciam & Danubium, præoccupâſſet ſibi Reanus Magnus Dux Bulgariæ, avus Salani Ducis, uſque ad confinium Ruthenorum, & Polonorum, & feciſſet ibi habitare Sclavos & Bulgaros. Terram vero, quæ eſt inter Thiſciam & Silvam Igfon, quæ jacet ad Erdevelu a fluvio Morus uſque ad fluvium Zomus, præoccupaviſſet ſibi Dux Morout, cujus nepos dictus eſt ab Hungaris Menumorout, eo quod plures habebat amicas, & terram illam habitarent gentes Cozar, qui dicuntur. Terram vero, quæ eſt a fluvio Morus, uſque ad caſtrum Urſcia, præoccupaviſſet quidam Dux nomine Gaad, de Bundyn caſtro egreſſus adjutorio Cumanorum, ex cujus progenie Ohtum fuit natus, quem poſtea longo poſt tempore, Sancti Regis Stephani, Sunad filius Dobuca, nepos Regis, in caſtro ſuo juxta Moriſium interfecit, eo quod prædicto Regi rebellis fuit in omnibus.* Proſequitur cap. 12. *Quomodo Pannoniam intraverunt?* nempe cum Ruthenorum Ducibus, poſtquam *Dux Galliciæ* duo millia ſagittariorum, & tria millia ruſticorum, anteire feciſſet, ad præparandam eis viam, per Silvam Hovos, quam transeundo, ad partes *Hung.* (ſeu Ungvarini) eos deſcendiſſe, has occupâſſe, & *Munkács* (quod maximo labore ad terram illam pervenerint) nominâſſe. *Sclavos* terræ habitatores, ultro ſe ſubdidiſſe, intellecto eo, quod Almus, de genere Regis Athilæ deſcenderet, eique ſerviviſſe, ac quævis pandidiſſe. Tum Almum, caſtrum Hung cœpiſſe, & conſilio inito, acceptoque omnium ſuorum juramento, Arpad filium ſuum, Ducem iis conſtituiſſe. Addit cap. 13. Anonym. *Et vocatus eſt Arpad Dux Hungariæ, & ab Hungu omnes ſui milites vocati ſunt Hunguari, ſecundum linguam alienigenarum, & illa vocatio uſque ad præſens durat, per totum mundum.* Facile Almus, poſt Arpad creatum Ducem, paulo poſt mortuus ſit, cum dehinc nulla ſui occurrat memoria.

Juſtus, æquusque rerum æſtimator, vel ex Anonymo hoc, (quem Belæ IV. temporibus, quidam attribuunt, ego vero antiquiorem putarem, quod ultra ſæculum XI. non ſcriberet, haud vero neglexiſſet, ſi Bella IV. anterior non foret) arguere poterit, eam veteribus non fuiſſe ſterilitatem, bonarum utiliumque rerum, Scriptorum; quam nunc deploramus, verum eos, ex rationibus inſinuatis, miſerè periiſſe. Sane Anonymum hunc, accurate deſcribere Hungarorum primos progreſſus, modos item, quibus, ſuum in Pannonia obtinuerunt dominatum, fateri debemus. Cætera item longe utiliſſima, ac ſunt tot numero modernorum quæſtiones, ultra ingenii argutias, progredi non valentes. Utilius Reipublicæ Sacræ Coronæ eſt, & Regni, Regisque juribus, dum ſcimus ex Anonymo, quod Regibus noſtris, jus eſt in Galliciam, Cumaniam, Ruthenos, Sclavos item, ex ſpontanea nempe horum ſubjectione, quam an Ungari, vel Hungari ſint ſcribendi? An Hunni ab Hungaris ſint diſtinctæ originis, milleque talia. Conſideratione Anonymi, ingreſſi in Pannoniam ſunt Hungari, haud e Tranſilvania, ut quidam putârunt, firmabiturque ex inferioribus; at è partibus Carpatis, ac per ſylvam Heveſs, ibidem-

Digitized by Google

ibidemque ſe firmârunt, ut ab Arnolpho, adverſus Moravos evocari valuerint. Anonymus noſter bellorum aliorum non meminit, uſque ad annum 903. (quô Ducem Arpad, exercitus ſuos miſiſſe, ad occupandas terras, inter Thiſciam & Budrug, uſque ad Ugoſam, hodie Ugocſam refert. Verum quia ſcopus ſuus fuerat, Regni Hungariæ ſcribere hiſtoriam, & qualiter Regnum effecta fuerit Hungaria? & Regno qui limites? hinc qualiter caſtra, & Ducatus, qui olim variorum erant, deinde Regni Hungariæ membra effecta ſunt, conſtituuntque Rempublicam, & Regnum Hungariæ; ideo a cæteris Hungarorum geſtis, ſicut ipſe præſcidit; ita dum ab aliis referuntur, credere faſſionibus illorum debemus. Quare dum continuator Annal. Fulden. ſcribit: anno 894. *Avari, qui dicuntur Ungari in his temporibus ultra Danubium peragrantes, multa miſerabilia perpetravere - - - totam Pannoniam uſque ad internecionem deleverunt*: Dum Porphyrog. cap. 41. *Moraviæ Princeps Sphendoplocus* (Zventibaldus) *fortis terribilisque populis finitimis fuit. Poſt Sphendoploci autem mortem* (894. ut quidam volunt ſecutam; quidam vero eum clam in eremum conceſſiſſe ſomniant, & tardius in eremo mortuum. Somniant dixi, quia combinatione Anonymi noſtri, in monte Zobor eremita eſſe non potuit) *anno uno in pace exacto, orto diſſidio, & bello civili, invadentes Turci* (Hungaros intelligit) *planiſſime eos extirpârunt, terramque tenuerunt, quam etiam nunc* (ſive circa 950) *incolunt: quæque ſupererat multitudo, diſſipata, confugit ad finitimos Bulgaros, Turcas, Chrobatos, & reliquas gentes.* At hæc de tota Moravia intelligi nequeunt, verum de Pannonia, quam Moraviæ Reges adhuc tenuerant, & de Sclavis, quos ſemet ſponte ſubdidiſſe Almo Duci, ſupra ex Anonymo retulimus, adeoque reſpectu Zagrabiæ, Sclavis transdanubianis, quos hodie *Thot* appellitant. At his omiſſis, ad Arpad veniamus.

III. Arpad, Anno 903. teſte Anonymo noſtro, per milites ſuos, terram inter *Thiſciam & Budrug* uſque ad Ugoſam, ſibi cum omnibus habitatoribus occupavit. Caſtrum quoque *Borſoa* obſedit, occupavit, deſtruxit. Pertinebat caſtrum Borſoa ad Salanum Ducem, qui hoc intelligens fugit, minatus Arpado cum Græcorum, Bulgarorumque auxiliis. Interim ex caſtro *Zemlin*, miſit ad Arpad Legatos, & ab hoc, eos cum donis (cap. 14. & 16. vide Anonym.) recepit. Ad Ducem alium, ibi vicinum *Menumorout* vocatum, qui in caſtro *Byhor* degebat, legatio ab Arpad æquè miſſa eſt. Sed Dux iſte, (ut Anonym. cap. 20.) ſemet ſubjicere noluit, reliqua inter Legatis reſpondens: *Verba ſua non conturbant animum noſtrum, eo, quod mandaverit nobis ſe deſcendiſſe, de genere Athilæ Regis, - - qui etiam violenta manu rapuerat terram hanc ab Atavo meo. Sed tamen modo per gratiam Domini mei Imperatoris Conſtantinopolitani, nemo poteſt auferre de manibus meis.* Dux iſte ſub clientella Impp. Conſtantinopolitanorum quod fuerit, dubitari non poteſt, ſervitque hæc ex Anonymo noſtro memoria, ad intelligendos rite ſcriptores, dum Pannoniam Græcis adſcribunt. Hinc ſane intelligimus, de qua parte Pannoniæ, ſunt intelligendi, nempe quæ ultra Tiſſam amnem eſt, & a Comitatu hodierno Biharienſi. Maramoroſſienſis modernus Comitatus, ab hoc Duce, vel illius antenatorum aliquo, fors uti nomen accepit, ſic conſervat memoriam Ducis. Intellectis ab Arpad prioribus, adverſus Menumorout Ducem, miſſus eſt magnus exercitus. Parabat fugam Dux in Græciam. Reſtitit primo, demum ſe ſubjecit. Vide cap. 28. & 29. Anonym. Sequebatur terra Ultraſilvania, ſive Tranſilvania, cujus tunc tenebat dominium *Geleu* quidam *Blacus*. Tuhutum pater Horca, antea per exploratorem de omnibus informatus, accepta ab Arpad venia, Tranſilvaniam ingreſſus, Ducem Geleu ſuperat, ac eo juxta fluvium *Copus* interfecto, ipſe Tuhutum in Ducem a Tranſilvanis electus eſt, confirmante proculdubio Arpado. Lege Anonym. cap. 22. incluſivè ad cap. 27. Hæc nunciata fuere, ut cap. 30. Anon. Salano Duci, poſtulataque ab illo ad fluvium *Zogea* terra, quam etiam conceſſit, Arpad aquiſitis tot caſtris, extendit Regnum ſuum, ut Anon. cap. 32. *a Thiſcia uſque ad ſilvam Matra*, ſubjugatis habitatoribus terræ, *a Griſio uſque ad fluvium Zogeva, & uſque ad ſylvam Zepus.* Progreditur Anonymus per ſua capita, reliquas ab Arpad aquiſitiones caſtrorum, quæ, hodie Comitatus vocamus. cap. 35. & ſequentibus, recenſet aquiſitionem civitatis, & Ducatus Nitrienſis. Dux Nitrienſis erat *Zubur*, ſub clientella Ducis Bohemiæ. Provinciæ habitatores fuere Slavi & Bohemi. Hi impedire conabantur, Hungaris ad Ducatum illorum ingreſſum, at demum in civitatem ſe receperunt, (vide cap. 37. Anonymi) in fuga Dux Zubur, ex accepto a lancea vulnere ab Hungaris captus, & cuſtodiæ traditus eſt. Captaque Nitria, Dux *Zubur*, ſupra montem excelſum laqueo ſuſpenſus eſt. *Unde mons ille*, ait Anonym. *ab illo die, uſque nunc mons Zubur nuncupatur.* Qua ororatione ſubſiſtet? Zventibaldum anno 894. Eremitis in monte Zobor ſe aſſociaſſe, dum mons iſte, poſt 905. circiter annum, nomen hoc eſt ſortitus. Profectò dum Hungari, terrorem tot nationi-

Digitized by Google

tionibus, Principibus, Regnis, Imperio utrique incuſſerunt, qui credam? occaſionem ducendæ vitæ Eremiticæ fuiſſe, in terris haud ſecuris & quietis, nec otio idoneis, ſive neceſſitatem militum ſpectes, ſive vitæ media, quæ otioſis, in ſimili occaſione deeſſe clarum eſt. Habemus ex Iſthvanfio, quâ præcipiti fugâ, ſeſe ſalvabant religioſæ turmæ, dum QuinqueEccleſiæ anno 1543. a Turcis occupabantur. Videmus hoc ex deſertis eorumdem monaſteriis, qui igitur credam, montem Zobor fuiſſe Eremitorium ſacrum. Sed omiſſis his. Proſequitur Anonymus: *Et propter hoc factum* (Ducis nempe Nitrienſis laqueum) *timuerunt eos omnes homines illius patriæ, & omnes Nobiles filios ſuos in obſides eis dederunt, & omnes nationes illius terræ ſe ſubjugaverunt — uſque ad fluvium Wag - - non ſolummodo ipſos ſubjugaverunt*, nempe Hungari, *verum etiam omnia caſtra eorum cœperunt* - - recenſet caſtrorum nomina, tum, *& ordinatis cuſtodibus caſtrorum, iverunt uſque ad fluvium Morava, & firmatis obſtaculis, conſtituerunt terminos Regni Hungarorum, uſque ad Boronam, & uſque ad Saruvar* &c. Hi fuère primi limites, ſucceſſive dilatati, & extenſi etiam ex parte illa.

Salanus *Dux*, quem conſideratis locis, quæ habuit, hodiernæ inferioris Sclavoniæ Ducem fuiſſe exiſtimo, ut facile idem, qui ſupra Branslavus a Scriptoribus Francis ſcribitur, ab Anonymo contracte Salanus exprimatur. Hic Ducatum ſuum, imo Regnum, uti ſupra extendit facile, quia ab Arnulpho curam Pannoniæ acceperat contra Zventibaldum, quam ut partem adjecit paterno ſuo Ducatui. Facili quoque negotio, Sclavoniam hodie inferiorem, quæ Bulgaris relicta fuerat, ab iis poſtea ſit conſecutus, dum adverſus Hungaros Bulgarorum Græcorumque accepit auxilia; dum item ab Anonymo cap. 43. occaſione belli cum Salano habiti caſtra Zabrag, Poſaga, & Ulcov, ſive moderna dialecto, *Zagrabiâ* (quam Branslavum tenuiſſe, & in ejus hanc fuiſſe Regno, ſupra ex fluviis deduximus pag. 78.) *Poſega, Valco*, aut malis dicere Valcovarinum, devaſtata fuère ab Ungaris. At conjecturam hanc, firmioribus fulcire nequimus fundamentis. Itaque Salanus, viſis Hungarorum progreſſibus, ſubjugatiſque per eos jam Ducatibus, Biharienſi, Tranſilvano, Nitrienſi, terris quoque abs ſe, dominio Hungarorum ceſſis, quas in Pannonia creditas ſibi acceperat, merito metuens de amittendo paterno Regno & Ducatu, *inito conſilio ſuorum* ait cap. 38. Anonymus, *miſit Legatos ſuos ad Imperatorem Græcorum, & Ducem Bulgarorum, ut ſibi auxilium darent cauſa pugnæ contra Arpad Ducem Hungarorum.* Obtinuitque magnum exercitum. Quo ad ſe, ad *Tetel* modo Titel adveniente, inito conſilio, per Legatos mandat Duci Arpad, ut terram eorum dimitteret, & ad natale ſolum repatriare inciperet. Audaci hoc nuncio, repoſitum ab Arpad & Ungaris: *Præcipimus Domino veſtro Duci Salano, ut dimiſſa noſtra terra, celerrimo curſu terram Bulgarorum eat, unde Proavus ſuus deſcenderat, mortuo Athila Rege atavo noſtro. Si autem hoc non fecerit, ſciat nos in proximo tempore contra eum dimicaturos.* Conclamatum ergo ad arma; pugnatum, victi Græci, & Bulgari, plurimique in Thyſciæ fluvio, dum fugerent, ſubmerſi periêre, ut Anonym. cap. 39. Poſt hæc: teſte cap. 40. ordinatum fuit Regnum: *Et in illo loco Dux & ſui Nobiles ordinaverunt omnes conſuetudinarias leges Regni, & omnia jura ejus, qualiter ſervirent Duci & Primatibus ſuis: vel qualiter judicium facerent, pro quolibet crimine commiſſo. Ibi etiam Dux condonavit ſuis Nobilibus ſecum venientibus, diverſa loca, cum omnibus habitatoribus ſuis.* Ut hinc videamus leges latas, donationes, cæteraque. Proſecuti ſunt deinde Salanum victum, ultra Danubium, quem trajecerunt, nullo contradicente, ubi fluvius Sava deſcendit in Danubium. Ad Albam Bulgariæ ſive Belgradum, Salani Ducis cognatus, cum magno exercitu ipſis occurrit, ſed amiſſis ſuorum pluribus, pluribus autem captis, civitatem eſt ingreſſus, ac ſequenti die, per nuncios ſuos deprecatus, pacem exoravit, datis donis, renunciatis Salani Ducis partibus, ſubjectione Ducatus ſui Hungaris, & annuorum vectigalium perſolvendorum pactione. Filium inſuper, tradidit Hungaris obſidem, eoſque ultro progredi permiſit, uti hæc cap. 42. Anonymus. *Egreſſi, uſque ad portam Wazil iverunt, & ex hinc egreſſi terram Racy ſubjugaverunt, & Ducem ejus captum, diu ferro ligatum tenuerunt. Hinc vero egreſſi, uſque ad mare pervenerunt, & omnes nationes illius patriæ, dominatui Arpad Ducis Hungarorum, potenter & pacificè ſubjugaverunt, & civitatem Spaletenſem ceperunt, & Totam Crovatiam ſibi ſubjugaverunt, & inde egreſſi filios Nobilium in obſides acceperunt.*

Hæc admodum generalia, quaſdam quæſtiones faciunt. Ima de porta *Wazil* eſt. Felix Petancius (Segniæ erat Cancellarius, uti Illmus Iſthvanfius in ſuis notis MSS. natione Dalmata Sibinicenſis, deinde ſub Vladiſlao Rege Hung. & Bohemiæ, Bibliothecæ Budenſis Præfectus) *in libello de itineribus aggrediendi Turcum* meminit bis, agnominis loci, primo: *difficile admodum via deſcenditur ad Marizam, hoc eſt Hebrum fluvium, & campos*

Digitized by Google

Philippopolis ſive Romaniæ, ubi hæc via inferior, diſtans a Scopia 230. millibus paſſuum, conjungitur cum ſuperiore: ex monte Vaſiglicza, ſive Rhodope, ad hæc plana progrediente. 2dò: Meminit in via ex Pannonia per Tranſilvaniam verſus Thraciam, & Pontum. *Ex his locis* inquiens, *declinando viam ad trajectum Bidiny & Nicopolis dirigentem, ad Lævam offert ſe Vaſillum caſtrum, medium ferme conſiſtens inter Valachiam majorem & minorem, quæ & Moldavia dicitur - - - Ex Vaſillo circiter 20. mil. paſſuum pertranſitur Iſter ad Brilagum, ſive Braillo oppidum.* Tertius locus eſt in Croatia *Woſil*, hodie *Boſſilievo* vocatus, viæ ad oras Adriaticas. Item ad Cſaſmam intra Glogonczam, & Cſaſmam fluvios, quod ipſum fors Anonym. intellexit portam Wazil, ob pontes in ſatis fluviis, atque portam ad Ducatum modernæ ſuperioris, tunc inferioris Sclavoniæ. *Racy* porro: *Racſa* nunc, fuerit. Ait enim Ducem ejus captum, & ferro ligatum diu, Hungaros tenuiſſe, quod de Branslavo foret intelligendum. Capitulum quoque Chaſmenſe, in ſuis habet litteris, *Racy olim, nunc Racſa.* Quem, dictorum locorum ſub Wazil deſignet Anonymus? ſtatuendi deſtituor fundamento. Ætate illa, Ducatus *Raſciæ* vix fuerit? Ex moderna *Racſa* (in qua plures Sclavoniæ Ducum, numi veteres eruerentur) facile ex monte Claudio, ad mare progredi potuerunt, & capta Spalatenſi civitate, reverti per Peturgoz, atque inde per Zagrabiam, Poſegam, & Valco. Et quia taceret Anonymus, habuiſſe eos reſiſtentiam, facile, hæc Sclavoniæ loca, in redditu e Croatia ceperunt. Hæc geſta fuiſſe, per *Bulſuu, Lelu*, & *Botond* narrat cap. 41. & ſequen. Anonymus. Plura caſtra & loca *Buſin* vocata in nominatis locis reperire nunc etiam eſt. Arpado fuiſſe morem, aquiſitas terras donandi ſuis belliducibus & militibus, ex Anonymo liquet. Creditu eſt, *Bulſu*, loca hæc obtigiſſe, tum ex caſtris, locisque Buſin, a Bulſu fors vocatis; cum quod in ſubſequis, Ducis Bulſu non occurrat mentio ſub Arpad. *Bulſu filius Bogat*, cap. 41. exprimitur. Conjectatio hæc, firmari videtur ex cap. 45. ubi: de excurſione in Bulgariam & Macedoniam: eſtque mentio Wacil & caſtri Philippi Regis, ſive *Philippopolis*, adeoque nominati a Petancio, ut ſupra. Si error typi, vel deſcribentis non eſt, dum Anonym. cap. 42. ſcribit *Wazil*, & terram *Racy*; cap. autem 45. *Wacil*, item: *ſub poteſtate ſua habuerunt totam terram a civitate Duraſu, uſque ad terram Rachy* non ſolum diſtingui videntur *Wazil a Wacil*; *Racy a Rachy*, ſed in *Racy*, Dux captus fuit. Ad *Rachy* autem pervenerunt, *uſque ad terram Rachy*. Neque hanc cepiſſe ſcribuntur. Verum hæc, argumentatio ſunt, & quædam probabilitas, haud autem certitudo & veritas. Ut quæſtio emaneat dubia. Secunda quæſtio eſt, & de nationibus, quas ſubjugârunt ad mare eundo? cum ſcribat: *omnes nationes illius patriæ - potenter*, ſive armis quaſdam, quaſdam per earumdem deditionem, *& pacifice ſubjugaverunt*, & de Croatia: ob verba: *& totam Crovatiam ſubjugaverunt.* Nationes ſunt Serbli, ſive Serviæ populus, ac pro ætate Anonymi Boſnenſes, Raſcy &c. Puto ego Anonymum *omnes Nationes*, ſenſu ſuæ ætatis intellexiſſe, prouti & *totam Crovatiam*, quæ ſæculo Anonymi, in Hungarorum ſenſu, Zagrabiam, Poſegam, Valco, non includebat, ob Ducatum Sclavoniæ, in quo mox nominata loca continebantur, ut infra dicturi.) Itaque Anonymus, *totam Crovatiam* accepit, ut ſua ætate & ſæculo conſiderabatur, excluſa videlicet etiam Dalmatia, & Sclavonia. Explicationis hujus ea quoque mihi eſt ratio, quia cap. 43. narrat: qua ratione Zagrabiam, Poſegam, Valco ceperunt, atque hæc, non includit Croatiæ, at, cum cap. 42. narrâſſet Hungaros ſibi totam ſubjugaviſſe Croatiam, cap. 43. narrat: *Hinc egreſſi*, nempe ex Croatia, *ſilvam quæ dicitur Peturgoz* (hodie Petrovagora) *deſcendentes, juxta fluvium Culpe* (nunc Colapis) *caſtra metati ſunt; & tranſito fluvio illo, uſque ad fluvium Zova* (hodie Savus) *pervenerunt, & tranſito Zova, caſtrum Zabrag* (nunc Zagrabia, quæ quod olim dicta ſit Zabrag, vel legere malis Czabrag, ſupereſt memoria, in Altaria unius Canonici Zagrabienſis, Chebreg vocata, proxima Capitularium Reſidentiæ, fundata a quodam *Perſin*, ex amitæ meæ Hellenæ, ſubſtantia) *ceperunt, & hinc equitantes caſtrum Poſaga, & caſtrum Vlcou ceperunt.* Ducem Sclavoniæ in *Racſa* captum ligatumque cap. 42. refert Anonym. qui ab iis dimiſſus credi poteſt, aut iis plene ſubjectus, dum in redditu e Croatia per Sclavoniam, nullus iis obex, neque ad Colapim, neque Savum, ab ullo poſitus, deſcriberetur. Cæterum cap. 42. Hiſtoriam ſuam firmat, dum ait: *Si ſcriptis præſentis paginæ non vultis, Credite garrulis cantibus joculatorum, & falſis fabulis ruſticorum, qui fortia facta & bella Hungarorum, uſque in hodiernum diem oblivioni non tradunt.* rejicit ibi rumores vanos, & nominatim, quod iviſſent uſque ad Conſtantinopolim, & quod *Botond*, cum dolabro ſuo, auream portam iſthic incidiſſet, de quo ait: *Sed ego quia in nullo codice hiſtoriographorum inveni, niſi ex falſis fabulis ruſticorum audivi, ideo ad præſens opus ſcribere non propoſui.* Patet hinc, Anonymum res ſuas, cum rerum examine, & recto judicio ſcripſiſſe. Quod inſuper opus ipſum firmaret.

Per-

Digitized by Google

Pergit cap. 44. Arpad ex Bodrug egreſſum, inſulam Sepel intraſſe; Domus Ducales erigendas ordinâſſe ibi, & *Agazonum Magiſtrum* conſtituiſſe Sepel, à quo nomen inſulæ. Iſthic ab Aprili ad Octobrem fuiſſe commoratum, tum partem exercitus miſſam fuiſſe ad vaſtandam Græciam, & Macedoniam, cujus ibi geſta deſcriberet. Ipſe autem Arpad, quod cum aliis progreſſus ſit ex inſula, ad fluvium *Racus*, trajectove Danubio, caſtrametati ſint ad aquas calidas (hæc modernæ Budæ & Peſthino convenire videntur) repertaque civitate Regis Athilæ, eſto ruinata, quod ibi epulati ſint & gaviſi, (lege cap. 46.) inde progreſſi, ut terram Pannoniæ ſubjugarent, *uſque ad fluvium Drava.* Arpad, *caſtra metatus eſt juxta Danubium, verſus centum montes*, puto ſcribi debere *Coecium montem*, diviſitque exercitum, cujus pars, ivit verſus caſtrum Borona, ſive Baranja; pars verſus Bezprem, ſive Veſprimium. Hæc, ut cap. 49. pugnando diutius. Demum tamen in fugam vertit Romanos, qui ad terram Tevtonicorum fugerunt. Arpad verò cepit caſtrum Ferreum, montem S. Martini, Sabariam, reſiduaque loca ad Rabam uſque. vide cap. 49. & 50. Quo capite, etiam natus ſcribitur Arpado filius, nomine *Zulta.* Et ſequentibus capitibus, Zultæ huic deſponſata filia *Menumorouth* Ducis Bihorienſis. Ac demum, quod Arpad anno Dominicæ Incarnationis 907. mortuus ſit, ac in civitate Athilæ Regis ſepultus, ubi poſt converſionem Hungarorum ædificata eſſet Eccleſia ſub honore B. M. V. quæ *Alba* vocatur.

IV. ZULTA filius Arpad, atque infantiam vix egreſſus, cap. 53. patri ſucceſſiſſe deſcribitur. Anno ætatis ſuæ tertio decimo, habitis comitiis, Regno conſultum eſt. En verba Anonymi: *Dux Zulta, cum eſſet tredecim annorum, omnes Primates Regni ſui, communi conſilio & pari voluntate, quosdam Rectores Regni, ſub Duce præfecerunt, qui moderamine juris conſuetudinis, diſſidentium lites, contentionesque ſopirent. Alios autem conſtituerunt ductores exercitus, cum quibus diverſa Regna vaſtarent. Quorum nomina hæc fuerunt: Lelu filius Toſu, Bulſuu vir ſanguinis, filius Bogat. Bonton, filius Culpun. Erant enim iſti viri bellicoſi & fortes in animo, quorum cura nulla fuit alia, niſi Domino ſuo ſubjugare gentes, & devaſtare Regna aliorum.* Proſequitur geſta Ductorum horum recenſere, nempe: *eos cum exercitu Caranthino* (itaque ſub Zulta Carantanum tenuère Ungari) per *Forumjuly* veniſſe in *Marchiam Lombardiæ.* Civitatem Paduam devaſtâſſe. Intraviſſe Lombardiam, hanc devaſtâſſe, multosque occidiſſe, *innumerabilis* inquit *multitudo Longobardorum, per Hungaros ictibus ſagittarum periit, quam plurimis Epiſcopis & Comitibus trucidatis.* Hos inter *Lutuardus* Vercelenſis Eccleſiæ Epiſcopus, dum cum opibus & incomparabilibus theſauris fugeret, captus, interfectusque eſt. *Stephanus* item, frater Waldonis Comitis, per Latrinam, ſagittæ ictu vulneratus, ea nocte extinctus eſt. Deinde Lotorigiam & Alemaniam devaſtaſſe ſcribuntur. Francos quoque Orientales in confinio Franconiæ & Bavariæ, multis millibus eorum cæſis, aliis in turpem fugam actis, & bonis horum acceptis, ad Zultam reverſi ſunt. Capite 55. refert: Anno quinto Cunradi Imp. *Lelu, Bulſu, & Botond* venia Zultæ, in partes Alemaniæ irrupiſſe, ſpoliaſſe, *ſed tandem Bavarorum, & Alemannorum nefandis fraudibus, Lelu, & Bulſu capti ſunt, & juxta fluvium Hin in patibulo ſuſpenſi, occiduntur.* Botond nihilominus cum aliis Hungarorum militibus, perſiſtendo, ſtragem immanem feciſſe, per totam Bavariam, Alemaniam, Saxoniam, & Regnum Lotharingiæ, horumque Duces *Erchargenum*, Erchardum, & Berthuldum, Bertoldum decolaviſſe. Tum Franciam, Galliamque expugnâſſe, & dum reverterentur victores, ex inſidiis Saxonum, magnam cladem eos accepiſſe. Ob occiſos indignè Lelu & Bulſu, Ducem Zulta, hujusque Primates, non modicum fuiſſe conturbatos, & Theutonicorum inimicos eilectos. Concludens, anno 931. Zultæ natum fuiſſe filium, quem *Tocſun* appellavit. Eodem anno, inimicos *Athonis*, ſive Othonis Regis Theutonicorum (cap. 56. ſcribit) necem Othonis fuiſſe machinatos; quod ut efficerent, per ſubmiſſos cum multo auro & dono, nuntios ſuos auxilia petiiſſe a Zulta. Hic, ut vindicaret mortem illatam Lelu & Bulſu, fœdera item non ſervata; exercitui, adverſus Othonem non negato, præficit Botondium, Zobolſum, Ircundium. Bavaria, Alemannia, Saxonia, Thuringia devaſtata primò. Tum Lotharingia, dein Gallia, Eccleſiis quoque ſpoliatis. Montibus *Senonum* tranſcenſis, *Seguſam* civitatem ceperunt. Deinde Taurinum, Lombardiam, & totam pœne Italiam ſpoliaverunt. In redditu juxta fluvium *Rhenum*, ab Othone, multos interfectos narrat, ſed demum fugatos fuiſſe, Botondii conſtantia Othonis milites, & Hungaros ad propria rediviſſe victores. Botond laboribus belli fatigatum, paulo poſt mortuum eſſe, ac prope fluvium *Vereucea*, ſive Verovcze vel Verocza ſepultum. Concludit caput hoc Anonymus: *Sed iſtud notum ſit omnibus ſcire volentibus, quod milites Hungarorum, hæc & alia hujusmodi bella, uſque ad tempora Tucſun Ducis geſſerunt.* Caput Anonymi 57. & ultimum, juvat totum exſcribere.

Digitized by Google

De Conſtitutione Regni.

„ Dux vero Zulta, poſt reverſionem militum ſuorum, fixit metas *Regni Hungariæ*. Ex
„ parte *Græcorum*, uſque ad portam *Wacil*, & uſque ad terram *Racy*. Ab occidente
„ uſque ad mare, ubi eſt *Spaletina Civitas*. Et ex parte *Theotenicorum*, uſque ad pontem
„ Guneil. Et in eisdem partibus dedit caſtrum conſtruere *Ruthenis*, qui cum Almo Duce,
„ avo ſuo, in Pannoniam venerant; & in eodem confinio ultra lutum Muſun, collocavit eti-
„ am Biſſenos, non paucos habitare, pro defenſione *Regni ſui*, ut ne aliquando impoſterum
„ furibundi Theotonici, propter injuriam ſibi illatam, fines Hungarorum devaſtare poſſent.
„ Ex *parte vero Boemorum fixit metas*, uſque ad fluvium Mora, ſub tali conditione, ut
„ Dux eorum annuatim tributa perſolveret Duci Hungariæ. Et eodem modo, ex *parte Po-
„ lonorum*, uſque ad montem *Tatur*, ſicut primo fecerat Regni ſui metam Borſu filius Bun-
„ ger. Et dum Dux Zulta, & ſui milites; ita radicati eſſent, tunc Dux Zulta, duxit filio
„ Tocſun uxorem, de terra Cumanorum, & *ipſo vivente, accepit juramenta ſuorum No-
„ bilium*, & filium ſuum Tocſun fecit Ducem & Dominatorem ſuper *totum Regnum Hun-
„ gariæ*. Et ipſe Dux Zulta, tertio anno Regni ſui filii de ergaſtulo corporis viam univerſæ
„ carnis egreſſus eſt. *Tocſun vero Dux*, cum omnibus Primatibus Hungariæ, potenter &
„ pacifice per omnes dies vitæ ſuæ, obtinuit omnia jura Regni ſui. Et audita pietate ipſius
„ multi hoſpites confluebant ad eum ex diverſis nationibus. Nam de terra *Bular*, venerunt
„ quidam Nobiliſſimi Domini, cum magna multitudine Hiſmahelitarum, quorum nomina
„ fuerunt: Billa ex Bocſu; quibus Dux per diverſa loca Hungarorum, condonavit terras;
„ & inſuper caſtrum, quod dicitur *Peſt* in perpetuum conceſſit. Billa vero & Frater ejus
„ Bocſu, a quorum progenie Ethey deſcendit, inito conſilio de populo ſecum ducto, *duas par-
„ tes ad ſervitium prædicti caſtri* conceſſerunt, tertiam vero partem ſuis poſteris dimiſerunt.
„ Et eodem tempore, de eadem regione, venit quidam Nobiliſſimus miles, nomine Heten,
„ cui etiam Dux, terras & alias poſſeſſiones non modicas condonavit. *Dux vero Tocſun* ge-
„ nuit filium *nomine Geyſam, quintum Ducem Hung.* Et in eodem tempore de terra Byſſe-
„ norum, venit quidam miles de Ducali progenie, cujus nomen fuit Thomizoba, pater Urcund,
„ a quo deſcendit genus Thomoy, cui Dux Tocſun dedit terram habitandi, in partibus Remey,
„ uſque ad Thiſciam, ubi nunc eſt portus Obad. Sed iſte Thomizoba vixit ad tempora S. Re-
„ gis Stephani, nepotis Ducis Tocſun. Et dum Beatus *Rex Stephanus*, verba vitæ prædi-
„ caret, & Hungaros baptizaret, tunc Thomizoba in fide vanus, noluit eſſe Chriſtianus, ſed
„ cum uxore Viuuros, ad portum Obad eſt ſepultus, ut ne baptizando ipſe & uxor ſua vive-
„ rent cum Chriſto in æternum. Sed Urcum filius ſuus Chriſtianus factus, vivit cum Chri-
„ ſto in perpetuum.

Utinam plures eſſent nobis ejusmodi Anonymi! utilibus unicè ſtuduit. Veritatem pro ſcopo habuit, non tacet, Bulſu & Lelu ſuſpenſos, aliaque tanta. Is eſt fundamentum, tot municipalium legum noſtrarum intelligendarum: ipſe Initii Hungariæ Regni, formatæque rationis Reipublicæ noſtræ, totque aliarum utilium, ac publicarum, ſive publici juris, rerum: providus collector. Profectò videmus hinc, Regni Hungariæ plenam libertatem, firmarique & demonſtrari illud legum, quod virtute ſua propria Regnum effecerint, nec ab ullo acceperint. Videmus Regni initia, longè ante Sylveſtrum II. multis autem ſæculis, ante Bulam Sylveſtrinam, cum hæc, ſæculo primum XVII. in lucem prodierit. Confundi non debet quæſtio hæc, quando? qua ratione? Regnum Hungariæ originem habet, cum quæſtione alia, quando nempe? quave ratione Chriſtianum effectum eſt? quando? & qualiter Orthodoxa Chriſti Religio, in Regno Hungariæ, ut ajunt prædominans, ac regnans evaſit? Quando, & qualiter in Regno Hungariæ, particularis Chriſti Eccleſia, accepit originem? & firmata eſt? Hæc diſtincta eſſe, omnis fatebitur. Cum Initiis Chriſtianæ Religionis, quis dicet initia Romanæ eſſe Reipublicæ? Quis rejiciet Ethnicos, & complures Chriſtianorum perſecutores, e numero Romanorum Imperatorum, negabitque anteceſſores Conſtantini Magni, ideo excludendos eſſe, e ſerie Imperatorum Romanorum, quod pax Fidelium a Conſtantino petatur, deſcribaturque. Anonymus noſter, nativitatem deſcribit Regni Hungariæ, illiusque deſtructis anterioribus Ducatibus extenſionem. Hoc autem modo, & Roma crevit olim, & Regna cætera. Deſcribit conſtitutam, ſub *Arpad* Rempublicam, & ſub Zulta firmatam, hujus magiſtratus, *Togæ*; pro adminiſtranda juſtitia, & *Sagi*, pro Reipublicæ defenſione. Deſcribit conſtitutos ſub Zulta Regni limites, nec Orientis, nec Occidentis Imperatoribus adverſantibus. Regnum identidem nominat. Nec in toto ſuo opere, Sylveſtri meminit, vel Bulæ Sylveſtrinæ, aut fuiſſe Italorum antea Hungariam, quam ſubinde Papa donâſſet Hungaris. Anonymus, ſi antiquior non eſt, Belæ IV. coævus fuit. Ego antiquiorem etiam inde arguo, quod

Belæ

Digitized by Google

Belæ Regis Notarius inſcribatur. Rex vero Bela IV. docentibus ſuis Diplomatibus, *Cancellarios*, vel *Procancellarios* exprimit, haud Notarios. Sed cujuscumque Regis Belæ, fuerat Notarius Anonymus noſter, evincit opus illius, Virum fuiſſe Reipublicæ ſtudioſum, doctum, modeſtum, providum, quævis cum rerum examine, pro una veritate, ſcribentem. Ob hujus, tanti operis exſcriptionem, & per typum communicationem, omnes quotquot ſumus, ſacræ Coronæ ſubjecti, ſpeciatim devotionem noſtram debemus, Auguſtæ & Apoſtolicæ Reginæ; Schwandtnero autem, immortales gratias; quas etiam ego illi, in cultu & veneratione perenni, ago quam maximas.

§. 2dus

Anonymi noſtri memoriæ, firmantur ex aliis, & explicantur. Præcipue ad Regiones has Sclavoniæ, Croatiæ, Dalmatiæ cognoſcendas.

I. Quæ mihi ſit, Anonymi Scriptoris noſtri, & domeſtici æſtimatio, ex adhuc recenſitis conſtaret. Deſideratur in eo, geſtorum ab Hungaris, per ſingulos annos relatio. At invenerit ille, in Cronicis domeſticis, ac Scriptoribus Ungaricis veteribus, defectum illum, quem in Chronicis aliorum, nunc quoque experimur; variationem videlicet in annis. Ut combinando Cronicas, & Scriptorum, ad annos determinatos, actorum, geſtorumque ab Hungaris affixionem, tanta ſit varietas, ex qua, eluctari prope nequimus. Proinde cum ſcopus Anonymi, haud is fuerit, ut periclitentur in fide Scriptores, ipſeque evadat, contentioſus Scholaſticus, verum unicè, juri publico Hungariæ Regni conſulere, proſpicereque ſtudens, ea taliaque collegit, quæ ſuo neceſſaria fuêre ſiſtemati. Hinc excurſiones quasvis Hungarorum, ut ſuo fini non neceſſarias, nec eorum bella pro ſcopo habens deſcribenda, complexus ultro haud eſt, quam fini ſuo, erat neceſſarium. Nec ſingillatim per annos progreſſus eſt, at ea, quæ oportebant ad cognitionem Reipublicæ, Ordine Primorum Ducum complectitur. Variationem Chronicarum, quæ vulgatæ ſunt hactenus tot numero, Chronologorum item, ii omnes, qui lectioni librorum ſunt dediti, nec jurârunt in ſectas, præ me ſciunt. Qui vero anteponunt negotia alia litteris, & quandoque tantum libros inſpiciunt, ſi Illuſt. Aſſemani Tom. III. legere voluerint, quæ ſit variatio, in annis de Hungarorum geſtis, intelligent. Cl. quoque P. Georgius Pray, optime de patria laboribus ſuis meritus, in plerisque inſinuat. Quare inſtituti mei non eſt, nec de annis movere litem, nec Anonymi noſtri hiſtoriam, ad chronologiam reducere, Verum unicè, quædam ſua dilucidare. Itaque

Almus Hungarorum Dux Anonymo primus eſt. Porphyrogenitus, adverſus quem excipi nequit, cum proximus his fuerit temporibus, ae 949. ſcribens. Is præterea, qui rerum harum cognitionem veriorem habere potuit, quæcumque ſpectentur. Meminit iſte Hungarorum, quos *Turcas* vocat cap. 38. 39. 40. & ſequentibus. Qui Anonymo noſtro *Cumani*, hi Porphyr. Chazari: Patzinacitæ huic, Anonymo Rutheni & Blachi ſunt. Profectò appellationis varietas, obſcuritatem non immodicam cauſat. Sed ex nominibus relatorum ab utroque, Hungariæ Ducum, quos Turcas unus, alter Hungaros ſcribit, hiſtoriam utriusque ad eosdem pertinere, tanto eſt clarius, dum ab Anonymo deſcribitur, cur? & quando? Hungari ſunt vocati, quod Porphyrogenito remotiori ignotum fuerat, unde hic eos appellat, ſuorum Græcorum more, Anonymus vero, occidentalium nomenclatura. Itaque cap. 38. Porphyr. Turcarum recenſens originem, narrat: a Chagano Chazariæ, miſſos fuiſſe legatos, ad Turcas, ut ſuum ad Chaganum mitterent Vaivodam, quem is Principem ſibi ſubjectum faceret. Vocabatur ad hanc dignitatem *Lebedias*, verum deprecans, Salmuzem ad hoc munus propoſuit. *Sed eſt alter* (ita Lebediam, inter cætera reſpondiſſe teſtatur Porphyrog.) *a me Boebodus* (ſive Waivodus) *Salmutzes nomine, qui & filium habet Arpaden nuncupatum: Horum ſive ipſe Salmutzes, ſive filius ejus Arpades Princeps fiat, tibique ſubjiciatur. Placuit itaque hæc oratio Chagano, virosque cum ipſo ad Turcas miſit, qui ubi cum iis ſermonem communicâſſent, viſum potius illis fuit Arpadem Principem conſtituere, quam Patrem Salmutzen, utpote digniorem, & prudentia, conſilio ac fortitudine inſignem, talique Principatui parem. Quem etiam ſolenni Chazarorum more ac conſuetudine, in ſcuto erectum Principem fecerunt. Et ante hunc Arpadem Turcæ Principem alium nullum unquam habuerunt. Ex cujus etiam poſteris ad hunc uſque diem Princeps Turciæ conſtituitur. Poſt aliquot vero annos, Turcas invadentes Patzinacitæ, eos cum Principe Arpade perſecuti ſunt. Turcæ itaque profligati fugientes, & terram ad ſedes collocandas quærentes, magnam Moraviam ingreſſi, incolas ejus expulerunt, ibique ſedes ſuas poſuerunt, tenentque etiam in hodiernum uſque diem.* Diximus pag. 84. convenire utrumque Anonym.

Digitized by Google

nym. nempe & Porphyr. *in cauſa*, motus Hungarorum e Scythia. Hic Porphyrog. occaſionem adjunxit, quod videlicet a Chagano ſint invitati, congruitque cum cap. IX. Anonymi, ubi *Almum* quem *Salmutzem* vocat Porphyr. pacem feciſſe cum Ruthenis, Cumanisque recenſet. Cum cap. item X. Anonymus ſuo ordine quævis narrat, & progreſſus Hungarorum deſcribit. Porphyrogenitus ab Arpad Primo Hungariæ Duce, vel incipit, vel nimis compendioſè ad eum pervenit, dum Anonymus, pro fundamentali hiſtoria, neceſſarias notitias inſeruit. *Almus* Hungarorum fuit Dux, quia e Scythia, eos eduxit, *Arpad* vero Dux primus fuit Hungariæ, ut ex cap. 13. Anonymi. Arpadi in Ducatum volente patre electio, ad annum 902. figi poſſe videtur, quia teſte Anonymo cap. 14. Arpad Dux anno 903. ad occupandam terram, quam necdum poſſidebant Hungari, exercitus ſuos, miſit. Quare Porphyr. de Hungaria hac, cujus Arpad Dux primus fuerat ſcribere, clarum evadit. Cæterum videtur ex Porphyrogenito argui, Arpadem, antea fuiſſe a Chazaris conſtitutum eorum Ducem, quod Anonymus quoque innueret, cap. nono & decimo, conſequenter Arpad. extendiſſet Ducatum, dum & *Hungariæ Dux*, patris primorumque Hungarorum voluntate, effectus eſt. Hæc firmari videntur ex cap. 39. Porphyrog. ubi narrat: inter Cabaros & Chazaros, orto civili bello, victos Chazaros ad Turcas ſe contuliſſe, & linguam Turcas edocuiſſe, quam in dialecto ſervarent. Capite 40. qua ratione Chazarorum anterior potentia ſit contrita, nempe: *Prima a Chazaris avulſa hæc Cabarorumgens eſt, quam dixi. Secunda Nece; Tertia Megere; quarta Curtugermati; quinta Tariani; ſexta Genach; ſeptima Care; octava Caſe. Atque ſic connexi ſunt inter ſe Cabari cum Turcis, qui Patzinacitarum terram incoluerunt.* Quamvis porro, quibusdam tantum memoriis, Porphyrogenitus contentaretur, nulla temporis ſervata ratione, tamen ſi cum Anonymo noſtro conferatur, qui fundamentalia jura & initia moderni Hungariæ Regni complexus eſt, cum Porphyrogenito convenit. Nomina propria, a quovis ſcripta aliter, pro more videlicet nationum dialecti. Porphyrogenitus Græcus, rationem ſervavit Græcam, Anonymus Latinam. Hinc quos *Cabaros* vocat Porphyr. Comanos Cumanosque vocat Anonymus, dum pluribus locis meminit, Cumanorum, qui pugnârunt cum Hungaris. Sic cap. 15. *Turzol* miles Cumanus, vocatur cap. 16. miles ſtrenuiſſimus, pro Hungaris pugnans &c. Anonymus noſter, ſuo ordine quos Duces ab ſe in ingreſſu compertos in Pannonia ſuperarunt, eorumdemque Ducatus, Regnum unum Hungariæ fecerunt, recenſet. Porphyrogenitus Regnum Chazariæ antea fuiſſe indicare videtur, quod dein per partes ab Hungaris, fuiſſet ruinatum. Interim quos hic exprimit *Nece*, *Megere*, *Genach*, *Caſe*. Anonymus indicare videtur per: *Nyr*, *Megieſinas*, *Genelſene*, *Caſu*, ut adverſari ſibi non videantur.

Quædam ex Porphyrogenito clariora ſunt, quam in Anonymo, ut: ex cap. 40. clarius advertimus nunc Belgradum, Sirmiumque ab Hungaris ſub Arpad fuiſſe aquiſitum, ac ex Anonymo, qui Ducum meminit ſuperatorum. Scribit enim Porphyrogenitus: *Turcæ ſedes poſuerunt illic, ubi nunc habitant. In hoc autem loco antiqua quædam monimenta ſuperſunt; inter quæ pons Trajani Imperatoris ad initia Turciæ, & Belgrada, quæ trium dierum itinere ab ipſo ponte diſtat, ubi turris eſt Sancti & Magni Conſtantini Imperatoris. Et rurſus ad curſum fluminis extat Sirmium, quod Belegrada abeſt duorum dierum itinere.* Clarius quoque habemus ex Porphyr. de partibus tum Magnæ Moraviæ vocatis, *cujus Princeps olim fuit Sphendoplucus*, aliis Zventobaldus, quod intra filios Zventobaldi: *poſt Sphendoploci mortem, anno uno in pace exacto, orto deinde diſſidio & bello civili, invadentes Turcæ, funditus eos extirpârunt, regionemque eorum occupârunt, quam in hodiernum uſque diem incolunt, quæque ſupererat multitudo, diſſipata confugit ad finitimas gentes, nimirum ad Bulgaros, Turcas, Chrobatos, & ad reliquas nationes.* Hæc cap. 41. Reſidua clariora ſunt ex Anonymo.

Adverſari ſibi videntur, quod Porphyr. Arpadi quatuor filios fuiſſe ſcribat: *Sciendum vero*, inquiens *Arpadem magnum Turciæ Principem filios genuiſſe quatuor. Quorum primus Tarcatzus; ſecundus Jelech, tertius Jutotzas, quartus Zaltan.* Anonymus, poſtremi hujus tantum, mentionem faciat, atque hunc, nempe Zultam, cap. 52. Ducem fuiſſe narret. Anonymus non negat, Arpado plures fuiſſe filios, ſed Zultam a patre, ut præpoſitum aliis, & ſupremum Hungariæ Ducem factum (dum pro ſcopo habuit Regni & Reipublicæ Hungarorum hiſtoriam) ut fini ſuſcepto neceſſarium, recenſet, vel ſolius Zultæ faceret ideo mentionem, quod iſte, ex legitimo thoro ortus ſit, cum ejus deſcribat nuptias. Differentia ſumma inter hos eſt: Quod Porphyrogenitus, dum ſupra deſcripſiſſet Arpadis filios, proſequatur: *Rurſus Arpade primogenitus, Tarcatzus filium genuit Tebele; alter Jelech: filium genuit Ezelech. Tertius Jutotzas, filium ſuſcepit Phalitzin, qui nunc Principatum tenet: Quartus Zaltas filium habuit Taxin.* Dum nihilominus, de Hungariæ *Rege Phalitzin*,

Digitized by Google

litzin, Anonymus nullam faceret mentionem. Hunc ſuo tempore Principatum tenuiſſe teſtetur Porphyrogenitus. Verum hæc conciliari poſſunt. Teſte enim Anonymo cap. 55. *Dux Zulta anno Dominicæ Incarnationis 931. genuit filium, quem nominavit Tocſun*, ſive Toxa, aut Doxa, ut variè exprimeretur. Hic patre in vivis agente, fuit Dux totius Hungariæ, ut Anonym. cap. 57. Quare *Palitzin*, totius Hungariæ Dux non fuerat, ſed partis alicujus; neque Porphyr. ait: Ducem totius Hungariæ. Vel Principatum tenuit in bellicis, pacificè enim vixiſſe Tocſun ab Anonymo deſcribitur; vel denique gubernatorem egit, ut rei hujus, adeſſent exempla in Joanne Corvino, Michaele Szilaghy, atque ex his motivis, Porphyrog. ſcripſit: *Phalitzin qui nunc Principatum tenet.* Enimvero cum Anonymus his in rebus fuerit accuratus, non video, cur Phalitzin exmiſiſſet, ſi hunc in cronicis veteribus Hungarorum, Ducem totius Hungariæ comperiſſet. Credo facile, Zultam mortuum eſſe, dum minorennis fuerat Tocſun, hinc donec hic attingat ætatem legitimam, Phalitzin gubernâſſe Hungariam. Quo anno ſcribere incepit Porphyr. ſua, ignoramus, facile dum ſcribebat Porphyrog. Tocſun erat ætatis imperfectæ. Zultam tunc non vixiſſe, teſtatur Porphyrog. dicendo: *Et omnes quidem Arpade filii mortui ſunt, ſuperſtitibus tantum eorum nepotibus Phale & Taſe, cum patrueli eorum Taxi.* Phale, idem ſi non eſt cum Phalitzin (quem tamen eundem puto) Porphyrog. hiſtoria obſcura evadit. Regnum Hungarorum temporis ſui, ſic deſcribit Porphyr. *Ulteriora vero, quæ omnia Turcis habitantur, cognomina nunc habent a fluminibus tranſcurrentibus. Eorum primum Timeſes eſt; alterum Tutes; tertium Moreſes; quartum Criſus; quintum Titza. Confines autem Turcis ſunt orientem verſus Bulgari; ubi eos Iſter fluvius, qui & Danubius dicitur ſeparat; Septemtrionem verſus Patzinacitæ; ad occidentem Franci; ad meridiem Chrobati.* Libertatem Hungarorum exprimit Porphyr. *Octo vero hæ Turcarum gentes, Principibus ſuis ſubjectæ non ſunt, ſed ſingulæ pro fluminibus, quibus diſtinguuntur, mutuo inter ſe contractu ſtatuerunt, quamcumque partem bello infeſtari contigerit, ei communiter omni ſtudio & cura ſuppetias ferre. Habent autem primum Ducem exercitus, Principem e Proſapia Arpade, cum quo duo alii Gylas & Carchan, qui judicum vicem obtinent. Et habet unaquæque gens peculiarem Principem; ſuntque Gylas & Carchan non nomina propria, ſed dignitates.* Profectò ex brevibus his intueri mihi videor, libertatem illam gentis condendorum ſtatutorum, ſub fœdere tantum, mutuæ adverſus Regni hoſtes defenſionis. Ducis primi officium, belli tantum occaſione fuiſſe, ad hunc nihilominus ex partibus appellari potuiſſe, dum Gylas & Carchan tales fuêre dignitates, *quæ Judicum vicem* obtinebant in aula Ducis, conſtituebantque ducalem curiam. Regnum denique fuiſſe hæreditarium, *habent primum Ducem e proſapia Arpade.*

Cætera juris Regni publici, ex Anonymo noſtro condiſcimus. Quædam referremus, ad Scriptoris hujus commendationem, videndamque antiquitatem, tot & tantarum Regni Hungariæ conſuetudinum. Itaque primò: In Pannonia veteri olim, tempore ingreſſus Hungarorum, ſequentes fuiſſe Ducatus videmus, nempe: *Tytulenſem*, cujus Dux Salanus tum fuerit. Iſte Sclavoniæ nunc inferioris Dux fuerit, dum caſtrum Zemlin, & alia in Anonymo videnda tenuit. *Byhorienſem*, cui præfuit Menomorout. *Ultraſylvanum*, cui Geleu Blachus præfuit. Poſt hunc Tuhutum. *Moldaviæ* modernæ, cujus Dux erat Glad. lege cap. 44. *Nitrienſem* Sclavorum, Bohemorumque egit Ducem Zubur. *Beſprimenſem*, qui Romanorum fuiſſe refertnr. Demum cap. 42. *Dux Racy*, ut opinaremur modernæ ſuperioris Sclavoniæ in Racſa reſidens fuerat. Hi ſeptem Ducatus in corpus Hungariæ Regni conſtituendum iverunt. His anterioribus Ducibus, ſucceſſiſſe alios ex Arpadi progenie, videtur affirmare ſupra Porphyr. Alii item Illuſtriores, ut *Hulec* avunculus Arpad Ducis, ex cap. 33. Anonymi, dum intra Principales Perſonas refertur. Anonymus Ducum unicæ Tranſilvaniæ meminit, atque horum recenſet deſcendentes, nempe *Tuhutum* primus Dux, qui genuit Horcam. Horca, Geula & Zumbor, prior defecit in maſculo, relictis tantum filiabus Caroltu, & Sarolt, quæ mater fuit S. Regis Stephani. Zumbor autem genuit Geulam II. ſive Gylam. Qui, Bue, Bivia, & Bucſne. Hoc deficiente S. Rex Stephanus ſucceſſit.

2dò: Comites Comitatuum, tum fuiſſe diſcimus ex cap. 18. &c. nam *Bors* Comes Borſodienſis, Huba Comes Nitrienſis ſub Arpad ponuntur. Congregationes Comitatuum particulares ex cap. 31. dum ibi: *Communi ergo conſilio ſociorum ſuorum, congregatione facta Civium, fecit foſſatam magnam, & Caſtrum fortiſſimum ædificavit, quod nunc Caſtrum Zobolſu nuncupatur.* 3tiò: Donationes, collationesque tum illico incoaſſe. Cap. 15. ab Arpad accepit *Retel* terram magnam. Cap. 17. dedit Arpad terras multas diverſorum locorum cum ſuis habitatoribus Edenec & Edumernec, quas etiam terras eorum poſteritas, uſque nunc habere meruerunt. Turzol per gratiam Arpad Ducis ubi Budrug deſcendit in Tiſciam aqui-

ſivit magnam terram. Huhot Cumanus cap. 28. Borſu cap. 31. qui fecit unum Comitatum. Lege ſi ultro Iubet cap. 32. 37. 44. 46. ubi & de hoſpitibus. 47. &c.

3tio: Baronum Regni, ut nunc vocamus, initia; æque ab origine petenda. Gylas & Carchan dignitates, ſive Regni Baronatus fuêre. Sepel Cumanus Magiſter Agazonum ut cap. 44. Anonymus. Plura quoque alia, ex Anonymo noſtro intuemur, quæ longum foret deſcribere. Cap. 19. notat: poſt Almum Ducem, qui egreſſus e Scythia fuerat, alios Hungarorum ſecutos fuiſſe, veniſſeque, nempe: *Uſubuu pater Zoloucu, & Velec; a cujus progenie Turda Epiſcopus deſcendit. Erant enim iſti genere Nobiliſſimi, ſicut & alii de terra Scythica egreſſi, qui poſt Almum Ducem venerunt, cum magna multitudine populorum.* Capite 43. vicinas nationes confluxiſſe, & pura fide ſubditos ſemet effeciſſe, ut hoc unum opponi queat, deſcriptæ ac exageratæ barbariei, quam quidam Hungaris attribuerant. Tot quoque Familiarum origines, ex Anonymo habemus. Ut Samuelem Regem Oba vel Aba vocatum nepotem eſſe Edenec & Edemurnec. Genus *Brugſu* deſcendere ex Ete, qui genuit Eudu & Boyta. Genus *Saac* ex Eleud, & hujus filio Zobulſu. Ex Glad Duce, deſcendere Ohtum, pluraque cætera, Genealogias illuſtrare queuntia. Quisquis utilium Regno & Reipublicæ rerum, amicus eſt: damnare vota, precesque noſtras non poterit, ut aliquando vel æqualis Anonymo in ſiſtemate ſcriptor; vel ejusdem continuator, Sacræ Coronæ Regnis, naſcatur. Hactenus de Regni Hungariæ exordiis, ſumus commentati.

Dicendum jam foret, de bellis Primorum trium Ducum, Almi, Arpad, & Zultæ. At quia præter opinionem noſtram, Notitiæ hæ Præliminares exurexiſſent; ideo ne cogamur alia omittere, de bellis geſtis ad ſcriptores alios lectorem remittimus. Cl. Pray plurima retulit, plurima ex aliorum chronicis, legi poſſunt. In quibusdam ſive excurſionibus, ſive bellis variant, præcipue in annorum determinatione. At error tantus non eſt, in anno & die, ſi epocha congruat. Scriptores plerumque, juxta ſiſtema computus chronologiæ a ſe acceptæ, annos poſuêre. Exigui ſunt, qui bellis geſtis interfuiſſent. Quare nos ad alia deſcendimus.

II. *De Croatia* jam dicendum venit. Verum defectu ſcriptorum, pelagum nobis intrare videmur. Ex iis, quæ notata apud diverſos reperio, dum ex inſtituto ſuoque ordine, ſcriptum eſſet a nemine, certitudo haberi nequit. Confuſio vero ea tantaque eſt, quam lugere malo, ac deſcribere. Hæc, potiſſimum a Scriptoribus eſt cauſata, quod quidam ex lubitu ſuo Croatiam extenderint, quidam confuderint Dalmatiam, Croatiam, Serviam, Sclavoniam, cæterasque vicinas Provincias. A nono ſæculo, Scriptoribus Francis ad Albim fluvium, Sclavonia eſt, *Sclavorum, medios quos Alba dividit amnis* Vide Ducheſn. Venetis, & Romanis, Narantani, & Croatæ Maris Adriatici, ultra Iſtriam Sclavi ſunt. Croatas æque hos ipſos vocant plurimi, plurimi cum Serblia confundunt. Interim conabimur præſtare ea, quæ poſſumus, ad tenebras diſſipandas. Eſt quoque permagna obſcuritas, ex Banis, Supanis, Principibusque. Ut diſtincta habebant jurisdictionis ſuæ territoria, ita reperto alicujus nomine, ſubito Croatiæ adſcribuntur, & adſcripti leguntur, aut Dalmatiæ. Quin ſæpe ob varia agnomina, ex gentis more, unus idemque, quaſi alter ponitur. Sed poſt aquiſitam ab Hungaris Pannoniam, res Croatiæ obſcuræ ſunt. Ex Anonymo noſtro, ea videtur fuiſſe Hungarorum cura, ut quæ olim Athila, Abares item poſſederunt, ipſi, ut ſua avita recuperent. Caret dubio, Sclavoniam modernam, Croatiam item, cum Dalmatia, Abarum, condam fuiſſe. Teſtatur quoque Anonymus, cap. 42. Hungaros Croatiam totam, cum Spalatenſi civitate, acceptis obſidibus ſibi ſubjugâſſe. Muratorius quoque Tom. 11. pag. 199. *Poſtea Croatiam invadunt*, videlicet devaſtata Carinthia. Verum ætate hac, ſive ſæculi X. initio, Croatia, Carinthiæ vicina non fuerat, quare Sclavonia creditur Croatiæ nomine accipi. Quamvis porro Hungari, Croatiam totam ſubjugaviſſe acceptis obſidibus ab Anonymo ſcriberentur, in ejus attamen dominio haud permanſerint; verum pactis fœderibus: & ſocietate mutuæ defenſionis (id quod ex ſilentio geſtorum bellorum inter Croatas & Hungaros, firmari videtur: latis quoque ſuppetiis ab Hungaris, dum Croatæ, cum Bulgaris bellum geſſiſſent, & a Croatis, dum Hungari adverſus Berengarium) Croatis, condendi æque ſibi Regni, modum, occaſionem, atque exemplum præbuiſſe videntur. Quod ſub dominatu poteſtateque Hungarorum Croatia non remanſerit videtur teſtari Porphyrogenitus, qui confinia Hungariæ deſcribens cap. 40. ait *Confines autem Turcis ſunt - - - ad occidentem Franci, ad meridiem Crobati.* Si dixeris hæc de ſæculi decimi medietate, ſive annum 950. accipi debere. Antea vero, Hungaros poſſediſſe totam Croatiam, firmari ex Anonymi cap. 57. quo Regnum a Zulta conſtitutum deſcribit, ubi reliqua inter: *Ab occidente uſque ad mare, ubi eſt Spaletina Civitas*, adeoque deſcripti a Porphyrogenito Hungariæ limites, ſuorum eſſent temporum. Dicam ego, Porphyrogenito teſte, haud aliter interprætari poſſe, deſcriptos ab Anonymo Regni Hungariæ limites, quam *unionis* ratione, *mutuo inter ſe contractu ſtatuerunt, quamcumque partem*

tem

Digitized by Google

tem bello infeſtari contigerit, ei communiter omni ſtudio & cura ſuppetias ferre. Sunt verba Porphyrog. In hoc ſenſu ac intellectu univerſa ab olim eſt Croatia, quæ ideo, *unitam ſemet, nulla vero ratione ſubjectam Hungariæ*, affirmat. Hoc firmari videtur ex Regum Titulis, qui ſe Reges *Hungariæ & Croatiæ*, ut diſtinctorum Regnorum inſcribunt: Hæc ex communi intellectu: hæc denique argui poſſe videntur ex Anonymo, qui ſupra memoratos Hungariæ Ducatus Dravo includit, nec ullius trans Dravani, vel trans Savani meminit. Eapropter cap. 57. Regnum Hungariæ aut pro amplitudine ætatis ſuæ, ſæculi nempe XII. vel XIII. aut ex factis per Hungaros excurſionibus, & ſub Duce *Zulta*, ſive vicinarum Rempublicarum ceſſionibus, ſive cum Hungaris, Croatarum Sclavorumque aſſociacionibus, Hungariæ Regnum accepiſſe, & deſcripſiſſe videtur. S. Rex Stephanus, dum Regem ſe, *totius Ungariæ*, evincentibus ſuis diplomatibus, inſcribere aſſolebat; videtur prætendiſſe Regnum Hungariæ eſſe, prouti Anonymus, de conſtitutione Regni cap. 57. deſcripſit.

Croatiæ Ducatus celebriores duos, unum videlicet in Dalmatia, alterum in Liburnia veteri, ante Hungarorum in Pannoniam ingreſſum viguiſſe, ſuperiora demonſtrant. Ab ingreſſu Hungarorum, Ducatus illi, in unum coaluiſſe deducuntur, qua ex unione, & Croatiæ extenſione, Regnum quoque Croatia effecta eſt. At recte obſervat ſcribitque Lucius lib. 2. cap. 8. *Quo tempore? occaſioneque Croatici Regni partes coaluerint? nulla memoria reperitur.* Nulla herclè certa & firma, ex defectu potiſſimum, publicarum utiliumque rerum ſcriptorum, qui de his ſoliciti eo minus fuerint, quod ſtudiorum ratio, lutea fereaque fuerit, haud ratione tantum Syntaxeos, at cumprimis rerum materiarumque tradi incoatarum, ad rationem privati magiſtrorum commodi. Lacuna hæc, prouti &, quis præfatorum Ducum Croatiæ? poteſtatem extenderit? & Regnum ſit conſecutus? ſuppleri nequit, niſi ex deductionibus, & nunc figi nequit, ultra probabilitatem ac opinionem. Itaque

Primò: Duces veteris Liburniæ, qui Venetis Sclavi ſunt, poteſtatem ſuam extendiſſe, & Croatiæ Regni, dominatusque poſuiſſe fundamenta, hosque evaſiſſe Reges, ex multis arguimus. 1mò: Quod hi cum Serblis viciniores fuerint, ad quos, ut omittam cæteros Byzantinos Scriptores, Porphyrog. teſte cap. 32. Petrus Goinici filius, patrui Muntimeri metuens impietatem, in Chrobatiam fugit, & ſequenti anno Patruelem Pribeſthlabum cum duobus ejus fratribus Principatu dejicit. Fuga ad vicinos Croatas, adeoque haud ad Dalmaticos eſt intelligenda, atque horum Croatarum viribus Petrus repoſitus fuiſſe cenſeri poteſt. Proinde ut major erat horum Croatorum audacia, & his, major militiæ neceſſitas, quod eſſent in continenti, ita cap. 31. vires eorum deſcriptæ habentur a Porphyr. Hi, circa 936. cum Bulgari Serviam invaſiſſent, omnemque a minimò ad maximum populum abduxiſſent, Serviam deſertum efficientes, Bulgaros in Croatiam erumpentes delevère, ut teſtis eſt Porphyr. *Porro circa illud etiam tempus Chrobatiam cum Alogobotur armata manu ingreſſi Bulgari, omnes a Chrobatis interfecti ſunt.* Sane cum tanta fuerit Croatarum horum potentia, ab his Croatiæ extenſionem, & Regni poſita initia arguimus. Occaſio etiam adfuit, cum Septennio integro, deſerta ſic fuiſſet Servia, ut *in ea Regione* (Porphyr.) *præter viros 50. ſine uxoribus liberisque, venatione victitantes*, tantum fuerint; dum Tzeeſthlabus Serviam reparare incepit, Romanorum Imperatorum ſub clientella. Lege cap. 32. Porphyrog. 2dò: Quod in monumentis, a Lucio exhibitis, Reges *Croatarum* primo loco ſe inſcribant, tum *Dalmatinorum*, quo ex facto argui poſſe videtur, Croatas Liburnicos, haud autem Dalmaticos, in Regnum elevâſſe Croatiam. 3tiò: Quia Dalmatia orientales habuit Catipanos, ut demonſtrant apud Lucium monumenta, ſic: *Regnante D. Conſtantino Duce, Magno Imp. Prioratum vero Jaderæ retinente D. Leone Imperiali Protoſpatario, & totius Dalmatiæ Capitano*, ideo Duces illius ad Regale ſolium non venerunt. 4tò: Superius retulimus, civitates maritimas, atque Dalmaticas, conſilio Baſilii annua tributa Croatis ſolviſſe, adeoque uti hi amplificando ſuo ſtuduère Ducatui, ſic per hos elevatam ad Regnum fuiſſe Croatiam, cenſeri poteſt. 5tò: Si verum eſt: ut Clariſſi. Lucius lib. 2. cap. 8. pag. mihi 79. eruit, non ſolum ex Thomæ Archidiac. cap. 13. ſed & ſcripturis; Dircislaum, primum fuiſſe, qui Regios titulos Dalmatiæ, Croatiæque obtinuit, recepitque Regiæ dignitatis inſignia ab Impp. Conſtantinopolitanis, circa annum 994. tunc Regni initia clara eſſent. Ex Dandulo autem, cujus verba iſthic exſcripſit Lucius, æque conſtaret; Dircislaum Dalmatiam non tenuiſſe, dum Creſimirus, *Jadram, & alias maritimas civitates Dalmatiæ, quotidianis incurſionibus inquietaſſe* refertur, adjuvantibus Dalmatas Venetis. At quia Doctiſſi. D. Paulus Ritter, in veritate detexiſſet, præſtantiſſimum alias, doctiſſimumque Lucium, in rebus geſtis Venetorum, cum Croatis, ſeu Sclavis, admodum variare; ſerviviſſeque rationi temporum, & quæſtioni, de Maris Adriatici Dominio; id, quod facile, a quovis erudito, & cum rerum examine Lucium combinaturo, depræhendetur, demonſtratque Ritterus opere MSS, *Offuciæ Lucy* inſcripto,

 Ideo

Ideo his in rebus, nec Dandulo, nec Scriptoribus cæteris, illico ac ſine ſingulari examine, ſubſcribi deferrique poteſt. Sane Danduli, adverſum Croatas affectus, & pro veritate rerum Croaticarum relatio videntur, dum iſthic apud Lucium anno 1018. Creſimirum, *Croatarum Pærſidentem* appellat, quem nihilominus Regem fuiſſe conſtat; nec veritatem hanc, obſcurari a Dandulo debuiſſe, veritatis ſinceri amatores, agnoſcent. Idem Dandulus apud Lucium lib. 2. cap. 4. dum fateretur: Croatis ſolutum fuiſſe per Venetos cenſum, Ducem Croatarum, *Judicem* ſcripſit, ait enim: *Per idem tempus Chroatarum judex, propter denegationem cenſus, Venetis moleſtias inferre conatus eſt* &c.

2do: Hujus quoque Croatiæ Duces, poteſtatem Dominatumque Croatici nominis & Regni extendiſſe, vel inde conſit, quod Dalmatæ, Croaticam originem depoſuiſſe arguantur, dum ſe Dalmatas, Dalmatarumque ſub nomenclatura (quaſi diſtinctæ a Croatis forent originis, dum moderni Croatæ, ab iis in has oras ſeceſſerunt, ſuntque illorum deſcendentes) eſſe volunt. Cæteris item, paulo ante relatis. Unde, quemadmodum ſtudioſi fuiſſe, extendendæ amplificandæque Dalmatiæ ſuæ, non eruuntur; ita ſuſtineri nequit, ab illis Croatiæ Regnum ſurrexiſſe. Imo dum Croatis, tributa eos ſolviſſe ex Porphyrog. pateret, per illos amplificatum extitiſſe Croatiæ Regnum, quis ſibi perſuadeat? ſed ſub Porino Principe, præter Zupanos undecim, Banum quoque, hoc eſt confiniorum & militiæ ſupremum Præfectum, his Croatis fuiſſe ſcimus. Dalmatici autem civitatum habitarum territoriis, vixere contenti. Quare primum, vicinos ſibi conjungere adlaboraverunt, videlicet Narantanos, Zachlumitas, Terbunianos, Canalitas, quibus proprios Banos, Ducesque haud negârunt, ſuisque legibus, ac uſibus eos vivere permiſerunt, adjutorio mutuo contenti, atque provocatione, ad Croatiæ Principes. Hinc ſurgit, debetque intelligi potentia illa Croatarum, quam Porphyrog. cap. 31. deſcripſit. Studium prudens aptumque, extendendi ſui dominatus, in aquirendo maris Adriatici dominio poſuêre, quod etiam eos obtinuiſſe, & tenuiſſe, ſuo loco refferemus. Succeſſive complura pro mari Adriatico geſſere cum Venetis bella, quæ Scriptores Veneti ſilentio non obvolvunt, quamvis illa videatur eſſe ratio, quod cum Sclavis geſta fuiſſe ſcribant, haud vero cum Croatis, vel Dalmatis; ne vel umbra ſuperſit, ſive Dalmatis, ſive Croatis, renovandæ veteri, de Maris Adriatici dominio, quæſtioni. In Serviam quando? & qua occaſione ſuum extenderunt dominatum, ſupra recitavimus. Neque memorias Croatarum bellicas, hic deſcribimus, ultra neceſſitatem, nec Annales Croatarum ſcribimus, ſed præliminares notitias, ſiſtemati noſtro neceſſarias, & lumen quodam allaturas, ad intelligendos, interprætandosque ritè ſcriptores exteros, atque ad elucubrandam feliciori præ me ſcriptori, partium harum hiſtoriam ſubſidia.

Cum Hungaris quoque unitos fuiſſe, ſuperius retulimus, & confici videtur ex bellis, per Hungaros geſtis in Italia, Carantano, Iſtria. Enimvero creditu facile, Hungaros, navibus unitorum ſibi Croatarum, in Italiam conceſſiſſe, tum quod hi, caruiſſent navibus, cum quod Croatis incommoda quæpiam allata ab Hungaris fuiſſe, ſcribi ab aliquo non reperiam. Hinc facile, e Sclavonia, ad Liburnicas oras Hungari pervenientes, Italiam, cæteraque loca ſunt deprædati. Qui de his noſſe cupit, legat Pray, Schönleben, Aſſemanum Tom. IV. &c. Admonere volui: Si quiſpiam apud Schönleben legerit, ex MS. Labacenſi, *Hungâri a Dalmatis ſtimulati, nova denuo moliuntur, quos Henricus Cæſar, iterato adortus caſtigat, unà cum Dalmatis ſeditionis authoribus*, non exiſtimet hæc, de noſtris Dalmatis refferri, verùm, monente quoque Schönlebenio, de Dalmatis, in Miſſnia reſidentibus, ut ibi clarius deduceretur. Illm. Aſſemanus Tom. IV. pag. 325. in notis, quibus, res geſtas ab Hungaris, probat ex duplici codice Vaticano prætendit: poſt cæſos ab Hungaris Duces ibi nominatos, & Patriarcham Aquilejæ fugâ ſalvatum, exinde ſpoliata Carinthia & Stiria, poſtea eos Bulgariam ſpoliâſſe. Temerarium foret, negare: hæc in Codicibus ita ſcripta non eſſe; at dum ſic ſcriptum eſt, codices illos poſteriores multum eſſe, vel inde conſtat, quod Ducatus Ducumve Stiriæ, vel etiam Provinciæ, ſæculo decimo non eruantur memoriæ, quamvis ſucceſſive, & Stiriæ nomen, & Ducatus clarus ſit, ac evidens.

Profectò incredibile eſt occaſione gravium & diuturniorum Berengarii motuum; item devaſtationis illius, quæ ad Juſtinopolim ac Tergeſtum cauſata ab Hungaris deſcribitur, ut Joannes II. Epiſcopus Tergeſtinus civitatis Tergeſtinæ dominium vendidiſſe pro 500. marcis ſcribatur, vicinos Croatas, ita quietos fuiſſe, ut nulli partium fuiſſent ſtudioſi. Ego ex Anonymo noſtro, Hungaris eos adſtitiſſe opinor. Quamvis autem circa annum 952. Berengarius, in Auguſtanis Comitiis, die 7. Auguſti, ſub conditionibus annui tributi, & juris clientelaris exhibitione, reconciliatus Ottoni deſcribatur, ceſſis quoque Marchionatibus Aquilejæ, & Veronenſi, qui Henrico Bavariæ Duci, collati fuerant; Parte Forojulii, Patriarchæ Aquilejenſi conceſſa; tamen cum anno ſequente, civiles motus Ludolphi Sveviæ Ducis, ac Regis Otto-

nis

Digitized by Google

...is filii, ſociis Conrado, aliisque deſcribantur, quos motus rogati ſuſtentabant Hungari, erumpendo ut ait Otto Friſing. Locuſtarum inſtar. Flodoardus autem, eruptionem hanc deſcribens, tantam fuiſſe multitudinem narrat, quantam tunc temporis viventium hominum nemo, ſe antea vidiſſe, in ulla regione profitebatur, & Noricorum Regionem a Danubio flumine, uſque ad nigram ſylvam, quæ pertinet ad montana, ſimul devaſtando, eos occupaviſſe. Hæc multitudo ex ſola natione Hungarica, ob anteriores etiam clades, frequentius, ut res belli ferunt, acceptas; congregari non potuit, itaque ex conſtituto Hungariæ per Zultam Regno, pag. 90. relato, fuerit congregata. Hinc Sclavi, Croatæ, Tranſilvani intra Hungaros numerari poſſunt, ut conſtituti Hungariæ Regni, membra. Otto Divina ope, evaſit ſuperior. Sane poſt acceptam hanc cladem, Hungaros quieviſſe, multi volunt, at bella, quæ geſſerunt, cum Græcis & Bulgaris fuiſſe narrantur. Interim conſideratione illorum, quæ a diverſis referuntur Scriptoribus, ad cognitionem rerum devenire, prope deſperatum eſt. Blondus apud Lucium vult: Ottonem, priusquam iviſſet Romam, quod ad annum 961. quidam collocant, *copiis Adriatico traductis Sclavoniam ac Dalmatiam invaſiſſe, magnaque illis in Regionibus Græcorum præſidio deſtitutis, rerum præda, & mortalium cæde commiſſa, Romam ſe contuliſſe.* Hæc ſi ita ſunt, cum poſt cladem illam ab Ottone illatam Hungaris, evenire debuerint; aut partes hæ vacuæ deſertæque extiterant; aut ad hodiernam Sclavoniam, trahi non debent, verùm de Narantanis & Croatis maritimis intelligenda eſſent. Scio apud Schönleben per Alpes Julias, Ottonis Romam inter deſcribi, apud Lucium vero; Narantanos Ottoni adhæſiſſe, ac e monte Gargano anno 969. Saracenos expuliſſe. Sed hæc ipſa, pluraque cætera, cum aliis combinata, obſcuras reddunt Regionum harum notitias. Culpa non caret Otho, ſi Regionum harum evaſit Dominus, quod ſic eas neglexerit, ut Dircislaus ſe in Regem, & Croatiam in Regnum paulo poſt elevare potuerit, gratia Impp. Conſtantinopolitanorum. Sed dum hæc non examinamus, omiſſa ſunto.

Duces ac ſucceſſivè Reges Croatiæ, mirabili vel artificio, vel providentia, coluerint Imperatores utrosque. Equidem ſub Henrico circa annum 935. occaſione inſtitutorum Magdeburgi equeſtrium Ludorum, quibus Nobilitas ad arma tractanda, & frangendos hoſtium impetus habilior redderetur, apud Schönleben interfuiſſe leguntur, reliquos inter *Dux Croatiæ, Dux Bohemiæ, Marchio Auſtriæ, & Marchio Moraviæ, Marchio Iſtriæ Wintherus &c.* Apud Lucium autem, in diplomatibus, aliisque monumentis, ſive honoris cauſa, ſive clientellæ, nomina & mentio Impp. Conſtantinopolis præmiſſa leguntur, imo ab his, Regiæ dignitatis inſignia eos accipere ſolitos, in Lucio videre eſt. Non ſolum Hungaros coluere, ac iis conjuncti fuère; verum vicinos quoque Duces, ac Epiſcopos, ut iterum ex monumentis apud Lucium videre eſt; ubi, Archi-Epiſcoporum & Ducum ſubalternorum, nomina in exordio leguntur: ut *Regnantibus - - - Magnis Imperatoribus - - Reſidente etiam in ſede Beati Domnii - - una cum D. Florino Principe Spalati & Clyſi.* Item: *D. Leone Imperiali Protoſpatario & totius Dalmatiæ Catipano* &c. ut arguantur arte quadam, ſemet elevaviſſe: Duces cæterosque pro fœderatis tantum habuiſſe, quemadmodum etiam Hungari, uti ſupra ex Porphyr. obſervavimus.

Extenſionem dominatus Croatarum, poſt Hungarorum in Pannoniam ingreſſum, firmatasque ſedes, & conſtitutum Regnum, certius arguimus ex diplomatibus, ab Eruditiſſ. P. Eraſmo Frölich in Diplomatariis ſacris Ducatus Stiriæ exhibitis, ac Viennæ editis. Ex his, primò, tot Scriptorum errores, in notitiis Bojoariæ & Carinthiæ hactenus exhibiti, corrigi debent. Ex iisdem arguimus: Croatas, quacumque demum modalitate, ante annum 985. ad Muram uſque fluvium dominatum ſuum extendiſſe, ac terras prope hodiernum Leobium, tum Liuben, aut Leuben, vocatum, poſſediſſe. Muram fuiſſe iſthic terminum, Carinthiam a Croatia ſeparantem. Sed poſt bellum illud civile, cui ſemet immiſcuerant Hungari cum Croatis, cæſique ab Ottone ſunt, conſtitutis novis limitibus, & Bojoariæ ducatu diviſo, datoque Carinthiæ Duce proprio, detractum Croatis, ex partibus illis fuiſſe. Enimvero ſub Nro IV. exhibetur diploma, de anno 960. aut legendum ſit 961. ubi Otto, cuidam Clerico Dieprechto, confert prædium, inter duos montes Curolton Acoziæ, a vertice montis Zuueclopruc Klopru ad villam Bulchſiſſe, in *Pago* Crauvati, & in miniſterio Hartungi Comitis, cum omnibus ad idem prædium juſtè & legaliter pertinentibus &c. Hoc indicat Crovatos iſthic antea fuiſſe confines. Eſt enim genti huic in more, in limitibus pagos ponere, pro tutandis, vel ſi ferrat occaſio extendendis limitibus. Hinc dum pagus integer Crovatorum, Frölichio teſte, Leobium inter & Knitelfeldam ſitus, atque amplior, ut Comitem, ſive Præfectum proprium obtinuerit, habueritque, præfatos item inter montes extenſus fuerit, antea illum Croatarum fuiſſe dubitari haud poſſe videtur. Verum poſt bellum illud civile, vel ob ſeparatam Carinthiam a Boiis, per pacta, Ottoni obtigiſſe; vel ut deſertum locum, variis fuiſſe donatum. Qui vero

Digitized by Google

vel poſiti, vel uſurpati fuere hac occaſione, Croatiam inter & Carinthiam limites, conſtituere nequeo.

Iſtud proximum certitudini eſt, Croatas ad Aquilejam prope ſeſe extendiſſe. Duces enim Meraniæ, vel mavis Maranæ, cum Croatis uniti fuêre, ut Croatenſis Eppi jurisdictio, Thoma Archidiacono teſte, per totam Maraniam extenderetur. Deinde clientelares fuêre Hungariæ Regum, ut ſuo loco dicetur. Neque fingunt hæc ſcriptores noſtri, ut quidam audacter dicerent. Hac enim ratione, quævis pro fabula venient, & quis egit judicem, inter ſcriptores noſtros, & vicinarum Provinciarum. Carniolia, inferior nunc dicta, eximi hac ætate a poteſtate & Ducatu Croatiæ, nequit. Tum ideo, quod nunc etiam, oras Metling, vulgo Meklica, Albos Croatas vocitent, extentque tam Regum Croatiæ, quam & Hungariæ de partibus illis monumenta, Croatica & Latina, & nos infra quædam referemus; cum &, quod *Ulricus Dux* Carinthiæ poſt annum 1256. ſeſe primus, *Dominum Carniolæ* inſcripſerit, ut obſervavit Frölichius, & veritatis amore reflexerit, probans hoc Dipl. XX. Runenſium. Quare Duces illi Carnioliæ, a Schönleben, ex lubitu ſuo, Ducatu Carnioliæ donati, & deducti ex: *fors, creditu facile, eſſe potuit*, quam firmo ſtent fundamento? Lector judicet. Affectui ille plus attribuit, ac veritati. Profectò extat (fide Cl. D. Adami Raicſani) Donatio Belæ Regis, anno Chriſti 1263. VII. Idus Januarii facta, qua Bela Rex, anno Regni ſui 28. Nobili viro, Mgro *de Bogud* Præpoſito Zagrabienſi, chariſſimi filii ſui Belæ, Ducis totius Sclavoniæ, Cancellario, contulit dominium Carnioliæ ſive Cramburg in Carinthia ſituatum, ubi exprimitur: quod Domina condam Duciſſa Catharina, Duciſſa Carnioliæ, Domini Ducis Meraniæ filia, matertera fuerit, præfati Belæ Regis. Hæc in anteriorum robur, exhibemus. Infra, ſuo loco uberius. Sed ad fluvium uſque *Horvatczka*, Croatiæ limites fuiſſe, argui videtur ex nomine fluvii, ab inde per Roich monteſque illos (ut etiam rei hujus adeſſent monumenta) trans Dravum ipſum, ad fluvium Mura, ac per hujus defluxum fors plane ad Legrad, ubi a Dravo recipitur, Croatiæ limites hac ætate fuiſſe, opinandi probabilia motiva ſunt. Hi deinde arctati mutatique ſequentibus fuêre ſæculis. Quod cis muram erat, a Marpurg moderno, in parte cis atque trans Savum, Dravum item, & a Legrad per Dravum, hac ætate Ducatus fuit Sclavoniæ, ut iterum monumentis, nec ſæculo poſterioribus demonſtrari poteſt. Quare patet, audacius quam verius, ſcriptores Hungariæ vel rejici, vel rideri, dum res Regni ſui & Coronæ, pro veritate deſcribunt.

Duces Croatiæ hujus refferendi forent. Verum ob complures Ducatus, item Banatus, Ortographiam atque dialectum variam, confundentibus omnia Scriptoribus, prope impoſſibile eſt, eos pro veritate eruere, atque propriis eorumdem Ducatibus, aut Banatibus, in tanta confuſione reſtituere. Legendi ſunt, hoc in argumento, Lucius, Farlatus, Aſſemanus Tom. IV. ac reliqui. Quare omiſſis Ducibus, cum Dircislaus Croatiam in Regnum elevâſſe, conſenſu omnium perhibeatur, ad finem ſæculi hujus decimi, ab eo, ut primo Rege, nova venit Croatiæ Periodus, de qua infra dicemus. Jam de Sclavonia.

III. Sclavonia hæc, ſub Bulgarorum quod fuerit poteſtate, ex ſuperioribus liquet. Partitam fuiſſe pag. 76. & ſequentibus retulimus. Quare a medio ſæculi noni, a Ducibus ſuis, quos habuit, ſuperior inferiorque vocata eſt. Illa, ſenſu, ſæculi hujus, utpote orientalior, noſtro Anonymo teſte, Rhenanum Ducem habuit, poſt hunc Ratimarum II. ut a latinis exprimeretur, ac Salanum, qui tempore irruptionis Hungarorum, eidem præfuit. Hunc fuiſſe ſub clientela Bulgarorum, deſcripta ſuperius ex Anonymo, evincunt, præcipue dum deſtructo Ducatu ſuo, ipſe fugit ad Bulgaros, ut cap. 39. Anonymus. Ducatum Salani, Regno Hungariæ conjunxiſſe Arpadem, & poſtea Zultam caret dubio, non ſolum ex Anonymo, conſtitutisque Regni Hungariæ limitibus; ſed quod Sclavoniæ Regni, nulla ſit mentio in titulis Hungariæ Regum, uſque ad ſæculum XV. quod item: Ducatus Hungariæ, Sclavonia conſtanter fuerit conſiderata, & Regum filii, Sclavoniæ Duces extiterint, ut infra docebitur. Quia vero Porphyr. teſte, Anonymo item, Hungariæ Regnum ab origine ſui, Duces non excluſiſſet, qui ſub S. Stephano Regni Principes vocabantur, ut cap. 4. Decr. I. ac in ejus Diplom. Duces exprimuntur; ideo quis Salano? ab Arpad, datus fuit Sclavoniæ Dux & ſucceſſor, demonſtrare nequeo, conjicio: ex loco ſepulturæ, *Botondium* fuiſſe, eoque Veroczam delato ad tumulum, filium ejus *Culpun* ſucceſſiſſe. Monebamur a religioſo quodam viro, bonarum utiliumque litterarum amantiſſimo, an non *Bogat*, Dux Sclavoniæ illius fuerit? cum ad Quinque-Eccleſias, nunc etiam pagus Bogat eſſet, qui fors nomen Ducis, ejuſdemque olim poſſeſſionem & locum extitiſſe indicaret. Comites Comitatus Baranjenſis, Ducibus Sclavoniæ paruiſſe, deducitur ex tot inſtrumentis, quibus, ut teſtes inſerti ſunt. Verum, cum pagum illum Bogat, ejus antiquitatis haud eſſe, cenſeri vix poſſit, ob deſolatas a Turcis partes illas frequentius, determinare rem hanc nequeo, etiam ob cap. 41. Anonymi, quô uterque Bogat

gat

Digitized by Google

gat nempe & Botond, excurriſſe ad Sclavoniam hanc, redeundo e Croatia, recenſentur. Dum ergo Sclavonia tum ſuperior, ut pars Regni Hungarici, habita fuit, de illa ultro dicere, mei non eſt inſtituti.

Sclavoniæ vero tum inferioris, quia occidentalis, qui fuêre limites? ſuperius dictum. Poſt diviſionem, Dux primus fuit *Privina*, 2dus *Hecilo*, 3tius *Branslavus*, & ſupra a pag. 76. edoctum eſt. Branslavus, ſucceſſorem quem nactus ſit? fueritne idem ipſe, qui *Racſa* ab Hungaris captus ligatusque eſt? eruere fundatè non potui. Cl. Farlatus *Michaelem* credit ex Dandulo circa 910. Sclavoniæ fuiſſe Ducem. At errorem egregiè evincit Illm. Aſſemanus. Quare veroſimile admodum eſt, hanc quoque tum inferiorem vocatam Sclavoniam, cum Hungaria fuiſſe unitam, effectamve Ducatum unum, atque Hungariæ conjunctam. Enimvero nulla adſunt indicia, Croatis fuiſſe permiſſam, partem hanc Sclavoniæ, neque inter Zupanos Croaticos, ulla eſt memoria, Zupani alicujus, qui ſive Zupanus, ſive Banus harum fuiſſet partium. Sed neque edoctum eſt hactenus, Sclavoniam hanc, ſive ad Bojoariam, ſive Carantanum, vel Ducatus Maraniæ aut Iſtriæ, ſæculo hoc decimo pertinuiſſe. Quin Continuator Reginonis apud Schönleben, ait, de Henrico Imp. *Eodem anno Slavos, qui Uncrani vocantur, hoſtiliter invaſit, & vicit, ſibique tributarios fecit.* Hoc Schönleben ad annum 934. collocavit. At quocumque factum eſt anno, ſicut *Uncrani Slavi* explicari nequeunt, ac vel ab *Vunna fluvio*, vel ab Ungaris quibus parebant; ita hæc, brevis licet memoria, indicare videtur Sclavoniam hanc, ſub Hungarorum fuiſſe poteſtate. Schönleben prædictum textum, inferiori modernæ applicat Carnioliæ, Bertholdum (quem a Botond occiſum retulimus) Ducem Carnioliæ aſſerens. In litem non deſcendo; dico nihilominus, ſi etiam de Carniolia, poſtrema verba *Crani* interprætanda ſunt? cur vox initialis *Un*, ſub poteſtate Ungariæ, inferiorem Carnioliam non fuiſſe? non denotabit. Infirma quidem eſt, ex nominibus atque vocibus argumentatio. At ubi clariora deſunt, audiri poteſt. Sane ſi Sclavoniæ hæc, modo ſuperior, tum vocata inferior, pars Regni Hungariæ non extitit, eccur ab olim innumera ſunt locorum agnomina, quæ Ungaricum dominatum & Regnum indicant, ut *Scytharo*, vulgo Cutel. *Vugrovcz*, aut Ugrovecz. *Belovar*, *Hùn*, modo Hum, *Peſzervar* innumeraque e monumentis alia. *Colapis Colops* fluvius, fors a Botondii filio *Culpun*, nomen *Culpa* ſortitus eſt. Si hoc ita; Botondius, ac poſt hunc Culpun, Sclavoniæ hujus Duces fuiſſent. Accedit a Porphyr. Hungariæ limitem, atque a meridie vicinos, Croatas ſcribi. Sclavonia igitur, Hungariæ Regno conjuncta fuit, utpote intra Croatiam & Hungariam media. At ſatis ingenio, argutiisque immolatum.

Vereor ego futuros pleroſque, qui præmiſſa omitti a me debuiſſe judicabunt. Cauſam petent ex innani quæſtione illa, quæ in tot Generalibus Sacræ Coronæ Comitiis, ſive Diœtis, magnis animis agitata eſt, an nempe Sclavonia ad Croatiam, aut Hungariam pertineat? hinc appellari utrum debeat, Regno Hungariæ *ſubjecta?* vel unita? Alibi de quæſtione hac, ſum ex inſtituto commentatus. Nunc dicere ſufficiat; nedum Sclavoniam, ſed & Croatiam totam, legitimi eſſe juris Sacræ Coronæ, atque huic, hujusque Regibus, æque eſſe ſubjectam. Aliud autem eſt *Jurisdictio!* an nempe territorio & jurisdictione, diſtinguantur. Hoc ex municipalibus legibus, tot tantisque diplomatibus, atque uſu tot ſæculis præſcripto, luculentum, patensque eſt, ut cuivis demonſtrare, paratus ſum. Quare dum veritati ſtudeo, vitandisque confuſionibus, repræhendi & culpari juſtè nequeo, dum Sclavoniam Croatiamque; partem & membrum Apoſtolici Regni conſtituo, lege, conditioneque illa: ut diſtincto proprioque quævis pars, gaudeat territorio; quævis ſuam exerceat jurisdictionem. Hungaria a Comite Palatino, Sclavonia & Croatia, a Banis ſuis ita dependeat; ut nihilominus utraque, Sacræ Regni Coronæ, Regibusque Apoſtolicis ſit ſubjecta. Originem rei hujus ſi petas: Ex Porphyrogenito eam videas, pag. 93. *octo vero hæ Turcarum gentes* &c. Si cauſam: illa eſt, quod jus Abarum vetus conſervaverint in Pannonia Sclavi, hinc ut hi, revertentibus Hungaris, ſeſe iis ſubito univerunt, neque iis reſtitiſſe ſcribuntur; ita Hungari ſtabilito, conſtitutoque Regno, Sclavos, ut Regni Socios habuêre. Hoc olim Abares etiam feciſſe, ſuperiora evincunt. Hinc Regum filii, Duces fuêre Sclavoniæ: hinc ab Hungaria (nequaquam vero Hungariæ Regno) quaſi diſtincta conſiderabatur, quam etiam Farlatus Tom. I. pag. 485. in notis ad vitam B. Lietberti, a Radulpho monacho S. Sepulcri ſcriptam, & a Bollandianis ad diem 23. Junii editam, ad verba: *Prætergreſſus Pannoniorum fines limitaneos* „ deſcribit inquiens: *Pannoniæ, ejus ſcilicet, quæ Danubio & Dravo interjacet, limes erat ipſemet Dravus, qui Hunnos haud ita pridem ad Chriſtianam religionem converſos, ſeparabat ab Sclavis, qui tum Interamniam, ſive Regionem Dravo & Savo* (rectius Dravo & Vunna) *interjectam incolebant, quæ vocatur Slavonia.* Item: *Pannoniam ab ortu Danubius, ab Jazygibus Metanaſtis, & Dacis antiquis, quos nunc Tranſilvanos vocant, a meridie Dravus ab Slavis Interamniæ, ſive Slavoniæ propriæ incolis ſejungebat.*

Digitized by Google

§. 3tius

Memoriæ Sclavoniæ, Croatiæ, Dalmatiæ a S. Rege Stephano, id eſt Sæculo XI. Ad S. Regem Ladiſlaum I. cum reſponſis ad quasdam quæſtiones.

I. S. Stephanum Geyſæ filium, Regnum Hungariæ, fundatione Eccleſiæ, Regnum reddidiſſe Chriſtianum Hungariam, extra dubitationem eſt, ipſeque ideo, Primi Regis Hungariæ titulo decoratur. Hungariam autem antea, Regnum fuiſſe, ex Anonymo ſuperius relatum eſt, firmaturque Decreto I. S. Stephani, ubi cap. 8. *grave enim tibi eſt hujus climatis tenere Regnum, niſi imitator conſuetudinis, ante Regnantium extiteris Regum*, ubi S. Rex, & Hungariam antea fuiſſe Regnum, *hujus climatis tenere Regnum*; & ante ſe Hungariæ fuiſſe Reges: *ante regnantium Regum*, agnoſcit, fateturque. Aventinus lib. 5. *Regem tamen creant Geizonem filium Toxi, Parentem D. Stephani.* Si auctoritatem Aventini minorem eſſe, quam ſatis eſt quæſtioni decidendæ dicas; ipſe aſſentior, neque ejus textum ultra communem ſui temporis opinionem extendo, hinc nequaquam in Aventino, at in relato ab eo ſenſu, Regem fuiſſe habitum Geyſam, inferendum eſt. Ademarus S. Regi Stephano coætaneus, cum retuliſſet baptizatos Geytz cum filio, ac utrique nomen Stephanus in baptiſmo fuiſſe impoſitum, Geyſa ab Ottone Levato; addit: Regnum ei liberrimè habere permiſit. *Regem Ungariæ baptizavit* (ita Ademarus) *qui vocabatur Geitz, & mutato nomine in baptiſmo Stephanum vocavit, quem Otto Imperator in natali Protomartyris Stephani baptiſmate excepit, & Regnum ei liberrime habere permiſit, dans ei licentiam ferre lanceam ſanctam ubique, ſicut ipſi Imperatori mos eſt; & reliquias ex clavis Domini, & de lancea S. Mauritii ei conceſſit in propria lancea. Rex quoque* (nempe Geyſa) *ſupradictus filium ſuum baptizare juſſit, Sanctus Bruno imponens ei nomen, ſicut ſibi Stephanum. Poſtea vero ipſi filio ejus Stephano, Otto Imperator; ſororem Henrici poſtea Imperatoris in conjugio dedit.* Hic ego quæſtionem, a quo Geyſa & Stephanus baptizati ſunt? non examino; dico tantum in vetuſtiſſimis lectionibus, Zagrabienſis Eccleſia Breviarii, nec eſſe veſtigia, baptizati ab Adalberto S. Stephani, at ſolum in lectionis 3tiæ I. Nocturni fine: *Hunc DEO dilectus Adalbertus Epiſcopus de ſacro baptiſmatis fonte levavit.* Quibus verbis utrum Adalbertus pro Patrino, aut baptizante exprimatur? hic non indago. Obſervari volo, *Regem vocari Geyſam*, item quod Imperator Otto, Geyſam pro Rege, & Hungariam Regnum agnoverit. *Regnum ei liberrimè habere permiſit*, adeoque firmari ea, quæ ſupra ex S. Stephano, Decreti ſui cap. 8. deſcripta ſunt, neque ab Ottone, ſive collatum, ſive donatum, Geyſæ Regnum ab Ademaro ſcribitur, at præhabitum, & virtute Hungarorum partum, ab Imperatore ipſo agnitum, *Regnum ei liberrimè habere permiſit.*

Ab exemplo Geyſæ, *Dirciſlaus* ſe Regem, Croatiam Regnum efficere procuravit, ſed ab Imperatoribus Conſtantinopolitanis; fors ut ſemet a clientela Regum Hungariæ eximeret, redderetque ſe fortiorem, in ſubjuganda Regno ſuo Dalmatia, & maris Adriatici dominio. Videns enim ab Ottone, Geyſam pro Rege, & Hungariam pro Regno agnitam, hoc idem, Croatiæ ſuæ a Conſtantinopolitanis obtinere ſtuduit, obtinuitque Thoma Archidiacono teſte, dum cap. 13. ait: *Ab iſto Dircislao cæteri ſucceſſores ejus, Reges Dalmatiæ & Croatiæ appellati ſunt, recipiebant enim Regiæ dignitatis inſignia ab Imperat. Conſtantinop.* &c. Firmat hoc Lucius, ex ſcriptura fundationis Eccl. S. Michaelis lib. 2. cap. 8. ubi: I*n Chriſti nomine - - - in Regno Croatiæ, gubernante autem Domino Dircislavo, inclito Rege* &c. quæ ad annum 994. collocat. Horum conſideratione apparet, quid dici debeat, de utriusque Regni hujus, Ungariæ videlicet & Croatiæ initiis. Videlicet: Si res metienda ex veritate, Hungariæ Regnum antiquius, anteriusque eſſe: Si ex bulla Sylveſtrina Regni Hungariæ petis initia: vel panegyricè a Porino Croatiæ Principe, Regni Croatiæ; hoc, Hungariam antiquitate præcedere, inferri debebit. Cæterum combinatione mox dictorum, ſub Geyſa, Croatiam ſemet a poteſtate Hungariæ exemiſſe arguo. Enimvero Croatiam totam ſubjugatam fuiſſe ab Hungaris, ex antedictis conſtat. Circa 969. mortuo Toxa, dum quadriennio intra Duces certaretur, quis ſupremam Regni poteſtatem obtinere debeat, Geyſa demum jure hæreditatis ſemet ſtabiliente, puto ego Croatiam ſeſe, occaſione hac, a deſcripta pag. 94. mutuæ defenſionis obligatione exemiſſe, & Imperatorum Conſtantinopolitanorum gratia, Regnum evaſiſſe, ſive ad promovendam Imperii Orientalis potentiam; ſive conſervandum, hac quoque ratione, jus Imperii, in mari præcipue, atque Dalmatia. Probabilitati huic ſuffragatur, quod 994. Dircislaus, *Inclytus Rex* exprimatur, ſine oppoſitione, quæ ſciretur, tam Hungarorum, quam & Ottonis Imperatoris Occidentalis Imperii, vel cujuspiam alterius. Quare ante hoc Dircislai factum, Croatæ plenam libertatem conſecuti fuere, aut ab illa Hungaro-

Digitized by Google

garorum obligatione liberati, ſub clientela Imperatorum Orientis fuère. Geyſa, ex memoriis ſuis, quas in ſcriptoribus legere eſt, excolendis ſuis fuit ſtudioſior, quam amplificandi Regni ſui. Hinc in extraneos propenſus, cumprimis vero Chriſtianos fuiſſe deſcribitur, ſuis vero ſeverior. Ut ſeveritate ſua, ſibi ſubjectos efficeret cultores, in litteris, commerciis, induſtria, moribus: quem in finem, Chriſtianæ Religionis magiſtris, liberum fecit, ad Hungariæ Regnum aditum, ſeque cum filio Stephano, per baptiſmum Chriſto ſubmiſit. Itaque nec Geyſæ, nec Stephano, Croatia parebat, neque iis fuit ſubjecta ullatenus.

II. De Sclavonia vero, varias opiniones invenio. Illi qui Sclavoniam cum Croatia confuderunt, & poſteriora facta non diſtinguunt ab anterioribus, ſed putant quævis ab orbe condito, ſic ſtetiſſe, ut ætate eorundem, res habitæ ſunt in Republica; Res Sclavoniæ a Croaticis non diſtinguunt. E domeſticis ſcriptoribus, vel pro affectu, vel ſtudiorum ſuorum ratione, in MSS. diverſas reliquerunt opinationes. Ladanius cum Tomco, *ex Ducatu Sclavoniæ S. Emerici*, a S. Stephano, acquiſitam fuiſſe Sclavoniam putant. Quibus bene Ritterus objicit: (in MSS. *Hiſtoricum de Horvathia Ungariæ adjecta examen, ſive de Ungarico in Horvatiam jure*) cur tacent? quo modo, quove tempore, vel a Stephano eſt aquiſita Sclavonia?. vel acceſſerit Stephano? Nec favet Ratkajo Ritterus, dum ille lib. 2. ſcriberet: *Cujus* (Creſimiri) *famam cum Divus Stephanus Pannoniorum Rex inaudiviſſet - - filiam Creſcimiri in connubium Emerico filio poſtulavit, unde poſtea Divus Emericus Ducis Sclavoniæ Titulo decoratus fuit.* Innuere videtur Ratkajus, Sclavoniam Emerico, pactis dotalitiis obtigiſſe. Ritterus opinationem hanc plene enervat, nec loci hujus eſt, Ritterianum examen exſcribere. Quia nihilominus Ritterus crederet, Sclavoniam continuo ab Heraclii ætate, partem fuiſſe Croatiæ, ideo negat, Emerici nuptias, Titulum Ducis Sclavoniæ, omnemque Hungarorum, ante Ladislai I. tempora in Sclavonia poteſtatem, concludens: *Stephanus autem, idem primus Ungariæ Rex, nihil juris, nihilque dominii, aut proprietatis, ultra flumen Dravæ in Sclavonia habuit. Quomodo eam vitâ ſuâ Comite, pacifice poſſedit? & in ſucceſſores unitam Coronæ Ungaricæ tranſmiſit? nuſquam invenio.* At quod Ritterum fugit, Dei miſericordia, Auguſtæ noſtræ clementiâ, utilium litterarum Tutrice; beneficio item articuli 70. anni 1723. in lucem dari poſſe confidimus, adverſus hauſta præjudicia ac præjudicatas opiniones, unius veritatis amore. Itaque Joannis Archidiaconi de Gverceſe, hac in quæſtione ſequentia ſunt:

„ Satis indagavi, quæſivi, quando & qualiter, hæc pars Sclavoniæ, devenit ad Croatiæ „ Reges, & ab Hungaris, ac Regno Hungariæ eſt amiſſa? ſed hic verè quadrat, quod ſcripſit Alber. Ab. Stad. *Rara fides ideo eſt; quia multi multa loquuntur.* Dum Sanctum „ Pannoniæ totius Regem, cum exercitu petiiſſet Counradus Imperator, Croatiæ Rex Creſimirus, S. Stephanum adjuvit, & XVI. Kal. Septembres, victoriam habuerunt. In rei hu„ jus remunerationem, dum anno MXXXI. Counradus cum Stephano per ambaſciatores „ Emerico adjuvante paciſcerentur, pars hæc Sclavoniæ, quæ Regni erat Hungariæ, nam „ pars, a decennio Diogeni Duci Syrmenſi parebat, a Culpe in Savum influentiam, per flu„ vium Trebes, & campum luteum, ſive Czernytz ad Dravum uſque, Regi Croatiæ ceſſit. „ Tum Epiſcopi Croatenſis juriſdictio ad Dravum extenſa eſt; & Godimir, quaſi fructus pa„ cis, Banus a Creſimiro declaratur. Hæc amicitia ceſſioque; ne civiles faciat S. Stephano „ motus, filia Creſimiri, futura uxor, ſive ſponſa Emerici Ducis Sclavoniæ declaratur. Mors „ Emerici, ſequente anno ſecuta, evertit connubium. Petrus, pro Emerico, Titulum Scla„ voniæ Ducis obtinuit. Qui recuperare volebat Sclavoniam, dotis titulo datam, ut diceba„ tur ſponſæ Emerici. Verum S. Rex quietis paciſque amans, iniquum cenſuit; ſponſam ju„ re ſuo privare. Quare Petrus, ut magis pio Regi complaceat, Cathedralem S. Petri Quin„ que-Eccleſiis abſolvit. Anno MXXXV. altero quem noſtri Zeanum vocant in Regno „ Croatiæ ſuccedente, & Stephani Regis terras moleſtante, volebant Hungari, ut ceſſas par„ tes Sclavoniæ, recipiat. Rex, non convenire Regi; ut data ſemel recipiat, reſpondit, „ præcipue dum bellum apertum non inferrent. Itaque 1038. mortuo Sancto Rege, dum „ viduam ejus excludi non poſſe videretur, ipſa Petrum, quà deſtinatum a marito Regem „ ut dicebatur, in Socium curarum aſſumpſit. Sed is totum habere cupiens, eam cuſtodiæ „ anguſtiis concluſam, miſere habuit. Duces, Epiſcopi, Comites, ad quos Regno providere „ pertinebat, ſibi metuentes, dum hæc patrari cum Regina videbant, Samuelem Ducem, „ Oba dictum, qui ex primis Hungarorum Ducibus, Etheo nempe deſcenderet, Regem dicunt. „ Petrus fugit ad Henricum. Oba vero, ob receptum Petrum; Bojoarios & Carentinos eſt „ deprædatus. Poſtquam autem Henricus, Petrum aditeretur reponere, Stephanus Croatiæ „ Rex Voloſclavus appellatus, montes Trivallos & Servios ad Drinum uſque vaſtavit, & „ Banum Praſca conſtituit. Petro repoſito, Andreas fuit oppoſitus, qui, Petrum Regem in

Digitized by Google

„ Oſterſich captum, excæcat. Petrus ſequente anno mortuus, Quinque-Eccleſiis ſepelitur. „ Andreas Rex ſtabilito ſibi Regno, de recuperandis Regni juribus ſolicitus, Adalbertum „ fratrem Ducem fecit Sclavoniæ. Radus autem Palatinum Regni. Iſti Regem Croatiæ coarctârunt, & Sclavoniam ad veteres limites Zettinæ fluenti reduxerunt. Dicunt Belæ „ memorias ſervari, in Belica, Belovar, aliisque locis. Adalberto ſive Bela Duce, ob coronatum puerum Salamonem, ac Heinrici filiam, ei ſponſam ordinatam, cum Rege Andrea „ marte aperto pugnante, licèt Dux Bohemorum cum exercitu Andream juviſſet, in fuga tamen Rex Andreas ex equo cadens & mortuus, factum eſt; quod Dux Bela Regno potiretur. Qui Salamonem in Oſtervizza præcluſit. Heinricus indigna hæc cenſens, Oſtervizzam „ venit, ſponſam Salamoni dedit; ac audita Belæ morte, cum exercitu in Pannoniam intrans, „ Salamonem Regno & Coronæ reſtituit. Filii Belæ, Geyſa & Ladislaus in Poloniam fugiunt, ac inde cum exercitu reddeuntes, Epiſcopi & Proceres ſic componunt, ut duæ partes Salamoni, tertia Ducum eſſet. Quibus pactatis 1064. Quinque-Eccleſiis coronatus eſt „ Salamon. Eadem occaſione Bano Svinimir Ducum Sororem, uxorem datam volunt, & „ cum ea ceſſam Sclavoniæ partem, uti olim a Stephano Rege, data fuerat filiæ Creſimiri, „ ſponſæ Ducis Emerici. Reliquum Ladislaus habuit, cum parte Hungariæ uſque ad Tiſciam & Arabonem, ut eſſent in Comitatu Criſienſi multæ memoriæ Ladislai. Affinitate „ hac, Svinimir potens factus, ad Regnum Croatiæ pervenit. Ladislaus & Geyſa ad Coronam Hungarorum. Salamonem Bojoarii ipſi, quod ipſi nihil obtinuiſſent, ſunt perſecuti, „ quod poſtremo carens Regno deſierit.

Joannis Archidiaconi, utpote ad medium ſæculi XIV. ſcribentis, adeoque duobus ſæculis poſterioris, præmiſſa relatio, firmari debet. Quare S. Regem Stephanum, in exordio Regni ſui, totam poſſediſſe Sclavoniam, evincunt Diplomata. Primò S. Regis Stephani in fundationalibus litteris anni 1009. Epiſcopatus Quinque-Eccleſienſis, ubi termini Diœceſis deſcribuntur, legere eſt: *Primum terminum - - ſecundum Ozora, donec perveniatur ad aliam aquam, quæ Klupa nuncupatur. Tertium Ropus uſque ad Almus aquam. Quartum ut dicitur Reonroch ſicut incipiens a Danubio, ſuper Savum fluvium terminatur.* Sane uti hic, meridionales, occidentalesque Diœceſis limites, ex indicatis fluviis videmus deſcriptos: ita dubitari nequit, limites deſignatos, in jurisdictione Coronæ, ac S. Stephani tum non fuiſſe. Porro dum tam Ozora quam & Klupa, aquæ exprimuntur, dum *Klupa*, aliud eſſe nequit; quam vel *Culpa*, ſive Colapis; vel *Krupa*, evidens eſt: nunc dictam ſuperiorem Sclavoniam, S. Regi Stephano paruiſſe. *Ozora* fluvius, ſive aqua, an alia ſit, aut olim fuerit? quam *Uzora*, ſive *Uzoricza*, ad Wzoram modernæ Boſniæ? mihi ignotum eſſe, confiteor. Apud Geographos, Uzoriczam, prope Wzoram invenio. Meminit Bonfin. Dec. 2. lib. 10. Wörbeczius P. 2. Tit. 18. Stephanus quoque Rex Boſniæ Die VII. Octob. an. 1426. exprimit in Titulo ſequente: *Gratia DEI, Nos Princeps Stephanus Tuarko Tvarkovichius, Rex Serbliæ, Boſnæ, maritimarum Chlumenſium terrarum, Dalmatiæ, Croatiæ partis inferioris occidentalium partium, Uzoriæ, Soliæ, Podviniæ* &c. Quam a Boſnia, ut diſtingueret Stephanus, ita etiam Uzoram, juris eſſe diſtincti, quamvis a ſe poſſeſſam, indicat. Quare cum pro hac, Reges Hungariæ bellâſſe conſtet; hanc ſub Stephano, fuiſſe partem Hungariæ conſequitur. Proinde extenſionem Regni ejus metiri poſſumus, interprætarique illud Porphyrog. quod Turcis, ſive Hungaris a meridie Croatæ vicinarenrur. Demum illud: *a Danubio ſuper Savum fluvium terminatur*, reddit manifeſtum: S. Stephani Regnum, ultra Dravum extenſum fuiſſe; Savus equidem, reſpectu Hungariæ poſt Dravum eſt, atque hic ad Savum, Savus ad Danubium influit. Verum illud: *Supra Savum*, quouſque intelligendum ſit? demonſtrandi careo fundamento. II. Videre eſt apud Celeberrimum, Illuſtriſſimumque D. Adamum Franciſcum Kollarium (Virum ſuis promeritis, cumprimis in re litteraria eruditioniſque Patriarum rerum, immortalem, atque digniſſimum, quocum omnis ſecutura ætas, gloriari jure poterit, demonſtrareque cuivis, ætate hac, floruiſſe bonis, utilibusque litteris Ungariam, habuiſſeque filium, cum quovis hac ætate erudito conferendum) Hiſtor. Dipl. jur. Patron. lib. 2. pag. 85. Diploma S. Regis Stephani, Fundationale Monaſterii S. Adriani in Inſula Szaladenſi ab anno 1019. ubi Abbate *Latino* ordinato, nominatoque Petro, ultra indultas prærogativas, confert Piſcinas Monaſterio *juxta Dravam in Boka* (quod angulum ſignificat) *item in Drava*. Pro decimatione quoque villas, quas inter: *Sclavonica Rakolyan* hodie Rakonog, ſive vulgo Rakovecz. Item *Kal*, hodie Kalnik, *Poklonya*, nunc Polana, *Keſztel*, hodie Koſztel, *Gerſe*, *Patha*, nunc Paka; *Aracha* nunc Hraſchja, *Reche* nunc Reka, *Merenye* nunc quoque PP. Paulinorum poſſeſſio. Hæc, partes has Sclavoniæ, S. Stephano paruiſſe, palam faciunt. Tum verò, in parte Weſprimenſis, in parte Quinque-Eccleſienſis fuiſſe Parochiæ, ſive Diœceſis (quia necdum Zagrabienſis fundata fuerat) indica-

re

Digitized by Google

re videntur, verba Diplomatis: *a duobus Epiſcopis Modeſto & Boniperto* dedicatam fuiſſe Eccleſiam S. Adriani. Item infra: *Ne Epiſcopus Parochianus injurias, querimonias, in collatione decimationis prædictarum villarum pateretur, ſibi alios terminos decimationis aſſignando contulimus.* III. Bela IV. in donatione terræ Klokoche Anno 1224. nono Kal. Januarias facta, Radus, hujusque fratribus, ait: *Qui de filiis Jobagionum S. Regis, de Goricza oriundi fuerant, ob fidelitatis ſuæ meritum, quâ Patri noſtro & nobis ſervierunt, tanta donavimus prærogativa libertatis, ut tam ipſi, quam ab eis in perpetuum deſcendentes, de domo & familia noſtra de cœtero cenſeantur.* Porro *Goricza*, a qua Archidiaconatui in Eccleſia Zagrabienſi nomen, ſi moderna non eſt Goricia, celebris olim locus, in limitibus Sclavoniæ a Croatia, fuit. Hoc demonſtrant tam diplomata, in quibus Comes Goricenſis inſcriptus legitur, ut in hoc: *Boncelaus Comes Goricenſis*, quam & Miſſalia vetera Zagrabienſis Eccleſiæ, ubi initio *Liber iſte Miſſalis, ſecundum ritum & communem obſervantiam, Almæ Eccleſiæ Zagrabienſis, Goricenſis vulgariter nuncupatus, & in hunc ordinem pulcherrimum redactus, habet tres partes Principales* &c. Item in Breviario, inter Rubricas Breviarii: *Finis Rubricæ generalis ſecundum obſervantiam chori Zagrabienſis, quæ vocatur Goricenſis*, nempe Rubrica, ac infra: *in hac tamen alma, ac celeberrima Eccleſia Zagrabienſi, quæ Rubricas regulatiſſimas, modumque ſingularem, & approbatiſſimum, qui Goricenſis nuncupatur, & habeat, & ſecundum eundem gubernatur* &c. ut Goricza clariſſimus olim locus fuiſſe appareat. Sane Goricenſis Eccleſiæ, ſecundum cujus rubricas, Zagrabienſis Eccleſia ſtaret, quod ſcirem ego, ſcriptorum noſtrorum nullus, vel mentionem injiceret, quam nihilominus fuiſſe antiquam, Miſſale cum Breviario evincunt. Sed de his DEO miſerente alias. Cæterum cum Bela IV. teſtetur, Radus cum fratribus, procedere ex filiis Jobagyonum S. Regis, ex loco Goricza, non ſolum evenit S. Regem Stephanum, Sclavoniam hanc ſuperiorem tenuiſſe, verum damnari nequit opinio illa, vivente Geyſa, Sanctum Regem Stephanum, Ducem Sclavoniæ hujus fuiſſe. Hæc ſi ita, S. Adalbertus Apoſtolum Stephani, eo commodius egit, ſi, ut Balbinus vult, Adalbertus in Civitate Modruſii prædicavit. Modruſio enim ad S. Stephanum, Goriczam pervenerit, ac inde Strigonium. Accedit: In metalibus litteris Nobilium de Draganich, exprimi: *iret ſubtus monticulum in Szveta Goricza* (ſive Sancta Goricza) *vocatum*; quod firmare videtur, locum S. Regis olim fuiſſe, dum per *Szveti Kraly*, hoc eſt Sanctum Regem, Divum Stephanum indicari, ac exprimi, a noſtra hac natione, notum eſt ſingulis.

S. Emericum Ducem Sclavoniæ fuiſſe, firmare aliunde nequimus, quam ex Breviario vetuſto Eccleſiæ Zagrabienſis, ubi die 2da Septembris, *eſt officium ſolenne*; *Depoſitionis S. Emerici Ducis*, notatque Rubrica, ad mox dictam diem *de Sancto Emerico Confeſſore Duce Sclavoniæ. Capitul. oratio, & lectiones, ſicut in alio Feſto ſuo, de Novembri.* Die autem quinta Novembris habet: *De Sancto Emerico Duce Sclavoniæ.* Ad Veſperas Antiphona ſequens eſt: *Lætare Pannonia, mater & nutricia, cole cum lætitia tuæ prolis gaudia. Gaude & Sclavonia de tui Ducis gloria: DEO vota dulcia ſolve laude varia: JESU bone præmia da, de Cœli curia: populo præſentia colenti ſolennia. Pſal. omnia laudate.* Lectio primi Nocturni incoat: *Beatus Emericus Dux Sclavoniæ, glorioſus Primogenitus, Sanctiſſimi Stephani Primi Regis Hungariæ, modico contentus ſopore* &c. De Breviario hoc, ita ejus præfatio.

„ Cum in Diœceſi Zagrabienſi eſſet magna penuria emendatorum Breviariorum, ſecundum ordinationem (ut vulgo dicitur Rubricam) dictæ Eccleſiæ: eademque Breviaria, magna ex parte, longinquitate temporis corrupta, ac depravata, plerorumque Scriptorum imperitia haberentur. Rſſimus in Chriſto Pater, Dominus Oſwaldus, memoratæ Eccleſiæ Zagrabienſis Epiſcopus, animadvertens officii ſui, debere ejusmodi pœnuriæ occurrere, atque providere; ut ex facili Breviaria in utilitatem Cleri totius Diœceſis ſuæ, quam emendatiſſima haberi poſſent: proindeque in eam rem intendens: ut & optime emendarentur, & emendata imprimerentur, opera atque diligentia Venerabilium DD. Georgii de Bexin, & Blaſii de Kemlek Decretorum Doctoris, Archidiaconorum, & Canonicorum in præfata Eccleſia, ad æternam memoriam, imprimi facere curavit. Itaque & quam optime caſtigata, & impræſſa ſunt, auctoritate Rſſmæ Paternitatis ſuæ; & jam in lucem exitura, ut unusquisque facile, & præcipue Eccleſiaſtici ordinis miles, cui rirè & juſte laudare, absque ſyncopa & verborum truncatione, Sacra Canonum jubet inſtitutio, ea aſſequi poſſit, quæ antea paſſim ita bene correcta habere vix licuit. Quorum præſtantiam facile agnoſces o Lector optime, ſi vetera illa Breviaria & Rubricas, cum his non fueris dedignatus conferre.

In Miſſali æquè, S. Emericum Ducem Sclavoniæ fuiſſe, Rubrica exprimit: *In Feſto B. Emerici Ducis Sclavoniæ Introitus.* Poſt lectionem, quamvis *in ſequentia* ut ajunt, nil ſit

de Ducatu, initium hymni, quem nos Proſam vocamus, hoc eſt: *ſtirps regalis, proles Regis, imitator veræ legis, vera dedit gaudia &c.* Prima verba indicant, ante Stephanum Reges fuiſſe Hungariæ.

De Emerici Sponſalibus, hæc habet Breviarium Zagrabienſe Lectione VI. *Interea cum ex paterna diſpoſitione Virgo Nobilis, Beato Emerico deſponſata eſſet, & adducta: Ipſe carnalem generationem, propoſito virginitatis poſtponens - - intactæ ſuæ conjugis incorruptam ſervavit virginitatem. Poſt hæc plenus operibus virtuoſis & ſanctis, adhuc in ætate juvenili feliciter migravit ad Dominum.* Quæ illa? & cujus? virgo Nobilis fuerit? quæ ex paterna diſpoſitione, deſponſata Emerico fuerat, diſputant ſcriptores. Neque noſtri eſt inſtituti, quæſtionem examinare. Priora unice, ad firmandum Joannem Archidiaconum, poſuimus.

III. De amiſſa ſub S. Stephano Sclavonia, quam nunc inferiorem vocamus, videatur Cedrenus, ac alii. Scribunt enim, etſi in anno varient, *Diogenem* quemdam creatum fuiſſe Bulgariæ ac Sirmii Ducem, ab Imp. Orientis, atque eadem hac occaſione, Croatiam ab iisdem Impp. in fidem fuiſſe acceptam. Quod nihilominus poſtremum antiquius eſt, uti ſupra ex Lucio edoctum, dum anno 994. *Dircislaus Inclytus Rex Croatiæ* fuerat. recole ibi dicta. Deceſſa vero ſuperiore hac Sclavonia, occaſione belli cum Conrado, quem Salicum vocant, Joannis Archidiaconi narratio firmiri poteſt ex Wippo teſte oculato, apud Adlzreitter P. 1. lib. 16. pag. 420. ubi ad annum 1030. ſcribit: *Eodem tempore multæ diſſenſiones intra gentem Pannonicam & Bojoarios, culpa tamen Bojoariorum factæ ſunt, ita: ut Stephanus Rex Hungariæ multas incurſiones & prædas in Regno Noricorum, id eſt Bojoariorum faceret. Unde commotus Chuonradus cum grandi exercitu ſuper Ungaros venit. Rex autem Stephanus minimè ſufficiens adverſus Imperatorem, orationibus & jejuniis in univerſo Regno ſuo indictis, præſidium Domini tantummodo flagitabat. Imperator jam munitum Regnum fluviis & ſylvis intrare non valens, multis tamen prædationibus, incendiis, circa terminos Regni, injuriam ſuam ſatis ulciſcens, reverſus eſt, volens tempore opportuniori, cœpta ſua peragere. Sed filius ſuus Rex Henricus* (Emericus nobis) *adhuc puerulus Eigilberto Friſingenſi Epiſcopo creditus,* (haud ergo Gerardo, quod nec lectiones Breviarii Zagrabienſis Gerardo attribuerent) *Legatione Stephani Regis, pacem rogantis accepta; unico conſilio Principum Regni, patre neſcio, gratiam reconciliationis annuit, juſtè & ſapienter agens, qui Regem injuſtè injuriatum, ultro petentem gratiam, recepit in amicitiam.* Sane apparet occaſio, qua Croatiæ Rex Creſimirus, Stephano adeſſe potuit: item qua filia Regis Creſimiri, *ex paterna diſpoſitione* (nempe S. Stephani) *Beato Emerico deſponſata eſſet,* ceſſaque Creſimiro ſuperior hæc Sclavonia, circa annum nempe 1031. In reconciliatione illa, quam Emericus procuravit, haud ita puerulus fuit, ut vox hæc a Wippo poſita innueret, ſed potius ſenſu Breviarii Zagrabienſis, *adhuc in ætate juvenili.* Nec ſolum amiſſa fuit Sclavonia hac occaſione; verum credibilius Bojoariæ fines extenſi fuerint.

IV. Sub quo? & qualiter? amiſſa ſub Stephano Sclavonia, iterum ad Sacram Coronam rediit, eſt indagandum. Profectò in civilibus illis, a morte S. Stephani motibus, recuperandorum amiſſorum non fuit occaſio. Quare poſteaquam Andreas I. Regnum fuiſſet aſſecutus, Adalberto, ſive Bela fratre, Duce Sclavoniæ nominato, per Rado Palatinum, amiſſa recuperavit. Hæc ſcribit ſupra Joan. Archidiac. Hæc quoque evincit Rado Palatini, teſtamentaria diſpoſitio, inter monumenta Eccleſiæ Quinque-Eccleſienſis ſervari, expedirique ſolita, & anno Incarnationis Dominicæ MLVI. ſecundo nonas Junii, Indictione X. per Andream Regem, Regni ſui anno XII. Albæ Regiæ, in Congregatione Regni confirmata. Ubi: *Quomodo ego Rado Palatinus, licentiâ piiſſimi Regis Andreæ, ejusque Fratris Adalberti invictiſſimi Ducis, partem poſſeſſionis meæ, S. Petro Quinque-Eccleſienſi ordinavi, & Maurum ejusdem loci Epiſcopum, ſpiritualem in patrem adoptavi, ſperans - -* recenſens legata, intra quæ villa *Rava*, fors hodie Raven, & infra: *Eccleſiam autem quam ſupra Dravum fluvium, in honorem S. Michaelis Archangeli ædificavi, & hanc Sancto Petro, ac præfato Epiſcopo Mauro commendavi, ut inde ſemper in promptu Plebanum habuiſſet - -* Demum: *Rogavi etiam gratiam Dominorum meorum, glorioſiſſimi Andreæ Regis, & optimi Ducis Adalberti, ego Rado Palatinus, ut Monaſterium meum S. Demetrii, ſuper Savum fluvium, quod multis bellicoſis Laboribus, cum tota Provincia illa, Sanctæ Coronæ rectificavi, & iterum aquiſivi, quia illud monaſterium eſt in Parochia S. Petri Quinque-Eccleſienſis, ficut in ſpiritualibus; ita etiam temporale dominium, quod ego Rado in illo habeo, quod Prioratum vocant, dedi etiam S. Petro Quinque-Eccleſienſi & Patri noſtro Mauro, ubi etiam ſepulturam volo - - curam ipſius Monaſterii, ſemper ipſe Epiſco-*

Digitized by Google

piſcopus, vel poſt eum qui fuerit habeat; & curam omnium poſſeſſionum Eccleſiæ, ſeu Monaſterii ipſius, quidquid ubique per Regnum glorioſiſſimorum Dominorum noſtrorum, ipſum monaſterium poſſidet, Epiſcopus Quinque-Eccleſienſis teneat. Hæc quæ exponit Rado Palatinus, pro motivo *Conſenſus Regii*, dum in Regni congregatione, ab Andrea Rege, & Adalberto Duce ſunt agnita & confirmata, tot tantorumque teſtium notitiam habentium fide, demonſtrant, Provinciam S.Coronæ fuiſſe; hanc fuiſſe ab ea avulſam, atque iterum aquiſitam, & rectificatam. Verba illa, *cum tota Provincia*, utramque Sclavoniam, aquiſitam iterum fuiſſe teſtantur. Si quis tamen diſputare vellet, atque prætendere: nequaquam utramque Sclavoniam, at unice inferiorem aquiſitam tum fuiſſe, talem confuſionis declamatorem eſſe, docet monumentum, quô diſponitur: de Eccleſia S. Michaelis ſupra Dravum fluvium, quæ nunc etiam in monte Legrad eſt, item de monaſterio S. Demetrii ſuper Savum fluvium, quod fuit infra hodiernum Jeſzenovecz, ut Carthæ Geographycæ firmarent, ac legatorum locorum relatio, ut *Szuna*, nunc Szunja, *Rava*, nunc Raven &c. quæ in moderna ſuperiore ſunt Sclavonia. De inferiore autem teſtantur: tam Legatum Eccleſiæ Quinque-Eccleſienſi factum, quæ vicinior fuit Sclavoniæ, & tum hujus Diœceſana; quam & verba: *Ad hoc juxta Danubium villam integram dedi S. Petro*, itaque totam utramque Sclavoniam rectificavit, ac iterum aquiſivit Palatinus, qui a morte S. Stephani, 15. tantum annis eſt inferior.

V. Sed recuperatio hæc longæva non fuerat. Haud tamen conſtat, quando, quave occaſione, ac qualiter, Sclavonia hæc, ſub poteſtatem Croatiæ Regum revoluta eſt. Varias opinationes ex MSS. litteras clam olim colentium, eruo. Ladanius putat, occaſione diſcordiarum de Salamonis ſucceſſione, ad Croatiæ Reges recidiſſe, ac bello fuiſſe recuperatam. Alii Demetrium Svonimirum, ex ſorore Adalberti Ducis, ſive Belæ natum fuiſſe credunt, ad quem ut matris ſuæ portio, Sclavonia hæc ſuperior veniſſet, ipſeque hujus acceſſione potentior evadens, ſucceſſivè, Croatiæ totius Regem ſe effeciſſet. Verum qua ratione rediverit ad Croatas Sclavonia? dum veritatis eruendæ media deſiderantur, opiniones deſcribere quid juvat? Canonizata, prope opinio eſt, ſororem Geyſæ ac Ladislai, fuiſſe uxorem Demetrii Zvonimiri, Helenam nomine, quod nomen ex Privil. apud Lucium lib. 2. cap. 15. erueretur; ubi intra teſtes: *Imprimis quidem Helenæ glorioſiſſimæ Reginæ.* Eſt autem diploma, anni 1078. Ritterus apud Lucium identidem in diplomatis legens: *Gozzone Bano*, Geyſam hunc fuiſſe putat, qui ſub Creſimiro, anno 1059. Banus fuiſſet, cujus ope, adverſus Salamonem continuaſſet poſt mortem Belæ patris, prætenſionem. Tranſiviſſe illum ad Creſimirum, dum ab Andrea, Salamon in Regem Hungariæ deſtinaretur. Verum cum hæc, totque alia ſint incerta, miſſa facimus. De uxoribus Zvonimiri infra dicemus. Porrò cum certum ſit, Ladislaum Primum, ſive ſanctum; Sclavoniam recuperâſſe: Poſt Andreæ I. Regis Ungariæ mortem, eam iterum, quacumque demum ratione ac anno, Croatiæ Regibus fuiſſe obnoxiam, caret dubio. Quod vero Sclavonia, & diſtincta ſit a Croatia, & ad Croatiæ Reges non pertinuerit, ante annum circiter 1031. præter ſuperius dicta, roborant ſequentia. 1mò: Quod Reges Croatiæ, in Privilegiis, ſuiſque ſcripturis, nunquam ſe, ſive Duces, ſive Reges Sclavoniæ, aut Sclavorum nominaverint, adeoque juris ſui Sclavoniam eſſe, nec umbram reliquerint. Reges ſe, Ducesque Croatiæ Dalmatiæ; vel Dalmatinorum, Croatorumque inſcribebant. Contra, Sclavonia, Ducatus ſub Hungariæ Regibus fuerit, hujusque Duces, ante adeptam Coronam, S. Stephanus, Emericus, & quidquid ſit de Petro, Adalbertus. Deinde ut ſuo loco, alii. 2dò: Quia intra monumenta Regum Croatiæ, nec Zupaniæ, nec Banatus, nec loci cujuspiam, reperire eſt memoriam vel nomen, quæ in Sclavonia eſſent. Quis porro credat? adeo extitiſſe ab iis neglectam, ut Sclavoniæ nulla ratione providerint. Econtra tot ſcripturæ, collationes, donationes, memoriæ ſuperſint habeanturque in Sclavonia, aut locorum in eadem, Regum Hungariæ. Quare pronuncio: *errare omnes illos, qui hodiernam Sclavoniam, Croatiæ adſcribunt, aut cum ea confundunt.* Quin ſi verum eſt Helenam Zvonimiri, fuiſſe ſororem Geyſæ & Ladislao, cum ipſi ab anno 1071. Regios honores & titulos habuerint, ut infra ex inſtrumento pag. 127. Hiſtor. Zagrab. ubi: *Anno Regni S. Ladislai ſeptimo, Chriſti vero 1078. revelata eſt dextera S. Stephani Regis.* Zvonimirus vero, annis 1070. & ſequentibus, Banus in diplomatibus Regum Croatiæ exprimatur; obtenta in conjugem horum ſorore, & credibilius Sclavoniæ parte, aut integra etiam, ob bella cum Bulgaris geſta. De Regno, Regisque Titulo fuit ſolicitus, & anno jam 1075. Rex fuit Sclavorum, ut recenſet Lucius lib. 2. cap. 10. pag. mihi 85. *At cum eodem anno Zvonimirum Regem nominet ſcriptura ejusdem archivi* (Monial. SS. Coſm. & Dam.) & infra *ſicuti pro Rege Slavorum anno 1075. jam habitum* (Zvonimirum) *apparet; ita Coronam & inveſtituram Regni Croatorum & Dalmatinorum anno 1076. in ſynodo a Summi Pont. Legato, ſolemniter ſuſcepiſſe conſtat.* Hinc videmus: Sclavoniam Zvonimirum quocumque demum titulo, tenuiſſe,

Digitized by Google

Anno 1075. pro Rege Sclavorum fuiſſe habitum, atque ſequenti anno 1076. Croatiæ, Dalmatiæque Regem fuiſſe effectum. Quare ſecutam puto ex facto hoc, quæſtionem illam: utrum Sclavonia fuerit hac ratione amplificata? dum Rex Sclavoniæ Zvonimirus, & pro Rege Sclavorum habitus, Croatiæ Dalmatiæque Regnum, Sclavoniæ adjunxit; aut viciſſim, an Croatia per Sclavoniam fuerit extenſa? Primum Reges Hungariæ, Banique Sclavoniæ ſunt tuiti, deſignâruntque in to: *Totius Sclavoniæ Banus.* Alterum Croatiæ Dalmatiæque Bani, ac Zvonimirus ipſe, in to: *Totius Croatiæ Rex*, niſi fors iſtud: ad Serviam extenſum, intellectumque voluiſſet.

Reflectere hic, monere item lectores voluimus. Reflectere I. ex epiſtolis Romanorum Pontificum, Scriptorum quoque operibus, hac ætate, non levem enaſci, in rebus cognoſcendis difficultatem. In Regiis diſtribuendis Titulis, largus admodum fuit Gregorius VII. Enimvero quamvis Zvonimirus Sclavoniæ Rex, anno jam 1075. habitus fuerit, tamen ut exhibet epiſtolam Lucius cap. XI. libri 2. idem Pontifex anno 1078. ſcribit *Michaeli Sclavorum Regi*, qui, ut ex epiſtola deducitur: Dux fuerit Chulmiæ. Rem hanc explicare nititur Lucius, dum ait: Zvonimirum Dalmatiæ, Croatiæque Regis titulum habuiſſe, adeoque ex communi Sclavorum nomine, Michaelem Sclavorum Regem eſſe appellatum. Damianus ibidem apud Lucium, ad Nicolaum II. Papam, Gaudentium Apſarenſem Epiſcopum, Epiſcopatum dimiſiſſe, & *de Sclavonico Regno Italiam navigans*, ait: *littoribus Anconitanæ urbis applicuit, a qua non longè poſt biennium feliciter obiit*, ut hinc eveniat: Sclavorum Regis titulos, datos fuiſſe pluribus, qui attamen Sclavoniæ hujus Reges nunquam fuêre. Cur hæc, ſanctus fecerit Pontifex? ii facile interprætabuntur, qui politicis ſtudiis dedêre operam. II. Anteriores Croatiæ Reges, a Conſtantinopolitanis Imperatoribus, Regiæ Dignitatis Inſignia accepiſſe, Zvonimirum autem fuiſſe primum, qui hæc a Romano accepit Pontifice, ſi vera, legitimaque eſt, Zvonimiri inveſtitura, quam ex Baronio refert Lucius. III. Ladislaum ſanctum, eſtò admonitum a Gregorio, uti teſtarentur epiſtolæ, a pluribus exſcriptæ (vide eas etiam apud Illm. D. Kollar de jure Patron.) nec Legatos Romam mittere voluiſſe, nec a Gregorio inveſtiri, ne ſubjectum efficeret Regnum, hancve eſſe cauſam, quod coronatus non fuerit in Hungariæ Regem.

Monere vero voluimus Patriotas, erráſſe Ratkajum & Szentjvanium, dum ad hæc tempora, annumque 1074. *Godeſcalcum Regem poſuerunt Sclavoniæ noſtræ.* Szentjvanius ait: *Poſt mortem Miroslavi, Rex Croatiæ & Dalmatiæ fuit Znoimirus, cui Paulus Croatiæ Banus factus refractarius, magna ex parte Croatiam pro ſe occupaverat. Eodem autem tempore Regno Slavoniæ præfuit Godeſcalcus Rex & Martyr, poſt cujus Martyrium Regnum quoque revolutum eſt ad Zvonimirum.* Miroslaus Zvonimiri anteceſſor non fuerat, at Slavizo. Porphyr. teſtatur 949. Miroſtlavum a Pribina Bano occiſum fuiſſe, hinc 127. annis anterior eſt Zvonimiro. Paulum Croatiæ Banum, ante annum 1226. monumenta non exhibent. Ratkajus ſcribit: *Cum vero Godeſcalcus Martyrium ſubiiſſet, orbatum Slavoniæ Regnum Principe, poſt longas inter diſſentientes proceres agitatas controverſias, tandem Zvonimero Dalmatiæ & Croatiæ imperanti defertur, ut quæ ferè ſemper Regna eodem gaudebant Principe, jam rurſus ejuſdem Regis imperio, ac ſocietatis fœdere jungerentur.* Verum craſſum Ratkay errorem, qui quæquæ de Slavis reperta, Sclavoniæ huic attribuit, ſi lubet ex Baronio condiſces, ad annum 1065. qui Godeſcalcum trans Albinæ Slavoniæ, Diœceſis Hamburgenſis fuiſſe Principem, ex Adamo quodam Scriptore, rebus illis præſente, evincit. Cætera tam Ratkay, quam Szentjvany ex ſupra relatis, corruunt. II. Monere voluimus: Ritterum noſtrum in MSS. opere ſuo: *de Hungarico, in Horvathiam jure*; deſcriptam a Baronio, atque Lucio, Zvonimiri in Regnum Croatiæ, per Legatos Pontificios inveſtituram, ad fabulas rejicere. Et quia Hiſtor. Zagr. pag. 312. *Zelniczey Epiſcopus*, Nuncio Apoſtolico iſtud quoque ante Ritterum negâſſet; Ritteri motiva, diffuſius propoſita, compendio damus, lectori examinanda. Itaque Ritterus, I. exſcriptis Baronii, Luciique verbis, miratur *tantæ rei*, teſte ipſo Purpurato patre, *admiratione plane dignæ*, nulla ſupereſſe, nec Græcorum, nec Romanorum Scriptorum teſtimonia, dum nihilominus Græcos, latere non potuit, & illorum neglectus; ac Zvonimiri ab illis receſſio; & Regis novi a Papa creatio, dum res ejuſmodi, ex ſuis cæremoniis ſunt ex natura ſic publicæ, ut cellari, occultarique nequeant; publica nempe in Regem coronatio. II. Si prætendatur Græcos ideo tacuiſſe, ne ignaviæ, vel impotentiæ arguantur, dum rem tantam permiſiſſent, quærit, Ritterus, eccur in vitis Pontificum largè accuratiſſimeque deſcriptis, a tot præſtantiſſimis, celeberrimisque viris, res tanti momenti taceretur. Quare III. metuit Ritterus, Demetrium Ruſſorum Regem confundi cum Demetrio Zvonimiro, nam de illo Lambert. Schaphnaburgenſis teſtatur: quod anno 1075. Moguntiæ Henrico occurerit, cum donis precioſis, petens; ut auxilio ſibi foret contra

frat-

Digitized by Google

fratrem ſuum, qui ſe, per vim Regno expuliſſet, & Regnum tyrannica immanitate occupâſſet. Hic idem, filium ſuum ad Sedem Apoſtolicam præmiſerat, Baronio teſte: *Gregorius PP. Legatos miſit ad Demetrium Ruſſorum Regem, cum idem Rex ad ſedem Apoſtolicam ſuum filium præmiſiſſet.* IV. Thomas Archidiaconus Salonitanæ Eccleſiæ Pontificum ex antiquis monumentis conſcribens, ſynodos Provinciales omnes, Laurentio Præſulante, Zvinimiroque Regnum tenente coactas, memoriæ prodidit, inter quas & ejus de qua ſermo eſt, ita meminit: *His ita geſtis D. Papa Alexander de hac luce migravit. Cui ſubſtitutus eſt Dominus Gregorius ſeptimus. Hic ergo miſit Legatum ad partes Dalmatiæ, Venerabilem virum Giraldum Archiepiſcopum Sipontinum, qui Spalatum accedens cum magno gaudio & honore a Laurentio Archi-Epiſcopo ſuſceptus eſt. Miſit igitur & convocavit Suffraganeos - - - In hac ſynodo reſtauratus eſt Epiſcopatns Nonenſis, cujus Epiſcopus Gregorius, multas olim moleſtias, Joannem Spalatenſem Archi-Epiſcopum ſuſtinere fecit, debitam ei ſubtrahendo obedientiam, & ſibi jus metropoliticum indebitè vendicando.* Et hæc eſt ſumma ſynodi, non Solonæ, ſed ad Solonam, id eſt Spalati, ubi tres priores, Alexandro Pontificante, celebratæ. Meminit etiam alterius, Nonæ actæ, quam ſic deſcribit: *His temporibus celebrata fuit ſynodus in civitate Nonenſi, ſub Joanne Cardinali Apoſtolicæ Sedis Legato. Ubi proclamationem faciente Laurentio Archi-Epiſcopo, Illuſtris vir Demetrius cognomento Svinimir Rex Chroatorum, reſtituit Eccleſiæ S. Domnii Eccleſias S. Stephani, & S. Mariæ in Solona, cum omnibus earum bonis. Has ſiquidem Eccleſias ædificavit, & dotavit quædam Helena Regina, donans eas Spalatinæ ſedi jure perpetuo poſſidendas. Quæ ob reverentiam regalium ſepulchrorum conceſſæ fuerant quibusdam regularibus ad tempus, qui aſſidue in eis officiorum miniſteria exercebant. Ibi namque Magnificus vir Creſimirus Rex, in atrio videlicet Baſilicæ S. Stephani tumulatus eſt, cum pluribus aliis Regibus & Reginis.* Hæ itaque duæ Synodi Zvinimiro Chroatis imperante, ſub Laurentio Archi-Epiſcopo, qui a 1060. præfuit Salonitanæ Metropoli annis circiter 40. temporibus videlicet Regum Creſimiri & Svinimiri, ut Archidiaconus, in Dalmatia ſecutæ ſunt. Unde videre eſt, Salonæ Provincialem ſynodum nunquam fuiſſe, in qua Dux Svinimir in Regem inauguratus, & ex Rege ſubditus, tributariusque factus fuiſſet. Nam Archidiaconus finito Capitulo Actorum ſub Laurentio Archi-Præſule, narrans Creſcentium Romanum illi ſucceſſiſſe, proſequitur: Qualiter Ungari ceperunt dominium Dalmatiæ & Croatiæ? V. Cincius, qui idem, qui & Cencius, a Baronio, anno 1074. N. 34. Gregorii inimicus deſcribitur verbis Lamb. Schaphnab. *Quidam urbis Præfectus Romanæ (Cincius ſive Quintius nomine) filius: ipſa nocte Nativitatis Domini cum armatis inopinato irruit in Eccleſiam, in qua Papa veſtimentis Pontificaliter indutus ſacro Altari adſtabat, Miſſarum ſolemnia celebrans, injectaque (quod dictu quoque nefas eſt) in capillos ejus manu, multis contumeliis affectum, de Eccleſia protraxit, & priusquam vulgato per civitatem rumore populus frequens auxilio concurreret, in domum quandam munitiſſimam abripuit.* Simile factum cum gravioribus circumſtantiis, deſcribitur a Platina, Cincii Frangepanis, in Gelaſio II. Proinde quia Cincius hoſtis fuiſſet Gregorii VII. inveſtituram illam, actis ſynodalibus inſeruit, ad ambitionem Gregorii demonſtrandam, aut ſi Gregorio reconciliatus fuerat, ex adulatione, merendasque Papæ gratias, cui Bruno Cardinalis, inter criminationes alias, ſecundo loco apud Abb. Urſpurg anno 1077. objicit: *Scripturas ſacras violenter intorſiſſe.* Hæc culpa, ſi falſe appingitur Pontifici, ut appareat vera, ex odio ſtuduit Cencius: Si autem vitiavit ſcripturas Gregorius, complacere quæſivit genio Papæ Cencius. Utut ſit, ſuſpectæ fidei evadit Cencius. Si Baronius pro Cencii codice (pergit Ritterus) Zvinimiri Privilegium, aut ſaltem litteras, in Vaticano archivo repertas citaviſſet, omne de inveſtitura ipſius, & ad opem Pontificiam recurſu, dubium ſuſtuliſſet, ſecus enim, non Cencium dumtaxat, inveſtitura: ſed & Gregorium, epiſtola, quæ ad Wezelinum ſcripta fuiſſe dicitur, criticis cenſoribus facile reddere poſſet ſuſpectos, præcipue dum nec locus nec tempus Vecelino conveniunt, nam MSS. chronicon Ungaricum in Auguſta Vindobonenſi Bibliotheca, inter libros Mathiæ I. Reg. conſervatum ſub Stephano S. Vecellini meminit, his verbis: *deſcendit quoque de Bavaria Vecellinus, videlicet de Wazenburg. Qui cum S. Stephano, in Symigio Cupan Ducem interfecit. Capitaneus enim exercitus extitit illo die. Ex iſtis Jako naſcitur principium & origo.* VI. In ipſa inveſtituræ formula, multas improprietates deducit Ritterus, ut in anno, cum Zvonimirus 1075. regnare incoaverit. Tum illud: *Barbarus Rex, eidem* (Eccleſiæ Romanæ) *ſe conjunxit, ſubditumque conſtituit, fidelitatem juravit, tributum ſponte ſpopondit, magnam ex eo acceſſionem ad ſuam gloriam comparari exiſtimans, ſi ex libero Principe, efficiatur ſubditus ſancto Petro,* Miratur Ritterus, quomodo ſive Zvonimirus, Rex barbarus vocari & exprimi potuit;

 qui

qui Chriſtianus fuit, qui Eccleſiis bona reſtituit, qui Regni illius Rex fuerat, Dalmatiæ nempe Croatiæque, cujus anteceſſores tantas Eccleſiis elargiti ſunt libertates; ut Creſimirus: anno 1059. Abbatibus monaſterii S. Joannis, *ut præter debitam Eccleſiaſticæ diſciplinæ reverentiam, nulli mortalium poteſtati mundanæ, ſive ſpirituali ſubjecti habeantur.* Quo in Regno tot vigebant Eccleſiæ? & ad cujus Reges, ſcripſiſſe Alexandrum Papam teſtatur ad annum 1068. Baronius, ne uxores ducerent: *ſi quis amodo Epiſcopus, Presbyter, aut Diaconus fœminam acceperit, vel acceptam retinuerit, proprio gradu decidat, uſque dum ad ſatisfactionem veniat.* Quomodo Gregorio ſpondere Zvonimirus potuit, ne ipſe Gregorius Papa, ſive poſt eum futuri Pontifices, ſive Legati eorum vitam aut membra perdant, aut capiantur? dum Dalmatæ in moribus conſentiebant cum Romanis, imo Romani a Dalmatis plurima accepiſſent, ut Dalmaticas &c. Hinc Zvonimirus *Rex barbarus*, exprimi ſecus nequit, niſi quod libertatem vendidiſſet, & ſemet ſponte ſubditum tributarium reddidiſſet, ſuppoſita inveſtituræ pactorumque veritate. VII. Originalem membranam in archivo Capituli Spalatenſis, perhibet Lucius extare, *quam ex foraminibus clauſam fuiſſe, ſigillumque ex ea pependiſſe apparet*; ſed in qua ſolius donationis monaſterii de Urana, eſſet mentio, cætera Cencium ſummatim ex actis ſynodi inſeruiſſe. Repræhendit Lucium Ritter, quod ut Baronii ſalvet Eminentiam, ſenſum ſuum non expreſſerit, cum incredibile ſit, Lucium ſubſcribere potuiſſe, ut virum lectum adeo, dum nec in donatione Spalatenſi contineretur Zvonimiri inveſtitura, nec Baronius eam, inter Apoſtolicæ Sedis privilegia Romæ reperiri fateretur, at ſolummodo copiam in codice, Centius appellato. Hinc etſi donatio Uranæ, fide Spalatenſis membranæ ſubſiſteret, coronatio Zvonimiri, inveſtitura, ſubjectio tributaria, pro legitimis haberi non poſſet, donec non conſtiterit, unde Cencius, hæc habuit. Baronius ideo quod exſcripſerit, quæ invenit in Cencio, nec peccavit, nec ſuam auctoritatem in Cencium tranſtulit. VIII. Controverſia, quæ viguit intra Papas & Impp. fuit de inveſtituraſ Eccleſiarum, nequaquam vero Regum aut Ducum. Ut vel hinc appareat, Cencium ex odio in Gregorium hæc finxiſſe, & S. Pontifici odium procurare voluiſſe, ſic enim vel ignorantem fuiſſe ſanctum virum, dicere cogeremur, qui ignoraſſet illud Chriſti: dandum eſſe Cæſari, quæ ſunt Cæſaris, & quæ DEI, DEO. Item Regnum Chriſti non eſſe de hoc mundo: vel imprudentem, qui Imperia & Regna adverſum ſe provocâſſet, cum prætenſione inveſtituræ Cæſarum, Regum, Ducum: vel denique adeo ſuperbum, quod orbem totum, ſibi ſubjici debere, aut ambiviſſet, aut putâſſet, dum nihilominus Romanorum Pontificum, hoc ſæculo res fuerunt debiles, quia Gregorius ipſe, variis contumeliis affectus, de Eccleſia fuit extractus; & de Alexandro III. teſtaretur Platina: *Diu cum Romanis colluctans, cum diceret ſe urbem eorum cum pace ingreſſurum, nihil amplius quam rem divinam culturum, omiſſa eis cura rerum ſæcularium: cum id etiam non impetraret, Segniam profectus eſt, Anglorum Legatos auditurus.* Cujus rei conſideratione, quis credet? Regum inveſtituras, Papas exercuiſſe. IX. Zvonimirus ſi ſe ſubditum Papæ feciſſet: ſi tributa ſpopondiſſet, cur in Diplomatibus ſuis, Papæ nomen tacet? dum anteceſſores ſui, Conſtantinopolitanorum Imperatorum nomina inſerebant. Sane exordium illud: *Ego Demetrius, qui & Suinmur DEI Gratia, & Apoſtolicæ Sedis Rex*, quod Cencius exhibet, nusquam legitur alibi. Mirum Creſimirum Regem anno 1059. qui nec Tributarius, nec ſubditus Papalis fuiſſe ſcribitur, inſerere: *In Nomine S. & individuæ - - - Beatiſſimo Papa Nicolao univerſaliter mundo Apoſtolicante, in orientis partibus, Conſtantinopoleos ſcilicet, Cumneno Imperante - - - Ego Creſimyr Stephani Regis filius, Divina favente clementia Rex Dalmatiæ, Croatiæque.* Zvonimirum vero, tributarium & ſubditum, ea fuiſſe erga Dominum ſuum reverentia, ut nec prædeceſſorum ab exemplo, Papæ meminiſſe dignatus ſit. Fors ob cædem Slavizo Regis, meruit inveſtituram a Gregorio Demetrius Zvonimirus? ſi hoc: eccur Michael Rex Sclavorum a Gregorio agnoſcitur anno 1078. Quare impoſturam & fabulam hanc Monachis adſcribit Ritterus, qui ob exemptionem ab Epiſcopali juriſdictione, vel Abbatis ſui ſupra Metropolitas extendendam quæſiverunt dignitatem, dum Gebizo Abbas, in præſentia Laurentii totius Dalmatiæ & Croatiæ Rſſimi Epiſcopi, ſynodo præſediſſe, Zvonimirum coronâſſe, fingitur; tacente nec contradicente Archi-Epiſcopo: vel Curiæ Romanæ auctoritatem elevandam credendo, in tot abſurda impegerunt, litibus fomenta præbentes. Profectò ea eſt Apoſtolicæ Sedis providentia, ut jura cuivis ſua, vellit intacta. Qui credam? nec anditum Laurentium, jure ſuo fuiſſe privatum, ei antepoſitum Abbatem Monachum in actu coronationis; imo Folcoinus Foriſempronii Epiſcopus, tametſi Apoſtolicæ Sedis Legatus, in coronatione Zvonimiri poſtponi non debuit Abbati. Ait autem inſtrumentum: *Regnum autem quod mihi per manum ſuam, D. Gebizo traditur fideliter retinebo.* Hoc profectò calliditatem illorum monachorum ſatis exprimit, qui nec per Apoſtolicam

Se-

Digitized by Google

Sedem traditum fuiſſe Regnum exprimendum cenſuerunt, ſed per Gebizonem, ut ſcilicet prædicare valeant: monachorum gratia & manu, Croatiam Regnum effectam, dubitentque ſucceſſores Reges, an ſint monachorum ſubditi, vel Reges. Neque hæc ſcripta eſſe ex odio, quiſpiam arbitretur, ſed veritatis ex ratione, quæ firmare poſſum, tot conſictis Privilegiis, ſub pietatis, vel ſimplicitatis pallio, per Monachos. Ideo Andreas II. olim eos, a cura monumentorum exemerat; ideo Bela IV. ſigna certorum monumentorum, litteras poſuerat certas, initiô exprimendas; ideo Reges alii, perſæpe providere cogebantur. Neque te moveat, in Capitulo Spalatenſi, donationis Uranæ, membranam reperiri. Nam mihi vel hinc ſuſpectum eſt inſtrumentum, tum quod ſigillo careat, cum &, quod ſpalati ſit, dum potius Romæ, a Donatario fuiſſent ſervandum. Quam facile ad Archivum Spalatenſe deferri potuit, dum conſtat in transactione inter Epiſcopum & Civitatem Tragury anno 1283. die 30. Decembris facta, apud Lucium lib. 3. cap. 7. in mem. Tragur. tres Canonicos aliena manu ſubſcripſiſſe: *aliena manu me ſcripſi, neſciens ſcribere.* Si quis porro me arguat paſſionis aut criminis, dum prætenditur impeccabiles eſſe, qui in monaſteriis vivunt, ego autem accepi ut homines mortales, & peccare queuntes, conjectari poteſt: Gebizonem aliquo modo impetrâſſe a Zvonimiro, pro Legatis Pontificiis donationem ſuper tuto ad illas partes acceſſu, & in monaſterio Uranenſi hoſpitio. Quam cum latioribus terminis deſcriptam, & aut Regi, aut Clero Patriæ, aut Templariis ipſis præjudicioſam, Laurentius Archi-Præſul animadvertiſſet, obſigillari non admiſſam, aut certè detracto ſigillo mutilam, rejecit: eum actum non propalans ob religioſi nominis reverentiam. Quam donationem Thomas Archidiaconus vel non reperit in archivo Spalatenſi, vel ut ſigillo carentem, hinc invalidam, ſilentio præteriit. Ac poſtea ut antiquius monumentum, ad Archivum illata ſit. Quam ideo nec Baronius inter Apoſtolicæ Sedis Privilegia, Romæ reperit, ſed conceptæ copiam in Cencio quodam codice, fide non indagata, deſcripſit. Cæterum ego de Gregorio Pontifice ſaniora, ſanctioraque omnia ſentio, atque ſi quid Codici Vaticano, rerum priusquam eveniſſent, ingeſtum ſit; Gebizoni potius (via quaquam fortaſſe ad Purpuram competenti) aut cuiquam a conceptibus, adſcribendum eſſe reor, qui tam Religioſum virum, & communem omnium patrem, a tanta in ſubjiciendis Regibus arrogantia, & pro modico lucro, inter Principes Chriſtianos tam pernicioſa factione, inſontem fuiſſe, credo certius. Hactenus Ritterus. Hujus ſenſum, & plane verba, in compendio hoc ſervavimus, eſtô ille, motiva præmiſſa copioſius amplificaverit, deſcribendo textus integros, ex Lucio, aliiſque. Quædam etiam exageratius exprimendo, & repræhendendo Lucium, quod ex reſpectu Cardinalis Baronii, quaſi eminens dignitas faceret infallibilem, ac in ſcribendo, Baronius S. R. E. Cardinalem, haud vero Scriptorem egiſſet. Scopus, finisque Rittero, examinis ſui, ille fuit; ut vindicet Regni Croatiæ libertatem. Hinc etiam Regum Hungariæ, qui ſubjecti Romanæ Curiæ, neque quà Croatiæ Reges, dici, haberique poſſunt. Refellit quoque Ritterus Tomcum, qui (vide infra Hiſt. Zagr. p. 6. *Dalmatiæ tamen Croatiæque Regna*) putat Ladislaum donatione Pontificia, Regna hæc, Hungariæ adjeciſſe. Lucius in not. ad Marulum N. 31. in fine, relato Tomci textu, ait: *Quod, ſi verum eſſet, Ungarici Scriptores retuliſſent, & nulto magis Cardinalis Baronius, accuratiſſimus annalium Eccleſiaſticorum ſcriptor, prout de Zvonimiri inveſtitura retulit, ita de hac donatione facta S. Ladislao mentionem feciſſet: at cum a nullo referatur, pace tanti viri, cujus memoriam veneror, hæc inexplorate ſcripſiſſe mihi videtur.* Eadem de Ratkajo, Tuberone, horumque ſequacibus dicenda ſunt. Quin, ut in notitiis Quinque-Eccleſienſis monuimus, ſi quis unquam Hungariæ Regum, conſervando in omnibus juri Regio, fuit ſtudioſus, is proculdubio erat Ladislaus. A Gregorio VII. tam per Næhemiam Strigonienſem Archi-Epiſcopum (vide Cl. D. Kollar hiſt. jur. Patr. lib. 2. p. 103.) quam & Papæ litteras apud Harduinum, relatas a Pray Annal. Parte I. pag. 79. monetur, de ſubmittendis Romam Legatis. Monachos auctoritate ſua Regia, ſine Papæ conſenſu reformat, & ſecundum Patrum inſtituta Epiſcopis ſubjicit. (lib. 1. Decr. S. Ladisl. cap. 21. & 39.) Synodis præſedit ipſe, ut Præfatio Decretorum: *Præſidente Chriſtianiſſimo Ungarorum Rege Ladislao.* Res Eccleſiarum, & diſciplinæ, teſtantibus Decretis ſuis, diſpoſuit. Epiſcopatum Quinque-Eccleſienſem Monachis eripuit, docente ſua ſententia. Zagrabienſem vero conſtituit, ut infra Hiſtor. fol. 1. Plurima cætera, quæ longum foret deſcribere. Quin uxores Presbyteris Decr. lib. 1. cap. 3. permiſit. *Presbyteris autem, qui prima & legitima duxere coniugia, indulgentia ad tempus datur, propter vinculum pacis, & unitatem Spiritus ſancti, quouſque nobis in hoc Domini Apoſtolici Paternitas conſilietur.* Quis ex his credet? inveſtituram Regni Croatiæ, vel Donationem, Ladislaum Româ accepiſſe. Sed inſuper quando? a quo Pontifice? talem accepit, docendum Tomco & Ratkajo fuiſſet, in re adeo momentoſa, juris publici. Quare dum mortuo Zvonimiro, hujusque Succeſſore Stephano, nulla reperitur eveniſſe dif-

Digitized by Google

ficultas, ſive S. Ladislao, ſive Colomano a Romana curia in ſucceſſione Croatiæ Dalmatiæque Regni, illa Zvonimiri inveſtitura & ſpontanea ſubjectio, vehementiſſime ſuſpecta eſſe, confirmantur.

Intra Ritterum & Baronium Luciumque, Lector eruditè, agas judicem. Si relatum inveſtituræ inſtrumentum, pro legali, atque legitimo habendum eſt, adverſus illud, tot ſæculis eſt præſcriptum, dum nunc ſub eadem Hungariæ Corona, Croatiæ, Dalmatiæque Regna comprææhenduntur, nec tributa Romanæ Eccleſiæ exolvuntur, aut aliquando ſoluta fuiſſe conſtaret. Si vero cum Cl. Rittero, membranam illam, atque Cencium, ingenioſum commentum eſſe judicas, evaneſcit ſubjectionis Regni Croatiæ quæſtio. Duo adjicienda putavi. Primum lepidum eſt: Croatas videlicet explodere Cencium, dum nunc etiam in more haberent, coarguendi mendacem, vel adulatorem: *Ti Cincius*, aut *odhaiai Cincius*, hoc eſt: *Tu Cincie*, vel: *abi, recede Cencie*, conſequenter traditione longa, ſive adulatorem, ſive mendacem Cencium agnoſcere, qui fingere non exhorruit, Croatiæ ſubjectionem. Atque hoc ruſticorum etiam fœminæ, in more haberent. Ut plebs quævis, omnisque populus Cencium, pro mendace exprimat. Imperiti Confeſſarii, DEus novit, quam blaſphæmiam, aut imprecationem, ſub to *Cencius*, contineri interprætantur, ſæpeque pœnitentiis gravioribus, confitentes onerant. Olim hæc, prædicata ex ambonibus fuiſſe opinor, Magiſtratuum lege, ut ſic libertas ſervaretur, & Cencius ore omnium, dignus pœnis prædicaretur. Alias haud aſſequor, qua ratione, nomen Cencii, ad vulgus pervenerit? ſitque formula, pœnam pro mendacio merentis, indicans. Felicior erat Bulæ Sylveſtrinæ conſarcinator, ut alibi, DEO miſerente demonſtraturi. Alterum eſt Sclavoniam eo trahi non poſſe, dum Zvonimirus ſine quavis inveſtitura, & Papæ influxu, Anno 1075. Sclavorum Rex refertur, & poſt, ſequenti videlicet anno, Regnum ante habitum, in Croatiam, Dalmatiamque extendiſſe, vel obtinuiſſe: Cæterum Doctiſſ. Farlatus Illyrici Sacri Tom. III. pag. 146. ſequi videtur Lucium. Fatetur inquiens: *Donatio Cænobii Uranæ, ſeparatim a reliquis actis Cencianis modo deſcriptis extat conſignata membranaceis Tabulis in Archivo Capituli Spalatenſis.* Proinde quæſtio eſt de prætenſa inveſtitura, & dato *Croatiæ Regno per Gregorium* Zvonimiro. Idem Farlatus, exhibet inſtrumentum confirmatæ a Zvonimiro Donationis Terpimiri & Muncimiri pro Eccleſia SS. Domnii & Anaſtaſii, factum VII. Idus Octobris an. 1076. circa quod tempus prætenſa inveſtitura accidere debuiſſet, cum diploma Cencianum incipiat: *In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Anno Dominicæ Incarnationis Milleſimo ſeptuageſimo ſexto Indict. 14.* (notat Farlat. *fortaſſe 15.*) *Menſe Octobri.* In ſuo vero Zvinimirus, præmiſſis quibusdam teſtibus concludat: *Lubimiri Comitis, & aliorum noſtrorum Comitum, & Baronum, ubi fuit fidelium maxima congregatio.* Hanc maximam fuiſſe, occaſione coronationis, vel in Regem electionis, quivis facile admiſerit. Attamen non ſolum nulla, ſive Legatorum, ſive inveſtituræ eſt mentio, verum Zvinimirus, Regnum ſuum fatetur, inquiens: *In Nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis. Ego quidem Svinimir Chroatorum, atque Dalmatinorum Rex. Reſidente me in Regno meo, anno Dominicæ Incarnationis MLXXVI. Ind. vero XIV. die IX. Menſis Octobris, ac Divina gratia confortante, ſuffragantibus meritis Beatiſſimorum Martyrum Domnii, & Anaſtaſy, poſt quorum reverentiam, & devotum amorem Ven. Præſulis, mihi ſpiritualis Patris, D. Laurentii Eccleſiæ Spalatenſis - - præſentem paginam do & confirmo* &c. Sane quam hæc differant a Cencio, quivis videat. Si plane eodem die & tempore, hæc non ſtatuatur Zvonimiri confirmatio, dum in anno conveniunt & menſe, vel ante, vel illico poſt prætenſam inveſtituram, hæc Privilegiorum confirmatio eſſe debuit. Si ante? plane differunt, quia Centius ponit: *Ego Demetrius, qui & Svinimir nuncupor, DEI Gratia Croatiæ, Dalmatiæque Dux, a Te Domine Gebizo, ex Apoſtolicæ Sedis Legatione Domini noſtri Papæ Gregorii poteſtatem obtinente, in Salonitana Baſilica S. Petri, Synodali & concordi totius Cleri, & populi electione de Croatarum, Dalmatinorumque Regni regimine, per vexillum, enſem, ſceptrum, & Coronam inveſtitus, atque conſtitutus Rex.* Superi! quæ conſenſio? *Dux in titulo.* Et Dux! poſtquam exprimeretur: *per Coronam inveſtitus, atque conſtitutus Rex!* 2dò *in Salonitana Baſilica S. Petri*, dum certum eſt: occaſione ea, ſive anno 1076. nec Salonam, nec Baſilicam Salonitanam extitiſſe. Imo Zvonimirus, Laurentium Spalatenſis Eccleſiæ Præſulem & Archi-Epiſcopum exprimat. Hunc, & nequaquam ſive Gebizonem, ſive Gregorium, Patrem ſpiritualem vocet. Ob amorem Archi-Epiſcopi Laurentii, ait ſe Privilegia confirmare. Si poſt inveſtituram facta eſt privilegiorum confirmatio, dum in *maxima congregatione omnium fidelium* acta eſt, ei Gebizo interfuit. Si eo abſente facta eſt expeditio: qua ratione tot Epiſcopi teſtes inſerti, admittere potuerunt? ut Zvinimirus ad perpetuam rei memoriam exprimat: *Reſidente me in Regno meo*, ſitque ratione hac, Epiſcoporum conſen-

ſu-

ſu perjurus, dum paucos ante dies juraviſſet: *Regnum autem quod mihi - - traditur, fideliter retinebo, & illud, ſuumque jus, Apoſtolicæ Sedi, aliquo ingenio aliquando non ſubtraham*, dum poſt dies aliquos, jus Sedi Apoſtolicæ ſubtraxiſſet, populo & clero præſente, exprimendo: *in Regno meo.* Qualiter amabo permittere potuerunt, atque ſubſcribere manibus ſuis tot Epiſcopi? ut poſt dies paucos, omittat Zvonimirus memoriam: *DEI gratia Apoſtolicæ Sedis dono, Rex* (quæ, non exprimitur in confirmatis Spalatenſibus Privilegiis) quam ante dies, aut fors horas, aliquot, pactus ſolemniter fuerat, expreſſitque in Cenciano inſtrumento: *Ego Demetrius, qui & Svinmur, DEI Gratia, Apoſtolicæ Sedis dono, Rex.* Adverſus præmiſſa, eſt apud Farlatum Tom. 3. pag. 154. donatio *Sminæ* facta, Archi-Eppo Laurentio in anno 1083. Indict. VI. teſtibus: *Regina Lepa, Radovano Regis filio*, cæterisque Presbyteris, ubi: *Ego Svinimir Gratia DEI Chroatorum, atque Dalmatinorum Rex. Cum me DEI Omnipotentis pietas, ſua miſeratione in regali locaret ſolio, cum etiam Regni diademate, ſceptroque a Vicario ejusdem clavigeri Petri, Gregorio VII. Papa Beatiſſimo adornarer; æquanimiter cepi circa meos fideles, imo DEI Oratores donationis gratia eſſe ſolicitus, dignum ducens quo nullus fieret exterus, a noſtra donatione. Igitur inter plurimos* &c. In donatione vero territorii *Radunæ*, Monachis S. Stephani anno 1083. Indict. ſexta: *Ego Svinimirus DEI gratia Rex Chroatorum, atque Dalmatarum. Cum ſingulari DEI beneficio, quies & tranquillitas ubique vigeat in Regno meo, Eccleſiæ præſidente Gregorio Papa, nihil antiquius habui: quam ut erga meos fideles ſubditos, ſeu potius erga DEI cultores benefacere inciperem, optimum factu eſſe exiſtimans, neminem a noſtra beneficentia excludi. Quapropter &c. - - His actis & conſtitutis teſtes interfuerunt primum Regina Lepa, & Radovanus filius Regis.* Quibus anteriora quævis ruere oportet, ob ipſius Regis confeſſionem. Verum cur in diplomate illo 1076. in maxima congregatione omnium fidelium, nulla eſt horum memoria? Itaque rebus Zvonimiri creſcentibus, ſi Papa Gregorius, Zvonimiro (quem Centius barbarum Regem vocavit) præſtitit quidpiam, tunc nil aliud: quam mortuo Michaele Sclavorum Rege (ad quem Gregorius ſcripſerat anno 1078. exhibente epiſtolam Farlato fol. 150. Tom. III.) Dalmaticas civitates, ſive Dalmatiam Regno Zvonimiri attribuit. Enimvero ex juramento illo, quo ſe Dalmatici Croatæ ſub Heraclio Papæ obſtrinxerant, & cujus ſub Tirpimiro per Martinum Claudum reflectebantur, jus quodam in civitates illas, eſſe Romæ prætendi credique a Gregorio potuit, præcipue quia ſub Romanorum Imperio olim, Dalmatia inter Provincias ſenatus fuerit. Sed hæc Lucio ſcribere haud viſum. Ideo ne Dandulo & Venetis præjudicent Spalatenſes ſcripturæ, ad calcem Hiſtoriæ Traguriensis, Farlato teſte, inſtar regulæ conſtituit: *Exempla hiſtoriæ Salonitanæ, nec ſatis caſtigata, nec admodum integræ fidei - - & quæcumque ex actis conciliorum Dalmatiæ, Epiſtolis Papalibus, ſcripta ſunt, ea omnia ficta, & ſuppoſititia eſſe.* Subjunxit Farlatus: *Sane fidentius, quam cautius affirmat.* Quare ſi inveſtitura illa, Dalmatiæ applicari nequit, haud video, qua ratione fidem obtineat, de Regno Croatiæ? dum illam Cencius, ex prætenſis actis concilii Dalmatiæ, Donationi Vranæ inſeruit. Profectò dum Zvonimirus, poſt 1081. Papæ meminit, & a Gregorio ſe *Regni* diademate inſignitum diceret; dum notum eſt: jam ab anno 1076. Regem eum fuiſſe Croatiæ, ipſeque diſtingueret, dum ait: *Cum me DEI pietas in regali locaret ſolio*, ſi legitima eſt Sminæ donatio, hæc de Dalmatia, poſt mortem Michaelis, Zvonimiro attributa, intelligenda venit. Hæc refferre voluimus, ut eruditus, veritatisque ſtudioſus lector, ex juſtitia æquitateque, ferat ſententiam.

VI. De Croatiæ Regibus, quædam refferemus, nec enim Annales, aut hiſtoriam Regni Croatiæ accepimus conſcribendam, ſed notitias tantum, ſiſtemati noſtro neceſſarias, & futuris, doctioribus, felicioribusque ſcriptoribus, ſervire queuntes. Juri nihilominus publico Sacræ Coronæ, Regumque noſtrorum; præjudiciis item extirpandis, utiles. Itaque licet *Porinus* a Porph. Croatiæ Princeps exponatur: A Joanne X. Papa Romano, in Epiſt. per Cl. Farlati Tom. 3. p. 94. deſcripta, *Tamislaus* Rex Croatorum agnoſcatur; exorditur enim Pontifex: *Joannes Epiſcopus Servus Servorum DEI, dilecto filio Tamislao Regi Croatorum, & Michaeli Excellentiſſimo Duci Chulmorum*: (quod iterum ſervit enervando Cencio) tamen cum *Dircislaus* pro Rege primo Croatiæ, beneficio Impp. Orientis, a Lucio, Farlato, Aſſemano, Thoma Archidiacono collocetur; viros hos doctiſſimos, jam ſuperius ſecuti ſumus. Reges hos, *Patricios* unà, Conſtantinopolis fuiſſe, monumenta, & ſcripturæ apud Farlatum videndæ evincunt, quæ fors fuerit ratio, ut honoris cauſa nomina eorum, ſuis diplomatibus inſererent. Opinione mea, factum hoc *jus clientelæ*, eo minus evincit; dum Epiſcoporum, Archi-Epiſcoporum, Priorum, Dalmatiæ Catipanorum, Principum Spalati & Chyſi, &c. præmiſſa in eorum monumentis nomina, leguntur. Secus omnibus his, ſubditum fuiſſet Croatiæ Regnum. Quare honoris pu-

Digitized by Google

re fuiſſe, nominum illorum inſertionem, verius inferendum puto, indicareque amicitiam, uti Lucius lib. 2. cap. 8. pag. mihi 81. de Stephano Bano explicaret, ſcribendo: *Ex quo Stephanum Banum Proto-Spatarii Imperialis titulo decoratum, Amicum Imperii Orientalis arguitur.* Quæ ſi de Bano intelligi vult, haud video cur de Regibus Croatiæ intelligi non deberent? Quare ut ſupra pag. 97. monuimus, arte quadam ſingulari, coluêre vicinos ſuos; ut ſic Regnum ſuum firmarent, extenderentque. Deducitur hoc ex Privilegio Zvonimiri anno 1078. apud Lucium: *Ego Svinimir, qui & Demetrius, gratia divinitus collata ſubminiſtrante, & Sagacis vigore ſcientiæ verè cœlitus attributæ, cooperante Rex totius Chroatiæ, ſimulque Dalmatiæ.* Poſt Dircislaum *Creſimirus* tempore S. Regis Stephani, Croatiæ Rex fuerat. Poſt hunc *Stephanus.* Succeſſit huic, *Creſimirus, dictus Petrus*; ut ex diplomatibus collegit Lucius. Iſte, honorem illum, quem anteceſſores ſui vicini exhibebant in diplomatibus, modo adhibuit, modo omiſit. Croatiæ Regnum dilatavit maxime, teſtante apud Lucium dipl. l. 2. cap. 8. ubi: *Igitur quia DEus omnipotens terra, marique noſtrum prolongavit Regnum, decrevimus* &c. Hærede deſtitutus, Stephanum Patruelem ſuum, ſucceſſorem conſtituit, ut videre eſt, apud Cl. Farlati Tom. 3. pag. 138. in ſubſcriptione privilegii: *Ego vero Stephanus ejusdem Patrui mei hæres, & Divina clementia futurus in Regno ſucceſſor, hanc donationem confirmo, & ratam in perpetuum eſſe jubeo, coram eodem Archi-Epiſcopo, & Gregorio Epiſcopo Chrobatiæ.* Intra finem 1073. vel proximo ineunte deceſſit e vita Creſimirus Petrus. Stephano Duci, Succeſſori deſtinato, Regnum præripuit *Slavizo*: quô, ab Amico Comite an. 1075. menſe Novembri capto, *Zvonimirus Demetrius*, anno eodem Rex Sclavorum, in Regnis Croatiæ, Dalmatiæque, communi electione ſucceſſit. Zvonimiri hujus quædam, veniunt illuſtranda, dum ejus eſt, in ſcriptoribus noſtris frequens mentio. Dolemus Doctiſſ. Farlatum, documenta ex Tabulis Dalmaticis non exhibuiſſe, de quibus pag. 140. Tom. 3. ait: *huic Slavizo Regnum præripuit, qui Creſimiro & Svinimiro interjectus, apud Chrobatos regnavit, ut colligitur ex Tabulis Dalmaticis, quas hic proferri neceſſum non eſt, cum pertineant ad hiſtroriam Civilem Illyrici.* Attamen.

De Zvonimiro Demetrio.

Sub Creſimiro Petro, anno 1070. Banum fuiſſe, teſtantur Privilegia Jadrenſium Monachorum, apud Lucium lib. 2. cap. 15. Hinc quia Banus fuerat, ex illuſtriore eum fuiſſe familia, cenſeri poteſt. Incompertum eſt hactenus, quo Patre, natus eſt. Varias opiniones non deſcribo, cum nulla fundamento ſtet ſolido, at quævis ex argumentationibus ſit conflata, quæ doctis eruditisque viris, vel riſum, vel bilim moverent. In Privilegio ſuo, infra uberius memorando, ait: *Contra Privilegia donationum ac confirmationum Progenitorum meorum*, haud attamen, exprimit Regum aut Ducum. Ut quà Proprietarii, & terræ Domini, Donationes illas feciſſe cenſendi ſint. Ad Jadræ oras, Banus fuerit, illarumque partium, dum iſthic apud Lucium Croatinus, territorium monaſterio conferens, Romani Imp. Creſimiri Regis, & Zvonimiri Bani meminit. Anno ſequente credibilius, a Creſimiro Petro, vel translatus, vel ad Ducatum elevatus fuerit, dum eidem Privilegio apud Lucium adſcribitur: *Anno ab Incarnatione D. N. J. Chriſti 1072. Ind. 7. Reg. glorioſo Croatiæ, Dalmatiæque Rege Creſimiro. Viſum eſt nobis fratribus Zovine, Doſimiro, Petro, Gromile, & Slavizo, ut pro remedio animarum noſtrarum, vel parentum noſtrorum defunctorum, quorum nomina ſunt hæc, Veliacus* &c. Profectò dum 1072. non exprimitur Zvonimirus, ſed fratres memorati, quorum *Slavizo*; mortuo poſt annum Creſimiro, Rex fieri quærebat, de Zvonimiro aliter diſpoſuiſſe Creſimirum cenſeri debet. Credibilius ut vir ſagax & fortis, limitaneam ad Bulgaros, atque Hungaros præfecturam, acceperat, aut etiam occaſione diſcordiarum intra Salamonem & Geyſam Ladislaumque, horum partibus, adverſus Salamonem adſtiterit, Creſimiro volente; ut horum affinis effici meruerit, & ab his, partem ſaltem Sclavoniæ obtinere, atque anno 1075. Rex Sclavorum haberi. Mortuo Creſimiro, quamvis ipſe, patruelem ſuum Ducem Stephanum, Succeſſorem ſuum deſignâſſet, ut ſupra retulimus; dum *Slavizo* Jadrenſis, Dalmatiæ elevandæ ſtuderet, atque Stephanum deprimere: Narentani ſeſe oppoſuerint Slavizoni, dum horum Comes *Amicus*, cepit Slavizonem, ac facile vita privavit. Si Zvonimirus Narentanorum Dux non fuerat, quem veroſimilius crederem fuiſſe, horum favores nactus fuerit, dum 1075. pro Sclavorum Rege ab iis eſt agnitus, ac dein 1076. a Croatis (cedente prætenſioni ſuæ, Stephano) Laurentii facile Archi-Epiſcopi Spalatenſis opera, in Regem, Regnumque Croatiæ eſt elevatus. Ceſſionem Ducis Stephani, retento Ducis Croatarum titulo, arguo ex illius teſtamento, quamvis poſteriore. Atque hunc, in aſſignatis ſibi territoriis vixiſſe privatim, ex quibus, prædia quædam Monaſterio S. Stephani legavit. An vero ipſe?

vel

Digitized by Google

vel nepos ſuus Zvinimiro ſucceſſerit? dubium eſt. Juvat ex Farlato exſcribere, in robur dictorum, Ducis Stephani teſtamentum: *In Nomine Chriſti. Ego Stephanus olim Dux illuſtris Croatorum, cum gravi morbo oppreſſus, convocari juſſiſſem Venerabiles Sacerdotes Regni Chrobatiæ, qui gravioribus animæ meæ morbis, medicinam adhiberent, de illorum conſilio me transferendum curavi, ad Monaſterium S. Stephani Proto-Martyris, ubi Ducis titulo, ac dignitate omni depoſita, locum meo ſepulcro deſignavi. Et rogans Abbatem, ut me aſſiduis precibus DEO commendaret, eidem cœnobio pro ſubſidio & expiatione animæ meæ, duo prædia ex meo patrimonio conceſſi, apud pontem Alteslug, quod adjacet prædiis nepotis mei, atque uſque ad fluvium porrigitur; alterum per territorium Breſtempotoch protenditur, & eodem fluvio, iisdemque prædiis terminatur. Hæc acta ſunt coram Summimiro Rege, ac Domino meo, Lepa Regina, Radovano Regis filio, Petro Presbytero Cardinali, & Romanæ Eccleſiæ Legato, Laurentio Archi-Epiſcopo, Gregorio Epiſcopo, Joanne Abbate S. Bartholomæi, Urſone Abbate S. Moyſis, Andrea, & Nicolao Regio Sacello Præpoſitis. Ego vero Theodorus ſcriba D. Regis, has tabulas confeci, & teſtis adfui: Ego autem Presbyter Sabatius Notarius juratus communis ex ipſo autographo hoc exemplum in hoc libro totidem verbis deſcripſi.* Verba illa: *Ubi Ducis titulo ac dignitate omni depoſita*, Item: *olim Dux Croatorum*, uti demonſtrant Stephanum Duois titulum, cum aſſignatis territoriis ſervâſſe; ita titulum hunc, & dignitatem in præſentia Regis, Reginæ, Cardinalis, Archi-Epiſcopi &c. Sponte depoſuiſſe.

Laurentii Metropolitæ erga Zvonimirum ſtudia, perhibet, tum ſupra memorata anteriorum privilegiorum confirmatio, cum & cætera privilegia & donationes, apud Cl. Farlatum videndæ. Anno 1078. Jupam ſive Comitatum integrum Centinæ, ſuæ ſacræ jurisdictioni ſubjicit, Primitias quoque cum decimis eidem attribuit, *meorum* inquiens: *Comitum, aliorumque Nobilium communi fulcitus conſilio*, diſponendi in Eccleſiaſtica diſciplina auctoritatem indulget: *Et hoc edico, ut quidquid ad Eccleſiaſticæ diſpenſationis ordinem, ſano intellectu pertinere videtur, plenius habeat, Chriſtianæ fidei doctrinam ubique teneri faciat, ordinatos tam Presbyteros, quam alios; ut caſtè vivant, conſtringat, ordinandos ordinari, & ſynodis uti faciat &c.* Lege apud Farlatum pag. 149. Tom. III. Eodem quoque anno 1078. die 16. Menſis Aprilis, aliud indulget privilegium apud Farlati, ex quo, ad cognoſcendam Regni Croatiæ extenſionem, hæc deſcribimus: *Ob — & inſtantiſſimam petitionem Venerabilis Patris mei Spiritualis Laurentii Archi, Eppi, & multorum Nobilium ſuorum Civium de Spaleto meorum dilectorum fidelium, qui, una cum eodem eorum Præſule, mihi gravem querellam expoſuerunt, quod propter copiam diffuſam, animalium ipſorum Civium, & hominum ac villarum ejusdem Archi-Epiſcopi, & Eccleſiæ ſuæ, paſcuas ſufficientes habere nequibant libere in meo Regali diſtrictu - - - contra privilegia donationum, ac confirmationum progenitorum meorum, præſertim villarum, atque terrarum Serennine, Gothe, Cugme, Oſic, Debriz, Dlanoze, Vallari, & Cremene, quæ poſitæ ſunt infra montes Maſſari. Nec non villarum, & terrarum S. Georgii in Putalo, Corize, Laſcany, Priac, cum tota jurisdictione caſtri Albonæ, Radoſich, & Smine, quæ ſitæ ſunt citra montes, in montibus & ſub montibus Dubrave, ac etiam villarum, & terrarum Stoloc in Cetina, Suduſchize in Cleuna - - - - Ac etiam Cives tui Spalatenſes habeant poteſtatem & libertatem paſcendi & adaquandi veſtra cuncta animalia, in diſtrictu meo, in paſcuis & locis contiguis - - Sine contradictione, vel datione alicujus perſonæ, & præſertim in Boſigline meo regali territorio* &c. Spalatenſes dilectos ſuos fideles vocat, & in Regali plane territorio, libera indulget paſcua, quæ ſatis perhibent, ad conſequendum a Zvonimiro Regnum, eosdem adlaborâſſe. De Sigillo appenſo, ſequens eſt teſtimonium: *In quo quidem ſigillo ſculpta eſt quædam regalis imago, ſedens in throno, habens in manu dextera quemdam Zilium baculo ſuperpoſitum, & in manu ſiniſtra, quamdam ſculpturam rotundam, & circumcirca ſculptæ erant litteræ, cruce præmiſſa, ita dicentes: Rex Svinimirus Dalmatarum, Croatorum.*

Narentanos Zvonimiro fuiſſe amicos (ut ſi is, ante conſecutum Regnum Dux Narantanorum non fuiſſet, *Amicus ille*, qui Regem Slavizo cepit, Zvonimiro ſtuduit) argui poteſt ex documento donationis territorii *Puſtizæ* apud Farlatum pag. 155. Fatetur vir Doctiſſ. in multis locis vitiatum eſſe, nullaque chronologica nota inſignitum, attamen quidquid ſit de donatione in Forojudiciali, cum inſtrumentum vetus ſit, aſſumi, *ut teſtis ex auditu* poteſt. In hoc itaque: *Jacobum vero Ducem Marianorum, ex parte noſtra Legatum & Introductorem - - - in memoratis terris permiſimus.* Ducem Marianorum, fuiſſe Narentanorum, ex Dandulo l. 8. Chron. c. 4. part. 3. patet, dum ait: *Dux Venetorum ad Narentanas tranſiens inſulas, cum Droſaico Marianorum Duce fœdus renovavit.* Quare dum Jacobus Dux Ma-

Digitized by Google

rianorum, ſive Morjanorum (ab Adriatico mari dictorum) egit Introductorem, Narentanos Zvonimiro fuiſſe conjunctos, & Regni Croatiæ membra, concluditur.

Ex iuſinuatis ſupra, & apud Farlatum legendis monumentis, Zvonimiro duas fuiſſe uxores conſequitur. Prima, cujus mentio anno 1078. *Helena* fuit. Poſt hanc *Lepa* nomine, quæ ut teſtis anno 1083. inſeritur, cum *Zvonimiri filio Radovano.* Hunc Lucius ex illegitimo thoro genitum arbitratur, quod patri non ſucceſſerit. Verum puto ego, Helenæ fuiſſe filium, dum pro teſte in Regiis exprimitur litteris, cum confeſſione *Radovano Regis filio.* Si enim fuiſſet non legitimus, haud video, cur donationibus inſertus fuiſſet. Legitimæ quoque ætatis fuerit, dum 1083. teſtis inſeritur, teſtamento & renunciationi, Ducisque titulo, a Stephano factæ. Hinc Radovanum, ut ex Helena Regina natum Zvonimiro fuiſſe opinor; ita vel ante Patris fata mortuum; vel ſi vixit, jus ſuum S. Ladislao ceſſiſſe, cenſeri debet. Scriptores noſtri, Zvonimirum Geyſæ, ac Ladislao affinem extitiſſe recenſent. Neque vidi adhuc demonſtrationem, ut eos hæc ſomniâſſe, concludi debeat. Sed quæ illa fuit? Helena videlicet vel Lepa? per quam affinitas eſt contracta, necdum adſunt, ferendæ ſententiæ fundamenta. Si diplomata, veteresque ſcripturæ, diligentius diſcuſſa, editaque fuerint, eruendum etiam hoc confidimus, ut nunc tanta, a nobis dilucidari credimus, quæ adhuc obſcura jacebant, & per diverſas opiniones lacerabantur, haud ſine vulnere juris publici Regis, & ſacræ Coronæ. Sane haud video, cur tanti utilibus iraſcantur litteris? cur veterum cartas, MSS. diplomata, ſepelienda cremandaque clamitent? niſi fors illud ſit, quod veritatem eliminandam velint, adverſus Chriſti inſtitutum, qui hanc docuit, & ſe veritatem definivit, aut orbis terrarum Monarcham, ultimumque hominis finem, *opinionem eſſe*, prætendant. Sub ſpe ergo, eruendæ aliquando veritatis, per quam præmiſſarum Reginarum, affinitas a noſtris ſcriptoribus memorata, interceſſit; ab opinationibus deſcribendis ſuperſedeo.

De geſtis a Zvonimiro bellis meminiſſe volui. *Meminiſſe* dico. Eſt nobis Colomani Regis de anno 1105. inſtrumentum, per eminens Dicaſterium Aulicum recognitum, ac pro legitimo acceptatum, autenticatumque, vulgari nobis Croatica dialecto ſcriptum, expeditumque; quod a me translatum exhibeo.

Nos Colomanus Dalmatiæ, Boſnia, & Magnus Hungariæ Rex; maris Adriatici, & aliarum amplarum Provinciarum Dominus. Significamus omnibus, ſingulariter autem populo noſtro glorioſæ Nationis Sclavonico: Quod coram nobis, noſtrique præſentia, Martini Lapſanovich de Jobagonov, Comitis de Karina, Domini Lamoczkenſis, & Vaivodæ noſtri Dalmatici, Avus Radula Haros, ternis vicibus Zvonimiri Regis Dalmatiæ, caput ſeu vitam conſervaverit, & quod ipſe fuerit terror Bulgarini, & gloria gentis ſuæ. Quodve ſeptemdecim vicibus debellaviſſet Bulgarinum, & poſt hæc cum ſuis Coruczonibus, in Coſſovo campo conflixiſſet, ubi etiam cum ſeptem ſuis fratribus occubuit. Quorum conſideratione, Nos, Martino dedimus, & donavimus Comitatum Cettinæ, lege & conditione ea, ut is, Nobis noſtrisque hæredibus & ſucceſſoribus, unà cum ſuis hæredibus & poſteritatibus, ſuo cum milite, & glorioſo ſuo populo, fidelis ſit ac ſubjectus. Hanc noſtram Regiam reſolutionem confirmavimus coram Comitibus Dalmatiæ, videlicet Nob. Georgio Chachitorovich, Nob. Georgio Chitorovich, Paulo Nob. Guſſich, Nob. Obrad Czmichitorovich, Nob. Jammetnotorovich. Qui omnes, reddiderunt nobis gratias, ſuper hac donatione Martino magno Comiti de Carina facta. Scriptum hoc eſt Jadræ, per Cancellarium Dalmatiæ Petrum Beriſzlavich Comitem de Bochki. Anno Incarnationis Salvatoris Noſtri 1105. Quæ donatio, ejusdemque juſtitia Budæ confirmabitur Colomanus M.P. Locus Sigilli.

Hoc inſtrumentum ſi firmum haberi poteſt, prouti ſtaret pro eo, hoc etiam: quod Rittero teſte, in Regis Ludovici privilegio, dato 28. Novemb. An. 1360. referatur Zvonimirus filiam ſuam Claudiam, Winiche de nobili genere, Lapzanorum in uxorem tradidiſſe, ſimulque terram Karini conceſſiſſe. Qua de re, Lucius quoque lib. 3. cap. I. præberet teſtimonium. Evincit Zvonimirum cum Bulgaris, etiam cum vitæ ſuæ periculo pugnaviſſe, fuiſſeque Regem, & exemplo militem. Porro Curopalates ſcriberet ad annum 1074. *Servorum gens, quos etiam Crovatas vocant, exiit, ut Bulgariam in ſervitutem redactura.* Zonaras vero: *Tertio porro anno Imperii* (Parapinacis) *gens Crobatorum, quos nonnulli Servios vocant, Bulgariam occupax aggreſſa eſt, ac quædam loca cœpit, ſed multis præliis factis, multis utrinque cæſis, tum iis excidit, quæ tenuerat, tum de victa & Romana ditione expulſa, in ſuas ſedes redire coacta eſt.* Horum conſideratione, Zvonimirus ad bellum iſtud fuerit miſſus a Creſimiro. Et cum Colomanus coram ſe ſuique præſentia Radulam pugnâſſe ſtrenuè, & vitam Zvonimiri ſervâſſe perhibeat, bellum illud pro recuperanda inferiore Sclavonia & Syrmii partibus fuiſſe, credi poteſt. Sed mortuo interea Creſimiro, Zvonimirus in ſuas

ſedes

ſedes rediit, ſeſeque Croatiæ Regem effecit, ob virtutem in bello exhibitam. Hæc quoque occaſio fuit, contrahendæ affinitatis cum Geyſa & Ladislao. II. Si ſtat monumentum ſuperius, Colomanus Rex, Epiſcopus Varadienſis haud fuerit, dum Zvonimiro adſtitit pugnanti, niſi vellis, ex milite, factum fuiſſe Epiſcopum, ex Epiſcopo Regem. Ego credo, continuo ſemet exercuiſſe per bella Colomanum, cum Ladislao mortuo, invitatus fuerit per Croatas ad capeſſendam Regni Coronam, ut ipſis cognitus, & antea cum iisdem ſub Zvonimiro miles, qui ideo etiam citiſſime Dalmatiam aquiſivit. III. Illud: *Maris Adriatici*, aliarumque Provinciarum *Dominus* ſummum eſt, quod in defectu autographi, an a Colomano fuerit expræſſum, dum in cæteris ſuis, hæc tituli forma non legitur, haud diſputo: An autem exprimere potuerit? ſuo loco dicetur.

Gregorius VII. Papa (qui ad Michaelem Sclavorum Regem, anno 1078. dederat litteras, in cauſa, quæ erat intra Raguſinum Epiſcopum, & Spalatanum Archi-Eppum, Michaele intra annum mortuo, & Gregorio Dalmatiam Zvonimiro attribuente) prohibet Vezelino invadendam Dalmatiam anno 1079. juvat Gregorii epiſtolam ex Farlato exſcribere. „ Gregorius Epiſcopus ſeverus Servorum DEI Uvezelino Nobili militi, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Scias nos de prudentia tua multum mirari, ut qui te eſſe dudum Beato Petro & Nobis fidelem promiſeris, contra eum, quem in Dalmatia Regem auctoritas Apoſtolica conſtituit, tu modo coneris inſurgere. Quapropter Nobilitatem tuam monemus, & ex parte Beati Petri præcipimus, ut adverſus jam dictum Regem deinceps arma capere non præſumas; ſciens quidquid in illum auſus fueris, procul dubio te in Apoſtolicam Sedem facturum. Si vero adverſus ipſum aliquid te forte dicis habere, a nobis judicium debes expetere, & expectare juſtitiam potius, quam contra eum ad injuriam Sedis Apoſtolicæ manus tuas armare. Quod ſi te tuæ temeritatis non pœnituerit, ſed contra mandatum noſtrum contumaciter ire tentaveris; ſcias indubitanter, quia gladium B. Petri in audaciam tuam evaginabimus, & eodem pertinaciam tuam, & omnium, qui tibi in ea re faverint, niſi reſipiſcas, mulctabimus. Si vero obediens, ſicut Chriſtianum decet, prudenter extiteris, gratiam Beati Petri, & Apoſtolicæ Sedis Benedictionem, ſicut obtemperans filius, conſequeris. Data Romæ IV. Nonas Octobris, Indictione tertia.

Evincit hæc epiſtola I. Vezelinum ſubditum eſſe debuiſſe Romanæ Sedis, dum hac auctoritate, ſcripſit ei Gregorius. Quare errare illos, qui Carinthiæ Ducem, putarunt Vecelinum, qui neſcio, quam prætenſionem habere potuit pro Dalmatia, ut hac ætate conſiderabatur. Cujus autem partis, Dux? aut miles Vecelinus fuerit? necdum conſtat, vel fuerit Roberti Northmani miles, cujus bella his temporibus deſcribuntur a Lupo Protoſpata, Anna Comnena, Abbate Gaufrido dicto Malaterra &c. cum Robertus Romam in auxilium Papæ iviſſe ſcribatur; vel credibilius fuerit Ezerinus, de quo Laurent. a Monacis lib. 13. *Quidam Ezerinus quondam Albrici miles gregarius, veniens in Italiam cum Ottone Imperatore, obtinuit ab eo villam honorariam in finibus Paduanis, ſeu Vicentinis. Hic genuit Ezerinum Balbum, qui dictus fuit Ezerinus Primus. Hic genuit Ezerinum Monachum hæreticum, qui dictus fuit Ezerinus ſecundus, & hic genuit Ezerinum tertium, qui habuit in feudum ab Imperatore villam de Romano* &c. Vide Laur. Monacis, qui genealogiam & hiſtoriam eorum refert. Quia porro Nortmanorum meminiſſemus, occurretque dehinc mentio, pro Lectoris commodo, ſit hæc de iis memoria ex lib. 4. Laur. de Monacis pag. mihi 78. „ Nortmani fuerunt populi de ultimis littoribus occidentis, qui maria illa, continuis diſcurſionibus infeſtabant. Hi poſtea junctis ſibi Datis (fors Danis) per ligerim flumen Gallias potenter intrantes, Franciam, Lotharingiam, & Germaniam, per annos ultra 40. ferro & incendio vaſtaverunt. Tandem Rollo Dux eorum percuſſo fœdere cum Carolo III. dicto Simplice Franciæ Rege, factusque de idolatra & hoſte Chriſtianus, & gener Regis, & vocatus in baptiſmate Robertus, a nomine Roberti Comitis Pariſienſis, qui eum de ſacro fonte levavit, accepit a Rege regionem incolendam ſuper Sequanam flumen, quæ abinde dicta eſt Normania. Hic fuit Atavus ſupraſcripti Roberti Guiſcardi, qui intrans Italiam cum potentiſſimo Normanorum exercitu Appuliam obtinuit, Saracenos Campaniam occupantes fugavit, Græcos expulit de Appulia, dimiſſis aliquibus Eccleſiis adhuc tenentibus ritum Græcorum. Dilatata potentia in Appulia & Calabria, cum Rogerio fratre tranſiit in Siciliam, quam ingenti ſtrage Saracenorum obtinuit. Robertus vocatus eſt Comes Appuliæ, Rogerius Siciliæ, Robertus ſubjecit Lucaniam, & Salernum, & tranſiit ad alias civitates Campaniæ. Leo Papa antedictus, ſtudens repellere Robertum, victus magna cæde fugit in Beneventum, apparet in loco prælii acervus Oſſium interfectorum. Poſtea Papa victor fruſtra tentavit expellere Normannos de Appulia. Tandem Nicolaus II. Summus Pontifex, inſpecta invicta potentia dictorum fratrum, conceſſit eis ſub fidelitate, juramento, & vexillo terras Appuliæ

„ & Siciliæ, confitentibus ſe, hæredesque ſuos Vaſſalos Eccleſiæ. Poſtea gravi ſuborta diſcor-
„ dia inter Gregorium Papam ſeptimum, & Henricum IV. Imperatorem, Robertus Guiſcar-
„ di, Papæ ferens auxilium, Henricum fugavit Senas, cum ſuo Antipapa. Poſtea Romam
„ intrans, illam igne ferroque vaſtavit, & Gregorium in ſua ſede repoſuit. Hujus Roberti
„ poſteriores, fortuna tam alte extulit, ut nomen ſuum, atque potentiam, per Orientem, Oc-
„ cidentem, & meridiem diffunderent, nam & Principatum Antiochenum, magnamque partem
„ Italiæ, Siciliæ, & Affricæ, & in Galliis multas regiones, & Regnum Appuliæ poſſederunt.

II. Dalmatiam Zvonimiro datam fuiſſe, eumque conſtitutum a Papa Regem Dalmatiæ, *Quem in Dalmatia Regem auctoritas Apoſtolica conſtituit.* Hæc proinde initia ſunt Regni Dalmatiæ, quæ, ut diſtinctum Regnum a Croatia, cepit haberi. Primus itaque Rex Dalmatiæ Zvonimirus fuit. Hoc eſt, quod in ſuis diplomatibus Zvonimirus, 1083. Papæ Gregorii meminerit, & factæ ab eo inveſtituræ. Regni videlicet Dalmatiæ, nequaquam Croatiæ, quæ nihilominus Cencius confudit, & Croatiæ attribuit. Zvonimirus in monumentis anterioribus, annumque 1080. præcedentibus, nec Papæ, nec inveſtituræ meminit. Gregorius ipſe, de Regno Croatiæ tacet, & unice *Dalmatiæ Regem* conſtitutum fuiſſe memorat. Quare Hungari virtute propria, Regnum effecerunt, quod agnovit, ratumque habuit ſub Geyſa Otto. Croatæ ſimiliter, probantibus ſub Dircislao, Conſtantinopolitanis Imperatoribus. Dalmatia vero auctoritate Gregorii Papæ anno 1079. ſub Zvonimiro in Regnum eſt elevata.

Quamvis Zvonimirus, in donatione Radunæ cænobio S. Stephani anno 1083. indicti. Sexta, apud Farlati fateatur: *Cum ſingulari Dei beneficio quies & tranquillitas ubique vigeat in Regno meo*, anno nihilominus 1085. diſcordias viguiſſe conſit ex documento apud Farlati Tom. 3. pag. 155. quo Laurentius Archi-Epiſcopus, ſine Regis memoria, diſponit, inquiens: *Ego Laurentius DEI Gratia Epiſcopus Spalatenſis, unà cum Valiga Priore, Clero, & univerſo populo, Dabrum Abbatem Cænobii S. Stephani Proto-Martyris extra urbem, cum ipſe & ejus Monachi expoſiti eſſent incurſionibus hoſtilibus, omni ope & conſilio juvandum eſſe cenſuimus.* Hæc Laurentium, alieno fuiſſe animo, a Rege Zvonimiro, eo luculentius teſtantur, quod *Joannes* æditüus donationem illam renuerit conſignare, ſic enim ibi: *Tum negotium datum eſt Joanni æditüo, ut hanc donationem litteris conſignaret, qui, cum ſæpius rogatus abnueret, & excuſatione valetudinis uteretur* (dum nihilominus inter teſtes ſubſcriptus eſſet) *Ego Theodorus Presbyter indignus hæc omnia ſcripſi, rogatu Venerabilis Archi-Eppi - - - ut hujusmodi donatio, quam eorum, qui ſupra nominati ſunt, auctoritas ſancivit, videlicet Archi-Eppi, Cleri, Prioris, Nobilitatis, & plebis univerſæ, firma ſit, ac perpetua.* Profectò hæc, ſatis teſtantur, adverſus Zvonimirum, motus fuiſſe, quibus Archi-Epiſcopus implicabatur. Cauſam rebellionis hujus fuiſſe, bellum a Roberto geſtum deducitur. Cum enim Robertus faveret Papæ, a quo Zvonimirus Regis Dalmatiæ titulos acceperat, Zvonimirus, adverſus Imperatorem Orientis, atque hujus ſocios Venetos, ut Dalmatæ exeant, voluerit. Hoc illi detrectantes adverſus Regem ſuum, ſeſe elevârunt. Hæc ad annum 1085. ex Lupo Protoſpata figenda ſunt, qui ſcribit: 1085. *Prædictus Dux* (Robertus) *grandi apparatu navium, hominumque innumerabili exercitu - - ingreſſus eſt in Adriaticum pelagus - - ubi Stolus Veneticorum, & filius Ducis Venetiæ cum pluribus navibus erat infeſtus, Duci Roberto. Sed bello in mari inter eos confecto, victoria ad Northmannos conceſſit.* Annus a Lupo relatus, cum documento Laurentii præmemorato convenit, ubi, Monachi expoſiti hoſtilibus excurſionibus, nempe Northmannorum, exprimuntur. Hæc fuit occaſio, ut Stephanus Creſimiro patruelis, & ab eo deſtinatus ſucceſſor, ex infirmitate illa gravi reſtitutus, privatimque ſine Ducis titulo vivens, rebellium Zvonimiro caput, effectus fuerit. Innuit hoc in elargita a ſe donatione anno 1089. Indict. XII. Regalis territorii, Theodoro Abbati S. Stephani (legendi apud Farlati Tom. 3. pag. 158. quo ait: *Illud vero ſilentio minime prætereundum eſt, quamvis a nobis, ſine aliquo pudore commemorari nequeat, ut poſteris innoteſcat, quod cum neceſſitas quædam nos ſubegerit, ad illos* (Monachos) *auxilii & conſilii cauſa confugere, & aliquid ſubſidii, ſeu doni ab iisdem petere, illi admodum comiter, ac benigne amplius centum ſolidos aureos nobis ſuppeditârunt ea conditione, ut ipſi quoque, pro eo ac digna compenſatio poſtularet, aliquid iisdem tribueremus: id quod nobis præſtare nondum licuit. Hæc omnia nota ſunt Laurentio Venerabili Archi-Eppo, & Gregorio olim Eppo Croatiæ, & Gregorio noſtro Scribæ.* Hæc firmant ſuperius dicta, nempe Stephanum ſemet feciſſe rebellium Ducem, qui in ſubſidium levavit a Monachis, amplius centum ſolidos, lege ea: ut regale territorium, illis conferat, ſi potitus Regno fuerit, quod ante annum 1089. exequendi impos, ut exprimeret: *id quod nobis præſtare nondum licuit*, tum demum eſt executus. Hæc acta fuiſſe conſilio Laurentii, verba docent: *Omnia nota ſunt Laurentio.* Croatenſi Epiſcopo quid evenerit?

Digitized by Google

nerit? necdum eſt erutum, profectò 1089. Epiſcopus non fuerit, cum dicat Stephanus: *Gregorio olim Eppo Croatiæ*.

Rei hujus conſideratione, ſi Gregorius *Croatenſis* Epiſcopus, qui Regis curiam ſequebatur, & regalis vocabatur Epiſcopus, a Zvonimiro Epiſcopatu privatus fuit, ut partes ſecutus rebellium; & augeri potuit tumultus ob Epiſcopum depoſitum, & deſignari Epiſcopatus Zagrabienſis in Sclavonia, Goricenſiſque Sedes (quod ritus a Zagrabienſi Eccleſia ſuſceptus, & Goriczâ Zagrabiam translatus firmare videtur, atque teſtari) Zagrabiam transferri, ut rectè pag. 19. hiſt. Zagr. infra, monuimus, ſi Epiſcopatus quiſpiam Zagrabiam translatus fuiſſe credi poteſt, tunc Croatenſis majori ex parte. Hinc relata Tomci & Vinkovichii opinio, pag. 6. cap. infra III. qui Epiſcopatum Zagrabienſem anno 1085. fundatum ſcripſêre, de his diſturbiis foret intelligenda. Et quia Zvonimirus Sclavoniam poſſediſſet, ideo Breviaria antiqua, de fundato hoc per Ladislaum Epiſcopatu tacere. Sed tum fundatus non fuerat, at deſignatus tantummodo, ad reducendum Gregorium Epiſcopum, legitimo Regi ſuo Zvonimiro. Enimvero monumentum pag. 1. exhibitum, morte S. Ladislai 38. annis poſterius, Ladislao fundationem adſcribit: *Regnante Nobiliſſimo Rege Ladiſclavo - - prædictus Rex* (itaque Ladislaus) *Zagrabienſem conſtituit Epiſcopatum*. Quare ut ante mortem Zvonimiri, Sclavoniam a Ladislao receptam fuiſſe, nemo ſcriberet, ita hæc, mortuo Zvonimiro acta fuiſſe, cenſeri debet. Hinc cum Zvonimirus anno 1087. vixerit, atque ad annum 1089. vixiſſe deducatur, Zagrabienſis Eccleſia anno 1085. fundata haud ſit. Porro ad componendas diſcordias Tinniny anno 1087. conventum celebratum a Zvonimiro fuiſſe, eumque anno hoc vixiſſe, conſit ex monialium Jadrenſium confirmato privilegio, a Lucio ac Farlato memorato. An vero ſub his comitiis impie a Croatis trucidatus fuerit Zvonimirus, ut traſtulit Marulus? aut vixerit ad annum ſequentem, res adhuc obſcura incertaque eſt.

Zvonimiro mortuo, ut in turbis Regnum fuerat, ſic eas, ultro continuâſſe argumento eſt: quod ad indicta Sibenicum comitia, die octava Septembris, nec Banus, nec Comes ullus comparuiſſe arguatur, ex inſtrumento apud Farlati, atque Lucium lib. 2. cap. XI. dum pro teſte inſertus nullus habetur; at tantum Laurentius Archi-Epiſcopus, Joannes Epiſcopus Tragurinus, quidam ex Spalatenſi Clero, cum Nobilibus. Facile Laurentius Stephanum coronavit, dum iſthic exprimeretur: *Actum eſt hoc apud caſtrum Sibenico in die præfatâ ſolemnitatis*. Superius autem: *Cum igitur omnipotentis DEI pietas, me ſuâ Clementiæ, Patrum, Avum, Proavum, ſolio in Regio omnibus Chroatiæ, & Dalmatiæ Nobilibus collaudantibu s exaltaverit honore*. Narrando, univerſos Nobiles, Eccleſiarum Rectores ad ſe confluxiſſe, & reliquos inter Abbatiſſam Cænobii Spalatini cum precibus, ut: *quodam ſcriptum a nuper Rege defuncto Svinimiro conceſſum* confirmaret. Ubi quia Banorum, Comitum nulla exprimeretur mentio, quæ ſecutæ ſunt a Svinimiri morte confuſiones, facile conjectari eſt. Hoc ſane eſt, quod Stephanus a Scriptoribus Hungaris, pro Rege non exprimatur, quia pro legitimo, nec ab Hungaris, nec Romana Curia, nec vicinarum Provinciarum ſcriptoribus habitus unquam fuit; verum Rex fuit, factionis paucorum. Hoc eſt: quod Laurentius Archi-Epiſcopus a Stephano, ſuo licèt Rege, confirmari Donationes, privilegiaque Eccleſiæ ſuæ non procuraverit. Hoc eſt: quod Hungariæ Reges, agnoſcente quoque Lucio, quamvis in ſucceſſiva privilegiorum confirmatione, Zvonimiri, Creſimiri Croatiæ Regum memorias ſervaverint, de Stephano ne verbum quidem ponant, dum nihilominus anno 1188. hoc ipſum Stephani, Monialibus datum diploma, fuiſſet exhibitum, ejusdemque obtenta donatio nova, quin Stephani Regis poneretur memoria, at tantum Svinimiri. Quare inique repræhenduntur ſcriptores Hungari, & cumprimis Thuroczius, quod Stephani hujus mentionem non feciſſet, dum hunc pro Rege legitimo, nec Regni Croatiæ optimates, nec Hungaria unquam habuit, vel agnovit, at ſolummodo Laurentius Archi-Epiſcopus. Ex Epiſcopis: Traguriuus, & Gregorius olim Croatenſis. Presbyteri aliquot, Monachi, Abbatiſſæ, Nobileſque Spalatenſes. Dum Croatia Dalmatiaque membrum & pars legitima Sacræ Regni Hungariæ Coronæ ſunt, latere hæc non potuère, Scriptores vetuſtos Ungariæ, quod in horum Aula, è Regnis illis, ut obſides, plures numero ſemper extiterint; quod item privilegia illorum, Ungariæ Reges confirmaverint. At videntes Stephanum, factione paucorum Regios uſurpâſſe titulos, poſtquam ſponte juri omni, & Ducis titulo ipſemet ceſſiſſet, eum e numero Croatiæ Regum exmiſerunt, eo veracius, dum nec Hungariæ Reges, nec Status Coronæ, Stephanum pro Rege habuiſſent. Scriptorum eſt: fidem ſequi publicam, & hanc non poſtponere ex privatis affectibus. Demum ex ſupra relatis videre eſt: Quis fuit Stephanus? qua ratione in extradatis ſcripturis inſeruit: *Patrum, avum, Proavumque ſolio in Regio, Nobilibus collaudantibus exaltaverit honore*? Quando? atque ubi mortuus? etiam nunc obſcurum eſt. Debili valde manu Regnum uſurpans, illud facile amiſit, dum anno 1091. Dalmatia, ad clientelam rediit Imperii Orientalis. Croatia

Digitized by Google

tia Almum a S. Ladiſlao datum Regem habuit, teſte antiquo monumento apud Lucium lib. 3. cap. I. *Anno Incarnationis JEſu Chriſti D.N. 1091. Kyri Alexio Conſtantinopoleos Imperante, tempore, quo Vladislaus Pannoniorum Rex, Croatiæ invadens Regnum, Domnum Almum ſuum Nepotem in illo ſtatuit Regem. Jadrenſi vero Cathedræ Domno Andrea venerabiliter præſulante, meque Drago Domini Præſtantii Epiſcopi nepote, jam tertio priorante.* Verum de his infra uberius.

Perpenſis Regum Croatiæ ſcripturis, ac diplomatibus, æqualis videtur fuiſſe gubernationis ratio, ut in Regno Hungariæ. Erant his poſt Regem *Bani*, ſive Duces, *Zupani*, id eſt Comites. Barones Regni, ut Cubicularii, Camerarii &c. quos tamen, vulgari dialecto exprimebant. Erant Status atque Regni ordines, ex Epiſcopis, Abbatibus, Presbyteris etiam, ut Diplomata eorumdem Regum evincerent. Regni Congregationes, ut ſuperiora dubitare non ſinerent, dum Zvonimirus: *ubi fuit Fidelium maxima congregatio* &c. Caſtra, Comitatus, cæteraque, æque ut in Hungaria. Reges benemeritos præmiabantur, donando, conferendoque territoria. Cum regalibus diſponebant, ut donationes evincerent. Diſponebant cum monaſteriis, iisdemque immunitates largiebantur, ut diploma apud Lucium, lib. 2. cap. 15. Anni 1059. teſtaretur: *Concedo faveo, annuo tibi Andreæ Abbati - - hujus potentiæ libertatem, ut præter debitam Eccleſiaſticæ diſciplinæ reverentiam, nulli mortalium poteſtati mundanæ, ſive ſpirituali ſubjecti habeamini*, pluribusque aliis. Hoc porro ſæculo X. ita viguiſſe, ſacri teſtantur Canones, & Decreta a Reghino collecta, quæ demonſtratio huc non pertinet. Eccleſias conferebant, ut fidem faciunt diplomata apud Cl. Farlati, in rebus diſciplinæ publicis, ſive Rempublicam reſpicientibus, communi voluntate ordinabant. *Regali auctoritate, Magnatumque meorum favorabili voluntate, ſcribi mandavi ſtabile* (vide loco citato apud Lucium) *Privilegium libertatis* &c.

VII. De Dalmatia meminiſſe debemus. His temporibus, reſtrictam admodum fuiſſe Dalmatiam, nemo dubitat, cum hæc maritimis tantum civitatibus contineretur, Jadra, Tragurio &c. Inſulæ vero, ut Arba, Veglia, Cherſo &c. fuerintne Narentanorum, aut Croatarum, adhuc in obſcuro eſt. Dalmatiam ut his conſiderabatur temporibus, Scriptores Veneti adeo confundere ſtuduerunt, ut ſi hos, horumque Ducem Dandulum ſpectes, quævis monumenta, diplomata, MSS. quinimo quosvis ſcriptores, qui Dandulum non ſequuntur, erroris damnare oporteat. Profectò admirandum eſt ſtudium, quo nituntur, res Dalmatiæ obſcuras reddere. Croatiæ Reges, jam judices, jam alio nomine ſcribunt. Sclavos Sclavoniamque exprimunt. Narentanos pro Marianis habent, cæteraque innumera. Se Dalmatiæ Dominos, atque Duces contendunt, titulos varios ex Dandulo proponendo. Profectò ſi quis eſt: qui quævis falſa ſuppoſititiaque ſibi perſuadeat, Dandulo excepto, ac Venetorum Chronicis, horumque non omnibus, ſed quibusdam Scriptoribus, talem relinquimus. Qui vero veritatem amant, præter omniſcium DEum, errare poſſe homines fatebuntur. Porphyrog. ætate ſua Venetos Italiæ Regibus tributa ſolviſſe teſtatur, Sclavis item ſive Croatis, talia per eos fuiſſe exoluta, negari non poteſt. Si Dalmatia Veneti juris Sæculis X. & XI. fuit: Si Venetæ Dalmatiæ Domini? qua ratione Democraticus ille Dalmatarum ſtatus, a Lucio Farlatoque deſcriptus ſubſiſtere poterit? quomodo Croatiæ Reges, ſe Reges Croatarum Dalmatinorumque inſcribebant? Priores, vel Catipanos Dalmatiæ, propriis inſerebant cartis? terra, marique ſuum dilatatum Regnum exprimebant? quomodo anno 1064. ut eſt apud Lucium lib. 2. cap. 16. Tragurienſes expediunt: *Regnante Domino noſtro, ac Piiſſimo Aug. Conſtantino Duce & Magno Imperatore.* Eccur Arbenſes, iſthic apud Lucium 1062. *Imperii moderante habenas Domino Comneno; Croatiæ Dalmatiæque regimen D. gubernante Petro.* Quid eſt? nullum adhuc repertum eſſe monumentum, nullam donationem, quibus doceri poſſet, ſæculis X. aut XI. Venetiarum Ducis, memoriam, non dico ſubjectionis, clientelæ, ſed nec honoris, in Dalmatia, aut Croatia haberi inſertam, Jadræ factæ atque Jadrenſibus collationes, donationes, privilegia, per Croatiæ Reges, a Cl. Lucio, & Farlato exhibentur, miror attamen, utrumque dicere, tales deſiderari. At ego neutri horum iraſci valeo, dum rationi ſuæ Reipublicæ ſic ſtuduerunt; ut cognoſcendæ veritati, media, modosque poſuerint. Lucius lib. 3. cap. 2. neceſſitatem, quæ illi erat, ſatis exprimit, dicens: *Veneti Scriptores, tam vulgati, quam manuſcripti Alexium Imp. - - Dalmatiæ titulum conceſſiſſe uniformes* (NB.) *aſſerunt. Sed cum ex traditis ab eisdem, quæ geſta ſunt, diſtingui nequeant; ideo ab illorum temporum ſcriptoribus, aliqua ſumenda ſunt, ut - - cauſæ belli, titulique Dalmatici conſequendi occaſio appareant.* Quæ ſatis indicant, quid ſenſerit Doctiſſ. Lucius? quid item ſcribere debuit. *Cauſæ belli titulique Dalmatici conſequendi*, haud vero conſecuti, *occaſio appareant.*

Itaque ante Sæculum XII. atque iſtud, tardius; Venetis in Dalmatia nil fuiſſe, certum e

menu-

Digitized by Google

monumentis, diplomatibus, & Scriptoribus eſt. Deſudat loco citato Lucius, ut per ſcholaſticorum argutias, umbram, apparentiamque faciat, bello Northmanico, ſive à Roberto geſti adverſus Conſtantinopolitanos, jus quodam in Dalmatiam Venetos obtinuiſſe, ex Alexii Imp. Privilegiis. At quisquis Lucium attentè legerit, videbit quam invitè, atque violenter, ſuccurrere nitatur Scriptoribus Venetis. Profectò, ſi ab Alexio, attributus fuit titulus Dalmatiæ Ducis, Vitali Phaletro, qua ratione Gregorius VII. Zvonimirum in Regem Dalmatiæ inveſtivit, agnoſcente ſuperius Svinimiro? quomodo anno 1091. ut ſupra, Alexii Imp. Epiſcopi, Priorisque Jadrenſis exprimitur memoria? quin vel mentio eſſet Ducis Venetiæ *Kyri Alexio Conſtantinopoleos Imperante* &c. Anno 1080. Botoniatem detruſum eſſe ad monaſterium, Alexiumque Imp. factum, ſcribit Lupus. Anna Comnena, Alexium adverſus Robertum multos ſolicitâſſe recenſet, ac reliquos inter, Venetos quoque, oblatione promiſſioneque donorum, quæ ſalva Republica concedi poſſent. Deſcribit Venetorum operationes, miſſosque fuiſſe a Venetis nuncios ad Imperatorem, indicaturos, quæ contigerant. Imperator inquit Anna: *eos, ut par erat benevolentiſſime exceptos, beneficiis onuſtos innumeris remiſit, cum non modica pecuniæ ſumma, qua, & Ducem Venetiarum, & alios ſub ipſo, ejus Reipublicæ Magiſtratibus munerabatur.* Haud attamen meminit permiſſæ Venetis Dalmatiæ, attributique Dalmatiæ Ducis Tituli. Quin Robertum Virum imperterriti animi fuiſſe celebrat, & poſt amiſſam victoriam, cum ſuas naves in continentem ſubduxiſſe, *libera poſſeſſione, maris hoſtibus permiſſa.* Cujus rei Robertum pœnituiſſe, non ſolum ob rerum ſuarum formam, ſed etiam ſalutem ſucceſſumque ceptorum. *Conſtituit ergo renovato impetu bellum iterum terra ſimul marique movere.* Abbas Gaufridus apud Lucium quævis ab Alexio Venetis præſtita narrat, verbis ſequentibus: *Cujus ſplendidæ victoriæ, ſimul Imperator ipſorum nunciis indicantibus certior eſt factus, multis eos muneribus, magnisque honoribus proſecutus eſt. Duci Venetiarum Protoſebaſti dignitatem, cum congruo cenſu annuo contulit. Eccleſiis omnibus, quæ Venetiis ſunt, ſatis magnum auri numerum quotannis ex Imperiali ærario pendendum conſtituit. Eximiæ vero Eccleſiæ, ſtructæ in nomine Evangeliſtæ Apoſtoli Marci, vectigales fecit Melphenſes omnes, qui officinas Conſtantinopoli haberent: omnesque præterea officinas, ac tabernas alias, quæ a veteri Hæbraica Scala ad Biglam ſic dictam pertinent; ſimul & eas Scalas, quæ intra iſtud totum ſpatium continentur, donavit. Præterea magnas immobilium largitiones, tum Conſtantinopoli, tum Dyrrhachii, tum ubicumque alibi illi petierunt. Quodque maximum omnium fuit, mercimonia ipſorum cuncta, quovis portorio, aut vectigali, decrevit immunia in omne tempus eſſe, in cunctis Romanæ ditionis locis, ut quidquid exportarent, importarentve, nihil, ne obulum quidem redemptoribus fiſci, aut publicanis, ſimilibusve Regiæ pecuniæ collectoribus, commercii, alteriusve tributi nomine pendere, cogerentur, ſed plane liberam, cunctæque Romanorum Magiſtratuum poteſtati exemptam haberent mercaturam.* Hi ſunt favores, quos Alexius Venetis conceſſit, ubi Dalmatiæ, nec tituli alterius, quam *Protoſebaſti*, eſt memoria. Gaufridus autem illorum temporum ſcriptor eſt, & Dandulo multum anterior, qui, utpote Abbas, nec demendi quæpiam Venetis, rationem habuit; nec decipere poſteritatem voluiſſe, cenſeri poteſt. Relata tum Roberti morte, quid ab Alexio factum, narrat Gaufridus, nempe: diſſenſionum ſemina ſparſa, & quidem opera Venetorum. Addens: *Incumbebat in idem, ipſe per ſe inſuper Auguſtus, nullum finem donandi, promittendique faciens. Perſuaſit facile; eſt enim univerſum Latinorum venale genus, & ex perdito pecuniæ amore, paratum, ſolitumque, cariſſima quæque prodere, ac paciſci pro ſpe lucri ſordidi.* Proſequitur, quod: *ab Auguſto lactati ſpebus conjuratione facta, primum de medio tollunt, qui auctores fuerant arcis* (Dyrrhachienſis) *Roberto tradendæ. Tum & alios, qui adhuc perſtabant in ejus fide.* Sane cum Marulus ſcribat, iniquè occiſum fuiſſe in Comitiis poſt lectas Papæ litteras Zvonimirum, quem partium fuiſſe Roberti, ſupra diximus, perfacile ipſe, cum filio Radovano, miſere cæſus, interemptusque eſt. Tandem verbis illis: *Immobilium largitiones -- tum ubicumque alibi illi petierunt*, nempe Veneti, Dalmatiam non intelligi, evincunt poſteriora monumenta, ut *Kyri Alexio* &c. An. 1091. Stephani Zvonimiro oppoſiti: Colomanni Regis Hungariæ, ut omnino demonſtratum needum ſit, ſæculis ſive X. ſive XI. Dalmatiam ſub Venetorum fuiſſe poteſtate, aut Duces Venetos, Legitimosque, atque ab Imperatore aliquo, aut Romano Pontifice, aut a Dalmatis, habitos Dalmatiæ Duces fuiſſe. Hoc infra copioſius demonſtrabimus. Demum Illſſimum Aſſemanum, mirari deberem, qui Dandulo, præ Diplomatibus, & Epiſtol. Pontif. delert, dum 1071 Croatis Creſimirum III. Venetis Dalmatisque, Dominicum Sylvo Ducem fuiſſe ſcribit. Quia nihilominus, ſe Annales Dalmatiæ non ſcribere, ſed hos, a Cl. Farlato præſtolari concluderet, tametſi multum faveat Venetis, de ſententia ſua, dubius ſum. Cæterum quia Tom. IV. Par. 2.

cap. 2. pag. 353. oſtendere vult: ad finem ſæculi X. Venetorum Duces, ſimul etiam Dalmatiæ fuiſſe Duces, ejus motiva, negligenda non cenſui. Dum is, eruditione, officio, me foret illuſtrior, cedere debeo Viro tanto, cedoque lubens, ſi comparemur authoritate, officiis, & cognoſcendarum rerum occaſione. At dum ipſe ex inſtituto de his non ſcriberet; dum Dandulum ſequitur; dum de ejus amore in veritatem, dubitare nequeo, ejus motiva referre me poſſe exiſtimavi. Itaque

Primo refert ex Dandulo, ad annum 997. Henricum Cæſarem, ad preces Petri Urſeoli Ducis, datum Venetis privilegium, confirmans omnes exemptiones, libertates, & immunitates, quas Duces, Eccleſiæ & populi Venetiæ, ſoliti ſunt habere in Italico Regno. Ubi non ſolum Dux Venetiæ, ſed etiam Dalmatiæ in eodem privilegio nominaretur. Sed anno 997. Henricum fuiſſe Cæſarem, novum eſt. Otto enim III. eo anno imperavit. Si errorem eſſe in anno dicatur, monendum fuerat. Sed mendum in anno ſit, quis ille fuit Henricus, erat explicandum. Si Sanctus: docendum eſt, cum iſte, pulſis Græcis & Saracenis, Apuliam cum Calabria occupaverit, & ob navatam a Nortmannis in prælio operam, hanc illis attribuiſſe ſcribatur. Si vero fuit Henricus auceps, antiquior eſſet Ducatus Dalmatiæ Venetis ſubjectio, quam Dandulus ſcriberet. Verum, ſit alteruter horum Henricus, ſicuti exemptiones, libertatesque, quibus ob penſa tributa, gaudebant in Italico Regno, confirmavit; ita Dalmatiæ Ducis titulum, ab expeditoribus & ſcribis inſertum fuiſſe, eo magis credi debet, quia Henricus in Dalmatiam, caruit dominatu, poteſtateque, utpote quod Dalmatia Orientis Imperio obnoxia fuerit, cumprimis ætate Henrici aucupis. Anno autem 997. Orientales habuit Catipanos, & Dircislaus ab anno 994. Inclytus Rex Croatiæ fuit, Conſtantinopoleos Imp. gratia. Quare ut Dircislaus, honoris ergo, ſe Dalmatinorum quoque Regem inſcribebat; ita Duces Venetiæ, titulum duntaxat ſimilem, orare, obtinereque poterant. Quod tamen Dalmatia non cognovit. Quare dum notiſſimum eſt, ad privilegii valorem, uſum demonſtrari oportere, hic quoque a Dandulo erat edocendus. Si juris legitimi fuit Dalmatia, Venetiæ Ducum, eccur occaſione inveſtituræ Zvonimiri, ad Dalmatiæ Regnum, facta per Gregorium VII. nil actum fuit a Sereniſſima Republica? Eccur ab Alexio, ob teſtata adverſus Northmannos ſervitia, Dalmatiam obtinuiſſe, nec a Lupo Protoſpata, nec Gaufrido, ejus temporis Scriptorum, commemorantur.

2do: Provocat Illm. Aſſemanus, ad pacta ab Arbenſibus inita, & relata a Lucio pag. 80. ubi Arbenſes, anno 1018. exprimerent: *Vobis D. Othoni Seniori noſtro, Duci Venetorum, & Dalmaticorum.* Magnif. Baro D. Paulus olim Ritter, in opere ſuo MSS. *offuciæ Joan. Lucii* inſcripto, contractum illum, commentum eſſe docet, uti ſupra Cencium, de Inveſtitura Regni Croatiæ. Sed hæc alias. Miratur Ritterus contractum illum, relictum fuiſſe Arbenſibus, dum ſervandus fuiſſet a Republica, pro demonſtrando jure tributi, ab Arbenſibus pacti. Item inſtrumentum ait refferi a Sanſovino, ſed in eo non legito: *& Dalmaticorum*, verum unicè: *Domino Othoni Seniori noſtro, Duci Veneticorum*, quare gravius repræhendit Lucium, illud: *Dalmaticorum* addidiſſe, fors *ſub ipſa impræſſione* ita Ritter *quod verba in eo verſiculo adeo compreſſa manifeſtant, ut illorum diſtinctioni nullum ſpatium interpoſitum ſit.* Verum utut hæc ſint. *Majus Arbenſis Epiſcopus*, Ducatum Dalmatiæ attribuere non potuit, ſi talem expræſſit, Othoni Seniori Arbenſium, adeoque vel Concivi, vel apud Arbenſes poſſeſſionato, honorare voluit illum, ut elevatum ad Ducatum Venetiæ; aut to *Dalmaticorum*, qui intellexerit, quis nunc interprætabitur, *Dalmatiæ* attamen Ducem, eum non expræſſit. S. Damiani citatum ab Aſſemano teſtimonium, cum monumentis, diplomatibus, ſcriptoribus non cohæret, ut hæc quævis falſitatis arguere oporteat, ſi Damiano fides. Sane ſi caret mendo textus ſuus, conciliare neſcio verba ejus: *Dalmatici Ducatus habenas gubernâſſe*, Petrum Urſeolum, primum Ducem Venetiæ, *& Dalmatici Regni Principatum* fuiſſe adeptum. Verba hæc indicant, Petrum Urſeolum fuiſſe antea Ducem Dalmatiæ, & hanc in Regnum elevâſſe, hujusque Regni, primum extitiſſe Principem. Quod nihilominus, ſcriptum eſt a nemine. Quare S. Damianus, cum Petro Urſeolo Coætaneus non fuerit, qua ratione Dalmatiam e Ducatu, in Regnum ſublimatam fuiſſe ſcripſerit? non aſſequor. Pietati ſuæ nil volo detractum, dum pii doctique Viri, jam diſtinguerent, intra pietatem & ſcientiam, faterenturque, pietatem a ſcientia differre, nec quemvis ſcientem, ideo quod ſciat, pium eſſe: nec omnem pium, ideo quod pius ſit, rerum ſingularum eſſe ſcientem.

VIII. Quæſtiones plurimæ, per ſuperiora ſunt illuſtratæ, iisdemque ſatisfactum. Quare eas non repetimus. Si de S. Rege Stephano, quædam ſiſcitari veles, dum examen horum huc non pertinet, ex Breviario Zagrabienſi habe ſequentia: Primo teſte lectione V. (ſunt autem, lectiones primi quoque nocturni, ex vita beatorum Virorum) per Aſtricum Præſulem novellæ Chriſtianitati, benedici petiit, ſic enim lectio: *Aſcrito* (Aſtrico) *Præſule ad Pontificem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ miſſo: novellæ Chriſtianitati munus benedictionis, ſibi quo-*

que

Digitized by Google

que Coronam & Crucem in ſignum Apoſtolatus concedi promeruit. Obſerva: Crucem & Coronam *in ſignum Apoſtolatus* data fuiſſe exprimi, nequaquam in ſignum: vel Regni a S. Stephano, ſponte ſubjecti: vel a S. Romana Eccleſia collati Stephano. Quærere ex hinc nolo, utrum Stephanus coronam ſibi dari petierit? aut illi nec petenti, ultro pro Apoſtolicæ Sedis affectu, atque liberalitate, ut præmium ſui zeli, Divina diſpoſitione ſubmiſſa ſit; (ut mos ferebat ſæculorum illorum) & quidem an non ipſa, illa corona? cujus Diſt. 96. cap. 14. *Conſtantinus* &c. eſt memoria ſequens: *Decrevimus itaque & hoc, ut ipſe* (Sylveſter nempe I.) *& ſucceſſores ejus diademate, videlicet corona, quam ex capite noſtro illi conceſſimus, ex auro puriſſimo, & gemmis precioſis uti debeant, & in capite ad laudem DEI, pro honore B. Petri geſtare* &c. In eadem lectione, ponitur: *Qualis vitæ vir, diſcretionis fuerit: ſtatutum a ſe Decretum manifeſtum facit.* Hoc eſſe puto; quod nunc Decretum II. in Codice legum, legitur. II. Lectione VI. pia mors deſcribitur, Regniquè commendatio B. V. M. & anno 1038. Feſto Aſſumptionis, mortuus exprimitur. Eſt memoria S. Regis Stephani, Feſto Aſſumptæ in Cathedrali Baſilica Zagr. III. In officio Octavæ S. Stephani, lectione I. exponitur: *Beatiſſimus Rex Stephanus, merito nomen adeptus eſt Apoſtoli, quia ſicut Apoſtolorum in omnem terram exivit ſonus, ita ipſius operum, & etiam meritorum.* Narrat Jeroſolymis conſtructum Monachorum cænobium, Romæ 12. Canonicorum, Conſtantinopoli Eccleſiam, & in cæteris Provinciis monaſteria. Lect. V. Sic narratur canonizatio: *Tandem interjectis 45. annis - - multis variiſque miraculis præcedentibus: Canonizatus, & Sanctorum Cathalogo adnumeratus eſt.* Itaque anno 1084. Die 30. Maji, *Feſtum Elevationis Dexteræ B. Regis Stephani*, recolitur. In Lectionibus S. Gerardi, nulla eſt Emerici inſtituti mentio; ſed Gerardum in eremo Bel, cum Mauro Monacho fuiſſe, inde infula Chanadienſi a S. Rege, cauſa Prædicationis donatum, non multo poſt tempore orta ſeditione in Pannonia, egreſſus Alba Regali, & ad Eccleſiam ſanctæ Sabinæ perveniens, cænantibus fratribus, ſecuturam ſuam die ſequenti mortem annuntians, abſoluta die altero miſſa, ad fluvium Danubium, a turba malignorum, circumdatus, lapidibus obrutus, curru ſubverſo, humi dejectus, repetenſque: *Domine JEſu Chriſte, ne ſtatuas illis hoc peccatum, quia neſciunt quid faciunt.* Lancea percuſſus, primus Pannoniæ Martyr, obdormivit in Domino.

§. IV.

Memoriæ Sclavoniæ, Croatiæ, Dalmatiæ a S. Rege Ladiſlao, ad Tartarorum ſub Bela IV. excurſionem, ac Pannoniæ, Sclavoniæ, Croatiæque in parte, depopulationem.

I. S. *Rex Ladiſlaus*, quem alii ſcribunt Vladiſlaus; alii Uladiſlaus, item Ladiſclavus, Belæ Regis fuit filius, teſte lect. I. Brev. Zag. ubi: *Beatus Rex Ladiſlaus: Primi Belæ Clariſſimi Regis Hungariæ filius, in ipſo ſuæ Nativitatis exordio, DEI propoſitum habitu corporis & animi præferebat:* & *natus præmonſtrabat infantulus, qualis Rex eſſet futurus* &c. Quare ingenioſius, quam verius Clar. Ritterus in opere edito: *Natales D. Ladiſclavo R. Slavoniæ Apoſtolo reſtituti*, è Croatia oriundum arguit. Regios honores, & titulos conſecutus eſt 1071. Regnavit plene, Geyſa mortuo. Servandorum jurium Regiorum fuit ſtudioſiſſimus, ut pag. 109. monuimus. Regni Optimatibus fuit indulgentior, ut Decreta ſua evincerent, ubi Decreto I. *Præſidente Chriſtianiſſimo Ungarorum Rege Ladiſlao, cum univerſis Regni ſui Pontificibus, & Abbatibus, nec non cunctis Optimatibus.* Decreto II. *Temporibus Piiſſimi Ladiſlai Regis, omnes nos Regni Pannoniæ Optimates in monte ſancto conventum fecimus, & quæſivimus, qualiter malorum hominum impedirentur ſtudia.* III. Decreto: *Hoc decreverunt, hanc legem conſtituerunt*, videlicet Optimates, quorum potentiam Thurozius ſatis indicat cap. 63. par. 2. & hanc Andrea II. reſtrinxit, dum Nobilium extendit immunitates, ut ad Regis hujus Diploma, Succeſſores Reges jurent. Mortuus eſt S. Ladiſlaus, fide quoque Brev. Zagr. Lect. III. in die octava: *Migravit ad Dominum, Anno ejusdem, Milleſimo, Nonageſimo Quinto, Tertio Kal. Auguſti.* Nunc die 30. Julii in Cathedrali hac, recolitur Feſtum: *Depoſitionis S. Ladiſlai Regis, Solen.* quod nobis eſt, ut in Romano *Duplex.* De ejus Canonizatione in Octav. Lect. V. habet: *Noſtris quoque temporibus* (hæc indicant, lectionum compilatorem tum vixiſſe; ſive ſæculo XII. quod de his lectionibus intelligi debet, nam in MSS. his Breviariis, & antequam ſub Oſvaldo Epiſcopo imprimerentur, in quibusdam annus MXV. exprimitur) *DEus multis mirabilibus Sanctum Confeſſorem ſuum Ladislaum glorificavit. Nam Anno Domini Milleſimo, Centeſimo, Nonageſimo Secundo, ſanctum Corpus ejus canonizatum eſt. Ubi cæci illuminati ſunt, muti loquellam acceperunt, claudi, paralitici, variisque languori-*

Digitized by Google

guoribus diuturno tempore attriti, ad ſepulcrum ejus venientes, implorato ipſius adjutorio, ſanati ſunt. Lectione VI. *In aliis etiam partibus, & circumjacentibus Regionibus, plurima miracula, & copioſa beneficia, fidelibus, ejus patrocinia implorantibus ſunt exhibita: quæ ſcribere longum eſſet. Rogemus ergo Dominum, ut per interceſſionem piiſſimi Regis, ſic tranſeamus per bona temporalia, quod & æterna gaudia conſequamur. Præſtante Domino noſtro JEſu Chriſto* &c. Hæc retuliſſe ſufficiat.

II. Cum anno 1085. adverſus Zvonimirum, memorata ſuperius factio ennata fuiſſet, præcipue ſi is affinitate jungebatur Ladislao, creditu eſt facile; deſertum haud fuiſſe Zvonimirum a Ladislao. Suadent hæc, meditata Eccleſiæ Zagrabienſis erectio, poſtquam Gregorius Croatenſis Epiſcopus, factioſis adhæſiſſet, partes ſecutus Stephani, ſuadet Almi in Regem Croatiæ elevatio: de qua infra. Quare mortuis Zvonimiro, hujusque filio Radovano, Sclavoniam ſine quavis difficultate, ut partem portionemque S. Regni Hungariæ Coronæ accepit. In Croatia vero, cum Stephano, nullus Baronum, neque Comitum adhæſiſſe eruatur, at Laurentius tantum, cum quibusdam Presbyteris, Monachis, & Nobilibus, Regnum ejus per Croatiam extenſum fuiſſe, eo minus credi poteſt, quod anno 1091. a S. Ladislao occupatum fuiſſe Regnum Croatiæ, atque Almus Rex Croatiæ conſtitutus, monumentum adhuc deſcriptum pag. 118. teſtetur. Quid Stephano prætenſo Regi Dalmatiæ, Croatiæque acciderit? an nempe mortuus fuerit? aut iterum ut ſub Zvonimiro, ſponte quævis ceſſerit? ſtat in tenebris. Conſtat tantum, anno 1091. Dalmatiam ſub clientela Alexii, proprios habuiſſe Priores, Croatiam vero Almum Regem, cui Sclavoniam quoque adjunctam fuiſſe a S. Ladislao, nil obſtat, ut credere nequeamus, imo ſuadent plurima. Hæc porro omnia, præcipue Almi in Regem Croatiæ elevatio (quod Regalia inſignia a Conſtantinopolitanis Imp. Croatiæ Reges ſoliti fuerint accipere, & quod Almus ſucceſſive ad Imp. Orientis profugerit) Ladislaum feciſſe ſcitu & conſenſu Alexii Imp. eorum invicem culta amicitia evincit. Hæc tanta fuit, ut filia Ladislai Regis, nomine Pyriſca, (puto legendum Priſca, dum erga Beatam Martyrem Priſcam, erat condam devotio magna, & Feſta dies Priſcæ V. & Martyr. die 18. Januarii) Græcis vero Irene, circa 1094. Joanni Comneno in uxorem traderetur. Teſtes rei hujus ſunt, e Scriptoribus Bizantinis, Cinnam. Eſtò erret, dum Stephanum filium Colomanni, Almi fratrem exponeret, ut in Stemate Comnenorum pag. mihi 149. ſcribat Illuſtriſſ. D. Carolus Du Freſne: *Uxorem duxerat* (nempe Joannes) *ſuperſtite adhuc parente* [*ante annum MCV. Irenem Hungariæ Regis filiam, uti teſtatur Zonaras, Ladislai ſcilicet.* E domeſticis idipſum ſcribunt Thuroczius cap. 63. Piſtor. Bonfin. diffuſiusque rem hanc examinat Ritterus, repræhendens Lucium, cæteroſque; qui S. Ladislao uxorem fuiſſe negant. Hodie Ritterianis ratiociniis, & deductionibus non egemus, dum ex diplomatibus conſtat S. Regi Ladislao uxorem fuiſſe. At quæ illa fuit? ignotum eſt. Ritterus aſſerit, haud probat, Creſimiri Regis Croatiæ fuiſſe filiam. Quæ ſua ex lubitu aſſertio, qui conciliari poſſit, cum Regno per Zvinimirum erepto, deſtinato Succeſſori Stephano, haud aſſequor. Si *Olhait* vocabatur, ut Bonfinius ex epigraphe Epitaphii Veſprimienſis, conjiciendi dat fundamentum, vel e Polonia, vel Galitia, *Olhait* fuiſſe cenſerem, dum Colomannum evocatum e Polonia, ad capeſſendum Hungariæ Regnum, noſtri ſcriberent. *Joan. Scylitz. Curopol.* Contin. Cedreni. *In Nicephoro Botoniate Imp.* pag. mihi 678. habet: *Dedit item ſororis ſuæ filiam Synadenen, Theodulo Synadeno genitam, Crali* (hoc eſt Regi) *Ungariæ uxorem, quo etiam mortuo, rurſus eſt Bizantium reverſa.* Sed quis ille Regum Hungariæ? non nominat. Annorum combinatione cum Nicephoro Botoniate, & Ungariæ Regibus, *Synadene* aut Geyſæ, aut S. Ladislai uxor fuiſſet. Si Geyſæ: uxoris ſuæ nomen fileretur. Si Ladislao: altera illi fuiſſet uxor, quæ mortuo illo, Privignoque ſuo ſuccedente, Bizantium rediviſſet. At hæc non examinaremus, ideo ad inſtitutum noſtrum redeamus. Et primo, uno complexu quævis dicenda ſunt.

De Sclavonia.

I. Illos, qui Sclavoniam a Croatia non diſtinguunt, erroris convincunt Carthæ veteres, quas hic longum foret exſcribere. Videantur quæ infra in hiſtoria Zagr. pag. 2. exhibuimus, ubi: Zagrabienſis Epiſcopatus, in terra Banatus, item *in Ducatu Sclavoniæ* exprimitur, fundatus a S. Rege Ladislao. Item pag. 1. *Regnante Nobiliſſimo Rege Ladiſclavo*, nullus ex optimatibus Croatiæ, nullus ex Epiſcopis exponitur, ſed Primas Strigonienſis, Archi-Epiſcopus Bacſienſis, Epiſcopus Veſprimienſis, Palatinus, & Comes Symeghienſis Grab, *Horum cæterorumque Nobilium conſilio* Zagrabienſem conſtituit Epiſcopatum. Satis ergo conſtat, Sclavoniam diſtingui debere a Croatia, atque illam Sacræ Coronæ fuiſſe, a S. Ladislao receptam, recuperatamque, jure Sacræ Coronæ, ut ejusdem Ducatum. Lege, ſi lubet diploma pag. 327. inferius poſitum, totque alia, in hiſt. Zagrabienſi. Imò Sclavoniæ Bani, ſæcu-

Digitized by Google

ſis pluribus, a Banis Croatiæ diſtinguebantur, ut Decreta Legum, & inferius Hiſt. Zagr. demonſtrarent. Sane tametſi Farlatus, Spalatenſis Eccleſiæ juriſdictionem, ampliſſimè extenderit, quemadmodum & Dalmatiæ extenſionem, ſatis aperteque erroneè, ut dum Bachienſem Eccleſiam poſuit ad confluentiam Dravi & Danubii, quod ſi intueri voluerit, ſe erraſſe fatebitur. Dum Diacovienſem Epiſcopatum, Spalatenſi attribuit; quem Carthæ noſtræ ignorant, ante XVII. ſæculum: dum tot alia, ex defectu cognitionis rerum noſtrarum. Si ſecutus fors eſt Levakavichii MSS. fidere illis nequit, dum partes Sclavoniæ inferioris, Mahometanis tunc parebant, dum vixit, ſcripſitque Levakovichius. Quamvis inquam faveat Eccleſiæ Spalatenſi, & Epiſcopatum Siſcienſem (quem ait pertinuiſſe ad Salonitanam Eccleſiam, minus rectè, ut edocemus alibi) a S. Ladislao Zagrabiam translatum fuiſſe aſſerat, tamen Zagrabienſem Eccleſiam Metropoli Spaletanæ non ſubjecit, ut videre ſit hinc etiam, Sclavoniam a Croatia diſtingui.

Iſtud adeo certum, indubitatumque eſt, è monumentis, legibus noſtris, Scriptoribus veritatem ſequentibus, ut quævis hæc exſcribere volumen efficerent. Imo olim, inter teſtes inſeri monumentis ſolitos, hoc ipſum exprimebatur. Sic Bela IV. in donatione terræ Klokoche ait: *Dati vero teſtes ſunt, ut factum præſens ampliori robore fulciatur: Chak Comes Bodrugenſis, Allader Magiſter, Martinus Banus, Bachia Comes Zagrabienſis, Andreas Magiſter. Hujus autem terræ indigenæ* (videlicet Croatiæ, in qua Klokoche ſituabatur) *Guncellinus Archi-Epiſcopus Spalatenſis, Michus Epiſcopus Tininienſis, Herebertus Abbas Toplicæ, Boncelaus Comes Goricenſis, & alii, quorum recitatio faſtidium generaret.* Andreas II. Anno Domini 1194. per manus Magiſtri Stephani Aulæ Regiæ Cancellarii (lege infra Hiſt. Zagr. pag. 324. de Andrea II.) in donatione facta Comiti Jerindoni de Veglia, confirmata anno 1209. quo legitimus Rex fuerat, ait: *Attendentes itaque animo benigniori ſinceritatem, & devotionem dilecti & fidelis noſtri Comitis Jerindonis de Veglia, totam terram pertinentem infra Ducatum Sclavoniæ, ſcilicet Vinodol, & Modrus, cum pertinentiis & totis redditibus, ei & hæredibus ſuis, jure hæreditario contulimus, perpetuis temporibus poſſidendam, tali vero pactionis interventu* &c. Obſerva *infra Ducatum Sclavoniæ*, itaque Ducatus fuerat Sclavonia, & extenſus ad Modrus, & Vinodol, ut hæc loca Croatica fuerint, quod verſus orientem erat, fuit Sclavoniæ. Hinc ad Cettinam fluvium Croatia ab omnibus, terminari ſcribitur. Porro tametſi Ludovicus I. Mathias item I. pro poteſtate Regia, mutationes quaſdam feciſſe deducuntur, ex ipſis municipalibus legibus, cum Regionum diviſiones, & dominum mutationes potiſſimum ab eorum ſtent arbitrio, quibus parent, attamen Croatiam illam, ſuos ſervaſſe Magiſtratus, diſtinctos a Magiſtratu Sclavonico, caret dubio. Fuit quidem in his quædam variatio, ut colligere eſt infra Hiſt. Zagr. a pag. 265. attamen ipſas Congregationes jam conjunctim cum Sclavis, jam inſimul habuerunt, ut uberius Periodo IV.

Sclavonia a S. Ladislai temporibus, erectove Zagrabienſi Epiſcopatu conſtanter S. Regni Hungariæ Coronæ fuit unita, neque ab hac dehinc avulſa, ut indubium faciunt memoriæ Banorum Sclavoniæ, Ducum item, acta publica, leges, donationes, tantaque Regum Hungariæ priviligia. Pro temporum Reipublicæ circumſtantiis conſiderabatur, fuitque latior; jam arctior. Syrmienſis Provincia, ob Duces Syrmienſes (quorum habetur in diplomatibus memoria) modo includebatur, modo excludebatur a Sclavonia, ſub ipſis Hungariæ Regibus. Perhibentibus attamen monumentis, Valpo, Valco, Verocza, Poſaga, ad Sclavoniam Regni Hungariæ, tum quoque pertinebant, dum Sirmio ſui fuere Duces. Anno 1231. cum titulo: *Colomanus DEI Gratia Rex & Dux totius Sclavoniæ* dat diploma, per manus Magiſtri Fille ſui Notarii, præſentibus jobagyonibus ſuis, Jula Bano, filioque ejuſdem Magiſtro Tavernicorum ſuorum; Nicolao de Szala, Opoi de Simygh, Petro Valkov, Georgio de Barana Comitatus tenentibus. Idem Colomanus Rex & Dux totius Sclavoniæ, terram Harſan, juxta Caſtrum Valco metis cinctam firmat. Anno autem 1234. Colomanus DEI Gratia Rex, & Dux totius Sclavoniæ, conſentientibus omnibus ſuis, nempe Jula Bano, filioque ejuſdem Jula Magiſtro Tavernicorum, Nicolao Comite de Szala, Opoi Comite de Simigio, Georgio Comite de Valco &c. metales pro inhabitatoribus Valcovienſibus abſolvit &c. ut hinc metiri ſit, quæ dicta paulo ſunt, Sclavoniam jam latiorem, jam conſtrictam, pro ratione temporum, atque arbitrio Regum fuiſſe. Ampliorem autem ante Tartarorum perſecutionem & tyrannidem.

Duces Sirmio, quamvis proprii fuerint, ut puto ab Almo, de quo infra, hi ipſi attamen, Regni Hungariæ jus, & juriſdictionem agnoviſſe, cenſendi ſunt, dum in Regum Hung. Diplomatis exprimuntur. Sic Anno 1231. inter Epiſcopos Agrienſes, teſtatur nuper die 22. Auguſti 1767. Tyrnaviæ mortuus Cl. Nicolaus Schmith pag. 121. reliquos inter ſubſcriptum: *Giletus Dux Sirmii.* Sic in aurea Bulla, Belæ Regis IV. anno 1242. Liberæ Reg. Civitat. Mon-

tis Græcenſis Zagrabienſis elargita, mentio eſt *Dilecto Cognato noſtro Joanne Angelo, Domino Syrmiæ & Comite Bacſienſi.* Ut hinc, dum infra Hiſt. Zagr. pag. 329. & ſeqq. Bela in ſuo diplomate, tres illos viros de Sirmio veniſſe exprimit, *Joannem Angelum*, quem cognatum ſibi vocat Bela IV. auxilia Regi miſiſſe inferendum videatur.

Porro, quia aureæ hujus Bullæ mentio uſusque occurriſſet, meminiſſe hujus voluimus; tum ob ejus antiquitatem; digniſſimamque viſu a quovis, non dicam erudito, ſed S. Coronæ ſubdito. Eſt inſignis reliquia. Pro hujus mecum communicatione, & demonſtratione Ampliſſimo Magiſtratui & Civitati Regiæ Zagrabienſi; perennes ago gratias; fateorque ſi quid in vita volupe mihi videre, tractareque fuit, erat Bullæ illius Aureæ conſpectus. Eſt hæc, radicale & fundamentale Lib. Regiæque Civitatis hujus diploma, cujus mentionem fecimus infra Hiſt. Zagr. 338. neque tum eam perluſtraveramus. Itaque I, ſigillum aureum, hoc eſt ex puro optimoque auro dependet, uti nunc in cæra pendere ſolet. *Parte adverſa eſt* : Bela Rex ſedens in throno, manu *ſiniſtra* tenens globum; in quo *Crux ſimplex*, haud duplicata. *Dextera* lumbis adhærente, *ſceptrum.* Epigraphe ſequens eſt: *Bela. Di. Gra. Hungr : Dalmae : Crohae. Ram. Svie. Galic. Lodom. Comanie. Rex. X.* Parte vero averſa: *Cor prominens*, & in hoc, *duplicata Crux.* Epigraphe: ✠ *ſigillum. Quarti. Bele. Secundi. Andree. Regis. Filii.* Eſt vero figuræ rotundæ, & ſat magnum ſigillum. II. In membrana intus, per Cyfras: *In Nomine Sanctiſſimæ Trinitatis. Et Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Tum *Bela DEI Gratia, Hungarie, Dalmatie, Crohacie, Rame, Servie, Galicie, Lodomerie, Cumanieque Rex. In perpetuum. Regum celſitudo requirit, & ſublimium dignitati debetur, ut tanto amplius in multitudine plebis gaudeat, quanto ipſi auctoritate cæteros antecellunt. Hinc eſt, quod tam præſentibus quam poſteris, harum ſerie declaramus: quod cum Noſtræ placuiſſet voluntati, in Zagrabia, in monte Grech, Civitatem liberam conſtituere, & ibidem hoſpites convocare; & illam partem Regni ad ſecuritatem confinii, & alia commoda munire, & firmare communicato conſilio, tum dilecto fideli noſtro Dionyſio, Bano totius Sclavoniæ, & aliis noſtris Principalibus, noſtram hanc intentionem & voluntatem unanimiter approbantibus, noſtrum propoſitum perduximus ad effectum. Concedentes ut in prædicto monte libera Civitas fiat; hoſpites liberè conveniant, terras & poſſeſſiones, conditiones & libertates a nobis aſſignatas, ſubſcriptas habeant, teneant, & cuſtodiant inconcuſſas. Conditiones itaque & libertates in prædicto monte habitantium & convenientium - - tales habentur.* Has ex autographo ipſo, quod habuimus, exſcribere benevolentia civitatis non negabat; & a nobis omiſſas eſſe dolemus. Omiſimus autem tum, ex ratione habita, quam nil juvat noſſe. Datur ipſis facultas ſtatuta condendi, Judicem eligendi, jus gladii & juriſdictionis, judicandi ita: ut nulla cauſa ad duellum judicetur. Indulgetur jus Forizationis: eximuntur per totum Regnum a tributis. Facultates civilium ab inteſtato decedentium, ac ſine hærede, in duabus partibus, Eccleſiis, in medio civitatis locatis adjiciuntur, in tertia ad civitatis emolumentum. Prout hæc iterum an. 1266. eſſent confirmata. In eadem aurea Bulla, quæ præſtare tenentur ſervitia, *cum Rex Hungariæ expeditionem ad partes maritimas; vel Carinthiam; vel Auſtriam facere voluerit?* Quæ *Duci totius Sclavoniæ, ſi ſit de prole Regia?* quid *Bano pro tempore conſtituto?* (per expræſſum *a Vicebano* eximuntur) ſunt expræſſa. Concluſio ejus hæc eſt: *Datum apud Wereuzha, per manus Magiſtri Benedicti, Præpoſiti Albenſis, Aulæ noſtræ cancellarii, electi in Epiſcopum Colocenſem. Bartholomæo Quinque-Eccleſienſi, Cleto Agrienſi, Stephano Zagrabienſi, Bartholomæo Nitrienſi, Blaſio Chanadienſi Epiſcopis. Benedicto Varadienſi, & poſtulato Jeurienſi, Stephano Vacienſi, & poſtulato in Archi-Epiſcopum Strigonienſem, Eccleſias DEI gubernantibus. Dilecto cognato noſtro Joanne Angelo Domino Syrmie, & Comite Bacſienſi. Ladiſlao Palatino, Matheo Tavernicorum, & Comite Sopronienſi. Sol Magiſtro Dapiferorum & Comite Caſtriferrei, Mauricio Pincernarum; Stephano Agazonum Magiſtris: Arnaldo Symigienſi; Paulo Albenſi, Comitatus tenentibus. Anno ab Incarnatione Domini Milleſimo, Ducenteſimo, Quadrageſimo ſecundo; XVI. Kalen: Decembris, Regni noſtri Anno Octavo.* Habet quoque, aliud Sigillum aureum, eadem Civitas, quo utitur tantum Feſto B. Blaſii, hoc eſt die III. Februarii, ad corroborandas faſſiones. In hoc *inferius*: Mœnia urbis, ac in medio, portæ: supernè, majores globi, & turres tres. Dextrorſum inter lilia, *ſtella*: ſiniſtrorſum luna, in medio liliorum. Epigraphe: ✠. *S: Comuni: De Monte Græci.* In eadem Civitate poſtea erectum eſt caſtrum, ut infra pag. 338. retulimus, cujus erectionis, ſequens eſt monumentum, ex autographo deſcriptum. Notæ - - innuunt voces, quas diſtinctè legere nequivimus.

Bela

Digitized by Google

„ Bela DEI Gratia Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Galitiæ, Lodo-
„ meriæ, Cumaniæque Rex. Omnibus Chriſti Fidelibus tam præſentibus, quam futuris,
„ ſalutem in ſalutis Largitore. Regiæ ſpeculationis & ſolicitudinis eſſe debet, invigilare
„ Subditorum remediis, & quieti; & eos proſequi ampliori munificentia, gratiæ ſpecialis;
„ ut tanto illi ex fidelibus, fideliores: & devotiores ſe exhibeant, ex devotis, quanto potio-
„ ri libertatis beneficio, ex regalis proviſionis dono, eos contigerit gratulari. Proinde ad
„ univerſorum notitiam harum ſerie volumus pervenire. Quod cum olim fines, & ter-
„ mini *Regni, ſeu Ducatus Sclavoniæ* continuis Latronculorum, & frequentibus inſulti-
„ bus pulſarentur; Nos tam convicti noſtræ propriæ, quam ſubditorum noſtrorum, in illis
„ partibus degentium ſecuritati proſpicere ſalubriter cupientes: *Caſtrum in monte Grech*
„ *juxta Zagrabiam*, ob tutiorem eorundem confiniorum, decrevimus conſtituendum. In
„ cujus Caſtri conſtructionem, fideles noſtri Cives ejusdem caſtri, in ædificando ſibi domos
„ ibidem, & alias ædes illuc transferendo, ſumptus non modicos, labores continuos, & dam-
„ na plurima, uſque ad exinanitionem extremæ virtutis, fideliter ſubierunt: exponentes ſe,
„ & ſua illis temporibus, *pro Regio, ſive Ducatus honore*, crebris periculis, & fortunæ.
„ Nos igitur hujusmodi obſequioſis, & ſumptuoſis laboribus ipſorum, grata volentes viciſ-
„ ſitudine reſpondere, hanc eis prærogativam concedimus libertatis: Ut nec perſe, nec per-
„ ſonaliter ad exercitum, quem Nos, vel *Kariſſimum filium Noſtrum Dominum Belam*
„ *Inclitum Ducem totius Sclavoniæ, & Croatiæ*. diverſis temporibus, & quandocunque
„ facere contigerit, ire nullatenus, nec aliquid propter hoc, vel ejus occaſione, Nobis vel
„ ſibi impendere teneantur. Eosdem quoque nullius exactionis, talliæ, ſeu collectæ, vel
„ cujuslibet publicæ functionis, aut *aliorum Regnicorum honus*, ſubire volumus; ſed ſint
„ a præſtatione earum in perpetuum liberi, & immunes. Ita tamen quod prædicto Duci Be-
„ læ, Kariſſimo filio noſtro, quadraginta Marcas ſolummodo in uſuali moneta; *cujusqui-*
„ *dem monetæ, ducente penſe, prædictarum quadraginta marcarum valorem contin-*
„ *gunt;* in die ſtrenarum, & non ante, neque poſt, ipſi iidem Cives, per Nuncios ſuos præ-
„ ciſè, & abſque interpellatione qualibet, mittere, & ſolvere pro cenſu annuo teneantur.
„ Conditiones itaque & libertates hoſpitum, ſeu civium in prædicto caſtro habitantium, &
„ convenientium *quas ipſi inter ſe fecerunt, & nos approbavimus* tales habent: Quod ſi ii-
„ dem hoſpites, vel cives in diſtrictu *Hungariæ, Dalmatiæ, Crovatiæ, Sclavoniæ*, ſpoliati
„ vel occiſi per latrones, vel alios malefactores fuerint; Dominus terræ, in qua ſpoliati aut
„ occiſi fuerint; eſtimata quantitate pecuniæ, juxta arbitrium bonorum virorum, & Sacra-
„ mentum Civium ad hoc electorum, vel ablata refundat; vel malefactorem oſtendere tenea-
„ tur; aut homicidii pœnam ſolvat, *juxta Ducatus Sclavoniæ conſuetudinem approba-*
„ *tam.* Item tributa inter Regales terminos in nullo loco ſolvere teneantur. Item quicun-
„ que Civis, alium civem vituperiis, opprobriis, aut contumellis affecerit; ſi in eo victus
„ fuerit; leſo decem penſas; non minus expenſas centum denariorum, ſolvat. Quodſi poſt
„ ternam correctionem ſe non emendaverit, rebus omnibus in comune applicatis, tamquam
„ infamis de civitate turpiter expellatur. Si quis vel alapam alteri dederit, vel per crines
„ malitioſè traxerit, eandem pœnam paciatur. Si vero hæc, Judice ſedente pro tribunali, vel
„ alias ubicunque in ejus conſpectu, idem perpetrare præſumpſerit, pœna dupli plectatur.
„ Quodſi hoc in perſona Judicis, vel cujuscunque ſui Aſſeſſoris, idem attentaverit, decem
„ marcas uſualis monetæ pro pœna exolvat. Quodſi ſolvendo non fuerit, manum amittat.
„ Si quis cultello, gladio, lanceâ, aut ſagittâ, aut aliquo tali modo, alium vulneraverit, &
„ vulneratus ſine defectu membrorum, reſanatus fuerit; medico leſi ſatisfaciat, & læſo decem
„ marcas, & ad uſum Civitatis duas marcas perſolvat. Si quis vero hominem interfecerit,
„ & auffugeret, duæ partes ſuarum rerum cedant parentibus occiſi, pars tertia Civitati. Si
„ autem captus fuerit, ſecundum conſuetudinem de ipſo vindicta ſummatur, niſi quis in lu-
„ do, ſine præmeditata malitia, aliquem interfecerit; in hoc enim caſu centum penſas cogna-
„ tis interfecti; viginti vero penſas, ad comunes uſus refundat Interfect - -; Si facultatibus
„ non ſuffecerit, Civium arbitrio reſignetur. Item ſi quis dé extraneis intrans Civitatem,
„ ſive in vico, ſive in domo, ſive in foro, ſimilia ut ſupra notatur, perpetraverit, per Judicem
„ Civitatis judicetur, & eisdem pœnis ſubjaceat, & dependeat. Si vero ex Incolis Civitatis
„ aliquis ſive - - - defectus fuerit, per Judicem Civitatis puniatur. Item ſi quis extraneus
„ aliquem, de Civitate in cauſa pecuniarum, vel illata injuria, voluerit convenire; coram
„ Judice Civitatis conveniat, & nulla cauſa ad duellum judicetur, ſed per teſtes, & juramen-
„ ta terminetur, ſive ſit cum extraneis, ſive cum indigenis, atque ipſi teſtes jurati, in depo-
„ nendo teſtimonio ſingillatim, ac ſingulariter examinentur. Teſtes autem, ejusdem liberta-
„ tis & conditionis ejus ſint, iſti aſſumantur. Eodem modo ſive extraneus inveniat apud in-

i i „ colas

Digitized by Google

„ colas, ſive incola apud extraneos, equum, bovem, aut aliquas res furtivas, ſemper teſtes, „ ut ſupra diximus, producantur. Item Cives de prædicta Civitate, vel jobagiones de villis „ ad ipſam pertinentibus, quæ prope territorium ipſius Civitatis fuerint ſitæ, nullius judicio, „ niſi Judicis Civitatis aſtare teneantur. Quodſi Judex ſuſpectus habebitur, & Actor legiti- „ mam cauſam recuſationis allegaverit, convocatis omnibus majoribus Civitatis, ipſo Judice „ præſente, negotium decidatur. De quorum ſententia, ſi adhuc continget dubitari, & actor „ importunus eos, ad Regiam citaverit præſentiam, ſolus Judex pro aliis omnibus ad Re- „ gem ire teneatur. Eodem modo per quemcunque contra Judicem Civitatis & Cives, vel Ci- „ ves ſolos, ad Regiam præſentiam quippe, citaretur; non tenentur ire, niſi ſolus Judex Ci- „ vitatis. Et ſi aliquis aliquem Civem, vel Cives non requirens antea, à Judice Civitatis ju- „ ſtitiam, ſibi fieri; ad Regem iverit, pro illo, vel illis, Judex ire tenebitur, & ei citatorias „ refundere expenſas; eo quia contempta Authoritate regalis privilegii, ſibi cogniti, irrequi- „ ſito Judice Civitatis fatigavit eum fruſtra laboribus & expenſis. Cives autem liberam ha- „ beant unumquemcunque voluerint, eligendi facultatem Judicem Civitatis, nobis præſen- „ tandum: & mutandi eundem annuatim, pro ſuæ arbitrio voluntatis. Sane ſi quis in Ca- „ lumnia, vel falſo teſtimonio manifeſte convictus fuerit, vel etiam depræhenſus, nec in Ju- „ dicem, vel ejus Aſſeſſorem, ſive Conſiliarium deinceps admittatur. Item ſi quispiam de Ci- „ vitate, ſine hærede deceſſerit, de rebus ſuis mobilibus liberam habeat diſponendi, cuicun- „ que voluerit facultatem. Res vero immobiles, domos quippe, curiam, vineas, terras, & „ edificia, ſuorum Concivium habito conſilio, uxori ſuæ, vel alicui cognatorum ſuorum re- „ linquat. Ita tamen quod nec per ipſum, nec per uxorem, nec per cognatos a jurisdictione „ Civitatis poſſit alienari, ſeu eximi, vel avelli. Item ſi quis inteſtatus deceſſerit, & nec u- „ xorem, nec filios, nec cognatos habuerit, duæ partes rerum ſuarum per viros fide dignos, „ ad hoc, conſilió Civium deputatos, pauperibus, & Eccleſiæ ejusdem Civitatis reſerventur. „ Item ſtatuimus, quod in eadem Civitate Forum ſollenne duobus diebus in ebdomada, vide- „ licet die Lunæ, & die Jovis celebretur. Ac præterea forum quotidianum cottidie habea- „ tur. Ad ſuſtentationem autem Hoſpitum in prædicto caſtro habitantium, dedimus terram „ circa montem Grech, quam olim per Dilectum & Fidelem Noſtrum quondam Dionyſium „ Banum, ex ejus conſervatione, eisdem Civibus denoſcimus ſtatuiſſe, ſub certis metis, & „ diſtinctis perpetuo poſſidendam. Cujus terræ metæ hoc ordine diſtinguuntur: Prima meta „ eſt in portu *Zawe, qui Kyralrewy dicitur*, juxta magnam viam, & per eandem tendit, „ uſque ad rivum *Zoizka* dictum. Qui - - - dein per eandem viam - - - uſque qui Mlaka „ dicitur, & pervenit ad monticulum - qui eſt meta, quæ dividit terram ipſorum - a par- „ te - dein tranſiens minorem Mlakam perveniet ad magnam viam, quæ vulgo Etteven „ dicitur, per quam veniens pervenit ad Rivum - ibi eſt pons. Hinc ſuper - - Grech vadit „ directe uſque Aquilonem, metatim tendens ad fontem, qui dicitur *Kubalkut*, juxta quem „ eſt meta terrea, a quo ſuper, it per rivulum *Cyrkenich*, verſus Aquilonem perveniens ad ri- „ vulum, qui vocatur *Zopotinka*. Hinc tranſiens monticulum cadit in quandam vallem, „ per quam tranſit in - - - Potok, deinde aſcendit ad metam Capituli Zagrabienſis, & ibi „ ſunt metæ tres, una Capituli Zagrabienſis, altera hoſpitum de Grech, tertia aliorum Dob- „ cha, de generatione Aga. Deinde procedit per cacumen ejusdem montis, vocabulo *Med- „ venicha* uſque occidentem, & pervenit - - qui *Pleſivicha* dicitur, juxta quám eſt meta ter- „ rea. Dein a cacumine ejusdem montis, diſcedit verſus partem meridionalem metatim ad „ arborem caſtaneam, juxta quam eſt Crux, & juxta eam eſt meta terrea. Deinde deſcendit „ ad caput fontis, qui *Cliucheria* dicitur, qui fons dividit terram prædictam, & ſic deſcen- „ dendo per eundem divertit aliqualuntulum verſus occidentem ad montem, & ibi eſt arbor „ caſtanea cruce ſignata, juxta quam eſt meta terrea. Dein ad cacumen montis ejusdem pro- „ cedit verſus meridiem, dividendo terram Eccleſiæ Zagrabienſis. Deinde per girum ad oc- „ cidentem - - - - rivulum, qui vocatur *Sleznich potoka*. Et in aſcendendo ſuperius de „ terra Endre, per vallem, ad verticem unius montis ibi eſt meta. Hinc ſeparando per veteres „ metas terram *Gremle* deſcendit ad arborem, quæ vocatur *Ihor*, & ibi eſt meta, & cadit „ in viam - - - verſus meridiem procedit ad campum ad metam terream. Dein aliquantu- „ lum divertit ad ſiniſtram, & pervenit ad palludes, quæ Mlaka dicuntur, ibi eſt meta jux- „ ta eundem Mlakam. A ſiniſtra parte vadit ad arborem nucis, ubi eſt meta, deinde ad Sam- „ bucum ſub quo eſt - - metalli procedit, & cadit in fluvium *Zawe*. Dein ad metam prio- „ rem deſcendit, & ſic terminatur. Cæterum quia iidem Cives, ſuper terris & poſſeſſionibus „ ſuis, alia etiam Privilegia a nobis eis conceſſa, habere noſcuntur: illa eis inconcuſſa ſer- „ vare volumus, & a Noſtris Succeſſoribus, & ſubjectis inviolabiliter obſervari. In cujus rei „ memoriam & perpetuam firmitatem præſentes dedimus litteras duplicis Sigilli noſtri muni-

„ mine

Digitized by Google

„ mine roboratas. Datum per manus Magiſtri Farkaſy, Præpoſiti Albenſis, Aulæ noſtræ „ Vice-Cancellarii, Dilecti & Fidelis Noſtri. Anno Domini MCCLX Sexto, XII. Kalendas „ Decembris, Regni autem Noſtri Anno trigeſimo primo. Sigillum in pendente viridi ſerico.

Illud: *de generatione Aga*, an non Argaidum hic olim reſediſſe, ut arguebamus a pag. 45. corroboret; Item *Medvenicze*, an Medariam, de qua ſuperius innuat, definire non audemus, at erudito Lectori ſententiam permitimus, dum ex Turoczio, ad *Aba*, vel *Akus*, aut *Atha* to *Aga* trahi poteſt. At ſi horum poſteriorum quempiam deſignabit *de generatione Aga*, firmatur Sclavoniam hanc, Regno Coronæque Hungariæ fuiſſe conjunctam.

II. In relato Diplomate legere eſt: *Quod cum olim fines, & termini Regni, ſeu Ducatus Sclavoniæ*, item *pro Regio, ſive Ducatus honore* &c. quæ ipſa in pluribus aliis monumentis, frequentius poſita ſunt. Quare quid exprimunt? illuſtrandum. Zvonimirus anno adhuc 1075. Titulo Sclavorum Regis venit. At ignotum eſt, an hujus Sclavoniæ? vel Narentanorum Rex ſit appellatus? Quare quia Andreas II. in confirmatione Privilegiorum Eccleſiæ Quinque-Eccleſienſis diceret: *Verum quia paci, ſeu tranquillo Eccleſiarum ſtatui invigilare ſemper, congruit Regiam Majeſtatem: idcirco alias etiam metas, & limites, quibus Zagrabienſis Eccleſia, commetata eſt Quinque-Eccleſienſi Eccleſiæ, à SSmo Rege Ladislao Progenitore noſtro, duximus inſerendas, hoc modo: Quoniam ultra Dravi fluvium, limes ſeu terminus Quinque-Eccleſiensis Eccleſiæ, nondum fuerat ſtabilitus, cum Sanctus Rex Ladislaus Primus, transierat Dravæ fluvium, & partes ſibi Slavonicas Regno, primum occupavit adjecto, ubi & Sedem fundavit Epiſcopalem, videlicet Zagrabienſem, cujus Sedis &c.* Ob duo illa adjectiva *Sanctus*, & *Primus*, defectum item notæ ortographicæ poſt to *primus*, illum cauſavit errorem, ut pro Canonizato habeatur: Sclavoniam, nunquam ante fuiſſe Regni Hungariæ partem, nec ultra Dravum, Hungariæ poteſtatem, fuiſſe unquam extenſam. At hoc a S. Ladislao Rege factum ſit, ipſeque omnium Regum Hungariæ primus; Dravum tranſeundo, Regni Hungariæ jurisdictionem per Sclavoniam Croatiamque extenderit. Atque hoc, ut poſtulatum quodam & regulam præfigendo, certatur opinionibus, de jure, quo hæc egit Ladislaus? occaſione? modo? titulo: Quas opiniones omnino varias, ac ut reperi Nro quinque plane diverſas (dum opinionum hiſtoriam non ſcribo) miſſas facio. Ruunt omnes, poſtquam e ſuperioribus clarum eſt, Sclavoniam totam, ut membrum Sacræ Coronæ ſemper fuiſſe, atque a S. Rege Stephano, poſſeſſam. Hinc anterioris textus ſenſum eſſe, *Primus hujus nominis Rex Ladislaus Sanctus, dum tranſierat* &c. adeoque poſt *primus*, ponendam eſſe notam ortographicam. Quin ſi argutiis ſcholaſticis, deferendum eſt, Ladislaus culpari deberet, *qui Partes Sclavonicas* nequaquam Hungariæ Regno, & Sacræ Coronæ, verum *privativè ſibi*, Regno adjecto (id ex Sclavonia in Regnum elevata) occupaſſet; adeoque jura Sacræ Coronæ minuiſſet, contra obligationem Regis. Hoc enimvero indicarent verba: *Et partes ſibi Sclavonicas - - occupavit.* Verum, qui credam? S. Regem, officii ſui & totius Coronæ commoda, privatis rationibus poſtpoſuiſſe. Quare opinione mea, firmaque fide, *nequaquam ſibi*, ſive pro privato commodo Sclavoniam occupavit Ladislaus, ſed *ſibi*, Regi Hungariæ, & Sacræ Coronæ. *Partes Sclavonicas* acceptum dictumque videtur, ſenſu ætatis hujus, quà Rama, vel dicere mavis Boſnia, Narenta, Sclavoniæ nomine conſiderabantur, & Regis Sclavorum. Hinc Maruli ſcriptio (de qua infra, ubi *de Almo*, dicetur) firmior redderetur. Tenuiſſe verò S. Ladislaum Sclavoniam, demonſtrant Andreæ II. anno 1201. litteræ metales, poſſeſſionum Eccleſiæ Zagrabienſis, in quibus: *Ubi eſt meta S. Ladislai Regis.* Item *Terra Cheſma donationis videlicet Glorioſi Ladislai Regis, prima meta eſt pons Regis Colomani, ſecus quem nomen Epiſcopi Prodani arboribus inſcribitur.* Ex donatione patet S. Ladislaum, in Sclavoniæ poſſeſſorio extitiſſe: *pons Colomani* hoc ipſum teſtatur de Colomano. Amorem S. Regis verſus Sclavoniam, non ſolum erectus teſtatur Epiſcopatus Zagrabienſis, ſed quod Chaſmenſes, Capellani Regii, hinc Canonici, ſibi à manu, id eſt Notarii ſui, fuerint. Evincentibus hoc monumentis. Quare perſuaſum habeo, Regni quoque honore, inſignitam fuiſſe ab eodem S. Rege Sclavoniam, ſuperiusque hoc deſignari: *Regno primum occupavit adjecto.* Si doctus, eruditusque vir aliquis dicat: a Ladislao adjectum fuiſſe Croatiæ Regnum Sclavoniæ, maritimarum partium modernarum, atque ab hac epocha, annumque circiter 1091. aut 1092, oras illas olim Liburnicas, & Japydum, in unum coaluiſſe, ut jam Croatiæ, jam Sclavoniæ nomenclatura veniant; imo Sclavonia hæc ſuperior, nunc etiam pro Croatia audiat. Confiteor: quod fundate reſpondeam, neſcio. Memoria, pag. 118. exhibita, Anno 1091. a Vladislao, Nepotem ſuum Almum Croatiæ Regem conſtitutum teſtatur; potuit S. Rex, hoc etiam ordinare, ut hæ mediterraneæ & continentis partes, ſint cum Sclavonia conjunctæ, quæ res belli adverſus Almum, ſub Colomano reliquas inter cauſas, eſſe potuit, dum

Regni Croatiæ partem, exciſam a corpore ſuo viderunt, ut Petrus in montibus Petrogozdenſibus a Colomano victus ſcribatur. Res hæc in claritate necdum eſt, defectu monumentorum, & quisquis eruditorum hoc demonſtraverit, lubens ſubſcribam. Ego nunc ita ex carthis conjector, a S. Ladislao Sclavoniam, Regnum fuiſſe declaratam. Hoc docent tot diplomatum verba: ſub Bela III. Emerico, Andrea II. ubi: *in Regno Sclavoniæ*, aut *in Regno ſive Ducatu Sclavoniæ*. Neque repetam, aut dicta ſuperius, aut infra ex Hiſt. Zagr. eruenda. Colomanus in donatione facta, terræ *Konzka* anno 1232. exprimit: *Nobis fidelem fructum, cum effuſione ſanguinum, eo tempore, cum frater noſter Dux Andreas, a quibusdam veſano ductus conſilio in Regnum Noſtrum videlicet Sclavoniam violenter irruiſſet.* Albertus Rex Decreti ſui art. 7. in Regno Sclavoniæ exprimit, Ladislaus quoque Poſthumus art, 9. anni 1459. In corpore juris, ſpeciatim ponuntur 1492. an. *Articuli Nobilium Regni Sclavoniæ*, & ibi art. I. Vladislaus pollicetur: *Inter cætera ſua Regna, dictum Regnum Sclavoniæ*, in antiquis eorum libertatibus conſervaturum. Horum aliorumque in legibus contentorum conſideratione, probabilius mihi eſt, Sclavoniam a Ladislao, quæ antea Ducatus erat S. Emerici &c. in Regnum fuiſſe elevatam. Quod Bani, hac ætate diſtincti firmare viderentur, diſtincti nempe Sclavoniæ, a Banis Croatiæ.

Cauſa elevandæ Sclavoniæ in Regnum, fuit erga Almum Nepotem affectus. Colomannus in Hungariæ Regno Succeſſor deſtinabatur, ut apud Thuroz cap. 59. par. II. *gravis infirmitas invaſit eum*, nempe Ladislaum, *convocatisque Principibus ſuis, ad Colomanum nuncios miſit, Sanctum Marcellum Præpoſitum, & Petrum Comitem, ut ad Hungariam reverteretur.* Quare ſi excluſum voluit Colomanum a Corona, quid erat, per nuncios, eum ad Hungariam invitare? Proinde ceſſio illa, quam ab Almo factam, ſincera ſimplicitate ſcribit Thuroczius, haud intelligi debet de Regno Hungariæ, verum de Regnis Sclavoniæ, Croatiæque, quæ membris Regni Hungariæ. Hæc interpretanda ſic eſſe cenſeo, ex circumſtantiis infra in Colomano narrandis. Quare nec Colomanus Rex, nec Succeſſores ſui, longiſſimo tempore, ac per plura ſæcula, *Titulo Regis, Regni Sclavoniæ* uſi ſunt, verum ut Ducatum, Regni Hungariæ, Sclavoniam habuerunt. In ſuis monumentis, jam *Regnum ſive Ducatum* exprimebant; jam *Sclavoniæ terram*, jam *Banatum*, quin pro voluntate Regis, ipſi quandoque Duces, Regis Sclavoniæ Titulos, habebant attributos. Quam ob rem, tantamque confuſionem, Rex Vladislaus, Regiis Titulis adjecit, *Sclavoniæ Rex.* Cauſa præcipua fuit, fœdus cum Maximiliano, (ut ſuo loco dicemus) & Joanne Corvino, nam huic Sclavonia, titulo Ducatus & Ducis obtigit; alteri, de partibus Sclavoniæ exciſum eſt. Itaque ne a jure Sacræ Coronæ cadat, aut periclitetur jus Coronæ, Regum titulis Vladislaus adjecit: *Rex Sclavoniæ.* Et quia Sclavoniæ Duces infra in Hiſt. Zagr. Eccl. dediſſemus, ibi legendi ſunt.

III. Sclavoniam hanc pro Regno fuiſſe, inde a tempore S. Ladislai conſideratam, Numi qui eruuntur, *Racſæ* potiſſimum, ac in Criſienſi Comitatu, teſtantur. Horum numorum initia, non ſine errore, Carolo I. P. *Franciſcus Palma Societ. JEſu* attribuit, ideo quod is, ſimiles repererit, ubi averſa ex parte: *Moneta Regis Karuli*, lilia mandur &c. Sed indulgendum, cum longius in his ſtudiis verſatus fuerit, in determinandis rebus, tam audax non futurus. Ut miſſis cæteris illud eſt: *neque prius Regni appellationem obtinuit;* Sclavonia, *quam ſub Vladislao II. qui primus omnium cæteros inter titulos Regios, Salavoniam inſeruiſſe videri poteſt* in Decreto I. quod majus vocant. Sed ignorabat ille, diſtingui titulum, a *re Regni.* Titulus Regni cujuspiam concedi ſolet, ex ratione Politica, quin Regni initia, vel jus, aut prærogativa, ex titulo concludantur. Verum ſi ſub Karolo primum Rege, moneta incoavit Sclavonica, qua rogo antea uſi ſunt Sclavi? Quid eſt quod Denariorum Banalium ſit mentio in tot Regum diplomatibus, ſententiis judicum, longe ante Carolum I. Quid, quod Andreas II. Hiſt. Zagr. pag. 328. teſtetur: monetam Regalem, a nullo anteriori Rege, factam fuiſſe in Sclavonia, nemo autem opinabitur, quavis eos moneta caruiſſe. Antiquitatem monetæ Banalis, teſtantur Capl. Zagrabien. Anno 1272. relatoriæ, ubi: *pro 50. penſis Denariorum Banalium, quorum ſingulæ quinque penſæ, Marcham faciebant.* Item Nicolai Bani, Datum Zagrabiæ 1279. litteræ, ubi: *Petrus filius Borch, de generatione Agha, famis inedia & periculo, terram ſuam hæreditariam Cozolim vocatam, in montibus ſupra Cſaſmæ Capituli, prope Eccleſiam B. Mathei, eidem Capitulo, pro 26. Denariorum Zagrabienſium, quorum ſingulæ quinque Penſe, Marcam tunc temporis faciebant, mediante Manfredo Archidiacono de Gercſe, Decano Eccleſiæ Zagrabienſis, & præſentibus Potolâ, & Borch, fratribus dicti Petri, & Berislu fratre ejusdem, de generatione dicti Petri, commetaneis ejusdem.* Fuere autem Penſæ, marcha, Banales Denarii, Corrigiæ, oboli - ut ex veterum carthis deducitur. Illud *Denariorum Zagrabienſium*, decepit Ritterum, ut putârit, Zagrabiæ numos Sclavonicos cuſos fuiſſe. At nulla ſunt rei hujus indicia. Quare

Digitized by Google

re ut olim *menſuræ Budenſes, Zagrabienſes*, a primatu harum Civitatum vocabantur; ita & Numos Zagrabienſes dum ſic vocati ſunt, vocatos fuiſſe authumo.

Originem horum numorum, antiquiorem credit Ritterus, Hungariæ Regnô, hinc ſæculo X. & hoc ob numorum vetuſtatem. Talium unum, ſe præſente, Epiſcopo Zagrabienſi Alexandro Mikulich, allatum fuiſſe, teſtatur; quo: *Ive*, id eſt Joannes legi potuit, reliqua per vetuſtatem fuiſſe corraſa. Alterius meminit, anno 1700. penes fluvium Vunnam Koſtaniczæ, occaſione commiſſionis Cæſareæ Marſiglianæ, reperti; ubi *parte adverſa* vir armatus framea, & vexillo; *averſa* ut Ritterus putat, inſignia erant Civitatis Aſiſciæ. Hunc numum ille Branslavonis eſſe, putat, ex uſu illo, qui nunc quoque ſervatur, in Banorum introductione, quia ipſis, vexillum exhiberi ſoleret. Scribit inſuper in arce *Belai*, infra Caroloſtadium, ſibi a Comite *Saurau*, exhibitos fuiſſe plures numos Sclavonicos veteres, quos ille, ob parvitatem eorum, *Bagatinos* olim fuiſſe, credit. Ego, numorum horum initia in obſcuro etiamnum eſſe invenio. Habui plures ipſe, quorum aliquos amicis donavi, nunc quoque ſex mihi ſunt, quos lubens exhiberem, ſi nobis eſſet calcographus. Eſt in quovis, quædam differentia. In uno, parte adverſa Crux duplicata, ex quovis latere avis, (quas interpretari cuivis fas eſto) ad latus dexterum A. ſiniſtrum M. infra, duo capita coronata. Parte averſa: mars vel mandur, intra cujus pedes & ventrem, ſupra lunam, ſtella: ſupernè arbor. Epigraphe exſculpta: *Moneta Regis Sclavoniæ*. In altero: parte adverſa Crux duplicata, duo coronata capita, ad latus dextrum S. ad ſiniſtrum R. & loco avium, ſupernè dextrorſum ſtella, a ſiniſtra, luna, quæ prior numus, non haberet. Ex parte averſa, intra lunas mandur. Epigraphe: *Moneta Regis Sclavoniæ*. Reſidui æquales ſunt, nempe: pars adverſa, exhibet crucem duplicatam, & coronata capita, ſine ullis lateralibus litteris, ſupernè tamen, luna ſtellaque ſunt; Parte averſa, mandur inter lilia, epigraphe: quæ in prioribus. Sunt autem numi argentei. Litteras illas: A dextrorſum, M. ſiniſtrorſum, interpretari non, audeo, *Almum*, fors, & *Mariam*, quam nunc vulgus cantitaret, exprimere. At hæc ego, ab eruditis interpretanda ſpero; prouti etiam litteras laterales, quas numi quidam exhiberent, ut H. & R. aut R. cum L. &c. quæ ſi locum cuſæ, aut ſignatæ monetæ non innuunt, vel ſi ſigna non ſunt Monetariorum, fors indicare poſſent *Henrici Regis* — aliud: *Regis Ladislai*. Sed mihi ſatis eſt, retuliſſe, quæ habeo, hæc demonſtrare cuivis, paratus.

Certum vero eſt, antiquiores hos numos eſſe Carolo I. Nam in conſenſualibus litteris, quas Carolus dedit anno 1308. Nicolao Abbati Toplicenſi, de vendito ſibi, & Monaſterio, terreno, a filiis Martini de Zana; ait: *Pro quinque Marcis, ſingulis cum quinque penſis, antiquæ Banalis monetæ, cum Veronenſibus computatis*. Adverte: Carolum fateri, *Antiquæ Banalis monetæ*; itaque origo monetæ hujus, Carolo attribui nequit. In Privilegio quoque Mikcs Bani dato Ladislao Epiſcopo Zagr. Super taxatione Decimarum, exprimitur valor monetæ hujus: *Denarii boni Banales: quorum ſinguli valent duodecim parvulos Bagatinos*. Aliud ſane, ex numo ſuo deducere debebat P. Palma, & deduxiſſet ſi is, in ſtudiis his diutius, profundiusque fuiſſet verſatus. Videlicet: numo illo demonſtrari, Carolum Veteres innovâſſe numos; quod Decretum ſuum, & conſenſuales ſupra indicatæ, evincerent. II. Firmari numo illo, quod Carolus, per Gregorium Strigonienſem, quem Hungaria pro Primate & Archi-Epiſcopo, nunquam agnovit, tanquam a Bonifacio VIII. conſtitutum, Anno 1300. Zagrabiæ in Regem Sclavoniæ, & Hungariæ, unctus fuerit, mentionem rei hujus faciente quoque Raynaldo, Farlato item, Tomo 3. Atque ideo Carolum Regem, Annos Regni ſui, ab anno 1300. numerâſſe. Et quia Sacra Regni Hungariæ Corona, tum Carolus, inſignitus non fuiſſet; ex defectu videlicet Coronæ; ideo ex hoc ipſo facto Caroli, unctionis videlicet, monetæ item cuſæ, eum in eas, Andrea Rege mortuo incidiſſe difficultates, quas paſſus eſt, ut Venceslaus, atque Otho ſibi anteponerentur. Ideo contra Legatum Pontificis, motus Budæ fuiſſe, a nobis Hiſt. Zagr. pag. 101. indicatos, dum pro tuendo Papæ facto, Legatus perſuadere nitebatur, eſſe Hungaricæ ſimplicitatis præjudicium, Corona illorum inſignitos, pro Regibus agnoſcendos. Ideo ſtatutum fuiſſe in Diæta 1301. *Pontifici jus nullum in Reges Hungariæ eſſe*. Hæc, totque alia, etiam a Cl. Pray omiſſa, occaſione numi illius, P. Palma refferenda fuiſſent. Ego ſub ſpe, edendæ aliquando Civilis Hiſtoriæ, exmiſi plurima, nunc quoque miſſa facio. Profecto numi illi, a P. Palma exhibiti, motuum horum ſunt: nam epigraphe prima habet: *Regis Karuli M.* quin exprimeret: *Hungariæ*. In altero, parte adverſa, exhibentur conſuetæ imagines, monetæ Sclavonicæ, averſa vero: ſcuta Hungariæ. Sed epigraphe tacet, cujus Regni, Rex fuerat Carolus, verum: *Moneta Regis Karuli*. In tertio numo Sclavonico, explicandum erat P. Palma, tam adverſæ partis, lateralis litt. L. ſupra quam minutum, *a.* an non exprimat: *a Legato?* videlicet Pontificio; quam & in epigraphe: *Moneta Regis P. Sclavoniæ*, quid P. deſignet? Ob lilia (quamvis, ut infra, Gey-

Digitized by Google

ſa II. lilia in cæris adhibuerit; Bela quoque IV. ut pag. 124. relatum) aſſentior facile, numum Caroli eſſe; *P* verò, combinatione geſtarum tunc rerum: Si explicandum eſt: Pro Sclavonia, offenſos fuiſſe Proceres S. Coronæ, dum viderunt ex numo, Ducatum hunc Sacræ Coronæ, avelli ab eadem, adeoque juſtam fuiſſe eorum, a Papa, hujusque Legatis, & Carolo ipſo, in Politicis, ſive Reipublicæ ſuæ rebus; haud autem ſacris (quod nec feciſſe leguntur) ſeceſſionem, dum jura Coronæ involvi non permiſerunt: Si autem P, innuit; legendumque eſt: *Moneta Regis, Papalis, aut Pontificiæ Sclavoniæ*, ſive quod in Papæ terris, cuſa fuerit; ſive quod Sclavoniam juris eſſe Pontificii, P exprimeret, providentiam Hungarici Conſilii, oppoſitio illa, commendaret, explicaretque cauſam legis latæ, *Pontifici jus nullum, in Reges Hungariæ eſſe, nec fuiſſe.* Prætendebatur a Legato cudendæ monetæ jus, a Papa ſolo legitimè concedi, taleque datum fuiſſe Joannicio Regi Bulgariæ. Quare ex abſoluta orbis terrarum poteſtate, Monetam illam cudi legitimè potuiſſe. Verum hæc ſufficiant ex Joan. Archid. dum Civilis eſſent hiſtoriæ, quæ non eſt noſtri inſtituti. Hæc, ſimiliaque, numis ſuis roborare debuerat P. Palma, haud vero, numorum Sclavoniæ initia Carolo I. Regi attribuere. Verum conatus ipſius, probabo ſemper; ac ut, in his ſtudiis perſeveret, proficiatque, opto.

Ex numis his patet, *Sclavoniam*, rectius eſſe ſcribendam, ut monui pag. 32. *Banales*, an a terra Banatus dicti ſunt, aut fors, quia *Banæ* in Hungaria fuiſſent cuſi? determinare nequeo. Neque enim ſub Banorum nomine, aut hujus officii, ſignatum vidimus, ſed *Regis Sclavoniæ*, ad indicandum fors: Reges Hungariæ, eſſe etiam Reges Sclavoniæ, quam illi, ut Ducatum ſuum conſiderârunt. Andreas II. infra pag. 328. in Regno Banatus ſeu Ducatus, monetas nunquam factas fuiſſe, teſtatur, ut facile a *Bana*, Banales hæ monetæ, vocatæ ſint. Accedit diploma Andreæ II. Epiſcopo Agrienſi anno 1281. datum apud Schmitth Epiſc. Agrienſ. pag. 188. ubi reliqua inter a Ladislao IV. Rege donata, *cum tributo duorum Banalium de currubus oneratis.* Quod indicat *Banales denarios a Bana* vocatos. Agria enim in Sclavonia hac, neque eſt, neque unquam fuit. Accedit: *Neoſolium* nunc quoque Slavicè vocari *Banſzka Biſtricza*, teſte Geographo Poſony 1767. edito. Vel ſi in Sclavonia cudebantur, latet nunc, locus, atque minera. Quare hoc, incertum eſſe, mihi ſaltem, confiteor; ubi nempe, cuſæ ſignatæque ſunt monetæ hæ Sclavonicæ. Certe, mea, ſingulorumque recenti memoria, Banales numi erant, haud tamen in Sclavonia ſignati vel cuſi, quorum quatuor, groſſum ut vocamus, æquabant. Numi Hungarici quinque, valorem groſſi reddebant. Nec horum uſus frequens erat in Sclavonia; nec illorum in Hungaria. Hi attamen numi Sclavonici, nullibi in Sclavonia cuſi, ſignatique ſunt, ſed ab Hungariæ Regibus, etiam Auſtriacis, huc mittebantur. Idem, an olim quoque fuerit? aut aliter? ego definire nequeo. Sunt mihi, totque aliis, numi hi poſteriores, qui nunc, ut dicimus, devalvati ſunt, neque ſcio, an poſt Regem Leopoldum, cuſi ſint. Cæterum Mathias Rex, Anno 1466. Criſii, inter Oſvaldum Epiſcopum Zagrabienſem & Regnicolas pro decimarum ſolutione ſancivit, ut pro ſingulis Capetiis cujusvis frumenti, *ſolvantur ſex denarii boni Banales, quorum ſinguli valeant, 12 parvulos Bagatinos.* De Sclavoniæ inſigniis, ſi vivam, & magis propitia fata expertus dehinc fuero, Tomo II. Partis hujus, in ſupplementis acturus, explicaturusque cauſam Diplomatis petiti, datique Sclavoniæ a Vladislao II.

De Croatia, Dalmatiaque.

I. S. Ladislaum Regem, Croatiam obtinuiſſe, atque in illa Almum conſtituiſſe Regem anno 1091. monumentum ſupra pag. 118. collocatum evincit. Quo: *Kyri Alexio Conſtantinopoleos Imperante: tempore quo, Vladislaus Pannoniorum Rex, Croatiæ invadens Regnum, Domnum Almum ſuum Nepotem in illo ſtatuit Regem.* Conſtat hinc, quo anno? quo item Imperante? Vladislaus Croatiam obtinuit, & quid in ea fecit? Almum ſcilicet conſtituendo in Croatia Regem. Verum qualiter? qua item occaſione? quibusve ex partibus? hæc a Ladislao facta ſunt, certant opinionibus Scriptores. Nec eſt, ut opiniones adeo diverſas, atque multiplices deſcribamus. Illud: *Croatiæ invadens Regnum*, ſi ſecundum Grammaticos accipiatur, vi, acta hæc fuiſſe a Ladislao conſequeretur. Verum jure hoc legitimo feciſſe Ladislaum, ſuperiora evincunt, ut Regni Hungariæ limites, pag. 90. deſcripti: & ea, quæ pag. 87. diximus. Croatarum cum Hungaris conjunctionem retulimus pag. 96. ut vel illorum conſideratione, poſtquam in Zvonimiro nefanda Croatæ patraviſſent, Stephanum qui juri quovis, imo & titulis ſponte ceſſerat, Zvonimiro opponendo; ac in Regnum elevare fatagendo, Ladislaum, pro tuendis Sacræ Coronæ juribus, & Croatiam occupâſſe; & Almum dediſſe illi Regem, inferri debeat. Sed ſi Ladislao affinitate jungebatur Zvonimirus, poſtquam indignè hunc tractârunt Croatæ, Ladislaus licentiam illorum jure caſtigavit, ac ne cum Imperatore orientis diſſenſiones habeat, dum ab iisdem Impp. Croatiæ Reges, inſignia regalia accipere fuerunt ſoliti, conſenſu Alexii Imperatoris, Almum Regem Croatiæ dedit,

Hoc

Digitized by Google

Hoc præter monumentum ſuperius, arguimus; ex ſubſecutis nuptiis intra filiam Ladislai *Priſcam*, cum *Joanne Comneno*: datis quoque auxiliis, ad recuperandum mortuo Roberto Dyrrhachium, quod etiam cum Dalmatia, Alexio paruiſſe monumenta evincunt. Thomas Archid. Spalat. cap. 17. Poſt mortem Zvonimiri, ſecutumque defectum Regalis ſanguinis, dum intra Proceres, ambitio Regni, diſenſiones effeciſſet, haud ſine cædibus, & ruina Regni, narrat: a Magnate quodam Sclavo, invitatum fuiſſe S. Ladislaum ad capiendum Croatiæ Regnum, & ſuo dominio ſubjugandum. *His ergo*, ait Archidiacon. *Vladislaus Rex inductus conſiliis abſque mora, coadunato exercitu copioſo, venit & occupavit totam terram a Dravo flumine, uſque ad Alpes, quæ dicuntur ferreæ, nullo obice reſiſtente. Poſt hæc tranſivit alpes, & cæpit oppugnare munitiones & caſtra, multaque prœlia committere cum gentibus Chroatiæ, ſed cum alter alteri non ferret auxilium, eſſentque diviſi ab invicem, facilem victoriam Rex potuit obtinere. Nec tamen uſque ad maritimas regiones pervenit. Sed audiens, quod quædam gens ſui Regni fines intraverat, in Hungariam repedavit.* Hac de re antiquiore Archidiacono ſcriptore caremus, qui etſi duobus ſæculis poſterior ſit, attamen hæc eum accepiſſe, ex ignotis nunc, eo magis credere eſt, quod ſua, monumentis & diplomatibus conveniant. Profectò illud: *Croatiæ invadens Regnum*, Archidiaconi firmat hiſtoriam, dum alpibus ſuperatis, munitiones & caſtra Croatiæ, expugnata per Ladislaum refert Archidiaconus. Andreas vero II. in memorato ſuperius diplomate S. Ladislaum I. Dravæ fluvium tranſiviſſe recenſet, & Sclavonicas partes, Sacræ Coronæ adjeciſſe. Ad maritimas Regiones, ſive Dalmatiam Ladislaum non veniſſe, ſive ex cauſa ab Archidiacono aſſignata; ſive quod initis interea cum Alexio pactis, & ſponſalibus inter Joannem, & Priſcam, Dalmatiam Imperatori relinquendam cenſuerit; argumento eſt: quod nulla S. Ladislai Diplomata, aut conceſſorum, aut confirmatorum Privilegiorum in lucem adhuc prodiverint. Hæc ſecundum regulas, hiſtoricæ veritatis eruendæ, firmiora ſunt, opinionibus aliis, quod nempe, vel per inveſtituram Romanæ Sedis, Ladislaus Croatiam obtinuiſſet; vel ad legatam ſibi, a Sorore Regina, Zvonimiri vidua, intraviſſet. Enimvero, quæ Zvonimiri uxorum, *Helena* videlicet, an *Lepa*? Soror Geyſæ & Ladislao, dici valeat? incertum eſt. Imo annorum combinatione, major eſt pro *Helena* præſumptio, quæ 1075. Zvonimiro data fuerit, quo anno is, Sclavorum Regis titulos obtinuit, ex reſpectu indubiè Regum Hungariæ Geyſæ & Ladislai, & ſequente anno 1076. Regnum Croatiæ. Præterea bene obſervat Ritterus, nec apud Hungaros, nec apud Croatas, ea fuit Reginarum prærogativa, ut *proprietate Regni* gaudeant, adeoque ut tale legare ex lubitu poſſint. Quare ſi Ladislao, legatum quodpiam, a Lepa poſteriore uxore Zvonimiri, atque fors relicta vidua, demonſtrari ex teſtamento poſſet, hoc aliud non exhibebit, quam Dominiorum Reginalium legatum & ceſſionem. Quæ Dominia Reginas habuiſſe, Reges item, caret dubio. Helena Regina, dedit bona Eccleſiis, quæ reſtituit Eccleſiis Zvonimirus. vide pag. 107. Stephanus item, Rex ille, de quo ſuperius diximus, Theodoro Abbati an. 1089. vide pag. 116. donat Regale territorium. Vel ſi *Lepa* Sancto Ladislao, legatum feciſſet, ea indubiè erit forma concinatum, quâ, teſtamentum in Archivo Vaticano *Catharinæ, Reginæ Boſniæ*, apud Cl. Aſſemanum Tom. V. Par. I. cap. 3. pag. 95. ubi: *Præfata Regina - - - memor munificentiæ, gratiarum, & beneficiorum a S.R.E. & Apoſtolica Sede - - collatorum, qui eam gratiſſima hoſpitalitate ſunt ſemper proſecuti, ſubveniendo eidem ſecundum Regiam dignitatem condigno annuali ſtipendio & proviſione ſufficienti pro ſuis neceſſitatibus: in prædicto Regno Boſniæ cum omnibus & ſingulis juribus &c. ac utili & directo ejusdem Dominio Sacroſanctam Romanam Eccleſiam & Sedem Apoſtolicam - - - Univerſales hæredes & Succeſſores inſtituit &c.* Simile inquam Lepæ Reginæ erit teſtamentum, quam ad S. Ladislaum in iis Regni Croatiæ motibus fugiſſe, proviſam ſufficienter fuiſſe, credi poteſt, ob viciniam: amicitiam item inter Zvonimirum & Ladislaum, præcipue ſi & affines, hi duo Reges fuere. At quid moror? Lepæ teſtamentum exhiberi debet, ab iis qui aſſerunt: *jure legati* Croatiæ Regnum, Sacræ Coronæ a Ladislao eſſe aquiſitum. Aſſertis nudis, locus non eſt in jure, nec ego ſomnia hæc, jura Reipublicæ ignorantium, anteferam Veriori ſententiæ Thomæ Archidiaconi, quam firmant monumenta Veterum, Diploma Andreæ II. Ungariæ Regis, & rationabilis rerum tum geſtarum combinatio, ut ſupra deduximus.

II. Almus Croatiæ Rex ab anno 1091. Ladislao vivente in pace vixerit, dum illatarum illi moleſtiarum, nulla reperiuntur veſtigia. Quinimo Baſilicam Zagrabienſem, ab illo incoatam quidam vellint: Quidam Eccleſiam Zagrabienſem, id eſt Epiſcopatum, a Ladislao meditatam, deſtinatamque, ab Almo veniſſe in effectum. Quæ opinio eſt Ritteri, ex motivis pag. 5. Hiſt. Zagr. propoſitis. Almus, ab aliquibus Almutes, ab aliis Almuſes, Alivus

Digitized by Google

ſcribitur. Quidam hunc, Geyſæ I. fuiſſe filium volunt, quibus Ritterus demonſtrandum eſſe ait: opere MSS. *de Ungarico in Croatiam jure*, quam unquam Conjugem Geyſa habuit, cur item Ladislaus, fratrueles ſuos Colomanum & Almum, Regno privavit? nec Patri ſuccedere paſſus ſit? Itaque Ritrerus ex MSS. Thurocziano codice, *Almum Lamperti Ducis filium* ſtatuit. Qui ideo etiam, ab antiquioribus Scriptoribus *Ladislai nepos* exprimeretur. Sed hanc opinionem ſuam in opere *Natales* S. Ladislao reſtituti, corrigit; dum ſcriberet: *Almus Lamperti ut Thurocius opinatur, eſſe non potuit, cum affinis quam frater Gojzonis* (ſive Geyſæ) *& Ladislai, Lampertus fuiſſe verius exiſtimetur.* Omiſſisque Ritterianis iſthic argumentationibus, minus fundatis, authoritas Coſmæ Pragenſis, qui Colomanum Almumque Germanos fratres fuiſſe ſcribit, horumque Patris, & Avi regimina novit, a Thuroczio recedendi, præcipium Rittero eſt fundamentum. Rectè profecto, ſi legitimum eſt diploma, quod a Cl. Nicolao Schmitth pag. 52. Epiſ. Agrienſ. exhibetur, *legitimum dico* ob chronologiæ rationem, quem defectum etiam P. Schmitth obſervavit, ubi Lampertus Comes tantum exprimitur: *Qualiter Comes Lampertus, cum uxore ſua Sophia, & filio ſuo Nicolao* &c. Præpoſiti de Bozouk beneficium fundâſſent, ſub Stephano II. &c. Verum nepos aut filius dicendus ſit Ladislai Almus? examinent alii. A Croatis Belæ nomen, datum Almo, Ritterus deducit, ex Marulo, Luciique ad Marulum notis Nro 30. Poſt relatam Zvonimiri mortem proſequitur Marulus: *Bela autem Pannoniæ Rex hujus nominis primus, cum fama inferente, hoc, quod Zvonimero acciderat, didiciſſet, propere cum expeditorum manu venit, Regnoque potitus, poſſedit omnes Regni partes.* Lucius notat: *Quæ de Bela primo refert Marulus, Tex. Slav. Belam tantum nominat, Marulus Primum addidit.* Illud *Bela*, attribui alteri nequit, quam Ladislao Sancto, aut conſtituto per eum Regi Croatiæ Almo. An autem Ladislaus Sanctus, occupato Regno Croatiæ, ſic conſtituerit, ut Marulus habet: *Boſnenſes Dominum ſuum ſortiti ſunt, Naronenſes* (Narentani) *ſuum: Crovati alienum* (nempe Almum) *ne quis eos fruſtra olim, vel immerito a Zvonimiro devotos credat*, nempe: *ne unquam ſui generis Dominum habeant*, ego definire nequeo. Si Ladislaus hæc ita non conſtituit, ſub Almo hæc eveniſſe cenſeri debebit, cum idem Marulus, Almum Severiorem Croatis fuiſſe ſcribat, dicendo: *Crovatos, ut Domino ſuo rebelles ac paricidas, laboribus, ſervituteque oppreſſit. Præterea cum poſt hæc Regnum in partes ſeceſſiſſet anno a Nativitate Chriſti 1079. Boſnenſes Dominum ſuum ſortiti ſunt* &c. ut ſupra. Dubitari nequit, notante quoque Lucio, in anno eſſe errorem, & credibilius ſcribi debuiſſe, aut ſcriptum fuiſſe 1089. aut plane 1099. quo poſteriore anno, Ladislaus non vixit. Hæc refferenda erant, ut appareat, cur Almus Colomano Regnum Croatiæ, haud autem Hungariæ, ad quod evocatus a Ladislao e Polonia, ſucceſſit, cenſerit. Hanc ego fugæ Colomani puto fuiſſe cauſam, haud autem ut ſive Varadinenſem, ſive Agrienſem Epiſcopatum evitaret. Quod videns Almum anno 1091. Regem Croatiæ datum, dum ipſe nihilominus ſub Zvonimiro adverſus Bulgaros pugnâſſet, crediderit Almum ſibi præferendum, in ſucceſſione Coronæ, accedentibus facile rumoribus, ut in ejuſmodi circumſtantiis fieri conſvevit, aut quorumdam divinationibus, Colomanum ad infulas Epiſcopales deſtinari. Aut fors quod viderint, Varadienſi Epiſcopatu vacante, aut legum a Ladislao latarum indice, Monachis erepto; Epiſcopatus illius, temporales redditus, Colomano in Polonia moranti, fuiſſe a Patre ordinatos. Cum bonis enim Eccleſiarum olim diſpoſuiſſe Reges, videre eſt ex Diplomatibus a Cl. Schmitth editis in ſerie Epiſ. Agrienſium. Ut a pag. 143. & a pag. 183. &c.

Mortuo itaque Ladislao, & ſuccedente eidem Colomano, ea viguit inter eos concordia ut anno 1096. reliquos inter Almus de matrimonio Colomani cum filia Rogerii Comitis Northmani tractâſſe a Gaufrido Monacho, temporis hujus Scriptore referatur. Vide apud Lucium & Pray Annal. parte I. pag. 98. ubi eſtô Dux Alivus, nominaretur Almus, Regios eum titulos adhuc ſervâſſe arguo, ex deſcripto per Gaufridum itinere anno 1097. Sponſæ Colomani in Hungariam. Veniſſe videlicet illam, ad portum Belgradæ, haud Belgradi Dalmatici, ſed neque Belgradum quod Nandor Alba, aut Taurunum vocamus, ut interpretaretur Ritter, ſed Belgradum, ſive *Belegradum* olim portum, non procul Segnia, intra hodie dictum locum *Czirkvenicze*, ubi monaſterium eſt Paulinorum, ad quod, ut relatum haberem, Belegrada illa nunc pertineret. Hinc progreſſa per Zagrabiam, a *Vincurio* Comite Belligradæ, ducta eſt ad Colomanum. Horum conſideratione, puto ego, circa annum 1096. occaſione Peregrinorum, vel rectius militiæ illius, quæ ad terram Sanctam per Croatiam, Sclavoniam, Hungariamque proficiſcebatur, per Almum, laboribus ac ſervitute partim vecturatum; partim reparandarum viarum, Croatas preſſos fuiſſe. Illos porro tumultuâſſe adverſus Almum, ut vel conſentiente Almo, Boſnenſes proprium nacti ſint Ducem; Narentani item proprium: vel hi ipſi, ſuos ſibi conſtituerint Duces, taliterque in partes ſciſſo Regno, Al-

mo

Digitized by Google

Almo rebelles reducere impotente, ne detrimenti quidpiam, juribus Sacræ Coronæ naſcatur, in Colomanum, jus præhabitum Regni Croatiæ atque Titulos, ab Almo fuiſſe translatos. Almum vero Tranſilvaniæ & partibus trans Tibiſcanis fuiſſe datum Ducem. At hæc utut ſint, certum eſt: Croatiam, Dalmatiamque a Colomano fuiſſe obtentas receptasque, ideo cum conſtet, Almum a Ladislao datum fuiſſe Croatis Regem, conſequi neceſſum eſt, Croatas ab Almo defeciſſe, quos reducendos in obſequium habuit Colomanus. Incertum vero eſt: num Stephanum illum, quem factio quorundam, Zvonimiro oppoſuerat; S. Ladislaus pro Rege agnoverit? illique Regios titulos permiſerit? Boſnenſibus item, num proprium dederit Dominum, ut Almus reſiduæ Croatiæ Rex fuiſſet. Incertum æque eſt: an Narentanorum Dux fuerit Stephanus, cum titulo Croatiæ Dalmatiæque Regis, aut Boſnenſium; vel is, vita Comite Narentam & Boſniam tenuit, a cujus Stephani morte, orta factione inter Proceres, reſtitui Croatiæ Regnum non potuit. Sed Coronæ Sacræ a Colomano eſt firmatum.

Stephano illo mortuo, neſciretur quo anno, circa hoc nihilominus tempus, *Mariam* vel *Margaritham* fuiſſe filiam, Ode Croatica, quam nunc quoque vulgus in ſaltitationibus cantitaret, combinatione rerum geſtarum, indicare arguitur. Ex ode hac, Ritterus opinatur: Mariam hanc, a Colomano fuiſſe in thori ſociam aſſumptam, circa annum 1108. quam cum Jadræ reliquiſſet, iſthic 1109. adulterii ream comperiens, repudiavit, remiſitque ad Raſciam ſive Boſniam, quæ ibi apud cognatos ſuos, *Borichium* enixa eſt, ſucceſſive filium ſe Colomani Regis prætendentem, & legitimum Sacræ Coronæ Succeſſorem. Hujus jure Colomanum, Croatiam Dalmatiamque poſſediſſe, ac Sacræ Coronæ aquiſiviſſe. Miramur virum in paucis accuratum, hanc in opinionem non ſolum veniſſe, at eandem tueri. Modo *Baſillæ* cum Colomano initas, negat nuptias; modo illa mortua, has cum Maria, Colomano ſecundas aſſerit. Diplomata apud Lucium, quæ Colomanus anno 1101. largitus fuiſſe exponitur, ſuſcepta eſſe prætendit, quæ nihilominus in opere edito *Natal. S. Ladisl. reſtituti* variis argutiis detorquere nititur. Miramur Ritterum, tantæ lectionis virum, hanc opinionem amplexatum. Ode illa, ſi variata tot ſæculis non eſt, Colomani non meminit; nec parentis Mariæ. Jacob Lucarus, Zvonimiri filiam nomine Madam, Butconis filio, Trevelio, nupſiſſe recenſet. Ut quævis hæc obſcura ſint. Si nihilominus *ex ode illa* peti poteſt argumentatio, combinatione rerum geſtarum, *Maria*, Stephani illius Croatiæ Regis, fuiſſet filia, quam, dum factioſi privare conarentur Corona, ipſa ab Hungaris oravit auxilium. Quo obtento, & ſeditioſis compreſſis, eam deſtinatam fuiſſe pro ſponſa, filio Hungariæ regis. An autem evaſerit conjux, aut repudiata fuerit? vel mortua ſit, ante initum connubium, ode tacet. At ludit poeta, in planctu Virginis deſponſatæ. En lector erudite, ode hanc in latinum a me tranſlatam.

In montanis ignis ardet,
Saltu circa, plebs congaudet
  Mare pulchra præſens eſt,
Eſt Corona, caput tectum;
Et theſaurus Regum, ſertum,
  Sic choreis Præſes eſt.
Ab alpibus ventus perflans,
Mariæque ſertum efflans,
  Cum Corona abſtulit.
Ipſa dolet, deflet, clamat:
Vah! eheu! quisquis amat,
  Mihi opem tulerit:
In exquirenda Corona
Et theſauris. En ſum prona,
  Tali, ſponſa effici.
Ab Ungaris hoc audito
Volant, adſunt ipſi cito
  Volunt mœſtam refici.

Quæ-

Quærunt terrâ, quærunt mari,
Coronamque adhuc clari
  Ungari, inveniunt.
Mara plangit ejulando,
Replet quævis lamentando
  Cujus ſponſa ero, nunc?
Proh deformis, Hungarelli!
Parvi! nigri! neque belli
  Ah! vah! ero Sponſa nunc
Ad quid mihi pulchritudo
Oculorum claritudo
  Viri turpis, Sponſa dum.
Purpurea qui labia?
Datura eſtis baſia?
  Ah deformi! ah! cur ſum?
Ad amplexum tam deformis?
Pulchræ manus! quibus formis
  Ibitis? quis guſtus tum?
Cur candilli mihi pedes?
Heu! juro omni, credes:
  Non, non amo Ungarum.

Hæc, illa ode eſt, ex qua Ritterus, efformavit opinionem memoratam. Verum ſi hiſtoriam exprimit, & non ſit luſus fœmineæ levitatis, quæ, res leves, ut ſunt: luſus, choreæ, Bacchanalia, anteferunt maximis rebus, ut eſt domus aut Regni conſervatio, & cura; ac gaudii illarum, ſæpe luctus extremum eſt; in luctu, conſilia non meditata, veloceſque reſo-

l l lutio-

lutiones, quæ dein inſtituto examine in lamenta fletuſque deſinunt. Si inquam moralia hæc, fœminarumque mores, Poeta non expreſſit; at hiſtoriam cantu recoli, & celebrare voluit: *Maria*, Stephani Regis fuit filia, Hæc Patre mortuo, cum culta ad regendam Rempublicam non eſſet, ſed major illi fuiſſet cura, ut Regina Chorearum ſit; igneque in montanis, ſive ſeditione Petri, qui frater erat Slavizo Regis ab Amico Comite capti, ut ex inſtrumento pag. 113. indicato, deduceretur, in partibus Ramæ, ſive Boſniæ ardente, ipſa pro retinendis Paternis non ſolicita, ab Alpibus vento ſeditionis conflato, Coronam amiſit. Seſe Colomano, ſpontè ſubjicientibus Croatis. An autem Colomanus ad ſeſe firmandum in Dalmatia, Mariam Stephani Regis filiam, filio ſuo Stephano deſtinaverit futuram Sponſam, conſtituere ex verſibus nequeo. Ode exſcripta, ſi hanc non denotat hiſtoriam, nec Zvonimiro, nec Ladislao congruit, dum Zvonimiri filia, teſte Privilegio Regis Ludovici, ellocata fuit Martino Comiti de Carino, altera uti ſupra, ſi fides Jacobo Luccari, Trebelio Buthonis filio. Ladislaus vero, Almum Croatiæ Regem fecerit, niſi *Mara hæc*, Almo obtigiſſet pro Sponſa. Nos referre hæc, erudito lectori voluimus; qui ſi credit, in Ode, innui hiſtoriam; applicet hanc, cui magis applicandam cenſuerit. Nos de Almo Rege Croatiæ (cum reſidua illius, ad Croatiam, Sclavoniamque non pertineant) plura dicere nequeuntes, proſequimur.

III. *Colomanus* utrum fratrem habuerit Almum? incertum eſt. Nepotem enim Ladislao fuiſſe, veteres Carthæ & monumenta loquuntur. Colomanum verò fuiſſe Ladislai ſancti filium, refert Thom. Archid. Spalat. *Colomanus* inquiens *filius Vladislai R. Ung. ſtans in Regno, loco Patris ſui.* Scio Lucium, pro *Patris ſui*, corrigere: *Patrui ſui.* At cum Lucius quatuor ſæculis poſterior ſit Thoma Archidiacono, neque cauſam ponat, ob quam ab antiquiori ſcriptore, atque ab ætate Colomani nec duobus ſæculis diſtante, recedendum eſſet; cauſam non video, ut ab Archidiacono recedatur. Quin non ſolum vetuſtas, Archidiaconum commendat; ſed veritatis ſtudium, dum ſua, nunc quoque firmantur monumentis & diplomatibus: dum Priſcam ei fuiſſe filiam, ex relatis ſupra pag. 122. deduceretur; dum Memoriale illud, quod ad calcem adjecit, ex tabulis innitorum cum Croatis pactorom, eum deſcripſiſſe quævis ſuadent. Qui enim? annum, cum Diplomatibus aliis cohærentem. Croatarum Nuncios, ſive Oratores? conditiones fœderum? ſcribere valuiſſet Archidiaconus, niſi ex inſtrumenti illius autographo, aut copia. Quare uti hæc, nec emendanda ſcriberet Lucius; nec corrigeret: Sic nec illud *Colomanus filius Vladislai - ſtans in Regno loco Patris ſui*, emendandum eſt; dum hoc etiam uti cætera, Thomam deſumpſiſſe ex eodem inſtrumento, credere nil vetat, præcipue, quod motivum concordiæ illius, hoc ipſum fuerit, quia Ladislai fuiſſet filius, qui Croatiam aquiſiverat, Nepotem ei, anteferendo. Firmiora vero credebant futura quævis, ſub Ladislai filio, Patris in Regno Hungariæ ſucceſſore. Accedit perſæpe tam Croatiæ Reges, quam & Hungariæ (teſtantibus eorum monumentis, quæ infra in Hiſt. Zagr. occurrent, ut pag. 76. &c.) parentes ſuos inſeruiſſe. Ut credam omnino, Archidiaconum, illud: *Filius Vladislai - in Regno loco Patris ſui*, ex diplomate illo, intra Croatas & Colomanum, concordiæ, deſcripſiſſe. Et quouſque erraſſe Archidiaconum, demonſtratum non fuerit, ei, præ Lucio, adhærendum eſſe, exiſtimo. Lectiones Brev. Zagr. nullum præbent fundamentum, aut affirmandi, aut negandi, Ladislaum Sanctum in matrimonio fuiſſe. Evocatio Colomani ad thronum, ſucceſſio nullo reſiſtente, potiſſimum ſi fuerat Colomanus Epiſcopus ante Coronam, filium fuiſſe Ladislai confirmant.

Intra Magnos Hungariæ Reges, Colomanum numerari debere, facta ejus evincunt. Studuit ſummè Reipublicæ, hujuſque commodis erat perpetuò intentus. Evincit hoc cura illa, quam habuit, ut ad terram Sanctam proficiſcentes, damna Regno non inferant, vide apud Pray Annal. Par. I. pag. 96. Evincunt Decreta ſua in Corp. Juris videnda. Evincit Sacræ Coronæ, juriſque Regni, per Croatiam, Dalmatiamque extenſio. Ut neſciam, quid demeruit apud Thuroczium, qui eum miſerè & cum injuria depinxit, nactus ſectatores, poſteriores ſe ſcriptores, ſive quod homines proniores ſint ad ſuſpiciones; ſive quod Colomanus ſuperflua e Monaſteriis cauſa Reipublicæ, teſtandique voti paupertatis non ſolum a ſingulis, at a cætu toto, & monaſteriis, abſtulerit, teſte Dec. I. cap. 16. Abbates item invicem contendentes, a ſynodo judicari voluerit. Profecto ſi quis Regum Clero favit, is erat Colomanus ut Decreta ſua, Diplomataque evincunt. Si quis diſciplinæ Eccleſiaſticæ ſtuduit, ſtuduit Colomanus. Bigamos Clericos, vel repudiatarum maritos, beneficiis, & Dignitatibus Eccleſiaſticis privandos conſtituit Decr. II. Cap. 9. prohibendo ordinari aliquem ad Diaconatum & ultra, niſi prius continentiam voverit. Quod ipſum etiam conjugatis Presbytheris & Diaconis cap. 10. imponit: tollendas a Clericis concubinas jubet cap. 12. Matrimonia Clandeſtina, invalida; opuſque fornicationis cap. 15. definit. Pluraque cætera in Decretis videnda. *Albricus* temporis hujus ſcriptor ad *Seraphin* Archi-Epiſcopum Strigonienſem ait: *Chriſtianiſſimus Rex noſter*

ſter

Digitized by Google

ſter Colomanus, columbinæ gratiæ ſimplicitate, cum omni virtutum diſcretione prædi- tus, poſtquam vidit adultam fidem, perfectæ religionis robur accepiſſe - - indignum eſ- ſe perpendens, ſi jam ſpontaneum fidei militem, legalis pœnæ timor torqueret, quem nec ipſa mors ab agnitæ jam confeſſione veritatis abſtrahere potuiſſet - cum videret prop- ter Civilia bella, uſque ad tempus illius (nempe Colomani, qui hæc ſua prudentia impe- divit) *ingraveſcentia, paternis traditionibus jam magna ex parte ſolutis, Regni Conſi- lium labefactari, Curiæ honorem vileſcere, timens ne miles inſolens pacis, domeſticus ta- men, virtutis hoſpes irrevocabilis fieret iniquitatis; Regni Principibus congregatis, to- tius Senatûsconſultu, præfati Regis Sanctæ memoriæ Stephani, legalem textum recen- ſuit.* Narrat dein leges fuiſſe auctas, comparando Colomanum S. Regi Stephano: *Et ille quidem* (nempe Stephanus) *deſtructor fuit infidelium: iſte*, Colomanus, *recte converſa- tionis augmentator in juſtificatione: Ille loricâ fidei populum induerat: Iſte terrenæ ambitionis ſuperfluenta, cingulo juſtitiæ præcingebat: Ille, gladio Spiritûs verbi DEI perterruit: Iſte galeâ ſalutis decoravit.* Hæc Colomani cum S. Stephano comparatio, miſſa Primati Hungariæ, & Decretis Colomani præfixa, miror quid eſt? quod fugerit omnes, qui Thuroczium ſunt ſecuti. Mihi videntur, ſine rerum examine, Scribæ tantum Thuro- cziani eſſe. Antiquitas omnis, Colomanum Regem *Chriſtianiſſimum* exprimit. Inſtrumen- tum anni 1105. apud Lucium pag. mihi 115. *Regnante Piiſſimo Colomano* habet. Item Inſtrumentum publicum apud Ritterum anno 1105. habet: *Per Colomanum Sanctiſſimum Regem, pacem terrâ, marique redditam eſſe.* Rogerius poſt annos 140. ſcribens cap. I. ait: *Cum Bela Rex - - adinſtar progenitorum ſuorum, Stephani, Emerici, Ladislai, & Colomani Regum, qui Sanctorum Catalogo ſunt adſcripti* - - ubi non ſolum compara- tur Sanctis, ſed intra Sanctos Reges recenſetur. Qui igitur credam? ferocem, barbarum, vafrum, impium, vixiſſe Colomanum. Si ejusmodi fuit, cur Croatæ, Dalmatæ item, ultro ad eum acceſſerunt? cur dempta Almi infelici audacia, quæ tamen nec ſectatores, nec fauto- res nacta eſt; nulli civiles motus, ſub Colomano fuerunt? teſte ſuperius Albrico. Quare temerè de Colomano nemo judicet, præferatque antiquorum teſtimonia omnis, recentiorum vindictæ. In Breviario Zagrabienſi Die 12. Octobris officium eſt de Colomano M. Hic ſub Henrico Ottonis tertii Succeſſore, in Regione Norici paſſus, exponitur lectionibus ſex, qua- rum prima: *Venit itaque in Orientalem Noricæ telluris Regionem, cui a plaga Orien- tali Pannonia, ab Aquilonari confinis adjacet Bohemia.* Hæc recenſemus, tum ad noſ- cendam, Sæculo XI. Norici rationem, cum ne quis exiſtimet, ſive Colomani Regis, ſive al- terius, Ducis nempe Sclavoniæ, a Tartaris occiſi, coli memoriam.

Colomanus, ceſſum ab Almo accipiens Croatiæ Regnum, ſive ob Almi ex Marulo relatam oppreſſionem, & Croatarum adverſus ſe motus; ſive ob mortem Stephani, ſecutasque variorum prætenſiones, cumprimis vero Petri, occiſi Slavizo fratris. Almusque videns ſe imparem in reſi- ſtendo inimicis; imparem in reſiduis Sclavoniæ partibus (ſenſu Scriptorum Venetorum Scla- voniæ nomine, Narentanæ partes accipi videntur) Regno Croatiæ uniendis; videns Regis Colomani ardorem in amplificando Hungariæ Regno; Erga hunc affectum Croatarum, dum in Regis olim Zvonimiri caſtris, egit militem. Conſiderata denique Colomani legitima ſuc- ceſſione, ultro ei ſe ſubjiciens, & reſignans, Croatiam, Sclavoniamque ceſſit Colomano. Sci- vit Almus, ab irato Ladislao, filium ſibi fuiſſe poſtpoſitum; ob attentatum matrimonium Clandeſtinum a Colomano, cum ſub Zvonimiro contra Bulgaros pugnaret. Si enim vera fuit, Borichii ſucceſſivè prætenſio, tum Colomanus Clandeſtinis nuptiis conceptum habuit Borichium. Sed Patre Ladislao repugnante, quod ſe inconſulto matrimonium attentâſſet, (dum ſenſu municipalium legum noſtrarum, cum Patris ſcitu matrimonia ineunda ſunt, & petulans exhæreditari poteſt filius) repudiatam fuiſſe complicem. Veroſimile eſt, ob atten- tatum a Colomano matrimonium, ei, a Patre, antepoſitum fuiſſe in Regno Croatiæ Almum, Colomanumque ideo in Poloniam fugiſſe. Amorem Ladislai, majorem erga nepotem fuiſſe prædicatum, atque Almum deſtinari Succeſſorem Coronæ; Colomanum autem ad inſulas. Breviarii Zagrabienſis die 27. Junii, Lectio III. de Ladislao perhibet. *Hic Beatus Rex e- rat - Cultor juſtitiæ, Patronus pudicitiæ* &c. ut combinatione laudum harum; fugæ Co- lomani: legalium diſpoſitionum; a Werböczio conſcriptarum eſtò tardius. Prætenſionis ſuc- ceſſivæ Borichii, intellecta honeſtiſſima Colomani in Poloniis converſatione, videns quoque ſibi ſubjectorum in Colomanum affectum, hunc evocari curat e Polonia, Patrique Coloma- nus ſucceſſit. Mihi perſuaſum eſt, pudicitiæ amore, illas Chriſtianæ diſciplinæ leges, quæ in Decretis ſuis continentur proceſſiſſe, ut viderent ſinguli, juventutis ſuæ delicta, Coloma- num emendaviſſe. Potiſſimum autem legem Colomani illam, D. 2. cap. 15. quâ Clandeſtina matrimonia, *opus fornicationis* eſſe declarantur, ex Colomani anteriori facto, ad impedien- dos quosvis poſt mortem ſuam tumultus, promânaſſe: atque ideo Borichium ſucceſſive au-

Digitized by Google

ditum non fuiſſe. Hæc mea ſententia, ex legibus, & hiſtoria deducta, ſi lectori docto non probatur, veroſimiliorem exhibeat, cauſamque legis illius cap. 15. D. 2. Regis Colomani explicet, totque cætera ſuperius indicata. Quæ illa fuit rejecta Colomani uxor? & cujus filia? non indago. At perſuaſum habeo, Almo fuiſſe reſiduas inter cauſas, hanc etiam, pro reſignando Croatiæ Regno, quod Colomanum ad ſucceſſionem Coronæ e Polonia evocatum, exhæreditatum non viderit. Ladislaus autem Sclavoniam reſtituerit S. Coronæ, Croatiamve aquiſiverit.

Ceſſis itaque per Almum Sclavoniæ Croatiæque Regnis, Colomano ea fuit cura, ut iſta, Sacræ Coronæ firmarentur. In Sclavonia nullas expertum fuiſſe oppoſitiones, argumento eſt: quod nulla ſint harum veſtigia, quodve *Singidunus Zagrabienſis Epiſcopus* Colomano adhæſerit, Croatasque Colomanus ad ſe venientes Criſii audiviſſe legatur. At partem ſaltem Croatiæ, aut Sclavoniæ, de nomine enim non diſputo, a Colomano extorquere, ſibique concedi, Petrus, Slavizo olim Croatiæ Regis frater quærebat. Hic ergo Colomano ſe oppoſuit, ac in montibus Petro Gvozdenſibus a Colomano victus, cæſusque eſt. De monte hoc *Petri*, quidam ex imperio vigentis ſcholaſticæ litteraturæ, litigant. Pareo lubens exteris, ac Patriæ hujus loca ignorantibus; at domeſticos mirot, dum Albiis olim montibus, appellationem Petri montium ſucceſſiſſe, Petrique montes, ſive *Petrovagora* extendi vident. Quod generale nomen, particulares appellationes alicubi obtinet, ut olim quoque Albii, Belbiique montes, atque iſtud, ob diverſos ejuſdem montis poſſeſſores. Quare controvertere Rittero nolim, Petri montes a Modruſſia ordiri. At hos extendi verſus orientem tractu toto modernorum confiniorum Banalium, negari nequit; dum hoc populi confeſſione conſtat, & veteribus denominationibus, ut antiquæ *Petrinæ*, fluvii agnominis &c. Victoria Colomani de Petro, ad *Gvozdanſzko*, nunc quoque ſic dicto loco evenerit, ut ideo ſcribant veteres, in montibus *Petro Gvozdenſibus*, exprimantque Generalem montis, & particularem loci montis reportatæ victoriæ, appellationem. Quare iter quoque Colomani in Croatiam hinc metimur, nempe partem exercitus ſui, ex ſuperioris modernæ Sclavoniæ oris profectam fuiſſe a partem vero ex Sclavonia nunc inferiore. Colomano in *Kralieva velika*, quam arcem *Kyraly Kalman* vocatam hinc fuiſſe, veteres carthæ evincunt. Victo hac ratione Petro, Colomanus, ſeſe dedentibus aliis, Spalatum pervenit. Porro hæc, acta fuere diplomatum fide anno 1102. Et antequam viciſſet Petrum. Ex memoriali enim ab Archidiacono adjecto conſtat: Colomano Rege cum ſuo exercitu ad flumen Dravæ adveniente, intellecta Croatarum congregatione, miſſisque ad eos nunciis, ſi ſine belli incommodis ſe ſubjicere Regi vellint, amicè ſe cum iis transacturum: Duodecim ad Regem oratoribus exmiſſis *ad talem*, inquit Archidiaconus *concordiam devenerunt: Quod omnes prædicti teneant ſuum pacifice & quietè. Et quod non teneantur aliqua prædictarum generationum, nec eorum homines Regiæ Majeſtatis ſolvere cenſum; niſi tantum teneantur Domino Regi, quando aliqui invaderent ſua confinia Regalia, tunc, ſi Dominus Rex mittet pro ipſis, tunc ire debeant, adminus cum decem armigeris equitum de qualibet generatione prænominatorum* (en Banderiorum vetuſtatem, inde a Romanis relictam, ut pag. 17. ſupra, refleximus) *ſuis ſumptibus & expenſis, uſque ad flumen Dravæ* (qui Sclavoniam ab Hungaria diviſerit, Sclavonia autem cum Croatia, vel commixta fuit, vel Croatæ, ut ſibi viciniorem tueri non deprecabantur) *inde verſus Hungariam ad expenſas Domini Regis, uſque quo exercitus duraverit, debeant permanere. Et ſic ordinatum de anno noſtræ Redemptionis 1102.* His ſic, cum parte Croatiæ, ſive nominatis ab Archidiacono generationibus, pactatis; Contumacis Petri, debilitatis rebus, & ipſe facile victus eſt; & Colomanus reſidua in ſuam redegit poteſtatem. Enimvero coronatum fuiſſe in Croatiæ Regem, aſſumpto ex more Regis quoque Dalmatiæ titulo, conſtat ex Diplomate apud Cl. Lucium lib. 3. cap. 3. pag. mihi 113. ubi: *Anno Incarn. D.N.J. Chriſti 1102. Ego Colomanus DEI Gratia Rex Ungariæ, Croatiæ, atque Dalmatiæ ſalvo habito conſilio, poſtquam Coronatus fui Belgradi ſupra mare in urbe Regia &c.* Jadrenſi Monaſterio donat libertatem Regiam, dicens: *ut nullus mei Regni audeat quidpiam diſtrahere, vel auferre illi Monaſterio, tam in mobilibus, quam immobilibus. Si quis vero contumax noſtræ Regali huic juſſioni contraire tentaverit - - - quadruplum reddat, uſurpator vero cum ſuis omnibus regali ſententiæ ſubjaceat* &c. Quæ illa ſit urbs Belgradi ſupra mare, in qua coronatus fuit Colomanus? an videlicet Dalmaticum vetus Belgradum, vel Liburnicum ut ſupra, nil ſtatuo, credo tamen fuiſſe Liburnicum penes modernum Czirquenicze, ob verba: *Belgradi in urbe Regia*, ſiquidem Belgradum Dalmaticum, urbs Croatiæ Regum non fuerit, ſed jure clientelæ obnoxia Impp. Orientis. In alienæ vero juriſdictionis urbe, Coronatum fuiſſe in Regem Croatiæ Colomanum credi nequit, niſi hoc permiſſu Alexii Imp. factum fuiſſe probaretur. Anno 1102. *Dalmatiam*

Digitized by Google

matiam non tenuiſſe Colomanum, infra demonſtrabitur. Suadentque priora, nam Monialibus Jadrenſibus, Regiam libertatem largitur ſuper iis, quæ in ſuo Croatiæ Regno poſſidebant Moniales, ait enim: *Nullus mei Regni* - Item: *Contumax noſtræ Regali juſſioni*, denique: *Regali ſententiæ ſubiaceat.* Quæ ſatis teſtantur, Moniales illas Jadrenſes, non fuiſſe Regni ſui, habuiſſe attamen in Regno Croatiæ quæpiam, quæ libera Colomanus voluit. Hoc ipſo nihilominus mandato ſuo, affectum Dalmatarum quæſivit, & obtinuiſſe videtur, dum ait: *atque Dalmatiæ ſalvo habito conſilio*, ut hoc non appellet ad to *Rex* indicetque Regem fuiſſe, aut ſemet feciſſe Dalmatiæ, ne Alexium offendiſſe videatur, aut Romanum Pontificem, & quidem Paſchalem II. qui juris ſui Dalmatiam eſſe prætendebat. Verum exprimat: Dalmatarum petitionibus & conſilio (Salvo alias jure Dalmatiæ) a ſe, eſtò Monialibus Jadrenſibus, & alieni juris, prærogativam illam concedere, easque in ſuam ſuſcipere protectionem. Rapuit hac re animos Dalmatarum Colomanus, ſuaque in Dalmatas propenſio effecit, ut Spalatenſes, qui a Colomano premebantur, teſte Thoma Archid. cap. 17. Regi ſe ſubjicerent. Ita enim Archidiaconus: *Spalatenſes inter ſe facto conſilio, miſerunt Creſcentium Archi-Epiſcopum, ad Regem Colomanum, pacem poſtulantes ab eo. Quem ille benignè ſuſcipiens annuit omnibus petitionibus, quas Spalatenſes fecerant, pro pacis fœdere componendo. Facta igitur conſcriptione omnium, quæ hinc inde fuerant ex beneplacitò ſtabilita, juravit Rex cum ſuis Principibus omnia firmiter obſervare. Poſtera vero die juraverunt Spalatenſes, primo quidem majores, deinde juniores, poſtea vulgus omne, ut Colomano Regi, & ejus poſteris, ac Regno Ungariæ ſubjecti & fideles, omni tempore permanerent.* Vide Jus Regni Ungariæ, vide male ſcribere eos, qui ſomniant Dalmatiam jure armorum ad Sacram Coronam pertinere. *Tunc Rex Civitatem ingreſſus valde honorificè à Clero, & populo, ſuſceptus eſt. Et ea die procuratione affluenter à Communi ſuſcepta, confectisque ac traditis immunitatis privilegiis profectus eſt - - Tragurium, & deinde Jaderam, a quibus Civitatibus ſimili exemplo ſuſceptus* (itaque non armis, ſed ſpontanea illarum acceſſione) *fecit eis libertatis Privilegium, & ſic in Ungariam eſt regreſſus, Anno Domini 1203.* Cauſa ſubjectionis hujus fuerint, notiſſimi motus Henrici IV. adverſus Patrem, & Papam Paſchalem: in Alexium decantata odia: Piſanorum in mari potentia, cæteraque toto ferme orbe confuſa, uti teſtes rerum, coævi Scriptores ſunt.

Veritates has adlaborant obnubilare Scriptores Veneti; Danduli auctoritate, variisque aliis, ut infra dicturi. Archidiaconus ſua ex monumentis Dalmaticis accepit & ſcripſit, quæ nunc etiam firmant eundem. Arguit Thomam Lucius lib. 3. cap. 4. *Vir Eccleſiaſticus, de Politicis non admodum ſolicitus.* At mihi veritate ſua, magis placet Archidiaconus, quam Lucius ex politica conſideratione, involvere veritatem adniteris; tametſi ne injuriam clariſſimo optimeque meritò viro; inferam; ſic ludat, ut cuivis lectori, ſua cum examine, & rerum combinatione lecturo; exhibeat, ſe ex politica ſolicitudine; veritatis cognoſcendæ media præbuiſſe, quam tamen Lucius ex Politica conſideratione; efferendam non cenſuit. Archidiaconus autem ut ſub Bela IV. Rege ſcribens, nec Sereniſſimæ Venetorum Reipublicæ tum ſubjectus, adeoque Politica veritati præferre haud debens, ut *Vir Eccleſiaſticus, & Spalatenſis Archidiaconus*, Politicen rationem, veritati conjunxit. Hoc credo, feciſſet Lucius, ſi tum quoque, ut Belæ IV. temporibus, Dalmatia Sacræ Regni Coronæ ſubjiceretur. *Colomanus* certè poſtquam, ſuperius relata ex monumentis perfeciſſet, Anno 1103. Spalatenſi Eccleſiæ, ut Rex Dalmatiæ, quævis confirmavit. En Diploma ex Farlato, Tom. 3. pag. 164. Lucio item lib. 6. cap. 3. pag. mihi 179.

In Nomine Domini noſtri JEſu Chriſti. Anno ab Incarnatione ejus MCIII. Die XV. Junii. Colomanus DEI Gratia Hungariæ, Dalmatiæ, Chroatiæ, Ramæque Rex. Conſideratis fidelibus, ac devotis obſequiis Ven. Patris D. Creſcentii Spalatenſis Archi-Epiſcopi, nobis per ipſum exhibitis, ejusque prece dignanter inducti, Donationes, ac confirmationes Regum, atque Principum, & aliorum Dominorum, ad inſtar Privilegiorum: Eccleſiæ Spalatenſis, quæ in Privilegiis, litteris, vel antiquis montaneis (id eſt codicibus) *ipſius Eccleſiæ conſcripta habentur, præſentis privilegii pagina confirmamus auctoritate Regia, ac pleno jure ſubjicimus eidem Archi-Epiſcopo, ſuisque Succeſſoribus, & Eccleſiæ Spalatenſi. Omnes vero Epiſcopatus, quos ad præſens obtinet ipſa Eccleſia per Dalmatiam & Chroatiam, omnesque villas & poſſeſſiones, & alia ad eamdem Eccleſiam ſpectantia; præſertim villam S. Georgii de Putalo, ut ab olim donata fuit cum omnibus hominibus in ea reſidentibus, ſervis & ancillis, & eorum omnibus bonis; villam Syrenine, Geſe, Tugari, Aſſeſi, ſimpliciter cum ſervis & ancillis, & eorum poſteris. Eccleſias S. Mariæ de Salona, & S. Stephani, & Sancti Moyſi, & Eccleſiam S. Bartholomæi cum omnibus proventibus earumdem; villam quoque Norizam, villam* Oſt-

Digitized by Google

Oſtrog, villam Labenam, & totum territorium de Smina, villam in Cleuna Sudumirizam, & villam in Leſina ſtolez. Decimas præterea Cleunæ, Zetinæ, Cliſſiæ, & ejus diſtrictus. Maſſari cum toto monte magno, Politii, & decimas Almiſſii uſque Mucarum. Quæ omnia ſupra dicta volumus quod teneat, poſſideat, regat, atque gubernet perpetuo Spalatenſis Eccleſia; ac ejus Præſides, ſine alicujus perturbatione ſeu moleſtatione, pacificè & quiete. Si quis autem in præmiſſis, vel quolibet præmiſſorum, dictam Spalatenſem Eccleſiam, vel ipſum Archi-Epiſcopum & ejus Succeſſores moleſtaverit, vel turbaverit, iram DEI, & Noſtram indignationem incurrat. Et ad robur omnium prædictorum, præſens privilegium, noſtro Sigillo authentico communiri mandavimus. Lucius, Farlatusque volunt: hoc Privilegio deceptum Archidiaconum, quaſi Colomanus Regiam dominationem poteſtatemque exercuiſſet, at ab exemplo anterioris mandati, pro Jadrenſibus Monialibus, intelligi hic debere ajunt, unice Spalatenſem Eccleſiam in Protectionem ſuam Colomanum accepiſſe. Sed eruditus, juriſque peritus lector agat judicem. In priori Monialium, mandat ſibi ſubjectis Croatis 1102. anno, ne ullus ſui Regni, audeat moleſtus eſſe Monialium bonis; at hic *Auctoritate Regia*, non ſolum confirmavit donationes, Privilegia, Eccleſiæ, ſed *pleno jure* ſubjicit Eccleſiæ Spalatenſi. Epiſcopatus & Eccleſias ut fieri conſuevit, & eſſe debuit, in nova hac Periodo Regni Dalmatiæ, ob Strigonienſis prætenſionem, ne videlicet huic, Spalatenſis ſubjiciatur. Lector equus, & juſtus hæc cognoſcat, & judicet. Quis item verius ſcribat, Thomas nempe vel Lucius? quem Farlati ſequitur. Profectò, Colomano Rege in Dalmatia morante, anno 1103. *Auguſtinus* S. R. E. Cardinalis, ad Colomanum miſſus erat legatus. Decreti initium tantum Farlatus tom. 3. exhibet ſequens: *In Chriſti Nomine. Anno ab Incarnatione MCIII. Indict. IV. Regnante Alexio Imperatore*) Obſerva, non exprimi a Legato, *Priores* Dalmatiæ, uti in anterioribus ſupra memoriis legeretur. Profectò Democraticum illud Vetus Dalmatiæ regimen ceſſaviſſe, ob Spontaneam Colomano ſubjectionem, apparet) *Ego Auguſtinus S. Romanæ Sedis Cardinalis, miſſus a Domino Papa Paſchali beatiſſimo in Dalmatiam & Ungariam Apocriſarius - - - ad propagandam per Dalmatinas Civitates juſtitiam, ea quæ invenimus in eis extirpanda, extirpavimus; & quæ plantanda erant plantavimus* &c. Ubi cum mentio ſit, *Alexii Imperatoris*, nequaquam vero VenetiarumDucis, qui credam? Spalatum, Jadram, verbo Dalmatiam tum pertinuiſſe ad Venetos? Paſchalis Papæ Legatum, ut Venetos jure privet, & Dalmatiam Orientali Imperio attribuat, faveatque Alexio; voluiſſe quis credet? & combinatione temporum, demonſtratione magna opus eſt, quam hercle necdum legi. Puto ego Legatum Papæ, ab exemplo Gregorii VII. Dalmatiæ Regnum, ac inveſtituram Colomano obtuliſſe. Verum Prudens providuſque Rex, hanc fuerit deprecatus, ſive ob affinitatem cum Joanne Comneno, ſive motivis ex aliis. Interim benevolam videns Dalmatarum ad ſe acceſſionem, ſubjectionemque ſibi & Sacræ Coronæ, hæc acceptavit, ſciens vel confirmanda ab amico ſibi Alexio; vel ingrata non futura, dum intellexerit Colomanum providiſſe, ne Dalmatia ab Imperio avellatur. Interim inter reliqua, tum diſpoſita, vetus ille *Croatenſis Epiſcopatus*, ob erectum a S. Ladiſlao Zagrabienſem, tum ſublatus extinctusque fuit. Equidem Paſchalis Papa confirmat Parochiam *Maroniæ*, & quod erat Epiſcopalis juris, Creſcentio Archi-Epiſcopo Spalatenſi. *Paſchalis Epiſcopus Servus Servorum DEI. Venerabili Fratri Creſcentio Salonitano Archi-Epiſcopo Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Apoſtolicæ Sedis benignitas conſuevit ſua cuique jura ſervare, & ſic honoris a Domino contributi privilegium cuſtodire, ut fratribus dignis conſortium non deneget dignitatis. Idcirco Venerabilis Frater Creſcenti Salonitanæ Archi-Epiſcope, præſentis Decreti pagina Fraternitati tuæ, tuiſque Succeſſoribus confirmamus Civitatis Salonitanæ Diæceſim, cum omnibus ſuis appendiciis: Et Parochiam Maroniæ, & quidquid Epiſcopali, vel Metropolitano jure ad Salonitanam Eccleſiam cognoſcitur pertinere.* &c. Apud Farlati Tom. 3. pag. 162. legenda. Colomanus quoque ſuperius: *Omnes vero Epiſcopatus, quos ad præſens obtinet - - - volumus quod teneat, poſſideat, regat, atque gubernet perpetuo Spalatenſis Eccleſia* - - Porrò Gregorium Croatenſem ultimum Epiſcopum, ob infidelitatem erga Zvonimirum, privatum Epiſcopatu fuiſſe pag. 117. obſervavimus, qui Stephano Regi adhæſerat. An autem idem Gregorius, relicto Stephano Rege, adColomanum tranſiverit, ab hoc ad Archi-Epiſcopatum Bacſienſem elevatus? ego non definiam. In Diplomatibus *Gregorius* Bacſienſis Archi-Epiſcopus legitur, *Tulbertus* Colocenſis, anno MCXI. Iſtud certius eſt: Maroniam Croatenſi olim Epeſcopo fuiſſe ſubjectam, teſte Thoma Archidiacono, *ſua juriſdictio uſque ad Dravum fluvium extendebatur.* Habuit quoque, Farlato teſte, Regum ſuorum beneficio, *Comitatum Cetinæ, Cleunæ, Cliſſæ, Maſſarum Almiſſium, & Corbaviam. Et ultra alpes ferreas uſque ad confinia*

finia

Digitized by Google

finia Zagrabiæ, totam Maroniam ſubjectam. Duo animadvertere Lectorem cupio. Primum eſt: *ad confinia Zagrabiæ*, hæc itaque, nec erat in jurisdictione Croatenſis Epiſcopi, nec in Regno Croatiæ, at Sclavoniæ, Regumque Ungariæ; Confiniis intra Sclavoniam ac Croatiam, ad Alpes ferreas exiſtentibus. 2dò: *Maroniam* pertinuiſſe ad Croatiam. Eſt autem modernum Marano, vel Murano, Aquilejæ vicinum. Hujus Duces Hungariæ Regibus paruiſſe, ſuo loco docebimus, quorum gratiâ etiam, Carinthiæ Ducum habuére titulos, Sclavoniæque pars, ſucceſſive ad Carnioliam abiit. Gratis itaque *Maraniam*, quidam volunt pro Baranienſi Comitatu; quidam, ut Farlatus, inter Tilurum & Naronem, cum addito *fortaſſis*, dum Archidiaconus, non ſolum fluvii Dravæ meminit, ſed Maroniam ad Alpes ferreas collocat, aut ultra has. Vide dicta pag. 98. Cæterum de Croatenſi Epiſcopatu, quamvis ex inſtituto non ſcribam, reflectere lectorem volui. I. Si memoriam hujus poſterioribus annis, inſinuari legerit, ſciat Tininienſem Epiſcopum, nomine Croatenſis quandoque exprimi, uti nunc Diacovienſis pro Boſnenſi. II. Epiſcopatus Veteris Croatenſis ſublati, eam cauſam ne putet, quæ indicari videtur ex epiſtola Alexandri III. apud Cl. Farlati tom. 3. pag. 184. legenda, quod videlicet is, nullo præſente conſecraverit Epiſcopum alium. Alexander enim III. anno 1153. obiit, adeoque vetus ille verusque Croatenſis Epiſcopatus, jam antea ſublatus, ex cauſa inſinuatorum ſupra motuum, ideo non eſt, quod Epiſcopus iſte, ad conſecrandum alium ſe immiſerit. At illa, Alexandri Epiſtolæ, de Tininienſi Epiſcopo, qui Croatenſis dicebatur, intelligenda veniunt, ſi Croatenſi in veritate convenire poſſunt, ut doctè obſervat Cl. Farlatus loco citato.

Ut dictum eſt, prioribus conſtitutis, Colomanus teſte Archidiacono, anno 1103. in Hungariam eſt reverſus. Vix abiit; En in Dalmatia motus atque rebellio. Qualiter hi motus? & per quem ſunt excitati? in obſcuro eſt. Conſtat vero, Alexium Imp. orientis, quod accuſaretur perfidiæ in peregrinos latinos, & cum Saracenis amicitiam colere, exoſum Romæ fuiſſe; ut tametſi Legatus Papæ Auguſtinus, ſupra expræſſerit, *anno 1103. Regnante Alexio Imperatore*, dehinc nihilominus, memoria Imp. in Dalmatia non occurrit. Conſtat item, ex Platina & cæteris, quæ acta fuére ab Henrico IV. contra patrem, ipſum quoque Paſchalem Pontificem, ideo occaſione tantorum motuum, abſente Colomano, facile in Dalmatia tumultuatum eſt, ſive ad obtinendam plenam libertatem, ſive fine ex alio, quod fors Colomanus, nulli partium palam adhæſerit, ſciveritque in tantis motibus, Regnis ſuis proſpicere. Undecumque demum tumultus Dalmaticus proceſſit, rebellantibus Dalmatis; Rex continuo providit. Enimvero, ſubitò cum exercitu in Dalmatiam properans, hanc coercuit, & Sacræ Coronæ jurisdictioni conſtabilivit. Neque pugnaviſſe nunc cum Croatis ut 1102. ab ullo refertur. Hinc in fidelitate permanentibus Croatis, cito in Dalmatiam venit, Jadrâ eo facilius expugnata, quod Tragurini Regi Colomano fideles manſerint. Ait enim in ſuo Diplomate Tragurinis dato, ac apud Lucium videndo *Vobis Tragurinis meis fidelibus Civibus, firmam pacem*, hinc uti Privilegiorum Tragurinis largitorum, motivum erat Regi, firma Traguriensium fidelitas, ita de fidelitate eorum dubitari nequit. Jadram vero anno 1105. aquiſitam armis fuiſſe a Colomano, plura apud Lucium teſtantur monumenta. Ut Inſcriptio turris Monialium Jadræ, quæ ſequens eſt: *Anno Incar. Dni. Nri. Ihu. Xpi. Mil. CV. Poſt victoriam & pacis praemia Jaderæ introitus a DEO conceſſa. Proprio ſumptu hanc turrim Scæ Mariæ, Ungariæ, Dalmaciæ Chroatiæ conſtrui, & erigi juſſit Rex Colomanus.* Item ex inſtrumento anni ejusdem apud Lucium L. 3. C. 4. pag. 115. *Anno Incarnationis D. N. JEſu Chriſti 1105. Indictione 3. Regnante piiſſimo Colomano Croatiæ, & Dalmatiæ: primo anno, quo triumphaliter Jadram ingreſſus eſt.* Ex ſepulchrali quoque lapide anno MCXI. *Vekenegæ* ibidem: *Laude nitens multa, - - Nos habet, eſt annus quintus, quo Rex Colomanus.* Circumſtantiæ belli hujus ignotæ ſunt, nihilominus, tam illud: *Triumphaliter Jadram ingreſſus eſt*, quam etiam, turris Jadræ, ordinata per Colomanum erectio, ſatis loquuntur, quam fuerit caſtigata Jadrenſium temeritas. Illud vero: *Et Dalmatiæ primo anno*, an cadat ad to *Regnante*? ut Lucius, Farlatus, cæterique Scriptores Veneti ſupponunt, ad firmandam illorum prætenſionem, quod annis anterioribus, atque ab anno 1074. Dalmatia ſubdita fuerit Venetorum, ſed anno primum 1105. per ſummam iniquitatem, Venetis abſentibus, ac pro recuperatione terræ Sanctæ pugnantibus, per Colomanum & Ungaros, ſit occupata vi & potentia mediante; aut vero, poſt to *Dalmatiæ* interjecto ortographico puncto, exprimat: *Primo anno quo triumphaliter Jadram ingreſſus eſt Colomanus*; confirmetque relatam ex Archidiacono, & Privilegiis Colomani firmatam ſupra, ſpontaneam Dalmatiæ deditionem; accipiendo epocham primæ Colomani de Jadrenſibus victoriæ, lector eruditus, doctus, æquus, juſtusque determinet. Nam quemadmodum Scriptores Veneti, Politicam colerent in ſcribendo rationem, ſic me legalem eſſe judicem, dicere nequeo, dum Sacræ

Digitized by Google

Regni Ungariæ Coronæ me profiterer ſubditum, hujusque legitima jura illuſtrando, ſerta tectaque pro veritate & juſtitia cuperem. Ratiocinia hic ego, quævis miſſa facio, quæ diffuſius extendere poſſem; ſed cum illa, ultra probabilitatem & contentiones non aſcendant, æquum juſtumve lectorem talibus non diſtraham. Itaque ſi Colomano Regni Dalmatiæ, annus 1105. primus eſt, qua ratione, teſte Archidiacono anno 1102. ſeſe primi, Colomano & Regno Ungariæ ſubdidère Spalatenſes, tùm Tragurini, demum Jadrenſes. Quomodo 1103. Spalatenſis Eccleſia, Colomanum pro Rege agnovit, habuitque Dalmatiæ, dum ab eo, novam quorumvis donationem accepit. Pontificius Legatus Auguſtinus, quid egit in Dalmatia 1103. apud Colomanum. Nec te moveat, Colomani eum non meminiſſe, ſed Alexii. Verùm nec Venetiarum Ducis fecit mentionem Auguſtinus. Cur autem Colomani non meminit? ſuprà dictum eſt. Si annus 1105. Colomano Dalmatici Regni primus eſt, a quo illud accepit? num a Dalmatis? Papa? ut olim Zvonimirus. Sed hæc a nemine ſcripta ſunt. Denique ſi 1105. annus, Dalmatici Regni primus eſt? quomodo Colomanus in Privilegio Arbenſibus dato apud Lucium pag. mihi 117. exprimit: Anno MCXI. *Colomanus DEI Gratia Rex Hungarorum, per miſericordiam DEI, potitus Regno Dalmatiæ atque Croatiæ.* Quæ innuerent, primum anno MCXI. Regem Dalmatiæ Croatiæque factum fuiſſe: Quod tamen nec Scriptorum Venetorum ullus ſcriberet. Sicut ergo ex Arbenſium Privilegio, *tum primo* potitus Dalmatia Croatiaque non prætenditur, ſed *potitus*: poſt compoſitos Dalmatarum motus, ab omnibus ſumitur; ita illud: *Dalmatiæ primo anno*, motus Dalmatinorum primos exprimit, firmantibus inſcriptionibus, turris memoratæ: *Poſt victoriam* Colomani, & *prœmia pacis a DEO conceſſa*, ſepulchri item: *Nos habet Rex Colomanus eſt annus quintus.* Habet nempe, poſt triumphalem ingreſſum. Abſolutis Colomani rebus, infra Venetorum momenta, lector legere poteris.

Meditatione diligentiſſima, rerum hoc tempore, in utroque Imperio actarum; Romæ item, ac in Italia, harumque cum circumſtantiis, tam affinitatis Colomani cum Joanne Comneno, quam & ob uxorem Colomani Baſillam Rogerii Comitis, in defectu domeſticorum coævorum Scriptorum, combinatis quæ ſuperſunt memoriis, puto ego: Colomanum Alexio quævis in Dalmatia geſta anno 1102. ac per Legatum Papæ anno 1103. ſignificâſſe, petiiſſeque Dalmatiæ ceſſionem. Alexius, latinis minus favens, jusque Dalmatiæ a ſe conſervari poſſe deſperans, petitis Colomani annuit. Opinio hæc mea, præter narratas circumſtantias, confirmatur ex Laur. a Monacis lib. 4. pag. 80. ubi: beneficia Venetorum Alexiis Conſtantinopolitanis præſtita, cum recenſuiſſet, concludit: *in illo defecit* (nempe Alexio quarto) *familia Alexii primi, quæ contra Venetos fuit ingratiſſima.* Memoria hæc Alexii, ceſſam fuiſſe Dalmatiam Venetis, non evincit. Ideo quia Alexius Colomano potius ceſſiſſe Dalmatiam argueretur, Venetos ad Henricum ſeſe convertiſſe dicendum eſt, ut re intellecta, Henricus Imp. ex jure Italici Regni, obtinendæ Dalmatiæ curam aſſumpſerit. Hinc Colomano moleſtias intulit, ſive ut Almum poneret ad Coronam, ſive ſine alio. Bellorum Henrici cum Colomano mentio eſt apud coævos (quod Annal. P. I. P. Pray legere poteris) eſtò in annis ſit differentia, dum bella illa, quidam ad annum 1106. alii 1108. alii 1113. collocant. Si ſæpius acta non ſunt, cum teſtantibus diplomatibus annum 1108. in Dalmatia egiſſe videatur Colomanus, credibilius eſt 1106. & 1107. Colomanum habito quoque Polonorum auxilio, Almi motus compeſcuiſſe, caſtigâſſe, & Henricum repuliſſe. Quare Anno 1105. vix plene compoſitis Dalmaticis rebus (neque enim, tum Spalati eum aliqua diſpoſuiſſe conſtaret) ſi Venetos inter & Colomanum, fœdus aliquod interceſſit, anno illo 1105. properante in Hungariam, Colomano, factum eſt, lege ea: ut in illis communibus motibus, Colomani rebus in Dalmatia Venetæ aſſiſterent, cum ſatis non fidiſſet Dalmatis, relictus autem ibi, pro turris Jadrenſis ædificio etiam, Ungaricus exercitus, bellorum in mari eſſet imperitior. Hoc apud Lucium lib. 3. cap. 3. pag. mihi 113. MSS. Codicis verba firmant: *Galeas quoque Venetorum, & naves ſolidans* (nempe Colomanus) *& allocans pecunia maxima exercitum copioſum in Apuliam deſtinavit* (haud profecto adverſus Socerum, Comitem Apuliæ Rogerium, at in ejus obſequium, atque uſum. Rogerius enim Paſchali adhæſit, eſtque eum in perſecutionibus ſuis tuitus, Platina referente: *Henricus e Germania in Italiam cum exercitu deſcendens, magno terrori omnibus fuit. Verum cum is Romam veniſſet, abſente Pontifice, qui tum in Apulia concilium habebat, cumque ſe privatum dignitate Imperii putaret una cum poteſtate dandorum Epiſcopatuum - - iterum coronatus - - in patriam abiit. Paſchalis autem, abſoluto conventu ex Apulia Romam cum copiis Northmanorum rediens: & multa oppida ab hoſtibus occupata, recepit.* Farlatus quoque Tom. 3. pag. 165. refert anno 1106. celebratam fuiſſe ſynodum Gvaſtallæ a Paſchali Romano Pontifice) *Qui Apulia Spoliata*, continuat textus Codicis MSS. *per tres menſes in ea permanſerunt, ubi etiam*

Digitized by Google

am Monopolim & Brunduſium Civitates expugnantes, Venetiis ad tenendum pro utilitate Regis Colomani reliquerunt; ipſi autem in Hungariam abinde ſunt reverſi. Quæ quidem Civitates per Soliatas Piſanorum miſſos per Cæſarem, expulſis Venetiis ſunt rehabitæ.

Brevis hæc MSS. Codicis memoria, combinatione hiſtoriæ temporis hujus, mirifice teſtatur: pro pecunia Colomani, galeas quoque Venetorum conductas, miſſas nequaquam fuiſſe contra Rogerium; verùm Rogerio adverſus Henricum Cæſarem. Ubi expugnatis Cæſareis Civitatibus, & Apulia Cæſarearum partium ſpoliata, dum ob bella contra Colomanum ab Henrico ſuſcepta, miles Colomani in Ungariam reverti debuit. Si quod fœdus cum Venetis Colomanus iniit, hac occaſione factum fuit; pactumve: ut ſicut expugnatæ in Apulia Civitates, *Venetis ad tenendum pro utilitate Regis Colomani* relictæ fuerant; ita & Dalmatiæ cura, ne Jadrenſes nova defectione culpari valeant. Verum abeuntibus Hungaris, horumque e Dalmatia exercitu; ſic *pro utilitate Regis Colomani*, cuſtodiverunt Apuliæ Civitates, Venetæ: ut eas pro Cæſare, per Piſanorum naves rehaberi permiſerint. Piſanorum in mari potentiam, Platina quoque recenſet. Ego dicere nequeo, nec ita ſuſpicioſus ſum, Venetos occaſione hac, apud Henricum mereri quæſiviſſe, quia videlicet Italico Regno fuiſſent obnoxii. Quamvis opinioni huic faveant, Laurent. Monacis lib. 3. pag. 59. inquiens: *Ordelafo Falerdro Henricus IV. per Privilegium datum Veronæ Anno Dominicæ Incarnationis MCXI. Undecimo Kalendas Junii, Indictione IIII.* Immunitates confirmavit. Item Dandulus apud Lucium lib. 3. cap. 5. inquiens: Menſe Martio 1116. *Henricus V. Imp. Venetias veniens - - Regiminis æquitatem multipliciter commendavit. Curiam etiam ſuorum Principum tenens* (ſi curiam tenuit, ſive jura dixit Venetiis, plena libertas necdum Venetiis fuerat) *pluribus Monaſteriis immunitatum privilegia de ſuis poſſeſſionibus Italici Regni conceſſit, in quibus Ducalem Provinciam Regnum appellat. Multisque igitur a Duce, & Venetis ſibi impenſis honoribus, in ſuo receſſu contra Hungaros denuo Dalmatiam invadentes auxilium ſpopondit.* Hinc profecto ſuſpicandi eſt occaſio, Venetos quà Henrici V. Clientes, egiſſe cum Imperatore de Dalmatia, *ſi contra Hungaros* auxilia illis ſpoponderit. Verùm eſtò hæc ſint Danduli, iniquum eſt: accuſare Colomanum, quod ipſe rupiſſet fœdera: Dalmatiam Venetis eripuiſſet: dum ex illorum ſcriptoribus videtur, ab Hungaris in Hungariam abeuntibus, relicta fuiſſe maritima loca Venetis, *ad tenendum pro utilitate Regis Colomani.* Ipſos vero ſic tenuiſſe, ut expulſis Venetis, per Cæſarem ſint rehabita.

Interim Colomanus, victor adverſus Henricum in Hungaria, vindexque Almi perfidiæ, nec Dalmatiam ſibi & Coronæ eripi paſſus eſt. Enimvero docentibus Diplomatibus apud Lucium lib. 3. cap. 4. anno 1108. in Dalmatia fuit, & Traguirienſibus ob obſervatam erga ſe fidelitatem, ampliſſimum contulit Privilegium, a Lucio relatum. Illud Privilegium, quia *Stephanus* Colomani filius & ſucceſſor, anno Regni ſui nono, Chriſti vero 1124. confirmâſſet, exprimendo: *Eandem libertatem, & pacem a patre meo vobis Tragurinis, & Spalatinis Civibus. ſtabilitam - - confirmo & corroboro*, Jadrenſium nulla facta mentione, vereor Jadrenſibus ſeveriorem fuiſſe Colomanum, ipſosque tributis fuiſſe ſubjectos; ut hinc iterum abeunte Colomano, eos tumultuâſſe cenſeri debeat, cum Colomanus anno MCXI. in Dalmatia fuerit, eamque plene ſibi & Coronæ ſuæ conſtabilivit, ut clarum eſſet ex Privilegio Arbenſis Eccleſiæ, a Lucio relato, ubi: *Anno Dominicæ Incarnationis MCXI. Indict. 4. Epacta Nona concurrentibus. Ego Colomanus DEI Gratia Rex Hungarorum, per miſericordiam DEI, potitus Regno Dalmatiæ, atque Croatiæ* &c. Conſenſu nempe, utriusque Imperatoris, ac aliorum. Ideo *potitus* ait: nullumque redditum Privilegium illud, a Laurentio a Monacis relatum, ſi quoque ad Dalmatiam fuiſſet extenſum, dum eodem anno MCXI. Colomanus & ſe potitum Regno Dalmatiæ exprimit; & novam facit donationem Eccleſiæ Arbenſi. Inveſtituras Eccleſiarum ordinat: æquali jure, Clerum Dalmaticum gaudere vult cum Clero Hungariæ: De modo Decimarum diſponit, præſentibus & ſubſcribentibus primo Hungariæ Epiſcopis & Comitibus, tum Dalmatiæ, videlicet: *Creſcentii* Spalatenſis Archi-Epiſcopi. *Anaſtaſii* Tinienſis Epiſc. *Joannis* Tragurienſis Epiſc. *Bani* Albenſis Epiſc. *Marci* Jadrenſis Epiſc. *Dominici* Veglienſis Epiſc. *Petri* Abſarenſis Epiſcipi, & *Generalis Domini Regis Curiæ.* Quibus videmus, & qui nomine Dalmatiæ hac ætate conſiderabantur: & quod omnes hi plene Colomanum pro legitimo Rege venerati & profeſſi ſint. Demum Curiæ Regis Dalmaticæ, *Petrum Abſarenſem generalem*, hoc eſt *per totam Dalmatiam fuiſſe Præſidem.* Farlatus Tom. 3. pag. 165. duorum meminit Conciliorum Jadræ. Primo concilio interfuiſſe *Theobaldum* Præpoſitum, nomine Archi-Epiſcopi Strigonienſis. Alteri, Colomanum ipſum, cum Proceribus & Epiſcopus Hungariæ anno MCXI. Hujus Concilii acta, ex Privilegio Arbenſi Eccleſiæ conceſſo, metitur & conjicit. Quidquid de hoc ſit, malè

Digitized by Google

Farlatus opinatur, inquiens: *Quamvis enim in Hungaria rem Eccleſiaſticam, nulla ex parte Reges attingere ſolebant; tamen in Dalmatia, & Chrobatia, Colomanus morem ſecutus Regum Chrobatiæ, jus confirmandi Epiſcopi Traguriensis, quem Clerus populusque elegiſſet ſibi reſervavit.* Male inquam hæc opinatur Farlatus, perſuaſumque habemus, ſi vir Doctiſſimus Decreta Regum noſtrorum, S. Stephani, Ladislai, viderit: ſi diplomata: ſi opus, Celeber. Illuſtriſſ. D. Kolar jur. Pat. opinionem ſuam continuo eſt mutaturus. *S. Stephanus R. Hung.* in litteris Fundationalibus Epiſcopatus Quinque-Eccleſienſis Anno D. 1009. exprimit: *Noverint omnes fideles noſtri - Qualiter nos - & in præſentia Nuncii Chriſonis Epiſcopi, & aliorum omnium noſtrorum fidelium Epiſcoporum, Marchionum, Comitum - Electionem Epiſcopatus, qui vocabitur Quinque-Eccleſienſis ſtatuimus - Boniperto ibi Epiſcopo facto - ordinavimus & confirmavimus.* Sed morem hunc tum fuiſſe, Sacri evincunt Canones, & ſucceſſivè nata contentio *de inveſtituris.* Interim combinatione Privilegii Arbenſis, cum Decreto I. Colomani, videre eſt: Decretum anterius eſſe, Privilegio Arbenſi. Nam ait in Privilegio: *qua libertate fruuntur Clerici Hungariæ*, & quæ iſthic ſpeciatim recenſet: in Decreto ſuo ſtatuta fuêre. Videlicet: cap. V. & VI. *de decimis* C. 25. *de Preſtaldis* a cap. 28. ad 32. Denique voces illas privilegii: *Generalis Domini Regis Curiæ.* Decreti cap. II. explicat: *Quia populus noſter, magnis ſæpe tam viæ, quam inopiæ laboribus prægravatus, pro qualibet neceſſitate curiam Regalem adire non poteſt: Bis in anno, id eſt in Feſtivitate Apoſtolorum Philippi & Jacobi; & in Octavis Michaelis, ſynodum in unoquoque Epiſcopatu celebrari conſtituimus, in qua tam Comes, quam Comites, & aliorum Magiſtratuum dignitates & poteſtates ad ſuum Epiſcopum conveniant. Ad quam, quicunque etiam ſine ſigillo vocatus, non venerit, reus judicio erit.* Hoc, uti *Congregationes* quas vocamus *particulares*, firmat; & Colomani Regis erga Epiſcopos & Statum Eccleſiaſticum propenſionem teſtatur; ita in Dalmatia idem fuiſſe ordinatum. Ea tantum differentia, quod iſthic omnes, ſive ex tota Dalmatia, ad Abſarenſem Epiſcopum convenire opportuerit, *Generalis D. Regis Curiæ.* Profecto alibi deduximus: S. Regem Ladislaum Magnatibus fuiſſe ſpeciatim affectum, Colomanum Clero Eccleſiaſtico, Andream II. Nobilibus.

Stabilita ſibi & Sacræ Coronæ Dalmatia Colomanus, in ejus ipſe, ſuique Succeſſores fuerunt poſſeſſorio, ut infra patebit. Quare æquus juſtusque lector judicet, an Danduli textus apud Lucium l. 3. cap. 4. pag. mihi 115. probari poſſit, dum *illicitis promiſſionibus & præmiis*; dicit Colomanum, Dalmatas obtinuiſſe, atque ideo in pœnam, poſtquam in Pannoniam rediviſſet; *poſt puſillum* inquit *improviſa morte ſublatus eſt, quod Divino judicio ex fœdere Venetis rupto, creditur contigiſſe.* Sed quis Conſiliarius DEI! vixit Colomanus ad annum 1115. quo mortuus eſt, adeoque a reditu ſuo e Dalmatia, & hac Sacræ Coronæ firmata, annis quinque. Quare poſt puſillum mortuus non eſt, niſi cum ſcholaſticis arguas, *mille anni, ut dies heſterna quæ præteriit.* Cujus dicti ſubtilitate, puſillum æque erit tempus, quod Dalmatia Sacræ Coronæ non ſubeſt. At Danduli fides illa, quod Colomanus ideo mortuus fuerit, quia Venetis Dalmatiam non permiſit, ex prætenſo fœdere. Præterquam quod rectius Venetæ accuſandi eſſent, ut ſuperius deduximus, reique omnino, quod accepta *ad tenendum pro utilitate Regis Colomani*, aliis permiſerint. Mirum eſt! idipſum de Ordelapho Duce anno 1117. ab Ungaris cæſo, non referre. Quod nempe, id, Divino judicio accidiſſe credatur in pœnam invaſæ, *juris alieni Dalmatiæ.* Verum Dandulus, apud Lucium lib. 3. cap. 5. de Ordelapho ita ſcribit: *Contra Hungaros, qui Dalmatiam hoſtiliter invaſerant - egreſſus eſt, pugnamque cum eis iniens, ſicut DEO placuit occiſus fuit.* Hæc tum ideo animadvertenda velim; ut Dandulum videas, *ex ſolicitudine Politica* unice ſcripſiſſe, cum &, quod commune ſit Scriptoribus Venetis, caſus quosvis Hungariæ Regum, Concionatorum more, Dandulo Duce interpretari, pro DEI vindicta. Ut ſic rudiores, de Reipublicæ juſtitia eſſent perſuaſi. Hanc, abſit vel in minimo accuſare; verum cenſeo, ejusmodi interpretationibus, ſereniſſimæ Reipublicæ decus, & juſtitiæ zelum, non indigere, dum alia eandem ornant, redduntque illuſtrem. Nec deſcribam quævis, facti hujus teſtimonia. En Laurentii de Monacis Anno 1758. Venetiis editi verba. Poſtquam lib. VI. jura Sereniſſimæ Reipublicæ in Dalmatiam niteretur docere, ita concludit: *Poteſt igitur quiſque, qui advertat progreſſus Dalmatiæ conjectare, quod DEO, qui ab alto aſpicit juſtiſſimis oculis humanos actus, diſplicuerunt rebelliones Jadrenſium, nam Rex Croatiæ, cui Jadrenſes primitus adhæſerunt* (puto Zvonimirum intelligi) *cum poſteris Regnum amiſit. Colomanus, qui primus Regum Ungariæ ſe in Dalmatia intruſit, repentina morte ſubtractus eſt. Bela Rex cum uxore, & familia pulſus Regno, & a Tartaris uſque ad mare fugatus, duriſſimos pertulit periculoſa vagatione labores, tandem ſe recognoſcens, Jadram Venetis relaxavit. Nonnulli Bani Sclavoniæ faventes Jadratinis contra Venetos ſubjacuerunt*

gravi-

Digitized by Google

gravibus & variis caſibus. Ludovicus potentiſſimus Regum Ungariæ, qui fractis ſæpe fœderibus contra Venetos omnia humana & Divina jura ſubvertit, merito tantæ injuſtitiæ digna ſolvit piacula: nam ſub extremum vitæ ſuæ tempus maledicitur a matre; moritur Catharina primogenita, deſponſata filio Regis Franciæ, cum qua ſalus Ungariæ pene interiit: cum generis implacabili vixit diſcordia. Diffamatur conjugis pudicitia, diſcordant Proceres: tandem æger animo, corpore languens, relicto Regno in maximis diſcordiis, odiis, furiis, terroribus, abſque prole virili moeſtiſſima morte deceſſit. Divinitus etiam creditur eveniſſe, ut ad piaculum ſceleris, extorta Dalmatia, extortoris conſortem & filiam carceraret (iſtud nemo, quod ſciam Dalmatis aut Dalmatiæ adhuc attribuit) *Et ut tanti hoſtis filia, Venetorum viribus, obſidibus, & conſiliis de Dalmatinorum manibus liberata, magnitudine animum Venetorum per ſæcula teſtaretur.* Hortatur demum: *Jadra vero cujus fortunæ nunquam niſi ſub Venetis floruêre - - non calcitret contra naturalem & antiquam Dominam; quocumque enim erupit ejus vana temeritas, geſſit ſemper fronte, ſemperque geret cauterium Venetæ Dominationis impreſſum. Ipſeque DEus tot ultus rebelliones pugnabit ab alto contra ingratam perfidiam. Nec unquam tuta & felix erit, niſi ſola fidelitate.* Quamvis porro Laurentius de Monacis, Senatûs Veneti a ſecretis, Cretæ Cancellarius, ad Reges Hungariæ legatus fuerit; mirum attamen eſt, quod vir Aulicus, tam miserè Reges Hungariæ afficiat, Colomanum pag. 102. *dolo* ait Dalmatiam obtinuiſſe, eumque *injuſtitiæ* accuſatum fuiſſe Alexio, ſcribit. Errat vero, dum ait Colomano Belam ſucceſſiſſe, *cui Bela in Regno ſucceſſit.* De Stephano Rege Ungariæ: *fingens* ait: *cum Duce amicitiam - - tandem evomens quod corde conceperat - hoſtiliter intravit Dalmatiam.* Sic ille depingit miserè, Maximos Hungariæ Reges, Colomanum, Belam, Ludovicum. Miſeret me, dum nemo agere dignatur eorum magnitudinis defenſorem, ſilentiumque adeo diuturnum, tot Sacræ Coronæ ſubjectorum, firmat Dalmatas, cæteroſque populos ad Sacram Regni Coronam legitimè pertinentes (ex regula illa: *qui tacet conſentire videtur*) in opinione ac hauſto præjudicio: Reges Hungariæ, horumque Magiſtratus, injuſtos, iniquos eſſe, uniusque Veneti dominatus, DEUM omnipotentem curam gerere. Profecto vel hinc vota Art. 70. anni 1723. beata fuiſſe firmatur, ut nempe in ſcholis Sacræ Coronæ ſubjectis, utiles bonæque litteræ tradantur.

Jam Venetorum Scriptorum, qui Dalmatiam Sacræ Regni Hungariæ Coronæ, Regibusque Hungariæ adimere nituntur, res, examinandæ venirent. At fateor, perpenſis tot, tantisque meis, aliorumque Scriptorum circumſtantiis, retracta ſæpe a tabula manu - - Scio quid Rittero accidit, intellecto tantum (quamvis Leopoldi Regis juſſu) illius conatu, dum res has inveſtigavit. Sepultum jacet opus ſuum, mea in lucem prodeunt. Verum quidquid eveniat, veritatis amore ſubibo, noſcetque omnis poſteritas, me Regum meorum, & Sacræ Coronæ fuiſſe ſubditum, quibus fidelem fuiſſe, damnari non poterit, dum hoc Lex Divina juberet, gentium jura firmarent, Reipublicæ ratio, meaque in hanc obligatio, exigerent. Præterire poteram: poteram profecto, ſed non debebam, ſi verum eſt: unumquemque Regi ſuo & Reipublicæ fidelem ſtudioſumque eſſe debere. Silentium noſtrum, legi, quid effecit ſub Ferdinando II? habeturque pro *confeſſis*, Regibus noſtris & Sacræ Coronæ, juris hoc tantum in Dalmatia eſſe, quod ipſi *Titulos Dalmatiæ Regis*, Bani vero a Regibus Hungariæ conſtituti, denominationem Banorum Dalmatiæ, adjectam uſurpatamque obtineant. In reliquo nil aliud, nec Regibus Hungariæ, nec Banis Sclavoniæ juris in Dalmatia eſſe. Profecto dum illa cura eſt, Sereniſſimæ Venetorum Reipublicæ, ut enato quopiam rumore, ſermonis apud nos, de Dalmatia; continuo edantur libri, qui jura Venetorum loquantur. Ego in his meis commentariis, ſilentio hæc præterire; nec debebam, nec ſana ratione poteram. Itaque, devotionem meam, Regi meo & Sacræ Coronæ debitam, ab exemplo Scriptorum Venetorum, teſtaturus: & ego culpari minus potero; & mea firmiora evadent, dum ex Venetis Dalmaticisque Scriptoribus, tam adhuc ſcripta, quam dehinc ſcribenda, deſumo. Quare

IV. „ Ex Laurentio de Monacis Cretæ Cancellario, atque anno 1758. Venetiis Superiorum permiſſu ac Privilegio, typis Remondinianis vulgato, ex MSS. editisque Codicibus; „ illuſtrato per Flaminium Cornelium Senatorem Venetum, *ſequentia figo poſtulata: Primum eſt*; Nichiforus Imperator Conſtantinopolitanus, cum Carolo Imperatore fœdus percuſſit, quo, inter cætera cautum, & firmatum fuit, ut Civitates maritimæ, Dalmatiæ, Hiſtriæ, Liburniæ, Venetiæ, quæ in devotione Imperii illibatæ permanſerant, ab occidentali Imperio utique eſſent exemptæ, nec poſſent ab eo ullo tempore moleſtari, vel minui. „ Et quod Veneti poſſeſſionibus, libertatibus, immunitatibus, quas ſoliti erant habere in „ Regno Italico pacifice fruerentur „ Sequitur hinc, primo illo tractatu intra Nicephorum & Carolum, tam Dalmatiam &c. quam & Venetiam, ab Imperio Occidentali fuiſſe exemptas,

haud tamen ſive Dalmatiæ, Liburniæ, Venetiis, Jura Regni, & Regalia fuiſſe tributa. Tractatus alter erat intra Carolum, ut refert Laur. Monacis, ac Michaelem Imperatorem Orthodoxum, & ſubſequenter Leonem, quô, teſte etiam Eginhardo, laudato iſthic libro ſecundo, pag. 22. a Laurentio, maritimæ tantum Civitates (poſtea Dalmatiæ nomine acceptæ) ob amicitiam & fœdus, Conſtantinopolitano Imperatori permiſſæ ſunt. Sed teſte eodem Laurentio, a maliloquis informatus Carolus doluit abdicâſſe a ſe Dalmatiam maritimam Provinciam, *aptiſſimam magnis rebus gerendis, inter occidentem & Orientem; conterminam Italiæ a Septemtrione, & poſitam Italicis littoribus a meridie.* Inde orta inter Imperatores diſcordia, potens claſſis inſtruitur, *hinc pro auferenda, hinc pro defendenda Dalmatia.* Narratoque eo, quod *Obelerius & Beatus Venetiarum Duces*, his ſe immiſcuiſſent, cum circumſtantiis cæteris. Quamvis Francorum Annales & chronicas laudaret, tamen dum ſcriberent: *Subjecta Venetia, & Ducibus ejus in deditionem acceptis*, hæc ita refellit: *a Gallica vanitate proceſſit, ſua ſemper in majus contra veritatem attollente; nempe facta in contrarium pugnant: res ipſa in oppoſitum indicat.* Sed pace Laurentii, facta idipſum confirmant, res idem loquitur. Atque omiſſo teſtimonio Porphyrogeniti pag. 58. legendi, ipſe Laurentius de Monacis, ſubjectionem Italiæ Regibus, & Imperio Occidentali, evincit ex elargitis Reipublicæ Privilegiis lib. 3. pag. 59. ubi narrat: a quibus? & quo anno? Immunitates Venetiis ſunt elargitæ, Privilegia item, ſubjiciens ex iisdem Privilegiis, quæ erant Imperii Occidentalis terræ: quæ item conceſſu Imperatorum Occidentis, terræ Venetæ. Quod ipſum ſit:

Poſtulatum II. *Hi ſunt ex noſtro* (nempe Imperatorum Occidentis) *Scilicet jure: Papienſes, Mediolanenſes, Cremonenſes, Lucenſes, Piſani, Januenſes; Placentini, Florentini, Ferarienſes, Comaclenſes, Mantuani, Ariminenſes, Piſaurienſes, Fanenſes, Cæſenenſes, Senogallienſes, Auximenſes, Humanenſes, Firmenſes, Epimenſes, Veronenſes, Monteſilicenſes, Imolenſes, Vicentini, Paduani, Traviſini, Cenetenſes, Forojulienſes, Hiſtrienſes, & cuncti de noſtro Italico Regno, ſive qui modo ſunt, ſive qui impoſterum futuri ſunt.* Venetiarum populum, privilegialiter & per collationes datum, ſic proſequitur:

Ex prædicto vero Ducatu, Venetiæ ſunt, Rivoaltenſes, Metamaucenſes, Clugienſes, Peleſtrinenſes, Capitagerenſes, Brundulenſes, Lauretenſes, Babienſes, Majerbienſes, Amianenſes, Burianenſes, Conſtantienſes, Equilenſes (Novæ videlicet Aquilejæ ut Laurent. ipſe fateretur) *Caprulini, Civitatenſes, Finenſes, Gradenſes, & cuncta generalitas populi Venetiæ, ſive qui modo ſunt, ſive qui futuri ſunt. Confirmamus itaque Venetorum fines, a nemine Noſtrorum inquietari. De finibus Civitatis novæ ſtatuimus:* obſerva lector, *ſtatuimus) ut terminatio, quæ a tempore Luitprandi Regis facta eſt, inter Paulum Ducem, & Marcellum Magiſtrum militum, deinceps manere debeat, id eſt de Plavi Majore, uſque ad Plavim Siccam.* Hoc poſtulatum ex monumentis Sereniſſimæ Reipublicæ, teſtibus: auctore ipſo, Cretæ Cancellario, Legato Reipublicæ ſæpius, ac ipſius Secretario, adeoque teſte idoneo, conſentiente ejus Illuſtratore, Illſſimo Excellentiſſimoque D. Flaminio Cornelio Senatore Veneto, dum adverſus nil notaret, vel exciperet; quanti ſit ponderis & momenti? æquus Judex ennunciet. Præcipue dum priora ſua, ſic firmaret Laur. lib. 4. pag. 75. *Poſt conquiſitionem Dalmatiæ Othoni tertio qui venerat in Italiam, Johannes Diaconus, hujus Ducis Venetiarum nuncius, felices ſui Domini progreſſus - - nunciavit, ſecumque Romam accedens obtinuit ultra ſolitas immunitates declarationem finium ſecus Heracliam, a Plave majore, unde factus eſt unus Argilis, qui nominatur Fornicinus, pertingens uſque in Plagionem, in quo ipſo Argile ſunt tres montes manufacti, inde pertingitur in alia parte plagionis per ovillam uſque ad foſſam de Longaria, & finit in Plavicella, quæ veniens influit per Opitergium, & ab hoc termino uſque ad mare.* Præmitrit quoque: *Otho Imperator exiſtens Veronæ miſit ad hunc Ducem* (Petrum nempe Urſiolum) *ut Petrum natum ad ſe mitteret, quem in unctione & Chriſmate tenuit. & primo ſublato nomine, nominavit Othonem. Dux ab eodem Rege exiſtente Ravenæ obtinuit per Legatos Privilegium de portu & mercato tenendo in tribus locis cum omni datio & theloneo* (Hæc maris Adriatici Dominio non favent) Item infra, poſtquam recenſuiſſet Othonem clam Venetiis fuiſſe, Ducemque noctu cum Cæſare egiſſe, ait: *Imperator Ducis filiam in vinculum perfectæ amicitiæ de ſacro fonte levavit, & Pallium, quod pro pacti fœdere a Venetis ſolvebatur, perpetuo remiſit.* Ecce ab Othone III. tributo illo, de quo Porphyrog. cap. 28. Venetos primum exemptos.

Jam ſi ex Carthis quibusdam, quæ elargita fuiſſe per Duces Venetos, Dalmaticis quibusdam Civitatibus, perhibentur, legitimè concludi volunt Scriptores Venetæ, Dalmatiæ ipſis ſubjectionem, qua oro ratione ſemet ſubjectos negare poterunt Occidentali Imperio, dum

Immu-

Digitized by Google

Immunitates, Privilegia, fines ſui Ducatus, portus in mari tres, ſibi aſſignatos ab Imperatoribus Occidentis, ſe habere confitentur. Si vero hæc interprætanda ſunt, pro protectionis titulo, & libertatis in alieno ſolo, nec ullam ſubjectionem jusque clientelæ Venetorum indicant, tametſi Porphyrogeniti teſtimonio, illius adhuc ætate, tributa ſolverint; Danduli item confeſſione, *Curiam* Venetiis Henricus Imp. celebraverit, jusque dixerit, qua amabo ratione, idem de Dalmatia, maritimisque Civitatibus, interprætari non debeat? verbò: omne illud, quod Venetæ dicere poſſunt Imperatoribus, eccur majori jure, dicere illis nequeant Dalmatæ. Profectò Dalmatia, nec intra jus Imperii, vel Regni Italici recenſetur; ſed nec ipſa, vel maritimarum Civitatum, quæ Dalmatiæ nomine veniunt, aliqua; intra fines Ducatus Veneti exprimitur, aut recognoſcitur, eſtò inſeri facile potuiſſet, ſi vel remotum jus Reipublicæ ad Dalmatiam fuiſſet. Quid eſt? quod Henricus anno MCXI, ſed nec MCXVI. quo Venetiis fuit, Venetorum Duci Dalmatiam non attribuit? ſi vero dicatur, vocibus illis: *& cuncta generalitas populi Venetiæ, ſive qui modo ſunt, ſive qui futuri ſunt*, Dalmatiam exprimi: juſti æquique Lectoris relinquo judicio, an ſub *Populi Venetiæ*, Dalmatia accipi queat, quæ nunc etiam, ſuo nomine, & nequaquam *Venetiæ* venit. Interim dum Henricus Imp. nec anno MCXI. nec 1116. Dalmatiam aut hujus Civitatem aliquam, nec intra fines Ducatus Veneti, nec inter Venetiæ populum exprimeret, aut in aliquo Diplomate inſerta aliquando fuiſſe refſereretur, utrum juſtè Scriptores Veneti, Dalmatiam a Colomano & Hungaris, *dolo* fuiſſe Sacræ Coronæ adjectam, ſcribere poſſint? æquus juſtusque Lector determinet. Ego namque ut ſuperius monui, judicem & exponentem, legum diſpoſitione agere nequeo.

Poſtulatum III. ex eodem Laurentio lib. 3. pag. 52. & 56. *Johannes Participatio Dux defuncto fratre, ducare cœpit anno Domini 829.* relatisque ejus eventibus, pag. 56. *Hic Dux conſenſu omnium, primitus ſe Ducem Dalmatiæ nominavit.* Si 829. Joannes in Ducem electus eſt, motibus illis, ſupra a pag. 59. deſcriptis, dum Bulgari cæſo Liudevito Sclavoniam occuparunt, Joannes adnitens ſe ab Italico Regno, & Occidentis Imperio emancipare, Venetias ſub Dalmatiæ nomine compræhendi voluit, liberasque reddere. Hæc quamvis convenire nequeant combinatione eorum, quæ ſuperius a pag. 60. dicta ſunt, nihilominus ſi etiam permittantur, patet Joannem, Ducem ſemet Dalmatiæ ſua ſponte nominâſſe, quem nihilominus pro Dalmatiæ Duce, nemo vel habuit, vel recognovit, ut eſſet è ſuperius, ſæculi Noni & Decimi, rebus perſpicuum. Andreas Dandul. apud Murator. Rer. Ital. Tom. 12. de præmiſſis ſecus teſtatur, inquiens: *Ludovicus II. - - Imperavit anno Domini 856. Huic commoranti Mantuæ, Dux Petrus miſit Legatum ſuum Deusdedit nomine, qui ab eo obtinuit Privilegium de poſſeſſionibus Cleri & Populi, Venetorum infra ditionem - - quemadmodum temporibus Atavi ſui Caroli, per Decretum cum Græcis, ſancitum poſſederunt.* Lucius autem lib. 2. cap. 7. Titulum Ducatus Dalmatiæ Petrum Urſeoli Secundum, aſſumpſiſſe recenſet. *Conjectatur* ibi, hæc diſſimulantibus Impp. Orientis accidiſſe, nihilominus fatetur Magiſtratus nullos in Dalmatiam miſſos, eſſeque notas in Dandulum recentioris caracteris. Sed Lucius, eſtò in conjecturis multum laboraverit, tamen, & media veritati cognoſcendæ poſuit, reliquitque iis; qui cum examine ſua legunt. Enimvero non ſolum *Dircyſlaum* Regem Croatiæ Dalmatiæque, Orientalis Imperii gratia, anno 994. (quo tempore Petrus Urſeoli egit Ducem) evincit demonſtratque: Prouti & cap. 9. Magiſtratus proprios Dalmatiæ; concludendo: *Ex quibus ſicuti Magiſtratus Imperiales in Dalmatia fuiſſe apparet, ita quoque integrum ejus dominium ad Imperium rediviſſe argui debet - - Poſt Urſeolum, uſque ad Vitalem Phaletrum, nullum Ducem, Dalmatiæ titulo uſum aliquis eorum ſcriptor memorat.* Hinc non ſolum eluceſcit, Duces Venetiarum uſurpâſſe titulos Ducis Dalmatiæ, dum hoc, modò uſi quidam ſunt, modo relinquebant; ſed inſuper, Imperatores Orientis, Titulos hos, nunquam indulſiſſe Venetis, quà Imperio Occidentis & Italico Regno obnoxiis. Quin ad ſervandam Imperio Dalmatiam, Croatiæ Ducibus, ornamenta Regiosque Titulos attribuiſſe, teſtis eſt Thom. Archid. cap. 13. *Martinus Archi-Eppus* inquiens *fuit anno Domini 970. tempore Theodoſii Imp. & Dircislat Regis. - - - Ab iſto Dircislao, cœteri Succeſſores ejus, Reges Dalmatiæ & Croatiæ appellati ſunt: recipiebant enim dignitatis inſignia ab Imperatoribus Conſtantinopolitanis. & dicebantur eorum Eparchi ſive Patricii. Habebant namque ex ſucceſſione ſuæ originis, Patrum & Proavorum Dominium Regni Dalmatiæ, & Croatiæ*, recenſendo Regni eorum confinia. Archidiaconum, firmant Diplomata Regum Dalmatiæ & Croatiæ a Lucio producta. Quis jam concedet in Lucii conjecturas? Anno 970. Dircislaus fuit Rex, & Rex ille, qui dignitatis Regiæ inſignia ab Imperatoribus Conſtantinopolitanis accepit, atque ob Dalmatiam, quæ Imperiales Magiſtratus habuit, ut monumenta apud Lucium lib. 2. cap. 9. evincunt, dictus fuit Imperii Patricius. Petrus Urſeolus II. teſte Laur. de Monacis lib. 4. pag. 74. in Ducem electus eſt anno 991. quo anno Dircislaum

Digitized by Google

vixiſſe, teſtatur apud Lucium memoria lib. 2. pag. mihi 79. quâ, 994. anno, gubernante in Regno Croatiæ Domino Dirciſlao Inclyto Rege. Quam ſolido ratiocinio Lucius, conjecturam ſuam lib. 2. cap. 7. firmat, ipſe indicat, dum diceret, uſurpatum illum a Petro titulum, permiſſum fuiſſe ab Impp. Orientis, ob petita ſucceſſive, atque poſt annos 80. auxilia: ſive rectius, ſolutas precio eorum naves ut Gaufridus Abbas, contra Barium, ſive Northmanos. At culpari nequit Cl. Lucius, ait enim: *ut idem Dandulus refert.*

Quidquid virium fuit Lucio, ita omnes ſacravit Reipublicæ Venetæ in conjecturando, & Venetis Scriptoribus procuranda fide, ut tamen veritatis fundamentum ubivis reliquerit, optimè meritus de Croatis, Dalmatis, Ungaris. Quibus, ut ajunt, *aperire oculos* voluit. Audiamus Lucium, ſuaque combinemus. lib. 2. cap. 6. *Laudes* narrat decantatas Duci Venetiarum; quod Venetæ, poteſtatis argumentum accepêre poſt Dandulum, Sed Lucius, tales *poſt Imperatorem Laudes*, fuiſſe promiſſas recenſet, totumque illud caput, ſe eruditis ſcribere fatetur, uti apparebit legenti. Neve præjudicet ſcriptione ſua, monet: *Hæ autem laudes nunc canuntur in his tantum Civitatibus, quæ olim Romanorum vel Dalmatarum nomen retinuêre, ut dictum eſt, quæ Imperiales etiam dictæ fuêre ad differentiam Croaticarum, quæ Regales: ſuntque Raguſium, Spalatum, Tragurium, Jadra, Arbum, Veglia &c.* Laudum illarum veſtigia nunc quoque ſunt, in officio Miſſalis, die Paraſceven. Olim in Eccleſia quoque Ungarica canebantur, præcipue in adventu Regis, aut Ducis cujuscumque, quin ideo Dux aut Rex, cui ob eminentiam officii ſui dictæ ſunt, honoris cauſa, illiusque eminentiæ venerationis: Dominus, Rex, loci illius, aut Eccleſiæ Patronus, vel effectus fuit; vel agnitus. Teſtes rei hujus ſunt, Vetus Cæremoniale, & diplomata Eccleſiæ Zagrabienſis, ex quibus eruditionis amore, quemadmodum feciſſet Lucius, hæc ſint:

In Adventu D. Regis.

„ Quando Regem ad Civitatem, vel oppidum venire continget, Clerus totus proceſſionaliter ei occurrere debet, & eum venerari, ut Eccleſiarum Patronum, & fidei defenſorem. Quare campanæ ubique pulſantur, claves ab Eccleſiis Regi offeruntur. Rmus ipſe, obviam ire debet, Regem ſalutare, & ei ſervire, cum Canonicis. Si Rex ad Civitatem venerit, cum Crucibus, Reliquiis, ſolenniter Clerus & populus obviam pergunt. Rege ex equo deſcendente, Rmus prævie indutus Pontificialiter, (ſine mitra tamen, ſi ſit Rex Hungariæ; cum mitra autem, ſi alter Rex ſuſcipitur, ob Regis noſtri decus) Regi in tapete conſtituto, dat crucem oſculandam, & Populum ei commendat. Proceſſio ducitur. Rex ſub Baldachino pergit, quod Majores quatuor Archidiaconi geſtant, nempe Præpoſ. Chaſmenſis, Cathedralis, Dubicenſis, Camarcenſis. Cantatur: *Elegit eum Dominus*, ſecundum Cantuale. Advenienti Regi ad Eccleſiam, occurrit Cuſtos, claves exhibens. Præpoſitus aut Senior Canonicus Privilegia Aureæ Bulæ. Et Eccleſiam ei devovent. Tum receptis a Rege clavibus, aperitur Eccleſia, organo pulſante. Rmus dat aquam benedictam Regi. Rex dicit ut & populo benedicat. Quo abſoluto, pergit ad Aram majorem, & Crucem cum Reliquia SSmæ Crucis ſub Faldiſtorio oſculatur. Epiſcopus ad ſiniſtrum latus, abſolvit orationes. Petit Regem, an jubet Divina peragi. Si ita. Rmus petit veniam, in mitra celebrare, ſi Rex indulget, celebrat cum mitra, ſi non, ſine mitra. Crux autem, & baculus paſtoralis, ſunt propter eminentiam ante Regem, duobus Canonicis præferentibus: Miſſa dicitur de Rege, vel de tribus Regibus, ut eſt in Miſſali, prout Rex voluerit. Si ſit in itinere ſolet dici de tribus Regibus: ſi moretur in Civitate, de Rege. Ex Ambone poſt epiſtolam laudes cantantur, nempe: *Oremus pro Chriſtianiſſimo Rege noſtro N. ut DEus, & Dominus noſter, ſubditas illi faciat omnes barbaras nationes, ad noſtram perpetuam pacem.* & ab omnibus oratur: *Omnipotens ſempiterne DEus, in cujus manu ſunt omnium poteſtates, & omnium jura Regnorum: reſpice miſericors ad Servum tuum Chriſtianiſſimum Regem noſtrum N. ejusque Imperium; ut gentes quæ in ſua feritate confidunt, potentiæ tuæ dextera comprimat, nos ita regat, ut ſimul, te æternum adoremus, laudemus DEum, & Dominum univerſorum. Per Dnum Noſtr. JEſum &c.* Si Rex vult habere Concionem, Cathedralis, dicto Evangelio eam dicit de obligatione erga Regem, & Regis Gratia, ſecundum Evangelium Miſſæ de Rege. Abſoluto Sacro Præpoſitus commendat Regi Eccleſiam, & eam ejusque Privilegia cum genuflexis Canonicis petit confirmari. Tum Rex proceſſionaliter ducitur ad hoſpitium Arcis Epiſcopalis, qua Patronus, ſi vult, ſi non vult, ad caſtrum Regis.

„ Si vero Dux Sclavoniæ venit. Rmus ſolus non exit, ſed mittit ſuum hominem nomine ſuo. Proceſſio fit, & alia de Duce introducendo. Sed nec claves dantur Eccleſiæ, nec alia Regalia. Laudes tamen abſolvuntur & Miſſa de S. Emerico Duce Sclavoniæ. Si autem eſt in via, tunc de tribus Regibus. Si alter Dux venerit, aut Princeps, Proceſſio non exit, ſed

„ antea

Digitized by Google

„ ante Eccleſiam Clerus obviat, cum cantu ſolito, & alia juxta Ordinationem D. Regis, & „ Rmi. Regina eodem modo accipitur ut Rex. Sed quia teſte Apoſtolo, fœminæ tacent in „ Eccleſia, nec claves illi exhibentur, nec Rmus ſe inſinuat pro Miſſa, nec laudes cantan- „ tur. „ Hæc in compendio ſui Cæremonialis, *Kovachevich Thomas* omiſit, quod jam nec Reges, nec Duces venire ſoleant. Fors ex ſuperioribus promanat, mos ille, Cath. hujus Baſilicæ; quod Baldachinum Epiſcopi Pontificaliter celebrantis, ſit a ſiniſtris Altaris; quia nempe Regis olim, erat a dextris. Interim narrata, firmantur, Privilegio elargito Eccleſiæ Zagrabienſi, tenoris ſequentis.

Stephanus DEI Gratia Totius Sclavoniæ, Croatiæ, & Dalmatiæ Dux. Omnibus Chriſti fidelibus, tam præſentibus quam futuris præſentium notitiam habituris. Salutem in omnium Salvatore. Univerſorum notitiæ harum ſerie declaramus. Quod Feria tertia proxima poſt Feſtum Corporis Chriſti, Anno Incarnationis ejusdem Milleſimo, Tercenteſimo. Quinquageſimo Tertio, de Græcenſi Civitate, loco manſionis Noſtræ, Zelo Epiſcopalis devotionis cordialiter inducti, progrediendo Kathedralem, ſeu Epiſcopalem Eccleſiam Zagrabienſem, ex fundatione B'ſimi Ladislai, in honore SSmi Stephani, beatiſſimarum recordationum, condam Regum Hungariæ, Illuſtrium Progenitorum noſtrorum, conſtructam viſitaſſemus: Mgr Lucas Archidiaconus de Reguy in Eccleſia Quinque-Eccleſienſi, Vblis in Chriſto Patris D. Nicolai, præmiſſa gratia, ipſius Eccleſiæ Zagrabienſis Epiſcopi, in temporalibus Vicarius Generalis: Vice, & nomine Eiusdem Domini Epiſcopi, Domini ſui: Nec non totius præfatæ Eccleſiæ Zagrabienſis Capitulum, in eadem Eccleſia Kathedrali comorans, flexibus ſe proſtratis, quam plurimorum litteralium monumentorum ſuper libertatibus præfatæ Zagrabienſis Eccleſiæ confectorum & emanatorum; tam ab ipſo SSmo Rege Ladislao, ut præmititur ipſius Eccleſiæ fundatore, quam ab aliis ſuis Succeſſoribus Regibus, dictæ Eccleſiæ privilegialiter aureis bullis & cæreis conſignatorum, exhibitionibus factis, noſtram humilibus precibus flagitârunt Majeſtatem. Ac inter cætera ipſius Eccleſiæ litteralia monumenta, privilegiales litteras D. Belæ Regis, confirmantis, Privilegium Regis Andreæ ſui genitoris Cariſſimi, aurea Bulla ſua consignatum, ſuper confirmatione ejus, privilegialium litterarum, libertates ſuprafatæ Zagrabiensis Ecclesiæ; nec non ejusdem prærogativas, ab eodem Dno Andrea Rege obtentas & conceſſas explicantium, infraſcripti tenoris; acceptare, approbare, & de plena Ducali poteſtate totum tenorem earumdem, præſentibus inſeri faciendo, perpetuam ad cautellam, noſtris litteris privilegialibus, dignaremur confirmare. Quarum tenor talis eſt: „ Tranſumptis Privilegiis Belæ IV. Andreæ II. concluſio eſt: - „ *Nos igitur ſupplicationibus eorumdem, Lucæ Vicarii in temporalibus Domini Nicolai Epiſcopi, in perſona factis: nomine etiam totius dictæ Zagrabiensis Ecclesiæ fidelium noſtrorum, juſtitiæ conſonis, Ducali pietate inclinati; Retentis etiam, & in memoriam revocatis fidelibus obſequiis, eorundem Dominorum Nicolai Epiſcopi; & dictæ Eccleſiæ ſuæ Capituli, quæ tempore primi adventus Noſtri in Zagrabiam, locum mansionis noſtræ videlicet, ſumæ fidelitatis ſtudio, prout fideles & devoti Capellani Regiæ ſtirpis in adventu conſueverant, ſolemniter compulſare, ſacris expansis reliquiis, etiam obviam occurrendo: decentia munera, victualiumque varietates, ſolicite adminiſtrari faciendo, nobis impenſe procurârunt. Ac in horum & cæterorum ſimilium, quæ ad tempus ſeriatim, & ſuo modo prolixa eſſent explanari, dictorum Dni Nicolai Epiſcopi & ſui Capituli fidelium obſequiorum recompenſationem aliqualem; Præmiſſarum libertatum ipſius Zagrabienſis Ecclesiæ, privilegiales monumentorum & prærogativarum tantarum, inducti, privilegialibus litteris D. Belæ Regis confirmatoriis, explicatoriis, acceptamus, ratificamus, approbamus, & ex mera plenitudine Ducalis poteſtatis, perpetuo valituras confirmamus totum tenorem earumdem privilegialium litterarum D. Belæ Regis, ad cautelam de verbo ad verbum tranſumptive præſentibus inſeri faciendo. In cuius rei teſtimonium perpetuamque firmitatem, præſentes conceſſimus litteras noſtras privilegiales, pendentis & authentici ſigilli noſtri munimine roboratas. Datum per manus Magiſtri Georgii, Aulæ Noſtræ Proto-Notarii, & Comitis de Urbaz, dilecti & fidelis Noſtri. Quarto Kalendas Menſis Junii, in loco antedicto, Anno ab Incarnatione Domini ſupradicto. Ducatus Noſtri Anno Primo.* Firmantur his priora Cæremonialis Veteris. Item ex Thomæ Archid. cap. 26. ubi: „ Anno Redemptionis Noſtræ „ 1217. Menſ. Auguſti 23. die, advenit Andreas Rex ad Civ. Spalat. Exierunt autem pro- „ ceſſionaliter obviam D. Regi, univerſi Cives, omnesque Forenſes, totaque turba ſui exerci- „ tus, *laudes ei altis vocibus concrepantes.* Deinde Clerus omnis holoſericis ſuper comptas „ induti veſtibus, cum crucibus & thuribulis procedentes uſque poſturbium, prout Regiæ

 „ magni-

„ magnificentiæ dignum erat, pariter concinebant. Ipſe vero Illuſ. Rex viſo proceſſionis cœtu ſolemni, ſtatim deſcendit de equo, magnaque ſuorum Principum valvatus caterva, tenentibus eum hinc inde Epiſcopis, qui convenerant, pedes uſque ad Eccleſiam S. Domny proceſſit, ubi celebrato Miſſarum officio, & data oblatione ſuper altare, ad hoſpitium ſeceſſit.] „ Quorum conſideratione, patet quid *Laudes* ſint, & qualiter olim abſolvebantur; ac inſuper tot alia. Uti: diſtinctionem fuiſſe intra Duces, *Regiæ Stirpis*; ac alios. Elucet poteſtas Ducum Solavoniæ. Canonicos, Capellanos fuiſſe dictos olim Regios, *prout fideles & devoti Capellani Regiæ ſtirpis*, totque cætera. Sed in Pontificalis quoque Romani par. 3. Romæ 1726. editi, videre eſt: Rubricas ſuo ordine diſtinctas: *Ordo ad recipiendum proceſſionaliter Imperatorem: Ordo ad recipiendum proceſſionaliter Regem: Ordo ad recipiendum proceſſionaliter Principem magnæ potentiæ: Ordo ad recipiendum proceſſionaliter Imperatricem vel Reginam: Ordo ad recipiendum proceſſionaliter Principeſſam magnæ potentiæ*, ut de præmiſſis dubitari nequeat. Ex Zagrabienſi Miſſali en Miſſam utramque pro Rege, quæ nunc eſt, pro memoria antiquitatis.

Pro Domino Rege, Populoque ſibi ſubjecto Introitus.

„ Dominus illuminatio mea: & ſalus mea quem timebo: Dominus defenſor vitæ meæ, „ a quo trepidabo: Quia tribulant me inimici mei: ipſi infirmati ſunt & ceciderunt. *Pſal.* „ Si conſiſtant adverſum me caſtra: non timebit cor meum. *Gloria - Oratio.*

„ *Quæſumus* Omnipotens DEus: ut famulus tuus Rex Noſter, qui tua miſeratione „ ſuſcepit Regni gubernacula: virtutum etiam omnium percipiat incrementa: quibus decenter ornatus, & vicia devitare; & hoſtes ſuperare: & ad te qui via, veritas & vita es: cum „ populo ſibi ſubjecto feliciter valeat pervenire. Per Dominum noſtrum.

Quando expedit, continuetur Oratio.

„ DEus in Te ſperantium ſalus: & ſervientium Tibi fortitudo: ſuſcipe propitius preces noſtras: Et da famulo tuo Regi Noſtro, & cuncto exercitui Ejus, regimen tuæ ſapientiæ: „ ut hauſtis pio de fonte conſiliis tibi placeant: & de omnibus ſuis adverſariis, efficiantur „ victores. Per Dominum noſtrum.

Lectio Iſaie Prophete Caplo 41.

„ Servus meus tu es: elegi te, & non abjeci te: Ne timeas, quia ego tecum ſum: Ne „ declines, quia ego DEus tuus. Confortavi te: & auxiliatus ſum tibi: & ſuſcepit te dextera juſti mei. Ecce confundentur & erubeſcent omnes, qui pugnant adverſum te.

Graduale „ Salvum fac Servum tuum DEus meus: ſperantem in te. ℣. Auribus percipe Domine orationem meam. Allel. ℣. Domine in virtute tua lætabitur Rex: & ſuper ſalutare tuum exultabit vehementer.

Sequentia Sti Evangelii ſecundum Mattheum c. 12.

„ In illo tempore: Exeuntes Phariſei conſilium faciebant adverſus JEſum: quomodo „ proderent eum. JEſus autem ſciens receſſit inde, & ſecuti ſunt eum multi: & curavit eos „ omnes. Et præcepit eis ne manifeſtum eum facerent, ut adimpleretur quod dictum eſt, „ per Eſaiam Prophetam dicentem. Ecce puer meus quem elegi: Dilectus meus in quo bene complacuit animæ meæ.

Offertor. „ In te ſperavi Domine: dixi tu es DEus meus, in manibus tuis tempora „ mea. *Secret.*

„ Munera quæſumus Domine oblata Sanctifica: Et ut nobis unigeniti tui corpus & „ Sanguis fiat, & Regi noſtro, populoque ſibi ſubjecto; ad obtinendam animæ corporiſque „ ſalutem: & ad peragendum ſibi injunctum officium: Te largiente uſquequaque proficiant: „ Per Dn. noſt. *Item aliud Secretum continuetur.*

„ Suſcipe Domine preces & hoſtias Eccleſiæ tuæ, pro ſalute famuli tui, Regis Noſtri: ſuorumque omnium: ſupplicantis: Et antiqua brachii tui operare miracula: quatenus: proſtratis inimicis pacis, ſecura tibi deſerviat Chriſtianorum libertas. Per D. n. - *Commun.* „ Illumina faciem tuam ſuper Servum tuum: Et ſalvum fac in tua miſericordia Domine: „ non confundar quoniam invocavi te. *Compl.*

„ Hæc Domine Oratio Salutaris famulum tuum Regem noſtrum, populumque ſibi ſubjectum, ab omnibus tueatur adverſis: quatenus & Eccleſiaſticæ pacis obtineat tranquillitatem: Et poſt iſtius temporis decurſum ad eternam pervenire mereatur hereditatem. „ Per. *Continuetur.* Prætende Domine famulo tuo Regi noſtro: Et omni exercitui ejus: arma Cœleſtia: ut pax Eccleſiarum, nulla turbetur tempeſtate bellorum. Per D. n.

Miſſa de tribus Regibus Intro.

„ Eſto mihi in DEum protectorem: & in locum refugii: ut ſalvum me facias: quoniam „ firmamentum meum & refugium meum: es tu: propter nomen tuum Dux mihi eris: & enutries

Digitized by Google

„ enutries me. *Pſ.* In te Domine ſperavi non confundar in æternum : in juſtitia tua libera
„ me„ Gloria Patri. *Oratio.*

„ DEus qui tres Magos Orientales. Gaſpar. Melchior. Balthaſar. ad tua Sancta cuna-
„ bula venire feciſti: ut te miſticis adorarent muneribus . ſine impedimento duxiſti & redu-
„ xiſti : Concede propitius famulo tuo N. in itinere quo iturus eſt : per eorum trium Ma-
„ gorum atque Regum pias interceſſiones & merita : vie ſecuritatem: pacem: proſperita-
„ tem: & ſanitatem: quatenus ipſo vero Sole : vera ſtella: vero lumine ducente, ipſum ad
„ loca deſtinata pervenire concede. Qui vivis & r. cum DEO Pat.

Lectio libri Geneſis cap. 24.

„ In diebus illis: Locutus eſt Abraham dicens: Dominus DEus Rex Cœli & terræ, qui
„ fecit me exire de domo Patris mei: & de terra nativitatis meæ: qui locutus eſt mihi: &
„ juravit dicens: Semini tuo dabo terram hanc: ipſe mittet Angelum ſuum coram te. --
Gradual. „ Angelis ſuis mandavit de te, ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis. ℣. In ma-
„ nibus portabunt te: ne unquam offendas ad lapidem pedem tuum. Allel. ℣. - Oſten-
„ de nobis Domine miſericordiam tuam : & ſalutare tuum da nobis.

Sequentia Sancti Evangelii ſecundum Mattheum Cap. X.

„ In illo tempore. Dixit JEſus Diſcipulis ſuis. Euntes prædicate dicentes: quia appro-
„ pinquabit Regnum Cœlorum. Infirmos curate: mortuos ſuſcitate: Leproſos mundate: Dæ-
„ mones ejicite. Gratis accepiſtis: gratis date -- -- *Offert.* - Perfice greſſus meos in ſemi-
„ tis tuis, ut non moveantur veſtigia mea: inclina aurem tuam: Et exaudi verba mea: mi-
„ rifica miſericordias tuas: qui ſalvos facis ſperantes in te Domine. -- *Secretum.*

„ DEus qui es Conditor Sanctorum, & dirigis iter juſtorum: Dirige Angelum tuum
„ pacis cum famulo tuo N. qui eum ad loca deſtinata cum jucunditate: proſperitate: & pace,
„ ſine impedimento ſalutis animæ & corporis, perducat, & reducat: pro quo, hanc hoſtiam
„ tuæ Majeſtati immolamus: ut ei nocere non poſſit antiqui hoſtis inſultus: Procul ab eo ſit
„ omnium malorum acceſſus: & Comes dignetur ei ſemper eſſe Chriſtus. Qui tec. v. & r.
Commun. „ Tu mandaſti Domine, mandata tua cuſtodiri nimis : Utinam dirigantur viæ
„ meæ ad cuſtodiendas juſtificationes tuas. *Compl.*

„ Omnipotens ſempiterne DEus, qui miſiſti Filium tuum, Dominum noſtrum JEſum
„ Chriſtum: De ſummitate Cœli in uterum Virginis Mariæ: ut homo fieret: & factus eſt ho-
„ mo: paſſus, & ſepultus: Et miſiſti Sanctos Angelos tuos ad ſepulturam ejus: non ut cuſto-
„ dirent, ſed ut teſtimonium perhiberent ſuæ veræ Reſurrectionis: Precor te piiſſime DEus:
„ ut mittere digneris eosdem Angelos tuos: ut ſint circa famulum tuum N. die ac nocte:
„ ut ſit ſecurus in corpore & rebus, in Chriſto JEſu Domino noſtro. Qui tecum v. & r. in
„ unit. S.S. -- -- „ In Canone quoque perpetuo oratur. *Regere digneris, toto orbe terra-
rum: una cum famulo tuo: Papa noſtro N. Antiſtite noſtro N. & Rege noſtro N.* &c.
Hæc puto ego: per univerſam Hungariæ Eccleſiam olim in uſu fuiſſe. Utinam Miſſale hoc
edi queat, & eruditorum ſubire conſpectus, illuſtraret tanta veteris diſciplinæ ac rituum Ec-
cleſiæ Ungaricæ. Doceret per hymnos & proſas pietatem Veterum, & Bſſimæ Virginis cul-
tum, qui erat olim. Tot item alia. Verum jam rara ſunt hæc Miſſalia. Olim egregiè ea tui-
tus eſt Vinkovichius, & firmata ſunt, ante eum etiam in Tridentino. Hodie Romanus Ri-
tus, defectu editionis Miſſalium (quæ ab anno 1500. reimpreſſa non ſunt) & Breviariorum
per totam Diœceſim viget. In Cathedrali Baſilica ſolum, & hoc, ut ajunt, in choro, uſus
eſt Breviarii & Miſſalis. Nos juvare non poſſumus, ſcimus tamen, rem digniſſimam eſſe, quæ
hoc erudito ævo, reimprimi, & eruditis, Theologisque communicari poſſit. Sed revertamur.

Ex laudibus ergo Duci Venetiarum, fors in Eccleſia quadam Dalmatica, ſed poſt Impe-
ratorem, dum ad Dalmatiam veniſſet cantatarum, legitimari non poteſt Titulus Ducis
Dalmatiæ, nec jus ad eam legitimum. Alias dicendum erit: Venetis jus eſſe ad Romanam Se-
dem, quia Laur. de Monacis lib. 4. pag. 77. in Dominico Cantareno ſcriberet: *Leo Papa no-
nus, devotiſſimus Beati Marci, acceſſit Venetias - exolvit Laudes, ipſisque Eccleſiæ,
Ducatui, & aliis piis locis indulgentias & immunitates indulſit.* Ludovico II. obviam
exiviſſe Duces & Venetos, teſtatur apud Murat. Tom. 12. Dandulus: *Hic etiam* inquiens:
*ab utroque Duce & Venetis ei obviam euntibus juxta Eccleſiam S. Michaelis de Brun-
dulo, digno cum honore ſuſceptus eſt.*

Jam videndum eſt monumentum illud, quod Lucius lib. 2. cap. 8. pro Venetis exhibet.
Quo deceptus quoque eſt Illm. D. Aſſemanus, uti ſupra monuimus pag. 120, Neque repeti-
mus ibi dicta, at addimus: Immortalis Lucius, teſtari volens ſuam ſinceritatem in produ-
cendis quæ reperit, ſic illud producit pro Venetis, ut quid de illo inſtrumento exiſtimari de-
beat, meditare ſcienti, apperiat: primo lib. 3. cap. 4. pag. mihi 119. *Ex Sanctuario Eccleſiæ*

Digitized by Google

Arbenſis. Anno Dominicæ Incarnationis 1118. Ab Lectore legendo. Quo ipſi Venetæ recognoſcunt Imperii Conſtantinopolitani, Arbam partem fuiſſe; deinde Ungariæ, Regisque Colomani, dum ibi: *Juramus vobis Arbenſibus - - poteſtatemque quam antiquitus dictis habuiſſe, ſub Imperatore Conſtantinopolitano, & ſub Rege Ungarorum Præſulem vobis eligendi - - - & ſicuti vobis Dalmatinis Colomanus Rex Ungariæ juravit, ſuis cum Archi-Epiſcopis, Epiſcopis, & Comitibus, ut in breviario illo continetur* &c. Sunt quidem 110. anni inter hæc inſtrumenta, at tanta non eſt diſtantia, quod nec è Carthis, ſive Venetæ ſive Arbenſes in notitiam venire potuerint, ſe aliquando Venetis paruiſſe, fuiſſeque horum tributarios, quod Arbenſibus pro motivo ſuæ cum Venetis conjunctionis fuiſſet exprimendum; Venetis autem, pro confirmatione præhabiti prætenſi dominii vel juris. At hæc non indigitant, imo Venetæ jus antea Conſtantinopolitanum, poſtea Ungarorum Regis agnoſcunt. Nec habita mentione ceſſi juris, ut infra, illis ab Alexio. Laur. de Monac. pag. 76. OthonemPatri ſucceſſiſſe ſcribit anno 1008. Hunc Ducem, *Anno 18. ſuæ ætatis filiam Geicæ* (Geyſæ, adeoque Sororem S. Stephani) *Regis Ungariæ, ſibi matrimonii fædere copulaviſſe.* Quod cauſa fuerit favorum, Othonis III. ſuperius exſcriptorum. Proſequitur: *Octavo Ducis anno Adrienſes, qui Venetorum fines invaſerant, apud Lauretum profligantur, qui jurant ſimilia non attentare*, nec habet, quod ſe Venetæ poteſtati ſubjecerint, aut tributa ſpoponderint vel ſolverint, at: *jurant ſimilia non attentare.* Si dicas: Laurentium referre nequiviſſe ſubjectionem, cum inſtrumentum Arbæ eſſet, non Venetiis. Verum hocipſum eſt, tale ſubjectionis inſtrumentum, aſſervari debuiſſe a Venetis. Puto ego Epiſcopum, illud voluiſſe & concepiſſe, ſed Arbenſes non acceſſiſſe, ideo penes Arbenſes remanſit, nec Laurentius de Monacis ejus meminit: ait tamen: *Hic Dux anno ſui Ducatus nono* (adeoque 1017. aut 1018.) *armata claſſe vicit Eremiſirum Præſidentem Croatis* (ſic Venetæ Scriptores quævis confundunt, pro *Creſimirum* ponunt Eremiſirum: Pro *Regem Croatiæ* Præſidentem Croatis) *qui Jadram aliasque Dalmatiæ Civitates quotidianis incurſibus inquietabat, & in reditu ab omnibus dictis Civitatibus ſuſcepit fidelitatis ſolitæ juramentum.* At hæc qui cohæreant? non aſſequor. Nam idem Laurentius fatetur: *ſeditione populi exorta expulſo Othone Ducatui præficitur* (Petrus Barbolanus) *& tunc Pepo Patriarcha Aquilejenſis ut dictum eſt ſuperius, Veneta abutens diſcordia confinia lacerabat. Et Imperator Conradus ejus ſuggeſtu non ſolum immunitates renuit refirmare, ſed etiam eſt Venetos perſecutus. Prædicto Petro expulſo & tonſorato. Agente Conſtantino Conſtantinopolitano Imperatore decernitur ut Otho revocetur in Ducatum.* Hæc profecto cum occupata ab Othone Dalmatia non cohærent. Venetæ ob diſcordias domeſticas, nec fuére ſufficientes prohibendi Peponem, ne laceret eorum confinia, & tamen Dalmatiam tum ſe aquiſiviſſe volunt? Conradus immunitates eorum renuit refirmare, & Venetos eſt perſecutus, potius ergo Venetis Dalmatæ tulerint auxilium. Creatum a Venetis Ducem Petrum Barbolanum, Conradus expulit, & ad monaſterium detruſit, & *tonſorato.* Sed ſi Otho involavit in jura Imperii Orientis; Dalmatiam occupando, mereri non potuit, ut agente Conſtantino revocetur in Ducatum. Atque interea, *Urſus Urſiolo* (ita Laur.) *Patriarcha, Frater Othonis MXXXI. Præfectus eſt Regimini Ducatus, loco ejusdem, pro quo Legati miſſi fuerant* (nempe Othone) *ut rediret ad Patriam. Dominicus autem Flabenico, & complices, qui fuerunt cauſa exilii Othonis, ſeceſſerunt formidine ſui adventus.* Illud vero Laurentii; *Eo tempore Andreas Rex Ungariæ inquietans Dalmatinos hoſtiliter, aliquos ad deditionem coëgit*, error eſt manifeſtus, quia Andreas annis a Laurentio indicatis videlicet 1024. item 1031. Rex Ungariæ non fuit, ſed S. Stephanus.

Quare hæc per Laurentium de Monacis confuſa, dilucidari ſic debent, ſecundum inſinuata ſuperius. Circa annos illos videlicet 1018. & 1019. ii fuére motus, ut Cedreno teſte 1019. ſubacta Bulgaria, & Croatis ſeſe dedentibus, *Sermone* Syrmii Domino, indignè occiſo; viduaque ejus poſt magnas pollicitationes, Sirmium Diogeni tradente, & Byzantium miſſa, Diogenes Dux Bulgariæ, ac Præfectus Sirmii conſtitutus fuit. Si in bello hoc, fecerunt quid Venetæ, Otho haud egit quidpiam, ſuo ac Reipublicæ nomine, verum ut auxilia præbens Conſtantinopolitanis. Si item vicit Creſimirum, & a Dalmatiæ Civitatibus ſuſcepit fidelitatis ſolitæ juramentum, hoc, nequaquam pro ſe & Venetis; verum pro Imperatore Conſtantinopolitano. Nam Cedreno teſte: *Imperatori ſe dedidit contermina Chrobatorum gens, & ejus Principes fratres duo, quibus Imperator honores ac opes amplas tribuit.* Et hoc fuit, ut Imperatoris Conſtantini favoribus, Otho reponeretur, & revocaretur in Ducatum, quô eum Venetorum factio privaverat. Quare æquivocant Scriptores Veneti, in ſuſcepto a Dalmatis fidelitatis juramento; dum tacent, cujus nomine? & pro cujus parte, illud Otho ſuſcepit. Suſcipere illud omnino in reditu potuit, ſic volente Stephano Bano, ſed neutiquam

pro

Digitized by Google

pro Venetis. Anno 1018. conſequenter eodem, quo Arbenſis Cartha expedita eſt, Stephanum fuiſſe Banum, & Imperialem Protoſpatarium monumentum apud Lucium lib. 2. cap. 8. evincit, ubi: *Ego denique S.* (Stephanus) *Banus, Imperialis Protoſpatarius complevi hæc omnia, intrante Anno Domini Mil. octabo decimo.* Hinc Otho Venetiarum Dux, cum Stephano Bano & Imperiali Protoſpatario, pro Conſtantini partibus unà ſteterunt, compoſitisque belli rebus, Bano remanente, in redditu, fidelitatis juramentum, pro Imperio, ab Othone ad hoc delegato; a Dalmatis, accipi potuit. Et hæc, ſic intelligenda eſſe, hiſtoria evincit.

Anno 1024. fuiſſe motus, ex Lupo Protoſpata, & Anonymo Barenſi apud Lucium conſtat. Eo enim anno uxor Coſmici Principis capta, Barim ducta, miſſaque cum filio Conſtantinopolim ſcribitur, obſervante hinc bene Lucio, Croatiam annis his, nequaquam Venetis, verum Conſtantinopolitanis obnoxiam fuiſſe, firmantibus hoc ipſum Creſimiri Privilegiis, & memoriis Banorum: *Pribina, Godemir, Svetoslau, Goislau, Varda, Bozetare, Stephanus, & Praſca,* proſequente Lucio: *quos ſicuti, non eodem tempore ſimul, ita ante Creſimiri Petri Regnum fuiſſe conſtat.* Conſequenter, ſi Otho Dux Venetiarum, anno 1026. ut vult de Monacis, ſuorum factione, ab officio Ducis amotus fuit, in diſcordiis illis domeſticis; & populi Veneti ſedicione, Pepone Patriarcha, confinia Venetorum lacerante, quis credet? Venetos Dalmatiam tenuiſſe. Conradus Imperator, Privilegia Venetorum confirmare renuens, Venetosque perſequens poteſtatem ſuam, ſatis teſtatus eſt, dum Ducem Petrum expulit & totondit. Credo ego his motibus S. Regem Stephanum ſe immiſcuiſſe, ſive a Venetis evocatum, præcipue ſi verum eſt quod Otho Dux, ſororem Stephani, uxorem habuit, ut ait Laurentius; ſive adverſus Peponem, qui Maraniæ Ducatum, ut ſibi proximum ingreſſus fuerit. Ut hoc fuerit bellum, intra S. Stephanum & Conradum geſtum, quod pag. 104. opera S. Emerici compoſitum fuiſſe anno 1031. retulimus. Ad hunc enim annum de Monacis quoque, ait: Othonis fratrem, Præfectum fuiſſe regimini Veneto, quouſque Otho reduceretur. Quare erroneè iſthic, *Andreas* ſcriptum eſt, ad legendum: *Eodem tempore S. Stephanus Rex Ungariæ inquietans Dalmatinos hoſtiliter* (videlicet Maranæ Ducatui & Sclavoniæ viciniores) *aliquos ad deditionem coegit* Hæc firmant ſuperiora, quæ pag. 104. relata ſunt. Interim temporibus his, Venetos juris nihil in Dalmatia habuiſſe, demonſtrant apud Lucium, non ſolum Regum Croatiæ, Dalmatiæque ſeries; Banorum nomina; elargita ab his Regibus Privilegia, quæ exhibet Lucius, ac in his monumentis expræſſiones, uti: illud Creſimiri Petri Regis, anno 1067. *ſuam propriam inſulam, in Dalmatico ſuo mari ſitam, quæ vocatur Mauni, cui ex orientali parte adjacet inſula, quæ in vulgari Sclavonico Veru nuncupatur.* Cui Privilegio apud Lucium lib. 2. cap. 8. pag. mihi 77. legendo, non ſolum Rex fidem facit, dum exprimeret: *Ideo ego Creſimirus DEI Gratia largiente Croatiæ atque Dalmatiæ jura gubernans, atque avi mei beatæ memoriæ Creſimiri Regis, Patrisque mei Regis Stephani in eliſio campo feliciter quieſcentis, habenas Regni retinens &c.* (horum conſideratione, quis credet anno 1018, Dalmatiam Venetis ſe ſubdidiſſe, dum ait Creſimirus anno 1069. *Avi mei - Patrisque mei - habenas Regni retinens*) ſed etiam hæc quævis confirmant, tot ſubſcripti iſthic teſtes, quos inter: *Stephanus Jadræ Eppus: Dominus Leo Imperialis Protoſpatarius, ac totius Dalmatiæ Catipanus: Anaſtaſius Crivatenſis Epiſcopus* &c. Ut tot tantisque teſtibus, fides adimi legaliter ac juſtè nequeat. Eſt & illud, Petri Abbatis S. Griſogoni apud Lucium, quod legi obſervarique debet: reliqua inter; *Secundus namque terminus per tranſverſum a mare uſque viam antiquam, qua itur ad Nonam, quæ eſt etiam ſublata, in qua hac de cauſa antiquitus ſita eſt parvula colupnella, quæ erat ab inſidiatoribus de loco, quo ſteterat remota, in orientem quaſi paſſus 200. quam nos cum conſenſu Creſimiri Regis Croatorum ſuorumque Nobilium* (obſerva non dici: conſenſu Ducis Venetorum, ſuique Senatus) *in priſtino retulimus loco.* Hanc ipſam denique terram *his terminis terminatam, ſine infeſtatione quorumlibet hominum, hoc modo - - ferunt fuiſſe datam, quod Rex quidam Croatorum veniens votum reddere DEO ad Eccleſiam præfatam petentibus Servis DEI pro ſuo remedio animæ donavit eam, quod factum pronepos ejus, Prædictus Rex, noſtris quoque ſtabilivit diebus* &c. Quæ legantur & combinentur. Quare tam illud Laur. de Monacis, in Dominico Cantareno *Hujus tempore Jadratini contra debitum fidelitatis primo Venetis rebellarunt, ſuggeſtu Regis Croatorum, licet quidam ſcribat, Salamoni Regi Hungariæ* (ſic legendum eſt loco Salamonis Regis) *filii condam Regis Andreæ. Tunc Dux Ducatus ſui anno VII. egreſſus cum potenti claſſe, favore quorumdam incolis, Civitatem recuperavit, ejus præſentia multum profuit ad firmandam fidelitatem aliorum Dalmatarum,* quam & prætenſio Venetorum, quod Anno, ſive 829. ſive 1018. Dalmatiam ſibi ſubjectam habue-

Digitized by Google

buerint, ipſisque; ſive ab Imp. Orientis, ſive Occidentis, titulus Ducis Dalmatiæ attributus, aut datus, vel recognitus fuerit, omnino ruit; ut bene Lucius errores graves Danduli identidem detegat, quamvis eundem ſequi videatur in rebus Venetis.

Alterum, quod Venetæ prætendunt, deſcribiturque a Lucio Lib. 3, cap. 2. & ſequentibus, videndum eſt. Ac primo audiendus Excell. D. Laurentius de Monacis. Iſte lib. 4. pag. 80. ſcribit: *Vitalis Faletro Dux creatus anno Domini MLXXXIIII - - obtinuit confirmationem dominationis Dalmatiæ, & Sedis Protoſevaſtos ab Alexio Imperatore, qui ceſſit in poteſtatem Venetorum omnia jura, quæ Orientale Imperium habuerat in Dalmatia & Croatia; quæ ſecundum Hiſtoriographos ſunt prima Provincia Græciæ, & addicitur tunc titulo Ducis: atque Croatiæ & Imperialis Sevaſtos.* Verum collatio Dalmatiæ facta Venetis, ab Impp. Conſtantinopolitanis, edocta a nullo eſt, quomodo itaque *dominationis Dalmatiæ confirmationem* dedit Alexius? Alexius ille, quem ſupra ingratiſſimum Venetis, ſcripſit Laurentius. Quomodo ceſſit in poteſtatem Venetorum omnia jura, quæ Orientale Imperium habuerat in Dalmatia & Croatia? dum nihilominus anno 1091. ac tempore Alexii, & Vitalis Faledro, in monumento apud Lucium *Kyri Alexio Conſtantinopoleos Imperante, tempore quo Vladislaus Pannoniorum Rex Croatiæ invadens Regnum, Domnum Almum ſuum Nepotem in illo ſtatuit Regem - - meque Drago - - jam tertio Priorante.* Profecto teſtantibus diplomatibus, Zvonimirus ab anno 1076. fuit Rex Croatiæ, & per Pontificiam inveſtituram Dalmatiæ, uti ſuperius demonſtratum eſt. Quare ſi verum eſt, quod ſcribit D. Laurentius, Vitalem obtinuiſſe poſt annum 1084. ceſſionem Dalmatiæ, cauſa, quorumvis illorum motuum, & fors Zvonimiri mortis, Venetæ eſſent; quod ſibi haud attribuendum cupient. Quid eſt, quod concitatis adverſus Zvonimirum turbis, *Stephanus* a Spalatenſibus, teſtantibus ſupra ejus monumentis, fuerit Rex agnitus? quid quod 1091. Almum Croatiæ Regem, Ladislaus dixerit? Recole Lector optime, ſuperius ſcripta, agasve judicem, an credi debeat Laurentio.

Lucius hæc modo Vitali, modo Ordelapho Faledro (quem de Monacis ſcribit pag. 94. anno 1102. Ducem factum) ſecundum Scriptores Venetos, attribuit. Illis per conjecturas ſuas ſuccurrere conatur, dicens: *ut ſerie rerum geſtarum percepta, cauſæ belli, titulique Dalmatici conſequendi occaſio appareat.* Ponitur ergo a Lucio *apparentia prima*: bellum cum Roberto geſtum, ſive Northmanicum. Sed deſcribit Lucius ipſe, ex Gaufrido Malaterra, & Anna Comnena, quæ beneficia tum conſecuti ſunt Venetæ, neque eſt Dalmatiæ ceſſio ullibi. Vide a pag. 118. ſuperius. Profecto cum Robertus anno 1085. mortuus fuiſſe in Inſula Corcyra, a Lupo ac aliis ſcribatur, & cum illo extinctum bellum Northmanicum, qua ratione Ordelapho attribui poſſit ob bellum Nortmanicum obtentus Dalmatiæ titulus? haud apparet. Sed nec Vitali Faletro, quia teſte Lucio, mortuo Roberto, *diſſenſio intra ejus filios, maritimas expeditiones Northmanorum interrupit, Dyrrhachiumque, & cætera loca a Roberto capta, Alexius recuperavit: Veneti ergo navigationem Jonii Priori liberiorem, & ex Privilegiis ab Alexio conceſſis, magis quæſtuoſam quietè proſecuti ſunt.* Amicitiam conjectandam ait Lucius, Imperatorum Conſtantinopolitanorum cum Venetis; item Dalmatarum erga Venetos propenſionem. Verum conjecturæ huic, pag. 387. ipſe auctorem obſidionis Jadrenſis opponit. Ex quo clarum apparet, & Dalmatarum propenſio erga Venetos, & motiva, ob quæ juſta eſt eorum averſio. Item ex Thoma Archid. cap. 25. *Erant autem eo tempore Jadrenſes Venetis multum infeſti, quacumque enim ex parte poterant, Venetos invadebant, bona eorum diripientes, injuriantes, trucidantes, & quidquid mali exercere valebant, in ipſos totis viribus conabantur.* Si vero amicitia metiri debet intra Venetos & Conſtantinopolitanos, hanc ſatis expræſſit de Monacis, ingratiſſimos Venetis Comnenos fuiſſe. Nicetas quoque Choniates in Manuele Comneno lib. 5. N. 9. „ Heneti qui „ & Veneti appellantur - homines maris alumni, vagi Phœnicum inſtar, callidis præditi „ ingeniis. Hi aliquando a Romanis, ob belli navalis neceſſitatem ſuſcepto maximo numero „ Conſtantinopoli conſederunt, & in omnibus Romanis Provinciis diſperſi, ſolo retento nomine veteri, affinitatibus amicitiis, cæterisque rebus conjunctiſſimi Romanis, admodum „ creverunt: & magnas opes nacti, contumaces & impudentes evaſerunt: nec Romanos tantum odiſſe, ſed etiam edicta & minas Imperatoris negligere cœperunt. Unde factum eſt, „ ut is mutata benevolentia, nunc Corcyreæ inſolentiæ recordatus; nunc alia atque alia injuria irritatus, vehementer illis iraſceretur, eorumque graſſationes intollerabiles ratus, „ litteris in omnes Provincias miſſis, Venetos omnes certa die comprehendi, eorumque bona publicari juberet. Quod cum ad conſtitutum tempus factum eſſet, eorumque bona partim in Fiſcum relata, partim a Præſidibus Provincialibus occupata eſſent, Venetæ - - fugam adornant. „ Verum fuerint ſive amici, ſive benevoli Imperatores Orientis in Venetos,

tos, nec amicitiæ nec benevolentiæ leges ferebant, ut jura Imperii, & Dalmatiæ in Venetos transferant, imo Venetorum gratitudo ob tot beneficia quibus fruebantur in terris Imperii, hoc petere non poterat, minus autem exigere: dum hac ætate debilis erat eorum potentia, quod ex Laurentio de Monacis clarum eſt, ob vicinos illis Duces, ut Paduanum, Tarviſinum, Veronenſem, Siciliæ, &c. ut hinc Dandulus apud Lucium fateatur, anno 1116. Henricum V. contra Hungaros auxillia illis ſpopondiſſe.

Indigna vero eſt, Lucio, viro tanto tamque docto, illa confuſio, quam lib. III. cap. 3. & 4. ex Politica conſideratione, illaqueat. Ex Scriptoribus Venetis rupti fœderis reum arguit Colomanum, quod adverſus Northmanos interceſſiſſe prætendunt, dum nihilominus Colomanus gener fuit Roberti Comitis, neque belli cujuspiam geſti, aut diſcordiarum intra ſocerum generumque, vel mentio eſſet, a coevis Scriptoribus. Sed nec occaſio, ob bella, quæ gerebantur in Oriente, præcipue ſi verum eſt: Ordelaphum Ducem in terra Sancta fuiſſe. Profecto Sanſovinus, nullius belli contra Northmanos geſti meminit: quin 1104. notat: *Gverra Sociale con Franceſi, di terra Santa, nella quale Ordelaffo con 100. galee in ajuto del Re Balduino.* Meminit 1096. *Gverra d'Iſtria.* Sed occaſione hac, conſociatio illa Ungarorum cum Venetis haud fuerit, quia anno ſequente 1097. *Baſilla* Rogerii Comitis filia, in Hungariam venit, ut ſponſa Colomani. Quare mirari nequeo Lucium ſcribentem: *In fædere inter Colomanum & Venetos contra Northmanos icto, de quo concordes ſunt utrique Scriptores* (Veneti nempe & Ungarici) *Veroſimilius eſt, cautum ne ob Dalmatiæ titulum (quod Veneti Duces jam uſuceperant, uti Dalmatiæ juſti poſſeſſores) a Colomano, Belgradi Urbe Croatica, quamvis maritima, pompa Regia, ut par eſt credere, ſumptum, quo etiam utebatur, ulla quæſtio moveretur (ne ob innane tituli nomen, communis defenſio poſthaberetur) quam quod Bonfinius contra Venetos de Dalmatiæ uſurpatione detorquet.* Mirari inquam nequeo, non ſolum dum titulum, a Ducibus Venetis *uſu receptum* ſcriberet, ſed Dalmatiæ, juſtos Poſſeſſores Venetas fuiſſe diceret. Quod neutiquam probaviſſet, imo in oppoſitum, monumenta & Privilegia exhibuiſſet; verum etiam, dum *Dalmatiæ titulum*, quin & ipſam Dalmatiam *Belgradi, Pompa Regia* a Colomano acceptum, ſine contradictione Venetorum refert. Quin ſi vera eſt, eorum conjunctio cum Colomano adverſus Nortmanos, ipſis videntibus & conſentientibus, Titulum Dalmatiæ accepit Colomanus, *Eodemque utebatur.* Viderit hæc Lucius, ideo excuſare nititur Venetos: *ne ob innane tituli nomen communis defenſio poſthabeatur.* At, ſi in Dalmatia nil habuit Colomanus, qualiter communis contrahentium defenſio fuiſſet poſthabita? ſi habuit, uti revera habuit, ex ſpontanea Dalmatarum ſubjectione, Colomani coronatione, extradatisque Privilegiis, deturbatis dehinc Dalmatis Colomano & Sacræ Coronæ, quis arguendus iniquitatis? æquus juſtusque Lector determinet. Si ante Colomanum juſti fuere Dalmatiæ poſſeſſores, Venetæ? adverſus Colomanum rectius, pro tuenda Dalmatia, quærenda fuiſſent fœdera, quam cum Colomano pactanda, contra Northmanos, & ipſa hæc confœderatio, poſt coronationem Colomani, hunc pro legitimo Dalmatiæ Domino ac Poſſeſſore, a Venetis habito recognitoque ſatis evincit. Lucius ut his quoque apparentiam faceret, ait imò æquivocare Ungaros & Venetos, dum Scriptores Ungarici, diſtinguerent Dalmatiam a Croatia; Veneti autem *Dalmaticas Civitates a Croaticis non diſtinguentes, Croaticas maritimas, inter Dalmaticas numerârunt.* Hic ego miror Lucium, dum obſervatione hac, Venetis ad totam Croatiam jus attribuere voluit, dicendoque ſuperius: uti *Dalmatiæ juſtos Poſſeſſores*, innuit eos, quà Dalmaticas Civitates a Croaticis non diſtinguentes, jus ad Croatiam extendere, conſequenter hoc, cauſa eſt: quod Dalmatiam extenſam velint, uſque ad Danubium, quamvis hoc ipſum nos docere Lucius voluiſſe videatur, dum quævis Venetorum aperiret, credens futurum Sacræ Coronæ fidelem Scriptorem quempiam, qui hæc illuſtret, ne ex cale præjudicii, legitima Sacræ Coronæ jura, Regisque noſtri Apoſtolici negligantur. Sed & illa ingenioſa eſt Lucii conjectura, Prætenſionisque Venetæ detectio: *Ungaros terreſtre dominium Dalmatiæ ſortitos, Venetos maritimum retinuiſſe, & titulum Dalmatiæ cum Rege communicâſſe. Dalmatas vero, Ungaros, pro terreſtribus, Venetos pro maritimis dominis recognoſcentes, ſuis legibus vixiſſe, probabile videtur.* DEus bone quæ æquivocatio? primò in to *Terreſtre*, an nempe *terreſtrale* ſive territorii, vel locorum continentis, & quæ extra inſulas ſunt. 2dò: an ſolius Adriatici maris Dominium, Venetis datum eſſe probabile ſit, vel unà Dalmatiæ, ſive maritimarum Civitatum. Sane ingenioſa hæc argutia, quævis elargita a Regibus Ungariæ Privilegia, facillimè explicantur, elargita nempe ut a Dominis terreſtribus. Sed qua ratione ſubſiſtent, Venetorum, qui dominium terreſtre Dalmatiæ non habuerunt, haud aſſequor. Qua item ratione Dalmatiam tenere poſſunt, qui maris unius dominium ſibi eſſe, anteriori æquivocatione faterentur. Illud demum: *Venetos, titulum Dalmatiæ, cum Re-*

Digitized by Google

ge communicâſſe, ut probabile ſit, probari deberet hæc juris communio, dum nihilominus ſucceſſive ab Henrico Imp. hunc illis titulum datum, ſcriberetur ab Excell. D. Laur. de Monacis pag. 59. Qui idem, pag. 94. de fœderibus inter Colomanum & Venetos initis contra Northmanos ſcriberet: *In fæderibus autem unionis prædictæ inter cætera ſancitum fuit, quod nec Rex, nec Succeſſores poſſint ſe ullo tempore intromittere in aliqua terra Dalmatiæ.* Quæ cum permiſſo, Ungaris terreſtri Dalmatiæ dominio, & quidem pactis iisdem, quis conciliet? Sed gratis eſt, vellint nollint Scriptores Veneti, æquivocent quibus poſſunt verbis, ſuperiora monumenta evincunt, Colomanum verum legitimumque totius Dalmatiæ, hujusque terræ, & maris; fuiſſe Regem & Dominum. Neque tenuiſſe titulum ſolum, a Venetis ſibi communicatum, ſed Dalmatiam ipſam, ac in eam poteſtatem Regiam exercuiſſe Colomanum, hujusque ut infra Succeſſores.

Reflectere debemus Lectores de ſequentibus. Primò: Ex Auctore vitæ B. Joannis Eppi Traguriensis apud Lucium lib. 3. cap. 4. nil probari. Præterquam enim, quod fateatur Lucius, a Tregvano, vitam B. Joannis anno 1203. ex antiquis Codicibus eſſe reformatam, parum refert, an Colomanus Jadram prius ſit conſecutus, vel Civitatem aliam. Imò cum ſcribat auctor vitæ: *ſatisfaciunt igitur Cives, juxta conſilium Sancti Præſulis, Regiæ ditioni* (obſerva Regiæ, & nequaquam Ducali) *& ſit deditio* (Regi nempe Colomano) *pro Civium voluntate*, his jus legitimum Hungariæ Regum firmatur. II. Inſtrumentum illud, quod Lucius loco citato pag. mihi 119. ex Archivo Monaſterii SS. Coſmæ & Damiani anno Dni 1116, &c. exhibet, poſterius eſſe, atque a morte Colomani, quo nil aliud docetur, ac moleſtias feciſſe Venetos Stephano II. Regi, filio Succeſſorique Colomani, ut Legenti clarum erit. Nec eſſe ab ullo ſubſcriptum, quin, Ducis nullam prorſus jurisdictionem indicat, dum ait: *Prædicti monaſterii libertatem violare audeat* (nullus Epiſcopus, aut Comes aut Civis) *quam non ſolum a nobis confirmandam eſſe dicimus, ſed a Beato Gregorio Romanæ Urbis Papa ſancitam in ſuis decretis eſſe cognoſcimus. Volo igitur Ducali auctoritate firmare &c.* - - quæ ſunt teſtimonii & promiſſionis, venturæ in effectum ſi Religioſi Monachi, Dalmatiæ populum a fide Ungariæ Regum ſeduxerint. Sequens autem documentum anni 1118. eſt memoria & nota, quæ Veneti Arbenſibus ſunt polliciti, ſi ad eos devolvi vellent. III. Diſtingui debere intra Scriptores & deſcriptores, quemadmodum intra Oratores, & declamatores, ac intra Auctores, & Sectarios. Quare Præſidii nihil eſt Venetis, dum tot tantique Scriptores Ungari, Croatici item, ſua deſcripſerunt ex Dandulo, cæterisque Scriptoribus Venetis. Profectò omnes Scriptores noſtri, qui ſcribæ ſunt Venetorum, ſine rerum examine ſcripſêre; obliti Reipublicæ Sacræ Coronæ, jurisque hujus publici & Regii. Utinam ea ſit apud nos quoque providentia, quæ eſt in ſereniſſima Republica Veneta, ut libri edendi, publica Magiſtratuali auctoritate revideantur, tot vulnera juris publici Sacræ Coronæ, Apoſtolicorumque noſtrorum Regum, ceſſabunt. Neque adverſus patriam, tot futuri ſunt milites, quos nunc nominare omittimus, qui ſuis ſcriptis jura, Sacræ Coronæ, & Regum noſtrorum debilitârunt. Sed ſimiles, excuſat vel accuſat neſcio, juris publici, & Sacræ Coronæ jurium ignorantia. Interim Magiſtratus totus Reipublicæ noſtræ, ſive ut vocamus, *Status, Ordinesque Regni* diætaliter congregati, in tot, totque numero articulis ſuis, jura Sacræ Coronæ ſervant, adverſus quosvis privatos deſcriptores. Confuſionem illam Scriptorum Venetorum, & reliqua, ſatis teſtatur Articulus 32. anni 1486. quo: *Item quia Veneti & Poloni omni arte omnique via, & technis conati ſunt, & ſemper conantur, ad terras & dominia ad Sacram Coronam pertinentia pedem inferre, & illa uſurpare, prouti etiam aliquam partem defacto uſurpârunt. Proinde ſtatutum & ſancitum eſt ſub nota perpetuæ infidelitatis, ut nemo Regnicolarum* &c. fors addi poſſet: *& Scriptorum*, ſub eadem pœna perpetuæ infidelitatis. Hoc ego publicum teſtimonium, anteferendum eſſe dico, quibusvis Ungaricis, Croaticisque, Danduli cæterorumque, deſcriptoribus; & ad examen, res quas deſcribunt, non revocantibus. IV. Haud male obſervare Cl. Ritterum, in *MSS. Joan. Lucii offuciis*, (quas vehementiori calamo exaravit, indignè tractando doctiſſ. Lucium) in quibusvis carthis, quæ pro Venetis exhibitæ ſunt, legi: *Dux Veneticorum, & Dalmaticorum, atque Croaticorum.* Quæ dum communia non eſſent, ſingularitatem eam indicant: quod populi Dalmatici, atque Croatici, qui in eorum terris erat, Duces ſeſe expræſſerint, haud autem Dalmatiæ Croatiæque, quarum Regionum, alios fuiſſe, Duces, Reges, Rectores, Præfectos, diplomata monumentaque evincunt. Et quid ſibi illud: *Dalmaticorum, Croaticorum* velit? quærit Ritterus. Nequit intelligi: Regionum, Civitatum, Partium, nam *Dalmaticarum, Croaticarumque* ſcribi debuerat. Ergo populorum Dalmaticorum, qui in eorum Urbe erant, cauſa negotii, aut alias, eſt intelligendum. Sicut enim Venetos fuiſſe per Imperii Orientalis terras ultro citroque illocatos, conſtat ex Byzantinis Scriptoribus, ſic & populos, præſertim Vicinos, Venetiis. V. Thomam

Digitized by Google

mam Archidiaconum, Virum celeberrimum, & cujus hiſtoriam, monumenta, quæ nunc eduntur, firmant, primam Jadræ, haud tamen totius Dalmatiæ, defectionem ad annum 1202. collocare. Quin datos Epiſcopos, Archi-Eppos; a Regibus Hungariæ conſtat, ex eodem Archidiacono atque Farlato. Item Venetos, ex prætenſione Jadræ, & hujus toties defectionum, ad totam Dalmatiam prætenſionem extendere, cum nihilominus, a parte ad totum, illegitima eſſet argumentatio. VI. Quamvis Lucius variaret in ſcribendo, ſententiam attamen ſuam clare exprimit lib. 3. cap. V. initiò, ubi etiam indigitat cauſam, Venetæ ſolicitudinis pro Dalmatia, dicens: *Quanta incommoda Venetis amiſſio Dalmatiæ, & præſertim inſularum intulerit, conſiderandum eſt, nam in Paleſtina partem Civitatum aquiſitarum conſecuti, ſedibus ibi fixis, fora exercebant. Quare eò magis navibus, militibus, & nautarum ſupplementis, ad tam diſtantia loca conſervanda indigebant, quæ omnia ex Dalmatia ſuppetebant.* VII. Si Dalmatæ, auctorem obſidionis Jadrenſis apud Lucium pag. 387. ſub N. 2. & 3. ſcrutari voluerint, & conferre cum cap. 25. Thomæ Archidiaconi, quo infeſti fuiſſe Venetis deſcribuntur, ideo quod *divitiis affluentes* fuerint, metiantur ipſi, an credere debeant, illis Scriptoribus, qui Magiſtratus Sacræ Regni Coronæ deformes illis deſcribunt, & deprædicant. Hæc quævis, æquus juſtusque lector, cum adhuc dictis combinet, feratque ſententiam, an non jure legitimo, Sacræ Regni Hungariæ Coronæ, noſtrorumque Apoſtolicorum Regum, membrum ſint, Dalmatia Croatiaque. Quorum Regnorum jus, uti hactenus illuſtrare conati ſumus: ita *poſſeſſorium*, illuſtrare infra conabimur, ex una debitæ fidelitatis devotione, erga Reges noſtros, & ſacram atque Chriſtianiſſimam Rempublicam Sacræ Regni Coronæ.

Monendos tandem voluimus Lectores. Ne mirentur Colomanum, in Diplomate ſuo, cujus meminit Lucius lib. 3. cap. 3. exprimere anno 1103. die 15. Junii *Colomanus D. G. Hung. Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæque Rex*, quæ poſtrema, in ſequentibus diplomatibus, videlicet *Ramæ Rex* omiſſa ſunt. Ramam enim ſive Boſniam Borichio ceſſerat, ex ratione ſuperius inſinuata, matrimonii condam Clandeſtini, quod lege lata, fornicationem eſſe, poſtea declaravit, uti relatum ſuperius. Fors hoc ipſum origo erat diſcordiarum inter Colomanum & Almum, quarum mentio eſt apud Abbatem Urſpergenſem ad annum 1108. quamvis ante hunc annum, has fuiſſe diſcordias credam, aut a reditu Colomani e Dalmatia. Ponit autem Abbas: belli inter Colomanum & Henricum Imp. cauſas duas, nempe: *His quærellis* (ſcilicet Almi) *motus Rex Henricus; inſuper etiam quod idem Colomanus fines Regni noſtri, ſcilicet in locis maritimis* (ſenſu relato pag. 144. ex Laurentio de Monacis fines intelligit, & credibilius ut ſupra pag. 140. diximus, dum pro Socero Rogerio adverſus Henricum miſit exercitum, exolutis Venetorum galeis, cepitque Imperiales Civitates Brunduſium ac Monopolim) *invaſerit.* Sed nil efficiente Henrico, pax coaluerit, ut anno MCXI. Colomanus ſe potitum Regno Dalmatiæ, ſupra in Diplomatibus expræſſerit. Reſidua Colomani, Regis Magni, ad inſtitutum noſtrum non pertinent. Ideo.

V. STEPHANUS II. Patri Colomano ſucceſſit anno 1115. annum enim 1124. exprimit, *Nonum Regni ſui.* Almus, vedetur Coronam ambiviſſe, ob bella, quæ Stephanus geſſit. Sed reliqua miſſa facimus. Dalmaticarum tantum & Sclavonicarum rerum mentionem facturi. Itaque vulgata Colomani morte, conatus ſuos Venetæ prodiderunt. Evulgant ultro citroque ampliſſimas ſponſiones, ut evincit memoratum inſtrumentum apud Lucium lib. 3. cap. 4. quô Ordelaphus, anno 1116. ſpondet *confirmandam* Monaſterio libertatem, recognoſcendo quædam, & ſpondendo: *Volo Ducali auctoritate firmare, ut ſi quiſpiam infringere temptaverit, libram auri Regali Fiſco perſolvet* &c. Firmantur hæc Danduli auctoritate apud Lucium, ubi refert anno 1116. menſe Martio, Henrici V. Venetias adventum, ejusque in Ducali Palatio hoſpitium, Privilegiorum, celebrata Venetiis curia, confirmationem, & quod Ducalem Provinciam Regnum (nempe ſuum Henricus) appellet, concludit: *in ſuo receſſu contra Hungaros denuo Dalmatiam invadentes auxilium ſpopondit.* His rumoribus auditis, puto ego, ex officio ſuo, Banum, ſive Ducem illum qui Spalati, Regum Ungariæ nomine fuit, Spalatenſem Civitatem occupare voluiſſe, qua de re Thomas Archid. cap. 18. Hoc ipſum attamen ſerviverit Venetis pro conturbandis Dalmatis, belloque gerendo, Dux ipſe Ordelaphus anno 1117. ab Ungaris cæſus eſt; ita enim apud Lucium Dandulus: *Dux quoque, id eſt Ordelaphus - - contra Hungaros, qui Dalmatiam hoſtiliter invaſerant - - cum Equitibus & ſtolio egreſſus eſt, pugnamque cum eis iniens, ſicut DEO placuit occiſus fuit.* Scriptores Veneti, ut firment ceſſum fuiſſe jus Dalmatiæ Venetis, ſcribunt: hac occaſione utriusque Imperatoris auxilia illis adſtitiſſe, conſequenter jus Dalmatiæ ab utroque Imperio agnitum. Felices Ungari, quorum armis: & Dux Venetiarum occiſus eſt, & Imperii utriusque, exercitus attritus. Verum has nudas aſſertiones ſuas, docendas haberent

re[illegible] Scriptores Veneti. Enimvero ut recte obſervat Ritterus, Alexius Imp. in illis tum erat circumſtantiis, ut aliorum indigeret ſubſidiis, Jonio ipſo ſpoliatus, Adriatico Ungaris jam pridem ceſſo. Neque Byzantinorum ullus meminit, Alexium pro vindicando Venetis Adriatico & Dalmatia, adverſus amicos ſibi Croatas & Ungaros, bellum geſſiſſe. His annis Henricum cum Stephano in Auſtria pugnâſſe Scriptores referunt, haud vero quod ſciam, vel legerim in Dalmatia. Sed mirum eſt, ſi uterque Imperator, ſtuduit magis elevandis promovendisque rebus Venetis, quam ſuis, quod a Scriptoribus Venetis accuſetur, familia Alexiorum ingratitudinis: Quod Succeſſor Alexii anno 1118. mortui, Calo Joannes: non ſolum renuit confirmare *Cryſobolum* Venetorum, ſed illud vetuit, Venetos imberbes efficiens, ut Dandulus apud Lucium. Accedit: ipſos Scriptores Venetos variare, nam *Sanſovinus*, Sabellicus item, a Dandulo differunt. Lucius, quamvis Dandulo ſuccurrere nitatur epitaphio Ducis Michaelis, fatetur nihilominus, ſuppoſitum eſſe, quod Dux Michael mortuus fuerit 1129. Emanuel autem imperare ceperit 1143. Quare bene obſervat Lucius in Patriæ ſuæ chronico *Memor. Trag.* lib. 1. e. 9. p. 10. *Rieſce coſi intricata l'Iſtoria Veneta, che difficilmente può eſſer inteſa;* meliusque Scriptores Sacræ Regni Coronæ, ſequentur Thomam Archidiaconum, qui retentam ſub Stephano II. fuiſſe Dalmatiam a Venetis, nuſquam recenſuit, imo *Manaſſes* ſub Colomano Rege, Hungarus natione, erat Spalatenſis Archi-Epiſcopus, ac poſt hunc plures: Bonfinium item, qui rectè vereque aſſeruit: in capta a Colomano Dalmatia, ejus dominium Ungaros continuâſſe. Hanc Bonfinii aſſertionem, ultra recenſita ſummariè, demonſtrat apud Lucium lib. 3. pag. mihi 117. confirmatio Privilegiorum: *Et ego Stephanus, Colomani Regis filius, Rex Hungariæ, Croatiæ, atque Dalmatiæ, anno Dominicæ Incarnationis 1124. Indict. 2. Menſe Julio, Nono anno Regni mei, eandem libertatem & pacem a patre meo vobis Traguriniis & Spalatenſibus Civibus ſtabilitam, cum Epiſcopis & Comitibus, & omnibus Regni mei Principibus, ſub ejusdem Sacramenti obligatione confirmo & corroboro.* Sequente ſubſcriptione tantorum. Geyſa quoque II. iſtud agnovit, in litteris ad Spalatenſes datis, apud Doctiſſ. Farlati Tom. 3. pag. 174. ſequentibus: *G.* (hoc eſt Geyſa) *DEI Gratia Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæque Rex. G.* (Gaudio) *ſuo Archi-Epiſcopo, Cernechæ Comiti. omnibusque Urbis Salonitanæ Proceribus, gratiam cum ſalute. Litterarum veſtrarum intelligentiam, diligenter ut oportuit animadvertimus, in quibus & vos noſtro compati dolori, pro Patris noſtri obitu, & Regiæ congaudere dignitati, totaliter nobis adhærendo, fide plena aſſeruiſtis; qua de re grates vobis, veſtrisque contribulibus habemus, & habere volumus non modicas. Laudabiliter enim noſtri Prædeceſſores, vos dilexiſſe comprobantur* (itaque rebelles illis, eſſe non debuerant) *cum in fide firma erga nos habita, tam vos, quam veſtros concives perſeverare videamus. Unde & potiori gratia vos complecti & volumus, & promittimus. Placuit itaque, utpote petitioni veſtræ, libentiſſime annueremus; nam & privilegium veſtrum prout voluiſtis, corroboramus antiqua lege Patruum noſtrorum, & vos ampliori dilectione, ut diximus, complecti volumus & promittimus.* His addas, quæ mox infra exhibebimus, videbisque Bonfinium vera ſcripſiſſe. Reſidua, cum Stephani II. rerum geſtarum non ſcribamus hiſtoriam, ut inſtituto noſtro aliena, omittimus.

Cæterum Regis Stephani II. apud Scriptores Byzantinos eſt memoria, de inferiore Sclavonia, videlicet apud Nicet. Choniat. Logot. Secret. lib. 1. Joan. Cinnam. quod: circa annum 1123. poſtquam Joan. Comnen. Imp. Almum ad ſe profugientem ſuſcepiſſet (quem ob nexum ſanguinis, fratrem exprimerent) neque ad preces Stephani ex finibus Imperii expelleret, prætextu ſpoliatorum Hungariæ mercatorum, in veritate autem ob receptum protectumque Almum, Stephani Regis exercitum, ſuperato Iſtro Branizobam vaſtâſſe (Cinnamus habet Belgradum) mœnibusque dirutis, & Zeugminum translatis, ex iis in Sirmio Zeugminum (hodie Zemlinum) condidiſſe. Hinc facile proceſſit, Piriſcæ ad Stephanum Regem admonitio, quam Turoczius ſcribit: *Imperatrix Conſtantinopolitana filia Regis Ladislai, nomine Pyrisk nunciat Regi Stephano, quod maritus ſuus, ipſi Regi improperaret dicens: Regem Hungariæ eſſe hominem ſævum.* Haud attamen, cauſam hanc belli fuiſſe puto, ut Thuroczius; verum ſupra relatam ex Niceta. Sunt qui volunt Stephanum hunc fuiſſe Monachum, ad extremum. At caret fundamento hæc opinio, niſi fors vel in veſte monachali fuiſſet ſepultus; vel fraternitatem cujuspiam cœtus aſſumpſiſſet, ut Sæculo decimo, hæc quoque monaſteriis utilitas, viguiſſe apparet. Neſcio unde? in ſuis adverſariis Ritterus notat: Colomanum Regem fuiſſe monachum, ſub nomine Stephani, ex quo, Græci Almuzem, & Stephanum, fratres ſcriberent, ſub Stephano Colomanum intelligentes. Sed hæc aliaque plura ſomnia, piasque ut vocant fraudes, referre pudet.

VI.

VI. Lucius lib. 3. cap. 8. ex ſilentio Thuroczii, aliorumque Scriptorum Hungariæ, male conjicit concluditque: *Venetos Adriaticæ oræ poſſeſſionem continuaſſe cenſendum eſt; vivente Stephano, ſicuti & Belæ cæci ejus Succeſſoris tempore, cum nullius ejusdem privilegii in Dalmaticis Civitatibus memoria reperiatur.* De Stephano diximus; de Bela vero II. dicto cæco, dubitari nequit ex ejus diplomate apud Farlati Tom. 3. pag. 173. ſequente: *In Nomine Domini noſtri JEſu Chriſti. Anno ab Incarnatione Domini MCXXXVIII. Indictione prima. Ego Bela DEI Gratia Hungariæ, Dalmatiæ, Chroatiæ, Ramæque Rex. Do Eccleſiæ Spalatenſi, pro remedio animæ meæ, meorumque Succeſſorum; & tibi Gaudio prædictæ Matris Eccleſiæ Archi-Epiſcopo, Eccleſiam S. Mariæ, quæ eſt Salonæ cum omnibus appenditiis ſuis, tam mobilium quam immobilium rerum, & cum molendinorum reditibus, ut nulli omnino hominum niſi prænominatæ Eccleſiæ Spalatenſi, reddatur tributum; & quicumque noſtro privilegio - - arium reſiſtere voluerit, iratum habeat trinum & unum DEum, & habeat maledictionem Sanctorum Patrum, inſuper noſtram iram inceſſanter incurrat, & decem libras auri componat; medietatem in Regali palatio, & medietatem Eccleſiæ, cui injuſtitiam fecerit; & hæc carthula maneat in ſua roboratione.* Ex Thoma item Archidiacono cap. 19. manifeſtum eſt, in pacifico conſtantique poſſeſſorio Dalmatiæ totius, Stephanum & Belam II. Reges Hungariæ fuiſſe. Imò Gaudius Archi-Epiſc. Spalatenſis, a Strigonienſi Archiepiſcopo fuit conſecratus, haud ſine reſenſu Innocentii II. Papæ Romani, ut clarum eſt, ex Papæ Epiſtola, apud Doctiſſ. Farlati, loco memorato, in qua: *in Sanctam Romanam Eccleſiam graviter deliquiſſe, & claves Beati Petri auſu temerario evacuare voluiſſe dignoſceris, dum ſpreta dignitate Sedis Apoſtolicæ, ad aliam Provinciam convolaſti, & contra veterum conſuetudinem, a Strigonienſi Archiepiſcopo conſecrationem ſuſcipere attentaſti.* Porro cum in eadem epiſtola dicat Innocentius: *Quia tamen dilectus filius noſter Bela Hungariæ Rex pro te multoties apud Sedem Apoſtolicam per litteras & Nuncios interceſſit, ipſius tandem precibus condeſcendimus, & per - - Pallium - deſtinamus.* Dubitari ex his haud poſſe videtur, Belam Regem in Dalmatiæ poſſeſſorio fuiſſe. Quamvis vero notaret Doctiſſ. Farlatus, Epiſcopum Jadertinum, Venetorum præſidio & gratia fretum, nec Sedis Apoſtolicæ auctoritate, nec hortationibus Legati Apoſtolici, adduci valuiſſe, ut in fidem poteſtatemque Spalatenſis rediret, nihilominus inane tantum nomen Archiepiſcopi eum geſſiſſe, Pallio non obtento, hacve de cauſa eum vocari in tabulis *Archielectum.* Quod Venetorum molimina denotat; nequaquam poteſtatem, cum, ſi Jadra Dominio paruiſſet Veneto, ratio non affulgeat, negati pallii Epiſcopo Jadrenſi. Ex ſuperiore Titulo Regis Belæ, videmus: *Ramæque Rex.* Hoc qua ratione poſitum? multi quærunt. Mihi veroſimilius eſt: Colomanum Regem, qui æque hoc titulo uſus fuerat, *Ramam*, ex indicata ſuperius cauſa ceſſiſſe. Borichius, ſive Barichius, Stephano Regi, ut legitimo Colomani filio, ſucceſſionem non difficultavit, verum anno 1131. deficiente Stephano, præferri Belæ voluit. Factione attamen ſua, caſtigata extinctave (vide apud Pray Annal. Par. I.) Bela, *Ramæ Titulo* uſus eſt, & ſe *Regem Ramæ*, nequaquam Borichium ſcripſit, ſatis teſtatus, Borichium a ſe pro Rege non agnoſci. Rmus Geor. Marcellevich notat, ex monumentis Eccl. Zagr. Anno 1135. ſub Bela II. Rege, *Comitem Varaſdinenſem Belec* (a quo fors nunc *Bela*, in eodem Comitatu, appellatur) contigua ſibi, Capituli Zagrabienſis bona, *Toplicæ* vocata, violenter invaſiſſe, occupaſſeque. Quam vim, ob bellicoſa tempora, jure vindicare, ad annum uſque 1181. Capitulum non potuit.

VII. Geyſa II. quo anno Belæ ſucceſſit, dubium enaſci videtur ex diplomatibus, quia in inferius deſcribendo, annum 1143. ait Regni ſui ſecundum; in altero autem, a Peterffii Tom. I. Conc. Hung. exhibito, annus 1148. *Geyſa Rege in Anno Regni ſui Octavo* legitur, ut hæc, initium Regni Geyſæ dubium faciant. Sed hæc retuliſſe ſufficiat. Quamvis vero Lucius l. 3. cap. 8. ex elargitis per Geyſam Privilegiis fateretur, Dalmatiam illi fuiſſe ſubjectam, & lib. 6. cap. 2. in quibus Dalmatarum Privilegia, Geyſa Rex auxerit, deſcriberet; tamen tum ad confirmandam rei veritatem, cum &, notitias alias, ex Farlati Tom. 3. ſequentia Geyſæ Regis, exſcribimus. Primum eſt: *Anno ab Incarnatione Domini Noſtri JESU Chriſti MCXLIII. Ego Geysha DEI Gratia Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ Rex. Confirmo Eccleſiæ Spalatenſi, & tibi Gaudine Archiepiſcopo Eccleſiam S. Mariæ, quæ juxta rivum Salonitanæ Civitatis eſt ſita, cum omnibus ſuis appendiciis, tam in terris, quam in vineis, atque hominibus, ſive molendinis; habendi, poſſidendi poteſtatem obtineas; ut a Prædeceſſoribus meis Colomano, Stephano, & noviter a Patre meo Bela jure fuit regali conceſſa* (en firmari iterum contra Lucium, Dalmatiam, ab his Regibus, fuiſſe ſtabiliter poſſeſſam) *annuentibus cunctis, nobis Epiſcopis, ſive Proceribus, prædictam con-*

ſtitutionem ſancimus. Quodſi quis contra noſtrum Privilegium aliquid frangere, vel machinare voluerit, Regalis gratiæ privetur beneficio.

Alterum eſt: „ Anno Dominicæ Incarnationis 1143. Indict. 5. Epacta 22. concurrentibus. 3. Menſis Maji Anno Secundo Regni mei. Ego Geyſa Rex Hungariæ, Chroatiæ, atque Dalmatiæ. Juro ſuper Sanctam Crucem, Urbis Spalatenſis Principibus firmam pacem, & libertatem; Mihi quoque & Succeſſoribus meis tributarii, aut angariarii ne ſitis. Epiſcopum vero aut Comitem, quem Clerus & Populus elegerit confirmabo, & lege antiquitus conſtituta, cum veſtro Judice uti permittam vos. Præter quod introitus portus Civitatis de extraneis duas partes Rex habeat, tertiam Comes Civitatis. In Civitate veſtra neminem Hungarorum, vel alienigenarum habitare permittam, niſi quem voluntas veſtra expetierit. Cum autem ad vos Coronandus, aut vobiſcum Regni negotia tractaturus venero, nemini Civium vis inferatur domorum ſuarum, niſi quem dilectio veſtra ſuſceperit. Judicem inter vos, & extraneos a me conſtitutum vobiſcum in Civitate ſedulo commorari volo, nec eum extra urbem alias proficiſcentem ſui præcepto aut ſigillo a vobis cauſa placitandi ſequendum concedo. Si quis Veſtrorum per meum Regnum, terra, marique negotia exercuerit; mihi, aut alicui Noſtrorum hominum, ex proprio commercio nullum perſolvat debitum: Obſides a vobis nullo modo recipiam; ſed in Curia noſtra ſervire volentibus rogam impendam, & morandi, ſive diſcedendi ad ſuum velle facultatem obtineant, nullamque ſuper hoc moleſtiam inferam. Ac ſi forte aliquem, dominium meum aggravare videbitur, & urbem veſtram exire voluerit, ſecurè cum uxore, & filiis, & familia, & omnibus ſuis bonis, quocumque ſibi placuerit, eat. Hæc autem omnia abſque fraude, & ingenio ad detrimentum Civium, & Civitatis in aliquo attinente obſervabo. Sacramentum hoc a Rege, & Archiepiſcopo Muchia (*ſive Mycha*) confirmatum eſt. Ego Bachienſis Archiepiſcopus laudo, & confirmo. Ego Martinus Agrienſis Epiſcopus laudo, & confirmo. Ego Paulus Veſprimienſis Epiſcopus laudo, & confirmo. Ego *Verblen Zagrabienſis Epiſcopus* laudo & confirmo. Ego Zacheus Tavar laudo, & confirmo. Ego Joannes Quinque-Eccleſienſis Epiſcopus laudo, & confirmo. Ego Paulus Canadienſis laudo, & confirmo.

Tertium: „ In Chriſti Nomine Amen. Hoc eſt exemplum cujusdam Privilegii Regalis, muniti appenſione cujusdam ſigilli, magni, rotundi ſuper appenſiva membrana, in quo quidem ſigillo ſculpta eſt regalis imago, ſedens in throno, habens in manu dextera quoddam lilium ſuperpoſitum, & in manu ſiniſtra quamdam ſculpturam rotundam cum Cruce, & ſculptæ ſunt hæ litteræ circumcirca, cruce præpoſita. Geyza DEI Gratia Hungariæ, Dalmatiæ, Chroatiæ Ramæque Dux: Cujus quidem Privilegii tenor, per omnia talis eſt. In Nomine Sanctæ Trintiatis, & individuæ Unitatis. Ego Geyza DEI Gratia Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæque Dux. Do & confirmo Beato Dompnio, & tibi Gaudio Archi-Epiſcopo Spalaten. &c. Villam quæ vocatur Srenina, cum pratis, ſylvis, paſcuis, nemoribus, & aquimoliis, & omnibus aliis ſuis pertinentiis, incipiendo a Mazera, quæ vocatur Zavala, juxta torrentem nominatum potoch, & verſus partem aquilonarem ad rupes proximioris montis; & inde verſus Orientem recto tramite per Stinizam in longum ad magnas macerias, quæ dicuntur Slavicze Gomille lipe; inde ad meridianam plagam ad aquam, quæ vocatur Briſnich. Deinde ad lapidem cum Cruce ſculptum, & ad alium montem Zavale. Omnes quoque villas, terras, & poſſeſſiones, quas Branimir Dux Croatorum, & ſui progenitores, donaverunt beato Dompnio, vel confirmaverunt, ſimul cum prædicta villa Srenine, cum ſervis & ancillis, quos & quas ab antiquo Eccleſia S. Dompnii habuit in ipſis villis, terris & poſſeſſionibus: Et filios & filias eorumdem do & confirmo perpetuo poſſidendum. Decernens auctoritate Regia, ut non liceat alicui Bano, Principi, Comiti, & aliis meis Miniſtris ipſum Archiepiſcopum, & ejus Eccleſiam in præfata donatione, & confirmatione moleſtare, inquietare vel defraudare. Quicumque hujus meæ donationis, & confirmationis paginam violare præſumpſerit, iram omnipotentis DEI, & Regiam indignationem incurrat. Et ipſa donatio & confirmatio ſuum robur obtineat perpetuæ firmitatis. Data per manus Barnabæ Aulæ Regiæ Cancellarii, in præſentia Lucæ Archiepiſcopi, & *Arpæ* Bani, & aliorum Principum. Anno Incarnationis, Milleſimo, Centeſimo, Quinquageſimo Octavo.

Agnoſco profiteorque debilitatem meam, diligentiſſimo examine, monumenti præmiſſi inſtituto, quid ſibi vellit, Titulus: *Ego Geyza, Hungariæ, Dalmatiæ, Chroatiæ, Ramæque Dux*, conſtituere neſcio. Enimvero tam priora duo diplomata, quam etiam inferius, Geyſam, Regem Hungariæ &c. exprimunt: hoc Ducem Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ. Infra deſcribendum diploma, anni ejusdem eſt, nempe 1158. iisdem teſtibus, & ab eodem Cancellario. Qui? ignoráſſe eum ſuſpicabimur, Regem a Duce diſtingui. Quare opi-

ad

Digitized by Google

nione mea, poſtquam in deſcripto ſuperius ſigillo, eoque ſculpto, æque legeretur: *Geyza DEI Gratia, Hungariæ, Dalmatiæ, Chroatiæ, Ramæque Dux.* Hinc ſculpta ſigilli epigraphe foret eadem cum Titulo; eſſentque teſtes duo, ſigillum videlicet, cum diplomatis titulo; *Geyſæ Regi*, filius fuerit, Geyza nomine, qui Ducis titulo, Dalmatiam, Croatiam, & Ramam, gubernavit, ab exemplo anteriorum Regum, ſequentium item. Quare Geyſæ Regi, plures fuiſſe filios, ac Stephanum & Belam, hinc deducimus. Accedit: *Barnabam* æquè ſe diſtinguere, dum ait: *per manus Barnabæ Aulæ Regiæ Cancellarii.* Profectò ſatis videtur diſtinguere, officium ſuum *Regis Geyſæ* eſſe, rem vero a ſe expeditam, *Geyzæ Ducis*, qui tum, penes genitorem, ut fors minorenis, fuerit. Quod item tria diplomata, in quibus *Rex*, ſcribantur hac ortographia *Geyſa*: ubi vero *Dux*, tam in ſigillo, quam titulo *Geyza.* Ego hæc aliter, interpratari nequeo, poſtquam ſigillum, vindicaret diploma, ab ejus falſitate. Si hæc mea explicatio, ex ſilentio Scriptorum noſtrorum, Geyzæ hujus Ducis, ac filii Geyſæ Regis, non probetur; eſtò notum ſit ex cauſis pag. 83. inſinuatis, antiquis Scriptoribus nos deſtitui, Thurocziumque, duobus Sæculis poſteriorem, primatum habere; lector erudite, hæc illuſtrare, dignare. Chronica Croatica ad annum 1161. morte Geyſæ Regis notata ait: *Imel ie chetiri Szine, Steffana, Belu, Arpada, i Gejzu.* Sive: *erant illi 4. filii, Stephanus, Bela, Arpadus, & Geyza.* Poſteriores hos puto præiviſſe morte genitorem ſuum, dum horum nulla eſt apud Scriptores memoria, a morte patris. Interim condiſcimus ex diplomate anteriori, præter tot cætera, *Banos*, plures fuiſſe; *ut non liceat alicui Bano.* Item Lucæ Archiepiſcopi Strigonienſis, nec *in Archiepiſcopis Strigonienſibus, Tyrnaviæ anno 1752. editis*, exactam eſſe Chronologiam, dum iſthic exordium Archiepiſcopatus Lucæ, ad annum 1162. figitur. In robur priorum, atque cumprimis, Regem *Geyſa*, a Duce filio *Geyza* diſtinguendum eſſe, en anni ejusdem 1158. diploma, quod Regia auctoritate eſt expeditum.

In Nomine Sanctæ Trinitatis & individuæ unitatis. Ego Geyſa DEI Gratia Hungariæ, Dalmatiæ, Chroatiæ, Ramæque Rex. Do & confirmo B. Dompnio, & tibi Gaudio Archiepiſcopo fideli Noſtro, pro anima mea, & parentum meorum, Eccleſiam S. Bartholomæi de Tino, cum omnibus pertinentiis ſuis; & Monaſterium S. Stephani, & S. Moyſi de Salona, cum omnibus pertinentiis ipſorum. Auctoritate Regia decernens, ut non liceat alicui hominum, Bano, Principi, Comiti, ſeu cuilibet Miniſtrorum noſtrorum ipſam Eccleſiam, ſive Archiepiſcopum ipſius, de præfata donatione moleſtare, inquietare, minuere, vel defraudare. Quicumque vero hujus meæ donationis paginam violare præſumpſerit, Iram Omnipotentis DEI, & Regiam indignationem incurrat, & ipſa donatio nihilominus ſuum robur obtineat. Data per manum Barnabæ Aulæ Regiæ Cancellarii, in præſentia Lucæ Archiepiſcopi, & Arpæ Bani, & aliorum Principum. Anno Incarnationis Chriſti, 1158.

De Jadra difficultas eſt, cui nempe paruit? Erectio Sedis hujus ad Archiepiſcopalem dignitatem, quod anno 1145. evenit, res tanta non eſt, cum hoc Gaudii Archiepiſcopi Spalatenſis conſenſu eveniſſe credendum ſit; dum Sedes Apoſtolica, jura cujusvis illæſa cuperet, *Gaudiusque Primatialem* ſuam dignitatem, hac elevatione Jadrenſis Sedis amplificaverit, obſervante hoc ipſum, Doctiſſimo Farlato. Sed quia in Tabulis SS. Coſmæ & Damiani, apud Farlati exprimeretur: *Anno 1146. Indictione nona, tempore Petri Pol. Ducis Ven. & Lampridii Jadrenſis Archiepiſcopi & Petri Comitis* &c. Argui poſſet, Jadram ſub Geyſa II. Venetorum poteſtatis fuiſſe. Verum hæc, nec Th. Arch. c. 20. nec ipſe Dandulus ſcriberet, qui unicè *Protectionis* meminit, *cum de Salona, Spalatum foret translata Metropolis, eamque & Tragurium, Sebenicum, & plura alia loca Croatiæ, Hungarica rabies occupaſſet; Jadra cum Inſulanis urbibus ſub Ducali protectione manentibus, gravis inter ipſos Civitates eſt orta diſſenſio. Tunc Lampridius Jadræ Epiſcopus, Ducis præſidio, ab Anaſtaſio Papa, ut Jadrenſis Eccleſia Metropolis, & Palliata de cætero foret, privilegium obtinuit, illique, Inſularum Cathedrales Eccleſias, Romanæ Eccleſiæ obedientes, ſubjecit.* Dand. l. 9. c. 14. part. 12. teſte Farlati. Ultima verba reflexionem merentur. Sed explicatio huc non pertinet, verum cum ſint Hiſt. Eccl. ideo: Preces, comendatioque eatenus Venetiarum Ducis, pro Lampridio, ſubjectionem Jadræ Venetis, eo minus evincunt, quod ejusmodi preces, nunc etiam impetrari ſolent, poſſuntque; pro elargienda quapiam, Sedis Apoſtolicæ Gratia, quin legitime concludatur, oratorem ſubditum ejus eſſe, qui commendat, ſeſeque interponit. In caſu autem præſenti, eſt luculentum, ex eodem Dandulo, ita ſcribente: *Anno Domini 1154. Papæ Adriani primo, Henricus Dandulo Patriarcha, Ducis hortatu, Romam properans, approbationem Patriarchalis Sedis in Grado, & jus Primatus ſupra Jadratinum Archiepiſcopum, & ejus Suffraganeos ab Hadriano obtinuit; ut ſicut Populus antiquis temporibus Venetorum Duci obtemperabat; ita Clerus eorum Patriarchæ pariter obediret.*

Ego prætermitto illam æquivocationem Danduli: *ut ſicut populus*; tacendo: quis ille *populus*? At ſi Jadrenſem intelligit, ipſe fatetur: *antiquis temporibus Venetorum Duci, obtemperabat*, igitur teſtimonio Danduli, & Interpraetis priorum ſuorum: *Jadra cum Inſulanis Urbibus, ſub Ducali protectione manentibus*. Item: *Ducis Præſidio* &c. tunc, ſive ſub Geyſa II. añis 1145. item 1154. & 1155. ac ſequentibus, Jadra cum Inſulis, ſub poteſtate Venetorum non fuerat. Scriptores Venetæ, hoc ipſum fuiſſe cauſam volunt, ut Jadrenſes ad Hungaros deficerent. Miror, ſi eorum fuerunt ſubditi, quid fuit? ut iniquam Eccleſiæ ſuæ cenſuerint ſubjectionem, hujuſque elevationem ad Archiepiſcopatum. *Jadrenſes periniquo animo* (verba ſunt Farlati) *tulerunt Eccleſiam ſuam in ditionem redigi Patriarchæ Gradenſis: id quod eorum animos a Venetis alienavit, & ab Imperio Venetorum ſæpius deficiendi initium & cauſam præbuit* (Quomodo initium præbuit, dum Dandulus a Farlati citatus ait: antiquis temporibus Venetorum Duci obtemperabat) *cum autem diu, multumque reluctati fuiſſent, vix tandem adduci potuêre, ut ſuum Archiepiſcopum, eidem Patriarchæ ſubeſſe paterentur. Sed hæc alias.* Præmiſſa referre credidimus, ad intelligendas æquivocationes, quæ ex eodem Dandulo, ſunt dilucidatæ, ut ſcrupulum nemini facere debeant, ſi legatur, *Præſidio Ducis Venetorum*, Jadrenſem Sedem, ad Archiepiſcopalem fuiſſe elevatam. Sed neque putes erudite Lector, *Jadram* ſui fuiſſe juris, atque a Geyſa & Hungariæ Regno independentem. Enimvero ex Farlato, Thoma item Archid. cap. 20. conſtat, dum de Lampridio ad Jadrenſem Sedem promovendo ageretur, Comitis tum Jadræ *Petrana*; ſive Petri, favoribus Lampridium fuiſſe electum, obtinuiſſeque Pallium. Idem vero *Petrana*, quod Hungariæ Regi ſubjectus fuerit, teſtatur monumentum Tom. 3. pag. 185. apud Cl. Farlati, ubi: *Anno D. N. JEſu Chriſti 1164. Indict. XII. Temporibus itaque Domini Stephani Regis Hungariæ, & Ampudii ejus Bani. Nos denique Petrus, DEI Gratia Solonitanæ Eccleſiæ Archiepiſcopus* &c. ibi legenda, ubi: *ante Albeuſum, qui tunc temporis in loco Bani erat - - ac prædictus Albeuſus viſa ratione Preſtaldum nobis Bogdanizum dedit; deinde Stephanus frater Cippæ, loco fratris ſui venit cum Petrana Comite, qui tunc temporis ſub Rege Ungarico erat, & miſerat illum Banus cum fratre ſuo in iſtis partibus - - ac infra - Hoc ergo nos audientes, ea, quæ prænominatus Stephanus, frater Bani cum Petrana Comite judicaverunt, nos confirmavimus* &c. Profecto liquet hinc, anno 1115. & ſequentibus, ſive Geyſa II. vivente, Jadram, & Comitem hujus Petrana, nequaquam Venetis paruiſſe, verum *Petrana Comite - qui tunc temporis ſub Rege Ungarico erat*, & quidem a Bano dependens, ut contextus evinceret. Itaque in ſtabili firmoque Poſſeſſorio Dalmatiæ, Geyſa quoquo fuerat. Firmantur iſta, *Abſalonis* Hungari in Archiepiſcopum Spalatenſem, poſt Gaudii, ſive reſignationem, ſive privationem, electione. Hac de re legendi Archid. Spal. ac Farlatus Tom. 3. Ex *Abſalonis* hujus epiſtola ad Spalatenſes, apud Farlati Tom. 3. pag. 180. condiſcimus: cauſam, quæ erat Abſaloni, cum Mercurio Comite, in *Regio auditorio* fuiſſe agitatam in Hungaria. 2. Vivente Geyſa, pro more Dalmatiæ Croatiæque fuiſſe Ducem Geizam alterum, filium Regis. Et ſub hoc Banum, ſcribit enim: „ Scitis enim in præſentia „ veſtra, quam coram Legato Regis, qualiter Mercurius Comes, contra Dominum, quam in „ nos inſanivit; idcirco quia juſtitiam meam quærebam, relatum eſt hoc Regi, quam Duci, „ & toti Regno. Unde valde indignati fuerunt; & quia ego in præſentia Regis fui interro„ gatus, voluit, noluit, oportuit me dicere. At tum tantum rogavi Regem, quam Ducem, „ quod condonaverit ſibi, & cum gratia circa Regem moratur, & cum honore Spalatum re„ dibit - - - Hoc Rex & Banus audientes majores grates vobis referent. Quod ſi non fece„ ritis, nos quidem per gratiam Regis, quam Ducis in Dalmachia erimus - - - Nos verò cum „ conſilio Regis & Ducis mittimus inter vos Joannem Comitem noſtrum &c. „ Quare Geizæ Ducis, ut ſupra ſumus commentati, hinc quoque memoria firmatur, cum ſcripta ſit epiſtola circa 1160. niſi velis, Geyza Duce mortuo, Stephanum illi ſucceſſiſſe, poſt annum 1158. Anno 1148. Bela ſive Belus erat Banus evincentibus monumentis. Credo hunc fuiſſe Geyſæ Avunculum. *Arpa* Banus erat Croatiæ, ut ſuperiora teſtantur monumenta. Quæ bella Geyſa II. geſſit? cum non ſit inſtituti noſtri, Annal. Parte I. Cl. Pray, videndum. Addimus tantum, videri nobis veroſimile admodum, Borichium quacumque demum occaſione & modo, ſic ſub Geyſa tranſegiſſe: ut prætenſione ſua ad Coronam Hungariæ ceſſa, jure item in Ramam, dominia quædam a Rege collata acceperit, cum Banatus Regni Sclavoniæ honore. Equidem infra Hiſt. Zagr. pag. 76. *Boricio Bano* exprimitur. In *notitiis autem Eccl. Quinque-Eccleſienſis* exhibemus Belæ IV. ſententiam, anno 1259. feria quinta poſt Feſtum S. Michaelis Albæ latam, in favorem Philippi Epiſcopi Zagrabienſis, ubi: *Quod cum Venerabilis Pater Philippus Epiſcopus Zagrabienſis dilectus & fidelis noſter, ſuper terra S. Martini, condam Borich Bani, a Paulo filio condam Borich Bani, coram Nobis tractus fuiſſet*

ſet

Digitized by Google

ſet in cauſam, idem Paulus prædictam terram, utpote hæreditariam ſibi cum inſtantiâ reſtitui poſtulavit &c. Arguimus hinc Borichium, dominia in Hungaria accepiſſe, tenuiſſeque. Neque in ſententia, hæc Paulum non probâſſe aſſeritur; ſed in pœnam falſificatarum quarumdam Belæ IV. litterarum, terra S. Martini auffertur a Paulo, adjiciturque Epiſcopo: „ In ipſa inſtantia judicii (ita in ſententionalibus) prædictus Paulus depræhenſus eſt Noſtras „ Regias litteras falſaviſſe. Cum igitur etſi aliquid juris in prædicta terra S. Martini præ- „ fatus Paulus haberet, præter vitium compertæ falſitatis, ipſa terra S. Martini, ſicuti & a- „ lia bona ſua, ad noſtras manus eſſent merito devolvenda. Nos deliberato omnium Baro- „ num noſtrorum, qui tunc aderant conſilio, prædictum Zagrabienſem Epiſcopum, ſuper „ ipſa terra S. Martini, ab impetitione ipſius Pauli, & omnium, qui nomine, jure, ſeu occa- „ ſione ipſius Pauli, ipſum impeterent, vel impetere poſſent, ſententionaliter duximus abſol- „ vendum: Adjudicantes eidem Epiſcopo, & pro eadem ſumma, prædictam terram S. Marti- „ ni perpetuo & pacificè poſſidendam &c.

Apud Pray Annal. Par. I. pag. 145. male aſſeritur: pleraque Dalmatiæ oppida; *aut ab Venetis ad Hungaros tranſiſſe* &c. dum ex anterioribus conſtat, Venetis, ſub *Geyſa* in Dalmatia nil fuiſſe. Titulus vero Conradi Comitis Dachovienſis, qui legitur: *Chunradus de Dachawe Dux Croaciæ Dalmatiæque* ex varia Scriptorum acceptione Croatiæ Dalmatiæque proceſſit. Rem hanc ab aliis illuſtrandam ſpero, mihi enim privato homini, ea non eſt librorum copia, ut decidere queam. Ex Chronico Andreæ Presbyteri Ratisbonenſis condiſco Fridericum I. Imp. multa innovâſſe priora, & Marchionatum Auſtriæ, in Ducatum elevâſſe, an. 1156. teſte Diplomate Friderici, ab Andrea exhibito. De Conrado hoc, ita habet Andreas: *Anno Domini MCLXIV. Gebhardus de Purkhauſen obiit. Ex tunc Duces Bavariæ caſtrum Purckhauſen poſſederunt. Tunc temporis Conradus Croatiæ atque Dalmatiæ Dux, natione Noricus, de caſtro Dachaw oriundus, apud Pergamum finem vivendi fecit, ejusque corpus in terram ſuam deportatum, in Monaſterio Schyren eſt ſepultum. Cujus liberalitas, & in multis probata periculis animi magnitudo meruit, ut ſubtractus ex hac luce, memoria illius longo tempore apud poſteros non deleatur.* Laurent. de Monacis lib. 7. pag. 122. In Vitali Michaele Duce fatetur: *Fridericus Primus adhæret Octaviano antipapæ: dum Venetæ eidem* (nempe Alexandro III.) *etiam unanimiter adhærent; Imperator contra fœdus* (idem D. Laurent. pag. 59. refert: a Friderico Primo data Venetis Privilegia, apud Venetias in Palatio Ducis XVI. Kalend. Septemb. præſentibus Patriarchis Aquilejenſi & Gradenſi anno Domini 1197. per Privilegium datum apud caſtrum Johannis, Octavo Idus Junii) *Venetos pro hoſtibus habens, jubet eorum fines invadi, ejusque juſſu, Veronenſes, Ferarienſes, & Paduani ſub dolo intercipiunt caſtrum Capitis-Aggeris.* Itaque dum idem D. de Monacis fateretur, Patriarcham Aquilejenſem fuiſſe cum Imperatore antipapiſtam, puto ego Conradum hunc Dachauienſem, ſubmiſſum fuiſſe adverſus Venetos, hinc quia apud Pray Annal. Par. I. D. Ludewig haberet, Ducem eum fuiſſe creatum *Maraniæ*, quæ olim erat ſub juris dictione Epiſcopi Croatenſis, Titulum hunc: Dux *Croatiæ Dalmatiæque* a Conrado fuiſſe aſſumptum, aut etiam eidem ab Imperatore conceſſum. In Pergamo enim, anno 1164. fide Andreæ Presbyteri obiit. Hac vero ætate, ad obtendendum jus Dalmatiæ, cauſa maris Adriatici, ob ejus utilitatem, atque ad terram Sanctam ſæpius progreſſum, Dalmatiam extendebant, Imperator uterque, Veneti, ac Vicini alii, ut Dalmatiæ nomine, quævis maritima cenſeri debere, prætenderetur. Quod combinatio Scriptorum evinceret. Ego de Conrado aliud monere neſcio. Hoc ſcio, his ipſis temporibus, Duces Croatiæ Dalmatiæque fuiſſe, ut ſupra Geyza Dux, & infra Stephanus. Banos item; Dalmatiamque cum Croatia & Sclavonia, Reges Hungariæ pro ſuis Dominis habuiſſe, ut ſuperiora teſtarentur. Neque *Ducis Conradi*, in Dalmatia Croatiaque repertum adhuc eſſe, ullum monumentum. Quare Conradus præter Titulum, in Croatia Dalmatiaque nil juris poteſtatisque habuit. Neque in ullo Diplomate Regum Hungariæ, Titulus ille Conrado datus agnitusque fuiſſe, eruitur. Hinc ſenſu iſto, Hiſt. Zagr. pag. 78. eſt accipiendus; neque enim ibi aliud poſuimus, ac quod ſub nomine Ducis: Croatiæ Dalmatiæque inveniatur, & legatur. Qua ratione? nequaquam tum examinantes, ut ſtudioſè omittentes talia, quibus Civilis hiſtoria illuſtretur. D. Laur. de Monacis pag. 128. Friderici Imp. tertiogenitum filium ait *Octonem Conradum.* Hunc pugnâſſe contra Papam Alexandrum III. & a Venetis Papæ defenſoribus, captum fuiſſe. In cujus victoriæ memoriam, Pontifex Duci annulum porrexit dicens: *Te fili Dux, tuosque Succeſſores volumus ſingulis annis annulo mare deſponſare, ſicut vir ſubjectam ſibi deſponſat uxorem, quia ab infeſtationibus meis mare taliter quietaſti.* Narrat deinde Octonem fuiſſe dimiſſum e captivitate, conditione illa, ut concordiam procuret, quod & factum, cum Imperatoris Friderici ea ſubjectione, ut in Foro Veneto, Imperator ſpectante diverſarum gentium multi-

multitudine, ante D. Papam cum omni humilitate & devotione flexis genibus iterum & iterum provolutus, pedes ipſius oſcularetur, ita: ut quoties ad D. Papæ pedes deſcendens ſe humiliter inclinaret Imperator, toties Te DEum laudamus, univerſus Clerus & populus voce maxima proclamaret. Si hæc vera ſunt, quod non examinamus, Conradi Titulos facilius explicaremus. Sed Andreas Presbyter Conradum, natione Noricum fuiſſe ſcribit. At quævis hæc doctiores examinent.

VIII. Thuroczio teſte, Geyſa II. pridie Kalen. Junii obiit, anno 1161. Firmatur hoc diplomate inferius legendo. Quæ fuerat pro Corona diſſenſio, notum eſt e Scriptoribus. *Stephanus* Patri ſuccedere voluit, ſed a Patruis *Ladislao* atque *Stephano*, obices habuit. Fridericus Imperator, tot rebus in Italia implicitus, ſeſe his noſtratibus rebus immiſcuiſſe non legitur illico, ſive Geyſa mortuo. Quæ his de rebus, a Cl. Pray, aliiſque ſcribuntur, non deſcribimus. Videantur apud Scriptores. Sententia mea, diſcordiæ iſtæ, necdum ſatis ſunt illuſtratæ. Combinatione monumentorum quæ in lucem prodierunt, Scriptorum item; mea opinio ſequens eſt, quæ ſi doctis, eruditiſque viris non probetur, eam emendari illuſtrarique expeto, futurus hercle diſcipulus, quiſquis, rerum harum confuſarum, veritatem demonſtraverit. Itaque puto ego, mortuo Geyſa, filium ejus Stephanum, fautoribus caruiſſe. Atque electionis liberæ occaſionem nactos, hujus ſtudioſiores evaſiſſe. Hinc quamvis Niceta Choniate teſte, cauſa ſervandæ libertatis (ne videlicet ob affinitatem Stephani cum Manuele Imp. qualitercumque ſubjectum Græcis reddi valeat Regnum) a Stephano, Geyſæ fratre, abhorruerint; tamen ſive vi armorum, ſive promiſſionibus Manuelis, eo deſcendiſſe videntur, ut ab exemplo anteriori, Salomonis videlicet tempore, quô, intra eum, Geyſam & Ladislaum facta fuit Regni partitio, nunc quoque, inter tres prætendentes partiretur, Stephanum nempe Geyſæ filium, hujusque patruos Ladislaum, & Stephanum. Itaque Croatia Dalmatiaque *Stephano Geyſæ filio* obtigit, cum titulo Regis, quoque Hungariæ: *Ladislao* Hungaria, *Stephano* Manuelis affini, Sclavonia, Boſnia, cum parte Hungariæ inferioris. Uterque etiam horum, Regios ſervaret Titulos, & *Urami*, Cinnamo teſte, ſive *Dominus noſter* ab Hungaris appellaretur. Opinari hæc, monumenta nos faciunt. Enimvero de Stephano Belæ II. Regis filio, infra Hiſtor. Zagr. pag. 76. perhibet diploma, anno 1163. ubi, *primo anno Regni ſui*, eum deſcriptis partibus imperâſſe. Ubi dum aliorum Epiſcoporum non eſſet mentio, ac Archiepiſcopi Bacſienſis, Epiſcoporum item, Quinque-Eccleſienſis, Varadienſis, Chanadienſis, Zagrabienſis, Comitum item ibi legendorum, cum clara expræſſione: *Coram Principibus Regni*, conſequens eſt, hos ſui Regni fuiſſe Principes, & jurisdictionem Regni ſui, in indicatis metiendiſque abinde limitibus, fuiſſe incluſam. Reſiduum fratris ſui Ladislai II. eſſe debuiſſe concludimus. Ladislai hujus, nullum adhuc monumentum in lucem prodiiſſe reminiſcimur, illius nihilominus Regnum, Scriptores teſtantur, quamvis de anno & morte ejus differant. *Stephano* Geyſæ filio Dalmatiam Croatiamque obtigiſſe, deducimus, ex diplomate illius, anni æquè 1163. ſequente, apud Farl. Tom. 3. pag. 184. „ In Nomine Sanctæ, & „ Individuæ Unitatis. Ego Stephanus Domini Regis Geyzæ filius, DEI Gratia, Hungariæ, „ Dalmatiæ, Chroatiæ, Ramæque Rex, una cum Domina Regina Matre mea, & Principibus meis, confirmo B. Domnio, & tibi Petro Archiepiſcopo fideli noſtro præceptionem & „ ſubjectionem, quam fecit illuſtris Pater noſter, omnibus Epiſcopis per Dalmatiam conſtitutis, & omnes Parochias, quas Prædeceſſores tui tenuerunt, & maximè Parochiam Corbaviæ, Barani, Plaſi, & Vallis Vinariæ (vulgo hodie Vinodol) Modruſſæ, Novigradi, Capellam etiam S. Stephani, & S. Moyſi de Salona, cum omnibus ad eas pertinentibus, quas „ pater noſter Rex Geyſa conceſſit eidem Eccleſiæ S. Domnii, auctoritate Regia confirmamus, præcipientes: ut non liceat alicui hominum, Bano, Principi, Comiti, ſive cuilibet „ Miniſtrorum noſtrorum, ipſam Eccleſiam, ſive Archiepiſcopum ipſius, de præfata ſubjectione, & præceptione facta Epiſcopis, ſive de prædictis rebus moleſtare, inquietare, minuere, vel defraudare. Quicumque vero hujus noſtræ confirmationis paginam violare præſumpſerit, iram Omnipotentis DEI, & noſtram indignationem incurrat, paterna donatione & præceptione, confirmatione quoque noſtra nihilominus ſuum robur obtinentibus. Datum per manum Stephani Cancellarii, & Dominæ Reginæ Capellani, in Parochia tituli; „ in præſentia Epiſcoporum Rodani Nonen. Lampridii Scardonen. & Dede Chroatien. in „ præſentia Comitum Martini Spalatenſis, & Gregorii Sclovoniæ filii, & Cotromani; Secundo anno Regni Noſtri, anno Incarnationis Chriſti, Milleſimo, Centeſimo, Sexageſimo „ Tertio. „ Horum combinatio, memoratam ſupra diviſionis ſecutæ opinionem meam, a nemine quidem ſcriptam hactenus, cauſavit. Superius Stephanus Belæ II. filius, ſui Regni Principes exprimit; hic quoque Stephanus Geyſæ II. filius, *cum Domina Regina matre mea* inquit, & *Principibus meis*, uterque ſuos Epiſcopos, cum Archiepiſcopo exprimit. Uterque

Digitized by Google

que tacet, Strigonienſem, & Epiſcopos Hungariæ, quos ideo credimus ad Ladislaum pertinuiſſe. Annum 1163. Regni ſui vocat primum, Stephanus ille, iſte ſecundo anno Regni Noſtri exprimit, a morte videlicet Geyſæ patris ſui. Cæterum ex diplomate hoc, mirificè firmantur, quæ ſuperius ſcripſimus, Sclavoniam nempe, a Croatia diſtingui, & Modruſſiam, Corbaviam, Vinodoll, Novi Croatiæ eſſe, Zagrabiam, & quæ ad Modruſſiam ſunt aut malis dicere, a Modruſſia verſus Orientem, Sclavoniam eſſe, fuiſſeque ita ab olim habitam.

Diploma ſupra pag. 160. indicatum & apud Farl. pag. 185. legendum, evincit Stephanum Geyſæ filium, Dalmatiam Croatiamque anno 1164. poſſediſſe, dum Petrus Archiepiſcopus Spalatenſis orditur: *Anno D. N. JEſu Chriſti 1164. Indict. XII. temporibus Domini Stephani Regis Hungariæ, filii Geyſæ Regis, & Ampudii ejus Bani.* Combinatione etiam horum obſerva erudite Lector, in diplomate hoc, *Ampudium*, quem puto a noſtris Ompudinum ſcribi, Banum exprimi, in alterius verò Stephani diplomate, *Boricio Bano* legi. Hinc dignitates, ſive Baronatus Regni, fuiſſe a quovis obſervatas. Sane quæ ſit rerum ſub tribus his Regibus geſtarum obſcuritas, non eſt ut deploremus. At non ſolum obſcura ſunt quævis, at admodum variant. Hi enim Ladislaum intra annum 1164. mortuum volunt, hi reſignâſſe: verum cui? & qualiter? tacent: hi eundem vixiſſe ad annum 1172. volunt. Mihi combinatione Scriptorum, continuâſſe civilia bella, ad Belam uſque III, videntur. Quamvis enim anno 1164. Petrus Archiepiſc. Spatatenſis exprimat; *Temporibus Dni Stephani Regis Hungariæ*, haud attamen Stephanus fuit tum in Dalmatia, quod apud Pray, Contin. Coſmæ Pragen. ſcriberet ad an. 1164. *Vladislaus Rex* (videlicet Bohemiæ) *terram Hunorum intravit, Regem Græcorum ex ea perturbavit* (puto Stephanum IV. deſignari) *Ungarorum Optimates pacificavit.* Apud eundem Pray, Chronicon incerti authoris ad an. 1164. narrat: diſſentientibus inter ſe Geyſæ fratribus, & filio ejus. Filium Geyſæ, Imperatorem Fridericum, datis quinque millibus Marcarum ſuæ parti adjunxiſſe. Proinde anno 1164. Stephanus in Dalmatia vix fuerit. Interim anno eodem, neſcio quas, Spalatenſes paſſi fuêre adverſitates, quas colligere eſt ex Epiſtola Alexandri Papæ apud Farl. Tom. 3. pag. 186. quin ex tenoribus epiſtolæ ſubdubito, an non Dalmatæ quæſiverint, ſemet in Papæ clientellam ſubjicere; pro more tamen Reſcriptorum, res obſcura eſt. Petrus Archiepiſcop. Spalatenſis, quia in Hungariam progreſſus fuiſſe, circa annum 1165. ſcriberetur, Albæque Regali ſepultus 1166. ad Regem Stephanum indubie iverit, qui tum, pro Ladislao quoque ibi Regnum tenuerit.

Profecto fundamento omni caret, & cum circumſtantiis horum temporum, conciliari nequit, quod poſt Dandulum, Scriptores Veneti dicunt: Regem Stephanum cum exercitu ad maritimas veniſſe partes, & Dalmatinos attraxiſſe, Spalatum nempe, Tragurium, Sebenicum, pluraque alia loca, largifluis Privilegiis obtinuiſſe. Vix etiam ſubſiſtere poſſunt, nuptiæ illæ, quas Dandulus refert, a Stephano Rege factas, intra Leonardum Comitem Auxerenſium, cum filia Ducis Deſæ, & Nicolaum Comitem Arbenſium, cum Maria, filia Ladislai patrui ſui. Præterquam enim quod Ladislaum cælibem vixiſſe, ſit credibilius; tamen ob Coronæ diſcrimen, quod fuit intra Ladislaum & Stephanum, vix nuptiæ illæ, de Ladislai filia, tractari a Stephano potuêre. Quare Doctiſſimus Farlatus jure merito, tam Venetos, quam & horum deſcriptores Hungaros rejicit, dicens: *Idem Scriptores Hungarici confirmant, quod mihi non probatur, neque ſit veroſimile; Ex quo enim hæ urbes ſub Imperium Belæ II. Regis Hungarorum rediverant - in eorumdem fide ac poteſtate manſerunt, uſque ad annum fere Septuageſimum hujus Sæculi, ut Privilegia Regum Hungariæ Bellæ II. & Stephani III. iisdem Civitatibus conceſſa demonſtrant; quorum poſtremum Stephanus III. Sibenicenſibus dedit anno 1167. Nec vero Venetis ſed Hungaris, Emmanuel Orientis Imperator illas urbes ademit, ut ſuo loco dicemus. Stephanus ergo Spalati, Tragurii, Sibenici dominatum, non Venetis ereptum recuperavit, ſed ab avo & parente traditum retinuit, ac deinde ademptum ſibi ab Emmanuele, amiſit.* Quare ſub Stephano quoque Rege Dalmatia ut juris legitimi Coronæ Sacræ, ſub poſſeſſorio manſit Regni Hungariæ. Sed ſi quæ fuerunt molimina, in Regum Hungariæ diſcordiis, pro obtinenda Dalmatia, ea potius Romæ eſſent attribuenda. Equidem mortuo Petro Spalatenſi Archiepiſcopo in Hungaria, *Albertus Cardinalis de Mora*, ut cap. 20. Thom. Archid. legationis titulo Spalati ſedens, effecerat ut in Archiepiſcopum Spalatenſem eligeretur, quo tamen non admiſſo, non ſolum a Spalatenſibus, petitum fuit; dari ſibi ab Alexandro Archiepiſcopum, quem etiam acceperunt *Gerardum* nomine; ſed temporalis etiam jurisdictio a Papa exercebatur. Profecto teſtis eſt Thom. Archid. Quod rogatus a Spalatenſibus Gerardus: *ut ad Urbem Regiam proficiſcens, fidem pro ſe, & pro Civibus Imperatoriæ Celſitudini jurejurando firmaret; ſed cum nollet aquieſcere præter mandatum Papale - - ad Alexandrum Papam ſe contulit,*

Digitized by Google

petens ab eo conſilium, quid ſuper facto hujuſmodi ſibi foret agendum. Dominus verò Papa, ipſius indebitæ moleſtationi compatiens, præfecit eum Eccleſiæ Sipontinæ, retenta nihilominus adminiſtratione Eccleſiæ Spalatinæ. Gerardus exigere potius debebat, mandatum Regis Hungariæ, atque ad hunc pro conſilio ac mandatis recurrere. Anno 1168. Idem Alexander monet Gerardum in epiſtola apud Farl. ut in exactionibus, ita omnia videat, tanquam non videat, & in ſimplicitate diſſimulet, quæ alias eſſent durius requirenda, conſulens hortansque: *ut in præſentiarum his ſuperſedeas, ſtatum terræ, & qualitates, & mores hominum plenius cognoſcere ſtudeas, & paulatim rationes Eccleſiæ tuæ, diligenter inquiras - - nobis confidenter ſignifices.* Anno 1169. idem Papa, per epiſtolam, ad Gerardum, quem Legatum Sedis Apoſtolicæ ſcribit, mandat, ut Sibenicenſes cogat, ad ſatisfaciendum pro furto commiſſo, filio Bonumiri de Siponto, inquiens: *tum ex officii noſtri debito, tum etiam conſideratione devotionis, quam circa nos ſpecialiter gerit.* Mirum eſt: Bonumirum in materia hac reſtitutionis, ad Papam recurriſſe, ſi Dalmatæ ſubjectionem quandam non fuiſſent teſtati. Dubitari nequit, ex monumentis apud Farlatum & Lucium, ab hoc tempore plurima, jurisdictionis meræ temporalis, in Dalmatia, per Legatos Pontificios fuiſſe diſpoſita. DS. Laurent. de Monacis, uti ſumma Venetorum in Alexandrum promerita, ſed ſine Cronologia & ordine narrat; ita & Alexandri in Venetos favores. Reliquos inter, lib. 7. pag. 122. *Hoc tempore in Arbenſi Civitate, repertum eſt, Ducale Privilegium, bulla plumbea communitum ſub ordine & conditione eligendi Comitis Arbi. Alexander igitur Tertius illam non de novo conceſſit, ſed confirmavit.* Quid per *illam* intelligatur, an nempe Arbam? vel Bullam? neſcio. Quidquid dicatur, Papæ quandam poteſtatem in Dalmatiam agnoviſſe videntur Venetæ, dum ab eo ſive conceſſionem, ſive confirmationem acceperunt, Ducalis quidem Privilegii. Lucius lib. 3. cap. XI. pag. mihi 136. exhibet Privilegium iſtud, quod confectum exponitur anno 1166. Indict. 14. IV. Kalend. Jul. Quo anno Dalmatia parebat Stephano Regi Hungariæ, uti ſuperiora demonſtrant. Quare quid de Privilegio illo? facto item Venetorum, quam & ſubſequa ab Alexandro confirmatione cenſendum ſit? Lector determines.

Emmanuelem Imperatorem reſtituendo ad antiquum ſplendorem Romano Imperio, perquam ſtuduiſſe, fatentur omnes, mediaque quæſiviſſe ad finem, ſatis appatet, ex bellis ſuis, terra marique geſtis. Quod Hungariam attinet, Cinnamo, Niceta, aliisque teſtibus (quos lege ſis) videtur hanc Stephano III. permiſiſſe lege ea: ut Bela frater Stephani ſibi traderetur, cum Boſnia & Croatia, ut portione hæreditaria Belæ. Dalmatia tractatui huic incluſa non fuerit, cum Stephanus Sibenicenſibus elargitus ſit anno 1167. Privilegia, Lucio teſte. Quare cum Emanuel Adriatici dominium recuperare tentâſſet, ac teſte Dandulo: *Anconitani Emmanueli obedientes, Venetos ut ſibi æmulos* habuerint, Stephano Rege Ungariæ, claſſe non proviſo, Dalmatia Emanueli ſe dedidit, ut videre eſt ex cap. 20. Th. Archid. Qui relata Gerardi in Archiepiſcopum Spalatenſem electione, ait: *eo tempore Spaletenſes & tota pene Dalmatia ſubjecerunt ſe Conſtantinopolitano Imperio.* Et dum non diceret *anno*, ſed *tempore* puto ego, circa 1171. hoc eveniſſe. Opinionem hanc evincente membrana apud Lucium lib. 3. cap. 9. *In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, anno - 1171. Indictione vero 3. Sub tempore Magnifici Imperatoris Noſtri Manuheli. In Civitate noſtra Spalatina & in toto Regno Dalmatiæ & Chroatiæ Imperante Conſtantino Sebaſto. In Sede quoque B. Domnii reſidente Gerardo Ven. Archiepiſcopo &c.* Relles Dux ille Croatarum, de quo cap. 21. Thom. Archid. Quis, & cujus partis fuerit? neſcio. Crederem Chulmiæ Ducem fuiſſe, quod hac ætate Sclavone Duces, in oris illis deducantur. Ex epiſtola Alexandri apud Farlati, Anno 1172. ſcripta, qua Clerum immunitat a contribuendo, quando ad Imperatorem Conſtantinopolitanum, vel Regem Ungariæ Archiepiſcopus eſſet iturus: Item ibidem Gerardi, anno eodem, qua innuit, ſe fuiſſe monitum, ut revertatur, aitque ſe redditurum, Si: *Comes cum univerſo populo a majori uſque ad minorem, præter manualem fidem jam datam, juramenta ſuper Sancta Evangelia ſolito more* fecerint - - *quod ipſi bona fide, & ſine aliquo malo ingenio defendant nos, & omnia noſtra, & aliquam injuriam perpeti pro eorum poſſe non permittant, nec cogant nos, nec cogi ſinant ad Conſtantinopolitanum Imperatorem, aut alibi* &c. Videtur mihi, utrumque hoc indicare, Dal. Clerum fluctuâſſe, quas in illis motibus ſequeretur partes, nec propendiſſe ad Conſtantinopolitanos. Hoc facile motivum fuerit Alexandro, ut tranſlato Gerardo ad Sedem Sipontinam, adminiſtratio Spalatenſis eidem relinqueretur. Credo ego Emanuelem, vi, belloque aperto Hungaros pro Dalmatia irritare noluiſſe, ne eos a Bela averteret, ſed largitionibus, benevolentia (ut Thom. Archid. cap. 22.) Dalmatas ſibi devinxiſſe, ut ſponte ad Emanuelem tranſiverint.

IX.

Digitized by Google

IX. Anno 1172. mortuis tribus memoratis Hungariæ Regibus, Bela III. frater Geyſæ ſucceſſit, Regnumque adiit 1173. Occaſione hac Croatia Dalmatiaque penes Emanuelem relicta ſunt, haud tamen ceſſa, dum Emanuele mortuo, Dalmatia Croatiaque rediit ad Belam, Sacramve Regni Coronam. Miſſa ego, quævis facio, quæ ſub Emanuelis, Dalmatiæ Croatiæque poſſeſſorio, acta ibi ſunt, dum Hiſtoriam Dalmatiæ ſcribendam non ſuſcepi. Moneo I. Sclavoniam ſub pactis illis, intra Emanuelem Imp. & Regem Belam III. compræhenſam non fuiſſe, demonſtrante hoc, Privilegio hiſt. Zagr. pag. 78. anni 1175. quod Lector erudite perpendere velis, viſurus ex Belæ Titulo, quævis eum Sacræ Coronæ jura ſervâſſe. Partes vero Croatiæ Liburnicæ, ab Emanuele dependebant, quod iterum doceo, ex monumento apud Lucium lib. 3. cap. 10. pag. mihi 132. *In Chriſti Nomine. Anno Dominicæ Incar. 1180. Indict. vero 13. Regnante D. N. Manuele Sanctiſſimo Imperatore, & in Ducatu Dalmatiæ, & Chroatiæ exiſtente D. Rogerio Sclavone Duce. Hoc actum eſt &c. - - ſunt teſtes: Imprimis Mireus Segnienſis Epiſcopus. Flaſco Tinienſis Epiſcopus - - Brevero Jupanus.* Quæ evincunt hos Epiſcopos, adeoque & Liburnicam Croatiam, pro *Domino ſuo* Manuelem Imp. & conſtitutum ab eo, Ducem *Rogerium* habuiſſe. Firmatur iterum quod ſæpe monuimus, Sclavoniam a Croatia diſtingui, & Sedem Zagrabienſem eſſe in Sclavonia; Segnienſem autem in Croatia; quamvis nunc, Zagrabia hujusque Comitatus, cum Comitatibus Varaſdinenſi & Criſienſi, pro Croatia accipiantur. Quamvis decennio hoc, Dalmatia Croatiaque Emanuelis agnoverint imperium, huicque paruerint, Clerus nihilominus populusque, cumprimis Dalmaticus, conjunctionem cum Sede Apoſtolica ſervârunt, fuitque tam *Gerardus*; quam & hujus Succeſſor *Raynerius*, rogantibus Spalatenſibus, datus a Papa Archiepiſcopus, quin uterque *Apoſtolicæ Sedis Legatus*. De quibus, vide Cl. Farlati Tom. 3.

Mortuo Emanuele anno 1180. Bela III. Hungariæ Rex Dalmatiam Croatiamque, ut hæreditatem ſuam, & Sacræ Regni Coronæ Provincias, alias Regna, Sacræ Coronæ unita, ſine controverſia, belloque pro recuperandis geſto, recepit. Emanuel Menſe Junio anni 1180. ex memorato apud Luc. inſtrumento vixiſſe deducitur, an autem B. Raynerius, qui primis diebus Auguſti obiit, Emanuelem præceſſerit, non examino. Hoc docent monumenta, anno 1180. Belam Regem in poſſeſſorio Dalmatiæ extitiſſe. Enimvero in Arch. S. Chriſog. teſte Lucio ſequens eſt memoria: *1181. Menſe Feb. Jaderæ Regnante D. Bela, D. G. Rege Hung. Dalm. Croat - Item. Sententia D. Mauri, DEI, & Regis Gratia Comitis, & totius maritimæ Provinciæ ſtudioſi exercitatoris, cum caſtra metatus eſſet.* Dandulus quoque: *Jadrenſes - - ſe, & Urbem Jadræ protectioni Belæ Regis Tertii Ungariæ ſubdiderunt. Rex tunc hominibus, & victualibus civitatem muniit, & muro circumcluſit* - - - demum: *Dux paratam hoſtilem claſſem mittens per mare, Jadram obſedit, & viriliter impugnat, & Pagum cæteraſque inſulas ſibi ſubjecit.* Eadem habet Excell. D. de Monacis, niſi quod hæc ad annum 1186. erroneè conſignet. Bela III. in dominio totius Dalmatiæ Croatiæque conſtitutus, videtur Magiſtratus ſuos illico dediſſe, dum *Maurus, Regis ſe gratia Comitem*, & totius Maritimæ Provinciæ exercitatorem inſcribit. Jadram muris cinxit. Regalibus juribus, nec in minimo præjudicari paſſus eſt. Quamvis enim Alexander III. Intellecta Raynerii morte, datis ad Dalmatas litteris *Theobaldum* Legatum ſuum Spalatum illico miſerit (vide epiſtolam apud Farlat. pag. 211. T. 3.) cum mandatis: *Ut vice ſua evellat & deſtruat, quæ fuerint deſtruenda, ædificet ac plantet, quæ Domino viderit inſtruente plantanda*: Quamvis item mandâſſet Papa, Jadrenſi Archiepiſcopo Eugubino: *Mandamus, quatenus infra tres menſes poſtquam Jadram iveris, pergens Venetias, eidem Patriarchæ obedientiam & reverentiam Primati debitam promittas & impendas - - alioquin uſum tibi pallii interdicimus, & te conſecrandi Suffraganeos, & Eccleſias dedicandi auctoritate privamus.* Quamvis Legatus Papæ, dari ab Alexandro, Spalato Archiepiſcopum, modis omnibus quæſiverit, & Pharenſem Epiſcopatum, per ſententiam anno 1180. latam, Spalatenſi adjudicaverit: Quamvis Dumnenſem & Mucarenſem Epiſcopatus jam dudum vacantes (vide Farlatum) voluerit a Papa providendos, tamen *Minoslaus Comes*, jura Regalia tam in præmiſſis, quam & ſucceſſione Regis legitima (ſecundum leges municipales & uſum Hungariæ) in ſubſtantia Raynerii Archiepiſcopi, ſic eſt tuitus, ut Papa litteras ſequentes anno 1181. ad Belam ſcriberet.

„ Alexander Epiſcopus Servus Servorum DEI, dilecto in Chriſto filio Belæ illuſtri Un-
„ gariæ Regi, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Significantibus Nobis dilectis filiis no-
„ ſtris Clero & populo Spalatino, nobis innotuit: Quod cum Eccleſia Spalatina diu Paſtore
„ vacaverit, & uſque ad hæc tempora juxta formam Privilegiorum Romanorum Pontificum
„ & Sacrorum Canonum liberam electionem habuerit: *Tu in ea Epiſcopum ſecundum quod*
„ *obſervatum eſt, eligi non permittis.* Volentes igitur Regiæ ſaluti conſulere, & indemni-
„ tati præfatæ Eccleſiæ pro noſtri officii debito providere, monemus Regiam Excellentiam,

Digitized by Google

„ & exhortamur in Domino, *quatenus liberè, & ſine contradictione de perſona idonea ordinari permittas*, qui & populo DEI præeſſe valeat & prodeſſe. Alioquin licet Magnificentiæ Regiæ deferre velimus, jam dictæ Eccleſiæ in jure ſuo deeſſe non poterimus aliqua ratione; nam & *Serenitati Regiæ credimus expedire, ut Civitatem ipſam in ſua libertate conſerves & habitatores ejus in fidelitate tua, facias firmiores, & ne eis circa dominium tuum occaſionem tribuas malignandi.* Ad hæc etiam Regiam Magnificentiam monemus attentius, & rogamus, *quatenus Minoslaum Comitem, ad reddendam pecuniam* prænominatæ Eccleſiæ, quam olim bonæ memoriæ Raynerio Spal. Archiepiſc. abſtulit, vel ad æſtimationem congruam; & ut loca illa, in quibus olim Cathedrales Sedes fuiſſe noſcuntur, ordinari permittat; ſi aliter ad hoc induci nequiverit, *Regia poteſtate compellas.* Data Viterbii II. Nonas Julii.

Epiſtolam hanc, ideo ponimus: ut videas Belam non ſolum pro Legitimo Dalmatiæ Rege, fuiſſe habitum; ſed Regalem exercuiſſe poteſtatem. Quid reſponderit Alexandro? me latet. Vacaſſe nihilominus Spalatenſem Sedem ad annum 1185. Farlatus docet, ac tum primò, Petrum e natione Hungarica, & familia Chitilini, factum fuiſſe Spalatenſem Archiepiſcopum. Quin in ſynodo (apud Farlati videnda) & *Epiſcopatum Corbavienſem inſtituit*; & diſciplinam Eccleſiaſticam, ſecundum Decreta Regum Hungariæ, ut combinaturus reperiet, in Dalmatia ordinavit. Anno eodem 1185. coronatus fuit Henricus ſive Emericus, teſte ſynodi initio: *In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis An. ab Incarnatione Domini MCLXXXV Indict. 3. Domino Lucio Papa III. Apoſtolicæ Sedi Præſidente, ac D. Bela III. Hungariæ Regnum gubernante, & Domino H.* (ſive Henrico) *filio ejus, eo vivente Coronato.* Petrus iſte, teſte Archid. cap. 23. *in Hungariam profectus, neſcio qua de cauſa ad Epiſcopatum Colocenſis Eccleſiæ translatus eſt, præfuit autem Spalatenſi Eccleſiæ annis duobus.* An non occaſione hac, unio Colocenſis cum Bacſienſi ſecuta ſit? alibi indagamus. Petro translato, Petrus alter, ex Abbate S. Martini de Pannonia (ut ex Epiſt. Cœleſtini III. apud Farlati) ſucceſſit. Hunc fuiſſe Hungarum, & Belam in Dalmatiæ poſſeſſorio, evincunt memoriæ ex Archiv. Cænob. S. Benedicti, apud Farl. pag. 222. *In Nomine D. N. JEſu Chriſti Anno ejusdem Incar. 1188. Indict. vero VI. mediante menſe Martio. Regnante D. N. R. Hung. Bela. In Sede vero S. Domnii reſidente Petro Hungaro Vener. Archiep. Spalatenſem autem Comitatum obtinente Grubeſſa Comite* &c. Aliud quoque ex Tabullario de Cindris Comitum, Anni 1180. exhibet idem Cl. Farlatus, qua inſcriptione priora firmantur. Ubi clarè: *Regnante quoque D. Noſtro, Bela Rege Hung.* Petrus iſte Archiepiſcopus anno 1191. in protectionem S. Apoſtolicæ ſe tradidit, ut docet Clementis Papæ Breve a Farlato Tom. 3. pag. 223. exhibitum, quod in eo eſt ſingulare, quia a 15. Cardinalibus ſubſcriptum, ſi lubet iſthic videndum.

Scriptores Veneti, horumque è Noſtratibus deſcriptores, poſſeſſorium Belæ Regis, obſcurare nituntur. Scribunt, Jadrenſes ideo defeciſſe, quod eorum Archiepiſcopus, juſſus fuerit ab Alexandro obedientiam exhibere Patriarchæ Gradenſi. At hæc eſſe non potuit cauſa, verum genuina illa fuit, quam Lucius lib. 3. cap. 12. pag. 140. ſcriberet, nempe *Maris Adriatici utilitas.* Quare ne Venetæ, ex ſubjectione Jadrenſis Sedis, dominium quoque maris & Civitatis prætenderent, Jadrenſes a Venetis non defecerunt, ſed ad Belam Regem, ut legitimum Dominum, mortuo Emanuele reddiverunt. Qui etiam muris cinxit eorundem Civitatem. Anno 1187. ex notis Nicolai Craſſi apud Lucium, prætendunt, obſeſſam fuiſſe Jadram, Anno autem 1188. vult Dandulus Regem Ungariæ & Venetos diris cladibus in Dalmatia diutius ſeſe flagelâſſe. At hæc ab aliis tacentur. Si annis his Venetos intra, & Hungaros diræ clades pro Jadra fuère, quid eſt quod anno 1188. pridie Nonas Maji in diplomate Belæ III. pro cænobio Belgradienſi, *Comes Jadrenſis* ſubſcriptus habeatur: *Actum eſt autem iſtud apud Strigonium, in communi præſentia Principum noſtrorum, præſente Paulo Colocenſi electo, Stephano Comite de Sala, Mochone Ninienſi Comite, Damiano Jadrensi Comite.* Pro Tragurii poſſeſſorio habito a Venetis, citat Lucius loco citato, Aurei Maſtro Petri edictum. Sed præterquam, quod doceri debeat, an *Taurenſes*, cum Tragurienſibus iidem ſint, dum ex ſcripturis Jadrenſibus conſtaret, fuiſſe caſtellum in Promontorio *Trani* a Tragurio diſtinctum, edicto illo, non aliud, quam libertas in eundo redeundoque indulgetur. Ponitur quidem pro motivo, *omnes fidem nobis ſervare volentes, ſicuti etiam noſtris prædeceſſoribus olim ſervavêre fidelitatem, a minimo uſque ad majorem nobis juravere.* Sed quo in merito? tacetur, ex combinatione Lucii, juramentum fuerit, ſeſe naves Venetas non perſecuturos, haud vero ſubjectionis. Accedit apud Cl. Farlati Tom. 3. p. 218. quinque Epiſcoporum teſtificatio, inter quos *Michael Tragurienſis*, ubi: anno 1187. Indict. 6. *Præſidente Romanæ Sedi Lucio III. Hungariæ Regnum gubernante Bela III.* ſine quavis Ducis Venetia-

rum

Digitized by Google

rum mentione. Pro *Arba* eſt æque inſtrumentum, apud Lucium loco citato, de anno 1193. indicans Petrum Foſcarenum ſolicitâſſe Arbenſes ad defectionem, nullius attamen jurisdictionis. Quin Arbenſes Belam pro Domino agnoviſſe, demonſtrat diploma ibidem apud Lucium, Jadræ factum (ex quo videas Jadram ſub dominio fuiſſe Hungariæ anno 1190.) ubi: *Temporibus Domini Noſtri Belæ, DEI Gratia invictiſſimi Regis Ungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, nec non Calatiæ* (lege Galiciæ) *& Petri Jadertinæ Sedis Venerab. Archielecti* &c. Quia porrò inſtrumentum illud Arbenſe, ſubſcriptum haberet: *M. filius Comitis, B. de Veglia*, ne quis exiſtimet, Vegliam tum Venetorum fuiſſe, deſcribimus, ſequens inſtrumentum, anni ejusdem, 1193.

„ In Nomine Sanctæ Trinitatis & Individuæ Unitatis. Bela DEI Gratia Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæque Rex. Quod fidelitas ſuſciperet incrementum, cum merces fidelitatis, digna retributione compenſatur. Dignum ducimus, in illos, Regiæ munificentiæ manum copioſius aperire, quos longæva fidelitatis experientia, & exhibitio devotionis, continuo, gratiæ noſtræ reddit commendatos. Attendentes itaque, oculo benigniori, ſinceritatem ac devotionem, dilecti, ac fidelis noſtri Comitis Bartholomæi de Veglia, totam terram pertinentem ad Comitatum Modrus, & cum pertinentiis, & totis redditibus, ei, & hæredibus ſuis, jure hæreditario contulimus, perpetuis temporibus poſſidendam, tali pactione interventa: Quod prænominatus Comes in exoratu gratiæ noſtræ, infra limites Regni, cum decem loricis, in compenſationem ſuſcepti beneficii nobis aſiſtat: Extra Regnum vero cum quatuor loricis, nobis ſerviat, tamen tali tempore citatus veniat, in quo exercitus Croatiæ ex præcepto Regio univerſaliter ad exercitum fuerit convocatus. Sub hac quoque conditionis forma includere decrevimus: Quod ſi dictus Comes absque prole ingrederetur viam carnis univerſæ, unus ex filiis fratrum ipſius, eodem pacto conventionis noſtræ obſervato, ſub noſtræ ſerenitatis dominio, terram tranquille poſſideat & quiete. Præterea volumus, & Regia authoritate decrevimus, quod omnes homines intra illam, nullo judicio adſtare teneantur, niſi tempore dum Banus in ea terra fuerit, quamdiu præſens fuerit, judicandi habeat poteſtatem. Sed alias, eos determinare non faciat. Verumtamen ſi Dominus eorum, de hominibus ſuis, adverſariis eorum juſtitiam facere noluerit, & quærella ante Banum pervenerit, probationibus ſuis in ſolo tali caſu, ante Banum teneantur reſpondere. Si autem dictus Comes, cum tot Loricis, quot in conventione ſuſcipere ſe exhibetur, ad exercitum noſtrum non venerit, & conſtiterit Serenitati noſtræ, per pigritiam, aut incuriam, & negligentiam ſuam, ad proximum ſequentem exercitum duplicatis loricis, in quod loricis defecit, totidem recompenſet. Ut ergo hujus noſtræ donationis pagina, perpetuæ firmitatis robur obtineat; & quod nulli liceat eidem donationi quidcumque ſubtrahere, aut minuere, Imaginis noſtræ cum aurea bulla impræſſione fecimus communiri. Datum per manus Magiſtri Kathapani, Albenſis Præpoſiti Aulæ Regiæ Cancellarii, Anno Incarnationis Domini Milleſimo, Centeſimo, Nonageſimo Tertio. Venerabili Job Strigonienſi Archiepiſcopo exiſtente, Venerab. Saule Colocenſi Archiepiſcopo, Calano Quinque-Eccleſienſi Epiſcopo, & eodem Dalmatiæ & Croatiæ Gubernatore, Criſpino Chanadienſi Epiſcopo, Dominico Zagrabienſi Epiſcopo, Dominico Curiali Comite, & eodem Budrugienſi; Andrea Comite de Suprun, Both Comite de Bohar, Egidio Comite de Sala, Fulcone Comite de Voſwar, - Comite de Sanegg.

Sane donationis hujus, combinatione anni 1193. cum illo per Lucium exhibito, quis ſtatuet Arbam, Vegliam, ſub Venetorum fuiſſe poteſtate. At perhibente illo Lucii inſtrumento, concludendum eſt, Venetos ad defectionem ſolicitâſſe Arbenſes, & Bartholomæum Comitem Veglæ, nihilominus in fide eos perſeverâſſe, erga Sacram Coronam, dum Bela III. anno eodem, Comitatum Modrus, Bartholomæo, ſub conditionibus inſertis, contulit. Neque movearis erudite Lector, ſi temporibus his, *Jadræ*, aut in cæteris illis, Dalmatiæ Civitatibus, Comites, aut Judices illarum, ex Venetis Familiis electos, legeris, quos Lucius quoque exhiberet. Cum enim liberam electionem habuiſſent, plerumque ob ſervandam judiciorum æquitatem, extraneos, eligere ſolebant. Hoc jure Canonico de Vicariis Epiſcoporum in Italia obſervatur, & nunc quoque mos eſt, in quibusdam Civitatibus, teſte Ferrari. Hoc & Dalmatas obſervâſſe, certum eſt, patebitque ex inferius deſcribendis monumentis. Neque iſtud, ſublatum volebant Hungariæ Reges Civitatibus illis, ſed electos ab illis Comites confirmabant, ut Lucius ipſe lib. 6. cap. 2. fateretur. Præterea, Duces, Bani, Gubernatores, Comitibus his fuére Superiores. *Calanus* diplomatibus teſtibus, ab anno 1185. quo coronatus fuit Emericus, egit Dalmatiæ & Croatiæ Gubernatorem, ac una quoque Sclavoniæ (vide infra Hiſt. Zagr. pag. 324.) incluſivè ad annum 1193. quod ipſum, adverſus Venetos Scriptores eſt, qui Jadræ, Tragurii, Arbæ, ſub Bela III. Dominos fuiſſe Venetos ſcribunt.

Anno quoque 1194. atque prioribus, Dalmatiam paruiſſe Hungariæ Regibus, evincit compoſitio de finibus divortiisque aquarum, intra Monachos, equiteſque Templarios, juſſu Regis Belæ, ac Emerici Ducis deciſa, ait enim Farlatus Tom. 3. pag. 225: *Ad curiam Regiam delata eſt Controverſia; hujus judicem, atque arbitrum Bela Rex Hungariæ utriſque dedit Petrum Spalatenſem Archiepiſcopum, qui cum Matthæo Epiſcopo Nonenſi, Damiano Jadertino, & Grubeſſa Spalatenſi Comitibus omne illud litigium, si fieri poſſet per compoſitionem ex æquo & bono dirimeret.* Si Jadra Belæ non parebat, Quomodo Damiano Jadrenſi Comiti, committi quoque poterat? Porro in compoſitionis inſtrumento eſt: „ In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Anno ab Incarnatione D.N.J.C. 1194. menſe Julii Die nono, Intrante, Indict. XII. apud Tynum. Regnante Domino Noſtro Bela Sereniſſimo Rege Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, atque Ramæ, & Almerico (*Emerico*) filio ſuper Dalmatiam, & Chroatiam, Cum nos, nempe Petrus Spalatenſis Sedis Archiepiſc. unà cum Matthæo Nonenſi Epiſcopo, & Damiano Jadertino Comite – cæteriſque Nobilibus, quorum nomina inferius ſubſcribentur - - - de mandato Regio reſideremus &c. *Inter teſtes* de Jadertinis, Petrona Cucille, Peitiz Vitache *& alii quatuor, in fine*, Baſilius Diaconus, & Jadertinæ Civitatis Notarius - - ſigno conſueto ſignavi. „ Quare deceptus eſt P. Pray, Par. 1. pag. 181. dum ex Dandulo & Lucii conjecturis ad annum 1193. & Andream Ducem Dalmatiæ deſcripſit, & geſtum ab eo bellum cum Venetis. Lucii autem conjectura, plane corruit. De Andreæ ambitione & motibus meminimus infra hiſt. Zagr. pag. 325. ut is, potius ſemet intruſiſſe in Ducatum Dalmatiæ, ſub Regio titulo anno *1194.* cenſeri debeat. Quem nihilominus pro Duce ab omnibus agnitum non fuiſſe, ſuperius compoſitionis inſtrumentum evincit. De S. Regis Ladislai Canonizatione ſupra pag. 121. dictum eſt. De morte autem Belæ III. infra pag. 325. Hiſt. Ec. Zagr.

X. *Emericus Rex*, quem Henricum quoque dictum fuiſſe, monumenta evincunt, anno adhuc 1185. coronatus, Patri ſucceſſit. An illico a morte Patris, Andreæ Sclavonia cum Dalmatia Croatiaque obtigerit? dubium nec parvum eſt. Enimvero conſideratione monumentorum, argui utrumque poſſe videtur. Interim ego in ſequentem propendeo ſententiam, quam nihilominus demonſtratione viſa in oppoſitum, a Magiſtro quopiam eruditoque viro, emendatam correctamque lubens feram, inſtar inferiorum Judicum, quorum ſæpe ab altioribus foris emendantur ſententiæ. Itaque Bela mortuo, ſive a vicinis preſſi, fratres Emericus ac Andreas; ſive Regni Hungariæ ad veteres limites reponendi ſtudio, bella geſſerunt. Andreas quidem ex Dalmatia, demonſtrante hoc apud Lucium lib. 4. cap. 3. monumento Jadrenſi: *1198. 6. Maji. Poſt felicem & glorioſum victorioſæ Dominationis ingreſſum, Illmi Andreæ, Tertii Regis Belæ filii Triumphum, quem ſibi omnipotens, Ducatus ſui protector, & auctor, de Dalmatia & Croatia magnificè conferre dignatus eſt, atque poſt habitam tam Chulmiæ, quam Raſciæ laudabilem victoriam, cum ad Jadertinam Civitatem victor rediret, Ducatus ſui jura diſponens.* Emericus vero cum Bubaliis, ut habet Du Freſne. Victoriæ tamen hæ, diſcordias intra fratres cauſarunt, fors quod Belæ Regis voluntate ultima, Andreæ in Paleſtinam fuiſſet proficiſcendum, ipſe autem renueret; nec Patris diſpoſitioni aquieſcebat, qui, Godefredo teſte, *priori* (nempe Emerico) *Regnum dedit - - Alteri* (ſive Andreæ) *quædam caſtella, & prædia magna, atque ad peregrinationem Jeroſolymitanam, quam ipſe voverat, peragendam, infinitam pecuniam &c.* Hinc ob epiſtolas illas, quas Henricus Rex, teſte Doctiſſ. Farlato, vacante Jadertina Sede, dedit ad Scardonenſem & Nonenſem Epiſcopos, item ad Spalatenſes ſequenti: „ Henricus DEI Gratia Hungariæ, Dalmatiæ, Chroatiæ, Ramæque Rex, Spalatenſi Capitulo, & totius Urbis Conventui ſalutem & gratiam. Univerſitatis veſtræ litteris receptis, & nunciis, ea quæ debuimus, quæ nobis ſignificabant, intelligere curavimus. Quorum relatione cognovimus, quod auctoritate Regia & præcepto, Jadrenſes jactent ſe, Epiſcopatus veſtros, Scardonenſem videlicet & Nonenſem amodo poſſeſſuros. Quia igitur ex ſuſcepto Regiæ magnitudinis culmine, omnium noſtrorum fidelium jura illæſa & inconcuſſa juxta tenorem Privilegiorum noſtrorum, ſervare tenemur, nolumus aliquo modo Univerſitatem veſtram a ſuis juſtitiis fore alienam; fidelitatis namque veſtræ probata conſtantia, jura veſtra vobis totaliter confirmamus, & veſtris ſuffraganeis univerſis univerſaliter, & ſingulis ſingulariter, Regia auctoritate præcipientes mandamus, quatenus debitum honorem & reverentiam Spalatinæ Eccleſiæ exhibeant, & nullius nova ſuggeſtione a fide, qua eidem Eccleſiæ tenentur, debeant exorbitare. Fide horum, atque confirmatorum Spalatenſibus apud Lucium anno 1196. Privilegiorum; dico ego: Emericum Regem, mortuo Bela, in quibusvis ſucceſſiſſe. Nec illico fratri ſuo Andreæ, Croatiam Dalmatiamque permiſiſſe. Et quamvis in deſcripto inſtrumento, deſideretur annus, nihilominus, dum nulla eſt Belæ Regis mentio: dum Henricus non ſolum Regem ſe

Hung.

Digitized by Google

Hung. Dalmat. Croat. exprimeret, at quoque: *ex ſuſcepto Regiæ magnitudinis culmine - - item Regia auctoritate mandamus*; conſequi neceſſum eſt, a morte Regis Belæ, hæc illico eveniſſe, adeoque Dalmatiam univerſam, una cum Jadra, Emerico Regi paruiſſe. Andreæ, motibus ciendis aſveto, utpote qui anno 1190. evincentibus diplomatibus Eccleſiæ Quinque-Eccleſienſis, Regios titulos aſſumpſerat; elato item Dalmaticis, Chulmiæ, Raſciæque victoriis hæc diſplicuère: eapropter adverſus Emericum, promovit, ſuſcitavitque factionem. Equidem teſtatur Innocentius III. epiſtola ſua 7. lib. 1. Pontificatus ſui anno I. Chriſti autem 1198. III. Kalend. Januar. anteceſſorem ſuum Cæleſtinum Papam ſub excommunicationis vinculo prohibuiſſe, ne partes Andreæ quiſpiam ſequeretur, inquiens: *Ad noſtram noveritis audientiam perveniſſe, quod omnes communicantes in aliquo A.* (nempe Andreæ) *fratri, chariſſimi in Chriſto filii noſtri, Hungarorum Regis illuſtris, qui ſcilicet vel litteras ſibi dirigerent; aut ab eo reciperent deſtinatas, vel eidem aliquod conſilium, aut auxilium exhiberent, vel ei in aliquo communicare præſumerent, de mandato bonæ memoriæ C.* (Cæleſtini videlicet) *Papæ Prædeceſſoris noſtri excommunicationis fuerint vinculo innodati.* Præterea refert Raynaldus, excuſaſſe ſemet Emericum Innocentio Papæ, expeditionem terræ Sanctæ urgenti, turbis domeſticis. Coalitum fuiſſe anno 1198. intra fratres, ut Dalmatiam Croatiamque, Ducali poteſtate, Andreas obtineret. Evincunt diplomata Andreæ apud Lucium lib. 3. cap. 13. ubi anno 1198. *Ego Andreas, Tertii Belæ Regis filius D. G. Dalm. Croat. Ramæ, Culmæque Dux in perpetuum. Quoniam Ducali Serenitati jura & diſpoſitiones Regni ſui licet - diſponere. Hinc eſt quod nos in Dalmatiam perambulantes invenimus Epiſcopatum Pharenſem - vacantem - - - prætaxatum Epiſcopatum - - contulimus.* Unde argui poſſe videtur, pace fratres inter ſecuta, anno 1198. & Dalmatiam perambulatam ab Andrea fuiſſe; & juribus proviſum. Hæc inter fratres concordia diuturna haud fuit, immo combinatione Scriptorum, monumentorumque, continuas fuiſſe diſcordias, concludendum eſſe, videtur. Diuturna inquam non fuit concordia, nam anno ſequente 1199. & ultra Julium an. 1200. fratres invicem bella geſſerunt. Neque enim aliam ſcirem cauſam, Bernardum Archieppum Spalat. in latæ ſententiæ litteris, apud Farlati Tom. 3. pag. 233. Andreæ non meminiſſe, at Regis Henrici, concludendo: *Actum & recitatum - - 3. Idus Julii, anno Domini MCC. reſidente in Apoſtolica Sede D. PP. Innocent. III. Tertio anno Pontif. ipſius; Regnante in Hung. feliciterglorioſo Rege Henrico, Quinto anno Regni ipſius.* Cauſam belli hujus, eruo *Sclavoniam* fuiſſe, quam Emericus ut membrum Sacræ Regni Coronæ, pro ſe, cum Regno Hungariæ ſervaverat, evincente iſtud Privilegio, Eccleſiæ Zagrabienſi ab Emerico anno 1199. elargito, Hiſt. Zagr. pag. 44. Andreas verò, cum Croatia Sclavoniam poſſideri debere prætenderit. Diſcordiæ hæ intra eos, non ſolum ab Ortilo ſcribuntur apud Cl. Pray, ſed firmantur, ex litteris metalibus Comitis Wratiſlai infra hiſt. Zag. pag. 325. Ortilo apud Pray perhibet; pacem inter fratres Regios *reparatam*, quæ ipſa vox, firmat noſtra, antea factam, Sclavoniæ acceſſione, *reparatam* fuiſſe. Profecto Emericus Rex, qui anno 1199. Zagrabienſi Eccleſiæ privilegium illud eſt elargitus, poſt reparatam pacem anno 1200. Andream & donationes largiri permittit, & judicia celebrare (vide pag. 324. & 325. Hiſt. Zagr.) anno item 1201. Quo eodem, iterum diſſenſio fuerit, dum privilegia & poſſeſſiones Eccl. Zagr. Emericus confirmat, ſed magnæ non fuerint lites, cum Rex, anno eodem petat Andream, ut Inſulam Kognis (vide infra pag. 325.) Eccleſiæ Zagrabienſi conferet. Hæc ceſſam pleno jure Sclavoniam fuiſſe, ſatis loquuntur. Porro ſatus Ortilo perhibet: Andreas, *ut irruptionibus Ungarorum obicem poneret, Civitatem novam in eorum finibus exſtruere cæpit.* Quare cum Andreæ ceſſa fuerit Sclavonia, quæ Dravo ab Hungaria ſepararetur, Civitatem hanc ab Andrea incoatam, *Varasdinum* eſſe cenſeo, tum ob præmiſſa Ortilonis, cum ob Valla & arcem, ac demum ob ornatam privilegiis ab Andrea, Civitatem hanc, ipſamque ejus denominationem, dum *Varaſs* generale eſt in Sclavonico cujusvis Civitatis nomen.

Andreas, Dalmatia, Croatia, Chulmia, Rama, Sclavoniaque potitus, haud àquievit, at in majores gravioresque, erupit diſcordias. Thomas Archid. cap. 24. de his perhibet. Nempe Emericum Regem, non ſolum ſucceſſurum ſibi filium Ladislaum declaràſſe, at hunc, coronàſſe puerum. Dum Ladislaus infans a Bernardo Spalatenſi Archieppo coronatus eſt; dum item teſte Archid. *Omnes Regni Proceres, & univerſa penè totius Ungarici exercitus multitudo, Regem deſeruerant, & Andreæ Duci non legitimè adhærebant, cum Rege vero pauci admodum remanſerunt, & ipſi tantæ ſeditionis metu perterriti, non Regem ad ſperandum hortari audebant, ſed fugam potius ſuadebant.* Combinatis etiam aliis, deduco ego: diſplicuiſſe Proceribus atque Epiſcopis declarationem, cauſa electionis liberæ ſtatuum, intra Regum deſcendentes ad Coronam. Hinc ad coronationem Ladiſlai, perexiguos comparuiſſe, propteréaque a Bernardo Spalatenſi, haud vero Strigonienſi, Ladislaum fuiſſe coronatum,

Digitized by Google

Clerus ut ab Emerico alienus ſit, cauſam habuit, tam ex attentato Regis adverſus Boleslaum Epiſcopum Vacienſem (vide apud Illuſtriſ. eruditiſſ. D. Kollar Hiſt. jur. Patr.) quam & accuſatione Calani Epiſcopi Quinque-Eccl. Milites facile traxit, Andreæ Ducis in bellis antea geſtis felicitas: Proceribus quid erat, adverſus Emericum? neſcio. Paucos admodum cum Rege remanſiſſe, Archidiaconus, his temporibus natus, & dum ſcriberet, rei teſtes habere potis, recenſet. Epiſtola Innocentii Papæ ad Præpoſitum Albenſem, apud Cl. Pray, de Sacræ Coronæ conſervatione, ad hæc cadit tempora, Rege cauſa coronationis filii, illam exigente, Statibus autem Regni, indubiè prohibentibus, Præpoſitus videtur, ad Papam recurriſſe. Coronatio Ladislai, & Coronæ Alba Regali alior ſum translatio, Cleri quoque ab hujus cuſtodia privatio, teſtari videntur, Præpoſitum Emerico Coronam exhibuiſſe. Hæc ad annum 1202. collocanda ſunt, etiam ex Emerici ad Spalatenſes litteris ſeqq. *Henricus DEI Gratia Hungar. Dalm. Croatiæ, Ramæque Rex. Dilectis fidelibus ſuis Conſulibus Spalatenſibus & populo, ſalutem & gratiam. Circumſpectionem veſtram multimoda gratiarum actione proſequimur de eo, quod Celſitudini Regiæ fidelitatem quam debuiſtis, ſervaſtis & ſervatis, &, de eo, quod fidelem noſtrum B* (Bernardum) *Archi-Epiſcopum veſtrum amore noſtro, ſicut expedit, honoraſtis; quem vobis attentius commendamus; quia eum nos habemus plurimi, & acceptum, & inter majores Principes Regni facimus juxta latus Regium locum obtinere; Qua de re iterato præcipimus & mandamus, ut ei tanquam Perſonæ Regiæ per omnia ſubdamini. Dedimus ei in mandatis, ut ex parte noſtra vos frequenter moneat & inducat, quatenus vos ad ſervitium noſtrum ita præparetis, ut cognoſcamus qualiter nos diligitis; & libertates & honores veſtros omni tempore decernamus protegere.* Ex Tabul. cap. Spalat. apud Farlati. Iſta perquam declarant, motus inquietos domeſticos, dum jubet Spalatenſibus, ut Bernardo Archieppo per omnia ſubdantur, adeoque Andream excludit, dum eos hortatur ad ſuum ſervitium. Creverant diſſidia & motus, quos tamen ſequenti anno, magnanimo animo Emericus (lege apud Thom. Archid.) compeſcuit, metiariſque ex cap. 24. quæ erat ſubjectorum, erga coronatum Regem Emericum reverentia? quis timor? dum voce ſua, quævis compoſuit. Andream Ducem cœpit, tenuitque occluſum. evincente iſtud Varaſdinenſium diplomate, in extractu infra pag. 80. relato. Sed anno 1204. moriturus, non ſolum dimiſit, verum tutorem filii ſui Ladislai conſtituit. Quare ſecundum hæc, accipienda ſunt, quæ Hiſt. Eccl. Zagr, pag. 325. retulimus.

Quamvis vero ab anno 1198. Andreas, memoratis ſuperius præfuerit Ducali titulo, Regia autem poteſtate, ſequentibus litteris confirmaſſet Spalatenſis Eccleſiæ jura. *Ego Andreas DEI Gratia Dalmatiæ, Chroatiæ, Ramæ, Chulmæque Dux, confirmo B. Domnio Capellam S. Moyſi, & S. Stephani in Salona, cum omnibus ad eas pertinentibus in perpetuum, quas olim Patres noſtri, videlicet Geyſa Rex, & Stephanus eidem Eccleſiæ auctoritate Regia conceſſerunt, ſtatuentes ſcilicet, ut non liceat alicui Bano, vel Principi, ſeu cuilibet miniſtrorum noſtrorum, hanc noſtram confirmationis ſeriem infringere, vel ei auſu temerario contraire, aut ipſam Eccleſiam in aliquo aggravare, ſive ejus jura diminuere. Qui autem aliter facere attemptaverit, iratum habeat Trinum & unum DEum, & noſtram indignationem incurrat. Anno Domini noſtri JEſu Chriſti 1198. Bano exiſtente Andrea, Georgio Tinienſi Epiſcopo, Michaele Tragurienſi Epiſcopo, Michaele Scardonenſi Epiſcopo, Mathæo Corbavienſi Epiſcopo, Maccharia Comite, Joſeph C. Bea C. Hanc noſtræ confirmationis paginam, Petrus Ducis Aulæ Cancellarius adnotavit, Preſtaldo hujus rei dato Vratislao filio, Vratislai de Zagrabia.* Quamvis Pharenſem conſtituerit Epiſcopum; In his attamen fratrum diſcordiis, vulnera plura, & Sacræ Coronæ, & regalibus juribus cauſata ſunt. *Sacræ Coronæ.* Quia teſte Thom. Archid. cap. 25. quod cum meditatione legi poſtulamus, Venetæ; opportunitate harum differentiarum, atque militiæ nomine quidem Sacræ, in aliena attamen involantis, prædantis, ruinantis, uſi, Jadram anno 1202. menſe Octobri, invadunt, exſpoliant, ruinant. Bernardus Archiepiſcopus Spalatenſis, qui teſtibus anterioribus Henrici Regis litteris, Regio nomine Dalmatiæ præfuit, egit quævis, ut fidelem decebat miniſtrum, ac per Cajetanos Piſanoſque (lege Thom. Archid. Item hujus illuſtratorem Lucium lib. 4.) victor evaſit de Venetis, ut propterea ſcribente Archid. ſuum ad Auranam palatium, Venetæ, in ultionem deſtruxerint. Innocentius PP. perhibente epiſtola Ducis Venetiarum, apud Lucium lib. 4. cap. 1. in Venetos cenſuram excommunicationis tulerat, quod *Dalmatia in ſua eſſet protectione*, cito nihilominus Venetos abſolvens. Interim omiſſis Scriptorum variationibus, atque ex affectu, vel impetu, formatis ſine rerum examine opinationibus, difficultas haud levis naſcitur: num occaſione hac Jadrenſes, a Sacra Corona ſemet avulſerint? Venetiſque ſubjecerint. Thomas Archid. teſtis herclè idoneus, cap. 25. ſcribit ſequentia: *Præſidium Venetorum impugnant, & obtinent, & in urbem jam deſolatam re-*

deunt

deunt (videlicet Jadrenſes) & *timentes ſtolum quem Veneti denuo præparaverant, per ſuos Nuncios gratiam implorant, & offerunt perpetuam fidelitatem, obſides, & cantationem laudum exhibere, Comitemque de Venetis eligere, & Archiepiſcopum, qui reverentiam & obedientiam Primati debitam, exhibebit* (Sic legendum cenſeo, pro: *exhibebat*, ſi enim antea exhibuiſſet, non fuiſſet opus, pro futuro ſpondere) *Patriarchæ Gradenſi: Et erga hoſtes Venetorum inſurgere; & annuatim 3000. pellium cuniculorum tribuere. Qua oblatione benignè accepta, ad gratiam reſtituti ſunt.* Verum quo anno? acta hæc ſunt tacet Archidiaconus.

Profecto in epiſtola ad Innocentium præcitata, fatetur Dux Venetiarum, Rempublicam ab excommunicatione eſſe abſolutam: *præſtita condigna ſatisfactione ſecundum ordinationem veſtrorum Nunciorum, & Scriptorum paginam.* Talis porro ſatisfactio non fuiſſet, ſi Dalmatia, ſuo legitimo Domino ac poſſeſſori, Regi nempe Hungariæ, plene reſtituta non erat. Hanc vero reſtitutam fuiſſe, veroſimilius eſt, tum quod ruinata fuerit Jadra, Venetæque claſſes in Orientem abiviſſe ſcribantur ab Excell. D. Laurent. de Monacis, atque aliis: cum &, ob amicitiam inter Henricum ac Innocentium, ut pateret ex litteris a Raynaldo exhibitis, petitamque e Boſnia Patarenorum ejectionem. Denique quod Innocentius ſcripſiſſet Henrico Dandulo Duci Venetiarum, ſub protectione ſua Dalmatiam eſſe. Neque viguiſſe ætate illa eruo, opinionem Scholaſticorum; Papam ſubditos abſolvere poſſe, a fidelitate legitimis Regibus debita, nullumque reddere vinculum, quod eſt ſubditorum erga ſuam Rempublicam. II. Exhibet Lucius lib. 4. cap. II. anni 1204. menſe Februario, Indict. ſexta, Univerſitatis Jadrenſis documentum, Abbati SS. Coſmæ & Damiani expeditum, quo: *Domaldus Comes, & Univerſitas ipſius Civitatis*, ideo quod tempore deſolationis & exilii, aſilum auxiliumque præbuerit Civibus ſatum Monaſterium, confert Eccleſiam S. Demetrii. Hoc haud fieri poterat, ſi ſemet Duci Venetiarum illico ſubjeciſſent. III. Guntherus illorum temporum Scriptor, apud Lucium, cauſam Jadrenſis ruinæ refert: *ajebant enim (id eſt Veneti) illam id eſt Jadram, ſemper ſuis utilitatibus fuiſſe contrariam, adeo, ut ſæpe Cives ejuſdem urbis naves illorum, mercibus onuſtas piraticis invaſionibus ſpoliarent.* Proinde quemadmodum cauſa ruinæ non erat, juris in Jadrenſes prætenſio, ita nec, tum ſecuta illico Venetis Jadræ ſubjectio, atque a Sacra Regni Corona Jadrenſium defectio, dici poteſt. Occaſionem vero ruinæ Jadrenſi præbuit, illa Papæ facultas, ut Cruce ſignati, ad inopiam ſublevandam (teſte apud Lucium Rainal. anno 1203. n. 8.) *victualia accipere poſſent ſub ſatisfactionis tamen propoſito.* Legato Pontificio, ſatisfactionis omiſſa mentione, *permittebat enim eis* (nempe Cruce ſignatis, Legatus, ut habet Rainal.) *ut de maritimis locis Romaniæ, quam aluit id mare, cibos inemptos, id eſt abſque precio moderatè tollerent, quæ eis ad annum dimidium poſſent ſufficere.* Illmus Aſſemanus Tom. V. Par. I. cap. IV. pag. 146. refert Emericum Regem, Innocentio Papæ fuiſſe quærullatum, de Jadra a Venetorum Francorumque exercitu exciſa, neque elapſo jam biennio, quidpiam juſtitiæ ſe conſequi poſſe, ad quæ lamenta, ita ſcribit Pontificem reſpondiſſe, „ Nos in tantum jam proceſſimus contra eos (*Venetos*) quod dilectum fi-
„ lium, ſuum Patriarcham electum, noluimus conſecrare, imo cum ad nos perſonaliter acceſ-
„ ſiſſet, remiſimus eum non ſine multo pudore confuſum. Significavimus quoque tibi ut apud
„ Jaderam, quæ hactenus cum tota Provincia ſua ſubjecta fuit Patriarchæ Gradenſi, faceres
„ electionem Canonicam, de perſona idonea celebrari, & electum ad nos conſecrandum & pal-
„ liandum dirigeres, ut ſic inciperemus punire ſuperbiam Venetorum. „ Quidquid ſit, an pro juris alieni invaſione, exſpoliata ruinataque Civitate, hæc ſit condigna ſatisfactio, ut curet Jadræ eligi Epiſcopum, qui tamen cum tota Provincia ſua Patriarchæ Gradenſi, adeoque prætenſione Venetorum, per hoc ipſum Venetis ſubjectus, ab Innocentio dicitur. Quamvis autem Emericus, Scardonenſem & Nonenſem (vide apud Farlati) Jadram miſerit pro electione, tamen prædicabatur illico, hos quoque Epiſcopos, velle Emericum a Spalatenſi avellere, ut ad hos rumores tollendos, reſcripto opus fuerit, relato pag. 168. Electus item fuerit *Nicolaus* Pharenſis Epiſcopus, ad Sedem Jadertinam, Innocentius non tantum conſecrare eum renuit, verum teſte Bzovio, mandavit: *Nicolaum ab omni officio ſuſpenſum ſingulis feſtivis diebus, pulſatis campanis, anathemate percelleret* (Bernardus Spalatenſis) *& ſi infra menſem non reſipuerit, etiam ab ordinibus deponeret.* Huc Rſſm. & doctiſſimus *Benedict Vinkovich* Epiſc. Zagr. dum quæreretur, qualiter? quoque jure? Reges Hugariæ, Epiſcopatus ac Abbatias conferrent, quos titulares vocamus, & quos Roma non recognoſceret, revocavit. Ex Innocentii nempe permiſſu & facto, ab exemplo *Nicolai* ad Jadrenſem Sedem electi, hæc originaliter promanare. Clero Hungariæ: electionem Nicolai probante, Regibus item Hungariæ. Sed de his, DEO miſerente alibi. Nunc inſinuâſſe ſufficiat. Hæc ipſa electionis facultas, Jadram licet ruinatam, in jure poteſtateque Hungariæ Regum manſiſſe, indicat,

Digitized by Google

Quare horum conſideratione, relata per Thom. Archid. Jadræ, cum Venetis pacta, tum ſtatim ſecuta non ſunt, at dehinc, atque ſub Andrea II. Anno 1205. Hoc evincunt apud Lucium monumenta lib. 4. cap. II. Ubi: *Anno Dom. Incar. 1205. menſe Julii, 23. die, aſtante Indict. Septima. Jadræ, tempore equidem Domini Noſtri Henrici Danduli Incliti Ducis Venetiarum, Dalmatiæ, atque Croatiæ, Eccleſia Jadertina proprio carente paſtore, ac Vitalis Danduli prudentis Comitis Jadræ.* Hoc vulnus Sacræ Coronæ, diſcordiæ fratrum Emerici ac Andreæ cauſârunt. Dalmatia quæ a Colomano Rege, ac anno 1102; ſæculo integro ſub poteſtate fuit Hungariæ Regum, atque Sacræ Coronæ, anno 1205. in parte, ſive quoad Jadram, vices ſubiit. Haud nihilominus legitimè, ut quivis juſtitiam amans, juraque intelligens fatebitur. Enimvero ſive modus Venetorum perpendatur; ſive occaſio, quis *poſſeſſorium bonæ fidei* Venetorum deducet? quis invaſionem hanc, atque Jadræ ruinam, nullis habitis intra Venetos & Ungaros vel diſcordiis, bello Hungariæ nec indicato, ſub prætextu Belli ſacri (ſic nempe pietas ad omnia eſt utilis) ad æquum juſtumque reducet. Pacta illa, ab Archidiacono relata, nec a Rege Andrea, nec a Republica Ungariæ firmata conſenſu, unquam ſunt, nec ab ullo ſcribuntur. Hoc eſt, quod recuperandæ Dalmatiæ, Regibus noſtris obligationem, tot Leges Regiæ, juramento firmatæ impoſuerint, ut eas in Regum diplomatis, corpori juris inſertis videre eſt. Nititur Lucius lib. 4. cap. I. §. *Verum rem diligentius reputantibus* &c. Hanc Venetorum iniquitatem, obnubilare. Sed qui ultra ſcholaſticas argutias, jura ex ſolidis principiis didicerunt, vanos eſſe Lucii conatus fatebuntur. Quædam conjicit, ut militum per Ungaricum Regnum fugam, qui tamen repeti debuerant, quædam otioſa ſunt, ut Alexii pueri pollicitationes, quæ Jadræ deſtructionem non juſtificant, minus vero cætera, iſthic a Lucio ſcripta, ut mores corrupti Jadrenſium, Sedis Jadertinæ elevatio &c. Sed nec juſtitiæ eſt, illud Lucii: *Sic Veneti de Jadrenſibus vindicta ſumpta, deſolataque Civitate, deinceps quietum Adriaticum ſe habituros ſperârunt.* Profectò, in juris legitimi defectu, ex religioſo Scholaſticæ Imperio, atque obſervantia, Dalmatiam dividere, Veneti Scriptores nunc inceperunt, reſque ac nomina alterare, atque confundere. Pars inventore auctoreque Dandulo (vide Lucium lib. 4. cap. 3.) Croatiæ partem maritimam, *Montanam Dalmatiam* nominavit; Et quæ ultra montes ſita eſt *Mediterraneam*, quod ex effectu perſecutionis domeſticorum Scriptorum, quicumque adverſus conſcientiam, & debitam, ex Divina quoque Lege, ſuo Principi & Reipublicæ obligationem, hactenus pro ſtabiliendis extraneorum juribus, non ſcripſiſſent, ſic invaluit: ut, fatente quoque Lucio, *hodie uſque, talem diſtinctionem ſervent Geographi.* Pars vero, maritimas Civitates, a Dalmatia diſtinguat ac ſeparet, ut ſic eas facilius, Sacræ Coronæ adimere queat, ſcholaſtica ſubtilitate, vel rectius debilitate diſtinguendo: *Dalmatiam* ut eſt maritima pertinere ad Hungariam, negando: ut eſt continentis, excludensque mare Adriaticum, concedendo. Verum hæc Dalmatiæ nova diviſio, cujus ſit fundamenti, obiter videamus.

Dalmatia vel reſpectu antiqui ſitus, vel ejus incolarum Romanorum, conſideranda eſt. Situs verus & proprius Dalmatiæ, ſecundum Scriptores antiquiſſimos, inter montes fuit: a *Delmi*, ſive Delminio, præcipuo ſui oppido, ſic nuncupatæ. Cui ſententiæ ſubſcribit quoque Archidiaconus: *eſt enim Regio quædam* inquiens, *in ſuperioribus partibus, quæ dicitur Delmia, ubi antiqua mœnia oſtenduntur, ibique fuiſſe Delmis Civitas memoratur*, eademque Regio in hodiernum diem priſcum nomen apud indigenas retinuit *Dulmno*, & recentius cauſa enunciationis levioris *Duvno.* Sic ea Regio, ſicut antiquo tempore, ultimis Liburniæ, orientem verſus circumſepta montibus, pars aliqua Liburnorum Regni habebatur. Apud Ciceronem Vatinius, Dalmatiam non diſtinguit, nec ejus amplitudinem teſtatur, ſcribendo: *Viginti oppida ſunt Dalmatiæ antiquæ.* Succeſſivè qua ratione conſiderabatur, ex duabus anterioribus periodis colligi poteſt. Teſte Porphyrog. cap. 31 e Dalmatia, *pulſis Romanis ab Abaribus, in diebus Imperatoris Heraclii, deſolata eorum Regio jacuit. Quapropter ejus juſſu Chrobati, armis areptis, Abares ex illis locis expullerunt, & in ipſorum terra, quam etiam hodie tenent, Sedes collocârunt*, ſucceſſitque Croatiæ appellatio. Sed poſtquam Pars quædam Croatarum ſeceſſiſſet, & Liburniam Japidiamque occupâſſet, cauſa potiſſimum Italici Regni, Dalmatiæ nomine Jadra, ac partes illæ conſiderabantur, ipſaque Dalmatia, Orientalis erat Imperii. Sed hæc potiſſimum Scriptores exteri ſervârunt, atque imprimis Francici, qui Dalmatiæ nomine, quasvis has Regiones complectebantur. Domeſtici vero, extincto Dalmatiæ nomine, teſte Diocleate Presbytero, univerſum Illyricum & Liburniam pro Croatia acceperunt, ac in generali omnium Statuum Ordinumque Provinciali Synodo, præſentibus Pontificiis & Imperatoris Conſtantinopolitani Legatis, diviſerunt, in *Croatiam Rubeam, Albam, & Croatiam Surbiam*, ſive Serbliæ. Conſtantinopolitani atque Ungari Sclavoniæ nomine, frequentiſſimè acceperunt, Venetæ quoque. Romani pro Dalmatia,

quod

Digitized by Google

quod Senatus veteris, olim fuerit Provincia. Quare nova omnino eſt, Danduli diviſio Dalmatiæ, in montanam, maritimamque, inventa unicè, ad diſputanda legitima Sacræ Coronæ jura, mirumque mihi, Scriptores Hungariæ hanc agnoſcere deſcribereque. Audiamus Doctiſſimum Lucium, qui more ſuo, ſic favet Venetis, ut fateatur Danduli eſſe cogitationem, miretur que Geographos eum ſequi. Cauſam diviſionis hujus, petit primo ex Metropoli Jadrenſi: *Poſtquam Jadrenſis Eccleſia in Archiepiſcopatum erecta, Gradenſi Patriarchæ ſubdita fuit, exindeque Patriarcha Primatis Dalmatiæ titulo uti cepit, nominis quoque Dalmatici alteratio inducta eſt, & Jadra tantummodo cum cæteris Occidentalibus Inſulis Jadrenſis Provinciæ pro Dalmatia ſumi cæpit, Spalatenſis vero Metropolis, ſicuti toti Croatiæ præerat, & unicum tantum Traguríenſem Suffraganeum in Dalmatia retinebat, ita obſoleſcente Dalmatico cognomine, pro Croatiæ ſive Sclavoniæ Archiepiſcopatu ſumi cæpit.* Hæc qualia ſunt, lector perpendat. Hoc Sæculo Viennenſis Sedes, in Metropolitanam elevata eſt, haud attamen ideo, nova diviſio Auſtriæ, ſtatuta, ſtatuendaque eſt. Jadrenſis Eccleſia, eſto Pontificio Decreto, Gradenſi ſubjecta ſit, haud attamen ideo Primatis Dalmatiæ titulum conſecutus eſt Gradenſis, tum quod jura cuivis ſua ſervanda ſint, cum & quod Apoſtolica Sedes, ſuis juribus privare neminem poſſit. Attametſi hos quoque titulos, Dalmatiæ videlicet Primatis, Gradenſis obtinuiſſet, poſtquam ordinatio Diſciplinæ Eccleſiaſticæ, diſtincta Chriſti inſtitutione eſſet, a rebus Magiſtratus Civilis, titulus Gradenſis Patriarchæ, nec jus Sereniſſimæ Reipublicæ Venetæ, ad Dalmatiam infert, nec neceſſitatem confundendæ Dalmatiæ. Videndum eſt Civilibus Magiſtratibus, ab hoc exemplo & prætenſione, ne per tot privatas Religioſorum Provincias, ultro citroque diviſas, præjudicii quidpiam Reipublicæ naſcatur. Hæc ſane fuit cauſa, ut Status Sclavoniæ Croatiæque, perhibentibus actis publicis, octo Franciſcanorum conventus Provinciæ SS. Crucis Croatiæ & Carnioliæ, miſſis eatenus, ad Reges ſuos, atque Romam, nunciis, ſub Provinciæ Carnioliæ nomine, conſiderari, paſſi non ſunt, ne videlicet confuſio quæpiam Regi & Sacræ Coronæ abinde ſequatur, aut prætendatur. Moti proculdubio, ab exemplo narratæ Venetorum prætenſionis, tabula item Sambuci apud Ortell. Sed revertamur.

Confuſionem hanc ſalvare conatur Lucius, ex bellis & induciis Venetos inter ac Ungaros: ex antiqua Dalmatarum cum Venetis ſocietate: Wilhel. Tyrien. auctoritate, qui Dalmatarum mores deſcribens, meminit eorum: *qui in oris maritimis habitant.* Sed hæc quanti ſint ponderis, non deduco, perſuaſus Lectorem doctum videre. Wilhel. Dalmatarum mores deſcribit, haud vero Dalmatiæ maritimæ. In quovis Regno & Provincia, præcipue ubi diverſi ſunt hoſpites, populi, Religiones, ſtatuta, ſi mores ſingulorum deſcribantur, pro educationis ſtudiorumque ratione, diverſi evenient, quin ideo Regni vel Provinciæ illius, diviſionem objicere opus ſit. Mirari autem debeo doctiſſ. celeberrimumque Lucium, dum in robur diviſionis hujus, I. Mauri utitur titulo: ubi *Totius maritimæ Provinciæ ſtudioſi exercitatoris*, ſive belliducis, quia explicaret ipſemet, eidem *indiſtinctè Dalmatici ac Croatici littoris, res bellicæ demandatæ fuiſſent*, proinde dum Maurus officium ſuum expræſſit in titulo, diviſio Dalmatiæ maritimæ, eò eſt illegalior, quod littoris Dalmatici Croaticique curam habuerit. II. Miror, monumento deſcripto, quo victoriæ Andreæ notantur, uti Lucium; quia in eodem nulla eſt Maritimæ Dalmatiæ mentio, ut legenti patebit. III. Dum Banos inducit maritimos, quia ex Privilegiis & diplomatibus, per ſe quoque exhibitis, atque etiam a nobis ſupra poſitis, to *Banus Maritimus* nullibi legitur. IV. Dum repræhendit Archidiaconum, quod diviſionis hujus Dalmatiæ, non meminerit, quam nihilominus Dandulo, Sæculo integro poſteriori Scriptori, ut inventori attribuit. Thom. Archid. cap. I. & anteriora, & ſua tempora deſcribit, *Dalmatia* inquiens *dicebatur olim largius, cenſebatur enim cum Croatia, una Provincia - - Nunc vero* (hoc eſt ætate ſua) *Dalmatia eſt Regio maritima, incipiens ab Epyro, ubi eſt Dyrrhachium, & protenditur uſque ad Sinum Quarnarium.* Quare innanis eſt hæc Dalmatiæ diſtinctio, ad jura legitima Sacræ Coronæ, Regumque Ungariæ involvenda, excogitata. Mirumque a noſtris, eam pro canonizata exſcribi, defendi, adorari.

Verum hæc Dalmatiæ confuſio, illud reſpicit, ac pro ſcopo habet, ut ex Jadræ ruina, ejuſdemque pactis, per Archidiaconum relatis, ad quævis Dalmatici Croaticique littoris prætenſio ſubverſetur. *Segnienſes* cæterique Croatæ Liburnici, firmare videntur Venetorum Scriptores, dum proculdubio a Scholarum ſuarum magiſtris, errores, juribus Sacræ Coronæ nocivos, haurientes, ſemet Dalmatas Segnienſes inſcribunt in Gradibus, actibusque Academicis. Cæterum dividatur licet Dalmatia, dum ex ſuperioribus conſtat, demonſtratumque ex diplomatibus, monumentis, aliiſque foret; Jadram, Tragurium, Spalatum, Arbam &c. ad Sacram Coronam pertinere legitimè, conſequens eſt Dalmatiam ſive maritimam, ſive montanam compelles. Si vero Archid. cap. 15. conſulueris, depræhendes: memoratis Epiſcopatibus, Salonitanæ Eccle-

ſiæ ſubjectis, concludere: *Omnes enim Civitates prædictæ ad Regnum Croatiæ* pertinebant.

Juri quoque Regum, diſcordiæ fratrum, præjudicia attulêre. Enimvero ut cætera præteream, Bernardus in Archieppum Spalatenſem electus 1198. primum 1200. eſt confirmatus vide Archid. Patareni ſemet dilatarunt, nam ejecti e Dalmatia, a *Culino Boſniæ Bano* recepti fuêre. Per Hungariam quoque propagati, teſte epiſtol. Vulcani ad Innocentium Papam, & hujus, ad Emericum Regem, qua: *non ſolum de terra ejus* (nempe Culini) *ſed de toto Ungariæ Regno proſcribas, & bona talium, ubicumque per terram poterunt inveniri, confiſces* &c. lib. 3. epiſt. 2. Nicolaus Pharenſis Eppus, ideo quod Jadrenſem Sedem contra Innocentii prohibitionem accepiſſet, ſuſpenſus, anathematizatusque extitit, (vide Archid. cap. 25.) ſcribente Innocentio ad Regem Emericum eatenus: *Daniel* quoque *Boſnenſium Eppus*, ob permiſſos recipi in Diœceſim ſuam Patarenos, ab omni gradu dejectus eſt, ut Andreas Zmajavichius in MSS. Annal. Ecclesi. apud Farlatum. Profecto Epiſcopatus iſte Boſnenſis, magnam partem eruditamque Hiſt. noſtræ Eccleſiaſticæ efficeret, ſi quis eſſet, qui Particularis Eccl. Ungaricæ, Eccleſiaſticam Hiſtoriam perficere dignaretur. Gregorius a Creſcentio, in ſuo decreto meminit: *ſuper conſtitutione Præpoſituræ Ultraſilvanæ, quam fecimus, cum prius officium legationis, geſſimus in Hungaria.* Quod dilucidandum eruditioribus relinquimus.

Jam de cæteris, meminiſſe voluimus. Par. I. Annal. Pray pag. 179. ex Schönleben deſcribitur Emerici diploma, *Sclavoniam* explicans, ubi: *cum illuſtris Pater noſter Bela in Ducatu Sclavoniæ quemdam Nobilem de Teutonia, nomine Albertum de Michovo habuerit commetaneum, cujus terra a latere Ducatus Sclavoniæ juxta Podgoriam & Goriciam eſſet ſita, idem Albertus* &c. apud Pray videnda. Diligentiſſima combinatione rerum ac temporum, meditatione item ſuper quibusvis, fateri cogimur: Si pro ſuſpecto habendum non eſt, diploma illud, nobis eam non adeſſe librorum copiam, ut vel per conjecturam, explicare valeamus tot antitheses. *Podgorie* in Sclavonia eſſe, hujusque partem, adhuc ſub S. Rege Stephano, extra dubium eſt, viderique poſſunt, quæ a pag. 25. & ſeqq. hiſt. Eccl. Zagr. deſcribuntur. Sed ætate Belæ III. atque anno 1191. Albertum Nobilem commetaneum iſthic fuiſſe, nulla ratione ſtare poteſt, ob Belæ IV. infra deſcribenda, veriſſima diplomata. Sane qua ratione Bela IV. Dominium Cramburg contulit, ſi ſub Bela III. *juxta Podgorie* limes fuit. Quis ille Albertus? ego neſcio, neque Pray explicat. Lazius de Gent. Migr. lib. 6. pag. mihi 173. meminit *Alberti* qui ab Henrico IV. *Comes Goriciæ* fuiſſet inauguratus. Verum niſi dicatur ultra ſæculum vixiſſe Albertum, diploma illud Alberto huic applicari non poterit. Sed nec Alberto IV. relato a Lazio (deſcriptaque ſua jurisdictione per Lazium, ex lubitu, & pompa majore, quam veritate, dum Metling, Chernomely, Suſemberg, Schomberg, Wiſchez, quidquid ſit de poſſeſſorio, Iſtriæ eſſe prædia, dicit) utpote qui ſub Rudolpho II. Auſtriaco vixiſſe ſcribitur, adeoque inferior eſt Bela III. Accedit. Schönlebenianum diploma, admodum eſſe ſingulare, non ſolum in ſtylo, ſed & teſtificationibus tot rerum. Cumprimis vero illius, quod Comes Stephanus miſertus fuerit Sclavoniæ Ducatus, illumque ab oppreſſione vindicaverit, quamvis exordiô diceretur, Emericum miſſum fuiſſe a Bela in manu potenti. Illud quoque: *cum non modica ſuorum Pharaliga*, inuſitatum Regum Hungariæ ſtylo eſt. Præmium item, pro tanto beneficio, Ducatus Sclavoniæ ſervati, modicum fuit, videlicet armorum conceſſio, cum Hungariæ Reges plerumque donationes, & privilegia conceſſiſſent. Manifeſtum vero errorem continet, ſi annum 1200. ait Regis Henrici primum. Ego antefero tot Emerici cætera privilegia, Dalmatica, Ungarica, de quibus nulla eſt ſuſpicio, & quæ nomina Baronum Prælatorumque Regni exprimunt, Schönlebeniano huic, mirorque P. Pray tantum ei attribuiſſe, ut Belæ III. vitam, ad annum 1200. extenderit, adverſus tot aliorum diplomatum fidem, tot item Scriptores. At hæc, a doctioribus dilucidanda præſtolamur.

De Servia dicendum eſſet, tum ob anteriora, cum vel maxime, quod Emericus bella geſſiſſe cum Bubaliis ſcribatur. Andreas quoque relatam pag. 168. memoriam, de victoria Chulmiæ, Raſciæque receperit. Verum res Serviæ Boſniæque. adeo ſunt confuſæ, ut majori diligentiſſimoque indigeant examine. Quas hic ponderare non vacat, fors Tomo ſequenti, in Banorum notitiis accuratius pertractari poterunt. Interim erudito Lectori, pro intelligentia præmiſſorum, ſequentia, ex monumentis, proponimus. *Wkſanus* (Latinis eſt Volcus & Vulcanus) ac *Stephanus* fratres fuere. Hic *Serviæ* præfuit, appellaturque *Magnus Jupanus totius Serviæ*, Eudociam habens uxorem, quacum diſſenſit (vide Nicetam lib. 3. cap. 7. in Alexio Comneno) cum fratre quoque Volco; a quo, Stephanus Principatu & Patria, erat expulſus. Hæc ad annum 1197. collocari debere cenſeo. Vulcano adhærebat Emericus, ex parte Serviæ, Andreas e Dalmatia. Sed 1198. coaluerunt, atque Serviæ Jupanus effectus eſt Stephanus; *Vulcanus* vero in Principatu, ut nominârunt Dalmatiæ & Diocliæ, in veritate Boſniæ, manſit. Sed uterque ſub clientella Regum Hungariæ, & Apoſtolicæ Romanæ Sedis in ſpiritualibus

libus poteſtate. Hæc ex epiſtolis, ab utroque horum, ad Innocentium datis, atque ab eo receptis, apud Rainal. ad an. 1199. clara ſunt. Item ex ordinationibus per Pontificis legatos factis, & ſynodis celebratis. Innocentius Vulcanum Regem vocat, inſcribendo: *Vulcanno Illuſtri Regi Dalmatiæ, & Diocliæ.* Boſnia *Banum Culinum* his temporibus habuit, Ungariæ Regibus ſubjectum. Conſtant hæc ex Vulcani ad Papam epiſtola, ubi: *demumvero Paternitatem veſtram nolumus latere, quia hæreſis non modica in terra Regis Ungariæ, videlicet Beſſina* (Boſnia) *pullulare videtur - - - unde rogamus, ut Regi Ungariæ ſuggeratis, ut eos a Regno ſuo evellat.* Sed Titulus ille Vulcano datus, Regis videlicet, negatusque petenti Stephano, inter fratres bellum cauſavit, quo, Vulcanus Regis Ungariæ copiis adjutus, fratrem (teſte Cangio) Principatu & patria exegit. Emericus, Innocentio per nuncium ſignificat, *ſalvo in temporalibus jure ſuo*, ſe paſſurum, ſi Vulcus Regalem ab Apoſtolica Sede Coronam ſuſceperit. Negotii hujus executio Archieppo Colocenſi committitur, ob civiles ſupra indicatas diſcordias, propter *Ladislai* coronationem, ſuſpenſa. Serviæ occupatio ad annum 1201. aut 1202. figi debet, ex Papæ Innocentii epiſtolis, quarum 18. lib. 6. ad Emericum Hungariæ Regem: *Monemus igitur Magnificentiam tuam, & exhortamur in Domino, quia ſicut nos tibi & Regno tuo in hac parte detulimus, ſic celſitudo Regalis curet nobis & Apoſtolicæ Sedi deferre, inſtitutiones Eccleſiæ Romanæ in terra ipſa ſervari præcipiens, & eam plenius ad obedientiam noſtram reducens, ut fiat unum ovile, & unus Paſtor: cum hoc ipſum tibi & Regno tuo videatur plurimum expedire.* In alia ad Regem Emericum epiſtola, Innocentius: *Verum & illud non ab re potuiſſemus attendere in hoc caſu: quod cum Nobilis vir Stephanus Megajupanus Serviæ per Venerabiles Nuncios nobis humiliter ſupplicaverit, ut in terram ſuam dirigeremus Legatum, qui eam ad obedientiam Eccleſiæ Romanæ reduceret, & Regium ſibi diadema conferret. Noſque petitionem ipſius de communi fratrum noſtrorum conſilio decreverimus admittendam, hujus legationis officium Venerabili fratri noſtro Johanni Albanenſi Epiſcopo injungentes. Intellecto tandem quod hoc tuæ ſerenitati plurimum diſplicebat, ob tui gratiam, non ſine quadam noſtra confuſione deſtitimus ab incepto. Tu vero poſtquam expugnaſti Serviam, amoto Stephano; & Vulco ſubſtituto in locum ipſius, per tuos Nuncios intimaſti, quod terram illam ad obedientiam Romanæ Eccleſiæ reducere cupiebas; & ſalvo in temporalibus jure tuo, æquanimiter ſuſtinebas, ut dictus Vulcus Regalem ſuſciperet ab Apoſtolica Sede Coronam. Unde nos hujus executionem negotii, de conſilio nunciorum tuorum, Ven. Fratri noſtro Colocenſi Archiepiſcopo duximus committendam. Sed cum jam biennium ſit transactum, in nullo novimus eſſe proceſſum.* Vulcanum toti Serviæ præfuiſſe, teſtis eſt Innocentii epiſtola, ad Colocenſem Archiepiſcop. dat. XI. Kal. April. qua committit Archiepiſcopo, ut Vulcanum inviſeret, eumque in Romani Pontificis obedientia confirmaret, & a Conſtantinopolitani Patriarchæ juriſdictione liberaret. Eodem die ſcripſit, Ungariæ Regi, Serviæ item Archiepiſc. Epiſcopis, Principibus, atque Optimatibus; ipſique Vulcano, Romanæ Eccleſiæ Primatum, atque in cæteras ſupremum Imperium, dignitatemque commendando.

Verum an Vulcanus in Serviæ Regem fuerit ab Archiepiſcopo Colocenſi, aut Albanenſi coronatus? ego definire neſcio. Mortuo Emerico Rege, utrum Vulcanus quoque deceſſerit? aut a fratre Stephano, Regno privatus fuerit? non examino. Thomas Archid. cap. 26. recenſet: *Stephanum* nequaquam Vulcanum impetrata ab Honorio Corona, coronatum, primumque fuiſſe Serviæ Regem. Raynaldus anno 1220. N. 37. exhibet Stephani hujus ad Honorium III. litteras: quibus Titulus: *Stephanus DEI Gratia totius Serviæ, Diocliæ, Tribuniæ, Dalmatiæ, atque Ochlumiæ Rex coronatus* &c. Andreas Dandulus, providus rerum ſuarum, neſcio quo ex fonte, ſcribit: Stephanum hunc Raſciæ & Serviæ Dominum, dum Neptem quondam Henrici Dandulo Ducis Venetiæ accepiſſet in conjugem, ex ſuaſione uxoris, abjecto ſchiſmate, a Papa obtinuiſſe Regios titulos & Coronam, atque una cum conjuge fuiſſe coronatum anno 1217. Hæc Danduli cogitatio eo eſt ordinata, ut Serviæ prætenſio a Sereniſſima Republica adſtrui poſſit. Tomeus in vita S. Sabæ apud Bollandum Tom. I. ad 14. Jan. ex *Geliza* Niſſenſi, natum ait Stephanum. Nicetas, tertiam filiam Alexii, *Eudociam* nomine, ei uxorem fuiſſe perhibet. Dandulus ſua, docere debuerat. Hæc in noſtro ſyſtemate, negligenda non duximus, & haud ingrata futura erudito Lectori confidimus, dum hinc *Regni Serviæ* videbit initia, conſenſu Hungariæ Regum, ac ſub expræſſa conditione: *ſalvo in temporalibus jure* Regis & Sacræ Coronæ. Videre hinc eſt, haud pompæ, aut Cæremoniæ eſſe vexilla illa, quæ coronando Regi exhibentur, & ſubduntur, at juris legitimi. De Ungaria, Sclavonia, Dalmatia, Croatia, dictum ſuperius, nunc etiam patet de Servia, de reliquis ſuo dicturi ordine.

De Chulmia ſequentia monenda videntur. Joan. Lucius lib. 4. cap. 4. Chulmiæ notitiam obſcurare, confundereque nititur. At ſi Lucius, de ſua ſcripſiſſet ætate, ſive ſæculo XVII.

 cum

Digitized by Google

cum terminos Provinciarum variari certum ſit, indulgendum viro foret doctiſſimo; verum dum Chulmiæ notitiam, a Porphyrog. atque Thoma Archidiacono deſcriptam, vocat in dubium, nullum dubii ponens fundamentum, quam ut Chulmiam a Regno Croatiæ avelleret, arguens Archidiaconum: *Ducatum Chulmiæ in Regno Dalmatiæ & Croatiæ*, perperam incluſiſſe, ideo quod *tempore Archidiaconi, cum ab Ungarico Magiſtratu, qui Dalmatiæ & Croatiæ præerat, regeretur, & in ditione Mucarenſis Eppi eſſet, qui Spalatinæ Eccleſiæ Suffraganeus erat, ideo Regionem Chulmiam in Croatia fuiſſe exiſtimavit.* Sed ſi Archidiaconus recte opinatus non eſt, loco quæſtionis a Lucio indeciſæ, an a monte? civitate? aut flumine? Chulmiæ appellatio nata ſit, docendum fuiſſet Lucio, cujus Regni pars, Chulmia eſt, an nempe Dalmatiæ aut Croatiæ? vel Serviæ? aut Sclavoniæ? Quod dum non præſtitit, Regni Hungariæ, ſive Sacræ Coronæ juribus, nocere ſtuduiſſe arguitur. Sed cum ſit Scriptorum conſenſio, ut Archid. Diocl. Orbini. Byzantinorum, Chulmiam, partem eſſe Regni Croatiæ, donec oppoſitum quiſpiam non demonſtraverit, Lucio ſubſcribi nequit. Interim ſit Chulmia cujuscumque Regni & Provinciæ pars, hanc juris Sacræ Coronæ eſſe, evincit memoria ſuperius pag. 168. exhibita; evincit ipſe Lucius, dum Andream 1207. Almiſanis (quos caput Chulmiæ ſcribit) privilegium ſimile Dalmaticis Civitatibus, indulſiſſe teſtatur: dum Andreæ Regis mandata exhibet, ut a latrociniis in inſulis duabus maritimis abſtineant, Patarenosque ejiciant, alias cum robore Regni, & filiis duobus Bela & Colomano in perſona, eos eſſet caſtigaturus: dum Reges Hungariæ, ab anno 1198. quo Chulmiam Andreas obtinuit, ſeſeque Ducem Chulmiæ ſcripſit, hanc ſuis perpetuo inſerunt titulis. Iniquus autem in Andream Regem, uſitato more Scriptoribus Venetis, eſt Lucius, dum Piraticæ, Andream Regem inſimulat. *Infeſtationem maris, uſque quo bellum cum Venetis gerebatur* (quod nihilominus geſtum non fuerat, ſed peregrinorum ope, nil ſciente Ungaria, Jadra ruinata fuit) *juſſione Regia*, Chroatos & Chulmitanos *exercuiſſe cenſendum*, aſſerens. Hæc exercendæ Piraticæ juſſa, cum mandato hanc inhibente componi nequeunt. Honorius quoque Papa, dat. Lateran. 3. Idus Jan. Pontif. an. 10. ad Spalat. Archiepiſ. non ſcripſiſſet: *Super eo autem quod ſicut veſtræ litteræ continent - - promiſerunt piraticam - dimiſſuros, dummodo Eccleſiæ Romanæ gratiam valeant rehabere, ac per eandem poſſint, ſedes patrimoniorum ſuorum a Rege recipere, quibus, ab eo ſe aſſerunt ſpoliatos.* Si vero Andreæ juſſione, Piraticam exercuiſſent, in pœnam, patrimoniis ſuis, a Rege privari non poterant, imo *juſſione Regia*, factum ſuum diluiſſent, ſic Reges noſtri, Magiſtratusque Ungariæ, depingi ſolent, a Scriptoribus Venetis, ut viſa auditaque horum injuſtitia (quemadmodum facit Lucius, Piraticam Regi Andreæ tribuendo) Hungariæ Regum Apoſtolicorum, horrorem injiciant. Mirumque ſectatores e noſtris illos habere, qui res quasvis deſcribunt, ac dein pro teſtibus conſentientibus, prædicantur. Quod jam ſuperius deploravimus. Reflectere voluimus Lectorem: Lucium lib. 4. cap. 4. pag. mihi 162. Honorii Papæ exhibere epiſtolam, quæ Lucii intentionem plene enervat, ait ibi Pontifex: *Quidam Sclavi & Dalmatini, quamvis cenſeantur nomine Chriſtiano, Cruceſignatos - piratica rabie ſpoliant.* Hæc dum Lucius *Almiſſanis* quos ait eſſe caput *Chulmenſium*, attribuit: vel inique piraticæ Chulmenſes accuſat; vel ſi hujus, Chulmenſes rei ſunt, male arguit, repræhenditque Archidiaconum, dum Chulmiam Croatiæ partem dixit, Honorius enim, eo vivens tempore, Sclavos & Dalmatinos, ideo appellavit, quod illos, ut partem Sclavoniæ (quo nomine etiam Croatæ tum accipiebantur, a Conſtantinopolitanis, Venetis item, & Romanis) agnoverit. Nec Lucius erroris damnat Honorium.

Ex relatis, illud quoque conſequitur: hac ætate, Provincias iſtas, cumprimis *Dalmatiam*, ex lubitu fuiſſe habitas. *Henricus*, ſive Emericus Rex Ungariæ, Regem ſe *Dalmatiæ, Croatiæ* &c. ipſeque de jure & legitime ſcribit. Andreas æque, *Dalmatiæ, Croatiæque Ducem.* Henricus quoque Dandulo. Imo Papa Innocentius: *Vulcum* Regem Dalmatiæ & Diocliæ agnoſcit. Plures item, ut Duces Maranæ. Hæc legentibus, uti confuſionem facerent; ita cauſa ſunt, tot opinionum ex lubitu, atque ad Danubium uſque, per Pannoniam extendendæ Dalmatiæ. Quare Lectorem eruditum & doctum, ut ſcio, hæc nil morantur, ſic nec turbent initiantem, reducantque præjudicioſum, ac ſectarium. Hæc profecta ſunt, ex Dalmatiæ commodis, mariſque Adriatici ſuſpirato dominio. Pontifices Romani, poſtquam Romæ & Romani Magiſtratus, ſe dominos eſſe agnoverunt, florente olim Romanorum Imperio, quia Dalmatia Senatûs fuiſſet Provincia, hanc ſui juris eſſe credentes, plerumque, elargitos a ſe Regios titulos, Dalmatiæ tribuebant, ſic Zvonimiro, Gregorius VII. Alexander Venetis, Innocentius Vulcano. Alii, a poſſeſſa parte quapiam, ſubito ſe, Dalmatiæ Reges dixêre, quin uti obſervatum pag. 154. a populo & mercatoribus, Veneticorum Croaticorumque Duces, Venetæ ſe dixerunt. Lucius rei hujus teſtis eſt, qui ab invaſa a Venetis Jadra, Dalmatiæ illico partitionem prætendit, dicens ſuperius, *Jadrenſis Provinçia*, rectius dixiſſet, *Jadrenſis Civita-*

tis

Digitized by Google

tis ruina, *pro Dalmatia ſumi cœpit*, intellige a Venetis, continuoque teſtantibus monumentis, Henricus Dandulus, *Dalmatiæ Ducis* titulos ſibi adjecit. Atque iſtud his temporibus, ſic invaluerat, ut ſi ab aliquo integra Provincia vel Regnum poſſidebatur, per to *Totius* deſignabatur. Hinc Stephanus Serviæ Rex primus, rehabita tota Servia, ſuperius in titulo exprimit: *Totius Serviæ*, Rex. Priore autem ſæculo, extenſio Regni vel Provinciæ, ſub to *Totius* ſignificabatur, eratque juris, prætenſionisque formula, potius ac poſſeſſorii.

De Bulgaria quoque dicendum eſt, quæ Emerici Regis tempore in Regnum eſt elevata, cujus vejus, ad S. Regni Coronam pertinet. De Bulgaria Scriptores Græci videndi. Ex Georgio Arcopolita ſequentia deſcribimus: „ Cum Imp. Iſaacius rem gereret Conſtantinopolitanam, uxore demortua, quam ſupra diximus Ungaram, Ungarorum Principis filiam (*Belæ videlicet III. teſte Niceta*) uxorem duxit; cum apparaet nuptias, easque Regias, magnificis quoque ſumptibus decorare decrevit. Hinc ex univerſa Romanorum ditione pecudes, ſues, ac boves congregabantur. Sed cum harum rerum Bulgaria omnium feraciſſima ſit, plurima quoque ab ea depoſcebantur. Bulgari & antea quidem inimici Romanis, illisque multorum bellorum, captivitatum excidiorum urbium; & aliorum ſexcentorum infortuniorum per annos plures cauſa, tandem ab Imp. Baſilio, quem non aliam ob cauſam Bulgaroctonum dictum, fama atque traditione accepimus, debellati, ad Imperatoris uſque Iſaacy tempora Romanis tributa pendebant. Tum ob ea, quæ memoravimus rebellionem moliuntur, & ab Aſano neſcio quo ſuaſore, atque impulſore, omnibus quæ intra Hæmum ad Iſtrum uſque excurrunt, in poteſtatem redactis, Regio occupatur. Eo, res Romana quam maxime afflicta eſt. Bulgari namque, cum Schytæ mutuas operas tradidiſſent, multis malis Romanos vexarunt. Propterea Indignatus Imp. Iſaacius, in unum collectis copiis adverſus eos aciem dicit, & maritima prætergreſſus, atque per Meſſembriam Civitatem iter faciens, Hæmum ingreditur. Aſanus cum exercitu in oppidulo, cui nomen Strinabo immoratur; & Imp. Iſaacius tentoriis fixis Bulgaros obſidet; ſed ab illis eluditur. Unus enim ex illis transfugam ſimulans, Imperatori Schytarum irruptionem denunciat. Imperator conturbatus nuncio, licet die ſequenti oppidulum ſubacturus eſſet, loco cedit, nec eam quam inierat, redit viam. Sed deluſus a Bulgaro, breviorem nec inconſultus aggreditur. Progredientem itaque & in anguſta ſemita laborantem Bulgari aggrediuntur, militem fundunt, apparatumque omnem bellicum deprædantur, ipſam etiam Imperatoris ſuppellectilem diripiunt. Ex Romanis plures cæſi ſunt, qui cum Imperatore evaſerant, pauci admodum fuere, & prorſus nudi. Hac victoria, præda, ſpoliisque Romanorum, Bulgari nimis & inſolenter animos ſublevarunt: quippe & ipſis Imperatoriis inſignibus precioſiora conquiſierant, & præterea Regias pyramidas, phialas celebres, pecuniæ vim immenſam, ipſam etiam Imperatoriam Crucem, quam Sacerdos abjecerat, non multo poſt in flumine offendunt, ex auro compactam, in medio ex ſacroſancto ligno, cui Chriſtus Dominus affixus pependerat, in modum Crucis efformato complectentem - - - Imp. vero Iſaacius Conſtantinopolim fugiens ſe recepit, „ Diffuſius hæc, inque plures annos Nicetas Choniates deſcribit. Anno ſecundo Iſaacii, ſive Chriſti 1187. deſcribitur cauſa Blachicæ ſeu Bulgaricæ defectionis. Anno 1189. lib. 2. N. 1. cædes a Blachis Græcorum, Iſaaciique receſſus. 1192. clades Iſaacii in Blachica expeditione, Anno 1193. Iſaacius ſuſcepta in Blachos expeditione paulo poſt ab Alexio fratre, oculis Imperioque privatur.

Porro Bulgariam ut olim fuerat, pro rerum humanarum viciſſitudine, ſucceſſive ſuas paſſam fuiſſe vices ex Scriptoribus clarum eſt. Pars enim ejus poſt Baſilium Bulgaroctonum Græcis parebat, partem ejus poſt Deleanum alii tenuerunt. Vide Cangium in Fam. Dal. cap. 6. Blachiam, ſive Valachiam, pro Bulgaria quidam habent, ut Nicet. Choniat. L. 1. in Iſaac. Ang. qui Bulgaros, Myſos Blachosque vocat. Leunclavius videtur diſtinguere Blachos a Bulgaris. Verum quia accuratam rerum harum cognitionem, ab eruditis hodie Tranſilvanis, præſtolamur, hæc miſſa facimus, prouti & Valachiæ ex Baudrandio deſcriptionem; cæterasque ſive de nominis origine, ſive Vaivodis Banisque ejus, quæſtiones. Ad ſcopum noſtrum: recolendo ſuperiora, ſive a pag. 58. ſive 86. inſinuata. Teſte Arcopolita Georgio, poſt reſtitutum Regnum, *Primus* Rex Bulgarorum fuit *Aſanus*. II. *Petrus*. Hujus Arcopolita non meminit, meminit autem Cangius, Nicetas Choniates, ac Innocentius III. in epiſt. ad Ungar. Regem anno 1204. dum ait: *Antiquitus multi Reges in Bulgaria ſucceſſive fuerunt - - ſed tandem prævalentibus Græcis, Bulgari perdiderunt Regiam dignitatem - - donec noviſſime duo Fratres, Petrus videlicet & Joannicius, de priorum Regum proſapia deſcendentes, terram patrum ſuorum, non tam occupare, quam recuperare cœperunt.* III. *Joannes*, alias *Joannicius & Calojoannes* appellatus, Græcorum jugum ut plurimum excutiens, Regnum Blachorum, Bulgarorumque maxime ſtabilivit. Ad Joannicium hunc, Innocentii III. epiſtolas plures Raynaldus

Digitized by Google

dus exhibet, reliquas, inter eſt de ſubmiſſa Joanni Corona lib. 5. epiſt. 116. dat. 5. Kal. Decemb. an. 1202. qua, reliqua inter: *Petiſti vero humiliter, ut Coronam tibi Eccleſia Romana concederet, ſicut illuſtris memoriæ Petro, Samueli, & aliis Progenitoribus tuis, in libris tuis legitur conceſſiſſe. Nos igitur, ut ſuper hoc majorem certitudinem haberemus, Regeſtra noſtra perlegi fecimus diligenter, ex quibus evidenter apparet, quod in terra tibi ſubjecta, multi Reges fuerant coronati. Præterea continebatur in eis, quod tempore bonæ memoriæ Nicolai Papæ Prædeceſſoris noſtri, Rex Bulgarorum, ad cujus conſulta ſæpiſſimè reſpondebat, cum toto Regno ſibi commiſſo ad prædicationem ejus fuerat baptizatus; & Rex ipſe ab eo Archiepiſcopum poſtulaverat. Legatus quoque Michaelis Regis Bulgarici, cum donis Regalibus Adriano Papæ Prædeceſſori noſtro Regias litteras præſentârat, & poſtularat ab eo, ut aliquem ex Cardinalibus in Archiepiſcopum eligendum dirigeret, quem poſt approbationem eorum ad Sedem Apoſtolicam remeantem ipſe poſtmodum conſecraret. Quumque idem Adrianus illuc cum duobus Epiſcopis, quemdam Subdiaconum direxiſſet, Bulgari corrupti donis Græcorum, & promiſſionibus circumventi, Romanis ejectis, Græcos Presbyteros receperunt* &c. narratque ob levitatem ejusmodi, nullum ex Cardinalibus, a ſe ad Joannem mitti, mitti tamen Capellanum ſuum, qui corrigenda corrigeret; ſtatuenda ſtatueret: Pallio Archiepiſcopum inſigniret; ordinaret, Epiſcopos conſecraret. Tum ait: *Mandamus quoque ipſi, ut de Corona progenitoribus tuis ab Eccleſia Romana collata, tam per libros veteres, quam alia documenta inquirat diligentius veritatem* &c. Significaverat vero Calo-Johannes Innocentio; ſibi Coronam offerri a Græcis. Ut Raynal. ad annum 1203. Num. 20. Juvat quædam exſcribere: *Calo-Johannes Imperator Bulgarorum, Sanctiſſimo Domino fidei Chriſtianorum ab Oriente ad occidentem Patriarchæ, Papæ Romano. - - - Notum facio Sanctitati tuæ, quod elapſi ſunt ſex anni, quod ego ſemel, ſecundo, & tertio miſi ad vos; ſed nuncii mei non potuerunt ad Sanctitatem tuam accedere, ei proponere verbum meum - - - Ex quo ſciverunt iſtud Græci, miſerunt mihi Patriarcha & Imperator: Veni ad nos coronabimus te in Imperatorem, & faciemus tibi Patriarcham; quia Imperium ſine Patriarcha non ſtaret; ſed ego non volui, imo recurri ad Sanctitatem tuam, quia volo eſſe ſervus S. Petri, & tuæ Sanctitatis. Et ſciat Sanctitas tua, quod ego miſi ad te Archiepiſcopum meum cum omni ordinatione, & pecunia, & pannis ſericis, cera, & argento, equis & mulis - - & rogo per orationes B. Apoſtoli Petri - ut tu mittas Cardinales. - ut me coronent in Imperatorem, & in terra mea faciant Patriarcham ut ſim Servus tuus, tempore vitæ meæ.*

Innocentius III. miſit Joannem Capellanum ſuum, in Bulgariam. Quid hic effecit? juvat ex pagina privilegii, aurea bula ſignati, atque ab Illmo D. Aſſemano Tom. V. pag. 133. exſcripti, referre.

„ In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, amen. Quum placuit Domino noſtro „ JEſu Chriſto, me, Dominum & Imperatorem totius Bulgariæ & Blachiæ facere; inquiſivi „ antiquorum noſtrorum ſcripturas & libros, & beatæ memoriæ Imperatorum, noſtrorum „ prædeceſſorum leges, unde ipſi ſumpſerunt Regnum Bulgarorum, & firmamentum Impe„ riale, Coronam ſuper caput eorum, & Patriarchalem benedictionem. Et diligenter perſcru„ tantes, in eorum invenimus ſcripturis: quod beatæ memoriæ illi Imperatores Bulgarorum „ & Blachorum, Simeon, Petrus, & Samuel, & noſtri prædeceſſores, Coronam Imperii eo„ rum, & Patriarchalem benedictionem acceperunt, a Sanctiſſima DEI Romana Eccleſia, & „ ab Apoſtolicæ Sedis, Principe Apoſtolorum Petro. Sed Imperium meum voluit benedictio„ nem, & Imperiale firmamentum Coronæ capitis Imperii ſui ſuſcipere, & Patriarchalem be„ nedictionem ab Eccleſia Romana, ab Apoſtolicæ Sedis Principe Apoſtolorum Petro, & a „ Sanctiſſimo Patre noſtro Univerſali Papa tertio Innocentio; & a quocumque Patriarchalis „ benedictio & mandatum in Civitate Imperii mei Trinovi data, & conceſſa fuerit a Domino „ Papa faciendi & conſecrandi Archiepiſcopos, Metropolitas & Epiſcopos, & reliquas Eccle„ ſiaſticas obſecutiones Sacramentales, concedit Imperium meum, ut pleniſſimam in omni te„ nimento, & Imperii mei pertinentiis, ipſi habeant poteſtatem. Ecce enim omnes totius Im„ perii mei & tenimenti, & Patriarcha meus, Metropolitani, Epiſcopi, Archiepiſcopi, & cun„ cti Sacerdotes, Romanæ ſubſint Eccleſiæ; & teneant leges & conſuetudinem, quas tenue„ runt beatæ memoriæ Imperatores *Totius Bulgariæ* & Blaciæ, priſci illi noſtri prædeceſ„ ſores, & nos, eodem modo veſtigia eorum imitantes. Subſignat autem Imperium meum „ ad ſecuritatem, Chryſobolum ſuum, quod nunquam ab Eccleſia Romana, & ab Apoſtolica „ Sede, Principe Apoſtolornm Petro, ipſum videlicet Imperium meum diſcedet; neque alii „ Imperii mei Principes diſgregabuntur; ſed ut vocatus, dilectus filius Sancroſanctæ & Apoſto„ licæ Romanæ Sedis, Principis Apoſtolorum Petri, ero. Et deinceps quascumque terras Chri-

„ ſtia-

Digitized by Google

„ ſtianorum, ſeu Paganorum, meum aquiſiverit Imperium, ſub poteſtate & mandato ejusdem
„ Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ & Apoſtolicæ Sedis erunt. Et ut præſens Chryſobolum Im-
„ perii mei, ratum & firmum habeatur, dedi Imperium meum in manibus Reverendiſſimi viri
„ Sancroſanctæ Romanæ Sedis Legati, & Domini Papæ Capellani, in quo & noſtrum pium &
„ a DEO promotum ſubſignavit Imperium. Anno ſex milleſimo, ſeptingenteſimo duodecimo.
„ Indictione ſeptima „. Hinc anno Chriſti 1203. poſt Kalendas Septembris.

Chryſobolum hunc, & donaria quædam, Romam tulerunt, Joannes Legatus, ac Papæ Capellanus, Blaſius item, jam conſecratus Epiſcopus Brandizuberenſis, cum litteris ſequentibus „ Sanctiſſimo & dominatori & univerſali Papæ, ſedenti in Sede Beati Petri, & Domino ;
„ Patri Regni mei, Tertio Innocentio, Papæ Sedis Apoſtolicæ, & Eccleſiæ Romanæ, & Ma-
„ giſtro totius mundi. Spero in DEum Salvatorem omnium, quod bene, & multum bene va-
„ leat Sanctitas tua, cum omnibus ſedentibus circa thronum Sanctitatis tuæ Cardinalibus
„ Sanctæ Eccleſiæ Romanæ. Noverit magna Sanctitas tua, quod ego filius tuus & Romanæ
„ Eccleſiæ, Imperator omnium Bulgarorum & Blacorum, cum omnibus Principibus Imperii
„ mei, multum bene ſum, per DEum & orationem tuam. Multoties miſit Imperium meum
„ nuncios ſuos ad Sanctitatem tuam. Ideo certe non potuerunt tranſire, quia illi, qui non ha-
„ bebant pacem, cum Imperio meo, ſervabant vias. Poſtea Menſe Junii præterito, Imperium
„ meum, miſit Archiepiſcopum meum, & totius Bulgariæ Regionis, & univerſalem Sanctæ
„ & magnæ *Trinovæ*, & magnum hominem Imperii mei, merito nominatum Primatem &
„ Archiepiſcopum totius Bulgariæ, nomine Bulgarorum ; qui quum perveniſſet Durachium,
„ non fuit permiſſus tranſire ad Sanctitatem tuam, ut compleret deſiderium Imperii mei San-
„ ctitas tua, ſecundum conſuetudinem prædeceſſorum meorum Imperatorum Bulgarorum, &
„ Blacorum, Simeonis, Petri, & Samuelis progenitorum meorum, & cæterorum omnium Im-
„ peratorum Bulgarorum. Verum DEO adjuvante, & intervenientibus orationibus Sanctita-
„ tis tuæ, venit ad me præſens nuncius Apoſtolicæ Cathedræ & Primæ Sedis Eccleſiæ Roma-
„ næ Johannes Capellanus, & detulit mihi litteras, ex præcepto Sanctitatis veſtræ, & Apoſto-
„ licæ Sedis, & palliavit dictum Archiepiſcopum, & fecit eum Primatem totius Bulgariæ, &
„ Blaciæ: Et portavit Imperio meo litteras Sanctitatis tuæ, & expoſuit quidquid ei Sactitas
„ veſtra mandavit; & repletum eſt cor meum gaudio magno, quoniam ſecundum volunta-
„ tem Imperii mei donavit mihi DEus & Sanctitas tua. Et rogo & deprecor Sanctitatem tuam,
„ ut compleat deſiderium Imperii mei, & mittat virgam Paſtoralem ad congregandas oves,
„ & cætera, quæ Patriarcha conſuevit habere, & faciat præſentem Primatem & Patriarcham
„ in magna Eccleſia *Trinovæ* primæ Civitatis totius Bulgariæ, & habeat Eccleſia ipſa etiam
„ poſt mortem iſtius Patriarchæ, Patriarcham in perpetuum ex præcepto Sanctitatis tuæ.
„ Et quoniam grave eſſet propter longitudinem viæ & gverram hominum in obitu cujusque
„ Patriarchæ recurrere ad Eccleſiam Romanam ; concedatur ab Eccleſia Romana Eccleſiæ
„ Trinovæ, ut ſibi poſſit eligere & conſecrare Patriarcham, ne ex ejus abſentia terra illa ſine
„ benedictione remaneat, & tua conſecratio imperfecta, & redundet peccatum in Sanctitatem
„ tuam. Nunc autem petimus, *ut fiat chriſma, ex præcepto Sanctitatis tuæ in Sancta &*
„ *magna Eccleſia Civitatis Trinovæ, pro Baptiſmate Chriſtianorum.* Sciat Sanctitas tua,
„ quod quum ſciverint Romæi *(id eſt Græci)* quod receperimus conſecrationem a Sanctitate tua,
„ non dabunt mihi chriſma. Et aliud peto a Sanctitate tua, ut mittas Cardinalem ad Imperi-
„ um meum, ſeu iſtum, qui venit ad me, ſive alium a Sede Apoſtolica, & *des ei diadema &*
„ *ſceptrum ſecundum Apoſtolicæ Sedis, & Apoſtolorum Principis benedictionem*: Et
„ mittat Privilegium bullatum aurea bulla, ad exemplar ipſius ſervandum perpetuo, in
„ Eccleſia Trinovæ. Et hæc omnia dent Imperio meo, & conſecrent, & coronent Impe-
„ rium meum. Omnia autem prædicta mitti debent ad Imperium meum, a Sanctitate
„ tua. Videat, præſens Nuncius Epiſcopus Brandizuberenſis Blaſius, ut poſſit referre quod
„ tu ſcripſeris manu propria. Et ſi hæc omnia impleverit Sanctitas tua, ita reputabo cum
„ proſapia Imperii mei & omnium Bulgarorum & Blacorum, quod ſumus dilecti filii Or-
„ thodoxæ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ. *Et de confinio Ungariæ, Bulgariæ, & Blaciæ, re-*
„ *linquo judicio Sanctitatis tuæ*, & dirigas negotium iſtud recte & juſte, ut non habeat pec-
„ catum anima Sanctitatis tuæ, & ita habeat Imperium meum juſtitias Bulgariæ & Blaciæ,
„ *quod Rex Ungariæ habeat juſtitias Ungariæ, & ceſſent occiſiones Chriſtianorum in*
„ *me, & Imperium.* Sciat autem Sanctitas tua, quod quinque Epiſcopatus Bulgariæ pertinent
„ ad Imperium meum, *quod invaſit & detinet Rex Ungariæ cum juſtitiis Eccleſiarum*; &
„ *ipſi Epiſcopatus ſunt annihilati*, & ſi juſtum eſt hoc, fiat: quidquid dicturus eſt præſens
„ Nuncius Imperii mei Epiſcopus Brandizuberenſis Blaſius Sanctitati tuæ, habeas verum,
„ quoniam ex parte mea dicet. „

His, ac Baſilii Archiepiſcopi, habitis litteris, Innocentius III. Leonem Presbyterum Car-

Digitized by Google

dinalem Tituli SS. Crucis, ad Bulgariam cum Corona, cæteriſque exmiſit, cum Privilegio ſequenti: „ Calo-Johanni illuſtri Bulgarorum & Blacorum Regi, ejuſque poſteris ei tam in Reg-
„ no, quam in devotione Sedis Apoſtolicæ ſucceſſuris in perpetuum. - - - Cum ex præcepto
„ Domini oves ejus paſcere teneamur, populis Bulgarorum & Blacorum, qui multo jam tem-
„ pore ab uberibus matris ſuæ alienati fuerunt, in Spiritualibus & temporalibus paterna ſoli-
„ citudine providere volentes, ejus auctoritate confiſi, per quem Samuel, David, in Regem
„ inunxit, *Regem Teſtatuimus* ſuper eos. Et per dilectum filium Leonem tituli Sanctæ Cru-
„ cis Presbyterum Cardinalem, Apoſtolicæ Sedis Legatum, virum providum & honeſtum,
„ nobis inter cæteros fratres noſtros acceptum, *Sceptrum Regni*, ac Regium tibi mittimus
„ *diadema*, ejus, quaſi noſtris tibi manibus imponendum. Recipiendo à te juratoriam cautio-
„ nem, quod nobis & ſucceſſoribus noſtris & Eccleſiæ Romanæ devotus & obediens permane-
„ bis, & cunctas terras & gentes tuo ſubjectas Imperio, in obedientia & devotione Sedis Apo-
„ ſtolicæ conſervabis. Ad petitionem inſuper, Ven. Fratris noſtri Blaſii Brandizuberenſis Epi-
„ ſcopi, quem ad Sedem Apoſtolicam deſtinaſti, publicam in Regno tuo, *cudendi monetam*,
„ tuo charactere inſignitam, liberam tibi concedimus facultatem. Venerabili inſuper fratri no-
„ ſtro Archiepiſcopo Trinovitano, in terris, in quibus imperas univerſis, Privilegium concedi-
„ mus Primatiæ, qui, & Succeſſores ipſius, tuos impoſterum ſucceſſores, ſimili ab eis juramen-
„ to recepto, Apoſtolicæ Sedis authoritate coronent; & in terra tua, Primatus obtineant digni-
„ tatem, eique Metropolitani tam in Bulgariæ quam Blaciæ Provinciis conſtituti ſubjaceant, &
„ juxta formam Canonicam, reverentiam Primati debitam exhibeant & honorem &c. Datum
„ Anagniæ per manum Johannis S. R. E. Subdiaconi & Notarii VI. Kal. Martii. Indict. VII.
„ Incarnat. Dom. Anno 1203. (*legendum 1204.*) Pontificatus vero D. Innocentii Papæ III.
„ anno VII.

Miſit quoque Calo-Joanni vexillum cruce, & Eccleſiæ clavibus inſignitum (lib. 7. ep. 2. cap. 8. apud Illuſt. Aſſeman.) *ut in cruce Domini, Domini Noſtri JEſu Chriſti cum Apoſtolo glorieris &c. præter Regiæ dignitatis inſignia, quæ tibi, per dilectum filium Leonem tit. S. Crucis - - tuæ ſerenitati dirigimus per eundem vexillum, quo contra illos utaris, qui honorant labiis Crucifixum, cor autem eorum eſt longinquum ab ipſo.* Privilegium datum Archiepiſcopo Trinovitano apud Doctiſſ. Aſſemanum Tom. V. a pag. 140. lege ſis. Ex quo privilegio, quædam notamus. 1. *Fraternitatem tuam ſcire volentes, quod apud nos* (Romani Ritus) *hæc duo nomina Primas & Patriarcha, pene penitus idem ſonant, quum Patriarchæ & Primates teneant unam formam, licet eorum nomina ſint diverſa.* 2. *Quum autem aliquis Metropolitanorum, qui tibi jure ſubjacent Primatiæ, viam fuerit univerſæ carnis ingreſſus, confirmabis electionem Canonicam de perſona idonea celebratam, & perſonam electam in Epiſcopum conſecrabis. - - 3. - licet hactenus apud vos, nec in ſua ordinatione Presbytheri, nec in conſecratione ſua Epiſcopi, conſueverunt ſacram recipere unctionem, volumus tamen ut deinceps, non tam ritum noſtrum, quam mandatum Divinum ſequentes, per quod in lege præcipitur, ut Pontifices & Sacerdotes ungantur, manus eorum qui ordinandi ſunt in Presbyteros: Et tam manus, quam caput eorum, qui conſecrandi ſunt in Epiſcopos, ſolemniter inungantur. Præterea Crucem, vexillum videlicet Dominicæ Paſſionis, ante te per totam Bulgariam & Blaciam deferendi, Fraternitati tuæ licentiam impertimur.*

Innocentius, Legatum ſuum Leonem, quem ad Regem Bulgariæ mittebat, datis litteris, ad Ungariæ Serviæque Archiepiſcopos, atque Præſules, eſt committatus, ut honore debito exciperetur. Vide lib. 7. Ep. 13. & 14. Leo per Ungariam profectus, honorificeque ſuſceptus, in limitibus Ungariæ juſſu Regis Emerici detinetur. Factum hoc verbis Epiſtolæ 126. lib 7. audiamus. „ Inter alios - - - Rediens enim ad Apoſtolicam Sedem, Joannes tunc Capel-
„ lanus noſter, nunc autem Furconenſis Epiſcopus, conſtanti nobis aſſertione ſuggeſſit, quod
„ a te, cum ingenti honore & devotione ſuſceptus, clementer obtinuit, non ſolum quod circa
„ negotium Columbani a Regia Celſitudine requiſivit, verum etiam impetravit: quod tam
„ ipſi, quam aliis Eccleſiæ Nunciis & Legatis liber pateat per Regnum tuum progreſſus pari-
„ ter & regreſſus in Bulgariam & Blaciam. Tu quoque ſi bene recolimus ſuggeſſiſti, quod
„ tuæ Serenitati placebat, ut Megajupanus Serviæ debitam & devotam Apoſtolicæ Sedi reve-
„ rentiam exhiberet, & a nobis, *ſalvo in temporibus jure tuo* Regium ſuſciperet diadema.
„ Unde nos hujus executionem negotii Ven. Fratri noſtro Colocenſi Archiepiſcopo meminimus
„ injunxiſſe. Per has ergo non tam generales, quam ſpeciales cauſas inducti, filium noſtrum
„ Leonem Tit. S. Crucis Presb. Cardinalem A. S. L. in Bulgariam & Blaciam per Regnum tu-
„ um ad propagationem fidei Chriſtianæ duximus deſtinandum. Qui, ſicut nobis ſuis litteris
„ intimavit, a tua Regia Celſitudine, ultra etiam quam crediderit, extitit honoratus, ita ut

„ quaſi

Digitized by Google

„ quaſi depoſita gravitate Regali, univerſa conareris efficere, quæ ſibi crederes complacere;
„ dato prius cum omni jucunditate ducatu Nunciis, quos in Bulgariam duxerat deſtinandos.
„ Datoque pacis oſculo; & facta cum magno gaudio mutua promiſſione amicitiæ ſpecialis, &
„ muneribus elargitis; non ſolum licentiam obtinuit transeundi; verum etiam tuis Nunciis
„ præcepiſti, ut eum transferrent in Bulgariam cum honore, promittens, quod tuum ſibi ſcrip-
„ tum in confinio deſtinares, quod ipſe apud ſe ſecretius retineret, & ſecundum illud ad refor-
„ mationem pacis fideliter laboraret. Procedens ergo cum Nunciis tuis, uſque ad Regni ter-
„ minum, pervenit ad caſtrum, quod vocatur *Keve*, ubi ſolo Danubio mediante Regnum Un-
„ gariæ a Bulgarorum Provincia ſeparatur, multis eum cum deſiderio expectantibus ex altera
„ parte. Sed poſt unius moram diei, Nuncios ex inſperato recepit, quod cum feſtinatione ma-
„ xima venientes, ſibi & Epiſcopo Bulgaro tranſitum fecerunt omnino præcludi. Ex parte Re-
„ gia proponentes: ut ad quodam tuum præſidium retroiret, quod itinere trium dierum re-
„ liquerat jam poſt tergum; ibique morans; Domino Bulgarorum per Nuncios demandaret;
„ quod ad quandam Inſulam feſtinus accederet in confinio conſtitutam, ut ibi prius de con-
„ troverſia, quæ vertitur inter vos, plene recognoſceret; & eam ſine debito terminaret, alias
„ ei tranſitus non pateret. Ipſe vero Cardinalis inter multa reſpondit; quod hoc tali modo fa-
„ cere non deberet, tum quia, ſi eum cum hujusmodi pactionibus reciperet ad matris ubera re-
„ deuntem, cum ſuper hoc non tam ſæculare, quam ſpirituale negotium ageretur, videretur
„ intervenire ſpecies Simoniacæ pravitatis; tum quia non poſſet eum compellere ad aliquid fa-
„ ciendum, donec obligatus eſſet Apoſtolicæ Sedi per vinculum ſpirituale. Unde cum nollet
„ ab incepto itinere retroire, protinus exiit edictum a Comite caſtri, quod quicumque ſibi,
„ aut etiam Epiſcopo memorato, auderet aliquid vendere; ſeu aliquod humanitatis ſolatium
„ exhibere, pœnam incurreret perſonarum & rerum. Et ipſe Cardinalis cum Epiſcopo ſæpe-
„ dicto a trecentis ad minus circumfuſus ſatellitibus cuſtoditur: qui adeo ipſum comprimunt,
„ quod oſtium cameræ, ſi camera dici debet, obſervant; ut taceamus ea, quæ ſibi & ſuis circa
„ neceſſaria naturæ, viliter irrogantur. - - - Pareat igitur iis DEus, qui animum tuum, tam
„ pravo conſilio ſeduxerunt, volentibus inter Regnum & Sacerdotium diſcordiam ſeminare.
„ Sed nos pro certo ſperamus, quod aut per te ipſum jam, errata correxeris; aut ad commo-
„ nitionem noſtram taliter debeas emendare, ut injuria tranſeat in honorem, & offenſa in gra-
„ tiam revertatur &c. „ Suffraganeis quoque Eccleſiæ Strigonienſis commendarat, ut Re-
„ gem ad rejiciendam injuriam flecterent.

Emericus Rex providus, ne Coronæ juribus per hanc Bulgariæ Blachiæque elevationem ad Regnum, præjudicetur; Cardinalem detinuit. Scivit ille ex monumentis Ungariæ, Regni Ungariæ fines. Profecto ſi ſuperius ex Anonymo recenſita recolantur, ut a pag. 88. Emerici proviſionem tanto magis commendant; quod nec Calojoannes, nec Innocentius, illam expreſſerint conditionem, quam Stephanus Serviæ, nempe: *Salvo in temporalibus jure Regis Ungariæ.* Proinde omiſſa hac conditione, provida fuit Emerici cura, ne juribus Coronæ præjudicetur. Qualiter vero partes illæ, Bulgariæ Blachiæque fuerint a Regno Hungariæ avulſæ; fatetur Emericus in Epiſtola ad Innocentium. Quod videlicet: in dotem ſorori ſuæ Græcorum Imperatrici a patre fuiſſent traditæ, quas Joannicius violenter occupaſſet. Nuptiarum harum ſuperius meminimus ex Niceta. Emericus perhibet, Joannicium nullius terræ de jure Dominum eſſe, licet aliquam partem ſui (ſive Ungariæ) & aliam, Regni alterius occupatam detineat. Papa in reſponſo ad Emericum: *Prævalentibus Græcis, Bulgari perdiderunt Regiam dignitatem - - - donec noviſſime duo fratres Petrus videlicet & Joannicius, de priorum Regum proſapia deſcendentes, terram Patrum ſuorum non tam occupare, quam recuperare cœperunt; ita quod una de magnis Principibus & innumeris populis, mirabilem ſunt victoriam conſecuti. Non ergo negamus, quin forſan aliquam partem terræ violenter invaſerint; ſed conſtanter aſſerimus, quod plurimam terræ partem de jure recuperavêre paterno.* Hoc tamen non obſtante lib. 2. epiſt. 266. ad Joannicium Innocentius: *Nos autem audito, quod de nobili urbis Romæ proſapia genitores tui originem traxerunt, & tu ab eis, & ſanguinis generoſitatem contraxeris, & ſinceræ devotionis affectum, quem ad Sedem Apoſtolicam geris, quaſi hæreditario jure, jampridem te propoſuimus & litteris & Nunciis viſitare.* Item lib. 5. epiſt. 116. V. Kal. Decemb. anno 1202. *Hoc igitur attendentes. - - - Qui tam te, qui ex Nobili Romanorum proſapia diceris deſcendiſſe, quam degentem ſub te populum verbo paſcerent & exemplo.* Si Joannicius, *de urbis Romæ proſapia originem traxit?* ut Innocentius teſtaretur *de auditu*, firmari videtur Emerici Regis quærella, & accuſatio, Joannicium Tyrannum eſſe, nulliusque terræ Dominum. Firmante Græcorum oppoſitione, Joannicio facta, Regis Emerici accuſationem. Innocentii in Joannicium propenſio apud Raynal. epiſt. hujusque defenſio, dum pro terra Sancta militantibus, fecit in-

Digitized by Google

commoda, Balduino capto, Romanum teſtantur fuiſſe. Verum iis, qui, Geneologicis occupantur, originem Joannicii illuſtrandam relinquo. Illm. Aſſemanus Tom. V. pag. 129. in notis, credit *Romam novam* cum Veteri, & Romæos Byzantinos, cum *Romanis* Italicis confundi. Ego perpenſis tenoribus epiſt. Innocentii III. eum, de *Romæis*, interpretandum non eſſe, exiſtimo. Cum Romæis, ſive Byzantinis; ſinceræ devotionis affectus erga Sedem Apoſtolicam Romanam, hæreditario jure eſſe, ſcribi vix potuerit. Sed redeamus.

Pontifex factum ſuum, tuitus eſt, reſpondendo ad Emerici litteras, quærimoniasque. Primo ab exemplo, tam Belæ III. qui Alexandri Papæ juſſu, ab Archieppo Colocenſi in maximis adipiſcendæ Coronæ difficultatibus fuerat coronatus. Dein Emerici ipſius, cui dum frater Andreas adverſaretur, ad pacem Sedis Apoſtolicæ cura, adductus eſt. 2dò: Regnum Joannicii haud extendendum, ad ea, quæ prætenderet Emericus. *Unde nos*, inquit Innocentius, *eum non ſuper alienam, ſed ſuper propriam terram adinſtar Prædeceſſorum noſtrorum Regem intendimus coronare, volentes ut ipſe terram reſtituat injuſtè detentam, & terra injuſtè retenta reſtituatur eidem quum ipſe poſtulaverit hoc a nobis, ut de terris invaſis faciamus inter te, & ipſum, utrique parti juſtitiam exhiberi.* 3tio: Non poſſe Legatum fœdera intra utrumque Regem jungere, niſi utrumque adiret. Subjungendo: *Attende nihilominus diligenter, quale denique reputares, ſi nos impedire vellemus, ne filius tuus carnalis coronari poſſet in Regem; & tale nos reputare cognoſce, ſi tu impedire coneris, ne filius noſter ſpiritualis in Regem valeat coronari.* His poſtremis verbis, acta N. 80. apud Aſſemanum, volunt; territum fuiſſe Emericum, quod parvulum filium ſuum Ladislaum coronari vellet, continuoque Leonem Cardinalem & Legatum in Bulgariam dimiſiſſe. Eadem eſt ſententia Pray. Verum quia ex monumentis Dalmaticis, ſupra relatis conſtaret: Anno 1202. Ladislaum puerum, a Bernardo Spalatenſi coronatum fuiſſe, exindeque ſubortas diſſenſiones; vel textus epiſtolæ Innocentii alter eſt; vel ex metu, ne actus coronationis Ladislai, a Papa irritetur, vel vocetur in dubium, Legatum dimiſſum fuiſſe oportuit, haud vero ne coronatio filii (biennio jam coronati) impediatur. Hinc Innocentii relatus textus, non eſt minarum, at exempli; rememorans rem actam coronationis, cui Papa ſeſe non oppoſuerat, adverſantibus licet Regni proceribus. Emericus itaque diſcuſſis Papæ litteris, ex adducta ſuperius 2do loco potiſſimum ratione, Cardinalem dimiſit.

Leo, die 15. Octobris anni 1204. Trinovum pervenit. Die VII. Novembris Baſilium Archiepiſcopum in Primatem Bulgariæ conſecravit. Die ſequente Regem Joannem coronavit. Die 15. Novembris, e Bulgaria Romam repetiit. Hæc demonſtrat epiſtola Baſilii, Primatis item ad Papam Innocentium apud Aſſemanum Tom. V. a pag. 148. Exhibet quoque Calojohannis epiſtolam idem Illm. Aſſemanus, ubi miſſis aliis: *Scribo autem vobis & de Ungaro, quoniam Imperium meum non habet aliquam ſocietatem Regionum, vel aliquam rem cum eo, neque ei nocet; imo ipſe parvipendit & nocet Regionibus Imperii mei. Et Dominus Leo Cardinalis vidit, & veſtræ Sanctitati annunciabit juſtum vel injuſtum quod eſt ab Imperio meo; aut ſi ego parvipendo Ungarum, vel ſi ipſe meum Imperium parvipendit. Et ſcribat ei Sanctitas veſtra, quatenus diſtet a Regno meo, quoniam Imperium meum, nec eum habet pravipendere, nec contra terras ejus abire. Si vero ipſe venerit contra terras Imperii mei, & DEus adjuverit, ut vincatur, non habet Sanctitas veſtra Imperium meum ſuſpectum, ſed ſim liber* &c. Reſidua ſive Calojoannis, ſive Bulgariæ; noſtro inſtituto non ſerviunt, eaque omittimus. Hæc quia ſub Emerico acta ſunt, & Bulgaria Regni Chriſtiani nomen ſortita eſt, referenda duximus, ut ſciatur, quando? qualiter? Regnum evaſerit, præcipue dum nunc, Ungariæ Reges, Reges quoque Bulgariæ inſcriberentur, & Bulgaria pro Sacræ Coronæ membro haberetur. Quæ ſuperſunt argumenti hujus infra ſuo loco narrabuntur. De Coronis his, quas Romani Pontifices, elargiri ſolebant, eſt nobis erudita diſſertatio, quæ cum ſcopo noſtro non ſerviat, miſſam facimus, cum cæteris actis Regis Emerici.

XI. *Andreas* Emerico ſucceſſit, primum quidem, quà *Tutor* fratruelis ſui Ladislai. Quo tempore, præter receſſum Viduæ Emerici, *Conſtantiæ*; cum filio Rege, Coronæ cæteriſque Theſauris ad Auſtriam, ſive metu Andreæ, ſive motivo ex alio, diſpoſitionibus item bellicis, memorabilioris nil occurrit. Ob ſecutam mortem Ladislai III. Andreas hæreditario ſucceſſionis jure anno 1205. circa IV. Kal. Junii Regno potitus, Rex effectus eſt. Bernardus Archiepiſcopus Spalatenſis, ex cauſa cap. 24. ab Archidiac. deſcripta, coronationi Andreæ Regis non adſtitit. Anno nihilominus 1207. ſequens ab Andrea obtinuit diploma.

„ In Nomine Sanctæ Trinitatis, & Individuæ Unitatis. Andreas D. G. Hungariæ, Dal. „ Chroat. Ramæ, Serviæ, Galitiæ, Lodomeriæ Rex, in perpetuum. Provida Regum diſcretio non ſolum quod expedit, debet inſtituere, ſed & legaliter inſtituta, ne ſua fortitudine, „ vel in minimo, qualibet occaſione deſtituantur, debita circumſpectionis cautella præmunire.

„ Ea-

„ Eapropter inſtanti prece Venerabilis Patris Bernardi Spalatenſis Archiepiſcopi dignanter in-
„ ducti, univerſa jura S. Spalatenſis Eccleſiæ, omnes Eccleſiaſticas, ſeu rerum ſæcularium
„ poſſeſſiones: jurisdictiones quoque Epiſcopatuum, ſeu quarumlibet Eccleſiarum: immo
„ univerſaliter quidquid juſtè poſſidet, vel per ante - - - legitimè impoſterum poterit adi-
„ piſci, eidem Eccleſiæ pleno jure ſubjicimus ad inſtar Privil. Rom. Eccleſiæ; nominatim vi-
„ delicet Signienſem, Nonenſem, Scardonenſem, Tragurienſem, Corbavienſem, Tinnienſem,
„ Farenſem, Bozenenſem Epiſcopatus; Et Eccleſias S. Moyſi, & S. Stephani de Salona, cum
„ omnibus pertinentiis; villam etiam quæ dicitur Srenine, & villam Gethe, & montem Craſ-
„ ſum; villam S. Georgii: & totam villam quæ dicitur Oſtrohe cum omnibus pertinentiis ſuis;
„ Eccleſiam S. Stephani ante Spalatum; Eccleſiam S. Bartholomæi de Tini, villam quæ dici-
„ tur Coriza, & villam Lavena cum omnibus pertinentiis ſuis, *& totum regale prædium*
„ quod dicitur Byacce, cum omnibus pertinentiis ſuis, ſylvis videlicet, pratis, terris, vineis,
„ & ſi quæ ſunt ibi molendina. Et nominatim totum territorium Sancti Vitalis, quod ad idem
„ prædium ſpectat. Non obſtante privilegio per falſi ſuggeſtionem impetrato, quod dedimus
„ Tragurinis, *quando gerebamus Ducalia.* Decernentes inſuper ſtabilimus: ut prædictus
„ Archiepiſcopus, ejusque Succeſſores omnia molendina, quæ in Salonæ fluvio fuerint, habe-
„ ant libera ab omni exactione tributi in perpetuum. Ad relevandum eorum inopiam omnes
„ *ſexarios farinæ, qui ſeptemanaliter pertinebant ad Banum*, ad uſum prædictæ Eccleſiæ
„ decernimus conferendos. Item Ziminam, & Cithinam, & totum Mazarum, & quidquid in
„ Privilegiis Romanæ Eccleſiæ continetur, præmiſſis annectimus, ſancientes: ut quicumque
„ præſentis Privilegii robur infringere tentaverit, L. libras auri Regiæ Serenitatis cenſura co-
„ gatur perſolvere, nec minus ob hoc, Privilegium in ſuo robore perſeveret. Ut igitur hæc om-
„ nia, inconcuſſa ſtabilitate durent impoſterum, præſentem paginam Sigilli noſtri charactere
„ fecimus communiri. Datum per manus Roberti Albenſis Præpoſiti, & Aulæ Regiæ Cancella-
„ rii Anno D. Incarnat. MCCVII. Venerabili Joanne Strigonienſi, Archiepiſcopo exiſtente,
„ Rdo Bertholdo Colocenſi electo, Calano Quinque-Eccleſienſi Epiſcopo, Bogeslao Vacienſi
„ Epiſcopo, Cataprano Agrienſi Epiſcopo, Simone Waradienſi Epiſcopo, Deſiderio Chenadien-
„ ſi Epiſcopo, Wilhelmo Ultraſylvano Epiſcopo, Calenda Veſprimienſi Epiſcopo, Gothardo
„ Zagrabienſi, Petro Geurienſi Epiſcopo. Chepano, filio Stephani Bacieri, & Palat. Comite,
„ Stephano, filio Mie, Bano & Simigien Comite: Marcello Comite Curiali, & Chanadienſi:
„ Tiburtio Comite Aven. Moch Comite Bichorienſi: Jula Comite de Soprim: Ochuz Comite
„ Poſonienſi: Alexandro Comite de Molim: Nicolao Comite Nitrienſi. Anno Regni Noſtri
„ Secundo. „ Diploma hoc: Farlatus Tom. 3. p. 237. exhibet. Refferre hoc, ob tantarum re-
rum vel cognitionem, vel confirmationem erudito Lectori voluimus. Miſſis cæteris

Demonſtrat, evincitque: dubitari haud poſſe Croatiæ Dalmatiæque dominium, ab Andrea II. Rege poſſeſſum, habitumque fuiſſe, *Jadra* ſola excepta, quæ, ut pag. 172. retulimus, anno 1205. ad Venetorum tranſiit conjunctionem. Culpari ſane debet Andreas, quod rem tanti momenti neglexiſſe videtur. Tum, ſive anno 1217. (ut Andreas Dandulus apud Lucium lib. 4. cap. 4. ſcriberet) *Andreas Rex Ungariæ Cruceſignatus, a Duce Venetiarum ſuis Nunciis pro paſſagio navigia petit, & petita obtinuit, annuentibus illis, ut jura, quæ Rex in Jadra ſe aſſerit habere in Venetos transferrentur.* Videndum eſt: Excellm. D. Laur. a Monacis lib. 6. p. 114. Danduli narrationem auget: *Andreas præterea* inquiens, *& poſt eum Bela Reges Ungariæ publice ictis fœderibus ſe abdicarunt ab omni iure, quod in Jadra habere poterant, & illam in ditionem Venetam perpetuo tranſmiſerunt.*

Bonfinium audiendum non eſſe invenio, qui Andreæ iter ad Aſiam, terreſtre fuiſſe aſſeruit, dum ex Thoma Archidiacono, Diplomate item Zagrabienſis Eccleſiæ pag. infra 327. *cum eſſemus in exequendo itinere aſſumptæ Crucis - - ad terram ſanctam proficiſcentes*, prout: & Canonicis Spalatenſibus elargito, ſuper terra, *quam murus deſtructæ & antiquæ Civitatis Salonarum circuit* (lege apud Farl. Tom. 3. pag. 243.) ubi: *In Nomine S. T. & Ind. U.* Andreas - - - *Cum igitur eſſemus in Spalatenſis Civitatis portu, ad implendum votum aſſumptæ Crucis &c. - - Datum per manus Mgri Ugrini Aulæ Regiæ Cancellarii Anno Dom. Incar. 1217.* (Prælatorum, Regnique Baronum eadem ſunt nomina, quæ p. 327. inferius) *Regni Noſtri anno Decimo.* Demonſtratur, Andream e Dalmatia ad terram ſanctam fuiſſe profectum. Verum hoc non obſtante, Danduli aſſertis ſubſcribi nequit. Imò: Quia Archid. cap. 26. accuratè cum quibusvis circumſtantiis, iter illud Andreæ deſcribens, nec pactorum meminit, nec ceſſi in Jadram juris. Ait quidem: *Miſit ergo & conduxit naves magnas a Venetiis, ab Ancona, & Jadra, & ab aliis Civitatibus Adriatici Sinus, fecitque omnes applicare ad portum Spalatinæ Civitatis*, nihilominus quemadmodum Anconitanis, Jadrenſibus, aliisque Adriatici Sinus Civitatibus, nulla regalia jura, nullasque terras, pro navibus ceſſiſſe Andreas ſcri-

beretur; ita quod Venetis hoc feciſſet, demonſtrari debet. Neque Danduli, vel Laur. de Monacis verbis, in re tanti momenti deferri poteſt. Hinc ut to *Conduxit*, ab Ancona & Jadra naves, de pecuniis & precio interpraetari debere, ajunt Venetæ; ſic & de Venetiis. II. Archidiaconus perhibet, petitas conductasque fuiſſe naves ab Andrea, *a Venetis, - & Jadra*. Proinde ut Venetiæ, ſic Jadra quoque, ſua gaudebant libertate. Si enim jura ſua ceſſiſſet Andreas Venetis, mittere Jadram, & conducere naves non debuerat, ſed præſtolari a Venetis, ut naves ſibi ſubjectorum Jadrenſium ordinent. III. Docendum quoque eſt, petitas ab Andrea naves, ſubminiſtratas ab iisdem Andreæ fuiſſe. Enimvero cum ipſi, occupati tum in expeditione terræ ſanctæ ſcribantur fuiſſe, eam illis fuiſſe copiam navium, quod petenti Andreæ ſuccurrere valuerint; docendum eſt. Thom. Archidiacon. teſtis de ſcitu & viſu, ſubminiſtratas quaspiam naves a Venetis fuiſſe non recenſet; immo fatetur: *Non potuit Rex tantum habere navigium, quod ſufficeret ad paſſagium omnibus Cruce ſignatis; quamobrem neceſſitate compulſi, alii redierunt ad propria, alii vero expectaverunt uſque ad annum ſequentem.* IV. Ceſſio ejusmodi juris, ſine conſenſu Statuum Coronæ, fieri non poterat, quæ aſſerenti Dandulo probanda eſt. Si naves pro paſſagio datæ ſunt, cum teſtetur Archidiac. fuiſſe *conductas*; prætenſa ceſſio, ultra *Pignus* conſiderari & legitime accipi non poſſet. V. Aſſerit ſupra Dandulus, Andream *a Duce Venetiarum petita* navigia obtinuiſſe. De Monacis lib. 8. pag. 134. & 135. affirmat: Ducem tum, fuiſſe Conſtantinopoli, & quidem pompoſo apparatu. VI. Vel pro navigiis petitis, petierunt Venetæ, ut jura quæ Regi Ungariæ ſunt in Jadram, transferantur in Venetos, vel non petierunt? Si primum: jura Hungariæ Regum conceſſi ſunt, conſequenter inique, accuſant Scriptores Veneti, Ungariæ Reges doli, fraudis, violentæ uſurpationis Jadræ totiusque Dalmatiæ. Si ſecundum: ſtare nequit, prætenſa juris ceſſio, ab Andrea facta anno 1217. & redduntur ſuſpecta quævis, quæ Veneti Scriptores, de jure Dalmatiæ ſcriberent. Laurentii de Monacis narratio: *Andreas - Bela, Reges Ungariæ publice ictis fœderibus ſe abdicarunt omni jure, quod in Jadra habere poterant* &c. tanto magis ſuſpecta eſt, quod nec diem, nec annum, nec locum, nec teſtes, nec conditiones, ejusmodi publicorum fœderum recitet. Sed neque ab ullo prorſus Scriptorum, ejusmodi fœdera referuntur, quæ ſi fuere *publica*, incredibile eſt, ut ignota eſſe potuerint mundo. Accedit: Duce Venetiarum Henrico Dandulo tum abſente, & Conſtantinopoli occupato, quocum tam ſolenne publicumque fœdus actum eſt? Innocentius III. quærulanti Emerico Regi Ungariæ, anno 1204. reliqua inter, quod biennio integro, ob exciſam Jadram, juſtitiam conſequi non valeat, non reſpondit, publicis fœderibus, juris Veneti Jadram effectam eſſe; ſed *ſignificavimus quoque tibi, ut apud Jaderam - - faceres electionem Canonicam - - - ut ſic inciperemus punire ſuperbiam Venetorum* &c. Quæ abunde perhibent *publicis fœderibus*, jura Ungariæ Regum, in Venetos translata non fuiſſe. Accedit apud Lucium lib. 4. cap. 12. Marini Ducis ad Carolum Regem epiſtola (de qua infra ſuo loco) qua, nec ceſſi juris eſt mentio, nec Regis Andreæ.

Si dixeris: Andream hæc abalienaſſe, colligi ex epiſt. Honorii, citata deſcriptaque a Pray Annal. I. in And. p. 211. Sed tametſi nec Dalmatiæ nec Jadræ, ullam Pontifex faceret mentionem, ut *applicare* Honorii litteras laboris ſit, adhuc tamen Scriptoribus Venetis non favebunt, cum ſcribat Honorius: *Nos - - conſulere cupientes, eidem Regi dirigimus ſcripta noſtra, ut alienationes prædictas, non obſtante juramento ſi quod fecit de non revocandis eisdem, ſtudeat revocare: quia cum teneatur & in coronatione ſua juraverit, etiam Regni ſui jura, & honorem Coronæ illibatæ ſervare, illicitum profecto fuit - - de non revocandis alienationibus hujusmodi juramentum, & propterea penitus non ſervandum.* Interim conſideratione rerum, quæ ad nos devenerunt, neglectim tractaſſe videtur Dalmatiam Andreas, non ſolum ob relictam Jadrenſibus libertatem, verum ex cæteris quoque rebus Dalmaticis, mox memorandis, ut curam illam a Pray pag. 198. recenſitam, imaginari quidem valeamus; combinatione nihilominus geſtorum, haud demonſtrare.

Jadrâ excepta liberique ſui juris, reſiduum Dalmatiæ ſub dominatu fuiſſe Ungariæ, non ſolum deſcriptum ſuperius diploma, anni 1207. evincit, ſed & ſequentia monumenta. Farlato teſte, argentea *S. Anaſtaſii* lipſanotheca, hanc exhibet inſcriptionem: *A.D.N.J. Chriſti MCCX. Indict. XIII. tempore D. Innocentii Papæ III. & Andreæ Regis Hungariæ, & D. Bernardi Archiepiſcopi, & Donaldi Comitis X. Kal. Junii hoc opus* &c. Supra recenſuimus datam Canonicis Spalatenſibus donationem anno 1217. Item ex juridica teſtificatione apud Farl. pag. 244. *In Nomine Chriſti.* Anno *Incarnat. 1218. - Ego Gregorius Villicus Regius.* Anno 1220. ratum eſſe jubet, quod ſecundum Tragurienſes 1217. judicaverat, ubi Tragurinis (apud Farl. pag. 246.) *Si aliqua - - contra vos quæſtio moveatur, nolumus quod in alterius, ſed in noſtra dumtaxat præſentia reſpondeatis.* Denique ſub Sclavoniæ Ducibus Bela & Colomano, Dalmatiam Regni Ungariæ fuiſſe membrum, conſtat ex inſtrumento compoſitionis intra

Mona-

Digitized by Google

Monachos & Templarios, facto 1229. pridie Kal. Decemb. apud Farlati pag. 257. ubi inter cætera: *Quoniam cum nuper in curia D. Colomani Regis, & Julæ Bani ejuſdem, multa controverſia - - orta fuiſſet.* &c. Item ibidem: *Dedimus quemdam Nobilem de Spalato, nomine Fulconem, cum Petro filio Toleni, qui Regis & Bani fuit Præſtaldus ſuper idem negotium.* Promiſſio quoque Abbatis SS. Coſmæ & Damiani facta Guncello, ad docendam Regum Hungariæ in Dalmatia juriſdictionem, omitti nequit. Eſt autem: *Ego Abbas R.* (Robertus) *una cum fratribus meis omnibus per honorem DEI, & SS. Martyrum Coſmæ & Damiani, Eccleſiæ promitto me obedire Beato Domnio, & Spalatinæ Sedis Archiepiſcopo, & per omnia ejus mandatis ſtare juſtis & honeſtis. Obligo etiam me & meam Eccleſiam, una cum fratribus meis intuitu juſtitiæ. Et pro multo labore Spalat. Archiepiſcopi, quod ſi Templares pro ſententia contra ipſos data, Dominum Archiepiſcopum appellaverint ad curiam D. Papæ, vel Regis Ungariæ, expenſas ſufficientes ſibi dabo in eundo & redeundo; & ſi neceſſe fuerit in propria perſona cum ipſo vadam ſemper, donec negotium compleatur. Hæc omnia me facturum ſuper religionem meam, cum fratribus meis promitto, vel confiteor bona fide, ſine fraude, & malo ingenio, & præſentem paginam bulla Capituli mei corroboravi.* Sane dum ſacrati viri, Templarii, & Monachi, in cauſa intra eos controverſa *Curiam Regis Ungariæ* forum ſuum competens invenerunt, dubitari haud poſſe videtur, Dalmatiam ſub Andrea II. ad Regnum Ungariæ pertinuiſſe. Hæc negligenda a nobis non fuere, propter eos qui temerè ſcribunt, Dalmatiam ab Andrea Rege, Venetis ceſſam fuiſſe.

Attamen ſub Andrea II. Rege, juribus Regum in plerisque præjudicatum fuiſſe, monumenta evincunt. Andreas, dum Dux erat Dalmatiæ Sclavoniæque, Pharenſem contulit Epiſcopatum; *ut Rex* electiones ſic permiſit, ut ſcriberet Tho. Archid. quod ſe Spalati præſente, atque poſt mortem Bernardi Archiepiſcopi, petitionem ſuam pro Alexandro eligendo, paſſus ſit rejici, *non fuit petitio Regis admiſſa, quoniam alîorſum tendebat intentio Seniorum*, Archid. Mirum, Bernardus Archiepiſc. ut cap. 25. Th. Archid. efficere potuit, ut Capitulum Spalatenſe, habitis privilegiis cederet, & ipſe *Grubcium* filium Prodani fecit Archidiaconum, nepotem vero Firme, nomine *Grubcium*, Archipresbyterum. Quin *vacante Eccleſia Nonenſi* electum Nicolaum rejecit, ſed eligi fecit à Nonenſibus Grubcium Archipresbyterum. Imò, ut Archidiac. cap. 27. ad commendationem *Julæ Bani*, in Archiepiſcopum Spalatenſem electus fuit *Guncellus*, ad preces Regis, Alexander non admiſſus. II. Honorius Papa, non ſolum diſpoſuit de reditibus Decimarum, verum à ſubſidiis Regi præſtandis Clerum immunitavit. En ex Farlato pag. 248. litteras. *Honorius Epiſcopus Servus Servorum DEI, dilectis filiis capitulo & Clero Spalatenſi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Per Veſtras Nobis litteras inſinuaſtis: quod Cariſſimo in Chriſto filio Noſtro Rege Ungariæ dum proficiſceretur, in terræ ſanctæ ſubſidium, per Civitatem veſtram tranſitum faciente, Comes & populus Civitatis ejuſdem collectam facientes pro exhibenda digna honorificentia ipſi Regi, petierunt: ut tam hæreditatum veſtrarum, quam Eccleſiaſticorum proventuum habita ratione, contingentem tribueritis in collecta hujusmodi portionem; quorum petitioni præſtitiſtis de hæreditate aſſenſum. Quia vero grave vobis fieret præjudicium, ſi forte id, ad conſequentiam traheretur, ſupplicaſtis: ut ſuper hoc paterna vobis providere ſolicitudine dignaremur. Nos igitur precibus veſtris benignum impertientes aſſenſum, auctoritate vobis præſentium indulgemus, ut ex hoc nullum veſtræ libertati præjudicium generetur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis DEI, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum apud Urbem Veterem II. Idus Julii, Pontificatus Noſtri anno quarto.* III. Aconcium Apocriſarium, & Curiæ Capellanum, miſit Papa in Dalmatiam, Boſniam, Hungariam circa 1221. pro diſponendis ordinandisque rebus. Hic Aconcius, præter Eccleſiaſtica, ad cætera quoque ſemet immiſit. *Almiſſam* ut promovendis rebus utilem, novis propugnaculis, & validis præſidiis firmaverat Andreas, atque anno 1207. iisdem, quibus alias Dalmatiæ urbes immunitatibus ac Privilegiis donavit. Vicinis factum hoc diſplicuit, videbant enim æquè Almiſſã, uti olim a Jadra, periculum Adriatici maris dominio ſuſpirato imminere. Itaque Pyraticæ continuo accuſabantur, ac licèt uti ſupra retulimus, Andreas Rex hanc prohibuiſſet, minatus: mittendos a ſe filios Belam Colomanumque, qui eos caſtigarent, hoc tamen non obſtante, *Honorius* datis ad Spalatenſes litteris (quas per extenſum exhibet Farl. To. 3. p. 250.) ait *Univerſitatem veſtram rogamus, monemus & exhortamur per aſperſionem ſanguinis JEſu Chriſti, vobis nihilominus in remiſſionem peccatorum injungentes, quatenus ad diſperdendum eos inſurgentes in manu valida & potenti ſtudeatis ipſos de veſtris finibus profligare; ita quod nos contra vos procedere non cogamur; ſed potius vos tanquam perſecutores inimico-* rum

Digitized by Google

rum Chriſti poſſimus merito commendare. Ut autem quantum nos hujusmodi factum urgeat, ex Nuncii qualitate vobis plenius innoteſcat, ecce dilectum filium Magiſtrum Aconcium - - propter hoc ad partes veſtras providimus deſtinandum &c. Aconcius ſimul atque Spalatum applicuit, cogendos milites Dalmatis Croatisque edixit, naves inſtruere juſſit, copias maritimas ac terreſtres comparare, propoſitis ampliſſimis indulgentiarum præmiis, quicumque in expeditionem hanc nomen darent, vel pecunias. Capitulum & Clerus Spalatenſis ligna & navigia procurare Aconcio debuit. Ne porro hinc Clero præjudicetur, ſponte iſtud eos feciſſe, agnovit, inſtrumento extradato & apud Farlati legendo. Quid fecit Aconcius, deſcribit cap. 27. Th. Archid. reliqua inter: *Congregato multo navali exercitu & equeſtri cæpit eos undique impugnare. In tantum enim Almiſſanos in mari & terra contrivit, ut defecti viribus deſperarent ulterius ſe poſſe reſiſtere. Venerunt ergo & corruentes ad pedes Legati pacem & miſericordiam humiliter implorabant, promittentes omnem emendationem & obedientiam ad ejus beneplacita & mandata.* Erectum Almiſſæ præſidium, libertati maris Adriatici cupitoque dominio, impedimentum prævidebatur, deſtruendum ergo erat, ad indulgentias conſequendas, uti ante 20. annos Jadra, a Venetis & Cruce ſignatis. Ex ruina illa, haud indicata, Jadrenſes in ſocietatem venêre Venetorum, Almiſſienſes *obedientiam ad beneplacita & mandata Papæ promiſerunt.* Dominio potitus Aconcius, videns ſe a Guncello Archiep. Spalaten. contemni (lege Th. Archid.) Nunciis Romam miſſis, obtentaque pleniſſima auctoritate, *Archiepiſcopum ab omni Pontificiali ſuſpendens officio præcepit ei, ut de ſuis ſatisfacturus exceſſibus, Apoſtolico ſe conſpectui præſentaret.* Sunt verba Archidiac. Interea Aconcius in Boſnam contra hæreticos (erant Patareni, Cathari, & Albigenſes appellati) qui Antipapam ſibi creaverant, promulgat adverſus eos Religionis bellum. Guncellus tradendum ſibi ab Aconcio pallium (quod ille ſervandum tradiderat Abbati de Rogova) Romæ obtinet, bulla apud Farlat. videnda, ita quod eſſet *juramentum fidelitatis ab ipſo ſecundum formam, quam ſub bulla noſtra deſtinavimus recepturus.* Jubetur a Papa Guncellus (exhibet Farl. litteras) ne moleſtet Abbatem Monaſterii S. Stephani de Spalato, quod ſe abſente per Capitulum Spalatenſe fuerit confirmata electio, ipſeque benedictionem a Suffraganeis acceperit: *quia id in contemptum tuum factum non extitit.* Interea, Guncello in Hungariam profecto, (cap. 29. Archid.) ideo: quod Spalatenſes Chulmiæ Dominum *Petrum*, virum potentem & bellicoſum, in Comitem Spalatenſem elegiſſent, Aconcius Civitatem interdicto ſubjicit, accedente eo etiam, quod Clero Eccleſiam claudente, laici facto impetu, venerint ad Eccleſiam cum tumultu, raptisque clavibus a cuſtode Petrum Comitem introduxerint in Eccleſiam violenter. Sed reverſus ex Hungaria Guncellus, interdictum Legati ſuſtulit. Ait quidem Archid. *non ſatis diſcretè*, Farlatus autem: *audacter ac certe inſcienter atque inconſideratè.* At hæc Canoniſtæ diſcutiant. Accuſatur quidem Petrus Hæreticæ pravitatis reus, tamen in officio Comitis Spalatenſis permanſit.

Si jam res cæteras perpenderis Lector, quas intueri potes in Thoma Archidiacono a cap. 28. ad cap. 37. Si apud Farl. pag. 256. ſubſcriptionem Cataldi cum univerſo Capitulo Spalatenſi, ubi; *Hoc fecimus ex conſenſu omnium Suffraganeorum, qui intereſſe non potuerunt propter Sclavos totam Dalmatiam deſtruentes*, Tuo ſubſterno judicio, utrum Andreas, *res Dalmatiæ naviter curaverit*? ut P. Pray aſſeruit. Neglectus iſte rerum Dalmaticarum Andreæ, unde promanaverit? non examino. Reliqua inter fuerit elargitum, ab Andrea Spalatenſibus anno 1199. Privilegium (confer dicta a pag. 170.) a Doct. Farlato Tom. 3. pag. 5. exhibitum. „ Ego Andreas DEI Gratia Dalmatiæ, & Croatiæ Dux. Juro ſuper ſanctas reliquias Vobis Spalati Principibus firmam pacem & libertatem; mihi quoque, aut filio, aut Succeſſoribus tributarii ne ſitis. Epiſcopum vero, aut Comitem, quem Clerus & populus elegerint confirmabo; & lege antiquitus conſtituta cum veſtro judice vos uti permittam, partiumque introitus, portus Civitatis de extraneis duas partes Rex habeat, tertiam vero Comes Civitatis &c. Datum eſt anno 1299. „ Hinc Democraticum regimen fuit introductum, ut reſidua neglexiſſe videatur Andreas Rex, demptis redditibus, quos per Villicum tollebat, appellationibus item ad Curiam Regis. Comites Spalatenſes Tom. 3. Cl. Farlatus exhibet. Colomanus Andreæ Regis filius Ducatum Sclavoniæ adeptus anno 1228. ad Dalmatiam extendit curas, teſte Th. Archid. cap. 31. *Colomanus filius Andreæ Regis, Dux Sclavoniæ cum magno Principum Comitatu ad mare deſcendit, & a Spalatenſibus multum honorificè ſuſceptus eſt.*

BANOS ſuos Dalmatiam Croatiamque habuiſſe olim, ſuperiora monumenta teſtantur. Recole memoratos ſuis locis Banos. Sub Geyſa II. *Arpa & Ampudius* fuêre, qui ſub Stephano Geyſæ filio etiam fuerat. *Albeuſus* in loco Bani ut pag. 160. expræſſum, ſive *Banalis Locumtenens* Emanuele mortuo, poſtquam Dalmatia Croatiaque ad Belam III. reddiviſſet: *Maurus* Bani titulos non aſſumpſit, at *totius maritimæ Provinciæ* exercitatoris. Poſt hunc

Cala-

Digitized by Google

Calanus Quinque-Eccleſiarum Epiſcopus *Dalmatiæ Croatiæque gubernator* exprimitur. *Andreâ Duce*, iterum ſub Bani titulo, *Andreas* quidam præfuit. Ab Emerico Rege vide. pag. 170. Bernardus Archiepiſc. Spalatenſis, conſtitutus erat *Vicarius Regius* Dalmatiæ. Ait enim Emericus: *ei tanquam Perſonæ Regiæ per omnia ſubdamini.* Munus hoc Bernardum geſſiſſe vita Comite, adeoque ad ann. 1217. quô obiit, ſub Andrea II. Rege Spalati exiſtente, credibile eſt. Andreas, mortuo Bernardo (mihi ignota eſt cauſa) Banum haud ſubſtituit; verum *Gregorium* uti ſupra, ſub officio *Villici Regii*, Pontio autem, Magiſtro militiæ Domus templi per Regnum Ungariæ (Archid. cap. 26. cuſtodiam caſtri Cliſſa commiſit. Sed an unà cum caſtro, officium quoque Banale, vel Vicarii Regii per Dalmatiam? in obſcuro eſt. Exiſtimat ſic Ritterus, qui *Regium Locumtenentem* ſcribit fuiſſe *Pontium*, ejusque opinionem in Hiſt. Zagr. pag. 80. exſcripſimus. Si *Pontius* fuit, ſive Vicarius, ſive Locumtenens Regius, per Dalmatiam, vel innanem habuit unice Titulum; vel reus haberi debet, dum relata ſuperius tot vulnera paſſus eſt. Andreas II. Dalmatiæ Croatiæque Banum, ſuppreſſiſſe deducitur ex Decreti ſui, Art. 30. ubi *Banum*, nequaquam Banos exprimit, dum nihilominus eodem articulo, duorum, qui tum erant *Comitum Curialium* faceret mentionem. Banorum quoque facturus, ſi anterior mos, immutatus non fuiſſet. Eruo itaque *Bani Sclavoniæ* auctoritatem ſub Andrea fuiſſe amplificatam, extenſamque, per Dalmatiam Croatiamque. Profecto necdum prodiit, vel a quocumque inſinuatum eſt diploma vel inſtrumentum aliquod, quo doceretur, ſub anterioribus Ungariæ Regibus, quempiam *Sclavoniæ Banum*, uſum fuiſſe: *Banus totius Sclavoniæ.* Quare fide monumentorum perſuaſum habeo: Quemadmodum *Colomanus* poſt Belam, Sclavonia a patre potitus, ſeſe non inſcripſit, *Dalmatiæ, Croatiæ Sclavoniæ Dux* anteriorum Ducum exemplo, at ſequenti uſus eſt titulo: *Colomanus DEI Gratia Rex, & Dux totius Sclavoniæ*, ut per manus Mſtri Fille ſui Notarii, anno 1231. in duplici inſtrumento; item anno 1222. per manus Mgri Farcaſii Aulæ Regiæ Cancellarii & Egrenſis Præpoſiti in donatione terræ *Konzka*: Colomanus *DEI Gratia Rex Ruthenorum & Dux totius Sclavoniæ* &c. Quin cap. 31. Archid. *Ducem Sclavoniæ* Colomanum exprimit; ita ab exemplo Ducis ſui, Bani ſimiliter, *totius Sclavoniæ Banus* dicti inſcriptique ſunt ab anno 1228. quô, Colomanus Dux Sclavoniæ evaſit. Hinc quia teſtantibus monumentis *Jula Banus* ſub Colomano fuerat, Primus quoque fuit, cum titulo *totius Sclavoniæ.* Porro tam Ducis Colomani, quam & Bani poteſtas, quod ad Croatiam Dalmatiamque extenſa fuerit (me latet cauſa, cur Andreas? nomine *Sclavoniæ*, Regna illa haberi voluerit) demonſtrat transactionis inſtrumentum *Anno Domini 1229. Menſe Septembris* Tom. 3. Farlati pag. 257. ubi: miſſis cæteris, *Quoniam cum nuper in Curia D. Colomani Regis, & Julæ Bani ejusdem* &c. - - *tum: quod dies erat aſſignata in Feſto Nativitatis B. Mariæ. Magiſtro & Fratribus domus militiæ templi ex parte una; & Abbati & Monachis SS. Coſmæ & Damiani in Dalmatia ex altera,* - - *coram Jula Bano totius Sclavoniæ.* Menſe autem Decembri Indict. 3. anni 1229. datus iis fuit Præſtaldus Fulco, ut ibi: *qui Regis & Bani fuit Præſtaldus.* Ut omnino his demonſtretur, ſub *totius Sclavoniæ* nomine, Dalmatiam acceptam extitiſſe. *Julam* Banum ſub titulo *totius Sclavoniæ* primum fuiſſe. Et dum hæc, contrahentes Dalmatæ, in ſuis litteris agnoſcerent, exprimerentque, *Jula Bano totius Sclavoniæ*, ſtatutum hoc fuiſſe publicum, negari nequit. Quia vero in diplomate ſuo, anni 1222. corpori juris inſerto, Andreas II. Rex, initiô confiteretur ſemet ad preces ſuorum, reformationem Regni facere, uniusque Bani articulo 30. eſſet mentio, tum, ſive anno 1222. conſtitutum fuiſſe, *ut unus ſit Banus*, opinor. Quo autem nomine ſit exprimendus, haud fuerit conſtitutum, cum in diplomate ab Illmo eruditiſſimoque D. Adamo Kollar Româ obtento, & pag. 95. exhibito in lib. de Poteſt. Legisl. Anno 1222. *Ochuz Bano* tantum exprimeretur. In donatione terræ Klokoche anno 1224. *Martino Bano.* In conſenſualibus Belæ Primogeniti Regis Hungariæ, pro Capitulo Zagr. anno 1225. per manus Mathiæ Præpoſiti Zagrabienſ. *Aladaro Bano.* Ut horum conſideratione, relatam amplectamur de titulo *totius Sclavoniæ Banus* ſententiam. Vir quidam, dignitate atque officio illuſtris, at illuſtrior hercle cultu, profeſſioneque utilium litterarum, harumque cupidiſſimus, adverſaria ſua nobiscum amicè communicavit, in quibus: *1225. Aladar totius Sclavoniæ Banus. Vonic de maritimis, Banis exiſtentibus. Ex privilegiis campi Turopolya.* Verùm firmare me nequivi, in hac memoria. Tum quod nec Bela, *Ducis totius Sclavoniæ* titulo uſus ſit, cum & ob illud: *Vonic de maritimis Banis exiſtentibus.* Nam neque Archidiaconus *Vonic* Bani maritimi faceret mentionem; neque ex diplomatibus apud Farlatum aut Lucium, memoria Bani maritimi erueretur. Quin mos iſte, *tituli maritimi Bani*, eſſet poſterior; ut ſuo loco dicemus. Denique ob citatum art. 30. Decr. And. Regis. Serviunt præmiſſa, quæſtioni pag. 106. ſuperius inſinuatæ, ſuadentque majorem curam fuiſſe Regibus Ungariæ, extendendæ potius, quam minuendæ Sclavoniæ.

Digitized by Google

Sunt præterea compluřes aliæ; Regis Andreæ II. in Sclavonia memoriæ. Harum quædam ſuis locis ſupra, ac in Zagr. hiſt. infra, inſinuatæ ſunt; plurimas autem, quia inſtituto noſtro non ſervientes, omittimus. Neque enim Andreæ rerum, hiſtoriam ſcribendam ſuſcepimus. De Croatia Sclavoniaque, nullum eſt dubium, quin ſub Andrea Rege fuerit, Sacræ Coronæ unita. Imo in diſtribuendis territoriis Ducalibus, liberalem fuiſſe Andream, fundatio Abbatiæ de Toplica hodie Topuſzka: evincit. Eccleſia quoque Zagrabienſis, poſt S. Ladislaum fundatorem, Andreæ liberalitatem agnoſcit. Reliqua inter quatuor Canonicorum fundationem, cuſtodisque Eccleſiæ Cathedralis. Sed hæc atque cætera Andreæ, relinquimus. Boſniam quoque illi paruiſſe, dubitari non poteſt, *ex Aconcii* ad eum legatione, cauſa ejiciendorum inde Patarenorum. Ratione Bulgariæ & Blachiæ, ob ſecutam Emerici mortem, indeciſam quæſtionem qualiter Andreas terminaverit? aut plane an neglexerit? ab aliis illuſtrandam confidimus.

Inſinuatum ſupra donationis inſtrumentum pro Comite *Jerindone de Veglia*, confirmavit, Regni ſui anno XXII. ubi ſequens concluſio: *Datum per manus Magiſtri Stephani Aulæ Regiæ Cancellarii anno Dominicæ Incarnationis 1226. Bela Primogenito noſtro Rege; Dalmatiæ & Croatiæ Gubernatore. Ugolino Archiepiſcopo Colocenſi: Roberto Veſprimienſi Epiſcopo: Deſiderio Canadienſi Epiſcopo: Alexandro Varadienſi: Gregorio Geurienſi, Eccleſias DEI feliciter gubernantibus.* Aliud Andreæ II. Privilegium anni 1209. ex tranſumpto Belæ IV. adjungimus, quo firmatur: Vegliam Andreæ paruiſſe, dum donationem ad filium Bartholomæi extendit. Docet inſuper, plura cætera. „ In Nomine Sanctæ Trinitatis, & Individuæ Unitatis. Andreas DEI Gratia, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, „ Serviæque Rex in perpetuum. Regiæ ſublimitati intereſt; & æquitas ſuadet naturalis; ut „ tam ſua ſtatuta, ab omnibus deſiderata obſervari ipſe curet; quam ſuorum Prædeceſſorum „ ſanctiones, pari ſubtilitate ſtudeat obſervare, ut nulla vetuſtate diſſolvantur, quæ, ſucce„ dentium ſibi Regum pari ſtabilitate decrevit roborare. Cum igitur divinæ recordationis Pa„ ter noſter Bela Rex, fideli noſtro Bartholomæo Comiti, terram in Banatu, tali libertate con„ tulerit poſſidendam, ut eam ſi filio caruerit, cuicumque ex conſanguineis ſuis voluerit per „ ſe, poſſit relinquere poſſidendam. Nos eandem libertatem confirmantes, & petitum ipſius „ benignius admittentes: Nepoti ſuo Comiti Jerindoni de Veglia, quem ſibi hæredem inſtutuit, „ concedimus, ut ſi ipſum, prædicto Bartholomæo Comite patruo ſuo ſupervivere contigerit, „ illo, ſine hærede decedente, terram quam ex regali beneficio idem Bartholomæus meruе„ rat obtinere; ipſe Jerindo eodem jure perpetuo poſſideat. Ut autem noſtræ firmationis ſeries „ prælibatæ, perpetuæ firmitatis robur obtineat, præſenti pagina, ad notitiam deduci poſteri„ tatis, & Regiæ authoritatis ſigillo juſſimus roborari. Datum per manus Roberti Albenſis „ Præpoſiti, Aulæ noſtræ Cancellarii, Anno Dominicæ Incarnationis MCCIX. Vener. Joanne „ Arch-Eppo Strigonienſi; Reverendo Bertholdo Colocenſi electo, exiſtentibus. Calano Quin„ que-Eccleſienſi: Boleslao Vacienſi, Catapano Agrienſi, Simone Waradienſi, Deſiderio Cha„ nadienſi, Vilermo Tranſilvano, Gothardo Zagrabienſi, Petro Jaurinenſi, Eccleſias DEI fe„ liciter gubernantibus. Muſumer Palatino Comite, Bancone Bano, Benedicto Waivoda exi„ ſtentibus. Marcello - Jula Budrogenſi, Michaele Bihorienſi, - Baranienſi, Nicolao Curia„ li Comite, Moh Poſonienſi Comite. Regni noſtri anno quinto. „ Exoratum demum a lib. Regiaque Civitate Varasdinenſi diploma eorumdem, adnectimus ad verbum, ut recepimus.

„ In Nomine Sanctæ Trinitatis, & Individuæ Unitatis Andreas DEI Gratia Hungariæ, „ Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Gallitiæ, Lodomeriæque Rex imperpetuum: Ordo Ju„ ris expoſtulat, & ratio exigit æquitatis, ut bonæ fidei contractus, perpetuæ ſtalilitatis gau„ deat firmitate, nec iniquorum fraudibus diſolvantur, quæ ab initio ex æquitatis proceſſe„ runt; hinc eſt quod ad petitionem fidelis noſtri Poch, Palatini & Comitis Muſinienſ. & ma„ ximè fidele ſervitium, hoſpitum noſtrûm in villa Varaſd commorantium, quod nobis de„ votè fideliterque dum *in Kene detineremur in carcere, exhibuerunt* pro affectu Regio „ conſiderantes: eis, tam in præſenti exiſtentibus, quam etiam ſupervenientibus, perpetuo „ jure contulimus; ſtatum hujusmodi libertatis, ac terram circumdatam undique metis præce„ pimus eis aſſignare. Libertas prænominatorum hoſpitum noſtrorum hæc eſt: Quod Comes, „ vel ſuus Comes Curialis non habeant poteſtatem eos judicandi, ſed inter eos quemcunque „ volunt Judicem conſtituant, quem Rithardum ſolent appellare, nullus autem Burgenſis „ tributum, & triceſimam ſolvere teneatur, niſi qui vadit in Theutoniam cum ſuis mercimo„ niis de quolibet curru ponderato ſolvet tres Denarios, de ſingulis verò equis venalibus duos „ denarios, de duobus bobus unum denarium, de tribus porcis unum denarium, in portu Dra„ væ de quolibet curru unum denarium, ſi quis autem hærede carens deceſſerit, libere diſ„ ponat ſuam poſſeſſionem, ſive Eccleſiæ, ſive cuilibet ſuorum cognatorum. Si quis verò vo„ luerit de villa recedere, venditis omnibus ſuis ædificiis libere poſſit abire. Quicunque verò

„ Bur-

Digitized by Google

„ Burgenſium per aliquem extraneum in rebus ſuis damnum pateretur, & idem malefactor
„ ab eodem Burgenſi in Villa ſua recognoſceretur, Rithardus ejusdem loci inter eos faciat ju-
„ ſtitiam. Prima meta terræ incipit de villa Iwanc, ab oriente, & tendit verſus Meridiem &
„ arborem Nyarſa vocatam, & procedit uſque aquam Pluc, infra Capellam S. Petri, vadit ſu-
„ per aquam ad occidentem, pervenitur ad rivulum, qui vulgò dicitur Blizna, & per eun-
„ dem rivulum vertitur ad Meridiem, pervenitur ad quandam vallem, & aſcendit ad magnam
„ viam, per quam itur ad Thoplich, ubi tenet metas cum Zelko, & cum terra Thoplich, &
„ inde per viam ſuperius eundo pervenit ad duas arbores Szylſſa vocatas, inde tendit ad mon-
„ tem, qui dicitur Pechcze, ubi ſunt Cavernæ in eodem monte, & progreditur verſus Occi-
„ dentem, uſque viam levatam, ubi tenet metas cum Wekozlau, & cum Gurdon in quodam
„ loco aqueo, & inde gradiens per eandem viam levatam & Aquilonem pertranſit pontem mu-
„ ratum, & duos Lacus, conterminatur villæ Eppi, & tenet metas cum ea in quodam lacu, de-
„ inde progrediens verſus meridiem, cadit ad prædictum fluvium Plincz, & exit ad quandam
„ viam levatam, itur per eandem, cadit ad aquam, quæ vulgò dicitur Breznicze, & per ean-
„ dem itur ad Occidentem, conterminatur villæ Bere, & tenet metas cum ea, inde tendit ad
„ caput aquæ, ubi cum Radomer tenet metas, dein tendit ad Aquilonem, cadit ad prædictam
„ aquam Plincz, inde conterminatur villæ Domſe, & tenet metas cum ea: deinde tendit ad
„ magnam viam, per quam itur ad terram Cruciferorum, & tenet metas cum ea, deinde gra-
„ diens ad Aquilonem itur ad Dumum Coruli, juxta quem eſt meta, inde vadit ad viam, ibi
„ eſt meta terrea circumfoſſa, inde vadit ad magnam viam, per quam itur ad Theutonium,
„ juxta quam eſt meta terrea circumfoſſa, deinde vadit ad arborem Zylſſa quæ dicitur, juxta
„ quam eſt meta, ibi eſt commetaneus *Iner Jobbagio caſtri*, deinde vadit, ad portum Dra-
„ væ fluvii magni, per quem fluvium circuit Inſula, quæ vulgo dicitur Zrepiczar, quem nun-
„ quam aqua ſeparare poſſit ab Hoſpitibus noſtris, deinde progrediens per majorem curſum
„ fluvii magni, pervenit ad prædictam villam Iwancz, in qua gradiens priori metæ contermi-
„ natur. Præſtoldi autem noſtri Gurdon de *Caſtro Grebin & Zelko* terrigenia de villa
„ Priticze. Ut igitur hæc Regia Donatio ipſis, ipſorumque poſteris in perpetuum conſiſtat,
„ præſente paginâ ſcribi, & Sigillo noſtro fecimus communiri. Datum per manus Magiſtri
„ Thomæ Aulæ Regiæ Cancellarii. Annô ab Incarnatione Domini Milleſimô Ducenteſimô
„ Nonô &c. Locus Sigilli pendentis.

Ex relato diplomate condiſcimus I. Andream in *Kene fuiſſe captivum.* Sed qua occa-ſione, utrum videlicet tempore patris? aut fratris Emerici? concludi nequit. Combinatione eorum quæ ſuperius pag. 169. recenſuimus ex Ortilone, argui poſſet; inſinuatam Andreæ captivitatem, fuiſſe ab Emerico, dum villæ Varasd hoſpites, ſuo fundatori grata præſtiterunt ſervitia. Hinc Hiſt. Eccl. Zagr. p. 325. emendanda, & ad ſenſum hunc, revocanda forent. Sed Andrea diſtinctè nil exprimente, captivitas quidam patet, annus attamen in obſcuro eſt. II. Comites Comitatum, item Caſtri, habuiſſe ſuos Comites Curiales. III. Villam iſthic Epiſcopi conterminam eſſe, quæ *Biskupecz* nunc vocatur. IV. Caſtrorum Greben, & Zelko eſt memoria, Jobbagionis quoque caſtri. V. Inſulam hodie *Muraköſz*, vel *Cſaktornya*, olim vocatam fuiſſe Sclavonicè *Zrepiczar*, pluraque alia. Quamvis porro perſuaſum nobis ſit, ab exemplo Civitatis Zagrabienſis, plura lib. Regiæque Civitati Varasdinenſi, eſſe Privilegia, relati ſupra, ſive interpretatoria, ſive confirmatoria, dum relatam a nobis Hiſt. Eccl. Zag. pag. 80. memoriam, a D. olim Adamo Konczer, Civitatis fatæ condam judice habuiſſemus; tamen, non ſolum pro ſuperiore diplomate, notitiisque inde publico & eruditis omnibus communicatis, gratias agimus; verum fide hujus, inferius pag. 80. annum 1215. corrigendum eſſe agnoſcimus, ſcribendumque 1209. Veritatem enim pro fine habentes, errores noſtros, cum ipſe lubens corrigo, tum ab aliis emendandos cupio. In hac enim ſtudiorum profeſſione, opinionis tuendæ contumacia, peſtis eſt veritatis.

XII. *Bela IV.* Patre ſuo Andrea vivente, conſors, aut dicere malis Collega in Regno fuit effectus, Regisque, æqualem cum patre nactus poteſtatem, adminiſtrationemque. Demonſtrat hoc Decreti ſui, *in Cor. Jur.* artic. 18. quo: *Servientes accepta licentiâ a nobis, poſſint libere ire ad filium noſtrum, ut a majore ad minorem, nec ideo poſſeſſiones eorum deſtruantur. Aliquem juſto judicio filii noſtri condemnatum, vel cauſam incoatam coram ipſo, priusquam terminetur coram eodem non recipiemus, nec e converſo filius noſter.* Bela igitur vivo patre, *Rex minor erat Ungariæ.* Hinc in quibusvis monumentis (quæ mihi legere, videreque licuit) Andrea vivente, obſervavi exaratum: *Bela Primogenito noſtro Rege. Dalmatiæ & Croatiæ Gubernatore.* Sic ſuperius anno 1226. Sic anno 1222. in collationalibus terræ *Pzer*, a Caſtro Zagrabienſi ereptæ, penes fluvium Biſztricza, pro Stephano Eppo Zagrab. Sic annò 1225. in tranſactione terræ de Toplica Capitulari. Atque anno 1226. in dona-

donatione Vertus villæ, & adjudicatoriis poſſeſſionum *Biſtric, Otok, & Sciget*, intra Dravum Muramque fluvios. Pariter teſte Ritteriano extractu, Anno 1225. in Privilegio Eccleſiæ Toplicenſis ſuper annualibus 20. Marcis pro remedio animæ matris ſuæ &c. &c. Immò a Romano Pontifice, Belam pro tali agnitum fuiſſe, evincit epiſtola apud Raynal. ad an. 1225. qua jubetur: alienationes a patre factas tametſi ſub juramento, revocare. Ubi, illud: *Belæ juveni Regi, pro Rege habitum fuiſſe evincit.* Verba autem illa: *in ea Regni parte, quam ex ordinatione patris tui habes, alienationes easdem revocare procures*, indicare videntur, diviſum intra Patrem filiumque Regnum. Verum rei hujus veſtigia non ſunt, in aliis domeſticisque monumentis. Si Bela partem Regni habuiſſet, quid eſt, quod Titulis non inſeruerit eam partem? quid, ut omnibus ſervientibus admitatur, ad primogenitum Belam (ſupra art. 18.) acceſſus? Fateri tamen debeo, quamvis nec Regis nec Ducis Sclavoniæ, Belæ in Titulis exprimantur, ſed Primogeniti, atque Dalmatiæ Croatiæque Gubernatoris, Belæ complures memorias, in Sclavonia reperiri, ut omnino videatur, Sclavoniam obtinuiſſe a Patre. Quædam mox ſupra inſinuavimus, quædam & copioſa habemus in Ritterianis extractibus. Item extractu Nobilium campi Turopolya, quos Bela libertate donavit anno 1224. Sed omiſſis his, in confirmationem exſcribimus Privilegium ſequens.

„ In Nomine Sanctæ Trinitatis, & Individuæ Unitatis. Bela DEI Gratia Rex, Primogenitus Regis Hungariæ, univerſis præſentem paginam inſpecturis Salutem & gratiam. Dignum eſt, & omni ratione conſentaneum, ut hi qui Principibus ſuum pro tempore exhibent obſequium, ſui laboris prœmio non fraudentur; præcipue ut alii eorum exemplo ad indefeſſæ fidelitatis conſtantiam animentur, quos, ſui laboris præmia viderint aſſecutos. Hinc eſt quod Radus & Fratres ejus de Klokoche Zorjan Vezt, & fratrem ejus Uterinum Damianum cum fratribus ſuis Criſtan, cum fratribus ſuis Simeon, cum fratribus ſuis Zladech, cum fratribus ſuis Wranco, cum fratribus ſuis Blaz, cum fratribus ſuis Fridrich, cum fratribus ſuis Dobrogoſzt cum ſuis; Wlchan cum fratribus ſuis, *qui de filiis Jobagionum Sancti Regis, de Goricza oriundi fuerant* ob fidelitatis ſuæ meritum, qua Patri noſtro & nobis ſervierunt, tanta donavimus prærogativa libertatis: ut tam ipſi quam ab eis in perpetuum deſcendentes, *de domo & familia noſtra de cætero cenſeantur.* Quibus etiam terram de Klokoche perpetua donavimus libertate. Itaque de cætero, ad jam dictum caſtrum, nullum habeant reſpectum. Terra autem eorum, his metis diſtinguitur. Prima meta eſt inter Goriczam & Gay, quæ ab incolis dicitur Glave. Inde per viam tendit ad campum, qui appellatur Berzopolye; inde vadit ſuper caput fontis Illaibecz, & venit ad caput rivi, qui vocatur Kneſepotok, & per eundem rivum deſcendit, in rivum dictum Koranna; per quem deſcendit ad pedem montis, qui dicitur Ozlyche. Inde aſcendit per cacumen ejusdem montis, & deſcendit in rivum dictum Iwanpottok. Inde per viam tendit ad campum, qui vocatur Chiltepolye, & venit ad dumum, qui dicitur Velike greche: inde tendit per viam, & tranſit Glujam per ponticulum, & venit ad caput rivi Peſtenoga. Inde vadit per viam, & venit ad locum, qui dicitur Polochyſche, ubi antiquitus fuit Eccleſia. Abhinc tendit ad montem, qui dicitur Kerker; & inde venit ad montem qui vocatur Vtokaverch; inde venit ad locum ubi rivus Tolſztipotok cadit in Coranicza, & tranſit & aſcendit in montem, qui appellatur Sucho. Deinde venit ad rivulum, qui dicitur Gerſztina, & tranſit, & venit ad Salicem ſuper Glinam, quam tranſit, & venit ſupra caput rivi, qui dicitur Skopchno, & tendit ad *viam, quæ venit de Seyne*; & per dictam viam venit ſuper ſylvam, quæ dicitur Krote Buchovia, & per eandem viam redit ad primam metam, quæ vocatur Glave. Porro hoſpites, quos prædicti liberi homines habuerint infra metas præſcriptas, *decem denarios debent perſolvere annuatim pro Marturinis.* Unde quilibet de præfatis liberis hominibus, tertiam partem Marturinarum habet, de ſuis hominibus; duæ vero partes Marturinarum totius terræ illius, quæ ad jus noſtrum pertinebant, Radus & hæredibus ejus dedimus in perpetuum, pro fidelitate & multimodis ſervitiis Patri noſtro & nobis ab eo collatis. *Quoties vero neceſſe fuerit in exercitu noſtro, quindecim loricatos, & centum pedites vernaculos expeditos habebunt.* Ut igitur Regni Noſtri conſuetudo exigebat, dictam terram, & libertates prætexatas ſæpe dictis liberis hominibus de Klokoche per Preſtaldum Noſtrum Petrum, filium Jorche de Zagrabia fecimus aſſignari. Ut autem tam noſtra conceſſio, quam noſtræ confirmationis ſeries, cum libertate a nobis conceſſa, perpetuæ robur obtineat firmitatis, præſenti pagina in notitiam deduci poſterorum, & Regiæ authoritatis Sigillo juſſimus roborari. Dati vero, Teſtes ſunt, ut factum præſens ampliori robore fulciatur: Chak Comes Bodrugenſis, Allader Magiſter, Martinus Banus, Bachia Comes Zagrabienſis, Andreas Mgr. Hujus autem terræ indigenæ, Guncellinus Archieppus Spalatenſis, Martinus Epiſcopus Corbavienſis, Michus Epiſcopus Tinnienſis, Herebertus Abbas Toplicæ, Boncelaus Comes

„ Gori-

„ Goricenſis, & alii, quorum recitatio faſtidium generaret. Datum eſt autem hoc privilegi„ um, per manus Mathiæ Præpoſiti Zagrabienſis, tunc tempore Aulæ Regiæ Cancellarii, An„ no ab Incarnatione Domini, 1224. IX. Kalendas Januarias.

Inſigne hoc monumentum, tot eruditis rebus plenum, ſerviensque docendæ jurisdictioni & territorio, per deſcriptas metas, Sacræ Regni Coronæ, dicta a nobis ſuperius egregiè corroborat, dum Regia poteſtate, has partes tenuiſſe Belam docet: dum mentione Patris Andreæ, utrumque eadem poteſtate fuiſſe evincit, tot item cætera, quæ eruditi doctique lectoris examini relinquimus. Sane conſideratione tam præfati privilegii, quam & Nobilium campi Turopolya, extractibus quoque Ritteri, Georgii Marcellevich, Bela incluſive ab anno 1222. ad annum 1228. in Sclavonia fuiſſe videtur, ut confitear me conciliare nequire, quæ de fuga Belæ ad Ducem Auſtriæ; de odiis Andreæ in filium Belam, P. Pray Annal. P. I. pag. 226. narrat. At illa vel præceſſerunt; vel ſecuta ſunt. Enimvero circa 1228. motus fuiſſe, tanta indicant. Colomanus Dux (ut pag. 128. ſuperius) in anno 1232. ait: *Frater noſter Dux Andreas, a quibusdam veſano ductus conſilio in Regnum noſtrum videlicet Sclavoniam violenter irruiſſet.* Marcellevich habet: *1229. Cum decimæ Epiſcopo denegarentur, rem detulit ad Andream Regem* (Belæ nulla mentio) *qui, facultatem dat Epiſcopo in contumaces per excommunicationem animadvertendi Regni ſui anno 26. vide in lib. fol. 9.* Idem, narrat ab Andrea Rege, Michaeli cuidam, pro fidelitate quam a puero præſtitit Regi, maximè in expeditione Raſciæ exiſtenti, donatam fuiſſe terram novam *Zokol*, metis appoſitis. Hanc donationem anno ſequente 1230. a Bela, qui jam Hungariæ Regis titulis decoratur, eſſe confirmatam, haberique deſcriptam in libro Capli fol. 54. Profectò ex tot monumentis, tam ſupra, quam infra hiſt. Zagr. Eccl. clarum eſt, Colomanum ab anno 1229. Sclavoniæ fuiſſe Ducem, cum titulo Regis. Ex Raynaldo ad annum 1232. videre eſt, ſtatus Regni, diſſenſiones cum Andrea habuiſſe. Quod Andreæ Decretum, quia P. Pray exſcripſiſſet, lector videas. De his eruditos lectores reflectere voluimus, ſive ad intelligenda diplomata; ſive ad excitandum ſtudium alicujus, compilandæ Regum & Reipublicæ noſtræ, hiſtoriæ. Demum præmiſſis non obſtantibus, demonſtrant Belæ IV. diplomata, hunc, Regni ſui annos, ab anno 1235. (quò Andreas Pater ſuus circa Idus Junii, ex diplomatum combinatione, deceſſit) numeraviſſe. Colomani Ducis memorias non repetimus, quas, ſuis locis inſeruimus.

Belam Regem, ſuis Regiis titulis, *Cumaniæque* Rex adjeciſſe, extra dubitationem eſt. Vide dipl. pag. 124. & 125. exhibitum, pluraque tam §. ſequente, quam apud eruditos Diplomatarios. In ſuorum prædeceſſorum Regum titulis, illud: *Cumaniæ Rex* deſideratur. Qualiter Bela, Rex Cumanorum effectus ſit? quod item? & ubi Regnum hoc fuerit? ab eruditis Tranſilvanis potiſſimùm, exſpectamus. Ante annum 1243. Cumaniæ Regis titulo Belam uſum fuiſſe, evincit aurea Bula Civitatis Zagrabien. pag. 124. Quare corrigenda ſunt, quæ P. Pray Annal. Par. I. fol. 274. conjicit. Illmus Doctiſſimusque D. Aſſemanus Tom. V. pag. 104. ex Raynaldo atque aliis, quædam de Cumania collecta exhibet, votis attamen noſtris, quoad jus Regum noſtrorum in Cumaniam, non ſatisfacit. Quare utilem hanc Sacræ Coronæ dilucidationem, docti eruditique Patriæ filii, & Sacræ Coronæ ſubditi, ne jacere ſepultam ſinant, oramus.

§. V.

Memoriæ quædam, a reſtauratis Regnis, Sacræ Coronæ, per Belam IV. poſt depopulationem Tartarorum uſque ad Annum Domini 1526.

Rogerius, Thomas item Archidiaconus; Scriptores coævi, teſtesque de ſcitu, de Tartarorum irruptione ſcripſerunt. Rogerius an ille ſit? qui ſubinde in Archiepiſcopatum Spalatenſem fuit elevatus, aut alter? contendere nolim. Illa quæ Thom. Archid. cap. 48. de Rogerio Archiepiſc. ſcribit; fuiſſe nempe hominem, in augendis rebus temporalibus multum ſolicitum, & intentum; ædificiis ſtruendis occupatum, cellis vinariis ſtudioſum, æconomiæ deditum, ut oneroſus eſſet Eccleſiis & monaſteriis, denique mundana affectantem, lectioni diligenti, & Scriptori non conveniunt. Præterea Bonfinius Presbytherum nominat, editionesque operis, Varadienſem Canonicum exprimunt. Tacet præterea Archidiaconus, ab Archiepiſcopo Spalatenſi, ſcriptam fuiſſe hiſtoriam. Sed hæc utut ſint, placet mihi, nota Lucii: *Rogerius in iis, quæ in Ungaria ſuperiori a Tartaris geſta ſunt; Archidiaconus verò, quæ in inferiori, & maritimis acta ſunt, magis idoneus auctor eſſe videtur.* Horum itaque ſcripturæ, cùm a Viris doctiſſimis, hactenus ſint illuſtratæ; mei non eſt inſtituti, ultro immorari, potiſſimum quia, ſuis locis, in Zagr. hiſtoria, inſinuavi, vel plene deſcripſi, diplomata, & monumenta, quæ illuſtrandæ huic hiſtoriæ, ſervient. Quare his omiſſis, Cryſi item in Scriptores, qui vel ex auditu, quia remotiores; vel ex affectu ſcripsêre quopiam (poſtquam remotio-

res, Rogerius cum Thoma, erroris damnarent; adulatores autem tot numero diplomata, ridendos facerent) ſequentia notamus. I. *Bela IV.* forti magnoque animo, deſtructorum Regnorum ſuorum ruinas, reparare ſtudens, *Maximi* nomen jure eſt conſecutus. Quæ præſtitit, nemo ſatis eſt deſcripturus. Nos Regionum harum, quasdam, quas collegimus memorias, damus.

I. Tartaris recedentibus, Bela IV. illico reſtaurandis rebus ſtudens, relicta conjuge, cum liberis Cliſſæ (ubi Margaritha & Catharina filiæ Regis mortuæ, Spalati depoſitæ ſunt, ut monumentum apud Lucium evinceret. Guilielmus autem, ex filia Belæ nepos, Tragurii ſepultus eſt) *abſque omni cunctatione* (ut Archid.) *in Hungariam profectus eſt*. Roborantur hæc, Bula aurea Civitatis Zagr. pag. 124. inſinuata, Privilegio item Samoborienſium, totque aliis, quæ *Verevczæ* poſt Tartarorum receſſum expedivit. Per Sclavoniam properans in Hungariam, cum Fratrem ſuum Colomanum, Ducem Sclavoniæ, a barbaris interfectum ſciviſſet, *Dionyſium* Banum fecit, qui in quibusdam monumentis, Ducis quoque titulo exprimitur. Ea quoque videtur Belæ fuiſſe cura, ut terras Comitatus, Caſtrenſium item, a privatorum terris diſtingueret, metasque poneret. Rei hujus teſtes habemus litteras plures. Primæ ſint, ex tranſumpto Capituli Chaſmenſis facto, ex Sede Judiciaria Comitis Stephani de Bathor, Judicis curiæ Mathiæ Regis, die 48. octavarum Beati Georgii Martyris &c. ubi, ex litteris in pargameno privilegialiter confectis. *Bela DEI Gratia Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Galiciæ, Lodomeriæ, Cumaniæque Rex. Omnibus præſentem paginam habituris, ſalutem in Domino JEſu Chriſto. Ut poſterorum notitiæ liquide poſſet clareſcere, quod providè & attentè ordinatur ab aliquo, præſertim quoties negotium partium, de regali conſcientia fine debito terminatur ſolerter, & proviſum litterarum patrocinio ſtabilire. Eapropter ad notitiam univerſorum volumus pervenire, quod accedens ad præſentiam noſtram, dilectus nobis in Chriſto Joannes Abbas de Topliçza, humiliter nobis ſupplicavit & inſtanter, quod Nos diviſionem terræ caſtri de Guora, inter ipſum ab una parte, & Blinenſes ab altera factam per Comitem Marcum filium Borochim, deſtinatum ad hoc a dilecto & fideli Noſtro Dionyſio Bano, cui hoc idem ſpecialiter commiſeramus exequendum, præſente etiam fideli Clerico noſtro Mgro Nicolino ad hoc pro Preſtaldo per nos deputato, nec non homine Capituli Zagrabienſis, & homine Perceptoris Templariorum de Guora, ac hominibus hoſpitum noſtrorum de Perna & Petrina, & pluribus aliis fide dignis, ne ulterius - - - Nos igitur - - Nomina autem poſſeſſionum, quæ ad Abbatis partem pertinent - - ſunt hæc videlicet Kratka &c. - - - Ut autem ordinatio diviſionis ſæpe dictæ ſalva & inconcuſſa permaneat, præſentibus eam litteris ſub duplici noſtro Sigillo perpetuo confirmamus. Datum in Segneth Anno Dominicæ Incarnationis 1242. Regni vero Noſtri Anno Octavo.*

Aliarum, nobis in autographo communicatarum a viro quodam illuſtri, & omnino diffuſarum, quæ, præmiſſum Belæ Regis factum, clarius teſtantur, tenores ſunt: *Nos Stephanus Banus totius Sclavoniæ, & Capitaneus Stiriæ, ſignificamus omnibus præſens ſcriptum inſpecturis. Quod cum Dominus noſter Bela illuſtris Rex Hungariæ, nobis dediſſet in mandatis, ut terras caſtrorum per totam Sclavoniam & ſpecialiter in Comitatu Varaſdinenſi, a tempore Colomani Regis felicis recordationis alienatas, judicaremus. Tandem Andreas Comes Varaſdinenſis, & omnes Jobagiones caſtri, ſcilicet Martinus Volpoth, filius Neçduſa: Paulus filius Poſe: Joachim filius Woncha, Fulcumar Damask filius Thomæ; Rynchez filius Rynk, Vlchik filius Iſan, Volouçlo filius Crobina, Demetrius filius ejus, Atuçlo filius Ata, Martinus filius Zulch, & cæteri jobagiones caſtri Vorosdienſis: Et Benedictus Volpoth, Salomon Stephanus, filius Rodus Benk; Iſov frater ejus; Joannes filius Miruçlai, & cæteri jobagiones caſtri de Zagoria, quasdam terras filiorum Selk, ſcilicet Branichſelb, & Eliæ filii Joance, nomine caſtri tam de Varaſdino, quam in Zagoria reambulaverunt. Super quibus terris nos judicavimus, eidem Andreæ Comiti Varaſdinenſi, & ſecum quibusdam jobagionibus caſtri, Sacramentum ſuper eo: quod ſub ipſo juramento, ſi quas terras ſcirent caſtrorum eſſe, has ad caſtrum reciperent. Si quas terras vero ſcirent aliorum, vel ipſorum filiorum Selk eſſe, hæreditarias & emptitias, has eis relinquerent, ſine qualibet contradictione in perpetuum poſſidendas. Poſtmodum autem in loco Sacramenti, ipſe Andreas Comes Varaſdinenſis, & omnes jobagiones caſtri prænotati, quasdam terras ab eis receperunt ad caſtrum, quas ſciverunt, caſtri eſſe. Et alias terras, quarum nomina ſubſcripſerunt, quæ erant hæreditariæ, has nomine hæreditario: quæ erant emptitiæ, has nomine emptitio; & quæ erant donatitiæ, has nomine donatitio reliquerunt eisdem filiis Selk in perpetuum poſſidendas, ſine qualibet contradictione. Et quod deinceps eædem terræ, quæ eisdem in pace remanſerunt, nec in-*

qua-

quæſtionem cujuslibet poſſint redire ullo modo: Ideo miſimus noſtros nobis fideles Salicz, Alexium, & Schemam, unà cum homine Andreæ Comitis Varaſdinenſis, & una cum jobagionibus caſtri prætacti, qui metas omnium metarum ſuarum nobis in ſcriptis portaverunt nemine contradicente, quinimo commetaneis conſentientibus & faventibus, in hoc modo.

Narrat metas, intra quas, eſt mentio *Eccleſiarum* S. Michaelis & ejus Cimiterrii, S. Bartholomæi. *Comitis* Farcaſii, & Gregorii filii Abramus. *Caſtri* Geuniba, fors hodie Konoba. *Montis* qui vocatur Lovi Civitatis. *Familiarum* poſſeſſionatarum, Tone, Selk, Lodonii, fors nunc Ladanii, Atoſlau, Sulich, Pouſa, Prouch, Wlcoſlau, Scuinuſa. *Fluviorum*: Dravæ magnæ; aquæ, ubi prius Drava defluebat. Zbelen, Plutvicza &c. Concludit: *Ut autem* ejus *rei ſeries ſalva ſemper conſiſtat - - litteras noſtras conceſſimus Sigilli noſtri munimine roboratas. Anno Domini 1258.* Veſtigia pendentis ſigilli, in filis ſericeis rubroflavis, vidimus. Huc pertinent litteræ Belæ Regis ſuper poſſeſſionibus Eccleſiæ Toplicenſis inter Grangyam ipſius, Gradizzam item & Nobiles de Koſtanicza ſitis Anno 1242. Ritterio teſte. Æque Nobilium *Campi Turopolya* adjudicatoriæ Stephani Bani, jubente Bela, magni luci. Sic etiam teſte Marcellevichii extractu, juſſu Belæ, in Croatia, diſtinctæ fuêre terræ Caſtrenſium in Lika &c. &c.

Vix invenias donationem quampiam Belæ Regis, in qua, a collatis donatisque bonis, numerus certus militum Regi exhibendorum, expræſſus non eſſet. Hoc quidem Bela non incoavit, cum mos iſte inde a Romanis relictus fuiſſe deducatur ut pag. 17. obſervatum ſuperius. Sub Colomano item Rege, hæc deducatur ex pag. 136. obligatio. Bela III. Anno 1193. (ſupra pag. 167.) Comiti Bartholomæo de Veglia, numerum determinatum præſcribit, rariora tamen ſunt ejusmodi documenta. Verum Bela IV. hæc frequentiſſimè inſeruit. Sic infra pag. 331. ſic in donatione terræ Klokoche pag. 190. deſcripta. Neque opus eſt hic immorari, poſtquam ex legum, ſive Decretorum Regiorum codice, de Banderiis, de Inſurrectionibus, iſtud luculentum patensque eſſet. Caſtra quoque plurima, non ſolum ipſe extrui fecit, uti ſupra de caſtro Grech pag. 125. ſed de Budenſi quoque apud P. Nicol. Schmitth in ſer. Epp. Agrienſi dipl. anni 1255. pag. 148. ubi: *Cum igitur nos* poſt *vaſtitatem, quam culpis exigentibus Regno Hungariæ invexit feritas Tartarorum, reformationem, reparationem, ſoliditatem, ac corroborationem ipſius Regni, ex debito ſolicitudinis Regiæ efficaciter curaſſemus apponere curas noſtras, inter alia caſtra defenſione Regni congrua, in monte Peſtienſi caſtrum quodam extrui fecimus, refertum multitudine hominum numeroſa* &c. Verba illa: *inter alia caſtra defenſioni Regni congrua*, plura Belam erexiſſe caſtra, evincunt. Sed etiam ab aliis extruenda permiſit, ut iſtic apud Schimitth pag. 145. *Dedimus & auctoritatem ipſi Lamberto Epiſcopo - - Caſtrum ædificandi.* Vide item infra Hiſt. Eccl. Zag. pag. 83. & ſequen. Villas liberas, & Civitates Regias, plures fecit, cum immunitatibus libertatibusque variis. De Civitate Zagr. ſupra retulimus. Oppidorum Samobor, Petrina, Jaſzterbarſzka data per Belam Privilegia omittimus, ne moles, operi huic eveniat. His hoſpitibus, impopulando Regno ſtuduit, ærario item, dum annuos cenſus Fiſco ſuo exolvendos præſcripſit. Hæc inter, rebus ſacris quam proſpexerit, tot diplomata apud Schmitth demonſtrant. Erga benemeritos fuit munificus & liberalis, ut iterum fidem facerent diplomata. Nobis viſum eſt bina hic exſcribere, ex Rittero; non tantum hæc firmantia, at rerum cæterarum, inſtituti noſtri etiam, argumenta.

„ Bela DEI Gratia Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Galitiæ, Lodome-
„ riæ, Cumaniæque Rex. Omnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens pagina pervenerit ſalu-
„ tem in eo, qui Regibus dat ſalutem. Virtuoſa Regum bonitas, ſubjectos ſuos quoslibet, tan-
„ to largiori munere proſequitur, quanto ſervitia eorum, fidelitatis conſtantia decorantur,
„ tempusque ſucceſſivè præſens gaudere debet beneficiis, dum paternæ fidei imitatrix adeſt e-
„ xemplum. Quare ad univerſorum præſentium & futurorum notitiam, harum ſerie volu-
„ mus pervenire: Ut cum dilecti & fideles noſtri, Fridericus, Bartholomæus & Jerinto, filii
„ Jerindonis Comitis, Comites de Veglia, fidelia Patris ipſorum veſtigia jugiter imitantes, a
„ primævis noſtræ, & eorum pueritiæ annis, ubivis indeſinenter tanta fidelitatis ſervitia im-
„ pendere ſtuduiſſent; & tempore perſecutionis Tartarorum *in partibus noſtris maritimis*
„ *conſtitutis*, non ſolum in mari cum navibus muniti; verum etiam in terra cum armatis,
„ prout temporis neceſſitas, & negotii qualitas exigebat, ad cuſtodiam Perſonæ noſtræ, nec
„ non ad perſequendum inimicos, & infideles noſtros tam fideliter ſerviverunt & conſtanter,
„ quod inter alios Regni noſtri fideles ex debito fidei meruerunt computari. Ad habilitandum
„ fidelitatem eorum, & ut memoria eorum cæteris vigeat in exemplum, hæredibusque eorum
„ proficiat temporibus ſucceſſivis, donationem Comitatus de Modruſs, progenitoribus ſuis, per
„ Illuſtrem avum noſtrum Belam quondam Hungariæ Regem: nec non & donationem Vinod

Digitized by Google

„ dol Patris noſtri bonæ memoriæ factam, in prœmium eorum prænominatæ fidelitatis, in-
„ novationem offerimus. Et tanta libertate donamus: quod ſi quam donationem de ipſis Co-
„ mitatibus, ſcilicet Vinodol & Modrus antea feceramus cuique, quæ promiſſiones pro eis fa-
„ ctæ nobis per ſtipulationem legitimam notæ non extiterunt nec fuere, irritam indicamus &
„ innanem. Iſtam ratam decernimus, atque firmamus. Inſuper præfati dilecti & fideles no-
„ ſtri, Fridericus, Bartholomæus, & Jerindo, filii Jerintonis Comitis, Majeſtati noſtræ quæ-
„ ruloſè curârunt proponere, quod in nemore quodam, vulgo *Brod appellato*, in prædicto
„ Comitatu Modrus ſito, complurima latrocinia & ſpolia fierent, & indies invaleſcerent, a-
„ deo, quod mercatores per Stradam communem verſus mare Adriaticum tranſeuntes, rariſ-
„ ſimè memoratum nemus, indemnes poſſint pertranſire, ſupplicârunt Majeſtatem noſtram,
„ qualiter *Treceſimam*, quæ in Comitatu Modruſs, Cameræ Majeſtatis noſtræ, exigi ſolita
„ fuit, eisdem donare, eò dignaremur intuitu, quatenus ipſi Stradam memoratam tutari ſe-
„ curatione, latrones evellere, & funditus eruere deberent & tenerentur. Quibus quidem la-
„ trociniis, parvis cum expenſis, parvisque cum ſtipendiatis, minime provideri quirent. Cæ-
„ terum Privilegium noſtrum, quondam Joanni Comiti, & fratribus ſuis ſuper donatione Co-
„ mitatuum Vinodol & Modrus, per dictum avum noſtrum Belam, & Patrem noſtrum An-
„ dream Reges, facta: & ſuperius confirmationem Privilegiorum eorum recolimus nos, & om-
„ nium progenitorum noſtrorum, felicium recordationum, ad tollendas prolixitates eisdem
„ inſertas. Super quibus ne poſſint impoſterum dubitationes ſuboriri, determinatæ ponentes
„ litt. F. quibus ſervitiis ipſi, & hæredes eorum nobis, & hæredibus noſtris obligati de cæte-
„ ro tenebuntur, præſentibus inſeri ad cautelam de verbo ad verbum fecimus in hunc modum.
*(Tranſumptis hic, Bela III. pag. 167. relati, item Andreæ II. duobus Privilegiis æquè re-
latis, ſuum quoque, quod iis, anno Regni ſui quinto, Chriſti autem 1240. dederat, tran-
ſumit, quod potiſſimum, ob quasdam notitias, circumſtantiasque deſcribimus.)*

„ Bela DEI Gratia, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Galiciæ, Lodome-
„ riæ, Cumaniæque Rex. Omnibus Chriſti fidelibus, præſentem paginam inpecturis ſalutem
„ & omne bonum. Ad univerſorum notitiam harum ſerie volumus pervenire. Quod acceden-
„ tes ad nos fideles noſtri, filii Jerindonis de Veglia, ſcilicet Joannes, Fridericus, Bartholomæ-
„ us & Jerindo, præſentaverunt quædam ſcripta nobis, aſſerentes ipſa eſſe exemplaria Privi-
„ legiorum Anteceſſorum noſtrorum, videlicet avi noſtri Belæ, bonæ recordationis, & patris
„ noſtri Andreæ, quondam Regum Hungariæ. Quorum *originalia propter diſcrimina itine-
„ ris, quæ imminebant, uti dicebatur, nonpoterant apportâſſe.* Poſtulaverunt hæc eadem
„ noſtro Privilegio confirmare, maximè cum ipſa fuiſſent ſigillo confirmata, & autenticis ſcrip-
„ turis ratifacta, quibus fides poterat adhiberi. Nos itaque *tempore neceſſitatis conſideran-
„ tes*, quod cum nos perſecutio impelleret Tartarorum, & ipſorum non modico indigeremus
„ ſervitio, tenore reſcripti, quod inferius obſervabitur; noſtris litteris, & duplicis Sigilli no-
„ ſtri munimine decrevimus roborandum. Aducendoque idem, *(nempe Reſcriptum,)* ipſis
„ ſe obligantibus, quod cum nos, ſucceſſoresque noſtri, *in Regno Croatiæ*, perſonaliter fue-
„ rimus conſtituti, ex ipſis, videlicet Comitibus, vel hæredibus & poſteritatibus eorum uni-
„ verſis, unus perſonaliter pro poſſe decenter expeditus, ſuis duntaxat propriis expenſis,
„ tamdiu ibidem fuerimus, in recompenſationem ſuſcepti beneficii, in ſervitiis noſtris perſeve-
„ rare debeat & teneatur. Ad alia verò ſervitia in Privilegiis anteceſſorum noſtrorum conten-
„ ta, & obligata; ipſos Fridericum, Bartholomæum, & Jerindonem, ac hæredes & poſterita-
„ tes eorumdem univerſos, *ex plenitudine gratiæ regalis, & prærogativæ noſtræ*, ampli-
„ us perpetuo nullatenus volumus eſſe obligatos, Regni noſtri anno quinto, Chriſtianæ ſalu-
„ tis 1240. *Tandem proſequitur.*

„ Nos itaque præmiſſas conceſſiones dicto Comiti & Fratribus ſuis, hæredibusque & po-
„ ſteritatibus eorum univerſis, Comitibus videlicet Modrus & Vinodol, in unum compræhen-
„ ſis, cum omnibus & ſingulis ipſorum Comitatuum pertinentiis & redditibus, cum præro-
„ gativa noſtra videlicet, ut ex ipſis Comitibus & hæredibus eorum, ratione dictorum Comi-
„ tatuum, dum & quando nos, vel ſucceſſores noſtri in Regno Croatiæ perſonaliter fuerimus
„ conſtituti, tamdiu, quamdiu moram ibidem faciemus, unus ex ipſis perſonaliter pro poſſe
„ decenter proviſus cum expenſis ſerviendo, nobis aſſiſtere debeat & teneatur. Demptis e-
„ nim, & omnino caſſatis omnibus & ſingulis aliis ſervitiis, obligationibus, quæ in Privile-
„ giis Anteceſſorum noſtrorum, avi noſtri Belæ; & Andreæ Patris noſtri, Regum Hungariæ
„ continentur, videlicet ſervitia cum loricis in Regno, & extra Regnum. Banus ſimiliter, vo-
„ lumus, ut in judicatura hominum & ſubditorum, Comitatuum prædictorum, minime ſe in-
„ gerat, ſed in ipſorum Comitum libertate, hæc omnia & ſingula deinceps perpetuo tranſeant,
„ ex plenitudine Regalis gratiæ noſtræ. Quæ ſic volumus, confirmamus, ratificamus, & ro-

„ bora-

„ boramus. Inſuper præſentibus, precibus Friderici, Bartholomæi, & Jerindonis Comitum, „ favorabiliter annuentes, Triceſimam ſupradictam, ipſis, & hæredibus, ac poſteritatibus eo„ rum univerſis, jure hæreditario donavimus, & contulimus, perpetuis temporibus poſſiden„ dam. Tali vero pactionis interventu, quod prædicti Comites, hæredesque eorumdem, præ„ fatis latrociniis, ita attendere debeant, & obligentur, quod ſingulis non modo mercatoribus, „ verum etiam univerſis conditionis cujuslibet hominibus per dictum nemus Brod, tutus & „ ſecurus pateat tranſitus ita: Quodſi unicuiquam mercatorum, vel alterius conditionis ho„ minum, ſpoliari, & bonis ſuis privari contigerit; teneantur, memorati Comites, eorumque „ hæredes, ad plenam ſatisfactionem, ipſis ſpoliatis in dicto monte, *infra Civitatem Modrus*, „ & locum ejus montis, ubi Capella ſita eſt. Præſentes, in ſtabilitatem conceſſimus litteras, „ ſigilli noſtri duplicis caractere conjunctas. Quod ſi ex eis, ſine hærede quis deceſſerit; præ„ libatorum Comitatuum Vinodol videlicet & Modrus donatio, & aliarum gratiarum, & li„ bertatum noſtrarum conceſſio, ad alium ex conſanguineis perpetuo devolvatur. Datum per „ manus Reverendi Patris Benedicti Archiepiſcopi Colocenſis, Aulæ noſtræ Cancellarii Anno „ Dominicæ Incarnationis 1251. Nonas Aprilis. Regni autem noſtri decimo ſexto.

Hæc Privilegia confirmavit *Stephanus Rex*, per manus Mgri Benedicti Orodienſis Præpoſiti & Vice-Cancellarii Anno 1270. Regni ſui anno Primo: *Ladislaus IV.* per manus Nicolai, Albenſis Eccleſiæ electi, Aulæ Vice-Cancellarii, anno 1279. Regni VIII. *Carolus I.* per manus Andreæ Lectoris Quinque-Eccleſienſis & Vice-Cancellarii, Anno 1323. VII. Idus Novembris, inſertis quoque Prælatorum Baronumque nominibus, nempe: *Reverendis in Chriſto Patribus, Boleslao Strigonienſi; & Fr. Ladislao Colocenſi, Archieppiſc. Joane Nitrienſi, Benedicto Cſanadienſi, Georgio Sirmienſi, Nicolao Jaurienſi, Ladislao Quinque-Eccleſienſi, Petro Boſnenſi, Ivancha Varadienſi, Andrea Tranſilvano, Henrico Veſprimienſi, & Canadino Agrienſi Eccleſiarum Epiſcopis, Eccleſias DEI feliciter gubernantibus. Magnificis Viris, Philippo Palatino, Comite de Scepus & Ujvar, Demetrio Magiſtro Tavernicorum noſtrorum, Comite Bacſienſi & Trenchienſi, Magiſtro Lamberto judice Curiæ noſtræ, Comite Cſanadienſi & Nitrienſi. Thoma Waivoda Tranſilvano, & Comite de Zonuk: Nicolao Bano totius Sclavoniæ, Comite Sopronienſi, & de Comora Paulo Bano de Macov Comite Sirmienſi & de Valcho, & de Bodrug. Mikcs Mag. Tavernicorum Dnæ Reginæ Conſortis noſtræ Sereniſſimæ. Mgro de Saar Deſew Judice Curiæ ejusdem Dnæ Reginæ, Dionyſio Mgro Dapiferorum noſtrorum, Blaſio Mgro Agazonum noſtrorum. Magnifico Nicolao Comite Poſonienſi, & aliis quam pluribus Comitatus Regni noſtri tenentibus & honores.* Confirmavit quoque *Ludovicus*, tam anno 1350. XII. Kal. Martii, Regni autem ſui anno Nono; quam & poſt ſigilla renovata, XII. Kalendas Maji 1363. Regni 21. *Sigiſmundus* demum, cum clauſula *ſalvo jure alieno*, ob merita Joannis Comitis & Bani, quæ in expeditionibus exercitus præſtitit, *per manus Rmi in Chriſto Patris & D.D. Joannis Archieppi Strigonienſis, locique ejusdem Comitis perpetui, ac Aulæ noſtræ, & ipſius Reginalis Mattis eximii Cancellarii dilecti & fidelis noſtri. Anno Domini 1394. Idibus Menſis Novembris, Regni autem noſtri anno ſeptimo.* VVbus in Chriſto Patribus & Dominis Valentino S. Sabinæ SS. Rom. Eccl. Presbyth. Cardinali, & Almæ Eccl. Quinque-Eccleſienſis Gubernatore. Magiſtro eodem D. Joanne Eccl. Strigon. Nicolao Bubek Colocenſis, Petro Jadrenſis, Andrea Spalatenſis, altero Andrea Raguſien. Archiepiſcopis. Joanne Varadinenſi, Demetrio Tranſilvan. Joanne Zagrabien. Stephano Chyk Agrienſi, Martino Veſprimien. Joanne Jaurinenſi. Petro Vacienſi. Joanne Boſnenſi. Joanne Chanadienſi, Sirmienſi, & Nitrienſi ſedibus vacantibus) Cryſogono Tragurienſi, Franciſco Scardonenſi, Paulo Tinienſi, Joanne Nonenſi, Antonio Sibinicenſi, Nicolao Corbavienſi, Leonardo Decretorum Doctore Segnienſi, Epiſcopis Eccleſias DEI feliciter gubernantibus. Magnificis Viris (honore Palatinatus Regni noſtri vacante) Emerico Bubek Waivoda Tranſilvano, & Comite de Zonuch, Comite Joanne de Zapoglia, & eodem Dno Joanne de Veglia, Regnorum Dalmatiæ & Croatiæ, Georgio - Andrea Bano - Bubek Zaurienſi Bano. *Aliarum tenores ſunt.*

„ Bela DEI Gratiæ, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Galitiæ, Goriciæ, Lodo„ meriæ, & Cumanorum Rex. Univerſis Chriſti fidelibus præſentes noſtras viſuris ſalutem. „ Poſtquam Reges regnarent, Dominique poſſiderent terras & Regna, oportet ex Regum „ guberniis, omnium linguarum univerſæ gentis, quæ ſe alacriter ſubderet, ita providere: ut „ illi, qui deinceps venerint & ſuccedent, per illorum exemplum & doctrinam multo ferven„ tius & utilius cogantur obedire, & ea facere, quæ ſunt fidelitatis Regiæ. Ideo ex hac ratio„ ne volumus, & ſimul univerſis & ſingulis tam præſentibus, quam ſucceſſuris fidelibus, no„ tum facimus; Siquidem in tantum multitudo & malitia peccatorum univerſæ gentis & ho„ minum, ſub noſtro regimine degentium prævaluit, & citra omnem timorem & pavorem

Digitized by Google

„ Diaboli, humani generis hoſtis; plusquam arena & abyſſus maris excrevit. Sed nolens DE-
„ us, ipſorum mala opera & iniquitates, absque pœna impunè permittere & pullulare; ex-
„ citavit Tartaros in ruinam Chriſtianorum. Per quos Tartaros, ut agnoſcerent vindicem
„ DEum, ſuper hominibus plenis iniquitatibus & dolo, propter quæ ſcelera & peccata, DE-
„ us omnipotens in ſua miſericordia præſervando, punivit nos, tali modo: Quod dum nos con-
„ fligendo cum Tartaris in campo Su -- ita, ut ab iisdem totaliter victi & confuſi fuerimus;
„ Unde nos videntes nullum auxilium adeſſe, quinimo auffugere nos debere, ſicuti etiam au-
„ fugimus ad partes maritimas, quærentes locum abſconditionis & receptionis intra mare.
„ Ubi nos deplorantes ſicut Rachel, conſiderando ruinam & necem, vel maxime noſtrorum.
„ Sed DEus miſericordiæ & DEus conſolationis, ille, qui ſolatur ſuos veros & fideles in om-
„ ni moleſtia & triſtitia, oſtendit & aperire dignatus eſt nobis fontem ſuæ miſericordiæ, &
„ miſit ad nos, tanquam ex cælo, conſolandos; Illuſtr. Magnificos & eximios Viros, Frideri-
„ cum & Bartholomæum Frangepani. Qui, donárunt nobis in Scyphis & poculis aureis, ac
„ argenteis, plusquam viginti millia Marcharum in pecunia, uno verbô, in Schyphis magni
„ valoris. Et poſtquam DEus mitigâſſet & avertiſſet iram ſuam a nobis; conſideravimus ſer-
„ vitium & conditionem horum illuſtrium virorum, & donavimus eis unum noſtrum locum,
„ qui eſt penes mare, Vinodol cum omnibus ſuis appertinentiis, & omnibus queſtu-
„ bus ad dictum locum ſpectantibus, prædictis ſcilicet Friderico & Bartholomæo, illis, & illo-
„ rum hæredibus & poſteritatibus jure perenni; ita, ut nunquam ab iisdem recipi poſſint, ta-
„ liter tenenda & poſſidenda, ſicut & nos antea poſſedimus, & tenuimus. Notificantes ſimul
„ & hoc, quod ſi unus illorum deficeret ſine hærede, ex tunc hæredes alterius teneant, &
„ poſſideant illum locum. Cujus confinia ad Tramontanam, imprimis eſt fluvius & locus Ri-
„ ka in monte maris incipiendo; & noſtra libera aqua Richina, uſque ponticulum penes Pro-
„ hovo. Trans aquam, prima meta eſt in uno lapide, in quo eſt littera *A* meta, & aqua ſequi-
„ tur libera. Quæ aqua ex monte noſtro Grobnicenſi & confinio ſcaturit. Murus ſupra incho-
„ atur in Jilievicheh, qui dicitur Prezum, murus in piſcina ad Praputiſche, ex illa parte Ter-
„ ſtenik. *Locus autem Terſtenik manet noſter & integer.* Ex Praputiſche ad KupinKamen,
„ a Kupin Kamen ad Liſen Kamen; a Liſen Kamen ad bella vada in valle Papruthio. A val-
„ le paprutrio ad montem Berinſchek, a monte Berinſchek ad Gromache; a Gromache ad
„ Brezidin Babinopolie. Hæc ſunt vera confinia a monte maris, uſque Babinopolie. In ma-
„ jus robur prædicti doni, pro æterna memoria dedimus ipſis Friderico & Bartholomæo, has
„ noſtras litteras apertas, cum noſtro duplici ſigillo. Per manus prudentis hominis Magiſtri
„ Farcaſii, electi in Aula Cancellarii. Datum in Dobra Anno Domini 1260. Regni noſtri an-
„ no 26.

Privilegium hoc, ſi olim vulgari Croatica lingua expeditum non fuerat, ut ſucceſſivè translatum fuiſſe dici poſſit, non ſolum proprietatis Croaticæ plura habet, ut illud: *dedimus has noſtras litteras apertas* ſive *daſzmo ov naſz otvoreni liſzt*, quod grammaticaliter translatum eſt, dum rectius dici debuerat, *dedimus has noſtras litteras patentes*. Illud *bella vada* Italicum ſpirat. *Praputiſche*, *Kamen* &c. Croatica ſunt. *Dobra* infra Caroloſtadium modernum fluvius eſt. Si iſthic olim, arx fuerat, videretur hodierno *Novigrad*, congruere illud in *Dobra*.

Cæterum ſuperiora diplomata, fidem faciunt de pluribus. Quæ noſtri ſunt inſtituti. Docent I: Partes illas Veteris olim Liburniæ, ut Vinodol, Modrus, Brod &c. Croatiæ nomine veniſſe, ait enim Bela: *In Regno Croatiæ*; Quin limites deſignant Croatiæ a mari, *Rekam*, ſive modernum flumen S. Viti, ut in diplomate videre eſt. Aquam Rechina ſuam appellat, montem Grobnicenſem ſuum vocat, ac ipſum *Terſztenik*. Neque enim ſuperioribus metis, Regni limites Bela deſcripſit, at a ſe donatorum, poſt quæ verſus ſeptemtrionem, terræ ſuæ fuerant.

Porro ætate hac, Ducatum Maraniæ, ſive Maranæ, condam ad Croatiam pertinentem, & ſubinde ut Ducatum, ſub clientela Ungariæ Regum habitum ab aliis, mortuo (circa 1246.) Bertholdo Aquilejenſium Patriarcha, atque olim ſub Andrea Rege, Archiepiſcopo Colocenſi, Banoque Sclavoniæ, Belam recepiſſe tenuiſſeque, tam jure Coronæ, quam & legitimæ ſucceſſionis, poſt anteriorum Ducum defectum, ſuperius indicata pag. 98. donatio Dominii Cramburg evincit. Poſt mortem itaque Bertholdi, cum ſive Ottocarus, ſive Ulricus Dux Carinthiæ, dominatum ſuum per Carnioliam hodiernam extenſum quærerent, Bela Rex, non obſtante eò, quod a Tartaris Regnum ſuum deſolatum extiterit, forti atque invicto animo, juribus ſuis & Coronæ proſpiciens, Ducatum recepit. Quin & Stiriam, ut infra Hiſt. Eccl. Zag. a pag. 33. item pag. 20. quæ vide ſis. Quamvis vero *Ulricus* Carinthiæ Dux, ſemet primus, anno 1356. *Dominum Carniolæ* (recole dicta pag. 98.) inſcripſerit, hoc attamen non obſtan-

te,

Digitized by Google

te, pace confecta 1260. Carniolia hodierna, ſub poteſtate & dominio Belæ Regis, quod remanſerit, non ſolum relata pag. 98. donatio anni 1263. evincit; verum & Frangepanianum ſuperius monumentum, quò, clare exponitur; *locus autem Terſtenik manet liber & integer.* Huc pertinere mihi videtur, Stephani Bani Anno 1251. in Griſan datum edictum, (apud Lucium l. 4. c. 9. p. mihi 178.) condendæ novæ Civitatis & caſtelli in monte *Jablanich.* Scio hujus nominis plura eſſe loca & caſtella; metiendo tamen, denominata iſthic loca, annum, belli circumſtantias, donationem factam Comitibus Bribirenſibus, caſtellum novum, a Stephano Bano erectum ad honorem Regis eſt *Jablanich* Carniæ, quod nunc a DD. *Lazarini* poſſideri, refſertur. Deduco hoc, e verbis privilegii, quibus: *Si quis cauſa negotiationis per Regnum D. Regis ire voluerit* - - Item ſi in Regno amitteret bona ſua, talia illi reſtituenda. &c. Quæ promittenda non erant, ſi de *Jablanich*, ſive Dalmatico, ſive Croatico dicerentur. Quare hæc promiſſa videntur, ob belli circumſtantias. Caſtellum eſt in monte, terræ & planicies vicina, oppidum nunc *Ternova*, nova Civitas illa, olim fuerit. Huc quoque pertinent, applicarique poſſunt, quæ in Hiſt. Eccl. Zagr. a pag. 25. ad pag. 31. relata ſunt. Perſuaſum habeo, ſi diligentius monumenta in variis tabullariis latentia, explorentur, rem hanc, atque genuinos limites eruendos. Nobis, privata noſtra meditatione, atque induſtria, ultro progredi, fata impediverunt. Quæ, alii ſcribunt, aut referunt monumenta, dum integra non exhibent, nec recenſemus. Ex his attamen, in obſequium Regis noſtri Apoſtolici, & ejusdem Sacræ Coronæ, id ſaltem elicitur, fundamento non carere, tot legum articulos, ſive de metis ducendis; ſive de recuperandis per Reges, amiſſis, ſpectantibus tamen ad Sacram Coronam. Tot item commiſſiones adhuc habitas, licèt effectu non ſecuto, quod quævis hæc, ab Auguſtiſſ. Auſtriaco Domo, unitim poſſiderentur. Cæterum quia *Ulricus* Dux Carinthiæ, Ottocaro Regi Bohemiæ, caſtra & munitiones quasdam (ut pag. 34. Hiſt. Eccl. Zagr.) legâſſet, ſub Stephano V. Hung. Rege, novi intervenêre tractatus, de quibus infra in Stephano.

Porrò veritati uni ſtudentes, monendos voluimus Lectores noſtros. I. Combinatione eorum quæ ſupra Periodo II. recenſita ſunt, negari haud poſſe, Carantanos, Carniolos, Stiros item, olim atque certo tempore, *Sclavorum* veniſſe ſub appellatione. Hoc præter inſinuatas ſuperius memorias, nunc quoque firmare videtur, idioma Sclavonicum, quo, deflexa modicum dialecto, utuntur, ſeſeque intelligunt. Ut autem rerum humanarum fert viciſſitudo, temporumque ratio, ac potiſſimum populi per Magiſtratus gubernatio atque genium, in partes varias abivêre, diverſasque Respublicas, ſucceſſivè ſub aliis quoque prærogativis effecêre. Forojulii, atque Carantani, ſive Carinthiæ antiquiores quod ſint fuerintque Duces, horum item potentia major, dubitari non poteſt. Inferior moderna Carniolia, atque Stiria, quod membrum fuerit olim Sclavoniæ, Periodo anteriore evictum eſt. Croatæ illi Dalmatici, poſtquam in oras has Liburnicas ſeceſſiſſent, ſemet firmâſſent, elevâſſent, extendiſſentque; ut Maraniam habuerint, dominatumque ad Leobium uſque, & *Horvatczkam* fluvium. (vide pag. 97.) rebus eorum decreſcentibus, potiſſimum ex ratione diviſionis Sclavoniæ hujus, (recole hic lector, a pag. 76. ſuperius recenſita) & Croatis ad clientellam Imperii Orientalis redeuntibus, vicini Occidentalis Imperii clientes, ſeſe dilatare occeperunt. Hinc Marchiones Stirenſes, ſuam eo commodius extenderunt juriſdictionem, quod Ungariæ Reges (quemadmodum ſuperiores teſtarentur notitiæ) continuo domeſticis turbarentur diſſidiis, atque a vicinis ſuis cogerentur orare auxilia. II. Ex *Diplomatariis ſacris Ducatus Stiriæ*, a Doctiſſ. Fröelich publico exhibitis, clareſcere: *Stiriam* circa annum 1180. in Ducatum ſurrexiſſe, quia *Marchiones Stirenſes* antea ſcribebantur. Et hanc, conjunctè ab iis fuiſſe poſſeſſam, qui *Auſtriæ Duces* erant, poſt elevatam nempe Auſtriam in Ducatum. III. Carinthiæ Ducum *Ulricus*, Carniolæ dominum primus ſeſe inſcripſit. Neque totius, ut modo eſt, at partium Carniæ Vicinarum, dum Bela IV. *Cramburg*, ut ſupra contulit. IV. Meraniæ Duces, *Dalmatiæ* Duces, quod ſeſe inſcripſerint, non ſolum ex Chunrado de Dachowe (vide pag. 161.) ſed etiam ex diplomate Seizenſium XXII. apud Frœlich, ubi *In Nomine* - *Ego Bertholdus DEI Gratia Dux Dalmatiæ & Marchio Iſtriæ* &c. Quæ res, ut extendendæ Dalmatiæ ad Danubium uſque occaſionem fors Scholaſticis Scriptoribus præbuit: ita confuſionem magnam in hiſtoria facit, dum ob maris Adriatici commoda, omnes ferme dominium Dalmatiæ ſuſpirâſſe deducuntur, hujusque jus, ut obtendere queant, in Titulis Dalmatiam inſerebant.

Quia verò Bela IV. in memorata donatione pag. 98. *Catharinam*, Ducis Meraniæ filiam, ſuam materteram exprimeret. *Gertrudis* item Andreæ II. uxor, Meraniæ Ducis fuiſſet filia, ſororque canonizatæ anno 1267. die 15. Octobris Hedvigis, eapropter, non ſolum jure Sacræ Coronæ, ad quam Meraniæ Ducatus, ut olim pars & membrum Croatiæ, legitimè ſpectare prætendebatur; ſed & jure hæreditariæ ſucceſſionis, mortuo Bertholdo Meraniæ Duce, idem Rex Bela, Ducatum hunc, ad ſe pertinere, ſibique competere prætendebat. *Ulricus*

Digitized by Google

Dux Carinthiæ, jura ſua æquè quærebat, tuentibus hunc vicinis, præcipue Otocaro Duce. Ad arma ventum eſt, Belaque IV. non obſtante deſolatione per Tartaros Regni ſui facta, ſic pugnavit: ut Stiriæ Ducatum receperit, tenueritque. Belli hujus hiſtoriam non ſcribimus, ut hujus belli circumſtantiæ a nobis exigantur. Verum Belam Regem in poſſeſſorio Stiriæ, annis pluribus fuiſſe, demonſtrant diplomata, indicata infra Hiſt. Eccl. Zag. pag. 33. &c. Stiriaca æque apud Frœlich, ut *inter Runenſia* XXII. Græcii anno 1259. expeditum, quo: *Stephanus D. G. Rex, Primogenitus Belæ Quarti, illuſtris Regis Ungariæ, & Dux Styrienſis* confirmat Runenſium Privilegia. *Stephano Bano totius Sclavoniæ &c.* Tum *inter Seizenſia* XVII. fati Stephani Ducis Styriæ, de anno 1259. Item ibi XVIII. ſub dato apud Gratz anni 1254. IV. Idus Septembris, cujus initium. *Nos Stephanus Banus Dux totius Sclavoniæ, ac Capitaneus Styriæ &c.* ponitur ibi poſt Banus, *Dux totius Sclav.* ſed errorem eſſe, apparet. *Inter Teutonica.* V. In Grætz in octava Epiphan. 1255. Quô, *Nos Gotfridus Judex Provincialis, & Fridericus Junior de Petove, Regio mandato Marſchalus Styriæ, omnibus - - Ad præceptum Illuſtris Domini noſtri Regis Ungariæ, & mandatum inclyti Bani, Capitanei Styriæ* &c. Item *inter Admontenſia. IV.* Datum in Admunde XI. Kal. Julii 1257. Indict. X. *Innoteſcat - - Quod ego Luitoldus de Lembach - - coram Domino Duce Zagrabiæ Stephano, Capitaneo Styriæ glorioſo, ceſſimus noſtræ quærimoniæ* &c. ſimiliter *inter Göſſenſia* XL. *Nos Gotfridus de Marchpurg Judex Provincialis Styriæ, Regio mandato - - Ad præceptum illuſtris Domini noſtri Regis Ungariæ & mandatum inclyti Domini, Domini Ducis Styriæ, in cujus & noſtra, pluriumque Magnatum Styriæ præſentia quæruloſam ad inſtantiam - - infra - Prædia veſtra, nec non poſſeſſiones in ipſius Domini noſtri Regis debent redigi poteſtatem - -* poſt cætera, *Præcipientes gratiæ Regiæ ſub obtentu -* &c. Datum in Gretz fer. 3. poſt Quinden. S. Michael Anno gratiæ 1256. *Inter Seccovienſia* LXVII. anno 1255. in octav. Epiph. Graetz: *Nos Gotfridus de Marchburch Judex Styriæ, & Fridericus de Petovia Marſchalcus Regis Ungarorum in Styria - - - Herrandus de Wildonia - cum Præpoſito Seccovienſi - - compoſuit hoc modo - -* Ex his doctus lector, non ſolum videt, Belam IV. Styriam tenuiſſe, verum & qua ratione illam gubernaverit.

Bellum hoc pro Styria, vel rectius *Meraniæ* olim Ducum territorio, quamvis ob viciniam, per Styriam geſtum, quo anno incoaverit? conſtituere nequeo. P. Pray Annal. P. I. pag. 283. ad annum 1251. belli hujus initium collocat. Si *bellum* ab effectu, ſive hoſtilitatibus metiri debet, ſubſcribere debeo, dum necdum productum eſt documentum, quo doceretur bella, ex oris his geſta fuiſſe ſub Rege Bela IV. ante annum 1251. Si autem bellum conſideretur a motivis & cauſa, quamvis illico hoſtilitates non agantur, ad annos anteriores figendum erit. Sane haud video cauſam aliam, cur ſupra pag. 124. exprimeret Bela, in anno 1242. *Illam partem Regni ad ſecuritatem confinii, & alia commoda munire & firmare* &c. Cur item regularet Civium ſervitia, *cum Rex Hungariæ expeditionem ad partes maritimas: vel Carinthiam; vel Auſtriam facere voluerit.* Rei hujus conſideratione, Chronologiæ quoque diplomatum, Ducatus Stiriæ a P. Frœlich exhibitorum, non ſolum anteriora noſtra firmantur; verum dubito, an credi poſſit, relata ex Pernoldo, a P. Pray Annal. P. I. pag. 279. illa Belæ Regis, cum Carinthis & Bohæmis, adverſus Auſtriacos conſociatio. At utut hæc ſint, mortuo Friderico Duce Auſtriæ, ſecutisque ut fieri ſolet, variis prætenſionibus, atque eventibus, poſtquam *Gertrudis* Miſniæ, jura ſua in Belam IV. transtuliſſet, is, duplicici prætenſione factus fortior, armis has, adverſus Ottocarum, firmare non omiſit. Porro *Gertrudis* memoratæ, Duciſſæ Styriæ, litteras exhibet Frœlichius inter Miſcella ſub Nro 48. Hæ, quia in *Caſtro Wottsſperch* expeditæ forent, ſequitur, Gertrudem ſub clientela Belæ fuiſſe. Et cum in diplomate exponatur annus 1263. concludendum venit, per fœdera pacis, Gertrudi, partes has Stiriæ inferioris, ac vicinas Sclavoniæ; cum proprietate, ac titulo Duciſſæ Styriæ, obveniſſe; ut ipſa concedere Sivrido valuerit: *Quatenus de omnibus proprietatibus & feudis ad Ducatum Styriæ pertinentibus, quæ a nobis poſſidet, ordinandi, conferendi, legandi - - liberam habeat facultatem.* Chroni. Mellic. Pernol. & Stero, apud Pray Annal. P. I. p. 295. an. 1254. referunt ſic intra Ottocarum & Belam coaluiſſe: quod pars Styriæ a monte hodie *Semering* donec in montana, nunc *Admund*, veniatur; manſerit in Regis dominio. Licet iterum in bella venerint, ſecutaque ſint nova dehinc fœdera. *Gertrudi* poſt annum etiam 1260. inferiorem hanc Styriam relictam fuiſſe, evincit datum Sivrido inſtrumentum in anno 1263. Notat quidem Frœlich, *mallem annum legere 1253.* Sed dum fatetur *Ex originalibus litteris, quibus ſigillum ſericis filis appenſum eſt, de verbo ad verbum deſcripſi,* annus diplomatis ſtare debet. Videlicet 1263. Cæterum conſideratione tam tituli pag. 195. indicati teſte Rittero, quo *Goritiæ* exprimeretur; quam donationis Cramburg in anno 1263. videntur ſaltem quædam Veteris Maraniæ

raniæ

Digitized by Google

raniæ Ducatus, Belæ Regi, etiam poſt 1260. relicta extitiſſe. Dubitari autem nequit, Belam IV. anno 1252. geſti adverſus Styros belli, Imperatorem ſive Ducem non fuiſſe. Sunt namque nobis in autographo ſententionales litteræ Belæ IV. pro Henrico Calvo (has deſcripſimus in notitiis Quinqne-Eccleſienſibus cap. 6. ut juri noſtro illuſtrando ſervientes) ubi: *Datum in caſtris, juxta caſtrum Guncel caſtrametatis An. D. Incar. 1252. V. Idus Julii, Regni autem Noſtri 18.* Caſtrum quoque Medwe, occaſione hac, erigi cæptum, Hiſt. Eccl. Zagr. a pag. 84. notavimus. Caſtrum item in *monte Grech juxta Zagrabiam*, ut ſupra pag. 125. Arx autem *Sambobor* ſupra oppidum, his bellis per Bohemos, quod erecta poſitaque ſit, ex facta ſucceſſivè arcis hujus, *Iwan* Comiti donatione, ex lecto donationis autographo, didicimus.

Belæ IV. Regis hujus admirandi, multæ ſunt in Sclavonia hac noſtra, memoriæ; & diplomata plurima. Singulari affectu, erga hanc, vixiſſe illum, demonſtrant. Loca ferè ſingula, quæ gaudent Privilegiis, horum initia, Privilegialibus Belæ IV. docent. Eccleſiæ Zagrabienſi, ſequens contulit Privilegium, quod nos, ex *Stephani Ducis*, cujus meminimus pag. 147. tranſumpto, deſcribimus.

„ Bela DEI Gratia Hung. Dal. Croat. Ramæ, Serviæ, Galitiæ, Lodomeriæ, Cumaniæque Rex. Omnibus Chriſti fidelibus, tam præſentibus, quam futuris, præſentes litteras inſpecturis, ſalutem in omnium Salvatore. Ad univerſorum notitiam tenore præſentium volumus pervenire: Quod Vener. Pater Timotheus Epiſcopus Zagrabienſis, dilectus & fidelis noſter, ad noſtram accedens præſentiam, attulit & exhibuit nobis, Privilegium, felicis recordationis, Domini Regis Andreæ cariſſimi Patris noſtri, ſub Bulla aurea, ſuper Prædiis, poſſeſſionibus, terris, & libertatibus, quæ, vel quas Eccleſia ſua Zagrabienſis, ex annuentia, & donata collatione, Prædeceſſorum noſtrorum poſſidere dignoſcitur, confectum. Petendo cum inſtantia, ut ipſum Privilegium ratificare, approbare, & noſtro Privilegio confirmare de benignitate Regia, dignaremur. Cujus tenor talis eſt: In Nomine &c. - - Nos igitur, Privilegium ipſius Chariſſimi Patris noſtri, ſub Bulla aurea, ſuper Hungariæ ſalubribus donationibus, poſſeſſionibus, & libertatibus confectum, non abraſum, non cancellatum, nec in aliqua ſui parte viciatum, ratum habentes & acceptantes, de verbo ad verbum præſentibus inſertum, authoritate præſentium, ex certa noſtra ſcientia duximus confirmandum. Concedimus etiam, adinſtar prædeceſſorum noſtrorum; quod Banus pro tempore conſtitutus, in nullo, ſuper populos Eccleſiæ, in Banatu conſtitutus, ratione deſcenſus, vel alicujus juriſdictionis occaſione, præſumat moleſtare. Cum noſtris, & Chariſſimi Patris noſtri, ac Prædeceſſorum noſtrorum temporibus, Bani pro tempore conſtituti, nullam habuerint juriſdictionem in populis Eccleſiæ ſupradictæ. Pro eo maximè, quia ipſi, qui pro tempore Eccleſiam Zagrabienſem gubernaverunt, ſemper fideles Regiæ Coronæ extiterunt. Unde nos, de ſpeciali gratia, univerſos populos Epiſcopales, Eccleſiæ Zagrabienſis, tam in Banatu, quam in aliis Comitatibus conſtitutos; ab ipſius Bani, & Comitum juriſdictione omnino eximimus; ut iidem populi, de aliis gravaminibus expediti, debita ſervitia, & conſueta, facilius poſſint & valeant, ipſi Epiſcopo exhibere; Et in omnibus, tam in judiciis, maleficiis, & exceſſibus: quam in aliis ſervitiis & redditibus, quibuscunque nominibus nuncupatis, ſuo tantum Epiſcopo Zagrabienſi, & ipſius judicibus, ſeu officialibus, populi Eccleſiæ reſpondere teneantur. Adjicientes: Quod ſi Epiſcopus vel ejus judex, aut officialis, in reddenda juſtitia, quærulantibus contra ipſos populos, negligens fuerit vel remiſſus, non is, contra quem agitur; ſed Epiſcopus, vel ejus judex, ad noſtram citabitur præſentiam, ad terminum competentem. Volumus etiam, ut nullus Baronum noſtrorum, in populis Eccleſiæ audeat deſcenſum violentum recipere. Qui vero contra præſumpſerit, indignationem Regiam exinde incurrat; Et ipſe Epiſcopus contra hujusce præſumentem, per cenſuram Eccleſiaſticam procedat, prout meruerit protervitas præſumptionis, niſi ſe ſuper injuria illata, reum non cognoſcat. Cæterum cum in populis Eccleſiæ, temporibus retroactis, nulla collecta fuit; & nos tempore nuptiarum Chariſſimi filii noſtri, felicis recordationis, Belæ Ducis, collectam ſeptem denariorum, exigi feciſſemus; & poſtmodum aliquot annis recepiſſemus. Tandem recurrentes ad conſcientiam, ob reverentiam ſcilicet, Ladislai Regis, qui eſt fundator ipſius Eccleſiæ; & pro remedio animæ Chariſſimi filii noſtri, Belæ Ducis, ipſam collectam ſeptem denariorum, dicto Epiſcopo, in populis Eccleſiæ, relaxamus. Ut igitur hæc omnia, quæ a nobis, & Chariſſimo Patre noſtro, ac a Prædeceſſoribus noſtris ſunt conceſſa, noſtris, noſtrorumque Succeſſorum temporibus, irrefragabiliter ſalva ſemper & inconcuſſa, in perpetuum valeant permanere, duplicis ſigilli noſtri munimine, ex certa noſtra ſcientia fecimus roborari. Datum per manus Mgri Demetrii Albenſis Eccleſiæ Præpoſiti, Aulæ noſtræ Vice-Cancellarii dilecti & fidelis noſtri, Anno Dom. Incar. 1269. XI. Kal. Januarii, Regni autem, anno XXXV.

Diploma hoc, præter teſtimonium de Eccleſiæ hujus Fundatore, Epiſcoporum Zagrabien-

Digitized by Google

bienſium fidelitatis, cæteraſque Eccleſiæ immunitates, complures alias eruditas notitias, quia daret, a nobis hic deſcriptum eſt. Hujus Hiſt. Eccl. Zag. pag. 88. mentio facta eſt. Ubi etiam aliorum meminimus. *Bela Dux*, filius Regis anno 1269. anté XI. Kal. Januar. mortuus ſit, dum parens ſuus, ob remedium animæ, collectam memoratam relaxaret. *De Bela Duce*, ſequentia eruimus. Anno 1264. Quod Dux fuerit a Patre conſtitutus, docet dipl. pag. 125. exhibitum. At in conſenſualibus ſuper Blaguſſa ad Vugram, anno 1268. annum primum Ducatus ſui (nempe a gubernatione ſua) exprimit, *de dato Zagrabiæ*. Anno 1269. feria 5. poſt 8vas Epiphan. Zagrabiæ fecit compoſitionem intra Capitulum, & relictam Pribizlai Comitis, ſuper *quarta puellari*, eodemque anno tulit ſententiam pro Capitulo, qua illuſtrari poſſet Par. I. tit. 23. ubi ex præſcriptione 49. annorum, firmata juramento ſex virorum, a partibus nominatorum, homines antea juris Regii, quia Caſtri Zagrabienſis jobagiones, Capitulo adjudicavit, ſub pœna calumniæ, perpetuum ſilentium actoribus imponendo. Menſe Junio vixiſſe Belam Ducem arguimus ex collatione horti PP. Dominicanis a Joanne Archiepiſc. Spalat. apud Farl. T. 3. pag. 284. ubi: *In Nomine — Incarnat. ejusdem 1269. Indict. 12. die 12. Kal. Julii. Temporibus D. Belæ Inclyti Sclavoniæ Ducis & noſtri Domini Natl* &c. Quare poſt Junium Bela Dux obiit. In extractu, ſunt nobis Belæ IV. Regis favores & gratiæ, Abbatiali templo de *Thoplica* elargitæ, ſed has, cæteraque tanta, miſſa facimus, cum geſtorum ſuorum hiſtoriam non ſcribamus.

Sane, ut Zagrabienſis Eccleſia, memoriam Belæ IV. recoleret, colereque æternum debet, ob tot ejus ſingularia beneficia: ſic æquè *Publicus Regni Sclavoniæ Status*. Profectò Nobilitatem Sclavonicam auctam, a Bela fuiſſe, monumenta tanta evincunt. Andreas II. Sclavoniæ Banorum poteſtatem, ſub titulo *totius Sclavoniæ Banus*, quod in Dalmatiam extenderit, ſuperius monuimus. Bela Rex, poſt cladem illatam a Tartaris, iſtud, non modo non reſtrinxit; verum ampliori poteſtate eoſdem gaudere voluit, ut iterum demonſtrant diplomata. Profectò *Dionyſius* Banus, Dux plane in quibusdam diplomatibus exprimitur. *Stephanus Banus* quam habuit poteſtatem, teſtatur reſcriptum Belæ ad Tragurienſes apud Lucium l. 4. cap. 9. ubi: *Stephanum Banum - - dantes ei plenam auctoritatem reædificandi & plantandi honeſtos & probos, ac etiam reprobos deſtruendi - - cui, tanquam nobis, in omnibus pareatis* &c. Si lubet, lege ſis. Item ibidem, idem Banus dat facultatem, ad honorem D. Regis Ungariæ, novam Civitatem condendi, aliaque iſthic apud Lucium videnda Privilegia & immunitates. Ut profectò exiſtimem, amplificatam admodum fuiſſe Banorum poteſtatem ſub Bela Rege, ut *ProRegiam* poteſtatem dehinc exercuiſſe deducantur. Non modo donationes Bonorum faciebant; ſed a Regibus vel Reginis factas, a ſe confirmari volebant. Cum Caſtris diſponebant liberè, talia oppignorando, inſcribendo &c. Quæ, aliaque, fors aliquando, DEI, hominumque miſeratione, in Banis demonſtraturi. Dubium in præmiſſis omne tollet, lib. 4. cap. 13. apud Lucium, quod legere meditando placeat. Infra Hiſt. Eccl. Zagr. tot locis, ut p. 89. ubi *permittente Stephano* &c. *Vice-Banos* non ſuſtulit, ut apparet ex p. 24. ubi Cives ſuos, a Vice-Banis eximit, ſive judicio horum, nam Supremi Comites, Zagrabienſis & Criſienſis Comitatus, Vice-Banorum nomine, in inſtrumentis ponuntur. An officio ſupremi Comitis, *Vice-Banatus* ob judiciariam ſedem unitus, ad annum uſque 1756. fuerit? aut Vice-Banis, officium Supremi Comitis? quod cui lubet ſentiat. Diſtincti ſæpe fuère hi Comites, ſed uterque etiam, *Vicebanus* dicebatur. Supremos Comites, a Banis conſtitutos fuiſſe, pro nunc, ex Lucio l. 4. cap. 13. videas. Inter Nobiles, gradus fuiſſe diſtinctos atque varios, evincit donatio pag. 190. prouti & Hiſt. Eccl. Zagr. pag. 330. totque cætera. Statuta, particulareſque leges condendi, quas dein *Banus*, ſibi præſentatas confirmabat, ſub Bela IV. Sclavonia habuit poteſtatem, ac ſuper his, cæteriſque diploma. Hujus eſt mentio ſuperius pag. 125. ubi in ſuo diplomate Bela, *juxta Ducatus Sclavoniæ conſuetudinem approbatam*, item infra mox, verbis: *Prout felicis recordationis, Domini noſtri Illuſtris Regis Belæ in Privilegio continetur*. Quare *Status Sclavoniæ publicus*, æternam memoriam Belæ IV. Regis, colendam habet.

Inſigne monumentum, tam in confirmationem anteriorum, quam & legum, ſive modernarum; ſive veterum intelligendarum, eruditis doctiſque lectoribus communicamus; quo, - - - notæ innuunt, voces ex vetuſtate deſiderari. Credimus in Tabullario Regni, autographum extare, ex natura rerum ipſarum.

„ Nos Capitulum Cſaſmenſis Eccleſiæ ſignificamus tenore - - - - - expedit Univerſis:
„ Quod Nobilis Vir Magiſter Dominicus Filius Bodini perſonaliter ad Noſtram accedens Præ-
„ ſentiam, exhibuit Nobis quaſdam Litteras Privilegiales Mathæi quondam Bani totius Scla-
„ voniæ, Petens a Nobis - - - Noſtris litteris de verbo ad verbum tranſcribi, & Noſtri Sigil-
„ li appoſitione conſignari faceremus: quarum quidem litterarum tenor talis eſt:

„ Nos

Digitized by Google

„ Nos Mathæus Banus totius Sclavoniæ, ſignificamus omnibus præſentium per tenorem - - - - Regni totius Sclavoniæ Generali, Nobiles, & Jobbagiones Caſtrorum, hæc Jura Regni, & Banatus infraſcripta redacta in ſcriptis nobis exhibuerunt, petentes, quod eadem in judiciis exercendis, & Banatus Juribus - - - - - - per Noſtros Judices obſervare, Nos itaque, utpote qui de Bonis Regni, & utilitatibus gratulamur, Ipſorum petitionem juſtam, eo quo præmiſſa Jura veris, & legitimis rationibus fundabantur, admiſimus debito cum effectu.

„ Primum: Secundum - - - - - Priſtaldum, ſuum conſanguineum, & cognatum, aut ſervientem, aut ſuum Parochialem Sacerdotem, pro teſtimonio recipere nullus poſſit. Ad hæc ſi actio fiat in Præſentiam Noſtram, quindena diei actionis: Si vero in Præſentia Noſtrorum Judicum actio debet pro termini - - - - - Si actor primo certificationis edicto in litis Judicio ſuæ exprimeret actionem, ne locus fraudibus reſervetur, & ſi Conventus in primo non comparuerit termino 40. denariorum judicio ſubjacebit. Pro cæterorum vero obmiſſionibus terminorum conſueta Judicia Regni ſolvere. Item citatus in cauſa poſſeſſionis, furti, violentiæ, homicidii, aut infidelitatis, ſi perſonaliter, vel per hominem ſuum comparuerit, reſponſio peremptoria, ſive judicii gravamen uſque ad ſeptimum terminum debeat prorogari, acceptione cujuslibet termini quindecim dierum, judicia obſerventur. Vel pro ſeptem edictis, quæ legitime recipi poſſent, unus terminus peremptorius aſſignetur, & ſi quis in præmiſſis caſibus in ſeptimo termino non comparuerit, Judex in octavo termino publice faciet proclamari, quod reus juri parere debeat, quarè in prioribus terminis non comparuerit? oſtenſurus juſtam, & legitimam rationem. Qui ſi etiam tunc ſe abſentaverit, actor mittetur cauſa rei ſummendæ, in poſſeſſionem contumacis, pro modo delicti, vel maleficii in litis judicio declarati. Præterea, ſi quis Priſtaldo contradixerit, vel maculam objecerit falſitatis, ſi ipſum legitime convincere non poſſit, ſolvet pro judicio marcam unam. Item ſi quis Priſtaldum verberaverit, vel hominem Capituli datum pro teſtimonio, convictus tamen legitime, pœnæ decem Marcarum ſubjacebit. Si quis autem in Figura judicii Litterio Capituli vicium appoſuerit falſitatis, & non convicerit Regni legitimis documentis, decem Marcarum pœnam ſolvet. Cæterum, cum quis in cauſa pecuniaria condemnatus, Judici, vel adverſario ſuo uſque ad ſecundum terminum ſatisfacere non curaverit, dicto termino unus de Judicibus per Regnum conſtitutis ibit cum homine Comitatus Zagrabienſis, vel Criſienſis adhibito teſtimonio Capituli Zagrabienſis vel Cſaſmen. & de Bonis, ſeu rebus contumacis juxta condignam æſtimationem juſtum exiget Judicatum. In peculio autem petito magnæ quantitatis, Judices inſpecta qualitate Perſonarum, ſecundum ſuam diſcretionem moderabuntur terminos, pro ſolutionibus faciendis. Item, ſi quis alteri crimen objecerit læſæ Majeſtatis, vel dixerit: quod falſam cudi faciat monetam, ſi convincere non poſſit, pœnam pati debeat talionis. Statutum fuit etiam, ſi quis contra alterum in judicio propoſuerit, quod in Regno ducat vitam publice violentam, & non convicerit, ſecundum Juris proceſſum ſolvet dimidii homagii judicium, penſas ſcilicet ſexaginta. Si vero actor propoſuerit contra reum, quod ipſe rerum ſuarum fur extiterit, ſi've ſatis, & legitime non convicerit, judicia duo ſolvet. Si quis autem in Judicio conſtitutus, alterum ſervum ſuum in Judicis præſentia vituperaverit, Judicium linguæ ſolvet; ſcilicet 25. penſas. In minoribus autem cauſis convictus ſolo Judicio aggravabitur. Item, ſi cui objectum fuerit in Judicio, quod ſuper domum alterius, manu venerit violentâ, & non convicerit, juſtitia mediante Judicium ſolvet duplex. Adjectum fuit etiam præmiſſis, quod in quolibet genere actoris adjudicato ad duellum, ſive Sacramentum, ſi partes compoſitionem fecerint, Judex ultra formam compoſitionis habitæ, plus petere non valebit. Item in una cauſa, ſive actor reo deferat, ſive reus actori referat Sacramentum, Judex intra ipſos duellum non poſſit judicare, ſed per Sacramentum cauſa debeat emanere, niſi partes examen duelli aſſumpſerint ſpontanea voluntate. Exſtitit etiam ordinatum, quod cauſa homicidii, vel furti, ſi quis per Sacramentum adjudicatum, ſe purgabit, ſolvet purgationis Denar. 40. Ut etiam in cauſis Vinearum, Molendinorum, ſi adjudicatum fuerit Sacramentum, idem debet Judicium obſervari. Item in cauſa pecuniaria reus conventus nullatenus debet captivari, ni pecunia, vel poſſeſſione carere, inventus fuerit manifeſte. In actione etiam furti, ſive violentiæ, vel cujuslibet maleficii homo poſſeſſionatus, ſine cautione fidejuſſoria judicetur: Item alter pro alterius delicto, ſicut pater pro filio emancipato, vel è converſo: aut frater pro fratre diviſionis tiulô ſeperato, non debeat condemnari, niſi fuerint conſoii, vel participes criminis perpetrati, ſed quisque in bonis propriis, & portionibus juxta ſuum meritum aggravetur. Item portio hæreditaria ſine hærede decedentis cognationi ſuæ debeat remanere, uti & pertinentiæ. Quod ſe etiam alterius reambulationi Judex, ad fructus, vel utilitates ejus non debebit mittere manus ſuas, donec cauſa per partes fuerit fine debito terminata. Item dum hoſtilis incurſus, vel exercitus venerit ſuper Regnum, aut Dnus Rex proceſ-

Digitized by Google

„ ſerit in expeditionem perſonaliter, tunc Nobiles Regni dicti Sclavoniæ ſinguli, & univerſi
„ ire ad exercitum tenebuntur: Ita tamen, quod idem cum Baronibus, quibus voluerint, exer-
„ citúandi habebunt liberam facultatem. Item ſuper Dicatores Zaluſinarum, vel procuratio-
„ num, aut deſcenſuum exhibita ſatisfactione, Banus deſcenſum facere non debet, niſi juſta cau-
„ ſa Regni, & legitime imminente. Et Nobiles ac Jobbagiones Caſtrorum, de deſcenſibus Ba-
„ ni, debent uſque Dies Sancti Martini modis omnibus expediri. Item ſi quis in ſolvendo Mar-
„ durinas, collectam ſeptem Denar. Judicia exercitualia, vel etiam collectam, quæ in Regno
„ fieri continget, ſeu Judicia, in quibus, ſi convictus, contumax exſtiterit, & rebellis, Comes
„ Zagrabienſis, vel Criſienſis cum uno de Cojudicibus ſibi - - - ad exigendum procedet, aſ-
„ ſumpto ſecum teſtimonio Capituli Zagrabienſis, vel Cſaſmenſis, pro eo, ne plus juſto debi-
„ to exigatur. Et in proceſſu ſuo ſuper aliquem Nobilem, vel Jobbagionem caſtri deſcenſum
„ facere non debebit, ſed expenſas, quas fecerit deſcendendo, de Bonis etiam recipiet contuma-
„ cis. Inſuper volumus ſub ſilentio pœnæ, quod Nobiles in Zagoria, & aliis Comitatibus ſi-
„ milibus, eo die, prout alii deſcenſum dare non teneantur, nec ejus adſtare judicio, ſed Ba-
„ nus eos judicabit pro tempore conſtitutus. Sane Collectores etiam Mardurinarum non cum
„ pluribus procedere debeant, niſi cum duodecim hominibus, habentes 14. equos, & non plu-
„ res, quibus quidem de qualibet conditione pro victualibus adminiſtrari debeat - una ſeu
„ gallina, anſer unus, quartio cubuli de vino, cum cubulo tuni, palmarum 12. cubuli de pa-
„ bulo, cum cubulo quatuor palmarum, & non ultra. Prout felicis recordationis Dni No-
„ ſtri Illuſtris Regis Belæ in Privilegio continetur. Collectores autem, ſeptem denariorum,
„ vel Judiciorum, exercitus de medietate habebunt deſcenſus memorati, dictique Col-
„ lectores Mardurinarum in Curiis Nobilium, vel Jobagionum caſtri, domus aliquas,
„ aut domum Villici, aut Præconis, Molendina, & Stubas dicare non debeant ullo mo-
„ do. Villico etiam domus una, acturiæ ſuæ pro recipiendis hoſpitibus libera relinquatur, &
„ talis debet habere Villicum, vel Præconem, qui decem Jobbagiones poſſidet, & non infra.
„ Item aliqui commorantes ſuper terris Nobilium, vel Jobbagionum Caſtri dicari non debent,
„ ſed Jobbagiones eorum, ſi quos habent. Et quod omnia præmiſſa debito ordine obſerventur,
„ cum Comite Zagrabienſi continuo Nobiles, & duo Jobbagiones Caſtri, & totidem cum Comi-
„ te Criſienſi, quos Regnum elligendos duxerit, judicabunt. Qui ſi omnino adeſſe non poſſent,
„ tres, vel duo Judices eo die ſufficient ad Judicium faciendum. Ut autem hæc Statuta ſupra-
„ ſcripta, ſeu conſtitutiones, robur perpetuæ obtineant firmitatis, præſentes conceſſimus litte-
„ ras Sigilli Noſtri munimine roboratas. Datum Zagrabiæ quinta Feria proxima poſt Octavas
„ Paſcæ, Anno ab Incarnatione Domini Milleſimo. ducenteſimo, ſeptuageſimo — . Nos ve-
„ ro petitionibus prædictorum Dominorum annuentes, prædictas litteras privilegiales de ver-
„ bo ad verbum tranſcribi, & Noſtri Sigilli appenſione fecimus conſignari. Datum die Do-
„ minico proximo poſt Feſtum Beati Galli Confeſſoris, Anno Domini M.CCCC.L.

Mathæus Banus totius Sclavoniæ, fuit anno 1273. Anno priore Vaivoda Tranſilvaniæ. Quod evincunt etiam diplomata, ut apud Schmitth in Archiep. Strigon. Sub Nicolao II. ubi III. Kal. Aprilis, *Mathæo Bano totius Sclavoniæ.* Sed id quoque verum eſt: teſtantibus evincentibusque monumentis, ab anno 1272. ſive a morte Stephani Regis, *Banos totius Sclavoniæ*, plures reperiendos. Hiſt. Eccl. Zagr. pag. 68. in indubia collatione ponitur: *Metropolicâ Sede Strigonienſi vacante*, - - & infra: *Henrico Bano totius Sclavoniæ*, eſt autem anni 1273. In relato ſupra apud Schmitth 3. Kal. Apr. anni ejusdem, *Nicolao S. Strigonien. Eccleſ. electo - - Mathæo Bano totius Sclavoniæ.* Quem Banum firmat, relatum ſupra indubium inſtrumentum, *Feria V. proxima poſt Octavas Paſcæ.* Anno ſequente 1274. in mandâto ſtatutorio Regis Ladislai pro medico Gerardo, quod Regem a morbo curâſſet, exprimitur *Dionyſius* Banus, qui eodem anno, Palatinus Ungar. factus fuerat. In alia littera pro eodem Gerardo miſſa, *Bano alteri*, nempe Henrico, quem fuiſſe Banum totius Sclavoniæ anno 1274. docet Dipl. Hiſt. Eccl. Zag. pag. 91. pluraque apud Diplomatarios. Anno 1275. offendes in Dipl. Banos Sclavoniæ *Henricum.* Item *Joannem*, qui donationem terræ *Fayz* pertinentem olim ad Caſtrum Zagrabienſe, factam a Rege Ladislao IV. Timothæo Eppiſ. Zagr. ratificat, Item in donatione *Kobilja*, Banus Sclavoniæ *Joannes* exprimitur, *Inus* autem Comes Zagrabien. Banum Joannem exhibet dipl. P. Schmitth in Ser. Epiſc. Agrien. pag. 180. Anno 1276. *Mathæus Mgr Tavernicorum, Comes Poſonienſis & de Barana* reperitur, quo fatetur ſe deſiſtere ab exactione ſeptem denariorum ob Privilegia Stephani & Ladislai Regum, data Eccl. Zagr. ut in extractu Rmi Marcellevich. Hæc notare volui, tum ad cognoſcendam metiendamque temporum in Republica rationem, cùm ob quorundam audaciam, qui ignorantes varios Reipublicæ, ſtatus, reſpectus & rationes, diſpoſitionesque Reipublicæ, cumprimis Monarcharum, ab eorum potiſſimum ſtare arbitrio. Hinc quæ ipſi ignorant, ſæpe cum vindicta,

per-

Digitized by Google

pernegant; vel ſi offendunt in umbram opinionis ſuæ, ſine ulteriori examine rerum circumſtantiarumque, opinionem pro omniſcientia habent. Qualiter autem? ex quo item motivo? plures Sclavoniæ Bani fuerint; ad Banorum hiſtoriam pertinet, quam hic non tractamus ex ſcopo. Reflectet ſemet attentus lector, Andream II. art. 18. Banum unum totius Sclavoniæ ſanxiſſe, en ſub Ladislao IV. ejusdem Sclavoniæ plures. Quare mirari deſinat, variationem in gubernatione Regum, cum officii eorum ſit, ſic moderari providereque ſubditis, prout temporis ratio, & rerum circumſtantiæ ferunt.

Inſuper reflectendum cenſuimus lectorem, ex ſuperiore diplomate, in ſequentibus. I. Voces: *Regni totius Sclavoniæ Generali*, lacunam ſupplendam indicant: *Ex congregatione.* Patet hinc Belam IV. in facta per ſe, Regni per tartaros deſtructi, reſtauratione, congregationes generales haud ſuſtuliſſe. Sane antiquitatem *Generalium Congregationum* pag. ſuperius 89. deduximus. Quas etiam exprimere videtur S. Rex Stephanus, dum Dec. I. inſtruit Emericum cap. V. *Ne tua regalis dignitas uſurpatione inferiorum negotiorum fœdetur - - ad judices mitte - - quod ipſi ſecundum ſuam hoc diſcernant legem.* Erat igitur mos antiquiſſimus, ſtatuta ſive leges ferendi, non ſolum a Regibus, ſed populo congregato *ſecundum ſuam diſcernant legem.* Mos iſte Generalium Congregationum, fuit non ſolum in Croatia & Sclavonia (quemadmodum evincunt diplomata Regum, in quibus tot ſubſcripti ſunt, quin ſuperius pag. 110. Zvonimirus confirmavit privilegia, *in maxima congregatione Regni*, Colomanus ut pag. 136. ad congregationem Croatarum miſit nuncios, &c.) ſed in Germania & Imperio. Ut rem hanc evincunt eorum diplomata. Veterem hunc morem, tam congregationum, quam condendorum ſtatutorum, Belam non ſuſtuliſſe, anterius monumentum evincit. II. Damnat erroris illos, qui Sclavoniam ſub Vladislao II. Regni jus conſecutam putarunt. Ait enim, *Regni Sclavoniæ.* Quare tametſi ad diœtas Ungaricas, ſuos Sclavonia mittebat nuncios, ut ex *corpore legum* videre eſt, vel ſeparatim Sclavonici, aut lati pro Sclavonia articuli condebantur; vel allati ex diœtis Ungaricis, in congregatione Statuum Sclavoniæ, modificabantur. Vide Hiſt. Ec. Zagr. in memoriis, ut pag. 262. 274. III. Dicitur in dipl. *Nobiles, & Jobbagiones caſtrorum, hæc jura Regni, & Banatus - - - exhibuerunt.* Item: *Et Nobiles ac Jobbagiones caſtrorum de deſcenſibus Bani, debent - expediri.* Itaque diſtincti fuére Nobiles, a Jobbagionibus caſtrorum, utrique nihilominus, *Statum publicum Regni* facientes, ad Congregationes Regni conveniebant, unitique pro ſalute Coronæ, Regni, Regis conſulebant. Antiquitas rei, patet ex D. I. S. Steph. cap. 4. ubi ordine hoc referuntur Regni Status, poſt Pontifices nempe, *Principes, Barones, Comites, Milites, Nobiles.* Certe Andreas II. in Dec. 1222. Nobilium initio meminit, prouti & art. 8. Jobbagionum art. 13. 19. ſervientium 2. 3. &c. Quod porro milites ad Regni Congregationes, Diætas quoque olim evocarentur, patet ex tot diætalibus articulis; de Sclavonia autem ex memoriis Hiſt. Eccl. Zagr. a pag. 161. Quin ad publicam ſingulorum notitiam, uſque ad annum 1753. ad Sclavoniæ Generales congregationes, Officiales confiniorum, nomine Jobbagionum Caſtrenſium & vocabantur, & comparebant. IV. Banos, *Pro Regiam* exercuiſſe poteſtatem, ſatis condiſcimus, dum ſtatuta firmabant, ut in Hungaria, articulos Reges. Succeſſivè hocquoque ad Reges tranſiit, ut demonſtrant confirmati Regni Sclavoniæ articuli per Reges. V. Judices *per Regnum* conſtitutos fuiſſe, docent verba: *de Judicibus per Regnum conſtitutis ibit.* Item circa finem: *Et quod omnia præmiſſa debito ordine obſerventur, cum Comite Zagrabienſi continuo Nobiles, & duo Jobbagiones caſtri, & totidem cum Comite Criſienſi; quos Regnum eligendos duxerit, judicabunt.* Hoc firmant diætales Articuli; & in memoriis Hiſt. Eccl. Zagr. ſuis locis relati ex actis publicis, electi judiciorum Aſſeſſores. Erant nihilominus, Bani quoque Judices: *ſi actio fiat in præſentiam noſtram* (ab exemplo nempe Regum, quibus æque fuit proprium forum, *Auditorium Regium* vocatum, teſtantibus tot ſententiis in eodem latis) *quindena diei actionis: ſi vero in præſentia noſtrorum Judicum* &c. Judices hi Banales, fuére Vicebanus, Protonotarius, ut iterum docent ſententiæ, poſtremusque Sigillum Banale recipit. VI. Obſervari meretur: *Dum hoſtilis incurſus, vel exercitus venerit ſuper Regnum; aut Dnus Rex proceſſerit in expeditionem perſonaliter; tunc Nobiles dicti Regni Sclavoniæ ſinguli & univerſi ire ad exercitum tenebuntur, ita tamen quod iidem cum Baronibus, quibus voluerint, exercituandi habebunt liberam facultatem.* Quæ obligatio agnoſcitur faſſione congregatorum Statuum. VII. Docemur quoque ex relato diplomate, fuiſſe *tributa ordinaria*, nempe *Zaluſinas*; *Procurationes*; *Deſcenſus*, quæ per *Dicatores* exigebantur. Item *Mardurinas collectas ſeptem denariorum*, *Judicia exercitualia*, quæ ad *Collectores*, quos nunc Perceptores vocamus, pertinebant. Horum tributorum mentionem leges Hiſt. Ecc. Zagr. pag. 88. 90. 91. Item 47. Quæ? & qualia? ejusmodi tributa fuerint? loci hujus non eſt ut explicemus. *Zaluſinæ*, videntur fuiſſe, Dicæ a ſylvis. Vox fors formata ex Sclavonico *Za-*

Digitized by Google

lug ſive pro luco, aut ſylva. Ab his, olim cenſum fuiſſe ſolutum Regibus evincit Regis Emerici diploma Hiſt. Eccl. Zag. pag. 44. ubi *Sanctimus - - ut de mardurinis noſtris - - - quam etiam de porcis, - - decimas percipiant.* Item ex art. 22. D. Andreæ Regis, ut concludi videatur, ſub Andrea II. occaſione citati articuli, paſcuationem ſylvarum, tributo pactato, ceſſaviſſe. Ultra ordinaria præmiſſa tributa, fuiſſe quoque *extraordinaria*, evincunt diplomatis verba: *Vel etiam collectam, quæ, in Regno fieri continget.* VIII. Conſiderationem merentur verba: *Inſuper volumus ſub ſilentio pœnæ, quod Nobiles de Zagoria, & aliis Comitatibus ſimilibus, eo die, prout alii deſcenſum dare non teneantur, nec ejus adſtare judicio, ſed Banus eos judicabit pro tempore conſtitutus.* Comitatus Sclavoniæ plures extitiſſe, quam Zagrabienſem & Criſienſem extra dubium eſt, erat enim Podgorjenſis, Zagorianus, Vereucenſis, Poſeganus, Valpo, Syrmiæ hac ætate &c. ut hæc ex diplomatibus & monumentis perſpicuè demonſtrare poſſum, iſthicve: *& aliis Comitatibus*; cum addito tamen *ſimilibus*, Hac in voce, cum ænigma totum lateat, ab explicando, tot annorum fata, me arcent. Opinetur quivis ex lubitu, in delicata hac quæſtione. IX. Firmamur in deſcriptis apud Ortelium per Leonem Imp. gentis hujus moribus, reliqua inter: *Peregrinis benigni ac mites, & illos lubenter ac humaniter excipiebant, & a loco in locum comiter deducebant, & ab omni noxa offenſioneque integros & ſecuros conſervabant,* &c. Enimvero in diplomate ſancitur: *Villico etiam domus una, acturia ſuæ pro recipiendis hoſpitibus libera relinquatur.* X. Firmatur æquè Par. I. tit. 9. Præſcribitur enim 1mò citationis modus, & in pœnalibus, judicii gravamen antè ſeptimum terminum recipere non potuit. Primumque in octavo termino proclamari debuit. Quæ Wörbőczio explicanda erant, neque tam brevis eſſe debuiſſet citato in titulo. 2dò: Præ Wörbőczio explicat prærogativam hanc: *In actione etiam furti, ſive violentiæ, vel cujuslibet maleficii homo poſſeſſionatus, ſine cautione fidejuſſoria judicetur.* &c. Libertas a quibusvis tributis ſatis exprimitur, dum deſcenſus ad curias Nobilium Collectoribus prohibetur: Quinimo ſi ad Nobilium terras (ab onere itaque, fundi Nobilium exempti fuêre.) dicandi veniſſent, dicari non poterant: *Item aliqui commorantes ſuper terris Nobilium, vel Jobbagionum caſtri, dicari non debent, ſed Jobbagiones eorum ſi quos habent.* Credo attamen intelligi, *commorantes ſuper terris Nobilium*, maritos ignobiles, uxoris nobilis jure, in Bonis manentes. At contendere de explicatione nolo; dico tantum, intra Andreæ II. diploma, datum anno 1222. atque anterius, annos quiquaginta eſſe; hinc non ſolum memoriæ recentis, ſed facillime plurimorum, qui interfuerunt conſtitutioni decreti Andreæ, præſentium conſtitutioni præmiſſæ, teſtimonio, contenta firmari. Quæ, dum *Banus Mathæus, Prò Regia* poteſtate firmavit, ſecundum legum præſcripta, de fide teſtium, ſubſiſtere debent.

Sunt in relato diplomate plura, quæ illuſtrandis legibus noſtris municipalibus ſerviunt, firmandamque earum veterem conſuetudinem. At quia ejusmodi commentarios, ab *ICtis* Patriæ præſtolaremur, reflexiones nullas ponimus. Priores fecimus, cum illorum gratia, qui cum rerum examine nec Scriptores, nec diplomata legunt, at unicè cauſa memoriæ; tum & eorum, qui maledicere non ceſſant, deſcriptoribus diplomatum, atque ex his ſcribentibus, prætenduntque terrarum orbem, quin ipſam Divinam fidem, in probabiliſimo & opinionibus tutam quieſcere. Sed legem conſtituo nemini, quin ad legis præſcriptum P. 2. tit. 6. ſcribo, adeoque legem explendo, culpa careo. Reflexionibus deductis, demonſtrare conor, veritatem citati tituli 6. Jam revertamur.

Superius pag. 124. exhibuimus diploma, quo: *Dilecto cognato noſtro Joanne Angelo Domino Syrmiæ & Comite Bacſienſi.* Atque iſtud anni 1242. Cum porro ab anno 1246. in diplomatibus exprimatur memoria Epiſcopi Sirmienſis, ut apud Schmitth in ſer. Epp. Agrien. pag. 142. anno 1247. *Oliverio Sirmienſi.* In Archiepp. Strigon. anno 1256. *Oliverius Sirmienſis*, poſt hunc *Ladislaum* Epiſcopum Sirmienſem monumenta exhibeant. Hiſt. Eccl. Zag. pag. 67. anno 1273. *Ugrino Mgro Agazonum noſtrorum Comite Sirmienſi; Laurentio Mgro Pincernarum noſtrorum Comite de Kewe, & de Koraſſow*, quod ipſum pag. 166. in concluſione apud Schmitth Epp. Agrien. videre eſt. Ut dubitari nequeat mortuo Joanne Angelo, Belam IV. eidem ſucceſſiſſe, Sirmiumque Sacræ Coronæ, per Sclavoniæ extenſionem incorporâſſe. Hinc Sirmio in Comitatus diviſo. *Ugrinus* Comes fuit Sirmienſis, *Laurentius* de Kewe & Kraſſov. Tum, *Kewe* partem fuiſſe Sirmii arguimus ex concluſione Caroli Regis, 40. annis poſteriore Epp. Agrien. pag. 223. ubi: *Et Georgii Sancti Irenei & Keu*, hoc eſt, ut poſteriora explicant diplomata, *Georgii Epiſcopi Sirmienſis.* An vero Epiſcopatus Sirmienſis, a Bela IV. circa 1246. quo is Sirmium rehabuit, fuerit fundatus? Oliveriusque primus Epiſcopus? ut quidam arguunt, ideo quia ab anno 1247. memoria Epiſcoporum Sirmienſium in diplomatibus occurreret: aut Epiſcopatus iſte, a S. Rege Stephano fundatus fuerit? ſed circa 1029. (vide ſupra pag. 104.) amiſſo ceſſoque Sirmio, occaſio non fuit, inſerendæ diplomatibus Epiſcoporum

Digitized by Google

porum Sirmienſium memoriæ, non examino. Sæculo IV. quam floruerit, meminimus Hiſt. Eccl. Zag. a pag. 12. ſæculo V. irrumpentibus barbaris, deſiit. Quamvis autem occaſio non fuerit, refferendi Epiſcopi Sirmienſis in diplomatibus Ungariæ Regum, a S. Stephano, ad Belam IV. uſque; tamen, quia nec in Romanorum Pontificum epiſtolis: nec in memoriis toties ſubmiſſorum Apoſtolicæ Sedis Legatorum, ad Serviam, Bulgariam, Cumaniam, Blachiam, ſive Valachiam Sirmienſis Eppi memoriam, me legiſſe reminiſcerer, uti hæc occurreret de Boſnenſibus Epiſcopis; doctis eruditisque Viris elucubrandum relinquo, moderni Epiſcopatus Sirmienſis, ſive poſt illam barbarorum incurſionem Sæculi V. cui rectius, fundatio eſt attribuenda?

De Bulgaria ſuperius meminimus. Sub Emerico nempe, elevatam in Regnum, ab Andrea II. neglectam; Bela IV. an? & quid pro Bulgaria egerit? a doctioribus erudiri optamus. In unico, eoque tranſumpto confirmatoque (vide Hiſt. Eccl. Zag. pag. 329.) comperimus: *Bela - - Bulgariæque Rex.* Quod dehinc in titulis Belæ neſcio an inſertum fuerit. Cauſam neglectus hujus arguo, quod Stephanus Belæ filius, poſt tractatum cum Ottocaro, ſuorumque motuum cum Patre compoſitionem, Tranſilvaniam illasque Sacræ Coronæ partes adminiſtraverit, adeoque, ut ceſſas filio, Bela habuerit. Sed dum Annal. Parte I. pag. 330. ex Raynal. exhiberentur compoſitionis litteræ Stephani Regis, in quibus: *includentes* ait *eidem paci, & eadem vallantes Regna noſtra, videlicet Hungariam, Dalmatiam, Croatiam, Ramam, Serviam, Lodomeriam, Comaniam, Bulgariam, totumque Ducatum Sclavoniæ*, ut horum conſideratione Bulgariam poſſediſſe videatur Stephanus; ſubſequè autem: *Prædictæ ordinationi & paci includi volumus, & includimus excellentes Dominos, Philippum Francorum, & Carolum Siciliæ Reges illuſtres, Carolum juniorem primogenitum ipſius Regis Caroli, generum noſtrum: - - - Henricum Bavariæ - - Belam Ducem de Machow, & de Boſna fratrem noſtrum. Uroſium Regem Serviæ, & Stephanum filium ejus juniorem Regem Serviæ generum noſtrum, Svetislaum Imperatorem Bulgarorum* &c. Horum conſideratione, ſi *Svetislaus Bulgarorum fuit Imperator*? quomodo Bela, Stephanus item, ſe Reges Bulgariæ inſcribere valuerint? doctiores examinent. Profecto perpenſis iis, quæ Scriptores Byzantini ſcriberent; quæ item Illmus Aſſemanus Tom. V. cap. 4. pag. 176. collegit accuratiſſimè; neſcio an relatum monumentum a Raynal.? aut Scriptores Byzantini, erroris damnandi? Bela quoque IV. filios plures, nominis ſui Bela, habere debuiſſet. Enimvero Bela Sclavoniæ Dux, anno 1269. quod mortuus fuerit, in dipl. Eccl. Zagr. relato pag. 200. Bela IV. teſtatur (vide quoque Hiſt. Eccl. Zag. p. 88.) Quare ſi anno 1271. ut in pactis cum Ottocharo, vixit *Bela Dux de Machow & Boſna, frater Regis Stephani*, alter fuit a Bela Sclavoniæ Duce. At hæc quoque concilient eruditi, ſentiantque quod judicaverint, de relatis per Raynaldum pactis, quibus prætenditur, juri omni in Styriam, Carinthiam, Carnioliam, & Marchiam, ſuo univerſorumque hæredum nomine, Stephanus renunciâſſe. Quin inſigniis quoque regalibus, *Coronæ* videlicet, gladio, monilibus, aliisque clenodiis & theſauris, per Dominam Annam (Otthocari Socrum) in Regnum Bohemiæ delatis.

In monumentis noſtris a Ladislao IV. tot numero Banorum eſt memoria. Hæc ſub Bela IV. etiam poſt Tartarorum fugam, non legitur. Quare fundamento caremus vel opinandi, Banos illos (de quibus infra) ſub Bela incoaſſe. *Radoslao Illuſtri Duce, Bano totius Sclavoniæ*, monumenta exhibent. Verum in hac Sclavonia noſtra, nec ego reperi, nec a Rittero, aut Marcellevichio, in extractibus eorumdem, refertur monumentum, quo doceri poſſit Radoslaum Sclavoniæ hujus Banum fuiſſe; niſi Radoslaus idem ſit, qui *Ladislaus* eſt Lucio lib. 4. cap. 9. Anno 1242. Banum fuiſſe Dionyſium teſtatur Archid. cap. 39. & monumentum pag. 124. ſupra exhibitum, prouti & pag. 192. Idem Dionyſius Banus teſte Marcellevich anno 1245. in Privilegio dato Comitibus Hudina exprimitur. Radoslaum diplomata in ſerie Epp. Agrienſium exhibent in annis 1243. & 1247. ut conſequi neceſſum ſit, Banos continuo fuiſſe mutatos. *Ireni* Bani ad annum 1248. meminit P. Schmitth in ſer. Epp. Agrien. Sed hæc in Banis examinanda reſervamus. *Bihach* modernum, Mahometano Imperio nunc ſubjectum, intra Liberas Regiasque Civitates collocavit Bela IV. quod commemoramus ideo: (vide etiam Hiſt. Ec. Zag. p. 87.) ut videas, non obſtante deſolatione Regni per Tartaros facta, Belam IV. Hungariam extendiſſe per Sirmium, Stiriam, Carnioliam, Ducatumque Maraniæ &c.

Dalmatiæ jam meminiſſe oportet, ob Scriptores Venetos, qui, ut pag. 142. retulimus volunt: *Bela Rex - - ſe recognoſcens, Jadram Venetis relaxavit.* Verùm pro more noſtro, Belæ IV. Regis, *Dalmatiæ poſſeſſorium* docere volumus primò. Itaque: Tametſi neque Scriptores Veneti, Dalmatiæ reliquæ, dempta unicè Jadra, Sacræ Regni Coronæ poſſeſſorium, ſub Bela IV. controverterent; nihilominus ne erroris damnari valeant, vel a parte, ad totam Dalmatiam concludatur, præcipue dum *ex Civitate Jadra, diviſio Dalmatiæ in*

Digitized by Google

maritimam, inventa a Dandulo eſſet, ac per Geographos, Scriptoreſque canonizata haberetur. Dalmatiæ maritimæ poſſeſſorium ſub Bela IV. firmandum cenſuimus. Profecto Colomanum Ducem, a Dalmatis agnitum habitumque; Julam item Banum totius Sclavoniæ, ſuperius demonſtravimus. Immo Dandulus apud Lucium lib. 4. cap. V. *Jadratini - - Joannem Michaelem Comitem expellunt, & reliquos Venetos cum bonis ſuis detinent - - cum Colomano fratre Belæ IV. Regis Hungariæ componunt, & Regis vexilla erigunt, & ejus auxilio urbem muniunt, & a Duce* (Veneto) *requiſiti reſipiſcere renuunt, ſed Venetos captivos abire permittunt.* Sed de his infra. Ex diplomate relato a Lucio, exſcriptoque L. 4. c. 5. Nobilibus Pharenſibus per Belam IV. anno 1242. elargito ob fidelia præſtita ſervitia, indulget I. Eccleſiæ Pharenſis electionem, *de fidelibus* inquiens *ad Regnum Hungariæ ſpectantibus - - electus tamen Regiæ Majeſtati præſentetur, ut ab ipſo* (obſervari dignum) *jura Epiſcopalia recipiat.* II. Indulget electionem Comitis: *eligendi & aſſumendi ſibi Comitem de Hungaria, & ad Regnum Hungariæ pertinentem, quem ſibi utiliorem circumſpexerint, dummodo Regi & Coronæ fidelis etiam in mandatis ipſius in omnibus obſequendo, Comes autem præficiendus, Regi Hungariæ præſentabitur confirmandus. Dictus autem Comes conſtituet ſibi Judicem pro ſuo arbitrio voluntatis. - Jupanus ſemper de genere Givich eligatur - & quod ſit Jupanus ambarum Inſularum tam Fari quam Braze* &c. III. *Concedimus, quod nulla unquam collecta, vel exactio a Nobilibus in eadem Inſula habitantibus exigatur imo ipſorum libertas in omnibus inconcuſſa conſervetur, niſi voluerint honorare.* En firmari Part. I. tit. 9. & explicari *ſubſidia*, quæ in Decretis Regum occurrunt, eſſe nempe honoris, *niſi voluerint honorare.* IV. Proſequitur: *Cum autem Regi Hungariæ exercitum facere placuerit, Nobiles de genere Ginich cum duabus barchis, quas habere poterunt de ſuis impenſis præparatis, & armatis, ſecundum quod Regiam condecet Majeſtatem, una cum nautis & remigatoribus ſervire teneantur.* Vide tam cauſam exemptionis Nobilium, quam & firmari relata pag. ſuperius 193. V. *Nullus dictorum Nobilium in eadem inſula commorantium, extra Civitatem comparere, vel reſpondere coram aliquo Judice teneantur; niſi forte Regiam Majeſtatem, Dalmatiam contingeret advenire.* Dataque libertate migrandi, ait: *Præfati autem Nobiles de genere Ginich eadem gaudeant libertate, qua Nobiles de Spalato & Tragurio perfruuntur.* Dubitari itaque nequit, inſulas Phara, Brazzo, quarum unus fuerat Supanus; Spalatum item Traguriumque, ad Sacram Coronam ſub Bella IV. pertinuiſſe.

De Stephani Epiſcopi Zagrabienſis, in Spalatenſem electione, mentio eſt pag. 82. Hiſt. Eccl. Zagr. electum fuiſſe evincit inſtrumentum apud Farl. T. 3. p. 263. ubi: *In Nomine D. N. J. C. Anno Incar. 1242. Indict. XV. Menſe Julio. Temporibus D. Stephani Archielecti* &c. Et quia apud Traguriumanno 1242. ſexto Idus May, memoratum Pharenſibus dediſſet Bela Privilegium; Stephanus quoque Archielectus, menſe Julio pro Monachis judicâſſet, *Bela Rex* certo cognoſcens Tartaros e Regno receſſiſſe, ſub finem Menſis Maji deducitur in Hungariam reddiviſſe. Thomas Arch. cap. 41. nulla Regis facta mentione, ſed *Regina adhuc conſidente in Caſtro*, Guncellum Archiepiſc. Spalat. mortuum refert, & *importunitate Laicali*, electum fuiſſe Stephanum Zagrabienſem, Reginamque cum Regio puero in Cliſſæ Caſtro remanſiſſe, uſque ad Menſem Septembris. Menſe Decembri anni 1242. Belam fuiſſe Verevczæ demonſtrant diplomata tam Zagrabienſi Civitati (pag. 124.) quam & Samoborienſibus data. Poſt reſignationem Stephani, quamvis in Archiepiſcopum Spalatenſem fuerit Thomas Archidiaconus electus, ſecutis tamen variis motibus (quos non deſcribimus, at ſi lubet lege Arch. a cap. 42. ſignanter cap. 47.) Thoma reſignante, *Hugrinus*, ſive Ugolinus in Archiepiſcopum Spalatenſem fuit electus. Quam grata fuit hæc Belæ Regi electio, docet diploma apud Farl. T. 3. p. 268. quô, *dominium Inſularum, & Comitatum Civitatis Spalatenſis eidem contulit Anno 1244. VI. Nonas Octobris.* Teſte quoque Archid. cap. 47. In diplomate inſinuato legere eſt: *de impendendis ab ipſo, nobis & noſtris filiis, & toto Regno noſtro impoſterum, maxime circa maritima ſervitiis opportunis.* Hugrinus, aut mallis Ugolinus, Spalatenſium affectu caruit, quod jura Regis tueretur, eſſetque Traguri enſium fautor. Lege Doctiſſ. Farlatum Tom. 3. p. 270. ubi exhibentur monumenta, demonſtrantia Ugrinum Comitem Spalatenſem unà fuiſſe. Anno 1248. poſt mortem Ugrini, electus fuerat in Archiepiſ. Spalatenſem *Joannes*, ſed Joanne rejecto, Papa *Rogerium* Apulum de partibus Beneventanis, Spalatenſem fecit Archiepiſcopum. Factum hoc diſplicuit Belæ, teſte Thoma Archid. cap. 48. *Ingreſſus autem partes Pannoniæ* (Rogerius) *venit in Ungariam, & pergens ad D. Belæ Regis curiam, cum commendatitiis DD. Papæ litteris, expoſuit ſeriem negotii, qualiter ad regimen Spalatenſis Eccleſiæ fuerit deſtinatus. Non autem placuit regali Celſitudini, quod factum fuerat circa ipſum, non modicum ferens indignè, quod promotus fuerat præter ipmari-*

ſius conſcientiam, & aſſenſum. Diſſimulato tamen indignationis motu, ad Sedem ſuam Archiepiſcopum pacificè abire permiſit. Comitis Spalatenſis officium, quod Ugrinus gratia Regis habuit, Rogerio negatum fuiſſe, evincit Decretum Rogerii, factum occaſione viſitationis reformationisque cænobii Benedictini S. Stephani (vide T. 3. p. 276. Farlati) anni 1251. die 6. Septemb. quô, *Stephanus Banus, & Comes Spalati* exprimuntur. Eſt quidem iſthic Comes Sclavoniæ; verum idem Doctiſſ. Farlatus pag. 6. habet: *Anno 1250. Stephanus e Comitibus Brebirienſibus, Banus Sclavoniæ, Comes Spalati, uſque ad annum 1262.* Videre quoque eſt lib. 4. cap. 9. Lucii, Belæ IV. datas in Viſvar II. nonas Aprilis litteras ad Tragurienſes, quibus: *Ecce prædilectum & fidelem noſtrum Stephanum Banum totius Sclavoniæ - - ad partes maritimas transmiſimus, dantes ei plenam auctoritatem - - - cui tanquam nobis in omnibus pareatis* &c. Rogerius affectum Belæ mereri ſtuduit, quia teſte Thom. Archid. cap. 49. dum ob Conradi adventum Spalatum, clauſis templis, in villas ſeceſſiſſet, Conradusque in Epiſcopi domibus hoſpes, Scrinii Epiſcopalis chartas perveſtigâſſet: *Si forte aliquod inveniret ſcriptum, ex quo poſſet ipſum de infidelitate ſui Regis, infamiæ nævo notare.* Neque reperiſſet quidpiam, ſatis prudentia Rogerii comprobatur. Hinc quamvis Bela, anno 1251. demoratus in Dalmatia: ad S. Petrum, intra Salonam & Tragurium (lege cap. 20. Archidiac.) improperâſſet Spal. quod Rogerium alienigenam & ignotum, nec de ſuo Regno, & præter Regis conſcientiam & aſſenſum haberent Archiepiſcopum, proviſurusque Regum juribus, vinculo juramenti eosdem adſtringeret, quod dehinc nil tale attentabunt; Rogerium tamen benignè tractabat. Occaſione hac, elargitus eſt immunitates IV. Nonas Novembris Comitibus Bribirienſibus, die ſequenti Sibinicenſibus, VII. Kal. Decemb. Traguriensibus, horum territorium augens Regali fundo *Beſtriza* vocato. De Spalatenſibus cap. 50. Archid. teſtatur, *eosque cum plenitudine ſuæ gratiæ relinguens, ad Ungar. reverſus eſt.*

Conſiderationem magnam Thom. Archid. cap. 51. ob ſuam obſcuritatem meretur, quo refert: A matre Regina, cum exercitu, ductum in Dalmatiam Belam Ducem puerum, ideo *quia fidelitatem requirebat ab illis gentibus,* (nempe Dalmatis & Croatis) declarato Duci præſtandam. Habito eatenus colloquio, Archidiaconus neque præſtitum, neque negatum recenſet fuiſſe fidelitatis juramentum, verum in accuſanda Reginæ fœminea propenſione, implacabilis videlicet vindictæ, totus eſt. Sed homicidium duorum illorum interfectorum, cauſa eſſe non potuit, adeo quæſitæ pœnæ, quam nec Bela Rex indulgere poterat, at biennio captivos detinuit Spalatenſes, hosque dimiſit: XII. Obſidibus in *Bihacs* receptis. Sane perpenſo ſilentio Archidiaconi, de fidelitate jurata Belæ, Rogerii Archiepiſcopi periculo, & per amicos facto receſſus ſubſidio, cæteris item iſthic deſcriptis; & cumprimis, per Thomam Archidiaconum ut Oratorem, Privilegiorum anteriorum allegatione facta, puto ego: Spalatenſes, Belam pro Duce ſuo, acceptare noluiſſe, conſequenter juramentum fidelitatis fuiſſe deprecatos. Hæc fuerit cauſa, ut captivos non dimitteret, niſi receptis obſidibus jurataque Duci Belæ fidelitate. Hoc ipſo poteſtatem Regiam ſatis conteſtatus. Opinionem hanc meam, firmare poſſet etiam, quod annum 1268. *Ducatus ſui primum, Bela Dux,* exprimat ut pag. 200. Profecto *Belæ Ducis*, eadem pagina, memoriam ex monumentis Spalatenſibus retulimus, qua, *Domino noſtro naturali* exprimitur. Præmiſſa neſcio eccur Archidiaconus cap. 51. tacuit? Hæc, erudite Lector, ſi clariora reddideris, a nobis referendas tibi gratias ſcias. Interim, eſtò Belam pro Duce ſuo agnoviſſe videantur Spalatenſes, Belam nihilominus Regem, & Rolandum totius Sclavoniæ Banum, Comitemque Spalatenſem in memoriis monumentorum exprimebant. Enimvero Farlato teſte pag. 280. Tom. 3. Tabulæ Cænobii S. Raynerii exhibent: *Anno 1266.* Indict. IX. 5. Junii. *Regnante Domino noſtro Bela Sereniſſimo Rege Ungariæ, Eccleſia Spalatenſi vacante Paſtore; temporibus Domini Rolandi Illuſtris totius Sclavoniæ Bani, & Comitis Spalatenſis.* Item ibidem *Anno 1267. Indict. X. 5. Januarii, Regnante Domino noſtro Bela Sereniſſimo Rege Ungariæ, temporibus D. Johannis Ven. Archiep. Spalat. Domini Rolandi Illuſtris totius Sclavoniæ Bani, ac Comitis Spalaten.* Et quia mortuo Rogerio, *Joannem Hungarum de genere Buzad* accepiſſent Archiepiſcopum, opera hujus effectum credo, ut Anno 1269. Belæ Ducis memoria exprimeretur, ſed hæc novo modo, nempe: *Inclyti Sclavoniæ Ducis, & noſtri Domini Naturalis.* An obſides illi dimiſſi fuerint anno 1268. quô, Ducatus ſui, annum primum Bela expræſſit? me latet. Archiepiſcopi Joannis ſententiam ex monumentis Traguriensibus a Farlato deſcriptam Tom. 3. p. 281. Si erudite Lector examinare dignaberis, invenies mores tum vigentes in Dalmatia; Abbatibus Monachis, ob Regulæ D. Benedicti violationem, dictatas ab Archiep. viſitante pœnas, denique ſecundum Decreta Regum Hungariæ, S. videlicet Ladislai, & Colomani, Joannem Archiepiſ. reformâſſe Clerum, & Monachos Sibinicenſes. Cujus demonſtratio, ex decretis Regum Ungariæ, combinatis cum ſententia, patet; uberiorem autem cum ad ſcopum noſtrum non pertineat,

Digitized by Google

miſſam facimus. Thomas Archidiaconus Spalatenſis, immortalis memoriæ, anno 1268. die VIII. menſis Maji piè obiit, optimè meritus, de Sacra Regni Hungariæ Corona, utilitate veritateque, ſuorum Scriptorum. Ut ſententia mea ex Scriptoribus, qui ad nos devenerunt, ſuntque ſervati; poſt *Anonymum* Belæ Regis, in cognitione utilium Publico, & Sacræ Coronæ rerum, primus jure haberi debeat.

Quamvis porro Scriptores Venetæ, Inſulas cæteras, *Jadra* ſola excepta, nec controvertant; aut per Belam Regem, ceſſas iisdem fuiſſe ſcribant. Joannes nihilominus Lucius lib. 4. cap. 8. admirando genio, maritimarum Civitatum, melius Inſularum, dominium Sereniſſ. Reipublicæ Venetæ aſſerere, variisque Scripturis iſthic exſcriptis, deducere laborat. Quin Segniam plane juris Venetorum eſſe (tametſi varius in ſcribendo, ac Segniam feudum Ungariæ exprimendo) concludit: *Cum adhuc Segniæ ex antiquo inſtituto Conſul Venetus moraretur, vexillumque Divi Marci erigi ſoleret, utrumque Rex* (nempe Ludovicus) *vetuit, in tractatu itaque pacis, Veneti; Regis arbitrio permiſerunt, ut vel aliqua ipſorum jura* (obſerva has voces lector) *Segniæ ſervarentur, vel his ablatis Comites Vegliæ & Segniæ honoribus, & Privilegiis quæ Venetiis habebant privarentur.* Quare cogimur: oppoſitum, quantum in nobis eſt, homine privato videlicet, majoribusque deſtituto auxiliis, *Regum Ungariæ, & Sacræ Regni Coronæ jus, in Inſulis illis demonſtrare*, deinde Lucio reſponſuri. Hinc nihilominus videat lector, juſtiſſima fuiſſe vota conatusque Leopoldi (pag. 1. indicata) ſi a quopiam Sacræ Coronæ ſubjectorum, Scriptoribus Venetis, & cumprimis Lucio, Paulo Sarpio, Minutioque reſponderetur. Animadverterint indubiè, Miniſtri Conſiliariique Leopoldi, æquivocationes Lucii, ideo cum cuivis ſuarum rerum verior eſſet cognitio, optârunt ſi quis, pro veritate ſcriberet. Pluribus commiſſum fuiſſe opus, Ritterus affirmat. Demum PP. Societatis JEſu, & *Gabriel Heveneſy*, molem congeſſit MSS. & diplomatum, ut horum citatio, provocatioque evinceret. Quid ipſe fecerit? ignoro. Quid Timon? cæterique poſt eum Scriptores, edita vulgataque teſtantur opera. At quis exiget ejusmodi opus ab iis, qui, ex jurata fide, atque obedientia, ſuis rebus proſpicere debent, æquilibrando quævis ad rationem Status ſuorum, ac inſtituti. Paulus Sarpius Monachus licèt, Senatui Veneto ſcribitur fuiſſe adlectus, ob rerum ejusmodi publicarum commentarios. Nos quantum valemus, ex debita fidelitate præſtabimus. Itaque I. Si Inſulæ illæ maritimæ juris poſſeſſoriique Regum Hungariæ non fuère, qua ratione, elargita ſunt tot Privilegia & immunitates, a nobis ſupra, atque a Lucio relatæ. Qualiter de Phara & Braza, ordinavit Bela, exhibente Lucio dipl. l. 4. cap. 5. Mentitas haud fuiſſe credo, Civitates illas Maritimas, dum in memoriis monumentorum, Reges Hungariæ *Dominus noſter* exprimunt. Banos Sclavoniæ dum agnoverunt, ab his Preſtaldos accipientes, totque cætera ſuperius indicata. Mentitum quoque Belam Regem quis dicet? dum in donatione pag. 193. deſcripta ait: *tempore perſecutionis Tartarorum, in partibus noſtris maritimis conſtitutis*, Traguriique elargitum a Bela Rege diploma, Lucius exhibet. *Ugrino* Spalatenſi Archiepiſc. *Dominium Inſularum*, teſte Archid. cap. 47. Bela qui attribuiſſet? ſi nihil juris Belæ in iis fuerat. At his cæterisque generalibus omiſſis, utinam Inſularum illarum diplomata & monumenta habere poſſemus, Lucii conjecturæ atque confuſiones, viro alias doctiſſimo, panderent veritatem. Interim, quæ de *Arba*, *Mauni* ſuperius a pag. 150. retulimus, ſedule lector, revolvas. Item edictum Stephani Bani apud Lucium lib. 4. cap. 9. de anno 1251. ubi Arbenſibus indulget, novam Civitatem condendi in Jablanich. Sane ſi Venetorum fuit Arba, qua ratione permiſiſſent, populum ſuum transferi. Accedit in iisdem aſſecuratoriis, exprimi: *Circumquaque autem pro utilitate, populi ibi commorantes, eandem libertatem, qua utuntur Tragurienſes, & Sibenicenſes, & aliæ Civitates Regis in maritimis, juxta mare conſtitutæ*, habebunt. Itaque Civitates maritimas, Regem Belam tenuiſſe conſtat. *& aliæ Civitates Regis in maritimis.* Quoad *Fara*, *Brazen*, *Corzulam*, & Laugurſtam, en Honorii III. Papæ Breve, a Cl. Rittero deſcriptum, cum nota lib. V. fol. C. fors centeſimo.

Nobilibus Viris H. & S. (fors Hieronymo & Stephano) *Comitibus de Vegla. Sacroſancta &c. confovere. Eapropter &c. aſſenſu, Perſonas veſtras ſub Beati protectionem Petri ſuſcipientes & noſtram, quatuor Inſulas inter Spalatum - - - ſitas videlicet Faram, & Brazen, Corzulam, & Laugurſtam cum parvulis Inſulis, & aliis pertinentiis ſuis, quam intelleximus, Chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Regem Ungarorum Illuſtrem* (intellige Andream II.) *in recompenſationem multorum ſervitiorum, quæ exhibueratis eidem, de mera vobis liberalitate donâſſe, ſicut ea juſtè & pacifice poſſidetis, & in inſtrumento Regis ipſius confecto exinde continetur; auctoritate vobis Apoſtolica confirmamus. Et præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. noſtræ protectionis & confirmationis infringere. Si quis autem &c. Datum Laterani IV. Kal. Aprilis, Pontificatus Noſtri anno quinto*, Hoc eſt anno 1221. En firmari ea, quæ ſuperius a pag. 185. monui-

Digitized by Google

nuimus. *Breve hoc*, effectus fuit Aconcianæ legationis. Deducimus ex brevi præmiſſo, & aliis dictis dicendisque, ab Andrea II. Inſulas illas, donatas diverſis fuiſſe, ut recenſitas cum Veglia Comitibus Frangepanis, alias ut infra aliis. An Venetis aliquid in Jadra indulſerit, dubitandi præbet fundamentum, Epiſtola Marini Ducis apud Lucium lib. 4. c. 12. ubi *poſſeſſorium* narratur, ſed ſalvo Regum Ungariæ jure, cum obligatione ſolvendorum a portubus proventuum, ob quos *Villicus Regius* in Dalmatia fuerat, ut mox infra. Cæterum ex donatis ab Andrea II. præfatis Inſulis, quis dicet donationem factam fuiſſe, ex territoriis Venetis, ipſis nec reclamantibus, quin imo Honorio Papa, donatarios in protectionem ſuſcipiente, donationemque confirmante. Verba illa: *cum parvulis Inſulis, & aliis pertinentiis ſuis*, uti minores quoque Inſulas donatas fuiſſe demonſtrant; ſic eas quoque, legitimi fuiſſe juris Sacræ Regni, Regumque Coronæ.

De Veglia autem, perpende lector, Belæ III. diploma, pag. 167. inſertum, atque anni 1193. quô Rex Ungariæ exprimit: *Dilecti & fidelis noſtri Comitis Bartholomæi de Veglia*, quem ſuum Comitem exprimere Bela non poterat, *ſi Veglia*, Regibus Hungariæ ſubjecta non fuiſſet. Minus autem, *homines intra illam* (hoc eſt Inſulam Vegliæ) Bani Foro, tum unice relinquere, *dum in ea terra fuerit*. Verum ad refelendas omnes & quaslibet Scholaſticas explicationes, tam memorati Privilegii, quam etiam reliquorum, ſupra relatorum, Andreæ, & Belæ IV. exſcribimus ex Rittero in MSS. *Offuciæ Joan. Lucii*, diploma, quod notat, in *Camera Regia Poſonii reperiri*, & abs ſe ibi ex originali deſcriptum, dum juſſu Leopoldi, de his inveſtigâſſet. Eſt autem tenoris ſequentis.

„ Sigiſmundus DEI Gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, ac Hungariæ, Dalmatiæ,
„ Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Gallitiæ, Lodomeriæ, Cumaniæ, Bulgariæque Rex. Marchio
„ Brandenburgenſis; nec non Bohemiæ Lucemburgenſis hæres. Omnibus & ſingulis Chriſti fide-
„ libus præſentibus & futuris, præſentium notitiam habituris, ſalutem in ſalutis largitore.
„ Ne tranſeant in tempore, quæ in tempore aguntur, providentia adinvenit humana, ut rerum
„ geſtarum ſeries, ſub litterarum teſtimonio, perpetuo memoriæ commendetur. Proinde ad
„ univerſorum tam præſentium quam futurorum notitiam harum ſerie volumus pervenire:
„ quod Magnificus vir dominus Nicolaus Comes Veglie, Segne, Modruſiæ &c. ad Noſtræ Ma-
„ jeſtatis præſentiam veniens, *Nobis porrexit* privilegiales patentes litteras Prædeceſſorum
„ Noſtrorum Regum Illuſtrium Hungariæ, Progenitorum Noſtrorum; ſupplicans exinde No-
„ ſtræ Celſitudini humiliter & devote, ut eas litteras regales, juraque ſua, ac omnia in ipſis
„ contenta, ſibi, hæredibusque ſuis, hæredumque ſuorum Succeſſoribus, approbare, ratifica-
„ re, & noſtro dignaremur patenti Regalique Privilegio confirmare. Ideo nos, ultra benevo-
„ lentiam Noſtram Regiam, quam ſibi pro ſuis meritis grata liberalitate gerimus, *viſis, audi-*
„ *tis, & diligenter intellectis juribus ſuis*, inclinatique juſtis requiſitionibus ſuis; attendentes-
„ que fidelitates, & ſervitiorum merita gratioſa, per Eum noſtro culmini exhibita, *Inſulam*
„ *ſuam Veglenſem Civitatem*, *caſtra*, *villas*, *ſylvas*, *nemora*, *portus maritimos*, *Salinas*,
„ *Scopulos vocatos Pervich*, *Plasnich*, & *Almis*, cum illorum pertinentiis; Juraque Patro-
„ natus Eccleſiarum, Noſtra Regia authoritate, perpetuo, ipſi Magnifico Viro Comiti Nico-
„ lao prædicto, ſuisque hæredibus, ac hæredum Succeſſoribus, approbamus, ratificamus, con-
„ firmamus, ac relinquimus pacifice poſſidere, habere & tenere, pleno jure, cum omni integ-
„ ritate. In cujus rei memoriam perpetuam, præſentes conceſſimus litteras has noſtras Privi-
„ legiales, pendentis autentici ſigilli noſtri duplicis, quo videlicet, ut Rex Hungariæ utimur
„ munimine roboratas. Datum per manus Rdi in Chriſto Patris D. Eberhardi Epiſcopi Zagra-
„ bienſis, Aulæ Noſtræ ſummi Cancellarii, fidelis noſtri, grate dilecti. Anno Domini Milleſi-
„ mo, Quadringenteſimo duodecimo. Kalendis Novembris. Regnorum autem Noſtrorum an-
„ no Hungariæ &c. XXVI. Romanorum vero III.

Sane haud ſine verecundia, evaneſcit præceps illa Lucii ſententia: *Quomodo feudum Vegliæ a Regibus Hungariæ acceperint* (Comites nempe Vegliæ) *nulla memoria reperitur.* Reperitur ſane, & quidem teſtis omni exceptione majoris, *Sigiſmundi* videlicet *Regis ac Imperatoris*, qui, nequaquam per clauſulam *dicitur nobis*, ſed per ſe: *viſis, auditis, & diligenter intellectis*, ex Prædeceſſorum ſuorum Regum Hungariæ, diplomatibus, Privilegiis, donationibus, prædicti Comitis *juribus*, non in Vinodol, aut Modruſs, vel in *Segniæ Comitatu*, ut Lucius deceptus putavit; ſed *in Inſula Veglenſi*, Civitate &c. Nicolaum Comitem, *Regia* ut ait *auctoritate*, confirmavit pleno jure. Plura ad nos non pervenerunt rei hujus teſtimonia, quamvis conatus omnes adhibuerimus, ſi ex Inſula, obtinere quædam valuiſſemus. At verba multa, res nullas accepimus. Quæ vero relata ſunt, cum teſtes in foris exceptionem paterentur, omittimus. Credimus attamen, ſi Tabullaria Regiarum Camerarum, locorum quoque authenticorum expenderentur, reperienda plurima, quibus jura Regum noſtrorum, & Sa-

Digitized by Google

cræ Coronæ firmari, doceri, illuſtrarique poſſent. Cæterum in rem hanc prorſus alieni haud eſſe deducuntur, articuli 23. 1630. Item 42. 1638. & 32. anni 1649. Haud enim fuiſſet ratio, ut in Diæta Hungariæ petita illa proponantur, ſi loca maritima feudum fuiſſent Venetorum. De Segniæ Comitatu, ut deceptus aſſerit Lucius, paulo infra dicemus. In Vegliæ item poſſeſſorii robur. Deductis demonſtratisque contra Lucium lib. 4. c. 8. quantum nobis, privato ſtudio licuit, Regum noſtrorum & Sacræ Coronæ, in maritimis illis Civitatibus & Inſulis jure atque poſſeſſorio, nunc *de Jadra*, juxta gradus probabilitatis hiſtoricæ, venit dicendum. Ritterus quæ-quæ in dubio reliquit. *Sed quia* inquiens, *de hac Jadræ captione Ungarici Scriptores perpetuo ſilent; neque Belam IV. cum Venetis quidquam offenſionis habuiſſe, meminerunt; ideo & nos ad dubia & incerta eam relegamus: quominus credibile fore arbitramur, Venetos Chriſtianæ Religionis propugnatores, afflictiſſimo Belæ Regi afflictionem addidiſſe, cujus fuga & anguſtiis relatis, Dandulus ipſe ait: cui Venetæ divino intuitu, cum multa erga eum agere potuiſſent, nihil injuriæ illi intulerunt; ut iniquitatis Lucius merito arguatur, qui rebus Venetorum florentibus Ungariaque deſolata, nondum reſtauratam Civitatem, facile captam fuiſſe a Venetis divulgat, quaſi utilitatis gratia in turbido piſcarentur.* Quævis a Lucio relata, cap. V. VI. & VII. ex levioribus profectò reflexionibus (puta errorum in annis, ſilentio Chroniſtæ illius, ex quo deſcriptam c. 7. compoſitionem intra Venetos & Jadrenſes accepit; &c.) rejicit. Verum nos, neque Rittero ſubſcribere poſſumus, neque quævis Lucii rejicere. Itaque ſententia noſtra: Poſtquam Rex Andreas II. libertates majores, Dalmaticis illis Civitatibus permiſiſſet, democraticam iis relinquendo gubernationem: Poſtquam plures inſularum illarum privatis contuliſſet; Banos eapropter Dalmatiæ ſupprimendo; ſtudium omne fuit vicinorum, ob Dalmatiæ commoda, magnarumque rerum gerendarum occaſionem, ejusdem, ſuis modis potiundæ. Honorius Papa, per ſubmiſſum Legatum ſuum Aconcium, quod nil neglexerit, ſuperiores memoriæ teſtantur. Venetæ quoque, rebus ſuis proſpexerunt, per varias conjunctiones & aſſociationes, quas videre eſt in Lucio. Quin imo ipſæ hæ maritimæ Civitates, cauſa ut putabant libertatis ſuæ conſervandæ, in differentiis emergentibus intra illas, cum altera alteri ſubjici nollet, ad poſcenda viciniorum auxilia, & conſociationes ineundas, neceſſitabantur; ſæpe ob navium neceſſitatem, aut maris Adriatici commoda, a vicinis ad ineunda fœdera invitabantur. Hæc manifeſta ſunt, ex monumentis per Lucium exhibitis. Et ne adhuc dicta repetamus, perpende lib. 4. cap. V. Lucii, edictum illud Friderici Imp. ubi Traguri enſes *de partibus Dalmatiæ ultra mare*, fideles amicos ſuos exprimit. Cap. VI. Jacobi Teopol. Ducis Venetiarum, *ad tres annos proxime firmam & ſtabilem ſocietatem habere & tenere cum omnibus hominibus*, item *cum omnibus hominibus totius Inſulæ Veglienſis, & totius Inſulæ Apſarenſis*, atque, ſub vinculo ibi nominato, *qui ſunt ad præſens, vel erunt in Jadra, pro ſupraſcripto Duce & Comite Venetiarum.* Videlicet ad reducendos Jadertinos. *Venetæ* plurimum ſoliciti fuêre pro Jadra, omnesque illorum conatus, pro ea ſibi, miris modis ſubjicienda, ſunt ex prioribus clariſſimi. *Curia Romana*, plurimum in Spalatenſibus collocaviſſe deducitur ex relatis. Almiſani, inſtar Narentanorum olim, ſeſe elevare procurabant, ſed tam ab his vicinis, quam & Dalmaticis Civitatibus, pyraticæ accuſabantur. In his attamen ipſis, Dalmaticarum Civitatum prærogativis, ac libertate, jus Ungariæ Regum & Sacræ Regni Coronæ, non ſolum ab his Civitatibus agnoſcebatur, ut Privilegiorum confirmatio, per Belam Regem facta evinceret, Lucio quoque hic, cap. V. ſcribente: *Jadrenſium protectionem ſuſcepiſſe*, nempe Belam, *Privilegiaque eisdem induliſſe, ut Dandulus refert*, firmante hoc, Caroli Regis Privilegio, relato per Lucium cap. 12. lib. 4. quod vide ſis. Præſtaldi item dati per Banos; horum ſententiæ, Dalmatinorum ad curiam Regis provocatio &c. ſuperius indicata; verum etiam, Romanos Pontifices, in quibusvis Dalmaticis, ad Reges Ungariæ recurriſſe, ſuperiora teſtantur. Sic de comprimendis Almiſanis, pro ſubſtantia Raynerii, aliisque ſupra indicatis. Neque video cauſam, eccur tractatus, quos Venetæ prætendunt, cum Ungariæ Regibus puta Andrea II. Bela IV. feciſſent Venetæ, ſi juris nihil habuêre Ungariæ Reges, in Dalmatia. Quid eſt, Villicum iſthic fuiſſe, ut p. 184. Regis. Quare tametſi (ruinante Dalmatiam) ſpecioſa quadam libertate, gaviſæ fuiſſent maritimæ illæ Civitates atque Inſulæ, ſub dominio attamen, Regum Hungariæ fuêre. Sed Bela providus atque prudens, perpenſa vicinorum induſtria, ne jus legitimum Hungariæ eludatur, Colomani fratris Ducatum in Dalmatiam extendit, Bani item Julæ, ſub titulo *Banus totius Sclavoniæ.* Mortuo Colomano, *Dionyſium* Ducis titulo, iſthic reliquit, qui *Jadram* adverſus Venetos fuit tuitus. Poſt hunc, Ladislaus, ſive Radoslaus ſucceſſit. Deinde Stephanus. Tandem ſecundogenitum filium Belam præfecit, cui dum fidelitatis juramentum præſtare Spalatenſes renuerant, quid evenit? retulimus.

Venetæ Jadræ potiundæ, quod fuerint ſtudioſiſſimi caret dubio. Venetos ſervandæ conjun-

junctionis atque Societatis cum Jadrenſibus fuiſſe ſtudioſiſſimos, unà cum motivis, ex anterioribus ſatis apparet. An autem Jadrenſes, ſic eam coluerint, ut Venetorum ſubditi effecti ſint? non examino. Thomas Archidiaconus, antiquiſſimus rerum Dalmaticarum Scriptor, vir perſpicax, & Belæ IV. coævus, adeoque teſtis idoneus cap. 43. ſcribit: *Hoc tempore Jadrenſes Cives - - - Venetico dominatui rebellantes cupiebant ſe, ab ipſius jugo prorſus ſubtrahere.* Hæc ſatis indicant, in ſocietate mutua, uxores illas evaſiſſe Jadrenſes, quas quidam mariti, pro ſervis ancillisque habent. Interim juri per hoc Hungariæ Regum, nil eſt derogatum. Immo de his informatus Bela IV. ſubditis ſuis proſpexit, dum in Dalmatia fuit, non ſolum Privilegiorum confirmatione, ut Dandulus, Lucio teſte, fateretur; verùm adverſus Venetos, Jadrenſium defenſione, dum iſthic Dionyſium Banum, poſt ſuum e Dalmatia reditum, adeoque 1242. menſe circiter Majo reliquit. Qui iſthic vulnus quoque accepit. (vide cap. 43. Archidiac.) Obſervari merentur verba Archid. *Habebantque magnas oppugnantium copias Sclavorum & Ungarorum.* Ungarorum Copiæ illæ fuerint, quæ Regem Belam ſecutæ fuerant; *Sclavorum* autem, non ſolum modernæ Sclavoniæ, ſed & Dalmatarum, qui Sclavonico nomine cenſebantur. Belli hujus, nec eventus, nec finem Archidiaconus deſcripſit; immo concludit: *his breviter prælibatis ad materiam redeamus.* Lucius autem l. 4. cap. 6. ex Dandulo, belli hujus hiſtoriam continuat, quam, confiteor, me conciliare non poſſe. Si enim 1243. die 2. Junii recuperata fuit Jadra, quid erat (vide tractatum apud Lucium) die 3. Novembris exeunte, anni 1243. contrahere cum Arbenſibus, Veglienſibus, Cherſo, ſive Apſarenſibus ad triennium, *ut teneantur - facere vivam gverram de ſanguine & foco omnibus Kazætis* (Jadrenſium defenſoribus) *& deprædatoribus maris, & ſpecialiter omnibus Jadertinis, qui ſunt, vel extiterunt, vel amodo fuerint rebelles contra honorem, & voluntatem ſupraſcripti D. noſtri Ducis, & communitatis Venetiarum* &c. Itaque, ſi legitimum eſt, illud Lucii productum (nam to *Noſtri Ducis*, ſuſpectum redit, quia mandandum fuiſſet ſubditis, non autem per fœdus, ſocietas ineunda) conciliari nequit Jadræ recuperatio die 2. Julii anni 1243. Accedit Comites Vegliæ, Belæ Regi fuiſſe fideles, ut Bela recognoſceret in eorum donationibus; fidelitas autem non admiſit, ut contra Banum Belæ, & Jadrenſes; quos Rex a ſervitute Veneta vindicabat, ſocietatem cum Venetis faciant, potiſſimum quia ob fidem Comitum Vegliæ, *Joannes*, anno illo 1243. *Poteſtas* Spalati fuerat, ut Farlatus T. 3. p. 6. Quare illud Lucii: *Conjici poteſt*, veritatem tantæ rei, ſive *legitimi juris*, non concludit. Imò ſi legitimum eſt, inſtrumentum illud conſociationis, (quod Lucius cenſet pro vero, adeoque contra illud excipere nequiret) concludi debet: Comitem Michaelem Venetum, ejectum fuiſſe Jadrâ, firmante iſtud, pacificationis puncto 18. apud Lucium cap. 7. libri 4. ubi *Joanni Michaeli ultimo Comiti Jadræ, expulſo, - quotannis pro ſatisfactione injuriæ, dentur a communi Jadræ quoad vixerit lib. 200. Venetæ.*

Finem Belli hujus deſcribit Lucius c. 7. lib. 4. nempe anno 1244. die 3. Junii transactum fuiſſe cum Bela Rege, deinde cum Jadrenſibus. Danduli adfert teſtimonium quoad primum. De altero ex Chroniſtis non nominatis, ipſas cum Jadertinis conventiones, fatendo ſolum, *quæ apud aliquos Chroniſtas vulgari idiomate reperiuntur.* Sed in re tanti momenti, nominandi erant Chroniſtæ illi, præcipue dum nec annum, nec tempus exprimerent. Quare ratiocinatio Lucii l. 4. c. 7. pag. mihi 171. *Ideo priora hæc Capitula cum ipſo Rege Ungariæ* (cujus tamen nulla eſt mentio in Capitulis) *concluſa ſcilicet anno 1244. die 3. Junii, ut quidem Chroniſta refert* (Hic Doctiſſ. Lucium miror, qualiter annum hunc Chroniſtæ attribuat? dum ante ſcriberet: „ Chroniſtam autem Capitula tantum in ſuo opere vulgari inſeruiſſe, tempus vero, reique geſtæ narrationem, quæ in ſimilibus præponi ſolet „ omiſiſſe) *deinde per Legatos Venetos a Dandulo nominatos, cum Jadertinis compoſita* (NB.) *argui poteſt.* Verum tanti momenti res, atque factum prætenſive publicum, debili innititur baſi, ſi ſtat in *argui poteſt*, Quinimò conſideratis præmiſſis, *argui poteſt*: ſuſpecta eſſe præmiſſa cum Jadrenſibus facta. Enimvero *Sanſovinus*, teſte Rittero, inter vitas Principum, Scriptores Venetos diligenter commemorat: quorum ortum ad Petri Gradenici Ducatum, finemque XIII. ſæculi refert, primumque fuiſſe *Marcum Polum*, Nobilem Venetum. Sed hic (Sanſovino teſte) de rebus exteris quædam ſcripſit, videlicet iter Trapezuntanum, & Cattajenſe; de patria Tattarorum, & aliis Provinciis. Sub Joanne Soranzo Duce, qui 1312. Ducatum adiit, *Martinus Sanutus* conſcripſit librum Secretorum, fidelium Crucis, & quaſdam epiſtolas ad diverſos Reges, Pontifices, & Cardinales in propoſito terræ Sanctæ. Sub Joanne Delfini Duce circa 1356. floruit *Barnabas Dardanus*, qui tamen de rebus medicinæ ſcripſit. Ut lamentetur Sanſovinus, ad ea tempora, parum precium fuiſſe litteris. Sub Marco Cornaro Duce, *Dominicus Lioni, & Natalis Venetus*, hic de vitris, ille Theologicis rebus ſcripſêre. Tempore Antonii Venieri ad finem Sæculi XIV. plures ſcripſêre, nullus tamen hiſtoriam aut Chronicon. *Andreas Dandulus* circa annum 1347. Ducatum nactus, primus ponitur rerum Venetarum Scriptor, de quo Sanſovinus: *ſcripſit hiſtoriam amplam, & copioſam, & Anna-*

Digitized by Google

Annales ſatis reſtrictos. Poſt hunc eſt. *Laurentius de Monacis*, Secretarius Senatus, & poſtea Cretæ Cancellarius, qui de rebus Venetis chronicon ſcripſit circa an. 1425. Demum *Bernardus Juſtinianus* Venetam hiſtoriam in libros XV. congeſſit circa 1473. Si jam, ex *argui poteſt*, ſtat pactorum ceſſioniſque Jadræ certitudo, cum Sanſovino teſte, *Andreas Dandulus*, ſæculo integro poſterior, rerum Venetarum primus antiquiſſimuſque Scriptor ſit, quo loco, ſive aliquorum innominatorum Chroniſtarum, ſive Chroniſtæ relatio, reponenda eſſet, argui poteſt. At de his certent illi, qui ſcientiam omnem, in argumentationibus collocant, & probabilia, pro veritate ac ſcientia habent.

Mihi credibilius eſt, bellum Jadrenſe, de quo Archidiaconus, ſopitum fuiſſe, ob bella cætera ſuperius inſinuata. Sed qualiter? ego determinare non auſim. Dandulus apud Lucium lib. 4. c. 7. *Dux per Legatos ſuos Petrum Dandulo, & Stephanum Juſtiniano, cum Bela Rege Ungariæ, Jadræ remiſſo litigio perpetuam pacem juramento firmavit, viciſſim promittentes, ne unius rebelles, vel incommodantes alterutrum, ab altero recipere debeant.* Obſcuritatem Danduli advertit quoque Lucius, & pro Stephano Juſtiniano, *Sylveſter Juſtiniano* reponendum eſſe, prætendit. Laurentius de Monacis 180. annis poſterior, lib. 6. pag. mihi 106. relato eo, quod Bela Jadrenſibus Privilegia contuliſſet, & pecuniam pro reædificatione murorum ſuorum; quodve abeuntibus Tartaris, Rex in Ungariam rediverit, Bano Dionyſio in Jadræ defenſione relicto, nolentibuſque redire ad obedientiam Jadratinis, Jadram fuiſſe oppugnatam, Banumque graviter læſum, & die V. Julii ſine notabili cæde Civitatem recuperatam. Bona Jadrenſium intra Venetos diviſa. Bartholomæum Comitem Vegliæ, privatum ſuis juriſdictionibus (quæ ſunt contra fœdus a Lucio relatum) demum ait: *Tandem Petrus Dandulo, & Stephanus Juſtiniano Legati Ducis, cum prædicto Rege Bela pacem firmant perpetuam. In pace autem Rege loquente ſicut cavetur; dictum autem Ducem, & Venetos permittemus tenere Civitatem Jadrenſem, cum pertinentiis ſuis ſicut Cives Jadrenſes olim tenuerunt, ſine ulla contradictione, vel contrarietate, nec intromittemus nos per nos, vel noſtros Succeſſores de Civitate Jadrenſi cum ſuis pertinentiis in perpetuum. Et rebelles Jadrenſes removebimus a Mari; itaque nocere non poterunt Venetis.* Hæc quis conciliet; cedere in perpetuum cum ſuis pertinentiis Jadræ: attamen obligare ſemet: Jadrenſes removebimus a mari, qua ratione, Venetis nocere non poterunt. *Promiſerunt autem Veneti, amicabiliter dare auxilium contra inimicos Regis maxime circa maritima* (itaque adverſus Lucium, Bela IV. maritima tenuit) *nec facere confœderationem contra Regem cum ſuis inimicis, & maximè Domina Beatrice, & filio ſuo dicti Regis Nepote. Demum exules Jadratini confitentes Duci ſine cauſa rebellâſſe, poſcunt impetrantque Veniam: Civitas remanet abſoluta poteſtate ſub Venetis, muri maritimi proſternuntur, caſtrumque conſtruitur, & Stephanus Juſtiniano, ibi remanet Comes.* Quis Scriptores hos conciliet? Dandulus ſæculo poſterior, dum ſupra ſcriberet: Ducem per Legatos, *Jadræ remiſſo litigio*, cum Bela Rege perpetuam pacem juramento firmâſſe, utique fatetur, prætenſioni in Jadram Ducem ceſſiſſe, Excell. D. Laur. de Monacis, annis 180. poſterior, ſuperiora ſcribendo, innuere videtur: Jadram ceſſam fuiſſe Duci, ea ratione *ſicut Cives Jadrenſes olim tenuerunt*, adeoque ut feudum jure clientellari, ſeſeque a mari remoturos Jadrenſes, ne nocere valeant Venetis. Epiſtola Ducis ad Carolum Regem, qua Dux Marinus, *Jus Regni* Ungariæ expræſſum & notorium in Civitate fatetur; Inſtructio autem Legato Veneto data, ne oſtendat ſemet prætenſionem Jadræ facere, *per modum litigii*, Danduli narrata confirmare videtur. Horum conſideratione, puto ego: Lugere debere Apoſtolicum Ungariæ Regnum, defectum Scriptorum, de utilibus Coronæ & Reipublicæ rebus, ingratitudinem deteſtando eorum, qui liberalitate Regum noſtrorum gaudentes, beneficiiſque Ungariæ fruentes, obnubilant verius quam illuſtrant tantorum intellectum, ut opinione atque ſcriptis, legitima Coronæ, Regumque noſtrorum jura, in extraneorum obſequium perdi efficiant.

Interim ex iis Epiſtolis, quas a Marino Duce Venetiarum cap. 12. libri 4. Clariſſ. Lucius, refert ad Carolum Regem Ungariæ ſcriptas, eaſque in appendice Annalium Danduli in Codice Vaticano reperiri affirmat; judicio æquo, juſti doctive Lectoris ſubſterno, quid cenſendum ſit, de accomodato negotio Jadrenſi, inter Belam IV. ac Venetos. Sic Marinus ibi fatetur de Jadra: *Verum ut Regiæ Majeſtati facti veritas pateat, eidem reſcribimus quod ipſa Civitas Jadræ, ut eſt ubique notorium fuit noſtra* (ut ibi prætendunt ex unico poſſeſſorio) - - *jus Veſtri Regni Ungariæ expræſſum, &* NOTORIUM *in ipſa Civitate, ſcilicet perceptio duarum partium tributi portæ Jadræ, ſemper facientes ob reverentiam & amorem Regium, integre conſervari & dari ad beneplacitum Sereniſſimorum Regum Prædeceſſorum veſtrorum, dum eis placuit ordinare. Et poſtmodum ipſum jus habuit Banus Regionis, ſcilicet Banus Paulus Croatorum, tanquam qui non intendebamus, nec intendimus jura turbare*

in

Digitized by Google

in aliquo Regia, ſed ad conſervationem eorum dare potius auxilium & favorem &c. Hæc firmantur ex pag. 184. ubi *Villici Regis* eſt mentio. Quod officium honoris eſſe debuit, dum diplomatibus inſerebatur. Officium ſuum hinc intelligimus, quod nempe a portubus maris Jadræ aliisque, Regi debita tributa percipiebat, & juribus regalibus attenderit. Vide dipl. pag. 158. exhibitum, in rei hujus demonſtrationem. Eſt ibidem mentio conventionum, inter Belam Regem & Venetos, quas *oſtendi* volunt Carolo, committentes Legato ſuo: *providimus facere ſibi per vos oſtendi exempla conventionum ipſarum, quæ vos ſibi oſtendere debeatis, ſi videre voluerit.* Mirum profectò, ſi conventiones illæ publicæ fuerant, quod ad exemplar relictum penes Hungariam non provocârint, quamvis plures vixiſſe, & in gubernio Reipublicæ Ungaricæ tum floruiſſe jure credi poſſint, qui Belam IV. noverunt, dum intra hunc, & Carolum, ſive annum 1311. tantum 40. anni intercurrunt. Quidquid ſit; in commiſſione (apud Lucium cap. 12. pag. mihi 197.) inſtruitur Legatus Venetus: ut cum videatur Rex in litteris ſcriptis Reipublicæ Venetæ aſſerere *ipſam Civitatem ad ſe totaliter pertinere*, ut inter cætera in adverſum Legatus exponat I. magnum amorem & amicitiam, quæ ab antiquo viguit intra Sereniſſimos Ungariæ Reges, & Duces Venetos. II. Mutua & reciproca ſervitia beneficiaque. III. Sponſionem horum in futurum, *proponentes: & nos & tota Venetia prædictum amorem & amicitiam ad ipſum, & Regnum ſuum continuare ſemper futuris temporibus, ſi ſuo culmini complacebit.* IV. Famam. V. procuratum exemplar conventionum, ut oſtendat Legatus, *tamen hoc taliter facientes, quod non fiat, nec oſtendatis vos hoc facere per modum litigii - - ſed ad informandum animum ſuum de jure noſtro.* Sane ſi conventiones prætenſæ cum Bela initæ, publici fuêre fœderis, Carolus obſervare illas debuiſſet, cum legem ſibi ponant contrahentes. VI. *Dicatis ſibi, quod habeatur per Chronicas noſtras, quæ fuerunt diutiſſimæ, & ſunt in noſtra Procuratia Sancti Marci, qui eſt locus ita ſolemnis, quod jam ſunt circa anni 319. quod Jadrenſes ſponte dederunt ſe, & terram Jadræ abſolutè, & præciſe Duci tunc præſenti, & Communi Venetiarum.* Obſerva optime Lector, Lucium ſupra prætendere, ex *quodam Chroniſta*, pacta cum Jadrenſibus deſumpſiſſe, hic vero fateri Senatum Venetum, Chronicas ipſorum eſſe, in *Procuratia S. Marci*, quarum chronicarum auctores, ob loci ſolemnitatem, nec nominare legato voluerunt. Eandem ſolemnitatem puto eſſe Tabullariis aliorum Regum, quæ eſt Procuratiæ S. Marci, & tamen horum monumenta, (ſubtractis 319. annis, ab anno 1311. quo informatio illa data eſt) perhibent: anno 991. Dalmatiam, ſub Regibus Croatiæ tum fuiſſe, uti ſuperius deduximus. VII. *Sciatis, quod ſi quas expenſas continget vos facere pro eundo ad Regem - vel aliter vos contingeret expenſare pro dicto facto, vobis ſatisfieri integre faciemus.* En ab ipſo Senatu, arcanè Legato ſuo deſcripta fundamenta, ex quibus, *jus Venetorum* ad Jadram, deducendum erat. Qualia hæc ſint? anve legitimum jus doceant? juris peritus Lector determinet. Hæc ipſa Ferdinando II. fuiſſe propoſita ex Joan. Bap. Nanio lecturus animadvertet. Horum nihilominus ſedula combinatione, cum iis, quæ in epiſtola ſua ad Carolum, Marinus Dux Ven. expræſſit: eſſe videlicet, *expræſſum & notorium jus Regni Ungariæ in Jadra*, & in hujus juris teſtimonium, duas partes tributorum portæ, ſive portus Jadræ, Regibus Ungariæ, dum eis placet ordinare, deberi; non ſolum pro juſtitia ferret quivis ſententiam; videri nempe: ut feudum datum a Bela, poſſeſſam fuiſſe Jadram a Venetis; ſed inſuper perfacile intelliget cauſam tantarum æquivocationum Lucii, aliorumque Scriptorum; præcipuè ſi adjecerit illud Albertini Muſſati apud Lucium cap. 12. lib. 4. *Jadrenſes quidem Venetis diu faventes, pulſo præſidio ad Banum Mladinum - - defecêre - - - Exterriti tanta novitate Veneti, ſi Zadra, quæ ſinum maris Adriatici ad tutum navigantium tranſitum poſſidet, non modo vacans obſequiis, ſed ad rebellionem depravata, curſus marinos impediat, hoc tanquam ſui exitii momentum, initiumque intollerabile amovendum tollendumque decrevêre, etiam ſub cujusque belli diſcrimine.* Hæc tametſi ad Caroli I. Regis epocham pertineant, eadem tamen curarum pro Jadra, ſub anterioribus quoque Regibus Hungariæ, cauſa fuit Venetis. Recole hic dicta pag. 144. item 155. &c.

Reſidua Cl. Lucii, quæ arguit ſive a Comitibus per Jadrenſes electis liberè ex natione Veneta, ſive ex diverſis conjectationibus, levia ſunt. Profectò dum Civitates illæ omnes, *Poteſtates* ſuos, Comites item eligebant, atque hos ex lubitu, e variis nationibus, ea inde eſt concluſio, ac ſi modo arguerem, in hac aut illa Civitate Regia, eſt vel fuit Judex, Conſul, aut Senator Civitatis, ex natione alia, itaque Civitas illa Regni Hungariæ, juris eſt ſive Imperii, ſive Germaniæ, Sveviæ &c. Porro quisquis Farlati Tom. 3. a pag. 4. Spalatenſium Comites, Priores &c. Scrutatus fuerit, videbit, moris fuiſſe, extraneos etiam promovendi. Accuſandus autem videtur Lucius Imò, dum lib. 4. cap. 7. ex prætenſis pactis intra Venetos & Jadrenſes ſub Nro 5. vult: pactatum fuiſſe: ut *Jadrenſes recipiant Comitem electum a conſilio Venetiarum,*

hhh

rum, qui ſtet in illo regimine, quanto tempore ipſi præſcriptum fuerit a Duce. Pactave hæc vult inita 1247. dum nihilominus cap. 12. ex Madio ait: anno 1313. Menſe Junii .. .. *Pax & concordium inter ipſos Venetos & Jadrenſes firmatum eſt, & compoſitum in hunc modum videlicet: quod ipſi Jadrenſes perpetuo habebunt dominium & regimen de Venetiis, nam ipſi debent eligere Comitem, & Dux confirmare, & ipſi permanebunt in libertate & pace.* (de his quidem in Carolo) Si attamen anno 1313. primum confirmationem electi per Jadrenſes Comitis, Dux Venetiarum nactus eſt, qua ratione, prætenſa pacta, ab ignoto Chroniſta relata, pro genuinis cenſenda venient. II. Lucius ex Dandulo refert, data fuiſſe Jadrenſibus, a Bela IV. privilegia. Capite 12. Marini Ducis epiſtolam, hæc affirmantem exhibet. Immò eodem 12. capite, confirmationem Caroli Regis, IV. Idus Octob. anni 1311. factam, ad preces Jadrenſium, Privilegiorum ipſis datorum a Regibus Ungariæ *ſpecialiter per Dominum Regem Belam*; attamen animadvertendum ſcribit, Privilegia illa confirmata Jadrenſium, eſſe Belæ III. conventiones memoratas Belæ IV. cujus notæ, nullam omnino affert rationem.

Capite 8. lib. 4. Totus in eo eſt Lucius, ut monſtrantiam exhibeat, *Jadram*, *Arbam*, *Auſſerum* vulgo Cherſo, *Vegliam* item, quin *Segniam* ipſam, Venetorum Reipublicæ eſſe. Reflectendum hic lectorem cenſeo: Inter Venetos & Ferdinandum II. circa annum Domini 1616. bellum fuiſſe, de quo bello alibi. Ex defectu Scriptorum de rebus noſtris, Rempublicam Sacræ Coronæ, Regumque Apoſtolicorum jura concernentibus ſcribentium, cognitionis item Dalmatiæ Croatiæque, Ferdinando, neſcio eccur? rem tanti momenti extraneis permittente, his autem, ut de re ignota tractantibus, & quæſtiones Scholaſticas diſputantibus, an videlicet competere poſſit mortalium cuipiam *Maris*, quà elementi dominium, ab exemplo aeris, ſolis; Venetæ opportunitate uſi, videntes jura Ungariæ Regum, nec proponi, minus autem urgeri, ex Dandulo aliisque Chroniſtis, pactis item quibusdam Bononienſibus, inſulas omnes ſuas eſſe aſſeruerunt, & coram Papa, Regibusque ſunt lamentati. Quin ad ipſam *Segniam* prætenſionem formârunt. Circumſtantiarum tantarum deſcribendarum, occaſione hac, hic locus non eſt. Lucium poſt compoſitas diſſenſiones illas ſcripſiſſe, adeoque ſcriptione ſua, prætenſionem tum factam, roborandam habuiſſe. Animadvertens autem, viſo bono Reipublicæ ſuæ ſucceſſu, ad totam Ungariam, jus, per Sylveſtrinam Bulam adinventam, atque ab Inchoffero vulgatam, quam tota retro antiquitas ignorabat, neque ejus meminêre Scriptores Romani, aut nunc etiam facerent mentionem, prætendendum: dum legiſſet palliari illam, Tragur. Tabullarii fide, Ungariæ miſertus, ne tota pereat, quam per negligentiam Scriptorum noſtrorum doluerit periviſſe, in præcipua parte, Dalmatia videlicet, in notis teſtatur; *compertum mihi tamen & notiſſimum eſt* (perpende lector expræſſionem, docti eruditique Lucii) *illam, quam ipſe refert* (Inchofer) *Sylveſtri Papæ epiſtolam, anno M. Stephano Duci Ung. ſcriptam, in Archivo Tragur. Eccleſiæ non reperiri, cum diligentiſſime a me recenſitum fuerit* &c. Mihi fateor, in ſtudio rerum patriarum noſcendarum Tyroni, 25 ante annos admirationem fecit, dum animadverti Bulam illam ab univerſo Clero noſtro adorari, *ut cauſam* explicandarum tot legum, Eccleſiaſticæ diſciplinæ, a Regibus noſtris latarum, attribuendo Regibus noſtris, *Vicariam, Vicarii Chriſti in rebus Eccleſiaſticis poteſtatem.* Hæc audita, & authoritate dignitatum geſtarum fulta, cum admiratione audivi, conciliare nequiens, cum traditis mihi, *de Regalia*: Item juris Canonici regulis, quod Vicarius, Vicarium dare nequeat: Quodve ceſſet Vicarii poteſtas, mortuo conferente. Hinc *Vicariatum* Regibus noſtris, vel a Chriſto datum fuiſſe, defendi oportere, vel Silveſtro mortuo, expiraviſſe. At hæc me, ex lectione hæreticorum librorum dicere, cum obſervâſſem reponi, tacere debui. Interim ſi vivam, & proviſus ad edendum ſim, in opere: *de initiis & origine particularis Chriſti Eccleſiæ Ungaricæ*, hoc argumentum ex inſtituto pertractatum, doctis eruditisque communicabo, lubensque inſtruar, ſi errare fuero depræhenſus. P. Franciſcus Palma, qui me, nec interpellavit unquam, de animadverſionibus quas haberem in Bullam, neque eas vidit legitque, neſcio an me? vel ſeipſum tum mirabitur. Sed his de Cl. Lucio monitis, articulo item 23. anni 1630. quem legere digneris lector, ad Lucii, momenta veniamus.

Primum petit a Comitibus maritimarum Civitatum, quodve iſtud Venetæ tánti ſemper fecerint, ut plerumque Ducum filios in Comites eligi procuraverint. At ad hæc, ſuperius diximus. Quin Lucius ipſe, Mem. Trag. l. 3. c. 4. p. 93. maritimas Civitates, Viros litteratos in officia petiiſſe ſcribit, *a quibus iis dein pericula imminebant, nimirum Venetis, dilatandi ſui dominii ſemper avidis, quod advertens Ladislaus Rex* Civitati Spalat. ſcribit Anno 1274. inquiens: *Quare fidelitati Vræ firmiter præcipiendo mandamus, quatenus ſi nos naturalem Dominum R. Hung. & Croatiæ cognoſcitis, ex tunc judices extraneos de Civitate Vra expellatis, & de Regno noſtro nobis fideles pro Poteſtate, vobis aſſumatis.* Quoad Inſulam *Keſſe*, de Sebaſtiani Ziani inſtrumento, anni 1174. ſequentia obſervanda I. Superius pag.

165.

Digitized by Google

165. nos retuliſſe, annis illis Dalmatiam a Bela III. Emanueli fuiſſe permiſſam, quæ anno 1180. ad S. Coronam rediit. Hinc an? & qualiter? conceſſio illa *Caſtri Keſſe*, per Ducem Sebaſt. Ziani facta ſit, ad nos non pertinere. II. In conceſſione memorata, Rogerio pleniſſima datur poteſtas, omnes reditus habendi, tenendi, fruendi, atque omnes utilitates, ſuas faciendi; in altero autem mox ibi exſcripto, anni 1203. Menſis Aprilis, Jadræ, idem Rogerius Mauroce-nus, quietatur de perſolutis, quæ pro Caſtro Keſſe ſolvi debuerant, hinc quietatur: *amodo igitur in antea inde ſemper ſecurus & quietus permaneas.* Superius pag. 170. retulimus, Ja-dram anno 1202. per Cruce ſignatos everſam fuiſſe. Papam indulſiſſe, ut Cruce ſignati, neceſ-ſaria acciperent a locis per quæ peregrinarentur. *Quietantia* de perſolutis *Caſtro Keſſe* im-poſitis, jus Venetorum non docet; at iis ſolutam fuiſſe eam extorſionem, de qua quæſtum Pa-pæ Emericum, pag. 171. docuimus. Accedit de anno 1202. die 15. Martii, documentum Co-mitiſſæ Abſarenſis *Daria* (ex qua per matrem meam deſcenderem) de juribus & rationibus *Keſſe*, quô, dum *Daria*, ut proprietaria diſponit de *Keſſa*, hanc in anno 1236. renuncianti-bus Rogerio & Leonardo, una cum *Novalia* Arbæ Comitibus, qua ratione, ex quietantia il-la juris eſſe valeat Venetorum? non aſſequor. Illa quoque ſententia, quam Lucius lib. 4. cap. 8. *Petri Ziani* Ducis Venetiarum exhibet, adeo abundat æquivocationibus, ut merito Rittero ſu-ſpecta ſit. Enimvero ſi Joannes Siſindolus de mandato Ducis, fuit Arbi Comes, mandari ei po-terat, mirumque Arbenſem communitatem, *ejusdem* nempe Comitis, exprimi; neque vocari Reipublicæ ſubditam. Sed quia ab anno 1205. (quo illud inſtrumentum confectum exponitur) maritimas illas Civitates, atque Inſulas, majori libertate donatas ab Andrea II. Rege fuiſſe, ſupra recenſuimus, ut cauſa tuendæ ſuæ libertatis, conjunctiones cum vicinis fecerint, cauſa commerciorum & ſecuritatis maris, in circumſtantia illa, qua, Comes Arbi, Siſindolus e Venetiis fors fuerat, mirum haud erit, ſi Comes Arbenſis tum, adverſus hæredes Maurocenos, antiqua Privilegia Venetiis exhibuit. Verum his ipſis jura Regum Croatiæ agnoſcuntur, dum iſthic: *Comes Arbenſis pro communitate prædicta - - ſuam oſtendit rationem vid. Privi-legia antiqua, quæ facta fuerunt in tempore Creſimiri Regis Croatiæ*; - - quæ etiam in perpetuum firma inviolataque, ſunt declarata. Ut proinde, legitima Regum Croatiæ jura, in Keſſam atque Arbam agnita Venetiis fuiſſe concludantur.

De Abſaro, aut Auſſero, miramur Lucium, dum illud juris ſereniſſimæ Reipublicæ ar-guit, ex inſtrumento Comitiſſæ *Daria*, dum ipſa, *DEI Gratia* Abſarenſem Comitiſſam, adeo-que proprietariam, neque ab ullo dependentem, ſe inſcribit. Quin in genealogica ibi deductio-ne Comitum Abſarenſium habet: *1304. Andreas Daurus, primus electus a conſilio majori Venet. in biennium.* Si Andreas iſte, anno 1304. primus electus fuit Comes Abſarenſium, haud aſſequor, qua ratione in anno 1205. Joannes Siſindonus, eſſe potuit, de mandato Venetiarum Dux Arbi, præcipue dum Comitiſſa Daria in anno 1202. die 15. Martii, ut eſt apud Lucium, promittit Jadrenſibus jura ſua Keſſe, ſi filium ſuum Robertum, in Comitem ſuum Arbenſes e-legerint, quem etiam electum, exponit in deductione Genealogica, Lucius.

Pro adſtruendo Curzulæ & Mælitæ Venetis dominio, exhibet Lucius Rainerii Geno, *Tra-gurinis, amicis ſuis*, ſcriptam epiſtolam anno 1262. Verum jus legitimum Venetorum in in-ſulas illas, eo minus evincit epiſtola, quod familiæ Georgiæ, jus; obtentum indubie ab Andrea II. in epiſtola illa agnoſcatur, dum ſcribitur: *jura ad ipſum ſpectantia, ſecundum conſue-tudinem terræ, ſibi omnia integre tribuendo; prudentiam veſtram requirendam duximus, & rogandam, quatenus eidem Comiti - - auxilium & favorem cum oportuerit ad manu-tenementum, ipſius regiminis præbeatis. Nos quod inde feceritis gratum habentes, veſtra teneamur precamina libentius exaudire.* Item ibidem apud Lucium, anno 1272. iisdem Tra-gurinis commendatur in favorem & auxilium Comes Curzulæ & Melletæ. Hæc inſulas has, ju-ris fuiſſe Ungariæ Regum, ſatis loquuntur, dum Tragurinis, fidelibus Sacræ Coronæ, Comites Curzulæ commendabantur. Sed Dandulus ipſe apud Lucium fatetur: *Marſilius Georgio pro Venetis Comes Raguſy, Curzolanos abſque Regimine fluctuantes, cum aliquibus conven-tionibus, ſub ſua protectione ſuſcepit, non ſine Ducalis honoris diſpendio, quem illi poſt biennium expulerunt.* Ut omnino admirandus videatur mihi Lucius, qui poſt bellum illud in-tra Venetos & Ferdinandum II. ſcribendo, ſic conjectando firmat, arguitque jura Sereniſſimæ Reipublicæ in Dalmatiam, ut veritatem nihilominus, examinate ſua ſcienti, pandat.

Pro Veglia, quam deceptus fuerit Lucius, pag. 209. dictum eſt. Pro aſſerendo Veneto-rum jure in Vegliam, Lucius & Danduli teſtimonio utitur; & inveſtituræ inſtrumento l. 4. c. 8. exſcripto. Adverſus utrumque eſt pag. 209. Sigiſmundi Imperatoris fides, & teſtimonium, de quo ſuperius. Quare ſi inveſtitura illa relata per Lucium, pro conſecuta Frangepanorum intra Venetos *Nobilitate*, cenſeri unicè debet, uti Lucius ipſe concludere videtur ſcribendo: *Comites Veglienſes Nobiles Veneti effecti, inter Comites Venetos pro Veglia, inter Comi-*

Digitized by Google

tes vero Croatos pro Segnia (en Segniam Dalmatiæ non includi, ut moderni Segnienſes facerent ſemet Dalmatas Segnienſes exprimendo) *cenſebantur*, jus Reipublicæ in Vegliam, inſtrumento illo probari nequit; cum nunc quoque per *Indigenatum*, tot extraneæ Sereniſſimæ, Celſiſſimæque Familiæ, pro Nobilibus, Statibusque Ungariæ habeantur, quin ideo, ſive ad Saxoniam, Lotharingiam, Mutinam, jura ſua Ungariæ Regnum extenſa vellit. Si vero per inſtrumentum inveſtituræ, Veglia pro Feudo Veneto prætendatur, hoc plane ſubſiſtere non poterit, quod docendum erat tam Dandulo, quam & Lucio, quando *Veglia* juris Sereniſſimæ Reipublicæ effecta fuerat. Enimvero e ſuperioribus liquet, Colomanum univerſæ Dalmatiæ fuiſſe legitimum Dominum, neque vel difficultatem moviſſe Venetos, aut ad defectionem ſolicitâſſe inſulas cæteras, *Jadra excepta*. Quam nihilominus Colomanus coercuiſſet anno 1105. item 1111. Colomani Succeſſores in pacifico Inſularum Dalmatiæ poſſeſſorio extitiſſe, ſupra docuimus. Jadra tantum 1202. everſa fuerat, per Sacram militiam. Quin p. 144. poſtulato adò recenſuimus ex D. Laur. de Monacis, loca illa, quæ ex Impp. Privilegiis, Sereniſſimæ ſunt Reipublicæ, *Vegliæ* nihilominus nulla ibi eſt memoria. Quare inveſtituram potuiſſe legitime fieri, docendum eſt, ne pacta, vel fors requiſita, ad conſequendam intra Venetos Nobilitatem, cum feudali legitimo inſtrumento confundantur, vel prodeat veritas Statuum Regni Ungariæ & publicum teſtimonium p. 154. ex art. 32. 1486. deſcriptum. Sane D. Baro Paulus Ritter, ſuæ Mattis Conſil. in opere MS. *Offuciæ Joan. Lucii*, inveſtituram illam, ſuſpectam eſſe evincit, I. quod manifeſtè falſum ſit, Frangepanos donatos fuiſſe Segnia a Bela Rege, ut mox infra. II. Quia Bela III. Andreas, cæterique Reges, Comites de Veglia, *Comites ſuos* expreſſerunt conſtanter. III. Bela IV. iisdem Comitibus anno 1260. ampliſſima contulit Privilegia exſcripta a pag. 193. quæ mereri non poterant, ſi anno eodem 1260. Vegliæ inveſtituram a Venetis accepiſſent. IV. Verbis Ritteri utimur: *Mathias Rex anno 1465. Ladislai condam Regis donationem ſuper poſſeſſionibus & Comitatibus Segniæ & Vegliæ exiſtentibus, item Caſtris Slunya, Oſtroviza, Novigrad, & Ledenicia in Regno Croatiæ habitis Dujmo de Frangepanibus confirmavit. Quæ confirmatio, uti & ſuperius memoratæ omnes in ſuis originalibus, in Comitum Frangepanorum, Zrinianorumque archivo repertæ, nunc in Regiſtratura Fiſci Ungarici aſſervantur. Quamvis autem dictorum archivorum elenchum diligenter perlegi, & quæ ad bona totius Croatiæ, tam interamneæ, & mediteraneæ; quam etiam maritimæ pertinent, ſedulo deſcripſi: inveſtituræ tamen a Raynerio Geno Venet. Duce, Schinellæ cæteriſque Veglæ Comitibus factæ, mentionem nullibi reperi. Quæ ſi vera fuiſſet, profecto vel maxime ad ultimos Frangepanos ſervari merebatur: eò, quod prætenſæ inveſtituræ vigore* (Lucio aſſerente) *Comites Veglienſes, Nobiles Veneti effecti inter Comites Venetos pro Veglia cenſebantur*. V. Pergit docendo Ritterus, Vegliæ inſulam, inde a Colomano Rege, ad annum uſque 1480. continuo ſub Sacra Regni Corona permanſiſſe, ſed *Mathia I. Ungariæ Rege*, ſunt verba Ritteri, *duorum Imperatorum totidemque Regum, & Seditionibus ac turbis domeſticis implicito, Anno 1480. Veneti, Joanne Comite ſub amicitiæ colore allecto abductoque, in inſulæ Comitatum ſeſe ingeſſerunt; quam antea gratis oppugnabant, fortiter eam defendente Georgio Oſtreherich* „ Qui erat (*uti fatetur in privil. Martino Oſtreherich an. 1481. Modruſſiæ dato, videlicet dicti Georgii nepoti, Bernardinus de Frangepanibus Segniæ, Vegliæ,*) „ vicegerens Principalis Caſtri Vegliæ, & to- „ tius Inſulæ, quod a quibusdam perfidis hoſtibus, rabido cum inſultu obſeſſum erat, conti- „ nuo expugnando, & vi accedendo Caſtrum illud, & inſulam uſurpare cupiendo, ipſius Ge- „ orgii virtutibus, laboribus, ſtrenuitate, nec non effuſione cruoris viriliter defenſum, & libe- „ ratum, domuique Frangepanæ redditum, & aſſignatum fuit. (ſunt verba monumenti,). Proſequitur Ritterus, *ideoque Mathias Rex ad Collegium Cardinalium ſcribens, de Papa Venetis favente* lamentatur, inquiens:

„ Profectò dolemus, nos poſt multos & aſſiduos labores hos, ſine intermiſſione pro fide „ Catholica, & pro defenſione Chriſtiana ſuſceptos, ſæpius a Sanctiſſimo Domino noſtro, a quo „ aliquam gratiam mereremur, conturbari; & antequam juſtitia noſtra cognoſcatur, Sanctitatem ſuam in aliorum tranſire ſententiam. Quemadmodum fecit de Inſula Wegle, quà a „ nobis iniquè per Venetos occupata, omnem illis favorem Sanctitas ſua, contra nos oſtendit. „ Quod quidem, ſicuti credimus, non feciſſet, ſi ſua Sanctitas, noſtram imprimis juſtitiam au- „ diviſſet, & ſperamus quandocumque juſtitiam noſtram cognoſcet, aliam de nobis opinionem „ induet, ſpretaque ſuaſione contraria, juſtitiæ & æquitati favebit. „ Hæc quævis quæ ex Tabullario Cameræ ſe deſcripſiſſe fatetur Ritterus, firmari videntur, Decretis Regum. Nam in Decreto anni 1485. art. 12. ſtatuitur: *Tota Dalmatia ſubjacere debet judicio Palatini, & pro proventibus habet in illa certas inſulas.* Statuto hoc admodum alienati evasêre Dalmatæ, qui ex Regum anteriorum Privilegiis exempti fuêre, a Palatini judicio. Interim dum

Pala-

Digitized by Google

Palatinus pro proventibus habuit, certas in Dalmatiæ inſulas, conſtat publica Statuum Regni fide, univerſam Dalmatiam a Sigiſmundo Rege Venetis ceſſam non fuiſſe, verum ſub Mathia Rege, inſulas certas, Sacræ Regni Coronæ Regumque Ungariæ fuiſſe. Profecto Mathiæ Regis novitates, & Reipublicæ neglectus, quæ ſatis ex præfatione diætæ anni 1486. articulis item ſub Vladislao conditis demonſtrantur adverſus Bonfinium & Calimachum; cauſa fuére amiſſæ Dalmatiæ, ut titulis variis, ad Venetos acceſſerint inſulæ illæ. Teſtatur hæc art. 32. anni 1486. quo: *Quia Veneti & Poloni, omni arte omnique via & technis, conati ſunt, & ſemper conantur, ad terras & dominia ad Sacram Coronam pertinentia pedem inferre, & illa uſurpare; prouti etiam aliquam partem defacto uſurparunt* (Vegliam nempe cum adjacentibus illis Inſulis) *Statutum & Sancitum eſt, ſub nota perpetuæ infidelitatis, ut nemo Regnicolarum audeat illis, aut eorum alicui, caſtra, fortalitia, Civitates, oppida, poſſeſſiones, aut alia Bona immobilia vendere, inſcribere, impignorare, commendare, donare, vel aliter qualitercumque dare vel aſſignare.* Hæc perpendere digneris lector, metirique ex publico hoc Statuum teſtimonio, ipſis tum cognito, quid de prætenſo jure Venetorum, & inſtrumentis quæ exhibentur, cenſeri debeat? Facile illi, litteras ſuas novas, dare expedireque poterant. Hinc orat Ritterus, ſi unquam tractandum Regibus noſtris erit cum Sereniſſima Republica, quæ ſuper quibusvis occaſione commiſſionum, exhibere ſolet litteras; viros lectiſſimos & doctiſſimos, qui temporum cognitionem habeant, ſciantque diſtinguere monumenta, adjungendos commiſſioni, ſub ſolida protectione Regia eſſe; cum Veterum teſtimonio & publica fide, omni arte, omnique via, & technis, conati ſunt & conentur ad terras & dominia aliorum pedem inferre. Addit Ritterus, Leonis Mattina Neapolitani teſtimonium, qui effigiei *Joannis* Mocenigo Ducis, ob receptam Vegliam, hoc elogium inſcripſit: *Republica Rhodigio, Poliſinio & Vetſa* (legendum Veglia) *Illyrici inſula aucta.* Eidem Duci, apud Sanſovinum cronicon Venetum, Vegliæ aquiſitionem anno 1480. attribuit. Ex quibus præmiſſis, Ritterus non ſolum ſuſpectam, ſed omnino falſam habet inveſtituram illam, a Lucio relatam. Recte hoc, aut erronee? Lector docte, juriumve perite, determines. Addit præmiſſis Ritterus: Comites Vegliæ, Venetos nunquam fuiſſe, cum tamen ſcriberet Lucius: *quanti Comitatus Dalmatiæ Veneti fecerint, dignoſcitur ex eo, quod ut plurimum filios Ducum Dandulus nominet.* Comites porro Veglenſes patria vel natione Venetos nunquam fuiſſe, clarum perhibet teſtimonium, antedictus Comes Bernardinus Frangepanus, qui in memorato Martini Oſtreherich privilegio, mentionem faciens caſtri & inſulæ Vegliæ, ait: *de qua primarium patrimonii & nobilitatis Frangepani habuêre titulum.* Frangepanos Roma fugiſſe, haud Venetiis, Scriptores perhibent, neque in aliquo illorum privilegio, aut inſtrumento litterario *Schinchinellos*, aut *Schinellas* appellatos fuiſſe legi. Rogerius teſtis indubius, & iis vivens temporibus, Comites Vegliæ *Frangepanos* nuncupat, haud vero Schinellas.

Interim ſi bono lectori, cenſor rigidus videretur Cl. Ritterus, ex regula in ſcholis decantata *non eſt ſupponendum*, eſtò lateat, unde prætenſam inveſtituram Lucius acceperit, cujus alii non meminere, illius ad examen revocatio, pacta cum Venetis inita refert, qualia ſunt? neque ſatis ſcio, eccur fuiſſet inſertum, teneri feudatarios Comitatum *defenſare bona fide, ad noſtrum noſtrique Comitis Venet.* (mirum non exprimi Ducis Venetiarum ſed Comitis) *honorem, excepta coronata Perſona, & ipſius exercitu manifeſto.* Sane ut hæc poſtrema, Ungariæ Reges innuunt, ita ſi Veglia feudum erat Venetum, quid fuit, ut feudatarii eximerentur tueri feudum adverſus Ungariæ Reges. Neſcio an hæc non indicent? occultam fuiſſe illam inveſtituram prætenſam, atque ita confectam, ut ſi pateret Ungariæ Regibus, dici poſſet, nil juribus eorum præjudicari, dum poſitum: *excepta coronata Perſona, & ipſius exercitu manifeſto.* Quæ ſi ſic ſunt, inveſtitura illa juribus Ungariæ nil præjudicat, confirmarique videtur, veritas art. 32. 1486. ſupra exſcripta. Accedit Lucii l. 5. c. 5. Lucii ipſius confeſſio Vegliam, Raguſium, Almiſanos, ſub poteſtate Sacræ Coronæ, ſæculis dehinc manſiſſe, Almiſanosque primum anno 1444. ſemet Venetis ſubjeciſſe, dehinc Vegliam cæterasque inſulas. Verba Lucii hiſt. Eccl. Zag. pag. 339. legere eſt.

De Segnia quam erret Lucius docendum eſt. Motiva illa ſua, quod videlicet olim Segniæ, *Conſul* Venetus fuerit, hoſpitium iſthic habuerit, inſigniaque Veneta geſſerit, qualia ſint? ii omnes intelligunt; qui ſciunt, quod officium eſt Conſulis, in Civitatibus maritimis, atque commercii, quo naves aliorum, cauſa commercii, ſolent adventare. Viciniæ nempe ſignum eſſe, haud juris. Ignotum mihi eſt, an quis jus? ex Conſulis, vel Legati officio arguat, dempto Lucio. Profecto vidi ego in Italia, in tot locis atque ædibus varia diverſaque inſignia, Imperatoris, Regum, quod vel protectione horum gaudeant, vel ſubditi ſint, Imperii, Galliæ, Hiſpaniæ, Ungariæ, Sardiniæ &c. Vidi ſolennius celebrari memorias Regum extraneorum, haud cenſeo attamen, hinc deduci legitimè poſſe, jura eorum in Italiam, quorum inſignia iſthic, in

Digitized by Google

tot ædibus conſpiciuntur. Quare uti admirationem faciunt, potuiſſe hæc, a doctiſſimo ſcribi Lucio; pro jure Venetorum in Segniam demonſtrando; ita Magni Ludovici Regis Ungariæ commendant providentiam, qui hæc vetuit; poſtquam cognoviſſet ex ejusmodi cæremonialibus & bonæ viciniæ, jura Venetos arguere. Dolemus porro, dum cogimur fateri, inſtrumentum illud quod Lucius lib. 4. C. 8. exhibet, donationis nempe Segniæ factæ a Bela IV. Comitibus Frangepani tum, dum Veglia privati a Venetis dicuntur, omnino *falſum fictumque eſſe.* Profecto doctiſſimus Lucius, donationis ejus falſitatem eruere poterat, ex eodem illo inſtrumento. Enimvero quis credet donantem Regem Belam, qui ante adeptam Regni Coronam, ſub Andrea patre, Dux harum partium fuerat: qui, in oras illas ſe ſalvavit a Tartaris, exprimere valuiſſe; *quandam Civitatem noſtram, circa littus maris exiſtentem, Segniam vocatam - - donavimus & contulimus.* Inuſitata hæc ſunt, & a ſtylo aliena, ut donans Civitatem unam, illico eam non exprimat, at dicat *quandam.* Tum in anno expeditionis, Lucius ipſe annos quinque corrigit, donatio enim habet, *Anno Domini 1260. Regni autem noſtri XX.* Lucius emendat ex Regni annis, 1255. Combinatione diplomatum, hujus nempe a Lucio relati, & ſupra p. 196. deſcripti, arguitur: culpa haud levi quempiam, ex donatione illa p. 196. donationem Segniæ formaviſſe. Accedit I. neque anno 1255, neque 1260. *Franguerium* electum Arbenſem, Aulæ Belæ IV. fuiſſe Vice-Cancellarium, ex monumentis erui. Et ſi Franguerius Arbenſis, fuit Belæ Regis Vice-Cancellarius, Arba, Venetorum eſſe non poterat, quod nihilominus Lucius prætenderet. II. Sigilli nulla eſt mentio in documento Lucii. III. Ortographia illa *Segniæ*, recentior eſt Bela IV. equidem in metalibus donatæ a ſe terræ Klokoze, idem Bela Rex ait: *Et venit ad viam, quæ venit de Seyne*, totaque antiquitas ſcripſit *Senjam, Siniam, Senam*, Segniæ ortographia recentior eſt. Addas. Lucium non referre, unde inſtrumentum illud accepit, fueritne originale vel copia? Ritterus econtra, Segniæ natus, & non ſolum Civitatis illius pervolvens archivum; ſed permiſſu Leopoldi, in Camera repoſitum Frangepanum teſtatur: nusquam a ſe viſam repertamque eſſe donationem illam, a Bela IV. factam, quam tamen ſervare debuiſſent, ad probanda jura ſua, at duntaxat ſequentem Ladislai IV.

„ Ladislaus D. G. Hung. Dal. Croat. Ramæ, Serviæ, Gallitiæ, Lodomeriæ, Cumaniæ,
„ Bulgariæque Rex. Univerſis Chriſti fidelibus, præſentes litteras inſpecturis ſalutem in om-
„ nium Salvatore. Ad univerſorum notitiam harum ſerie volumus pervenire; quod Comes
„ Gaan, filius Comitis Vidonis de Veglia, de Modrus, & de Vynodol bonæ memoriæ, fidelis
„ noſter, ad noſtram accedens Præſentiam, exhibuit Nobis tranſumptum privilegii Domini Ste-
„ phani Regis, inclytæ recordationis Kariſſimi Patris noſtri, confirmationis litteras commu-
„ nitatis Senienſis concordi electione ſuper poteſtate Senienſi olim de Perſona patris ſui cele-
„ brata, confectas. Supplicans, ut tranſumptum hujusmodi, maximè ſub certis ſigillis authen-
„ ticarum perſonarum allatum fuerat, ratificare, & noſtro dignaremur privilegio confirma-
„ re. Cujus tenor talis eſt. *Stephanus DEI Gratia Hun.* Dal. Croat. Ramæ, Serv. Gallit. Lo-
„ domer. Cuman. Bulgariæque Rex. Omnibus Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis
„ ſalutem in omnium Salvatore. Ad univerſorum notitiam harum ſerie volumus pervenire:
„ Quod Comes Gahan, filius Comitis Vidonis de Vegla de Vinodol & de Modaras, pro ſe, &
„ pro prædicto patre ſuo ad noſtram veniens præſentiam, obtulit nobis litteras de Civitate
„ Senjenſi, ſuper concordi electione, Poteſtarie ipſius Civitatis, de perſona dicti Comitis Vi-
„ donis celebratam, acceptare & ratificare, ac noſtro dignaremur privilegio confirmare. Qua-
„ rum quidem litterarum tenor talis eſt. *Anno Domini* 1271. Indictione 14. die Dominico,
„ undecimo exeunte Menſe Junii. Temporibus equidem Dni noſtri Stephani DEI Gratia Se-
„ reniſſimi Regis Hungariæ, & Domini Joachimi totius Sclavoniæ Bani, Seyne ante Eccleſiam
„ B. V. Mariæ. Nos judices, conſiliarii, & univerſus populus Senjenſis, ad honorem Domini
„ noſtri Regis Stephani, & Regiæ Coronæ, pro bono Statu terræ Senjenſis, Vidonem Comitem
„ de Vegla, de Modaras, & de Vynodol, ac ſuos hæredes, Senje Civitati eligimus in Poteſta-
„ tem perpetuo, & Rectorem, cum fideliorem & meliorem pro honore Majeſtatis invenire non
„ poſſimus, nec habere. In cujus rei teſtimonium ad majorem firmitatem & evidentiam plenio-
„ rem, ſigillo pendenti noſtræ communitatis, & cum ſigno & nomine noſtre Tabellionis muni-
„ mine fecimus roborari. Ego Vincentius quondam Gerardi Aylyrio Not. Sac. Rom. Imp. nunc
„ vero Senienſis Tabellio, & rogatus a communitate ſcripſi, complevi & roboravi. *Nos itaque*
„ attendentes fidelitates, & meritoria obſequia ipſius Comitis Vidonis, & Gahan, ac filiorum
„ ſuorum quæ nobis & Coronæ Regiæ laudabiliter impendere ſtuduerunt, propterque volen-
„ tes eis occurrere Regio cum favore, & utilitati ejusdem Civitatis conſulere, memoratam ele-
„ ctionem Poteſtarie de ipſo Comite Vjdone & filiis ejus concorditer celebratam, auctoritate
„ præſentium confirmamus, in ipſius & filiorum ſuorum poteſtate perhenniter duraturam.

„ In

Digitized by Google

„ In cujus rei memoriam, firmitatemque perpetuam, præſentes dedimus litteras duplicis ſi-
„ gilli noſtri munimine roboratas. Datum per manus Mgri Benedicti Orodienſis Eccleſiæ Præ-
„ poſiti, Aulæ Noſtræ Vice-Cancellarii, dilecti & fidelis noſtri, Anno M.CC. Septuageſimo
„ primo, Regni autem noſtri Anno primo. Nos itaque conſideratis fidelitatibus & ſervitiis me-
„ ritoriis ipſius Comitis Gahan, & fratrum ſuorum, Privilegium ſuper hujuſcemodi Poteſta-
„ ria habitum & confectum approbantes, auctoritate præſentium, confirmamus ipſam Pote-
„ ſtatem, in ipſius Gahan, & hæredum ſuorum poteſtate perpetuo duraturam. In hujus rei
„ memoriam firmitatemque perpetuam, præſentes dedimus litteras, duplicis ſigilli noſtri mu-
„ nimine roboratas. Datum per manus Mgri Benedicti Scæ Strigonienſis Eccleſiæ Electi, ejuſ-
„ demque loci Comitis perpetui, Præpoſiti Budenſis, & Aulæ noſtræ Vice-Cancellarii, dilecti
„ & fidelis noſtri. Anno Domini M.CC.LXX quinto. Regni autem noſtri anno quarto. De-
„ ſcripto autem inſtrumento proſequitur Ritterus: „ *Eandem quoque Poteſtariam, Seniæ dignitatem, Nobilis vir Johannes Comes de Vegla, de Vynodol, & ad Modrus, ab eodem Ladislao Rege confirmari ſibi expoſtulavit An. 1279. expeditam per Mag. Nicolaum Albenſis Eccl. electum Aulæ Regiæ Vice-Cancellarium. Quorum omnium originalia extant in Regiæ Cameræ Ungaricæ Archivo Poſonii, ex quibus & hæc genuine deſcripſi.*

Jam doctus juſtitiæque amans lector deliberet, quid de productis per Cl. Lucium tam inveſtituræ ſuper Veglia; quam & donationis Segniæ, factæ Frangepanis a Bela IV. in locum Vegliæ; cenſendum ſit? profecto nec Stephanus V. immediatus ſucceſſor Belæ IV. nec Ladislaus IV. ob merita Comitum Frangepani, confirmare electionem Poteſtariæ Senienſis poterant, ſi illi, ſive 1255. ſive 1260. inſulam Vegliæ juris Regum Ungariæ & Sacræ Coronæ, Venetis tradidiſſent, & ad jurium S. Coronæ enervationem, Vegliam antea a Comitibus habitam, per feudi Veneti recognitionem accepiſſent. Quin ut rei infidelitatis, puniendi erant. Donatio autem plane ruit, dum Comites Vegliæ anno primum 1271. electione Civium libera, Poteſtariam Civitatis, ſunt conſecuti, a Rege Stephano confirmatam. Si autem per Belæ IV. Regis donationem, Comites de Veglia *proprietarii* Civitatis Senjenſis fuerant, eligi pro Poteſtate non debebant, ſed dare gubernatores ſibi ſubjectis. Si Cl. Lucius, poſt pacem illam inter Venetos & Ferdinandum II. initam, non ſcripſiſſet, mirari doctiſſimum Virum deberemus, qua ratione, donationis Segniæ a Bela IV. Rege factum inſtrumentum ponere potuit, qui ex officio Conſulis, hoſpitio hujus, habitisque Sereniſſ. Reipublicæ armis, jus Venetum in Segniam arguit; donatio equidem Belæ Regis, jus prætenſum deſtruit. Sed cogebatur ille, Vegliæ prætenſionem roborare, quod Bela IV. pro Veglia, Frangepanis Segniam donando, jura Venetorum agnoviſſet. Et prætenſione Segniæ, in Veglia quærebat ſtabilitatem. Cæterum quo loco ſtet, utraque prætenſio de Veglia nempe & Segnia ſuperiora demonſtrant. Si Segnia juris fuit Reipublicæ Venetæ, quomodo Stephanum V. Regem, & Dnum ſuum, Senjenſes expræſſerunt? quomodo dicere *ad honorem Domini noſtri Regis Stephani, & Regiæ Coronæ? & plura cætera.*

Quod reſtat, omnino certum eſt, Comites Croatos maritimis Civitatibus præfuiſſe, Thom. Archidiacono & monumentis teſtantibus. Sed etiam Lucius l. 3. cap. 12. *Singulas Civitates Dalmaticas* ait *antequam Colomano ſubderentur, Prætores ſibi, titulo Priorum eligere ſolitas. Hos autem ad libitum earundem Civitatum electos, & deinde Comites vocatos, ex ejuſdem Colomani Privilegio & locis Archid. Spalat. relatis apparet; poſtea vero Jadrenſes, Auſerenſes, & Arbenſes, ut plurimum Cives Venetos ſibi in Comites elegerunt* ſervata nempe libera ſemper electione. Poſtquam vero ſuſpectos Regibus & Banis exteri illi Comites ſe reddidiſſent, in concordia Spalatenſes inter & Traguríenſes A. 1244. præſentibus Dionyſio Bano totius Sclavoniæ, Bartholomæo Eppo Quinque-Eccleſienſi, Michaele Comite Varad. & Phile Præpoſito Zagrabienſi facta, impoſitum fuit iisdem Civitatibus, ut eligant ſibi Comitem, de Regnicolis, Regi fidelem, atque a Rege confirmandum. Hujus concordiæ inſtrumentum a Bela Rege, ratificatum confirmatumque, deſcribit Lucius Memor. Trag. l. 2. cap. 47. Hinc etiam Stephanus totius Sclavoniæ Banus in privilegio novæ Civitati Jablanich apud Lucium lib. 4. c. 9. anno 1251. conceſſo, eam libertatem concedit qua utuntur Tragur. Sibenicen. & aliæ Regiæ maritimæ Civitates, *Hoc autem expreſſe conſtituto, quod Comitem ſibi habeant eligere de Regno Domini Regis, & de fidelibus ejus, quemcumque voluerint, judices vero & Conſiliarios eligant ex populis Arbenſibus.* Patet Arbam, nequaquam Veneto Dominatui, at Regis fuiſſe ſubjectam, præcipue dum ordinat Banus, ut *quarta pars totius lucri & tributi, quæ pro D. Rege, & pro D. Bano de foro, quam aliunde, in eadem Civitate exigantur, ad uſum populoram Arben, cum tota familia domus ſuæ, ad honorem Regis in eadem Civitate commorantium, miniſtretur, tres vero partes ad uſum Regis & Bani recipiantur.* Hæc Ducis Venetiarum poteſtatem in maritimis illis inſulis non teſtantur, prouti nec inſtrumentum confœderationis intra Spalat. & Tragur. ac Butkonem Banum maritimum

Digitized by Google

contra Polizanos an. 1259. apud Lucium lib. 4. cap. 9. confectum, quo: *Regnante D. Bela D. G. Sereniſſimo Rege Hungariæ: & temporibus etiam D. Rogerii V. Archiep. Spalat. Et exiſtente N. V. D. Vuidone Veglien, Comite Vinodolii & Modruſſiæ, ejusdem Civitatis poteſtate - - - Comes Butteco DEI & Regia Gratia maritimus Banus promiſit - - - item - - notam infidelitatis Regiæ Majeſtati incurſurum ſe confitetur, promittens etiam, & ſe obligans facere omnes fideles Coronæ, ſibi ſubditos* &c. Ut horum a Lucio deſcriptorum conſideratione, mirum ſit, temporibus his, ac ſub Bela IV. prætendi in veritate poſſe, Dalmatiam Venetis fuiſſe ſubjectam, & Vidonem Vegliæ Comitem, Segniæ Comitem fuiſſe, dum nihilominus Vegliæ, Vinodoly & Modruſſiæ Comes tantum exprimitur a contrahentibus. Certe cum prætendat Lucius Donationem Segniæ in anno 1255. factam Vidoni fuiſſe, dum confœderatio illa eſſet poſterior, quia anni 1259. Segniæ Comitis meminiſſe debebant, ſed quia tacerent, donationem falſam eſſe firmatur. Pari modo ſuſpectæ ſunt litteræ illæ, Ducum Rajnerii Geno, & Laurentii Teupulo, ad communitatem Traguerienſem pro manutentione novorum Comitum ad Curzolæ, Melitæque gubernium pro Venetis ut prætenditur deſtinatorum, inſinuantes miris Scholaſticorum modis, quaſi ipſi quoque Tragurienſes ſubditi Venetorum fuiſſent. In memorato enim anni 1259. inſtrumento legere eſt: *Prædictus D. Vido Comes poteſtas, unâ cum Judicibus Conſiliariis, & communitate Spalat. & ſimiliter cum Iud. Conſiliariis, & communitate Trag. in guerra maxima pro honore Coronæ Regiæ, & fidelitate obſervanda permanerent, cum infidelibus Pollizanis dictæ Coronæ* &c. Præmiſſorum de Dalmatia, a nobis dictorum productorumque, juſta legalique habita conſideratione, determines lector, an cenſeri poſſit Belam IV. Regem Ungariæ, ejusque Sacram Coronam in poſſeſſorio Dalmatiæ non fuiſſe, at hanc Venetis relaxaviſſe.

Belæ IV. Regis veneranda ſemper eſſe debet memoria, qui caſus tantos ſubiit, ea Coronæ felicitate, ut nil obſtantibus tot fatis, jura Sacræ Coronæ non ſolum ſervavit, at extendit, per Syrmium atque Bulgariam. Dalmatiam ſub Patre Andrea, per libertates, collationesque diverſis factas, prope amiſſam, conſtabilivit per datos illi a ſe Duces. Sclavoniam extendit, ut ſupra memoratum. Jura Regum atque Regni, reſtituit, ſufferendo Capitulorum electiones, vide ſer. Ep. Agrien. p. 139. Regnum reſtauravit integrè, ut geſta actaque ſua, ea taliaque ſint, quæ merito colligi illuſtrarique deberent, exemplo eſſe queuntia iis, quos DEus ad Coronas Rerumpublicarum elegit, tam in proſperis, quam & ſiniſtris eventibus. Admiranda Regis Belæ fuit prudentia, qui cum Tartaris, filio ſuo Stephano, aliisque habuit incommoda, quævis tamen ad Coronæ ſuæ, ſibique ſubjectorum ſalutem & commoda, terminavit. Juſtitiam ipſe, ut plures vidi ſuas ſententias, adminiſtrabat, leges tulit, exercitus duxit, ut doleam Bonfinium illi defuiſſe. Sed dum hiſtoriam ſuam ſcribendam non accepiſſemus, miſſa quavis facimus. Unicum eſt, cujus meminiſſe voluimus, *Butteco*, qui ſupra Miritimus Banus in anno 1259. exprimitur, qualiter pro Bano cenſeri poſſit. Profecto Bani maritimi, ſub Bela IV. nulla reperitur in diplomatibus memoria, imo per Andream Regem ſublatos fuiſſe Dalmatiæ Banos, ſupra refleximus, dehincve *Banos totius Sclavoniæ* vocatos. Sane Dionyſium, ſub nomine Dalmatiæ Bani, ſed nec Ladislaum, legimus. Imò 1251. Bela Rex, *Stephanum* ad Dalmatiam mittendo, *Banum totius Sclavoniæ* ait. Quare Butteco qualiter maritimus Banus, & cujus partis fuerit? me ignorare confiteor. In titulo ponitur: *Comes Butteco DEI, & Regia G. Maritimus Banus*, ut argui poſſe videatur, a Rege hunc titulum impetrâſſe. Verum dum in pactis meditor voces: *& ſe obligans, facere omnes fideles Coronæ ſibi ſubditos intrare in guerram prædictam, & ſi aliquis de fidelibus D. Regis ſibi ſubditus intrare nollet, contra ipſum vel ipſos erit viribus* indicari mihi videtur, Butteonem habuiſſe ſub poteſtate ſua diverſos variosque, diverſorum ſubditos, adeoque conjicio: Butconem triremium fuiſſe officialem ſupremum, & maris ſecuritati conſulere fuiſſe obligatum, hinc a *maris* contra piratas defenſione, *Maritimum Banum* Regiâ gratia fuiſſe vocatum, adeoque ſpopondiſſe: nequaquam *omnes ſibi ſubditos*, verum *omnes fideles Coronæ, ſibi ſubditos*, ſemet ſi opus fuerit etiam coacturum, ad bellum illud. Hæc ita ego opinor. Quisquis hæc obſcura, pro veritate dilucidaverit, gratias ſibi a me habendas, ſciat. De morte Belæ IV. errorem Thuroczii, hujusque ſcribarum, tot Viri eruditiſſimi detexerunt. Combinatione diplomatum, Chronicon Budenſe apud Pray, optime notat Belam IV. anno 1270. V. Nonas Maji, ſic mortalem deſiiſſe vitam, ut ex factis ſuis, immortalis remanſerit.

II. STEPHANUS V. Patri ſucceſſit illico, ſed an fuerit coronatus? multum diuque dubitavimus, quod I. coronationis Stephani non occurrat apud Scriptores memoria. Quin ſi pro legitimis habenda ſunt pacta illa ex Rajnaldo a Pray Annal. P. I. pag. 330. deſcripta: *Renunciamus juri & actioni nobis & noſtris hæredibus competentibus de inſigniis regalibus, Corona videlicet - - delatis per D. Annam in Regnum Bohemorum*, ex Coronæ defectu Stephanus

Digitized by Google

phanus coronari non poterat. Regalia inſignia credit quidem P. Pray Radoslai Galitiæ Ducis fuiſſe, at quo ex fundamento? tacet. Interim, quidquid de puritate pactorum illorum ſit, dubium firmabat Andreæ Regis anni 1222. art. 18. quo filio Regis Primogenito, æquè regalis poteſtas attribuitur, ut tam Bela IV. quam & Stephanus, viventibus eorum genitoribus, *Juniores Reges Hungariæ*, ſcripti habitique ſint, diplomatibus horum, iſtud demonſtrantibus. Accedit diploma, mox exſcribendum, ubi: *Quod cum jure ſucceſſorio totius Regni gubernaculum DEO propitio adepti fuiſſemus*, quibus verbis: ſic Stephanus, ſe Regnum adiviſſe exprimere videtur, quemadmodum in Hiſpania nati Reges. Et quia hæc quæſtio non levis eſſet momenti, cum ad firmandas leges, tum & cognoſcendam Reipublicæ noſtræ rationem, ſolicitudinem noſtram ſuſtulerunt litteræ confirmationis pro Epiſcopo Nonenſi ſuper decimis & jure Provinciæ de *Lika* anno 1272. Indict. XV. 8. Kal. Julii, Regni anno 3. expeditæ, apud Farlati T. 3. p. 286. quibus: *Stephanus DEI Gratia Rex Hungariæ &c. Ut quæſtiones legitime diſcuſſas - - ad univerſorum notitiam volumus pervenire, quod cum ſtatim poſt coronationem noſtram inter Venerabiles Patres fratrem Joannem de genere Buzad Archieppum Spalatenſem ab una parte, & inter Stephanum Epiſcopum Nonenſem ſuper Provincia de Lica & ejus decimatione ſeu juribus, ex altera; fuiſſet coram nobis gravis materia quæſtionis ſuſcitata* &c. Quare eveniente eo, Stephanum hunc, *coronatum* fuiſſe, Donationem cujus meminimus, jam exſcribimus, ob tantarum rerum notitias. Eſt in pargameno, hujusque autographum habuimus, prouti etiam Judiciale tranſumptum, Poſonii feria. 2. proxima poſt Feſtum Beatæ Elizabeth Viduæ anno 1589. expeditum a Nicolao Iſthvanffy Locumtenente officii Palatinalis Regni, Hungariæ &c. Subſcribentibus. *Lect. comportat. cum ſuo vero originali, & extradata per me Mgr. Albertum Balogh de Alap, Proto-Notarium D. Locumtenentis officii Palatinalis Regni Ungariæ M. p. coram me Mgr Gregorio Balogh de Naboza Proto-Not. D. Judicis S. C. R. M. Coram me Mgr Valentino Wyczkchazii D. Præſen. S. Cæſ. & Reg. Matt. Proto-Notar. m. p.* Notæ - - innuunt voces, vetuſtate & involucro cancellatas, quæ nec in tranſumpto exponerentur.

„ *Stephanus DEI Gratia* Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Gallitiæ, Lo-
„ domeriæ, Cumaniæ, Bulgariæque Rex. Omnibus Chriſti fidelibus, præſentes litteras inſpe-
„ cturis ſalutem in Domino. Ad univerſorum notitiam tenore præſentium volumus pervenire,
„ *quod cum jure ſucceſſorio totius Regni gubernaculum DEO propitio adepti fuiſſemus*,
„ Wenceslaus, Farcaſius, & Mathæus filii Andreæ de villa Septhe ad noſtram præſentiam ac-
„ ceſſerunt, *Privilegium noſtrum tempore Ducatus noſtri*, ſibi & ſuis proximis ſuper trans-
„ latione eorum conceſſum nobis exhibentes, petierunt cum inſtantia, ut idem Privilegium re-
„ novare, & noſtro ſigillo regali confirmare dignaremur. Cujus tenor talis eſt. *Stephanus*
„ *DEI Gratia Junior Rex Hungariæ, Dux Tranſilvaniæ, Dominus Cumanorum.* Om-
„ nibus Chriſti fidelibus præſens ſcriptum inſpecturis, ſalutem in vero ſalutari. De ſingulorum
„ proviſione ſoliciti, circa illos curam habemus impendere ſpecialem, qui ſe ſuorum ſervitio-
„ rum meritis devotiſſimos Majeſtati noſtræ reddiderunt. Hinc eſt quod ad univerſorum no-
„ titiam harum ſerie volumus pervenire: Quod attendentes fidelitates & ſervitiorum merita,
„ Marcelli, filii Jacobus, *jobagionis caſtri noſtri de caſtro Ferreo*, quæ idem nobis in di-
„ verſis articulis multis fortunæ caſibus *& ſpecialiter in Grecia, & in Feketeuholm*, & eti-
„ am *in Ilſvaſag cum conflictum cum Henrico Palatino, & cum omni exercitu Patris No-*
„ *ſtri habuiſſemus, ſub vexillo Nicolai Vaivodæ Tranſilvani, Comitis de Zonuk fidelis*
„ *noſtri, exhibuit fideliter & devote*, expoſita acie cuidam militi ſe opponendo, cernentibus
„ nobis, & aliis quam plurimis viriliter dimicando lætale vulnus accepit. In recompenſatio-
„ nem ſervitiorum ejusdem, volentes ſibi grata viciſſitudine occurrere, ea quæ ad præſens
„ agimus, reſpectu eorum quæ facere intendimus eidem, & in cæterum (*tranſumptum habet*
„ *in executione*) minima videantur, eundem Marcellum, & per ipſum ſuos fratres, Ivan vi-
„ delicet & Beche; nec non cognatos ejusdem, Farcaſium Mathei, & Vencezlaum filios An-
„ dreæ; Martinum Pauli, & filios ejusdem Martini, Gregorium filium Henrici, & filios ejus-
„ dem Gregorii Heydur & Rorandum, filios Leuk de villa Septhe jobagiones Caſtri Ferrei de
„ generatione Churnug, eosdem, & per ipſos ſuos liberos ac univerſos poſteros per directam
„ lineam ab eisdem deſcendentes, *a jobagionatu Caſtri prædicti purè & ſimpliciter eximen-*
„ *tes, in numerum ſervientium noſtrorum Nobilium transtulimus*, cum omnibus poſſeſſio-
„ nibus eorundem hæreditariis, emptitiis, & quocumque juſto titulo aquiſitis. Quarum omni-
„ um *proprietatem* apud eosdem & ſuos poſteros duximus perpetualiter relinquendas. Ut
„ igitur hæc ipſorum libertas ſeu Nobilitas per nos ipſis conceſſa robur obtineat perpetuæ fir-
„ mitatis, nec proceſſu temporum, per quempiam in irritum poſſit revocari, ſeu retractari,
„ præſentes eisdem conceſſimus duplicis ſigilli noſtri munimine roboratas. Datum per manus

Digitized by Google

„ Magiſtri Petri, Aulæ noſtræ Vice-Cancellarii dilecti & fidelis Noſtri, Anno Domini 1268.
„ Nos igitur petitionibus prædictorum Venchezlai, Farcaſii, & Mathæi favorabiliter inclinati,
„ ratum habentes & acceptum id, quod eisdem & cognatis ipſorum *tempore Ducatus Noſtri*
„ conceſſimus; prædictum Privilegium præſentibus inſeri facientes, munimine duplicis ſigilli
„ Noſtri Regalis duximus roborandum. Datum per manus Magiſtri Benedicti Orodienſis Ec-
„ cleſiæ Præpoſiti, Aulæ noſtræ Vice-Cancellarii, dilecti & fidelis noſtri, Anno Domini 1272.
„ Regni autem noſtri Secundo. VVbus Patribus Philippo Strigonienſi, Stephano Colocenſi
„ Aulæ noſtræ Cancellario, & *Johanne Spalatenſi* Archieppis. Lamperto Agrienſi, Job Quin-
„ que-Eccleſienſi, - - Chanadienſi, Philippo Vacienſi, Paulo Veſzprimienſi, Thimoteo Za-
„ grabienſi, Lodomerio Varadienſi, Dionyſio Jaurinenſi, & Petro Tranſilvano Epiſcopis, Ec-
„ cleſias DEI feliciter gubernantibus. Moys Palatino, Comite Sopronienſi, Judice Cumano-
„ rum. Nicolao Judice - - Egidio Mgro Tavernicorum Comite Poſonienſi; Joachimo Bano
„ totius Sclavoniæ; Mathæo Vayvoda Tranſilvano Comite de Zonuk. Laurentio Bano de
„ Zeurino, Comite de Doboka. Petro Mgro Dapiferorum Comite de Guechke (*NB. in tran-*
„ *ſump. Suechke*) Alberto Mgro Agaſonum, Comite -- , -- Magiſtro Pincernarum. Paulo
„ Bano, Comite Bacſienſi. Gregorio Mgro Tavernicorum, Dnæ Reginæ, Comite caſtri ferrei.
„ Ponych Bano, Comite Zaladienſi, Michaele Comite Nitrienſi, & aliis quam pluribus Co-
„ mitatus Regni Noſtri tenentibus & honores. „ Lacunæ præmiſſæ, tam in originali, quam & tranſumpto, impleri poſſunt ex pag. 80. hiſt. Eccl. Zagr.

Inſtrumento deſcripto, firmantur diſcordiæ, quæ erant Duci Stephano cum Patre, tot item cætera, quæ omnia miſſa facimus, neque aliorum mentionem facturi, quam eorum unice, quæ ad Dalmatiam, Croatiam Sclavoniamque pertinent. Itaque docemur I. *Stephanum V.* plurima his in Regnis auctoritate ſua Regia innovâſſe. In diplomatibus Hungaricis, Archiepiſcopi Spalatenſis memoria, primò occurrit, ut hac ratione Dalmatiam juris eſſe Sacræ Coronæ firmatetur. Profecto Dalmatas, Stephanum V. Ung. Regem pro *Domino ſuo* habuiſſe, monumenta eorum perhibent. Apud Farlati Tom. 3. p. 285. Tabulæ Capli Spalat. incoant: *Anno 1271. Indict. XIV. 10. Januarii, regnante Domino noſtro Stephano Sereniſſimo Rege Hungariæ - - inclyti viri Bani Henrici Comitis - -* Item Joannes Spalatenſis Archieppus, litteras ceſſæ prætenſionis pro Lica ſic orditur; *In Nomine DEI æterni, Amen. Anno Incarnationis ejus 1272. Indict. XV. die 24. intrante Junii, Regnante D. N. Stephano Sereniſſimo Rege Ungariæ, tempore D. Joannis Ven. Spalat. Archieppi, Domini Joachimi Pectari Bani Sclavoniæ, Comitis, D. Vulcet egregiæ Poteſtatis, Dobri Buſcize, Vulcine Freſe judicum. Nos Joannes - -* ubi: *Domino Regi contra Vener. fratrem noſtrum D. Stephanum Epiſcopum Nonenſem graves quærimonias faciendo, & ipſum in cauſam coram ipſo attrahendo. Cumque tale negotium diu coram D. Rege inter nos verteretur.* &c. Proinde poſſeſſorium Dalmatiæ, Regi Stephano V. eo minus difficultari poteſt, quod Lucius lib. 4. cap. 9. fateatur: *Cum deinde Regi Belæ Stephanus filius ſucceſſiſſet anno 1270. ut Tabulæ Cancell. Tragur.* (3. Junii 1270.) *& ejusdem Privilegia* (26. Julii 1270.) *teſtarentur.*

Stephanus V. quamvis Regni ſui anno III. mortuus fuerit, multa feciſſe deducitur. *Banorum* dignitatem, ad officium limitaneorum præfectorum reduxiſſe arguitur, ſervato penes ſingulos *Baronatus Regni honore*, nam in diplomatibus Stephani, memoriæ Banorum complurium occurrunt, ut in ſuperiore, *Joachimo Bano totius Sclavoniæ, Laurentio Bano de Zeurino, Paulo Bano, Ponych Bano*, quin ſub Ladislao IV. Stephani ſucceſſore, variorum Banatuum & Banorum occurrit memoria, etiam *maritimi*, ut anno 1275. *Nicolao Bano maritimo.* Sed hæc ad Banorum, Banatusque pertinent hiſtoriam, hic reflectere lectorem ſufficiat, mutatæ legis, ab Andrea Rege latæ. II. Quæſtio ut illuſtratione digniſſima, ſic & difficillima eſt, de pactis illis intra Stephanum V. & Ottocarum initis, atque a Rajnaldo relatis, deſcriptisque a P. Pray. Falſa eſſe pacta illa probare nequimus, ſunt nihilominus quædam in illis, quæ conciliari nequeunt, ut vita Belæ, fratris Stephani anno 1271. illud quoque Tituli, inter D. Stephanum Regem Hung. illuſtrem Dal. Croat. &c. *Ducem Sclavoniæ*, cum in nullis cæteris diplomatibus, Rex Stephanus, Ducem ſemet Sclavoniæ inſcripſerit. Titulos autem Regis, Vice-Cancellarius Regis Benedictus, ignorâſſe credi nequeat. Sed omiſſis his. Si verum eſt: Stephanum juri actionique omni, quæ ſibi competere poterant in Ducatibus Styriæ, Carinthiæ, dominio Carnioliæ, Marchiæ item, ſuo ſuorumque hæredum nomine in perpetuum renunciâſſe, haud ſane aliter, quam ut pacta illa exprimunt, nempe: *Secundum ſigna, diſtinctiones & metas antiquas prout - - uſque tempus vitæ Domini Belæ inclytæ recordationis patris dicti Domini Stephani Regis Hungariæ poſſederunt & tenuerunt*, conſtitutis ibi arbitris, qui *ſuper ipſis terminis & limitibus cognoſcent, & id quod legitime definiverint, per*

cen-

Digitized by Google

cenſuram Eccleſiaſticam partes faciant obſervare; hoc adjecto ut occaſione terminorum, ſeu limitum de quibus dicti - - cognoſcent, pacis puritas inter Regem Hungariæ, & nos non turbabitur, nec non cum eodem Rege relabemur in guerrarum diſcrimina recidiva. Deploranda hic eſſet iterum, ſtudiorum noſtrorum ratio, quibus, utilia Regno & Coronæ ſeponuntur, & ea traduntur, quæ ignorantur. Servantur, producuntur, imprimuntur, ea, taliaque inſtrumenta, quibus conſtant tot dominiorum poſſeſſionumque privatarum termini atque limites, ut recte moneat eruditiſſ. Froelichius in ſuis diplomatariis, *Sacrorum collegiorum honorem, propriamque ac publicam utilitatem*, eorundem *documentorum editione promoveri.* At pro honore Sacræ Coronæ, Regumque Hungariæ, propriam item Regni & publicam utilitatem, an edita ſint documenta, quibus Coronæ limites doceri poſſent, hoc eſt, quod ignoro, ut tamen edantur deſidero, ad ſervandam publicam tranquillitatem, & cum vicinis amicitiam. Vota hæc eſſe Regum Apoſtolicorum noſtrorum, congregatorumque diætaliter Statuum Regni, innuunt mihi ſuadentque omnes illi, in decretis Regum noſtrorum articuli, qui de metis Regnique rectificandis limitibus, tanto numero ſunt. 70. item A. 1723. articulus. Quin anno 1753. in publica Regni Sclavoniæ Statuum congregatione *Zagrabiæ* habita, agnitam hujusmodi ſtudiorum neceſſitatem vidi, monitosque fuiſſe clauſtrales ſcio, ut cum litteras ac Scriptorum munus, magiſteriumque orbis, ſuum eſſe arbitrentur, de ejusmodi Regno Regique utilibus, ſcribere vellint. Profecto quam ſolicita eſt, de hujusmodi Scriptoribus Sereniſſima Respublica Veneta, quam Romana Curia, quam Regna cætera, Scriptores eorumdem teſtantur. A me, privato homine, ſubſidiis quibusvis deſtituto, patrociniis carente, conſepulto, atque ab ætate Stephani V. Regis, tot ſæculis remoto, prætendi nequit; limitum tum Statutorum demonſtratio. Ex fidelitate tamen, Apoſtolicis Regibus meis debita, Sacræ item Coronæ, pietate quoque in patriam, ſecundum gradus probabilitatis hiſtoricæ commentor ſequentia.

Primo, quæ hanc in rem ex anterioribus faciunt, recolere digneris lector erudite; tum & ea, quæ a pag. 196. dicta deſcriptaque ſunt. Porro cum ſub Bela IV. ut pag. 198. recenſuimus, pars illa Styriæ, quæ a monte hodie *Semering* donec in montana, hodie *Admund*, veniatur; in dominio Regis manſerit, fœderibus autem prædictis anni 1271. ii limites, qui ſub Bela fuerunt, firmati ſint; argui poſſunt metirique, renovati ſub Stephano Rege limites. 2dò: Quia ut pag. 197. Duciſſæ Gertrudi, partes Stiriæ Carnioliæque ſub clientella Regis relictæ fuiſſent, partes illas, mortua Gertrude ad Sacram Coronam reddiviſſe, cenſendum eſt. Hinc quia *Gertrudis proprietatis jure*, partes illas tenuiſſet, litteras largiri ſolita, partes illæ ut feudum Sacræ Coronæ habitas fuiſſe, vel hinc arguo, quod diligenter evolventi, meditantique diplomata Stiriæ a Cl. P. Eraſmo Frœlich edita, plerumque vel privatorum ſint collationes variæ, factæ Monaſteriis, vel ratificationes ab Archieppo Salisburgenſi, aut Apoſtolica Romana Sede, ab annis illis, quibus Gertrudi, partes illæ ceſſerant. Quare combinando, tam præfata Ducatus Stiriæ diplomata, quam & noſtra, cum temporum horum circumſtantiis, concludere neceſſum eſt; mortuo Rege Stephano V. poſtquam Ladislao IV. alia ex aliis nata fuiſſent incommoda, cum Matre, Clero, Romana Curia, cæterisque; hodiernæ inferioris Stiriæ Carnioliæque partes, aliunde per legata, diverſasque fundationes, diverſis potiſſimum Monaſteriis obvenientia, jam ſeſe protectioni Romanæ Curiæ, jam vicinorum potentiorum tradiderunt. Perſeverantibusque tam ſub Ladislao IV. quam eo mortuo, ſub Andrea III. Carolo I. item, continuis domeſticis diſcordiis, vicinorumque pro neceſſitate exoratis auxiliis, memoratarum partium amiſſio, & a Sacra Corona ſeparatio ſic ſecuta eſt potius, quam ſtatuta. Profecto apud Frœlich in Præf. his verbis recenſetur donatio S. Dominicæ ſive Sontag: *Fridericus Pater noſter recolendæ memoriæ pro remedio animæ ſuæ ac progenitorum noſtrorum contulit Venerabili domui hoſpitali S. Mariæ Teutonicorum Jeroſolymitani, proprietatem ſuam in Dominico (Germanicè Sontag) cum medietate decimæ ejusdem terræ, eo tempore cum prædictam terram memorandus Pater noſter de manibus Ungarorum eripiens, licèt vacuam adhuc & inhabitatam primo ſuæ ſubjugavit poteſtati.* Hic vero Illuſtriſſimus digniſſimusque Ordo, quemadmodum diſtrictum Mötling, ac iſthic vicinas partes, ex ſui reſpectu, Privilegiisque avulſas fecit a jurisdictione Sacræ Coronæ (vide infra hiſt. Eccl. Zag. a pag. 25.) ſic memoratas quoque: eo commodius, quod Regibus Ungariæ ſæpe adſtiterit, fuerintque ut militares terræ conſideratæ, confirmante hoc dipl. pag. 202. & 204. deſcripto, relatisque ſupra pag. 198. Quisquis diplomata illa a Froelich exhibita combinaverit, inveniet: privatorum donationes, Protectiones variorum, cæteraque a nobis mox ante inſinuata. Fundamenta autem legitimi juris Sacræ Coronæ ſuperius. Quare pactis illis ceſſum fuiſſe ultra, ac recenſuimus, doceri vix poterit, tum quod dipl. I. Runenſium de anno 1129. dicatur: *miniſteriali meo Rudigero tradidi prædium quoddam in Hartperch Bavaricæ metæ, decem videlicet & octo manſus, ſurſum (NB.) verſus ſtratam Hungaricam, a rivo Saven dicto, per Lungwiz alterum rivum,*

Digitized by Google

ad tertium rivum Lavenize &c. ut iſthic Hungarica ſtrata a rivo Saven ideo exprimatur, quia territorium tum fuerat Sacræ Coronæ; cum & ob tot legum articulos, quibus limitum rectificatio ex Stiriæ Carnioliæque partibus debita agnoſcitur, adeoque jura ibi Sacræ Coronæ agnoſcerentur. Sane relatæ ſupra Belæ IV. donationes, erectarum Eccleſiarum memoriæ, privatorum inſtrumenta, ſi ederentur, rem hanc plane demonſtrarent. *Metling* hodie Metlica, a Bela IV. Rege *Dionyſio* Frangepani fuiſſe collatum caret dubio. Filius Dionyſii *Stephanus* poſſedit Steynsakh, Dreſnik &c. Habuit iſte uxorem Catharinam, Domini a Petovione filiam, reliquitque filios Stephanum ac Bernardinum, Eliſabeth item filiam, Hugoni Comiti Thyrhaym collocatam cum dote 32. millium floren. *Thiemon* autem Frangepanus frater Stephani I. in diviſione, caſtrum *Landſtraſs* accepit floruitque 1394. Vidimus nos ipſi documenta, quibus Frangepani ſeſe liberos Barones de Möttling & partium illarum inſcripſerunt. Gregoranczy æque de Mokritcz &c. Immo a nobis infra hiſt. Ec. Zag. pag. 272. anno 1584. ex Actis & protocollo publico Regni Sclavoniæ deſcripta ſunt, quibus tum, ſuperſtantibus tot familiis, aliisque monumentis publicis, prætenſio illa plane conſtiterit. Huc pertinent non ſolum litteræ Henrici Bani, quæ extant teſte Marcellevich fol. 14. deſcriptæ libri Caplaris. Quibus anno 1270. Petrus filius Rudolphi, Major villæ de Peterna, ſive Pleternicza (nunc Collegii Labacenſis S. J.) ſe ad dandas Timotheo Eppo Zagrabienſi decimas ſubmittunt, quas negaverant, fueruntque ut contumaces excommunicati. Perculſique hac cenſura, coram Henrico Bano promiſerunt: omnium rerum decimas, ſcilicet vini, agnorum, apum, ac de cuſtodia porcorum, quæ *poliche* vulgò dicuntur in ſpecie. Item pro minutis decimis millii, kyttarum, & gallinarum de ſingulis fumis, ſingulos denarios duos, & pro decima tributi foci, ejusdem villæ ſuæ, annuatim tres penſas. Huc pertinent Vladislai Regis in anno 1490. diploma corpori juris inſertum conditione 4.; verum & diplomata illa, ab Ill. Celeberrimoque D. Adamo Kollar, Vellejo Urſini edito, addita.

Porro ultra relatas ſuperius cauſas, jura Sacræ Coronæ lædentes, acceſſerunt pleraque alia, ut matrimonia elocationesque filiarum vicinis, tum ſecutæ exhinc diviſiones; Comitum Cilleæ ſub Sigiſmundo, Alberto, potentia; Mathiæ Corvini novitates, debitique majoribus reſpectus, (vide ar. 19. anni 1464.) prouti & juſtitiæ adminiſtrandæ defectus, ut leges Mathiæ evincerent. Item *Zagoriæ* Comitatus abolitio, vide ar. 50. 1486. ut plurimi, habitæ in bonis, *proprietatis* ratione, ultro & ſpontè ad vicinas acceſſerint Provincias, præcipuè mortuo Ludovico II. ne jacturam in bonis paterentur. Hinc etiam ob ejusmodi ſpontaneam acceſſionem, extendendæ tam Stiriæ, quam Carnioliæ ſub Ferdinando I. fuiſſe ſtudia, Tabula Sambuci apud Ortellium exhibet, firmabuntque illa, quæ infra Periodo IV. exhibebuntur. Nunc, dum ſumma Hungariæ felicitate, omnia hæc Regna & Provinciæ ſub uno eodemque capite & Monarcha unita ſunt, anterior quæſtio & dilucidatio, ad vota eſt Apoſtolicæ Dominæ, & Reginæ noſtræ, quæ, uti privatorum jura, cuivis ſua vult, pro juſtitiæ zelo illæſa; ſic & ſuarum Provinciarum, Regnorumque; uti ſemet palam, plane per Articul. 30. anni 1765. declarare dignabatur.

Interim ad hanc rem, deſcribimus bina, Frangepaniana inſtrumenta, per Ritterum exſcripta, quibus partes illæ Croatiæ Regni, quæ ad mare ſunt, firmantur, pluraque alia tam dicta, quam & hiſtoriam Regum, illuſtrantia. Itaque

„ Sigiſmundus D. G. Hung. Dal. Croat. Ramæ, Serviæ, Gallitiæ, Lodomeriæ, Cuman. „ Bulgariæque Rex. Marchio Brandeburgenſis S. R. I. Archi-Camerarius, nec non Bohemiæ, „ & Lucemburgenſis hæres. Omnibus Chriſti fidelibus, tam præſentibus quam futuris, præ„ ſentium notitiam habituris, ſalutem, in ſalutis largitore. Merita noſtrorum obſequioſa fide„ lium, non ſolum applicanda ſunt præmiis, ſed gratioſis officiis decoranda; ut ſicut fideles „ ipſos devotionis ſinceritas ornat interius; ſic noſtro favore ſe gaudeant exterius honoratos. „ Proinde ad univerſorum notitiam tam præſentium quam futurorum, harum ſerie volumus „ pervenire. Quod nos penſantes, & in regalibus præcordiis digna mentis meditatione difuſius „ revolventes, præclaras fidelitates, laude digna obſequia, ac ſinceras & univerſas compla„ centias, *dilecti affinis*, & fidelis noſtri Magnifici & Spectabilis Viri, D. Joannis, Comitis „ Vegliæ, Modrus, Segniæ, ac Regnorum noſtrorum Sclavoniæ, Dalmatiæ, & Croatiæ Ba„ ni, quibus idem D. Joannes, recolendæ memoriæ olim Sereniſſimis Principibus, videlicet D. „ Ludovico Patri, & Elizabethæ matri; nec non Illſſimæ D. Mariæ conſorti noſtræ, dicto„ rum Regnorum Regi, & Reginis, noſtris chariſſimis, & *tandem nobis, ſceptrum & Coro„ nam dictorum Regnorum favente DEO feliciter adeptis*, in plurimis noſtris, & Reg„ norum noſtrorum Agentiis, proſperis ſcilicet & adverſis, totis ſuis viribus & conamine; „ Perſonæ, & rebus ſuis non parcendo, juxta deſiderium & vota noſtra ſtuduit multimode „ complacere, & hoc ipſum interea, præſtò & paratum ſe offert exhibiturum. Quæ etiam re„ ſpicientes, ſinceritatem nempe, zelum, fideique inviolabilem conſtantiam, quem, & quam

Pro-

Digitized by Google

„ Progenitores ipſius D. Joannis, ad *Almam Regni Hungariæ Coronam*, incorruptè geſſe-
„ runt; ipſeque gerit, & anhelat toto conamine in futurum. Dignum itaque arbitratur no-
„ ſtra ſerenitas & conſonum rationi: ut ubi multifaria præceſſit operum gratorum ſedulitas-
„ condigna ſequi debeat merces laborum. Matura itaque præhabita deliberatione, de conſen-
„ ſu & beneplacita voluntate, dictæ Dominæ Mariæ, Reginæ, & conthoralis noſtræ percha-
„ ræ, ſano; ac cum fidelium Prælatorum & Baronum noſtrorum accedente conſilio, volentes
„ memoratum D. Joannem intuitu præmiſſorum, favore proſequi gratioſo, annuimus: ipſique,
„ D. Joanni & ejus hæredibus, vigore præſentium facultatem tribuimus, ac omnimodam po-
„ teſtatem, ut ipſi intra dominium ipſorum, ſeu juriſdictionum, & eorum loca hæreditaria,
„ ubivis ſita, & exiſtentia; mineras auri, argenti, cupri, plumbi, ferri, & aliorum metallo-
„ rum, quocunque nomine vocitentur, inquirere, excollere, & effodi facere; & tandem excul-
„ ta & effoſſa in meram ſpeciem auri, argenti, plumbi, ferri, & cæterorum metallorum redi-
„ gere, transformare, ſeu redigi facere valeant, atque poſſint. Decernentes & gratioſè indul-
„ gentes, ut idem D. Joannes Comes, & Comites ejus hæredes a ſolutione urburarum, qua
„ Montaniæ noſtræ, Cameræ, & Fiſco, Noſtris Regiis obligatarum immunes cenſeantur; acæ-
„ teris etiam quibusvis ſolutionibus & datiis; nec non conſuetudinibus, & ſervitute quavis
„ conditionaria, ea duntaxat ratione, nobis, aut Succeſſoribus noſtris præſtandis, fiendis, ſeu
„ exhibendis, liberi ſint & abſoluti, ac expediti, & prorſus ſupportati habeantur temporibus
„ perpetuo affuturis. In cujus rei memoriam, perpetuamque firmitatem præſentes conceſſi-
„ mus litteras noſtras privilegiales, pendentis & authentici ſigilli noſtri duplicis munimine
„ roboratas. Datum per manus Rſſmi in Chriſto Patris & D.D. Joannis Archieppi Eccl. Stri-
„ gonien. locique ejusdem Comitis perpetui, ac Aulæ noſtræ, & ipſius Reginalis Majeſtatum
„ eximii Cancellarii, dilecti noſtri & fidelis Anno Domini MCCC. XCI. tertio Idus menſis No-
„ vembris, Regni autem noſtri anno ſexto. VVbus in Chriſto fidelibus, Dominis Valentino
„ Presbytero Cardinali, & Almæ Eccl. Quinque-Eccleſienſis Gubernatore, ac eodem D. Jo-
„ anne Strigonien. Nicolao Bubech Colocenſ. Petro Jadrenſis, Andrea Spalatenſis, Andrea Ra-
„ guſienſis, Archieppis, Joanne Waradienſi, Paulo Tinnienſi, Joanne Nonenſi, Nicolao Cor-
„ bavienſi, & Leonardo Decretorum Doctore Segnienſi, Epiſcopis, Eccleſias DEI feliciter gu-
„ bernantibus. Magnificis Viris, honore Palatinatus Regni noſtri vacante, Franciſco Bubech
„ Vaivoda, & Comite de Zolnuk, Comite Joanne de Zapolya Judice Curiæ noſtræ, & eodem
„ D. Comite Joanne de Veglia, Regnorum Sclavoniæ, Dalmat. & Croat. Bano, filiis Andreæ
„ Vaivodæ Wol - - Nicolao filio Joannis de Kaniſa, Tavernicorum, Georgio - Dapifero-
„ rum, & Dno Stephano pridem Palatino, Agazonum noſtrorum Magiſtris - Comite Poſo-
„ nienſi, aliisque quam pluribus &c. „ Hæ privilegiales, atque alia Regum Privilegia pag.
209. indicantur. Firmantur S. Coronæ jura etiam ſequentibus.

„ Nos Mathias DEI Gratia Rex Hungariæ, & Bohæmiæ, memoriæ commendamus te-
„ nore præſentium ſignificantes, quibus expedit univerſis. Quod nos attentis & grata conſi-
„ deratione penſatis fidelitate & multimodis obſequiorum generibus, fidelium noſtrorum Spect.
„ & Magnif. Stephani de Frangepanibus Segniæ, Vegliæ, & Modruſſiæ Comitis; & Bernardi-
„ ni filii ejusdem, per eos primum Sacræ dicti Regni noſtri Hung. Coronæ, tandemque Matti
„ noſtræ ſub Locorum & temporum diverſitate, cum omni ſincera fidelitatis conſtantia exhi-
„ bitis & impenſis, caſtrum Terſact, & Civitatem Modruſſam, ac caſtella Bythym, Plazy,
„ & Klipzeh: Item ſimiliter caſtra Hreglin, cum portu Buccariza & Grobnik: nec non ca-
„ ſtella Vinodol, & Drivenik, in Regno noſtro Croatiæ habita; ac ſimiliter caſtra Ozail, &
„ Ribnich, nec non caſtella Dubovaz, & Zvecſay nuncupata, in Comitatu Zagrabienſi exi-
„ ſtentia - - - item totum & omne jus noſtrum Regium, ſi quod in præfatis Caſtris, Caſtel-
„ lis, ac Civitatibus, Oppidis, poſſeſſionibus, portionibusque, & juribus poſſeſſionariis, ad
„ eadem caſtra & Caſtella de jure ab antiquo pertinentibus qualitercumque haberemus, aut
„ noſtram ex quibuscumque cauſis, viis, modis, & rationibus concernerent Majeſtatem, ſi-
„ mul cum cunctis ipſarum utilitatibus & pertinentiis quibuslibet, terris ſcilicet Arabilibus
„ - - ſtylus - - dempto tributo de Trigeſima, memoratis Stephano & Bernardino Comiti-
„ bus, ipſorumque hæredibus & poſteritatibus univerſis, certa noſtra ſcientia, & voluntate
„ Sereniſſimæ Dominæ Beatricis Reginæ Conſortis noſtræ Chariſſimæ de novo, ac nova no-
„ ſtra donatione approbavimus, donavimus, & contulimus, imo damus, donamus & confe-
„ rimus jure perpetuo, & irrevocabiliter tenenda poſſidenda, pariter & habenda. Harum no-
„ ſtrarum vigore & teſtimonio litterarum mediante, quas in formam noſtri Privilegii regalis
„ redigi faciemus, dum nobis in ſpecie fuerint - Datum Zagrabiæ fer. 5. proxima poſt Feſt.
„ B. Mathiæ Apoſtoli, Anno Domini 1481. Regnorum noſtrorum Hungariæ 23. Bohemiæ ve-
„ ro 12. „ Dubitari ex his nequit, partes illas ſpecificataque loca, ad S. Regni Ungariæ Co-
ronam non pertinere.

Digitized by Google

Stephani V. Regis, ſunt complura nobis in extractibus, copiis item monumenta, ſed miſſa quævis facimus. Combinatione ſuorum diplomatum, mortuo 7. Maji Belæ, anno 1270. ſucceſſit, die 3. Junii coronatus. Obiit menſe Auguſto 1272. adeoque incoato Regni ſui anno III. relicto filio Regnorum ſuorum ſucceſſore. Quare:

III. Ladislaus IV. Patri ſucceſſit anno 1272. jamque Septembris menſis initio, coronatus quod fuerit, monumenta apud Lucium lib. 4. cap. 9. evincunt. Defectu carthæ, aliisque ex circumſtantiis non ſine dolore noſtro, ac eruditorum omnium, cogimur has notitias, etiam ſecundum ſiſtema noſtrum conſtringere; easque aut ſepultas relinquere; aut ſubinde aliquando vulgandas ſervare. Croatiam Sclavoniamque integram Ladislao paruiſſe dubitari non poteſt, ex diplomatibus, quorum quædam ſupra memorata ſunt, quædam infra in Hiſt. Eccl. Zagr. Magnam rerum ſub Ladislao hoc fuiſſe his in partibus mutationem demonſtrant diplomata. Enimvero ultra tot Banatus, Sclavoniam pro veteri ratione (vide ſupra a p. 76.) diviſam fuiſſe argumento eſt: quod Elizabethæ Reginæ Viduæ, *Majori* vocatæ, Comitatus inferioris nunc dictæ Sclavoniæ attributi fuerint, nempe Werevcze, Poſega, Valpo, Sirmy, Valco item, ſuoque Ducatui de Machov & Boſna acceſſerint. Rei hujus plures habemus demonſtrationes, infra in Eccl. Zag. Hiſt. inſinuatas a pag. 91. alibi item. Et quia abſoluta poteſtate, Eliſabeth ſibi exciſis (debilitato hac ratione admodum, Apoſtolico Regno) uſa fuiſſet, uti videre eſt etiam ex Reginæ hujus apud Pray Ann. P. I. fol. 350. *Firmano* facta obligatione; res in eas venerunt confuſiones, quæ a nemine adhuc deſcriptæ ſunt, non dicam ex cauſa & circumſtantiis, at ne ſimplici narratione. Vitæ ipſius Elizabeth, inſidiatum fuiſſe, infra hiſt. Eccl. Zag. p. 335. retulimus. Latæ cenſuræ in viros præcipuos (p. 92. hiſt. Zag.) pluraque cætera, ut neceſſum fuerit, ſive Andream providere, ſive per eundem provideri, perturbatis adeo Reipublicæ rebus, dum is anno 1278. Veſzprimienſi Eccleſiæ, elargitur apud Schmitth. Ep. Agrien. p. 211. exemptionem cum titulo: *Andreas DEI Gratia Dux totius Sclavoniæ, Dalmatiæ & Croatiæ*, ubi reliqua inter: *Eccleſiæ Veſzprimienſi, noſtrorum ducti Baronum conſilio ſalubri, gratiam duximus faciendam.* Combinatione Ducatus hujus Andreæ, Elizabethæ Reginæ, mortis plane periculi &c. quanta in hiſtoriis Regum noſtrorum lateant, videre eſt. Andreas iſte, an fuerit Ladislai IV. frater, quem Joan. Long. fuga elapſum, & in Polonia occiſum ſcribit? aut Andreas Venetus dictus, non indago. At quibusvis rebus, non ſine dolore, omiſſis.

Certum eſt Ladislaum etiam IV. *in poſſeſſorio Dalmatiæ* fuiſſe. Demonſtrant hoc, non ſolum apud Lucium l. 4. cap. 9. inſtrumenta; ſed cumprimis apud Farlatum Tom. 3. a pag. 287. ubi ſententionales Ladislai latas anno 1275. in favorem Spalatenſium adverſus Tragurienſes exhibet, cum Inſertione Prælatorum, Baronumque Regni. Sententia illa occaſio fuit, univerſorum malorum, quæ dehinc, Regi & toti Coronæ ſunt ſecuta. Sententia illa, quia in anno 1277. arbitris fuerat ſubjecta, quos inter *Preſte de Cotopagna, & Domaldus de Zadulinis Cives Jadræ*, conſequi oportet, Jadram Ladislai dominium recognoviſſe. Interim opportunitate enata, explendorum a vicinis antiquorum ardentiſſimorum votorum, obtinendæ Dalmatiæ, ſub Ladislao Rege, effectui viis omnibus modisque ſtudebatur. Occaſionem graviſſimi ignis præbuit, electio Sibinicenſis Epiſcopi anno 1274. reclamantibus Tragurienſi, ipſaque Romana Curia. Paulus Canonicus Strigonienſis in Sibinicenſem electus fuerat. Acceſſit 1275. adverſus Tragurienſes pro Spalatenſibus lata per Regem ſententia, & dum iſti invicem eatenus diſſentirent, & in diverſas eatenus ſocietates per fœdera etiam (vide Lucii lib. 4. cap. 9.) intraviſſent, malum latiſſimè eſt propagatum. Carolus Rex Siciliæ, Almæ urbis Senator, ac Romani Imperii (vide loco citato titulos ejus apud Lucium) per Sanctam Romanam Eccleſiam in Tuſcia Generalis Vicarius, tractatus fecit cum Spalatenſibus, quamvis cum clauſula: *quod dictæ univerſitates de dictis pactis non teneantur, ſi prædicto D. Regi Hung. diſplicerent: & quam cito per ipſum D. Regem Hung. prædictis univerſitatibus conſtiterit, quod ei prædicta diſpliceant, teneantur prædicto D. Regi Siciliæ diſtinctè prout ab eodem D. Rege præſenſerint annunciare* &c. Venetæ, ut apud Lucium ex Dandulo, non obſtante bello cum Anconitanis geſto, opportunitate uti non neglexerunt 1276. 1277. imò 1279. Epiſcopus Phare & Brazæ, Venetias accedens, Ducem, & Dominum Dalm. & Croatiæ recognovit, & Inſulas illas ſub Ducali protectione poſuit. Anno autem 1285. (ut apud Lucium) Nuncios ſuos Tragurium miſerunt, rogantes & hortantes: *quatenus ea quæ iidem* ex parte *noſtra dixerint indubitanter credatis, & curetis effectui demandare.* Romanus demum Pontifex Nicolaus III. Philippum Firmi anno 1278. in Dalmatiam, Croatiam & Hungariam ſub Legationis Apoſtolicæ titulo exmiſit. Iſte Sibenicenſium electionem dixit nullam; Paulum electum, ſub excommunicatione vetuit, *electi* uti titulo. Singulis Eccleſiis, Capitulis, Monaſteriis Regni Hungariæ, ſolvendam Curiæ Rom. pro cujusque opibus ac facultatibus penſio-

ſio-

Digitized by Google

ſionem imperavit, ut demonſtrat Tom. 3. pag. 289. Farlatus. Firmaturque pactis Ladiſlai cum Legato, ex Rajn. a P. Pray deſcriptis p. 349. quibus, centum marchas a ſe & ſucceſſoribus ex fodinis argenti ſpondet annis ſingulis perſolvendas. Zagrabiam 1279. veniens reliqua inter conſtituit, ut Diœceſis hæc, una cum Sirmienſi, Suffraganea ſit Spalatenſis Archieppi, Sclavoniamque Pontificiam eſſe declaravit, ut hinc Spalatenſis, ſequenti titulo uti incoaverit: *Joannes Divina miſericordia Spal. Archiep. Dal. Croat. Sclavoniæque Primas.* Budam nationalem indixit ſynodum 1279. 18. Kal. Octob. conſtitutisque amplius 60. Canonibus, a Ladislao turbatur. Hinc atque dehinc quæ ſecuta ſunt mala, deſcribenda cum circumſtantiis & cauſis per alios oro; me enim tacere convenit. Dico ſolum, repudiatæ a Ladislao uxoris, non fuiſſe Cumanas fœminas cauſam, ſed Dalmatiam, factave Caroli, ut Romanæ Urbis Senatoris, & Romanæ Eccleſiæ Generalis Vicarii. Nos ultra dicere non convenit, utinam loquacitatis ac imprudentiæ, etiam ob ſuperiora non damnemur.

Quamvis vero ſingularis in Eccleſias, Ladislai IV. propenſio, ex tot ſuis pateat diplomatibus, tamen miſerrimè nunc quoque audit, & deſcribitur; quod pro tuendis Regum & Coronæ juribus, indigne occidi ac perire 1290. elegerit, quam vel clientelari jure, Rex eſſe. Cæterum ob tot Banos, artis ſtudiique eſt, Banos ſub Ladislao eruere. Erant maritimi Bani, ut *Nicolaus* 1275. *Mauritius* Banus maritimus & Spalati poteſtas 1278. *Jula* Eppus Nonen & Banus. Bani item Dalmatiæ Croatiæque, Sclavoniæ item, atque hi plures. Sed hæc ad Banorum hiſtoriam.

VI. ANDREAS III. *Venetus dictus.* Supra inſinuatæ intentiones, mortuo Ladislao, plane patuerunt. Enimvero ex epiſtolis Nicolai Papæ a Raynal. exhibitis, patet manifeſtè, Ungariæ Regnum juris ſui Romam credidiſſe; ſcribit enim Nicolaus ad Epiſcopum Æſinum: *Cum itaque Regnum ipſum ad Apoſtolicam Sedem multipliciter pertinere noſcatur, te ad partes illas - - deſtinamus - - denuncies, prædictum Regnum ad nos & Romanam Eccleſiam ex cauſa multiplici pertinere, aperte & publice noſtro, & ipſius Eccleſiæ nomine proteſtando ut nullus - - jura quælibet in eo Regno ad nos, & Eccleſiam ipſam ſpectantia quomodolibet invadere, occupare vel uſurpare præſumat.* Idem Rudolpho Romanorum Regi ſignificat, Alberto quoque Duci, quin & Strigonienſi Primati Lodomerio: *Cum præfatum Regnum, ad Romanam Eccleſiam ab antiquo etiam pertinere noſcatur, & per dictum Regem ſub obligatione ſua & Regni ſui tempore quo - - Firmanus Eppus in ipſo legationis officio fungebatur nonnulla promiſſa & jurata fuiſſe - - volumus, tibique præcipimus - - perducere ſtudeas, Regnum ipſum ab antiquo etiam ad Romanam Eccleſiam pertinere, ſibique fore, prout præmittitur obligatum* (apud Pray Ann. P. I. pag. 361.) Mirum Papam, Bulæ Sylveſtrinæ, nec meminiſſe, at unice juratæ a Ladislao IV. fidei, & operationum Firmani Epiſcopi. Si unquam, nunc ſane, occaſio fuit, ſive ſpontaneæ ſubjectionis S. Regis Stephani; ſive Bulæ facere mentionem, crediderimque diſcuſſa Romæ quævis diligentiſſimè fuiſſe, ad firmandam curiæ, tanti momenti prætenſionem. Quare quam mereantur de Regibus Apoſtolicis, & Sacræ Coronæ Republica, omnes ſingulique ſcriptores illi, & iniqui Patriæ filii, qui juribus legitimis orbare nituntur Rempublicam, & Reges noſtros ſubditos ſubjectosque efficere, atque Regnum ſua libertate privare, ipſi videant, Statusque Sacræ Coronæ examinent. Profecto nec Romanæ Curiæ Scriptorum ullus, quantum reminiſci poſſem, Bullam illam exhiberet, neque ſubjectio Reipublicæ, & juris Regni totius amiſſio, neceſſaria eſt, ut cum Apoſtolica Romana Eccleſia, in Divinæ fidei communicatione, unioneque jungamur. Neque ipſa Apoſtolica Sedes, quæ Divinis innititur revelationibus, exigit. Quare minus ſe fundatos Theologos demonſtrant, Scriptores illi, qui ad unionem cum Apoſtolica Sede exigunt, jura quævis Regnorum & Regum amitti, idemque eſſe: profiteri ſemet Romano Catholicum, ac profiteri monaſterialem, quorum ſinguli carerent dominio & poteſtate. Hæc addidi, tum cauſa veritatis, præjudiciorumque tollendorum; cum vel maxime Chriſtianæ Orthodoxæ Religionis (quod præ Regnis terrenis Zelat Sedes Apoſtolica) promovendæ ſtudio, dum omnibus ſingulisque notum eſt, diſſentientes his in Regnis Dal. Croat. Sclavoniæ Chriſtianos, ideo potiſſimum unionem cum Sede Apoſtolica horrere deprecarique, ne libertatem amittere cogantur, illique renunciare, ac ex hominibus liberis, *Ruſtici* ſive mancipia evadant. Hinc in opprobrium, nos Romano Catholicos, ab illis, a vulgo omni *Muſi* ſive Ruſticos vocitari, notum eſt omnibus, pluresque e Romano Catholicis, cauſa libertatis obtinendæ ad eos tranſeunt (qui in ipſis legibus *Predaucii* ſive communicantes participantesque vocantur) quam ad nos ex illis. Origo hujus opprobrii, eſt Ladislai IV. ſponſio illa pendendarum annuè centum marcharum, quæ, cum tributi, nomine Regni, ne ſubjectum arguatur curiæ, vetitæ fuiſſent; cumprimis anno 1301. nomen *pecuniæ Chriſtianitatis* invectum fuit, tributumque per Epiſcopos & monaſteria a ſingulis exactum, in teſtimonium profeſſionis fidei

Digitized by Google

næ. In Dalmatia autem, ut infra, *Precationum* titulo & rubrica, tributum hoc ſolvebatur. Orientalis Ritus & Eccleſiæ Chriſtiani, dum in ſignum Chriſtianitatis ſuæ nil ſolviſſent, unionem noſtram cum Romana Eccleſia ridebant, eſſe fidem æris contributionisque, hinc ignobilem & ruſticanam, dicentes. Sub Vladislao II. (vide Decr. II. ar. 43.) de hac pecunia Chriſtianitatis, quæ *abuſus* ibi vocatur, diſſenſio orta eſt. Neque reperi, an DD. Prælati, Privilegia ſuperinde ſucceſſivè produxerint? In Diœceſi hac non ſolvitur Chriſtianitas, vel ipſa tamen rei hujus apud rudes traditio, quamvis originem ignorent, fidei orthodoxæ promovendæ eſt impedimentum. Digneturque Majeſtas Apoſtolica pro ſuo Zelo facere, ut a diſſentientibus Græci Ritus Orientalibus Epiſcopis, & curatoribus, talis contumelia, per doctrinam illorum, a rudi plebe dediſcatur, evellaturque. Uti etiam, uſitatiſſimum illis prædicatum illud: *Payſyja vera*, hoc eſt canina fides, quô, Romano Catholicos afficiunt. Rogandos demum volui Orthodoxos Patriæ Scriptores, ut ſi amor patriæ & Regni, veritas ipſa, & erga Rempublicam obligatio, movere illos nequeunt, ab inferendis Sacræ Coronæ & Regibus noſtris vulneribus, ſaltem Religionis Orthodoxæ amor, ſalusque æterna tot animarum, eos moveat, ad ſcribendum circumſpectè de ejusmodi, publici juris quæſtionibus, quibus, dum placere nituntur Curiæ, Apoſtolicæ Sedi inferunt injuriam, & fidei ipſi orthodoxæ. Hoc Apoſtolica Sedes non exigit, nec præſcripſit unquam, quod ea ſit Chriſtianorum ratio, quæ eſt Clauſtralium erga eorundem Generalem. Differunt jura Regni & rerumpublicarum, a fidei Divinæ dogmatibus, Canonibusque. Differunt terrena a Cœleſtibus, & ſpiritus immortalis, a mortali corpore. His amore religionis veritatisque dictis.

Pontifex, ad prætenſa temporalia jura firmanda, Carolum Martellum, Caroli II. Siciliæ Regis filium Regem Hungariæ dixit, & per Legatum ſuum Neapoli fecit anno ſtatim 1290. coronari. Rudolphus Imperator, jure Imperii olim veteris Romani, Alberto filio Auſtriæ Duci, Regnum quærebat, quod tamen ob ſecutam Rudolphi mortem, Regno magna non fecit incommoda. Andreas III. ſucceſſionem legitimam urgebat, jusque ſuum, dum firmius anteriusque fuiſſet agnitum, quà Andreæ II. ex Stephano ejus filio nepotis, adeoque potioris præ ſucceſſionem prætendentium per ſexum fœmineum deſcendentibus, ipſe die 12. poſt Ladislai mortem, in Regem Ungariæ fuit coronatus, jusque Statuum defenſum. Carolus, quamvis Regiis uteretur Titulis, uti ſequentem lib. 4. c. 10. Lucius exhiberet memoriam: *Karolus Primogenitus, illuſtris Jeruſalem & Siciliæ Regis, DEI Gratia Ungariæ & Dalmatiæ Rex, Princeps Salernitanus, ac ejus in Regno Siciliæ Vicarius Generalis* . . *Mercatores de Spaleto, de pertinentiis Regni Ungariæ ubique bene tractentur. Datum Nuceriæ 1292. die 27. Junii.* Tamen nec a Dalmatis pro Rege Ungariæ fuit habitus. At Andreas III. ut legitime coronatus. Evincunt hoc memoriæ apud Farlatum Tom. 3. atque hæ annis 1294. 1295. 1296. 1298. quibus ubique: *Regnante Domino noſtro Andrea Sereniſſimo Rege Ungariæ* &c. in epitome autem Joannis Archiep. Spalat. apud eundem: *Carolus Martellus aſſumens titulum Regis Hungariæ, & pro tali habitus a Summo Pontifice, requiſivit Spalatenſes, ut ipſum recognoſcerent pro Rege Hungariæ, & ipſi fidelitatem jurarent. Sed quia juraverant fidelitatem Andreæ jam Corona Hungariæ inſignito, reſponderunt non poſſe illam jurare alteri.* Ut horum, ſimiliumque plurium fide, Dalmatiæ poſſeſſorium, Andreæ III. adimi nequeat.

Quamvis porro Romanis diſplicuerit, vanam nullamque evaſiſſe, Regni Hungariæ Dalmatiæque, Carolo Martello factam collationem; tamen quia Nicolaus IV. hujusque ſucceſſor Cæleſtinus V. brevi deceſſiſſent, ponendis remediis, modus non erat. Bonifacius VIII. intra finem anni 1294. Pontifex factus, & Mariæ Reginæ Siciliæ admodum affectus, ut Carolus Robertus (Martello parente jam vita functo) Regnis Sacræ Hungariæ Coronæ potiri poſſit, intendebant omnimode. Media ad effectum hunc conſequendum quævis ponens. I. itaque, Jacobum Spalatenſem electum, neque a Sede Apoſtolica biennio confirmatum, quod faveret Coronæ Ungaricæ, coegit reſignare; eique ſubſtituit *Petrum* Ordinis Minorum Profeſſorem (vide Cl. Farlati Tom. 3. pag. 295. Breve ipſum) *Capellanum Chariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ, Mariæ Reginæ Siciliæ illuſtris* &c. cum mandatis ut in brevi, *manumque mittens ad fortia, curam & adminiſtrationem ejusdem Spalat. Eccl. prudenter exequi ſtudeas* . . *oppoſiturus te murum pro domo Domini accedentibus ex adverſo.* II. Cum Comitum Bribirienſium potentia in Croatia Dalmatiaque maxima fuerit, quæſivit Bonifacius, Comites hos, partium ſuarum efficere. Romam igitur 1297. ſub prætextu obtinendi Sibenicenſibus Eppi, *Georgius Comes de Bribir* ibat, & Venetæ conſtituerant, ut Farlatus: *Si dictus D. Comes Georgius veniret Venetias occaſione eundi ad Curiam D. Papæ, vel alia occaſione, dictus DS. Dux per ſe, & per dictos omnes ſuos habebit, & haberi faciet eum cum ſua comitiva in perſonis & rebus ſalvum & ſecurum Venetiis, veniendo, ſtando, eundo,* redeun-

Digitized by Google

redeundo. Poſt viſitata Apoſtolica limina a Comite, ad vota Bonifacii, conſtitutisque inſimul (accepta quamvis benedictione, & plenaria remiſſione culparum) prætextu eo, quod Papa, Sibenicenſibus dare nollet Epiſcopum, ſine precibus commendationeque Reginæ Mariæ, *Georgius Comes*, vel ut alii Gregorius, *Neapolim eſt profectus*, ibidemque concluſa quævis, adverſus Regem Andream; introducendumque Carolum. His compoſitis, datus eſt Sibenicenſibus Epiſcopus. Sed nequaquam *Paulus ille Ungarus* & Canonicus Strigonienſis, Verum *Martinus* patria Arbenſis, inſtituto Franciſcanus. *Sibenicum* Bonifacii auctoritate, Civitatis jure & inſigniis decoratum. Epiſcopus novus, Spalatenſi Metropolitæ ſubjectus; Archiepiſcopus autem Spalatenſis, Primatis Dalmatiæ titulis decoratus: omiſſa Sclavoniæ Primatis, quam Joannes expræſſerat, eſt mentio. Cætera item, tantæ rei neceſſaria, diſpoſita. Ob *Paulum* Sibinicenſem, & *Jacobum* Spalatenſem legitimè electos, at Romana potentia ejectos, relata ſuperius p. 171. cauſa, eccur Reges noſtri Epiſcopos Dalmatiæ nominent? iterum firmata eſt; quod nempe juri ſuo renunciaſſe, cenſeri arguique nequeant.

Bribirienſes Comites indigniſſimum inſtrumentum effecti, multos ab Andrea defficere procurarunt, Regemque ſibi a Papa dari, orare. Præcipui adjutores Briberienſium fuere Templarii, anno 1280. cum fratribus hoſpitalis S. Joannis (vide Tom. 3. p. 290. Farlati) per Breve Nicolai uniti. Summum autem obſtaculum in his Sclavoniæ partibus, Michael Epp. Zagrabienſis. Vide infra H. E. Zag. a pag. 96. Rebus jam conturbatis, ac in motu poſitis, *Comes Georgius* ad Apuliam conceſſit, uti docent Tragurienſium litteræ apud Farl[illegible] 297. ductoque Spalatum Carolo (quem Bonifacius Regem dixerat, Andream autem, teſte Rajnaldo, Adminiſtratorem Regni Ungariæ vocabat) licèt Archiepiſcopus loci nil omiſerit, ſi Dalmatas a fide Andreæ ſeduceret; efficere attamen nil potuit, teſtantibus Dalmatarum monumentis. Ut ideo Carolus, Pauli Bani, aliorumque in comitatu, proprio item ſtipatus exercitu, Zagrabiam Auguſto menſe anni 1300. adveniens; & hic ſemet figens, atque unctione adhibita, a Gregorio vocato Strigonienſi (nunquam tamen ab Ungaris agnito, quia intruſo, & Romæ dehinc occiſo) in Regem Ungariæ auctoritate Bonifacii fuit inauguratus. Sed ab Coronæ defectum, haud coronatus, ut poſtea Legatus Papæ diſputaverit, coronationem neceſſariam non eſſe; at ſufficere unctionem; effectu, infra Hiſt. E. Zag. pag. 101. inſinuato. Hac occaſione Moneta illa Caroli, de qua meminimus ſupra a pag. 129. nata eſt, & monetæ illius defenſio, ab exemplo, & privilegio pag. 180. elargito, quia monetam illam, & Nicolaus Oſtienſis Legatus Papæ anno 1301. ultro tollerari debere voluit, & Bribirienſes tuiti fuere. Interim Andrea Rege paulo poſt, ut Madius mortuo; debilitatis Caroli rebus, eum reverti oportuit. Neque ullas reperi, aut legi, factas per Carolum tum expeditiones, aut conceſſiones quaspiam, ut uſurpata regali poteſtate, talem teſtatus effectu, probari valeat. Quare cenſeri debet, unctionem relatam fuiſſe clanculariam, peractamve Michaele Epiſcopo abſente. Neque Carolum Zagrabiæ moratum, quia Novembri menſe Michael Zagrabiæ erat, nec eſt ulla Caroli memoria. Anteriora quævis, quia demonſtrari poſſunt monumentis, ſi indicati non eſſent obices; ideo patet, P. Pray in his Regum circumſtantiis deſcribendis, pleraque confudiſſe. *Gregorium* Strigonienſem ponit electum, tacendo per quem? & ſupponit agnitum pro legitimo, quod haud unquam eſſet demonſtraturus. Dalmatinos Carolo tum adhæſiſſe male ſcribit, in pluribus enim memoriis apud Farlati legendis, videre eſt: *Regnante Domino noſtro Andrea Sereniſſimo Rege Ungariæ.* Quin apud eundem in Tabulis Capituli Spalatenſis p. 289. eſt: *An. 1301. Indict. 14. Regno Ungariæ Sede vacante. Tem. Ven. D. Petri Archiep. Spalat.* &c. Apud Lucium autem adeſt l. 4. c. 10. ex Tab. Tragurienſium, memoria; quod in anno 1303. 22. Aug. mandatum fuerit ſub pœna excommunicationis a Papa, & Spalatenſi Archiepſ. ut quilibet Notarius, Carolum nominaret Regem Ungariæ, primusque omnium *Siroctius*, metu excommunicationis, paruiſſet, *captum quod Notarii ponant nomen Regis.* Quarum rerum evidentiâ, erravit Pray, eſtque corrigendus, dum Dalmatinos Croatas & Sclavos ab Andrea Rege, ad Carolum defeciſſe ante annum 1300. ſcripſit.

V. Andrea III. mortuo, Carolus deſertus erat ab omnibus, cauſa potiſſimum ſervandæ libero Regno, libertatis; & à vindicanda Coronæ, ſubjectione. Præmiſſa, Caroli videlicet in Regem declaratio, unctio Zagrabiæ, Monetæ diſtributio &c. animos a Carolo removerunt. Itaque exortis graviſſimis Civilibus bellis, & *Venceslao* atque *Othone* antepoſitis, ob tot tantosque rerum eventus & circumſtantias varias (quas omittimus) demum anno MCCCX. Carolus Robertus, in Regem Ungariæ fuit coronatus, verusque Ungariæ Rex evaſit.

Bonifacius intellecta Andreæ morte, per ſubmiſſum a ſe Legatum dare Ungaris Regem, legesque ſcribere voluit; intelligens autem, Venceslaum liberè electum, coronatumque a Colocenſi Archieppo, (Sede Strigonienſi vacante) ſuoque Legato; hunc, & cæteros excommunicante, atque ob id tractato, pro Reipublicæ jure & circumſtantiis (vide pag. 98. hiſt. Eccl. Zagrab.)

Digitized by Google

grab.) cum legatus receſſiſſet, ac Venceslaum ad curiam Romanam evocaſſet, Epiſcopos item, qui reſiſtebant, parteſque Coronæ tuebantur; in favorem Mariæ atque Caroli, lata promulgataque fuit ſententia, quam ex Raynaldo, P. Pray Annal. P. I. à pag. 374. exhibet. Qua in ſententia, Anno 1303. II. Kal. Julii Anagniæ, ut ponitur lata, ſubſiſtere nequeunt verba: *de quo etiam in Strigonienſi Eccleſia, juxta ritum antiquum Ungariæ per Perſonam idoneam Regale ſuſceperat diadema* &c. At hæc vel addita ſint ſucceſſivè, vel mutata, ab ignorante rerum noſtrarum. Profectò in *Strigonienſi Eccleſia*, coronari debuiſſe Reges noſtros, erutum non eſt. Sed nec ullus Coævorum ſcriberet, Carolum ante 1310. fuiſſe coronatum. Quin ſi verum eſt, inſinuatos ibi Epiſcopos, tot item Archidiaconos, aliosque ex Ungaria & partibus ſubjectis adſtitiſſe, qui credam? res publicas, atque in eorum præſentia geſtas, eos ignoraviſſe, Carolum nempe, coronatum non fuiſſe, neque ritum Ungariæ exigere, ut Reges coronentur Strigonii, ſed ab Strigonienſi Primate. Illud quoque qui credam a Romana Curia inſeri potuiſſe? ut omiſſo Archieppi Gregorii nomine, quem Papa conſtituerat, ſed Ungaria non agnovit, quaſi pro firmanda illegalitate ſua, *per Perſonam idoneam.* Quare relata ſuperius p. 111. Doctiſſ. Lucii obſervatio, vana haud eſt, præcipue poſtquam conſtat vigens *correctorum* ſtudium, plurimorumque collectorum ex præjudicio & auditis, ſive ad Romanas tabulas repoſitio; ſive confectio, ut hodie multa non ſolum diſputentur, ſed ut apocrypha rejiciantur. Plura ſunt etiam in ſententia illa, atque litteris a Raynaldo exſcriptis, quæ demonſtrari non poſſent. At his omiſſis. Negari nequit, Bonifacium pro Carolo tuliſſe ſententiam, eſtò de verbis genuinis ſententiæ dubitetur. Conſtat item, per cenſuras, latam ſententiam effectui dare voluiſſe Pontificem, & per Auſtriæ Ducis in Venceslaum concitationem. Dalmatiæ Notarii ab exemplo *Sirocty*, ab anno 1303. Menſis Octobris inſerebant: *Regnante Domino noſtro Carolo Roberto Rege Ungariæ*, ut refert memorias hujusmodi Farlatus. Croatas Liburnicos inclinâſſe in Carolum arguitur ex potentia Comitum Bribirienſium. Sclavoniam æquè fulmen latæ excommunicationis terruiſſe videtur, Auguſtini Eppi, a Benedicto XI. dati, acceptatio.

A morte Bonifacii, quia Benedictus XI. ſuavius quævis egiſſet, notus, Clero & Magnatibus Ungariæ, lataſque anteceſſoris excommunicationes ſuſtuliſſet, Clemens æque V. Benedicti Succeſſor, paternè Caroli negotium procurâſſet; exhauſtis & pertæſis Reipublicæ noſtræ membris, cumprimis quod Venceslaus, neglectim urgere videretur ſui electionem, ac demum ipſe, cum filio deceſſiſſent: Otho autem patrociniis deſtitueretur, & a Ladislao Tranſilvaniæ Vaivoda ad reſignandum fuiſſet deductus, reſignaviſſetque, vota Caroli aſſurgere cœperunt, jamque anno 1307. pro Carolo ſemet declarârunt, relati infra hiſt. Eccl. Zagr. pag. 335. Itaque anno 1308. erat Junio jam menſe Carolus Zagrabiæ, ut diplomata Eccleſiæ hujus p. 101. hiſt. Ecc. Zag. indicata, demonſtrarent. Hunc, Legatus Papæ Cardinalis Gentili, e Dalmatia veniens, Octobri menſe Zagrabiæ reperit; acceſſioneſque plurimorum ad Carolum Regem augebantur. Sane anno 1309. ſive IV. anno Pontificatus Clementis Quinti, Clerum prope univerſum Carolo adhæſiſſe, arguo ex epiſtola, pag. 70. hiſt. Eccl. Zag. relata, tot Epiſcoporum ad Clementem ſcripta, pro caſtro Medve Zagrabienſi Eccleſiæ reſtituendo, magisque veroſimile eſſe cenſeo, ſi Zagrabienſis Epiſcopus Auguſtinus, orationem pro Carolo dixit, hac occaſione Budæ fuiſſe dictam, ac anno ſequente in campo Rakoſs. De inſtrumento autem, a Peterfy Tom. I. Conc. Hung. p. 150. relato, atque à Pray p. 382. exſcripto; quó, anno 1308. die 27. Novembris, ex indicta per Legatum Diæta Carolus in Regem catervatim elevatus exponitur, eruditus lector, quod lubet ſentiat. Mihi ab ignorante quopiam rerum noſtrarum, ex Raynaldo confectum eſſe videtur; neque ſtylus eſt diplomatum, ut in his verſatus, reperiet. Falſitatem autem ejus plane evincit concluſio: *Actum ut prædicitur in dicto loco Prædicatorum prope Civitatem præſentem ultra ipſum Danubium ex oppoſito dicti Caſtri, præſentibus Reverendo in Chriſto Patre, Domino Thoma Epiſcopo Veglienſi, ac Venerabilibus & Religioſis Viris fratribus Paulo Priore Prædicatorum, & Haymone Miniſtro Minoris Fratrum, Ordinum Provincialibus, & Salomone Vicario Provincialis fratrum Eremitarum in Provincia Hungariæ, cum eorumdem fratrum multitudine.* Sane Provinciales Religioſorum cætuum, intra Status Ordineſque Regni, fuiſſe a S. Stephano Rege poſitos, Decretum ejus I. non teſtatur. Sed nec Andreæ II. ſub quo Prædicatorum & Minorum inſtituta cœperunt, quin nec actu Provinciales, cum fratrum multitudine ad diætas *per Regales* vocari, aut eos intra Prælatos Coronæ cenſeri (cum nihilominus in Notariorum fide exponeretur: *de mandato præfati D. Legati, nec non a prædictis Prælatis*) notorium eſt. Quare cujus ſit momenti? diploma hoc, quó, Carolo Coronam obtigiſſe ex gratia Provincialium fratrumque multitudine prætenditur, doctus eruditusque lector concludat.

Quamvis autem Clerus ad Carolum acceſſiſſet, tamen Cardinalis Gentilis Cenſuræ, novos

vos motus cauſaverant, ut anno 1310. Carolus coronatus, & Rex Hungariæ primum evaſerit, & poſt coronationem, V. Kal. Sept. an. 1310. Donationem a Ladislao Rege Avunculo ſuo factam 1277. ſuper Caſna, nunc Caſſina, Eccl. Zagr. confirmat, Albæ. Sed & dehinc in Sclavonia, ut Sacræ Coronæ membro, multa diſpoſuit. Banos Sclavoniæ continuo non mutabat, quia monumenta Zagr. Eccleſiæ, Civitatis item, aliorumque, *totius Sclavoniæ Banum Stephanum*, ab anno 1310. (cujus Bani caſtrum Selin fuiſſe, plures docent litteræ) ad annum 1317. evincunt. Succeſſit Stephano, *Joannes*: ut ex Privil. relato pag. 48. Hiſt. Eccl. Zagr. atque aliis, ad annum circiter 1322. Banus iſte, occaſione litis intra Capitulum & Civitatem Regiam, cauſa tributi vulgo *Filarſchina*, ex commiſſione etiam Regia judex, dum Civitas exciperet vi ſuorum Privilegiorum contra judicatum, deliberavit. anno 1321. *Per clauſulam generalem Excellmæ Banorum dignitati non derogari, inſuper in hac cauſa delegata Regia auctoritate habita, frivolam exceptionem judicari*. Prima ſententiæ hujus verba, moverunt omnes per Privilegia a Banis exemptos, ut in Regni congregatione proteſtarentur, & quidem etiam Capitulum; tum ob fatam clauſulam; cum etiam, quod in meritoria ſententia poſuiſſet: *Salva Regnicolis libertate, tributa hæc nova, contra quoſcumque poſſeſſores, etiam Capitula, impugnandi*. Joannis hujus Succeſſor *Nicolaus*, filius Amadei, perpetuus Comes Supruníenſis, & de Komarom, cum prædicato de FolsöLindva. qui 1323. Banus fuit (uti docent in Auditorio Regis, approbatoriæ, III. Kal. Decemb. latæ prioris ſententiæ, ad Nicolaum totius Sclavoniæ Banum miſſæ, ubi, Joannis condam Bani exprimitur) an ſuſcitatam ab anteceſſore cauſam promoverit me latet; Nicolai attamen Succeſſor, *Mykcs*, (varie ſcribitur, ut Michaël, Mikecs &c.) *totius Sclavoniæ Banus*, dignitatem hanc, ex Tavernicorum Magiſtro conſecutus, anno 1325. Privilegium a Carolo obtinuit, quô, reliqua inter: *Honor Banatus per exemptiones, quas per nos, aut Prædeceſſores noſtros ad importunitatem petentium, fere omnibus Nobilibus de Sclavonia, ſcimus eſſe conceſſas, omnino diminutus - - omnes exemptiones, ſi quas, quibuslibet Nobilium terræ Banatus, a nobis vel noſtris prædeceſſoribus obtinuiſſent, per quas ſe a judicio & jurisdictione, aut iure Banatus in aliquo retraxiſſent, revocantes & caſſantes, ſtatuimus: quod univerſi & ſinguli homines, tam Nobiles, quam alii cujuscumque præeminentiæ, conditionis & ſtatus exiſtant, in tota terra Banatus, judicio & jurisdictioni Bani ſubjacerent.* Ennata hinc quæſtio, an poſtremis verbis: *cujuscumque præeminentiæ*, Epiſcopi & Capitula intelligerentur? Anno 1326. 4. Kal. Auguſti, Ladislao Archiep. Colocenſi & Cancellario, per Caroli Privilegium novum, evanuit, quô, ſtabilit Eccl. Zag. in Bonis omnibus, a quocumque ipſi juſtè datis; & inſuper, in omnibus libertatibus eidem antea conceſſis, omniaque indebitè ablata, vel alienata, pro plenitudine Regiæ poteſtatis, pleno jure reſtituit. *Mykcs* Banus, continuo annis 18. Banus Sclavoniæ quod fuerit, variæ demonſtrant litteræ, & diplomata, ut Carolus mutationem priorem, Banorum, ſuſtulerit. Plura habemus, quibus Caroli Regis hiſtoria poſſet illuſtrari, ſed quia privati forent juris, ea omittimus. Duo addimus, ad jus publicum ſpectantia. I. in anno 1322. ultimo Kalen. Julii, per manus Stephani Epiſcopi Veſprimienſis, *Regina Elizabetha*, Cſanadino Præpoſito Varadienſi, Secretario Cancellario & Comiti Capellæ Caroli Regis & conſortis ſui, filio autem Comitis quondam Thomæ, filii Pancratii de genere Chanad, poſſeſſiones Reginales *Zehun*, & *Vasad* in Comitatu Zathmár donat, ſtatuique facit, cum reambulatione, per conventum S. Stephani Proto-Martyr. Varadien. relataſque ſibi litteras ſtatutorias confirmat. Quæ ad jura coronatarum Reginarum ſunt, cum tot aliis, uberius notatis pro opere: *de Illuſtribus Sacræ Coronæ fœminis*. II. Ex reſcripto Caroli ad Mykch Banum anno 1335. quid Cybriones ſint intelligi, ubi: *Quod vos ſuper ipſos de eorum Vineis, pro uſu Caſtri, ſingulas menſuras Vini quæ Cybriones vocantur exigere voluiſſetis, & adhuc peteretis - - mandamus: quatenus ipſos Cybriones Vini, ſuper eos, ſi ipſi hucuſque non ſolverunt nec dederunt, recipere ſeu exigere, nullatenus præſumatis, & hoc idem præceptum Banis pro tempore conſtituendis firmiter obſervandum &c.* An hinc ſucceſſive *jus montanum* enatum ſit? indagent doctiores. Obligatio autem illa, quæ titulo *Mæno Vedro*, in promontorio Jachkovina, a quavis Vinea, nunc etiam ſolvitur ultra decimam, cubulus unus; de qua ſæpe varias audivi conjecturas interprætationesque, quas noſſe nil juvat, videtur mihi, a *Mæniis caſtrorum* derivari, & ſæculis tot, traditione majorum ſervari. Et quia a Vinea ſingula, *Cſeber unum*, ut plebs vocaret, ſervando menſuram, exolveretur; non ſolum tot ſæculorum uſu, illa obligatio in præſcriptionem venit, verum radicatur in Andreæ II. Decreto art. 29. Qui Cybriones quia olim Regum erant, Andreas Rex anno 1221. (vide Hiſt. Eccl. Zag. p. 46.) pro beneficiis quatuor Canonicorum, inter cætera *Brache*, *nunc Vrabche*, ubi Jachkovina donando, & Canonicos fundando (in quorum uno, ego nunc eſſem) præhabitumque ſuum jus omne Regium, in eos transferendo, eſt: legitima

Cybrionum; nobis a tot ſæculis exolutio, & quid ſint? olimque fuerint? practica & vigens, ad explicandum art. 29. & Caroli Regis mandatum, deductio. Ut conjecturas alias, tanquam ingenii ſolius, atque leves, cedere oporteat.

De Dalmatia dicendum eſt; mallemusque tacere, dum Evangeliſtarum ab exemplo, necdum intra Chriſtianos veritatem ſcribere fas eſt, fatendo ut Evangeliſtæ, varios Apoſtolorum affectus defectusque. Interim quia ſub Bonifacio VIII. concluſum fuerat, occaſione memoratæ ſuperius Apoſtolicorum liminum, a Comite Georgio viſitationis, Neapolimque acceſſus, pro commendandis Sibenicenſibus obtinendi Epiſcopi, & juris Civitatis; ut Dalmatia ſub clientella ſit, maneatque Pontificis, ita: quod Comites perpetui hujus ſint Georgius, ſuique generis Bribirienſes, ut pactorum horum mentionem faceret Lucius; apud Farlatum autem Tom. 3. p. 7. *Georgius* ab anno 1303. ad annum 1323. Comes Spalati exhibetur. Illico atque Romam allatum eſt, anno 1307. ad partes Caroli acceſſiſſe, relatos p. 335. Hiſt. Eccl. *Zagr.* Carolus in Sclavoniam exmittitur, in Dalmatiam Cardinalis Gentili. Qui iſthic diſponit plurima. Abeuntique in Sclavoniam atque Ungariam Cardinali, in Dalmatiam alter ſubmittitur, videlicet *Arnaldus S. Mariæ in porticu Diaconus Cardinalis*, qui ibidem, quævis diſponebat, pecunias tributaque exigebat. Quin Archiepiſc. Spalatenſem *Petrum* ſub cenſuris & anathemate lato 1311. Octob. menſe, annis multis tenuerunt, commiſſa Diœceſis Capitulo cura, ut nec ad Viennenſe Concilium admiſſus fuerit. Cauſa tanti, tamque diuturni anathematis, in Apologia Petri Archiep. anno 1315. ſcripta, & a Farl. Tom. 3. p. 305. exſcripta, tacetur, aut potius exmititur, & per notas - - - abſorbetur. Fuit attamen maxima, quod tributis impoſitis non paruerit, ſed appellaverit ad Regem, quodve ſuo inſtinctu, Jadrenſes ad Carolum iviſſe, creditum ſit, ſuaque venia, evenerit, ex collecta inquiſitione 23. Octob. 1310. (de qua etiam Lucius l. 4. c. 12.) *poſt prohibitionem Dni Papæ*, Venetis quædam vendita, & ab his empta fuiſſe. Ut notaret Joan. Archid. Cætera item, Ratio curiæ, ad terrendos cæteros Dalmatinos, exigebat: Petrum ab anathemate non abſolvendi, in quo anno 1320. adhuc erat. Profectus ad placandum Papam Avenionem, iſthic 1324. obiit Petrus, & vigore conſtitutionis latæ a Bonifacio VIII. quod in curia decedentium, conferenda ſint beneficia a curia, a Joanne XXII. *Balianus*, natus *Beryti* in Phœnicia, datus fuit Spalato Archiepiſcopus. Indicata Bonifacii VIII. conſtitutio, utrum in Apoſtolico Ungariæ Regno, fuerit acceptata? qualiter item, cauſa evaſit, Decr. 7. ar. 65. ſub Vladislao Rege, eruditè in hiſtoria Eccleſiaſtica, Eccleſiæ Ungaricæ, ſi quis eam eſt ſcripturus, poſſet tractari. Sub Baliano, *Bertrandus* tituli S. Marcelli Presb. Cardinalis qua Apoſtolicæ Sedis Legatus, Dalmatiæ præfuit, & ſub nomine ac titulo *precationum*, partem 25. proventuum & redituum quorumvis Eccleſiaſticorum, etiam a monaſteriis per interdicta & Cenſuras (meditando legi meretur hic Tom. 3. Cl. Farlati) ſibi exolvi fecit. *Baliani Archiep.* memoria magna eſt, quod 1326. Monialibus juramentum impoſuerit. *Ego N. promitto DEO & Sanctis ejus, & Vobis Dnæ Abbatiſſæ vel Prioriſſæ, coram vobis, & Conventu noſtro, me perpetuo ſervaturam continentiam, in hac domo, vel monaſterio, quatenus DEus fragilitati meæ permiſerit. Et renuncio propriis; & vobis debitam ſecundum regulam S. Benedicti obedientiam, & ſtabilitatem, & converſionem morum meorum, promitto.*

Quamvis porro Jadrenſes anno 1311. ad Carolum Regem Oratores ſuos miſerint, privilegia antiqua confirmari poſtulantes; eosque in protectionem Carolus (ut docet Lucius lib. 4. c. 12.) ſuſcepiſſet, magna Venetorum eatenus anxietate & cura, ut docent eorumdem apud Lucium litteræ; nihilominus neglectus Caroli providendæ Dalmatiæ, ſatis teſtatur, pacta illa Neapolitana anno 1298. inita cum Bribirienſibus, obſtitiſſe: hinc ut Lucius l. 4. cap. 13. Comes Georgius, ab ipſo Summo Pontifice *Comes Civitatum Dalmatiæ* vocabatur, quod dein in Principem Dalmatiæ fuit mutatum, ut docet Mladini titulus: *Mladinus Croatorum Banus, Comes Jadræ, Princeps Dalmatiæ, & ſecundus Boſnenſis Banus.* Et cum ſingula deſcribere nequeam, ob compendium ad quod me impellit neceſſitas, lector erudite ac docte, perpenſis combinatisque iis, quæ Lucius l. 4. cap. 10. 12. 13. 14. Item Madius, citatique per Lucium Scriptores, nec non Excell. D. de Monacis, ſcribunt; aliud non reperies: quam in tantis rerum perturbationibus, ſtudioque promovendorum temporalium affectuum & potentiæ, adoranda DEI providentia, *Jus Sacræ Regni Coronæ*, Regumque noſtrorum Apoſtolicorum, *in Dalmatiam*, Boſniam, Chulmiam, Croatiam, his ipſis conatibus & diſturbiis, illuſtratum firmatumque evaſiſſe, tametſi *in poſſeſſorio* novitates ac vulnera, emerſerint.

Enimvero, quæ his temporibus, fuére Venetis bella, cum vicinis, lib. 14. deſcribit de Monacis; miſſisque cæteris, cùm in graviſſimum Ferrarienſe bellum incidiſſent, atque a Clemente V. ipſi excommunicati, & Dux eorum dignitate privatus (pag. 266. l. 14. Monacis) atque a Dalmaſio Capitaneo gentium Legati Papalis, menſe Auguſto 1309. ſuperati; ut Henrici VII.
Imp.

Digitized by Google

Imp. protectionem orare debuerint, renovareque ſuam erga Imp. ut a pag. 144. obligationem. Subſecuta illico Baja montis Teupulo conſpiratione adverſus Rempublicam. Cognoſcentes ſe ipſos; dum Jadrenſes occaſione uſi, ſeſe a ſubjectione Venetorum liberare procurabant; Venetæ metuentes, ne Mladini prætenſus in Dalmatia Principatus, ob Boſniam & Croatiam ſtabiliatur; aut ne Dalmatia, Regno Siciliæ uniatur, cum ſcripſiſſet Clemens Henrico Imp. (ut Excell. de Monacis p. 270.) quin edidiſſet Bullam, qua Robertum Siciliæ Regem, ut Eccleſiæ Romanæ vaſſallum & feudatarium, inhibebat; ab omni, & qualicunque ſtatus, ordinis, dignitatis, præeminentia ſive in terris, ſive mari, invadi, offendi, turbari; Clemens porro, a Philippo Rege protegeretur; ideo in ejusmodi circumſtantiis, ſalubrius ſalutariusque eſſe, eorum Reipublicæ, ſi Dalmatia ſub Sacra Ungariæ Corona remanſerit, quam ſi, vel Siciliæ jungeretur; vel proprium obtineat Principem. Eapropter fatentur Carolo in epiſt. ad eundem, relata a Lucio, jus Regni Ungariæ expræſſum & notorium, in cujus robur, a portubus ad beneplacitum Ungariæ Regum, partes duæ ſolverentur, ſe autem Belæ Regis gratia, in poſſeſſorio tantum Jadræ eſſe. Cauti attamen & prudentes, Legatum ſuum inſtruunt, unde jura quoque eorum (recole dicta a pag. 212.) coram Rege extraneo, atque Regno vix potito, adeoque jura Coronæ ſuæ ignorante, petere debeat. Videntes demum, Carolum petita Jadrenſium, ob Papam, moxque inſinuatas circumſtantias diſſimulâſſe, quamvis Jadrenſes ad Banum Mladinum confugiſſent. Metuens autem Mladinus, ne Carolo ſuſpectus evadat, permiſit Jadrenſes, cum Venetis paciſci, ut iterum ſocii haberentur Venetorum, nulla autem ratione ſubditi. Vide Lucii c. 12. l. 4. §. ultimo. Item cap. 15. *Jadra etenim ab eo tempore - nullum militem, præſidiumve admittebat; nam Comitem ipſi eligentes Jadrenſes, Civitatem per ſe cuſtodiebant. ſuisque legibus & moribus regebant - - - in arſenatu duas galeas, aliasque plures varii generis naves habebant* &c.

Mladino ſuam auctoritatem (Luc. l. 4. c. 14.) nimium elevante, atque in ruinam libertatis Dalmatiæ tendente, ſatis Venetorum ſtudia, teſtatur ſcripta ad Spalatenſes eorum epiſtola, p. mihi 206. apud Lucium. Interim ex pactis ibi a Lucio deſcriptis l. 4. c. 14. Venetos intra & Tragurienſes, Regum Hungariæ in Dalmatiam jura, ab ipſis Venetis recognoſcuntur, & firmantur, dum inſerunt: *Salvis honorificentiis & juribus D. Regis Hungariæ, quæ deberet habere.* quæ iterum repetuntur. Æquè in inductione Comitis Pauli ad rebellandum, clauſula repetitur: *Salva ſemper fidelitate & honore Domini Regis Hungariæ.* Item in pactis cum Neliptio, excipitur Rex Ungariæ, *pro eorum inimicis, exceptis D. Regem Hung.* & infra: *Nec contra Dominum Regem Hung.* Sed in monumentis etiam, ut exhibet Farlatus ponebant: *Regnante Domino Carolo Roberto, & Domino Joanne a Superantio inclyto Duce Venetiarum*, ut ex his, DEO juſtitiam protegente, manifeſtè eveniat; Venetos jura Regum noſtrorum in Dalmatiam agnoviſſe, fuiſſeque teſtatos. *In poſſeſſorio* novitates atque vulnera, ex Venetorum parte illata non ſunt, aliter; ac quod cum Carolo, Venetorum quoque Ducis ſit memoria. Verum erat protectionis, & conſociationis tantum, haud vero juris, & proprietatis Sereniſſimæ Reipublicæ. Quis legitime deducet arguetque, ex fœderibus mutuæ defenſionis, Regum atque Principum, ſubjectionem demonſtrari; Quam primùm mandari nequit, ſed rogari & paciſci oportet, ſubjectio non docetur, ſed æqualis conditio. Quare dum mutua fuerunt fœdera & tractatus, Dalmatas inter & Venetas, pro defenſione libertatis, ſubjectam fuiſſe Dalmatiam Venetis, concludi nequit. Profectò dum Madio teſte, Carolus Mladini inſolentias vindicare non omiſit; dum geſti cujuspiam belli per Venatos adverſus Mladinum, nulla eſſet memoria, at unicè Spalatenſibus ſcriptarum epiſtolarum, pacta illa, ad quæ reſpexerunt, inſcio Carolo, cum ſubditis ſuis facta? lector determinet. Accedit epiſtola Caroli, relata a Lucio cap. 15. pag. mihi 217. ubi: *gratiorem tamen veſtræ fidelitatis conſtantiam, & voluntatem ſubjectionis debitam fore ſinceram, per multorum operum exhibitionem cognovimus.* Petebant Spalatenſes, ſua confirmari privilegia, ad quæ ait: *Privilegia quædam veſtra, ad præſens propter quod nequivimus confirmare, dictus D. Archiepiſ. - - recitabit cum cæteris reſponſis. Datum Modruſii 17. Kal. Aug.* Clariſſ. Farlatus (Paduæ ſcribens) Tom. 3. p. 311. *in nota* docendum habet, quando Spalatenſes, & quo tempore? fuère ante, Venetorum ſubditi? dum aſſerit, contra doctiſſimè ſcripta a ſe, atque tot monumenta exſcripta: *Spalatenſes - anno 1327. in fidem ac poteſtatem Venetorum, ſpontè redierunt.* Redire qui poterant? qui ſub poteſtate Venetorum, nunquam fuère.

Lucius, eſtò his Capitibus tam aperte noxiéque Sacræ Coronæ juribus non noceat, ut prioribus; attamen, *conjecturæ ſuæ*, pro evidentia veritatis haberi nequeunt. Cap. XI. Danduli authoritate, *Mare Adriaticum* vocari, vocandumque eſſe *Culphum Veneticum* adumbrat; in fine Capitis: *Veneti ab antiquiſſimis temporibus proximi Tuſcis* &c. (ibi legenda). Cauſam appellationi ex Dandulo ſuggerens: *Thomam Maurocenum ab Innocentio Patriar-*

nnn *cham*

Digitized by Google

cham effectum &c. Hæc qualia ſunt? reflectendum cenſuimus. Adria noſter, quod aliquando Tuſcum aut Etruſcum mare dictus habitusque fuerit? docendum eſt. Venetorum potentia, florente vigenteque Romano Imperio, non celebratur. Longobardi imbecillitatem Venetorum ſatis prodiderunt, dum receptaculum profugii intra aquas quæſiverunt. Societatis Dalmaticæ contra Imperium Orientale (cui Dalmatia obnoxiebatur) memoria non reperitur: nec Saracenorum propulſatio. Narentanos Veneti non deleverunt, illi enim propriis pollentes viribus floruerunt ad annum uſque 1172. quô (teſte Jacob. Luccari) Eles, Zviezdodrag, & Iſtok, ſive Stephanus, nationis illius Principes, cum civili bello pro Imperio conflixiſſent; a Serbliæ inſuper Principibus obruti, patriæ ruinam ediderunt. Narentanis, Almiſanos ſucceſſiſſe ſuperiora demonſtrant. Quare, DEI miſeratione, cum modò ceſſare incœnt, miſera illa ſæcula, quibus imaginatio pro revelatione, poſt abſolutam de interpretandis ſomniis Miſſam (quæ nunc etiam, in Veteri Miſſali Zagrabienſi eſſet, quamve eruditis & doctis, uti ſupra pag. 148. libenter exſcriberemus, ad interpretandas cognoſcendasque tot, tantasque revelationes a Sæculo IX. vigentes, ut ferme Evangelicam veritatem obnubilaverint, ſi defectus carthæ non eſſet) haberi debuit; & rei cujusvis veritas; *ex congruentia*, &: *non eſt ſupponendum*. Cum inquam Apoſtolicorum noſtrorum Regum, Magiſtratuumque zelo, ceſſare incœnt Scholaſticorum nebulæ, ac demum ſano intellectui, ſerenitate uti admitatur; præmiſſa, eo magis per Scriptores Venetos demonſtrari debent, quod I. Veneti tributa ſolverint Impp. Occidentis; & ab Othone de portu, privilegio ſint donati, uti ſupra pag. 144. deduximus. 2dò: Quod non ſolum aliis atteſtantibus Scriptoribus; verum Venetis ipſis; Marchiones Ducesque, aut Domini, vicinarum illis Civitatum locorumque fuerint, ut Meraniæ, Iſtriæ, Tarviſii, Veronæ, Paduæ &c. Quin Northmanis extinctis, tametſi Germani mare Adriaticum neglexerint, Maris hujus dominium Venetos obtinuiſſe doceri debet, præcipue dum conſtat, Emanuelem Imp. per Dalmatiæ Croatiæque recuperationem, totius Adriæ dominio fuiſſe potitum. *Jadram* item, ut fini Venetorum inimicam, prætextu belli Sacri, per peregrinos, deſcriptis ſupra factionibus, fuiſſe ruinatam. 3tiò: Brietio teſte, Balduino Flandro Imp. Creato, Thomaque Mauroceno Patriarcha, *Venetis ceſſêre Inſulæ maris Ægæi, Bonifacio (præter Cretam, jam ſibi ab Alexio juniore datam cum magna vi auri) conceſſa quoque a Balduino Theſſalia, ac Peloponneſus, cum Regis titulo, Græci autem fugitivi in Aſia & Europa, ſibi confecêre Principatus* &c. Itaque majorem Imperii partem ſortiti non ſunt Venetæ; neque tunc titulis Dalmatiæ & Croatiæ inſigniti: quominus tunc aut exinde, ut Lucius conjiciendum ait: *Culphi Venetici nomen apud authores uſurpatum reperiri*, verum ſit. Immo ipſe L. 1. cap. 6. p. mihi 25. fatetur: *Romanæ providentiæ imitatores Veneti - - - navigationem per temporum viciſſitudines eximie dirigentes, maris Adriatici dominium conſecuti, eidem quoque nomen proprium impartiti ſunt, feliciterque per tot ſæcula ſervant.* Ut Culphi Venetici nomen, ab iis, ſive Dandulo veniat, quod *feliciter*, ob deſcriptores Danduli, odiumque utilium apud nos, Reipublicæ noſtræ ſtudiorum; *ſervant*. 4tò: Poſt captam Conſtantinopolim Rajnerius Genò Dux Venetiarum, mare Adriaticum, *aquas Sclavonicas* fatetur, annô 1268. apud Lucium l. 4. c. 9. Raguſinos autem fuiſſe aliquando Venetorum ſubditos, nec Veneti Chroniſtæ referunt, minus Raguſei. Quare Danduli cogitatio, *Adriaticum mare, Culphum vocari Veneticum*, caret fundamento, præcipue dum Danduli temporibus, Alpes intra & Atheſim, Sinus Veneticus conſiſtebat: inde Sinus Tergeſtinus: & poſt Iſtriæ peninſulam Flanaticus; alio nomine Quarnarus: poſtea Senienſis, & alii conſequenter a Civitatibus & oppidis præcipuis cognominati; ut Adriæ pelagus, inter Illyrici, abhinc & Italiæ illinc oras effuſum, *Illyricarum* (teſte Ortellio &c.) *poſtea Sclavonicarum undarum* (fatente Rajnerio Geno ut ſupra) nomen ſervârit. Quare Lucii conjecturis ſubſcribi nequit.

Ad caput 13. Lucii notamus. Gregorium Comitem, quem Bonifacius VIII. Comitem Dalmatiæ vocavit, quamvis ſcribat Lucius: *hunc titulum Gregorius retinuit, & deinde in Comitem Dalmatiæ mutavit*, neque ab incolis, neque ab aliis vicinis, Gregorio datum fuiſſe inveniri; at Mladinus *Principem Dalmatiæ* ſeſe inſcripſit. Item illud Lucii: *exindeque Nona, Scardona, Sibenicum, Cliſſum, Almiſſum, quamvis Croaticæ Civitates, & legibus Croatorum viventes - - - inter Dalmaticas ſimul cum Tragurio & Spalato numerari cæpêre, & quaſi poſtliminio Dalmatiæ reſtitutæ fuêre*, haud intelligi, accipiendumque eſſe, *tum illico*, ſive initio ſæculi XIV; quia ipſemet Lucius cap. ſequente, Joannis Superantio Ducis Venet. epiſt. ad Tragur. ubi: *de duobus lignis Januenſibus - - qui apparuerunt in partibus Sclavoniæ*. In pactis confœderationis cum Neliptio Tininy Cetinæque Comite, *Sclavoniæ*, nequaquam Dalmatiæ fit mentio. Similiter in inſtrumento, ligæ cum Comitibus Corbaviæ, Oſtroviczæ, Scardonæ, & Cliſſæ, contra Neliptium, A. 1343. per ipſum Andream Dandulum Ducem ratificato, exprimitur: *quot bona ex pace proveniunt - - in quibus tota contra-*

tracta Sclavonja propterea ſubjacebat. In relatione obſidionis Jadrenſis Albert. Muſſatus: *Jadrenſes - -* pulſo præſidio ad Banum Mladinum vicinum oræ Sclavonicæ Comitem defecère. Omiſſis cæteris, Lucius ipſe c. 12. *Veneti Spalatum conſecuti, Proviſoribus in Sclavonia miſſis, Spalat. Sibenic. & Tragur. mutuis fœderibus illigârunt.* Proinde ratio temporum eſt obſervanda, neque per Gregorii defectionem, tum ſubito Dalmatiæ reſtitutæ ſunt, illæ Civitates; niſi Bonifacius, pro Veteri more Romanæ Curiæ, eas pro Dalmaticis, Gregorio expræſſiſſet.

Caput XIV. ſubjectionem erga Hungariæ Reges, ſatis teſtatur, dum ubivis *Salva fidelitate & honore D. Reg. Hung.* illosque omnes tractatus fuiſſe Societatis mutuæ perſpicuum eſt. Attamen quia Lucius, hoc, prioreque Capite, perſuadere nititur: Almiſum & Scardonam, a Traguriensibus & Sibenicenſibus, *ope Venetorum capta fuiſſe*, Almiſumque retentum; deferendum ipſi non eſſe monere voluimus. Madius enim coævus teſtatur: An. 1323. cum Spalatenſes Almiſum invaſiſſent, Gregorius Comes Cliſſi *intravit agrum Spalati, & deprædavit totam beſtialitatem* &c. quæ Lucius pluribus teſtimoniis roboraviſſet, male concludens: *ad hæc tempora referri debere ſupra relatam expeditionem Tragur. & Sibenicen. Venetorum auxilio contra Almiſum & Scardonam factam.* Viderit Lucius abs ſe deſcribi verba, & ſocietatis promiſſæ pactatæque fœdera, ideo ad occurrendum quæſtioni, an a Venetis præſtitum quidpiam fuerit? aut piſcati ſunt meris promiſſionibus; ut ſecuturæ ætati objicere quid valeant? *auxilio & ope Venetorum*, quævis acta fuiſſe, *conjectandum ait.*

In legendo Capite XV. diligentiſſima attentione opus eſt; miris enim modis, ex relatis ſuperius, legitimum Dalmatiæ dominium adſtruit, *cum* inquiens *Robertus Neapolitanum Regnum, Andreæ filio Caroli deſtinâſſet, ex horum Regnorum unione, Venetis Dalmatiæ amittendæ ſuſpicio injecta eſt, quam deinde negata Spalatenſibus veterum Privilegiorum confirmatio auxit.* Vide Lucii ideas, eò periculoſiores, quod per denegatam a Carolo privilegiorum confirmationem, Dalmatiam juris Veneti eſſe, a Carolo agnitum fuiſſe, argui poſſit. Quare caput hoc, meditando examinandoque legendum. Lucius ipſe Marini Ducis attulit cap. 12. epiſtolam, quâ Dux faſſus eſt, juris nil ſe habere in Dalmatiam: in quibusvis relatis a Lucio fœderibus clauſula eſt, ſalva fidelitate D. Regi Ungariæ; itaque amittendæ rei, quam non habebant, metus eſſe non potuit, verum metus fuerit pro Venetiis, marique Adriatico, quæ ſub nomine Dalmatiæ exprimuntur. Negata Privilegiorum confirmatio, metum augere non debebat, ſi erat ſubjecta Venetis Dalmatia; imò agendæ fuerant Carolo gratiæ. Cæterùm ex epiſtola Regis, quam Lucius exhibet, *dilata*, non autem *negata* erat petita confirmatio. Arguit Ritterus Lucium, quod Villanum correxerit, ſed quis erraverit? parum eſt. Tum, ut aſſertum ſuum roboret Lucius, narrat, quæ a Venetis pro ſervanda Dalmatia, facta ſunt. Videlicet 1mò: *Intellecto Bani Nicolai adventu Civitates maritimas petentes, armis inſtruxerunt.* Relatisque conſilii opinationibus, adò: *Verentesque ne junctis viribus - - occupato Adriatico*, Italiam inter ſe diviſam, obtineant. Quibus, cæterisque ibi a Lucio mira dexteritate, & politica conſideratione relatis, ne capiaris lector, obſerva 1. Maritimas Civitates, armis adverſus Regem aut Banum a Venetis fuiſſe proviſas, nullo fideli teſtimonio probare Lucium; demonſtrari autem hoc debere, cum ob pacta relata a Lucio, quibus cavetur, ne contra Regem Ungariæ inſurgere auſint; tum quod Spalatenſibus Carolus ſcribendo, fidelitatis eorumdem conſtantiam laudat, ſubjectionisque debitæ voluntatem. Quod ipſum Traguriensibus, aliisque Civitatibus anno 1338. teſte Rittero ſcripſerat, *quoniam* inquiens *ſemper noſtræ Majeſtati, & Sacræ Coronæ Regiæ cum omni fidelitate fueritis, & ſitis in præſenti:* 2. Ob hanc teſtatæ fidelitatis cauſam, armis agredi Dalmatiam opus non fuerat, præcipuè quod mare Adriaticum hac ætate, magis paruerit fidelibus Sacræ Coronæ, quam Venetis aut Italis. Enimvero Almiſani, moleſtiſſimi Venetis parte ab una; Raguſei, proprias habentes Triremes, parte ex altera, contra Barenſes, mare tuebantur, quorum Lucius & Jacob. Luccari teſtes eſſent. Mirum eſt Lucium hoc capite ſcribere: *Comites Bribirienſes Regi adhuc non obtemperaſſe*, dum ipſe in Patriæ ſuæ chronico, anno 1338. Regis gratiam eos obtinuiſſe ſcriberet. Et ſi Jadrenſes, fatente Lucio, *nullam ſuperioritatem, vel judicium Ducis, ſenatusve Veneti ſubire volebant*, ut omnino *inconſultis Venetis, galeas, Ludovici Regis matri, pro transfretatione in Apuliam, conceſſère*, nec ſe, nec mare Adriaticum, Dominio Venetorum obnoxios eſſe, teſtando; magna demonſtratione opus eſt, alias Civitates, demptâ Jadra, ſub dominio tum Veneto fuiſſe.

Illud Lucii, neſcio qui accipiendum, dum coævos Scriptores, contra eorum ſenſum torquet, dicens: *quod cum admodum obſcura eorum dicta ſint, clarius exponenda viderentur*, exponeret autem per conjecturas, *conjecturis tamen aliqua aſſequentur.* Hinc I. dum auctor obſidionis Jadrenſis traderet: *non ſolum Jadram, ſed cæteras Civitates Dalmatiæ*

Digitized by Google

ad Regem Legatos miſiſſe Lucius conjectandum vult, quia pacta non extarent, conventionis Venetos inter & Jadrenſes, *nihil Regi Ungariæ in iisdem pactis reſervatum fuiſſe, ſolumque Venetum nomen Jadrenſes coluiſſe veriſimile eſt.* At oppoſitum eſt veriſimile, dum nec judicium nec ſuperioritatem ullam, Jadrenſes agnoſcebant Venetorum, non obſtante eo, quod Comitem Venetum habuerint. II. Dum auctor obſid. ſcriberet: *Jadram fore fidelem Regi, ac ejus inductu, omnia caſtra Croatica Regi tradita*, Lucius hoc exprobrationi tribuit, *hæc autem exprobratio abſque pactis - - intelligi nequit.* Verum tam Madius, quam & auctor obſidionis, fatente Lucio coævi ſunt, Lucius autem ſæculis tribus poſterior eſt. Neque haberi debet pro exprobratione, dum ſine pactis, ſine probis, ex Dandulo, tanta refert in favorem Venetorum. A nobis pacta illa Venetorum cum Jadrenſibus prætendi nequeunt, a Scriptoribus Venetis dum cellantur, & ut perdita prædicantur, ideo eſt: quod Regibus Apoſtolicis, & Sacræ Ungariæ Coronæ faveant. III. Dum Scriptorum dicta, *conjecturis* obſcurat Lucius, ſuam obſcuravit dignitatem, ſcribendo: *nullas rerum per ea tempora geſtarum extare memorias.* Certè ut taceam alias, & ab ipſo Lucio prioribus Capitibus exhibitas, Joan. Archidiac. de Keköw, Ludovici Secretarius, a Thuroczio P. 3. deſcriptus habet: *Civitates ſiquidem Dalmatiæ, ad dictum Regem* (Ludovicum I.) *in metis Bihach caſtrametantem ſolemnes deſtinant nuncios, ſive Legatos, pariter cum præclaris exeniis. Præcipue Jadra elegit tres Ambaſciatores nobiles.* Neque ſcio ſcribi ab aliquo, ſive Civitates, ſive Comites Dalmatiæ aut Croatiæ, Regi (excepta Nelipty vidua & Subichiis) fuiſſe refractarios. Neque te commoveat erudite Lector, quod epiſtolam Regis, ad Venetos miſſam exhibeat Lucius, quodve in monumentis, Regis Ungariæ, æquè & Ducis Venetiarum legatur memoria; utrumque enim accidit, quod Comites, aut Poteſtates, per electionem earumdem, Veneti fuerint, qui facillimè perſuaſerunt memoriam ſui Ducis inferendam. Dum autem Lucius aſſerit, Privilegia Sibenicenſium *Venetis conſentientibus* a Carolo fuiſſe firmata, quam fidem obtineat? judices. Si Sibenicenſes ſubditi fuère Venetorum, mirum eſt, ut a Rege Ungariæ confirmari ipſis Privilegia Veneti admiſerint, & *Conſenſus* relatus, jus Regis recognitum, teſtatur: Si vero petentibus Venetis, confirmata fuère Privilegia, Lucio ſcribendum non erat *Conſentientibus.* Demum Chroniſtam Anonymum citat Lucius. Sed quidquid ſit, de eo quod ſit ſingularis, atque ignotus, refuteturque ex diplomatibus & monumentis; immò hujus Anonymi conſiderato contextu, Venetus, Jadræ Comes non fuiſſet, dum ſcriberet ipſe: *Quotidie ſcribebant Jadrenſes Regi Ungariæ, ut veniret, & reciperet dominium Civitatis*, Lucio adverſatur ſcribenti: *Solum Venetum nomen Jadrenſes coluiſſe, idque ab antiquo uſu receptum fuiſſe.* At ſi vera ſint ea, quæ ad finem habet Lucius, *aliqui tamen* (Jadrenſium) *in Ungariam aufugerunt, neque Regis ſolicitandi finem fecère, donec illum ad expeditionem pro recuperanda patria ſuſcipiendum impullerunt*, ſatis apparet, quam Venetum nomen coluerint Jadrenſes? cuique ſe vaſallum eſſe, jure, & ab antiquo, ex diplomatibus, Privilegiis & monumentis, adinvenerit Jadra? His aliisque munitus doctè Lector, caput 15. Lucii legas, ne ſuis conjecturis deferendo, veritatem deſeras. Plura dici poſſent, ſed cum nos conſtringi oporteat, tua eruditio dabit, quæ omittimus. Ritterus diffuſè hic, ſcribit contra Lucium, ſummaque vehementia, modeſtiæ legum oblitus.

Tametſi rerum, Caroli Regis, hiſtoriam non ſcribamus, nihilominus addimus I. Mortuo Baliano Spalat. Archiep. vigore Concil. Lateran. IV. Laici & Suffraganei Eppi ab electione ſecluſi fuère, ſoliqui Canonici eligere inceperunt. Poſtquam autem non conveniſſent, vacaſſetque ultra menſes tres ſedes, *Dominicus* a parte una electus, Avenionem ivit, & jus omne, ſi quod per ſuffragia obtinuiſſet, in Papam tranſtulit, meritus gratias, & Sedem Spalatenſem, cum gratiis a Farlato relatis, *libere teſtandi: eligendi confeſſarium, qui ſemel in mortis articulo plenam remiſſionem peccatorum concedere poſſit: Conferendi hac vice perſonæ ſibi bene viſæ Eccleſiam S. Mauri - - 8. fl. auri valorem annuum non excedentem: Conferendi beneficia Eccleſiaſtica, apud Sedem Apoſtolicam vacantia, centum fl. auri valorem annuum non excedentia: recipiendi, unam perſonam in Canonicum Eccl. Spal. ſub expectatione præbendæ.* Meruit donari a Camera Papæ 50. fl. auri. II. Sub *Dominico* Archiep. incepit *Montaneum* ſeu *Montanum*, hoc eſt volumen, in unum deſcriptorum poſitorumque ex donatione Regum Croatiæ, aut Hungariæ diplomatum. Ut ſi autographa perirent, Apographa ſuperſint. Hoc non ſolum Spalati, ſed in Sclavonia quoque noſtra ſive Zagrabiæ eſt obſervatum. Joannes enim Archid. de Gverche, ſub Ladislao Eppo, *Montaneum* conſcipſit, quod nunc quoque extat. Sunt autem plures libri. Diplomatum nempe; Statutorum, Diæceſis, &c. Vidi quoque Abbatiæ Topuſzkenſis *Montaneum* in tabullario Eppali. Credo, memoratum a Scriptoribus, *Caſtrum Strigonienſe aureum*, idem denotare. Hæc reſſero ideo; ut intelligatur, quid Montaneum ſit? & quæ ejus antiquitas. Inceperunt nempe ſub

Joan-

Joanne XXII. circa annum 1333. III. Ejus conſilio, Civitas Spalatenſis, in 4. *Riones* fuit diviſa, datisque nominibus cuilibet, nempe: a S. Spiritu, S. Domny, S. Martini, S. Claræ. Nobiles Rio quivis eligebat, ut ex centum Viris publicum & Princeps Civitatis conſilium, conſtaret. Hæc prætenſæ ſuperius per Venetos ſubjectioni non favent, imo eam enervant. Dominicus egit Oratorem ad Carolum pro confirmatione Privilegiorum. IV. Memoranda eſt Capituli Segnienſis, *Bernardi* in Epiſcopum electio. Papa Joannes XXII. electiones Epiſcoporum, ad ſe atque curiam ſtuduit uſurpare. Quare morte Epiſcopi Segnienſis audita, *Joannem* quendam Auguſtinianum Eppum dixit, conſecravitque. Capitulum autem *Bernardum* Abbatem Benedictinum S. Georgii prope Segniam Epiſcopum elegit, & per Dominicum Spalatenſem Archiepiſ. confirmari electionem, conſecrarique procuravit. *Benedictus XII.* Joannis Succeſſor, Dominico Archieppo Spal. mandat, ut a Sede Apoſtolica datum Eppum, procuret; amoto Bernardo, recipi; eique obedientiam reverentiamque a Segnienſibus præſtari. Sed Comitibus Vegliæ Duimo & Bartholomæo, nunciantibus Joanni Eppo intrudendo, ſi Diæceſim Civitatemque ingredi attentaverit, ipſum repelendum, etiamſi cum vitæ periculo. *Joannes* territus ad Papam rediit, Benedictus autem anno 3. ſui Pontificatus, hoc eſt, 1337. mandat Arbenſi & Abſarenſi Epiſcopis, Abbati quoque Arbenſi S. Petri, ut amoto Bernardo, Joannem ad temporalem poſſeſſionem Epiſcopatus inducant, ſecus, Comites excommunicatos promulgent. Quod poſtremum ipſi, in Eccleſia Arbenſi & Civitate ſunt executi. *Joannes* iſte, ab Eccleſia Segnienſi, nunquam fuit recognitus, nec in Catalogis Epporum legitur, bene autem *Bernardus* Eppus. Facti hujus meminit quoque Farlatus. IV. Adverſus Patarenos e Boſnia ejiciendos, Benedictus XII. *Stephano Boſniæ Bano*, hujusque conjugi Eliſabethæ ſcripſerat, ne faverent hæreticis illis; item ſcripſit ad Croatiæ Proceres, id eſt Comites Tinnini, Corbaviæ, Cliſſiæ, Oſtrovizæ &c. in eodem merito. Hac occaſione fœdus intra Spalat. & Tragur. initum Farlatus commemorat. Scripſit quoque Carolo Regi Benedictus, in hac cauſa. Nec eſt ullibi memoria, ad Venetos ſcriptum fuiſſe. Memorias cæteras, collige ex hiſt. Zagr. atque aliis. Multas omittimus, cum non ſint noſtri inſtituti. Obiit an. 1342. Memoria Spalatenſis, Catalogi Reliquiarum, apud Farlati Tom. 3. p. 317. *In Chriſti Nomine Amen. Anno ejusdem 1342. Ind. Decima. Regiæ Majeſtatis Sede Ungariæ vacante* &c. Lucii cap. 15. narrata arguit. Si enim Spalatenſes, ſubjectionem Venetam anno 1327. fuiſſent profeſſi, & a Regno Ungariæ avulſi, quid erat, mox relatam memoriam, actis inſerere? Profecto hac memoria, ſuam erga Ungariæ Regnum obligationem, & cum eo conjunctionem, teſtari videntur.

VI. *Ludovicus* dictus *Magnus*, Patri illico ſucceſſit, neque ullæ ſcribuntur, factæ illi oppoſitiones. Verum eſt Rm. Geor. Marcellevich notare: *1342. Ludovicus Rex confirmat & reſtituit libertates, jura & poſſeſſiones Eccl. Zagrabienſi, ad preces Ladislai Ep. Zag. quam in hæc, per Capitulum Quinque-Eccleſienſe curat introduci. Datum Viſſegrad. fol. 12.* Montanei. Item: *Eodem & idem Rex, ſub eodemque dato, mandat Bano Sclavoniæ Mykcs ut reſtituantur libertates & jura Eccl. Zagr. fol. 13.* Sed quia inſtrumenta hæc legere non eſt datum, ultro dicere nil ſcimus. Primæ Ludovico curæ quod pro Dalmatia extiterint, caret dubio. Quare cum lib. 4. cap. 17. Joan. Lucius exhibeat tabulas tum ſolenniſſimè confectas, eas Lector, ſcrutari meditarique dignetur. Sunt quævis ibi ſpecificè, una cum Inſulis Cherſo, Veglia, Arba, Pago, Brachiæ, Leſinæ, Curſulæ, *cum omnibus pertinentiis & utilitatibus earumdem, ac titulis Dalmatiæ, Croatiæ quibus uti conſueveramus* (en agnoſci, a Sereniſſ. Republica, titulos uſurpatos ab iis fuiſſe) *& totum ipſorum jus & dominium & proprietatem, ſi quas* (perpende & obſerva) *habuiſſemus, in ipſum D. Regem & Succeſſores ſuos, ſponte, deliberate & cum maturitate transferentes: renunciantes inſuper omni actioni, & omni juris & legis beneficio, quibus ullo unquam tempore poſſemus contra prædicta, vel prædictorum aliquod, nos juvare; & promittentes ſolenniter ſub vinculo Sacramenti pro nobis, & communi Venet. corporaliter præſtiti de ipſa Dalmatia, Civitatibus, terris, caſtris, locis, inſulis, juribus, & titulis, ac ipſorum poſſeſſione, ſeu dominio, nullo unquam tempore per nos, vel alios, nos intromittere* &c. Horum conſideratione, & ſtudium virtusque elucet Ludovici, qui Coronæ ſua jura in integrum poſuit: & Scriptorum quorumvis tam Venetorum, quam aliorum audacia, qui Regibus Hungariæ, ac Ludovico maledicere non ceſſant, eosque miſerrimè accuſare, reos doli, fraudis, injuſtitiæ. Noſtris Scriptoribus, eheu! ſilentio ipſo, hæc probantibus. Vita ſanguisque Regibus dedicari ſolent, dum eorum petuntur gratiæ, negantur heu calami, in tuendis eorum legitimis juribus. Pulchrum eſt meritoriumque mori pro Rege & patria; ſcribere autem & ſcribendo tueri Coronam, demonſtrareque toti mundo, Regum juſtitias, & bellorum æquitatem, hinc ob tot doctrinas, proſpicere ſaluti occumbentium pro patria, ſpero quod dehinc pro iniquitate, & pu-

o o o blice

blico delicto, non ſit, a patriæ filiis, & Coronæ ſubditis accipiendum. Sane quisquis vel deſcripta, pro juſtitia & legum præſcripto ponderaverit, exageratam a Scriptoribus Venetis, Regum noſtrorum iniquitatem, in prætenſione Dalmatiæ, Inſularumque, non reperiet, præcipue dum ſecutam mentionati contractus reſciſſionem, vel ab aliquo ſomniatam, non reperiet: Dum item, ea, quæ tum Ludovicus Venetis (ut in iisdem eſt pactis) benevolè ceſſit, nunc quoque illi obtinent. Profectò partes Venetis ibi ceſſas, Dionyſius ſub Bela IV. Banus, cum titulo Ducis Meraniæ (qui ideo etiam in multis diplomatibus *Dux exprimitur*) acceperat, cum donatione Möttling ut pag. 224. retulimus. Ducis titulus ut *Perſonæ*, cum Dionyſio ceſſavit, locorum tamen quorundam iſthic, poſſeſſorium penes Frangepanos remanſit, ad hanc uſque ceſſionem; facto Frangepaniis per Ludovicum Cambio. Verum nos, quia actorum Ludovici hiſtoriam, non ſcriberemus, examen de circumſtantiis reunitæ per eum Dalmatiæ, omittimus. Quædam tamen pro ſtabiliendis, per poſſeſſorium dominationemque Ludovici, iis pactis atque fœderibus, notamus. Itaque

Primò. Anno ſtatim 1358. IV. Idus Februar. (vide l. 6. c. 2. Lucii, dignum conſideratione diploma) Jadrenſibus ſuis modum in judiciis præſcripſit. Obſervari merentur verba: poſt recognitam Jadrenſium fidelitatem: *Progenitoribus noſtris illuſtribus Regibus Ungariæ* impenſam, ait: *Inſuper pro Regii, & Regni noſtri honoris incremento, vicibus quam plurimis morte, ſtrages - - in perſonis atque rebus, ſæva & deteſtanda perſecutione Venetorum Civium noſtrorum, & Regni noſtri notoriorum æmulorum, ferè uſque ad hæc tempora, quibus nobis Divina gratia conferre dignata eſt, de eisdem Venetis victorioſè triumphare, ac ipſos Jadrenſes, & per conſequens totum Regnum noſtrum Dalmatiæ noſtro dominio ſubjugare*, & (obſerva diligenter) *ad antiquum jus Regium revocare* &c. indulgendo ipſis, poſt confirmationem anteriorum, condendi ſtatuta, quæ tantum *valeant intra eos*, provide profectò, excludere volens pernicioſos anteriores tractatus, hinc pergit: *Sed inter Croatos, & alios extraneos, ſervetur in conficiendis litteris, per nos, & noſtros Barones, quos pro juribus noſtris exequendis ad illas partes decrevimus deſtinandos.* Tum quamvis eos, ſui Comitis & Judicum velit ſubjectos judicio, addit: *Volumus ut ad Noſtræ Majeſtatis præſentiam valeat* (gravatus nempe) *appellare.* Privilegium idem evincit, claſſem propriam habuiſſe Ludovicum, dum ait: *Jacobus de Ceſſano Aulæ noſtræ miles, Amiratus noſter maritimus, ac Comes inſularum noſtrarum Fare & Bratiæ.* Eodem anno ex tabulis Spal. Archiep. exhibet Doct. Farlatus *1358. 11. Septembris, Joannes Pauli de Hungaria nepos Egregii & potentis Viri D. Johannis Com. Cliſſi retulit Capitulo Spalatenſi, quod præcepit Villanis de Oſtrogh ex parte Sereniſſimi D. Ludovici R. Hungar. & Joannis Bani Dalmat. & Croat. ut obediant D. Hugolino Archiep. Spalat.* &c. Eodemque, pridie Kal. Octob. anterius Civitatis regimen eſt innovatum. An. 1359. *Nicolaus de Zeecs* Banus Dal. & Croat. Comes Spalati uſque annum 1363. cui datus eſt *Vicarius*, Ladislaus Comes Cliſſienſis. In Stagno autem: *1359. 17. Octob. Stagni. Tranſactio inter Raguſinos & Spalatenſes occaſione confiſcationis bonorum Venetorum*; *apud Farlati* Tom. 3. p. 328. Anno 1369. Raphael de Sorba, de Janua miles Regius, Comes Spalati, a Rege Ludovico Spalatenſibus datus. Vide apud Farlatum a pag. 7. Tom. 3.

Jam anno 1367. teſte Lucio Mem. Trag. l. 5. cap. 4. a p. 283. abſoluta poteſtate Regia, Dalmatiam regendam voluit, Spalatenſibus mandans: *Ludovicus* &c. *Ad aures noſtræ Mattis eſt deductum, quod vos, pro uno anno proximè venturo, D. Thomam Banum noſtrum Dal. & Croat. Vobis in Comitem elegiſtis, cum Salario 300. floren. Quodve ipſe Banus conſenſerit, vobis unum juris peritum habere, qui vos reget loco ipſius Bani, & tolleret pro ſuo ſalario 200. florenos in monetis. Unde cum hujusmodi electionem nos acceptare, & admittere noluimus, fidelitati veſtræ, firmiter & diſtrictè præcipiendo mandamus; quatenus viſis præſentibus, obmiſſa & abolita præmiſſa electione, quam feciſtis, & eadem penitus non obſtante, D. Joannem de Griſogonis de Jadra, Aulæ noſtræ Regiæ militem fidelem & dilectum, pro duobus annis proximè affuturis, cum ſalario conſueto in veſtrum Comitem eligere, & aſſumere debeatis; omni difficultate contradictoria poſtergata. Aliud noſtræ Regiæ gratiæ ſub obtentu facere nullatenus auſuri in præmiſſis. Datum in Viſſegrad, in craſtina Feſti SS. Petri & Pauli Apoſtolorum, Anno D. 1367.* Ubi aliæ quoque, Regis ejusdem litteræ ſunt regiſtratæ, in quibus æquè mandat, *quatenus ipſum Mag. Joannem vobis in Comitem pro præſenti anno eligatis & aſſumatis* &c. Addit Joannes Lucius ibidem, pag. 285. *Dà queſte ſeconde lettere ſi vede: che il Re voleva, che foſſe eletto è ricevuto per Conte a Spalatto, quello che a lui piaceva. Lo ſteſſo deve haver fatto anche della contea di Trau; poiche nella regiſtrata ſentenza del Bano al cap. 3. del 1358. dichiarondoſi, che niuno poteva eſſer Podeſtà, e Capitaino, ſe non di volontà Regia, e*

tro-

Digitized by Google

trovandoſi, che Franceſco di Giorgio Zaratino Cavalier Regio foſſe Conte di Trau il medeſim annó, e continuaſſe per molt' altri appreſſo, & in alcune ſcritture exprimendoſi de mandato Regio Comes. Si conoſce ch'il Re haveva dato all' Amiraglio le Contee di tutte l' Iſole orientali di Dalmatia, inſieme col caſtello d' Almiſa; è al ſuo figlivolo, quella di Spalato.

Idem ibidem p. 292. cujus Comitis, & ipſe Rex meminit, in litteris ad Civitates maritimas datis an. 1369. *Cum nos aliqua vobis per fidelem noſtrum familiarem Baldaſſar de Sorba de Janua, Comitem Fare, Braze, & Corzulæ, & Amiratum noſtrum maritimum Generalem, commiſerimus referenda* &c. Teſtatur pariter in actis Archivi Traguerienſis legi: *1370. Indict. 8. Reg. Rege Ludovici - D. Stephani Epiſ. Faren. & Braze; & M. & potentis Viri D. Baldaſſari de Sorba de Janua, Regii Amirati; & Comitis Caſtri Almiſſi, & Inſularum Fare, Brachie, & Corzule: ſuo Vicario in Fara Nobili Viro D. Colano Martinuzii* &c. Regiſt. ibi p. 292.

Ex eisdem Mem. Trag. l. 5. c. 4. p. 277. Anno *1361. die 15. Decembris. Convocato conſilio* (Tragurien.) *In quo quidem conſilio Egr. miles D. Jacobus de Arpano Ambaſciator Sereniſſ. Principis, Domini noſtri naturalis, D. Regis Ungar. infraſcripta expoſuit.* ut appareat ad particulares congregationes, ſuos commiſſarios Ludovicum miſiſſe. Tum p. 280. Trag. 1364. *Fù publicato proclama d'ordine Regio, che niuno ardiſſe andar à Stipendy d' altri Principi, che del Rè d'ongaria, ſuo natural Signore, e li 24. Aprile ſuſſequente, fù mandata la Galera del Commune à Zara, per ſervitio Regio.*

Similiter p. 281. *1366. die 2. Menſ. April. Nos Nicolaus de Vitticor, Joannes de Sloradis, & Gregorius de Zaludinis Rector Civitatis Jadræ, cum noſtro Majori & Generali Conſilio, committimus vobis Viro Nobili & diſcreto D. Paulo de Blancardis de Parma, Judici noſtro ad Civilia deputato, & Ambaſciatori ituro pro parte noſtra, & dicti noſtri conſilii, & communis ad conſpectum Sereniſſ. Principis D. Ludovici D. G. Regis Hung. D. N. naturalis.*

Ad cognoſcendos celebres ſucceſſive Morlachos, ſequentia pag. 279. & 280. exſcribimus: *Erano detti Vlachi, ò Morlachi in quel tempo li paſtori delle montagne, che dividono la Boſna dalla Croatia a quali con l'occaſione, che li Bani Paulo e Mladino s'impatronirono di Boſna, fù permeſſo di calare l'inverno nelle valli, che confinano con li territory delle Città maritime: è come che queſti, fino che le medeſime Città furono in poter dei Venetiani, ſi erano aſtenuti di penetrar nelli territory loro; così dopo, che li Bani ripigliarono l'antica loro autorità, cominciarono anco penetrare nelli confini delle medeſime Città, col favor loro.* Hinc concedit Traguerienſibus: *Nicolaus Zeech Reg. Dal. & Croat. Banus*, ut ipſam particulam gentis Morlachorum, de ipſorum territorio repellere; ipſorumque agriculturas, ſeu terras & paſcua, eis, & eorum prædialibus ac popularibus pacifice & quiete juxta antiquorum piorum Regum collationem & ſanctionem, uti, frui, & poſſidere poſſint. *Viſis* inquiens *& perlectis continentiis, & tenoribus quamplurimorum Privilegiorum, piorum Regum Regni Hungariæ, felicis recordationis; donationibus & libertatibus per eosdem ipſis pro fidelium obſequiorum meritis factis & conceſſis - - & viſa confirmatione ipſorum Privil. per modernum D. N. Regem facta, metas & confines dictæ civitatis ambiendo.* His addas erudite docteve Lector epiſtolas illas Eliſabeth Reginæ, & Ludovici Regis &c. a Clariſſ. Lucio lib. 4. cap. 17. a pag. nobis 248. exſcriptas, demonſtratumque habes, Magnum Ludovicum, juſtiſſima Sacræ Coronæ ſuæ Jura in integrum repoſuiſſe, cum maris Adriatici dominio. Gubernationem autem Regni Dalmatiæ, per Banos Dalmatiæ atque Croatiæ geſtam, Maris dominium per Amiratos, qualiter Ludovicus exercuit, exhibet Lucius lib 6. cap. 3. §. *Et quamvis Spalatenſibus & Traguerienſibus antiqua Privilegia confirmaſſet*, ad cujus lectionem te relegamus. Ludovicus Magnus monſtravit, Venetos vinci poſſe.

Privata quævis & quorumvis miſſa cogimur facere. Quædam tamen, uti juri publico, aut Regum noſtrorum illuſtrando ſervientia notamus. Itaque I. Aut *Dominicus* Spalatenſium Archiepiſ. in gravi Spalatenſium peſtilentia extinctus non fuit, ut apud Farlatum T. 3. Anonymus; aut ſi fuit extinctus, electioni Canonicorum Spalatenſium factæ *Peregrini* (quem Tabulæ Spalatenſes apud Farlati, electum fuiſſe evincerent) Ludov. ſeſe oppoſuit. Clemens quoque VI. ab exemplo Bonifacii VIII. & Joannis XXII. qui electiones quorumvis Eccleſiarum Præpoſitorum, & ſuperiorum Cænobiorum ad ſe, ſuamque Cancellariam reſervatas quærebant, Peregrini electionem reſcidit, & Hugolinum de Branca Archiep. Spalatenſem conſtituit. Ludovicus autem pro jure Regum Veteri, Sacris Canonibus firmato, *Dominicum* Ar-

chiep. Spalatenſem conſtituit. *Dominicus* iſte, apud Farlatum T. 3. deſideratur; Eum attamen Spalatenſium Archiep. plurima noſtra diplomata teſtantur & exprimunt. Sic in Decreto Ludovici, corpori juris inſerto anno 1351. reliquos inter *Dominico Spalatenſe.* Apud Schmitth Agr. Eppi. An. 1355. diploma habet *Dominico Spalatenſi*, ut omnino ante annum 1356. Hugolinus a Papa datus Spalatenſibus Archiep. quemadmodum in diplomatibus Regum Ungariæ non exprimeretur; ſic nec habitum agnitumque fuiſſe pro Archieppo legitimo, cenſeri debet. Hinc proceſſit, ſeditio popularis, & tumultus graviſſimus cum injuria contumeliisque adverſus Hugolinum a Papa datum Archiep. indignaque ejus tractatio, ut relatum a Farlato p. 329. Statutum in Civitate conderetur: gaudere videlicet Archiep. ea prærogativa, quam habet Civitatis Poteſtas. Quod porro latas cenſuras, ob violationem perſonæ Hugolini, hujusque Succeſſoris Andreæ, Spalatenſes contempſerint, proceſſit ex Lud. Reg. Decreto, Art. I. quo ſtatuitur: *Quod ſi Prælati, vel aliqui viri Eccleſiaſtici contra Nobiles Regni Noſtri in aliqua cauſa - - proceſſerint - interdictum in eos ponere, vel contra ipſos ſententiam excommunicationis non poſſunt promulgare, ſicut hactenus uſi ſunt & conſueti, abſque ſcitu & notitia Regiæ Majeſtatis.* Hinc Spalatenſes, cenſuras latas promulgatasque, *abſque ſcitu & notitia Regiæ Majeſtatis*, contra ſe latas, a parte læſa & injuriata, (cum nemo ſibi eſſet legalis judex) ut jure & lege nullas ſepoſuerunt. Mutatis ſucceſſivè circumſtantiis, ab his cenſuris, in anno 1426. adeoque poſt annos circiter 70. (ut ex Tabulis Spalat. Farlati) abſolvi poſtulârunt, ubi cauſa latæ excommunicationis exprimitur: *Quod homines hujus Civitatis a tempore repulſæ D. Ugolini olim Archiep. Spalatenſis hæc communitas & homines ejusdem excommunicati ſteterunt, & ſunt hodierna die, propter repulſam datam eidem D. Ugolino, & propter ſiniſtros modos retentos contra ipſum; & etiam quia dicitur quod aliqui Nobiles verberaverint D. Andream Archiepiſ.* Pontifex quoque in iisdem Tabulis commiſiſſe refertur, Spalatenſium abſolutionem *Sanctiſſimus D. Noſter commiſit - - - ut abſolvere debeat Nobiles, & populum Spalatenſem, & alios habitatores dictæ Civitatis; nec non & mortuos ab excommunicatione & exceſſu alias facto contra olim D. Archiep. Ugolinum, & contra D. Andream - - ſi invenerit ſatisfactum de ſpoliis tunc factis - -* Profectò magnam hiſtoriæ noſtræ Eccleſiaſticæ partem, facturæ ſunt confuſiones, atque incommoda, quæ cauſavit *electionum* prætenſio inde a Ladislao IV. Si quis Eccl. noſtræ particularis, ſcribendam ſuſceperit hiſtoriam. Nulla Eccleſiarum eſt, quæ incommoda hæc non perſenſit, tam ob rejectos ab electione Laicos, & Epiſcopos, quam demum Capitula. Ludovicus Rex, egregiè jura Regum eſt tuitus, *Jus Patronatus*, Laicis conferendo, (ut omiſſis cæteris, infra patebit ex Caprocenſium diplomate) Quin nullas declarando, ſive latas, ſive ferendas eatenus excommunicationes, ipſeque Urbanus VI. an. 1380. (retulimus Breve in Notit. Eccl. Quinque-Eccleſienſ. MSS. cap. V.) dum Civitas Regia Montis Græcenſis Zagrabienſis, quod *Blaſium*, cui Gregorius XI. Præbendam in Eccl. S. Marci contulerat, repuliſſet, fuerit excommunicata, recognoſcit, electiones attentatas fuiſſe, *in prædicti Regis non modicum præjudicium & gravamen*, ut tanto major juſtitia ſit, legum ſubſequè latarum, ut Decr. 3. Vlad. 66. Item 1504. 26. &c.

2dò: Magnum quoque vulnus intulit, incoata ſub Ladislao IV. ſub titulo *pecuniæ Chriſtianitatis* impoſitio, in Dalmatia autem ſub titulo *precationum*. Hæc etiam tributa, Boſnenſes non ſolum Schiſmaticos, at etiam hæreticos effecerunt. Ludovicus hæc vetuit. Imo cum talis impoſitio ab omnibus Sacerdotiis fructiferis, cunctisque fructibus ex bonis ab Eccleſiaſticis habitis, Romano Pontifici, ſub pœna incurrendæ fulminatæque excommunicationis, exolvenda fuerit, in confirmatione Privilegii Andreæ II. (vide Decretum Ludovici) excipit: *Quod nobiles homines ſine hærede decedentes poſſint & queant vel aliis Eccleſiis quibus volunt in vita, vel in morte, dare & legare poſſeſſiones eorum, aut vendere, vel alienare.* Hinc toto noſtro Clero conſentiente, ennatum eſt, ſucceſſivè tot legibus firmatum, *jus* illud: quod *ſæculare* vocamus. Ludovicus reſpexit, ne per ejusmodi donationes, legata, venditiones, totum Regnum Cancellariæ Romanæ tributarium evadat, ac ut tollat formatæ *juris clientellaris* a Bonifacio VIII. quæſtioni occaſionem; Clerus autem, adverſus collectores, ejusmodi tributorum Papalium, perlubenter acceſſit, dum a ſummis pecuniariis, tributa illa, ſolvi non debere, nec iis eſſe impoſita allegabat. Tum ad minuendum Papæ introitum, *Decimas* art. VI. Decreti ſui; Ludovicus reſtrinxit; ad Bona unicè & tantùm Eccleſiaſtica; & Nobiles ad ſolvendas a Bonis ſuis Decimas, quia non obligâſſet, magnarum ſucceſſivè quæſtionum & incommoditatum, poſitum eo articulo eſt fundamentum & radix (quas narrare nil juvat) ut demum *Decimæ*, Clero pendendæ, *ad uſum* ſimplicem reductæ per leges habeantur. Quia verò eodem articulo, agricultores bonorum Eccleſiaſticorum, *ad Nonam*, ut Dominis terreſtribus ſolvendam obligabantur, *ad Decimam* inſuper in Eccleſiaſticis bonis prædiisque de-

gen-

Digitized by Google

gentes, ob duplex hoc onus, evenit: ut bona Eccleſiaſticorum (erant tum Coloni, migrationis liberæ, teſte Dec. Lud. art. 18.) in deſertum abirent. Cogebantur itaque Eppi & Clerus, *Nonam* relaxare ſuis ſubditis, & ſola contenti eſſe decima, aut hanc arendare ſæcularibus, qui poſſent ſubditos in Bonis Eccleſiaſticis retinere, eosdemque ab onere tributi illius eximere, negando illud Collectoribus Papalibus. Denique anteriora Regum Clero elargita *de ſolvendis ab omnibus decimis* Privilegia, ob lucra ex Decimis arendatis, *in uſu*, manutenere. Hugolinus Spalatenſis, quantum hactenus eruere valui, primus fuit, qui Decimas arendavit, Duimo Nicolao Comiti Spalatenſi, Nicolaus autem Zagr. Eppus (hiſt. Ecc. Zag. p. 131.) poſt Decretum illud, in anno 1355. confirmationales novas procuravit, & Epiſcopi magis fuêre ſoliciti de procurandis per Donationes Regias bonis, quam decimis, ut ex hiſt. Zagr. infra videretur, *Stephanus* attamen Ep. Zag. (ut p. hiſt. Ec. Zag. 133.) Hugolinum imitatus, has æque arendare incepit. Succeſſivè mutatis circumſtantiis, & contributione illa Papali ceſſante, poſtquam Clerus Banderiorum obligationem intuitu quoque Decimarum ſi ab omnibus in natura pendantur aſſumpſiſſet, prætendi exolvique inceperunt.

Gregorius XI. ut Decimas quorumvis fructuum ex ſacerdotiis rehabere valeat, anno 1370. adverſus Turcas bellum Ludovico proponens, has ad hunc finem pendendas a Clero Dalmatiæ & Hungariæ exorat, conſtitutis eatenus Theſaurariis. Vide Farlatum, & ibi monumenta, ut „ Helias miſeratione Divina Epiſc. Cathanienſis Domini Papæ Theſaurarius Generalis „ &c. *Item p. 331.* Fr. Thomas DEI & Apoſtolicæ Sedis Gratia Ab. Monaſt. S. Griſogoni de „ Jadra, Collector Generalis in Spalat. & non nullis aliis Civitatibus, deputatus per D. Fr. „ Vivianum de S. Severino Ord. Crucifer. Generalem Magiſtrum, Apoſtolicæ Sedis Nuncium, „ & Collectorem Generalem fructuum, redituum, proventuum, cenſuum, decimarum, & alio- „ rum quorumcumque fructuum Cameræ Apoſtolicæ debitorum, in dicta Spalat. & non nul- „ lis aliis Civitatibus, & Diœceſibus & Provinciis, & partibus auctoritate deputatum, &c. „ At videns Ludovicus, exoratas Decimas converti a Papa adverſus Mediolanenſes & Florentinos, quæſtus eſt. Gregorius ad placandum Ludovicum Strigonienſi & Colocenſi Archiepiſc. mittit diploma, pro elargiendis ampliſſimis indulgentiis (Farlato teſte) qui pecuniam ſubſidiumque darent Regi adverſus Turcas; lege nihilominus illa, ne promulgare indulgentias liceat, donec Rex Decimas pro Sede Apoſtolica colligi, & ad eandem transmitti non ſinat. Reſpuit quævis Ludovicus, magnæque hinc enatæ confuſiones, quas omittimus; prouti &, qualiter conſecrandi Jus Metropolitanis, Epiſcopos ſuos ademptum ſit? & Annatæ ſucceſſivè inductæ, cum hæc ad hiſt. Eccleſiaſticam pertineant. Epiſcopos Dalmatiæ, Rex Ludovicus Diplomatibus æque inſerebat, ut docent diplomata.

Sclavoniam veteri more rexit. Fratrem Stephanum Ducem illi dedit, patetque ex ejus dipl. ſupra p. 147. exſcripto, item Hiſt. Eccl. Zag. p. 132. In Decreto ſuo anni 1351. art. XI. veteri more, Sclavoniam *terram Ducatus* exprimit, occurenteque quæſtione? an omnes Nobiles æqualibus prærogativis gaudeant? an item iisdem gaudere valeant Sclavi, ſtatuit: *Ad eorumdem etiam Nobilium petitionem annuimus, ut univerſi Viri Nobiles* (obſerva) *intra terminos Regni noſtri conſtituti, etiam in tenutis Ducalibus* (ob Stephanum fratrem Ducem Sclavoniæ) *ſub incluſione terminorum ipſius Regni noſtri* (en firmari Sclavoniam ſemper fuiſſe Regni Ungariæ) *exiſtentes ſub una & eadem libertate gratulentur.* Quare diſtinctio Nobilium, quæ ex anteriorum Regum Privilegiis certa eſt, per hunc Ludovici Regis articulum eſt ſublata; quô, univerſi Nobiles, una eademque libertate gaudere declarantur. Articulo XII. a collecta mardurinali *Banſul mora* Sclavoniæ Nobiles eximuntur, quæ quid fuerit? explicare non vacat. Interim in relatoriis ad *Nicolaum totius Sclavoniæ* Banum, ſuper tributis in diverſis Regni Sclavoniæ locis exigi ſolitis, facta mentione denar. Banalium (qui ætate hac, groſ. 1. & med. valebat ſingulus) Lucri Cameræ, Mardurinarum &c. legimus: „ Item inveſtigando diligenter reſciviſſent: quod ab antiquis temporibus pro marturina a quo- „ libet jobagione, & Regio Cive exigebantur 12. den. Banales. Item pro lucro Cameræ iidem „ den. ſeptem, ſive 19. ſimul conjungendo. Et ultra hæc exigebantur duo den. competentes „ exactoribus ipſarum mardurinarum & 7. den. Item unus den. ſimiliter de quolibet jobagio- „ ne pro homine D. Epiſcopi Zagrabienſis, qui homo dicti Eppi ab antiquis temporibus, pro „ teſtimonio in exactione ejusmodi procedebat, ne aliquis ex Regnicolis injuſtè poſſet, per „ exactores hujusmodi aggravari Nunc vero ultra hæc, indebitè & injuſtè exigitur lucrum „ Cameræ in foris; loco cujus fuerant ipſi ſeptem denar. & nunc exigantur cum marturinis ut „ eſt dictum. Datum Feria 2. proxima ante Feſtum Aſcenſionis Domini, anno ejusdem ſupra- „ dicto 1349. „ Hinc quia poſterior eſſet Art. 12. an. 1351. fors erudito Lectori, ad eum intelligendum, memoratæ relatoriæ, ſervire poſſent. Ad docendum ultro Ludovici, erga Sclavoniam ſuam affectum, anno 1359. conſtituit elargito Privilegio: Incolas Regni Sclavoniæ, co-

ram nullo Judice trans fluvium Dravæ, juri ſtare, teneri; verum in præſentia Bani, aut ejus Vices gerentis reſpondere ſint obligati, Horum vero judicio non contenti, ad Curiam Regiam valeant appellare. Hoc Privilegium 1364. appenſione duplicis ſigilli munivit, & 1377. tranſumpſit. *Stephano* Duce mortuo, ſub tutella matris ſuæ Margarithæ, filius ejus *Joannes Dux erat Sclavoniæ*, cujus meminimus p. 132. hiſt. Eccl. Zag. Item apud Pray Ann. P. 2. p. 112. in Rudolphi Ducis Auſtriæ tabulis anni 1359. 2. die Auguſti, ubi: *ac cum D. Johanne illuſtri Duce Sclavoniæ, Croatiæ, & Dalmatiæ &c.* Quo mortuo, *Eliſabeth* mater Ludovici, præfuit; erectoque *Segnienſi per Ludovicum Capitaneatu, Carolus Dyrhachinus* anno 1370. quamvis ſub Banali titulo, & primus Segniæ Capitaneus, & Dux melius ac Banus, D. C. Scl. fuit. Sub his Ducibus, uti & olim, fuere Bani, a Banis Dalmatiæ Croatiæque diſtincti. Reſidua Ludovici infra a p. 129. hiſt. Eccl. Zag. compendio exhibita, & Annal. Cl. Pray P. 2. vide. Diploma Civitati Capróncenſi a Ludovico datum, & nobis, inde miſſum, exſcribimus.

„ Nos Ludovicus DEI Gratia Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Gallitiæ, „ Lodomeriæ, Cumaniæ, Bulgariæque Rex. Princeps Salernitanus, & honoris Montis S. An„ geli Dominus. Omnibus Chriſti fidelibus præſentibus & futuris, præſentium notitiam habi„ turis ſalutem in omnium Salvatore. Regiæ ſpeculationis & ſolicitudinis eſſe debet, invigila„ re ſubditorum remediis & quieti; & eos proſequi ampliori munificentia gratiæ ſpecialis; ut „ tanto illi ex fidelibus fideliores, & devotiores ſe exhibeant ex devotis: quantò potiori liber„ tatis beneficio, ex regalis proviſionis dono, eos contigerit gratulari. Proinde ad univerſo„ rum notitiam harum ſerie volumus pervenire: Quod nos volentes Cives & hoſpites noſtros „ fideles, de Kapronecza (ut ipſi, fidelitatem etiam numeroſitate augeant) adinſtar aliarum „ Civitatum noſtrarum *Regalium Capitalium*, libertatibus & gratiis Regiis decorare, ad in„ ſtantiam eorumdem humilem & devotam, libertates infraſcriptas, quibus etiam inter cæte„ ras, Civitas *noſtra Græcenſis* a tempore fundationis ejusdem eſt gaviſa, duximus eisdem „ concedendas, ita: ut amodo impoſterum dicta Kapronecza, tanquam libera, & capitalis Civi„ tas Regalis cenſeatur; Civesque ejusdem infra denotatis libertatum prærogativis, more Ci„ vium Græcenſium perpetuis temporibus gratulentur. Conditiones itaque & libertates hoſ„ pitum, ſeu Civium in prædicta habitantium & commorantium tales habeantur - - - Cives „ autem liberam habeant, undecumque voluerint, eligendi Judicem Civitatis, nobis præſen„ tandi eundem annuatim: *Plebanum etiam*, qui eis utilis fore videbitur, eligent in Eccleſi„ am eorumdem pro ſuo arbitrio voluntatis - - - item ſtatuimus: quod in eadem Civitate „ Forum ſolenne in hebdomada, videlicet die Lunæ celebretur; & poſt hoc, forum quotidia„ num quotidie habeatur. In cujus rei memoriam, perpetuamque firmitatem, præſentes eis„ dem conceſſimus litteras Noſtras Privilegiales pendentis authentici duplicis ſigilli munimine „ roboratas. Datum per manus Venerab. in Chriſto Patris D. Nicolai, DEI & Apoſtolicæ „ Sedis gratia Archielecti, confirmati Colocenſis, Aulæ noſtræ Cancellarii dilecti & fidelis „ Noſtri. Anno Domini 1356. pridie Nonas Novembris, Regni autem noſtri anno quinto de„ cimo. VVbbus in Chriſto Patribus Dominis, Nicolao Strigonienſis, locique ejusdem Comi„ te perpetuo: Ugolino Spalatenſis Archiepiſc. Nicolao Agrienſi; Demetrio Varadienſi; Ni„ colao Quinque-Eccleſienſi, (Tranſilvaniæ Sede vacante) Colomano Jaurienſi; Joanne We„ ſprimienſi; Stephano electo, confirmato Zagrabienſi, Thoma Chanadienſi, Michaele Va„ cienſi, & Petro Boſnienſi, Fratribus Thoma Syrmienſi, Stephano Nitrienſi, & Blaſio Tin„ ninienſi, Eccleſiarum Eppis, Eccleſias DEI feliciter gubernantibus. Magnificis Viris Ni„ colao Conth Palatino, judice Cumanorum; Cyco Mgro Tavernicorum noſtrorum, Andrea „ Wajvoda Tranſilvano Comite de Zonuk, Comite Nicolao Judice Curiæ noſtræ, Nicolao Ba„ no de Macho, Mgro Leuſtachio Comite Simigienſi, Albenſi, & Tolnenſi, Banatum totius „ Sclavoniæ tenente, Leukews Dapiferorum & Pincernarum, Dionyſio Agazonum, & Tho„ ma Janitorum noſtrorum magiſtris, & Simone Comite Poſonienſi, aliisque quam pluribus „ Comitatus Regni noſtri tenentibus & honores. „ Confirmarunt diploma, Sigiſmundus, Ma„ thias, Ferdinandus I. Maximilianus.

Actis debitis gratiis, Ampliſſimo Magiſtratui L. R. C. Caproncenſis, pro communicatione præmiſſa, teſtatoque palam eorundem Nobili animo, eruditionis & illuſtrandi publici juris ſeſe hoſtes non eſſe, verum adjutores. Firmantur ex præmiſſo diplomate, quæ ſupra retulimus, collati nempe per Ludovicum *Juris Patronatus*, temporibus iis, quibus Roma, quævis a ſe beneficia conferenda prætendebat, hinc tuendorum Regalium jurium, & ante læſorum, vindicem, Ludovicum omnino fuiſſe. Fundator Parochiæ Caproncenſis Ludovicus quod fuerit, ſuæ, quas vidi legique teſtantur litteræ; jus nihilominus *jus Patronatus* fidelibus ſuis Civibus contulit. Docemur: *Sclavoniæ Capitalem Civitatem Montem Græcum*, hoc eſt Zagrabiam

Digitized by Google

biam eſſe, ſecundum diploma p. 124. relatum. Inſuper ſervit, ad explicandum art. 4 anni 1404. quò, Civitates ejusmodi, Principalioribus annexæ, recognoſcuntur; & Tavernico addiciuntur.

Vulneratis læſisque S. Coronæ juribus revindicandis Ludovicus magnopere ſtuduit, hinc ſerviam, Bulgariam revindicavit, Boſniæ Reges, ut olim Emericus, ſub clientella ſua ſervavit. Sed hæc, unà cum *Theodori Keriatovics* Ducis de Munkács ut prætenditur (cujus P. Schmitth in Ser. Epp. Agrienſ. diſpoſitionem exhiberet) illuſtranda ab aliis rogamus, præſtolamurque. Anno 1382. die 12. Septembris, Immortalis; *felixque magis ac providus* Ludovicus obiit.

VII. MARIA. Ea quæ hiſtoriæ ſunt, relegamus Lectorem ad Scriptores alios, tum & infra hiſt. Eccl. Zagr. a pag. 139. item a pag. 336. Quæ porro, *juris ſunt publici*, aut Politicen; doceri a doctis eruditisque oramus. *Paulus de Paulis* teſtis idoneus & coævus, Jadrenſis Patricius in memoriali ſuo perhibet, Ludovicum 12. Septemb. in aurora Tyrnaviæ mortuum, die 16. ſepultum; ſubjungens: *deinde cras hora tertiarum videlicet die 17. menſis præſentis* (adeoque Septembris) *D. Maria filia ſenior antedicti Regis in Civitate prædicta, coronata fuit in Regem, in cujus coronatione multi milites* (quos Auratos vocamus) *facti ſunt.* Velox tranſitus a luctu, & ſepultura patris, filiarum atque viduæ, ad gaudia coronationis. Proceres Regnique Status, una mortem Magni Ludovici, & factum filiæ, uſurpatæ nempe Coronæ, ſine diæta nec indicta, nec requiſito eorumdem conſenſu, perſenſerunt graviſſimè, ob violata jura Reipublicæ publica. Iſtud ex metu Caroli, & fœminarum ambitione, Palatini item imprudentia proceſſit. Metuebant illæ Urbani VI. propenſionem in Carolum, præcipue quod 1381. Pax Venetos inter & Genuenſes ſancita fuerit; ſcientes autem erga coronatos Reges, Hungarorum propenſionem, crediderunt ſaluberrimum fore, ſi illico *Maria* in Regem coronetur. Sed conſilia hæc, decocta non fuiſſe, ipſi conſulentes animadverterunt, ridebatur fœminæ in Regem Coronatio, Palatini execrabatur factum, officiique ſui ignorantia, quare haud orator, arbiterque intra Regni Status & Reges prædicabatur; verum præpotentiæ cupidus, juriumque Coronæ everſor, qui dare *fœminam Regem*, Regno libero preſumpſit. Profectò præcipitantiam erroresque ſuos, brevi Palatinus advertit. Neque ſcio, an metu motuum? vel ſine ex alio Diæta nec dehinc erat indicta, at credebatur rem modis aliis mitigandam. Itaque jura Reginæ Viduæ inſinuabantur, præcipue quod Ludovicus, poſt ſtabilitum Regnum Siciliæ Carolo, Dalmatiam Eliſabethæ dediſſet, ut firmarent tot monumenta, reliqua inter perpende illud Eliſabethæ apud Lucium lib. V. cap. I. *Eliſabeth D. G. Ung. Pol. Dal. fidelibus ſuis, univerſis & ſingulis Rectoribus, - - - Jadræ, Raguſii, Sibenici, Tragurii, Spalati, Cathari, & Inſularum Leſinæ, & Braciæ, Arbi, & Kerſi, cæterisque Communitatibus Regni Noſtri Dalmatiæ* &c. Quare mortuo etiam Ludovico (cap. 2. lib. V. Lucius) *Die X. Octob. 1382.* Jadrenſes ad Reginam Eliſabeth, miſére Oratores, incoando! *Sereniſſima & Excellentiſſima Princeps & Domina Noſtra Naturalis*, Ipſaque, & nequaquam Maria, de dato Nitriæ 25. Octob. 1382. Mittit Mgr. Joannem Biſſenum Comitem Veſprimienſem ad Dalmatiam, cui etiam die 2. Decemb. Jadertini reſponderunt: *licèt noſtra modica facultas ad tantum non extendatur* (conſervandas nempe partes illas) *tamen ex debito noſtræ fidelitatis, eidem diximus ad ſingula, prout nobis pro honore V. M. & Sacri diadematis Ungariæ, ac pro ſalubriori conſervatione harum partium viſum fuit* &c.

Interim ad ſtabiliendam in Regno Mariam, videbatur exigendum fidelitatis juramentum. Quid Hungaria fecit? neſcio. Dalmatæ illud præſtiterunt, ſed ut patet apud Lucium l. 5. c. 2. ex litteris Jadrenſium 2. Februarii ſcriptis anni 1383. haud Mariæ Regi, ſed Reginis tribus, videlicet Eliſabethæ Matri, filiabusque Mariæ ac Hegvidi. Ex his litteris juvat quædam exſcribere: *In manibus Ven. & Egregii Viri D. Nicolai Præpoſiti Eccl. S. Petri de Poſega; Licentiati in jure Can. digniſſimi - - - acceptantium & recipientium tam nomine MM. VV. quàm vice & nomine Sereniſſ. & Excellſſ. Principis & D. N. naturalis, Dominæ Hegvide inclytæ natæ junioris glorioſſ. memoriæ q. Sereniſſ. Prin. & D. N. naturalis D. Ludov. R. Ung. Pol. Dal. &c. illuſtris, ſicut Altiſſimo placuit abſque prole maſculina de medio ſublati, Succeſſorumque veſtrorum, & ejusdem illuſtris D. Hegvidæ, jure naturæ & Succeſſorio, ac ordine genituræ, ſeu debitæ ſucceſſionis in dicto Regno Ungariæ ſuccedentium, pariter & Sacræ Coronæ Hungar. - - - juramentum debitæ fidelitatis - - perpetuo inviolabiliter obſervandum præſtavimus.* &c. ibi cum attentione legenda. Multa hinc demonſtrantur, imò: In Dalmatiæ poſſeſſorio pleno atque integro, Reginas fuiſſe: & in ſucceſſionis ſexus maſculi defectu, Dalmatas ſemet iterum, ſexui fœmineo ſubjeciſſe, & Sacræ Coronæ, dum jurant ſigillis appoſitis; *pariter & Sacræ Coronæ*, ut iterum jura Regni firmata ſint. adò: Miniſtros Reginarum, poſt præcipitem coronationem Mariæ, ſucceſſionem earumdem, ut exprimitur *jure naturæ & ſucceſſorio*, declarandam acceptandamque a Subditis

Digitized by Google

tis quæſiviſſe. Atque hanc, 3. Dalmatas *ordine genituræ* agnoviſſe, juramentisque firmâſſe. Poſt juramentum hoc Dalmatarum, *Mariæ* Reginæ ad Dalmatiam ordinationes, reperiuntur. Vide miſſis aliis, apud Lucium l. 5. c. 3. Datum Budæ poſt quindenas Paſchæ 1383. *pro Raguſeis* expeditas litteras, attamen exprimitur: *de conſilio, conſenſu & beneplacitâ voluntate Sereniſſ. & Exlliſſimæ Principis D. Eliſabeth præmiſſa D. G. R. Ung. Pol. Dal.* &c. Obſervari nihilominus ex eodem inſtrumento debet, Regem Raſciæ & Boſniæ, caſtrum novum in loco *Dracavizza* vocato, intra Raguſium & Cathari Civitates Reginarum, ædificâſſe. Quin anno eodem 1383. die 24. Octobris (ut Paulus de Paulis in ſuo memoriali, Rector tum Jadræ) notavit, Jadram venerunt *Eliſabeth Reg. Ung. Senior, & D. Maria Regina Junior, & D. Draga ſoror ſua cum cæteris Prælatis & Baronibus eorum.* Duo hic animadvertas lector, 1mò. Primos omnium fuiſſe Dalmatas, qui *ſucceſſioni ſexus fœminei in Ungariæ Regno* ſubſcripſerunt, adeoque 2dò: Scriptores Venetos, injurioſè depingere Reges noſtros iniquos eſſe; proptereaque Dalmatiam, illico a morte Ludovici defeciſſe, ſeſeque vindicâſſe, Reginarum captivitate, de non obſervata per Ludovicum, Dalmatarum libertate, immunitatibusque.

Sclavonia verò, præmiſſa quævis tulit ægerrimè, petitumque fidelitatis juramentum, deprecata eſt, modosque omnes Palatini execrata. Banus *Joannes*, primus omnium defecit, qui, ut Paulus de Paulis 1383. (poſt memoratum ſuperius Dalmatiæ factum) die 8. Februarii ad Carolum abiit, cum Nepote Prioris auranæ. Quin *Miles Ungaricus*, intellecta: ſtabilita ſexus fœminei in Regno Ungariæ ſucceſſione, Jadrenſibus fuit incommodus, Paulo teſte: *Die 19. prædictorum anni & menſis* (nempe Febr. 1383.) *defenderunt Jadrenſes bladum . . . quas antedicti Ungari deprædati erant, in villis Jadrenſium. Et hoc fuit in campo Archiepiſcopatus prope arcum.* Hinc Stephanus Laczkovich die 1. Auguſti Banatum aſſumpſit, & Joannes de Paliſna Auranæ Prior, officio privatus. Hæ res, motus auxerunt. *Stephanus Banus* ob acceſſum ad partem adverſam, ſucceſſorem, anno ſequente nactus eſt, *Thomam de S. Georgio*, qui in Decreto Mariæ Themplinus exprimitur. Banus de Machow, totque cæteri, adverſus Reginas, ſemet declarârunt. Cum autem tutum non crederetur diætam indicere, murmurantibus tantis, pro diplomate, perditaque omni libertate, *Maria* ad inſtantiam *Pauli de Padverſya, & Dionyſii, Dominici de Oſztopan* filii, (vide Decretum Mariæ Reginæ) Andreæ II. & Ludovici confirmat Privilegia, ut hac re mitigarentur. In decreto hoc exprimitur: pacis procurandæ ſtudio Decretum emanâſſe. Tum Dalmatarum memoratum factum: *Volente Domino Cæli, cujus nutu omnia reguntur & diſponuntur, . . . Nobisque Succeſſoribus, & ordine genituræ ſolium & Coronam dicti Regni Ungariæ, ac ſceptrum Regni, ipſius Genitoris noſtri, feliciter adeptis* &c. Confirmatio hæc, concepta ſtudio procurandæ pacis, obfirmavit magis omnes, adverſus Reginas, dum legerunt: nullam exprimi Statuum mentionem. Quare plurimi a Reginis defecerunt. Jadrenſis Archiepp. 1384. Romam petiit, ſecutus hunc Paulus Zagrabienſis, motusque conſecuti graviſſimi. Reginæ de ſponſis cogitare coactæ, qui tueri illas poſſent, plus curatum habuêre de matrimoniis, ac rebus ſedandis.

Interim non obſtante eo, quod Thomas Banus Dal. & Croat. die 18. Julii 1384. novam unionem cum Jadrenſibus fecerit, juramento firmatam, pro ſervanda fidelitate Reginis, Carolus Zagrabiam, deinde in Hungariam adveniens, ab Archieppo Strigonienſi, Demetrio, Menſe Decembri anni 1384. eſt coronatus, & Rex Ungariæ conſtitutus. Quare omiſſis quibusvis cæteris.

VIII. CAROLUS II. Rex duorum menſium. Dubitari haud poteſt, elargita non fuiſſe ab eodem Privilegia, ego attamen, nullum legi. Qualiter? quamve indignè periit, qualiter item in corpus mortui Sævitum? cui lubet deſcribat, ego ejusmodi tacere malo. Anno 1385. die ſexta Februarii, vivere deſiit.

Mors indignè illata Regi, commovit quosvis. Hinc ſublato impiè Rege, opinione Palatini *Nicolai de Gara* (proclamatæ iterum in Reginas.) Eliſabeth & Maria triumphantes in Sclavoniam pergunt, ut Regnum hoc, fidele ſibi efficiant. At quæ illis evenerunt, quia hiſt. Eccl. Zag. pag. 141. retuliſſemus, non repetimus. De origine & cauſa, celeberrimarum harum calamitatum, an quispiam, vel eo compendio, ut ſupra commentamur ſcripſerit? nos latet. Parcat eruditus Lector neceſſitati, relati compendii, ſperamus a doctioribus, aperta Periodo utilium Reipublicæ litterarum, hæc diffuſius illuſtranda. Sane ſuperiora evincunt: Congregatorum in anno 1723. Sacræ Coronæ Statuum, teſtatam Art. II. recti judicii æquitatem, dum quæ olim Dalmatia, ſaniorque Hungaria, ob immortalia Ludovici promerita conſtituit; tum ob renatum in Carolo III. Ludovicum, in legem relata ſunt. Mihi perſuaſum eſt, ſi Scriptores noſtri, de utilibus Reipublicæ ſcripſiſſent, a tot ſucceſſivè caſibus, immunis & libera fuiſſet Patria. Libertatem quærebant, & hac amiſſa, captivos Imperii Turcarum ſe effecerant.

Scla-

Digitized by Google

Sclavonia inſuper, quæ tum ſucceſſionem fœmineam acceptare renuit, illique reſtitit, ſucceſſivè prima, (docentibus actis publicis, tam ſub Ferdinando I. quam etiam Carolo III. quia poſtremæ huic, anno 1712. annuit) legitimam debitamque eſſe agnovit, eidemque ſubſcripſit.

IX. SIGISMUNDUS. Quia nubentem Reginæ conſequens eſt Regem fieri, anno 1387. in Regem Hungariæ eſt coronatus. Sed an antea in Regem electus, habitusque ſit? dubitari poteſt, ex textu diplomatis a Cl. Pray relato P. 2. An. p. 164. ubi ait Sigiſmundus: *Domino Ludovico Rege - - in perrenis Regni patriam translato, & anteſata Sereniſſ. Principe Domina Maria Regina ipſius nata, in ſolium paternum hæreditatis jure* (nulla hic mentio electionis vel conſenſus) *ſuccedente; dum eodem tempore nos ipſius Regni Hungariæ Tutor exiſtendo - - exercitum duxiſſemus.* Item Maria Regina teſte Raiſcany ibidem apud Pray p. 171. anno 1383. ait: *omni eo jure & proprietate quibus eadem poſſeſſio Sarnozza per nos, noſtrasque prædeceſſores Reginas Hungariæ habita fuit & poſſeſſa - - de manibus noſtris Reginalibus ex conſenſu etiam & de beneplacita voluntate incliti Principis Domini Sigiſmundi Regis Hungariæ, conſortis noſtri chariſſimi per modum camby dedimus - -* Ut hinc iterum Reginarum ex lubitu de Regno diſpoſitio, prætenſioque: Regnum eſſe atque Coronam *hæreditariæ proprietatis* earundem, arguatur. Verum hæc, doctiores clariora reddant. Ex Diplm. apud Lucium l. 5. cap. 2. Anno 1387. die Cænæ Domini Budæ, expedito, palam ait: *Sigiſmundus DEI Gratia, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex - - fidelibus ſuis - - in Regnis noſtris Dalmatiæ & Croatiæ exiſtentibus.* Quibus litteris, apparet diviſa fuiſſe ſtudia Procerum. Interim ab anno hoc 1387. Sigiſmundum habitum fuiſſe Ungariæ Regem extra dubitationem eſt. Inquietum attamen Regnum habuit. Nos quibusvis aliis omiſſis, Regionum unicè harum ſub Sigiſmundo res, illuſtrare conabimur. Itaque perpenſis monumentis tam Dalmaticis, quam noſtratibus, Memoriali item Pauli de Paulis, Jadræ Rectoris ſæpius, Comitis Sibenici, ſæpiusque ad Reges Oratoris, adeoque teſtis de ſcitu, negotiaque tractantis, ac ut apparet veritati ſtudentis, ſequentia colligimus & compendio damus.

Sigiſmundo, in Regem Coronatio, incommoda non abſtulit, verùm cauſavit. Præcipue dum a caſtigandis reis incoavit Imperium. Recole hic relata Hiſt. Eccl. Zag. p. 337. virtute quorum relata iſthic ex Thurocz. pag. 142. emenda. *Joannes enim Paliſha* Auranæ Prior, teſte Paulo, anno 1390. die 16. Februarii obiit. Ob expertam Garajanæ familiæ fidelitatem, Dalmatiam Sigiſmundus, Palatinis ſubjecerat, *Joanne Epiſcopo Segnienſi* Vicario Generali conſtituto, referente hæc Paulo 1388. 28. Auguſti, Epiſ. Segnienſis venit Jadram, *Vicarius Dom. noſtri Regis in Dalmatia, ac etiam Comitis noſtri Palatini, Regni Ungariæ.* Profecto Cl. Farlatus, T. 3. p. 8. Comites Spalati ab anno hoc 1387. non exhibet, immò notat: *Rectorum indigenarum Imperio rurſus abrogato, ſumma Regiminis Spalatenſis ad extraneos devoluta eſt* &c. Anteriori Dalmatarum fidelitati fidens Sigiſmundus, eas credo fecerit diſpoſitiones. Verùm de Traguirienſium rixis, litteris Pauli de Paulis informatus; per Spalatenſium item Oratorem, (erat iſte Nicolaus de Spaleto Fr. Ordinis Minorum, Lector Conventus, nullus enim Spalatenſium ſecurum ſe credebat, ſi iviſſet ad Sigiſmundum, ob propenſionem ad Tvarcum) de iis, quæ *Tvarcus Boſniæ Rex*, & Joannes Prior Auranæ, pro hoſtibus Regni publicati, molirentur. Rex continuo providit, ordinando exercitum, eidem, ſuprema auctoritate præficiendo *Ladislaum de Loſoncz* Banum Salavoniæ, cum poteſtate Gubernatoris Dalmatiæ Croatiæque, & Capitanei exercitus Regii. *Joannes Eppus Segnienſis* die 25. Auguſt. receſſit, & D. *Alberto* electo Priori Auranæ, ductorique exercitus Regii, interea curam Dalmatiæ credidit. Ladislao de Loſoncz die 23. Decembris (quo die Jadrenſes mutuam invicem pacem juraverant) poſt Veſperas Jadram appellente.

Spalatenſes tametſi ad ſpeciem fidelitatem teſtarentur, in actis ſuis publicis, Dominos ſuos naturales exprimendo Mariam & Sigiſmundum, ut teſtantur monumenta apud Farlatum, quibus: *An. 1389. Ind. XII. V. Januar. Regnantibus Sereniſſimis Principibus, & Dominis noſtris naturalibus Sigiſmundo, & Domina Maria D. G. Ung. &c. Rege & Regina Inclytis*; nihilominus fluctus ſuos abunde patefecerunt, non ſolum perſona Legati, Franciſcani unius; ſed etiam prætenſione, removendi Archiepiſcopi Ugolini; maximè autem data nuncio ſuo commiſſione, reliqua inter: *Quod ſi propter aliquas fortaſſe occupationes, aut impedimenta magis ardua, nos liberare non poterit* (nempe a metu Tuarci) *tunc petatis ab eo & Regni Proceribus, ſaltem majoribus, litteras patentes, ut abſque infidelitatis nota liceat nobis providere de ſtatu noſtro quomodocumque poterimus, ne ſuper eorum animas pereamus - - - Si vero dictas litteras obtinere nullatenus valebitis, tunc publice coram ipſa Majeſtate Regia - - proteſtemini viva voce, quod ſi quid fecerimus pro ſalute noſtra, quod eis forſitan non placeret, non imputetur nobis.* Audax commiſſio: *coram ipſa Majeſtate Regia proteſtemini viva voce*, quæ tam animos Spalatenſium, nunc etiam loquitur; quam

quam Religioſi legati temeritatem, qui talem ſuſcepit commiſſionem, credens, idem eſſe: clamare Regibus & Regni Proceribus, ac in ſchola diſcipulis, aut in actu quopiam arguentibus, & Antitheſes proponentibus. Tali tantoque legato conveniens erat, illa quoque commiſſio, ut Petrum Vice-Cancellarium *inducat*, ad ſcribendas Papæ litteras nomine Regis, quod vellit Rex, Ugolinum Archiepiſcopum Spalatenſem amotum, utque Papa provideat, de alio bono paſtore, pro quo Communitas Spalati eſſet ſupplicatura. Quas ſi non daret, vel recuſaret, *aut non recordaretur* (verba hæc arcana ſunt, ferientia Petrum) ut tum primo procuret dictas litteras de novo, a Rege, & Reginali Majeſtate. Textum habet Farlat. T. 3. p. 332. Hæc, ut puto, poſt tot ſæcula, nunc etiam ſunt ſpeculum, religioſarum virtutum, Fr. Nicolai Lectoris, & Legati Spalatenſium, modus item cognoſcendæ cauſæ, ſtudii proviſionisque Regum noſtrorum identidem, ad ſervandam legalitatem monumentorum. Cenſuræ item ab Apoſtolica Sede fulminatæ, in falſificantes litteras. Quid *Nicolaus* effecit? non erui, Urbanus tamen VI. Hugolinum Archiep. fecit reſignare Archiepiſcopatum, creando Archiepiſcopum Spalaten. *Andream Gvaldum.* Iſte, jam initio anni 1389. fuit Archiep. Spalat. atque Stephano Tvarco Boſniæ Regi devotiſſimus, ut Andream, ſuum fidelem Conſiliarium, & Capellanum ſpiritualem Tvarcus exprimat, in elargito ipſi diplomate, relato a Farlato Tom. 3. p. 334. Decimas Andreæ, dum Laici & Cleri ſolvere recuſarent, *Bonifacius IX.* ſcribit Spalatenſibus, nequaquam imperando, aut minando, verum ut apud Farlatum: „ Devotionem veſtram hortamur in Domino - - quatenus eidem Andreæ Archippo tanquam Patri & Paſtori animarum „ veſtrarum - - ſibi adipiſcendis bonis & juribus dictæ Eccleſiæ ſuæ, pro noſtra, & dictæ ſedis reverentia aſſiſtere & favere velitis auxiliis, conſiliis, & favoribus opportunis. In his „ taliter vos gerentes, quod de obedientiæ & devotionis promptitudine apud nos, & Sedem „ eandem poſſitis merito commendari. Dat. Romæ apud S. Petrum Kal. Martii Pontif. noſtri „ anno I.

Tragurienſes primi omnium a Sigiſmundo & Maria defecerunt, Tvarco & Boſnenſibus addicti, quamvis Lucius neutralitatem a Concivibus ſuis ſervatam ſcribat. Ut ob hanc, Tvarcus reportatam de Turcis victoriam Traguriensibus amicis ſuis continuo ſingnificaverit. Epiſt. refert Lucius l. V. c. 3. Ipſi inſuper, Spalatenſes & Sibinicenſes, qua arbitri *neutrales*, ad partes Tuarci, tranſire procuraverint. Cauſam defectionis Spalatenſium, & Sibenicenſium ponit Lucius, *auxilia a Sigiſmundo & Maria, in vanum multoties implorata.* At Paulus de Paulis, tum Jadræ Rector, non ſolum Banum Sclav. Ladislaum de Loſoncz miſſum cum exercitu teſtatur, verum & *Albertum* Ducem exercitus Regii die undec. Novemb. Nonam ſemet recepiſſe. 16. autem Novemb. Comitis *Anz* exercitum veniſſe Jadram, ſub ductu Generalis *Marci Spinell* de Veglia, qui auctus mille viris Jadrenſibus, Pagenſium autem 200. die 22. Novemb. Auranam cinxit, 24. Novemb. habito conflictu, in quo 120. occubuere. Sed 10. Decem. cæſi diſſipatique reddiverunt. Ob quam Boſnenſium victoriam, die 17. Decemb. Caſtrum Oſtrovicza, 25. autem Decem. Caſtrum Cliſſa, anno 1389. Regi Boſnenſi ſe dediderunt. Quare cum Spalatum, nullas paſſum fuiſſe incommoditates referatur, facile Traguriensium conſilio, una cum Sibenicenſibus Tvarco ſemet ſubjecerunt, præcipue dum datus Roma Archiepp. Capellanus & Conſiliarius Tuarci fuit. Neque erat defectus auxilii Regum noſtrorum, at fidelitatis juratæ pro Maria, Spalatenſibus. *Tuarcus* in diplomate Archiepiſcopo Spalat. Andreæ, apud Farlatum T. 3. p. 334. legendo, ubi inquit: *Dat. in Aula noſtra regali Suteſcka per manus fideliſſimi dilecti Thomæ de Luzach præfatæ Aulæ noſtræ Vice-Cancell. ſub anno Dom. 1390. XXX. die menſ. Auguſti 13. Indict.* ſequenti utitur titulo: *Stephanus Tuartcho DEI Gratia Raſciæ, Boſniæ, Maritimæque Rex*, quod poſtremum vetus eſſe deducimus ex memoria Uroſy apud Fr. Andream Cacich Mioſſich in ſermonibus annuis Sclavonicis, vulgari idiomate 1756. editis, ubi *Uroſius Rex Raſciæ, & Diocleæ, Albaniæ, Bulgariæ, ac totius Maritimæ de culfo Adriæ & maris, uſque ad flumen Danubii magni, præſens opus Altaris.* Si tamen ſucceſſive inſcriptio hæc poſita non fuiſſet, quod ſatis indicant de *Culfo Adriæ* verba. Tvartcus mandat ibidem: *Magnifico Viro fideli noſtro, & dilecto Paulo Cleſſich Vaivodæ Regni Croatiæ, & aliis noſtris Officialibus præſentibus & futuris, in Regnis noſtris Dalmatiæ & Croatiæ conſtitutis, vel in futurum conſtituendis*, ut ſatum Archiep. in uſu elargiti Privilegii defendant.

Anno 1391. obiit Rex Stephanus Tuarcus. Graves inter ambientes Regnum ſecutæ ſunt contentiones. Sigiſmundus æque jure Regum Ungariæ legitimo, quod nil neglexerit demonſtrant diplomata Cameræ a Raicſanio communicata, atque a Pray Annal. P. 2. a pag. 187. deſcripta. Demum ſucceſſit *Stephanus Dabiſcia* patruelis mortui Tvartci, Jadrenſibus die 19. Januarii, Ungariæ Regi & Reginæ fidelitatis juramentum (ut Paul. de Paul.) renovantibus: Spalatenſibus autem Dabiſciam Regem agnoſcentibus, ut ex eorum Tabulis certum eſſet, ubi:

Anno

Digitized by Google

Anno 1392. Indict. 15. 27. Januar. Regnante Sereniſſimo Principe, ac Domino noſtro, Stephano Dabiſca, DEI Gratia Raſciæ, Boſnæ Dalm. &c. Rege inclito - - Huic adverſabatur, ſecutus partes Sigiſmundi *Valch*, Vayvoda Valachorum, ſub titulo *Dalmatiæ & Croatiæ Bani*, ut ſuum teſtatur indultum, Andreæ Archiep. Spalat. Datum in Podliſie 10. Octob. 1392. (vide hoc T. 3. p. 335. Farlat.) qui quia erat Sigiſmundi, ideo die 8. Men. Septemb. Civitate donatus a Jadrenſibus, ſub titulo Bani Boſniæ, unà cum ſuo *Vice-Bano Joanne Miſlenovich*. Imò 7. Februar. *Carinum* veniens, Priorem Auranæ cœpit, & Comitem Oſtroviczæ *Michlos de Paliſna*.

Mariam Reginam anno hoc 1392. deceſſiſſe, convenit; & credibilius Menſe Majo. Varadini ſepulta. An autem reperta iſthic Coronæ &c. monumenta? ut Cl. Pray Par. 2. p. 189. hujus ſint; aut Matris Eliſabeth? cujus corpus die 18. Januar. 1389. Jadrâ exportatum, teſtatur de ſcitu & viſu D. Paul. de Paul. doctiores indagent. *Mors Mariæ*, eheu quos motus reliquit, cauſavitque. *Hegvidis* Poloniæ Regina, ut ſtabilitam 1382. ſucceſſionem prætendebat. Sciſſæ in partes varias opiniones. Hi favebant Alberto Auſtriaco, *Primas* Hegvidi, Papa totque cæteri Ladislao Neapolitano. *Sclavonia* ut Regi coronato, vi legum, mutuæ intra conjuges ſucceſſionis, & ab exemplo nobilium, jure uxoris bona retinentium, *Sigiſmundo adhæſit.* Vidit Sigiſmundus, negotii molem, hinc pro ſua ſingulari prudentia, media opportuna, quæſivit ad finem. *Dabiſcia*, quia veteri more, ſemet in clientellam Regis, & Coronæ mancipâſſet (teſtante Regis Sigiſmundi Dipl. in notis apud Pray 25. pag. 189. *Dabiſſa Rex Boſniæ, ad noſtram perſonaliter accedens Majeſtatem, ſe & ſuos ſubditos reſtituit obedientiæ, & ſervitiis nobis, & Sacræ Coronæ noſtræ debitis, & obſervandis*) confectis desuper publicis tabulis, ut doceret Sigiſmundi epiſtola relata l. V. c. 3. a Lucio, ex parte hac, tantò magis relevabatur, quod Dalmatæ, mortua quoque Maria, ſe pro legitimo Rege agnoverint, perhibentibus horum monumentis, & Paulo de Paul. Farlatus teſtatur in tabulis Spalat. hanc eſſe memoriam: *Anno 1394. Indict. II. 17. Auguſti. Regnante Sereniſſimo Principe & Domino noſtro naturali, Domino Sigiſmundo DEI Gratia Hung. Dalm. Croat. Rege Inclito.* Ut hinc corrigendum ſit illud Lucii, *Spalatenſes autem 1349. 14. Auguſti decreverunt quod a morte Tuarchi Regis citra non fiat mentio de aliquo Rege, nec de aliquo alio, niſi ſolummodo de Rectoribus & Judicibus.* Hoc enervant relatæ Spalatenſium tabulæ, at ſtatutum illud Tragurienſium fuerit. Quoniam verò Dabiſſæ mentio facta fuiſſet, ex diſſertatione, Romæ Typis Vaticanis 1632. edita ſub titulo: *Indicia vetuſtatis & Nobilitatis Familiæ Marciæ, vulgo Marnavitiæ Niſſenſis per Joannem Tomkum ejuſdem gentis collecta, & ad fortiſſimum Virum conſanguineum ſuum Lupum ſive Farkaſſium perſcripta*, ſequens communicamus diploma, præter notitias cæteras, docens: quæ Regni tum fuère Boſniæ, recogniti per Stephanum, juris clientellaris Sacræ Coronæ.

In DEI Nomine Amen. Omnibus & ſingulis præſens Tranſumptum, ſeù Inſtrumentum publicum Inſpecturis, & Lecturis pateat evidenter, & ſit notum, quod Anno a Nativitate D. N. JESU Chriſti milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo nono, Indictione duodecima, Die verò octava menſis Septembris, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. URBANI, Divina providentia Papæ Octavi Anno ejus ſexto. Perilluſtris & admodum Rev. D. Joannes Tomko Marnauitius Archidiaconus Zagrabien. &c. habens, & tenens ſuis manibus diverſas litteras, ſeù jura partim in pergameno, partim verò in papiro conſcriptas, continen diverſa negocia Familiæ, & Antenatorum ipſius Perilluſtris, & admodum Rev. Joannis ſalvas, ſanas, & integras, non vitiatas, non cancellatas, non abraſas, nec in aliqua earum parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio, & ſuſpicione carentes huiuſmodi litteras, & jura in manibus mei Notarii publici infraſcripti tradidit, & conſignauit, ac de verbo ad verbum perlegit, requirens me, ut huiuſmodi litterarum, ac jurium vigore, quæ vidimus, in forma authentica Inſtrumenti conficerem, eaſque tranſumerem Tranſumptum facere, & copiam litterarum dare, & in publicam formam redigere curarem. Tenor verò Iurium, & litterarum, de quibus ſupra ſit mentio talis eſt, videlicet.

„ In Nomine Patris, & Filii, & Sancti Spiritus Amen. Stephanus Dabiſſa, Gratia DEI Rex „ Serbiæ, Boſniæ, maritimarum partium ſignificamus omni homini, cui hoc ſcire neceſſe erit, „ quod ſecundum Gratiam Domini mei Chriſti, contigit mihi dominari in Terris Parentum, „ & Auorum noſtrorum. faciendo gratias noſtras per litteras, præſertim fidelibus famulis, „ tunc etiam præſentauit ſe coram Regia Maieſtate Vir nobilis omni honore dignus, Princeps Goiko Marnauitius, obſecrando Maieſtatem Regiam, ut illi conferrem ſcriptis Plemenſcinium, pro ipſius fideli ſeruitio. Et ego Rex Dabiſſa vnà cum omnibus Boſnenſibus videndo ipſius fidele ſeruitium, & pro multis prioribus fidelibus ſeruitiis, præſertim nobis ſer-

„ uiuit Goico Marnauitius ſeruus Sigiſmundi Regis, & tunc Nobis inſeruiuit, quando venit
„ Paiaſit cum Turcis, & depopulatus eſt Boſnam valde, & ſtetit in Naglaſincis, & deſtruxit
„ Boſnam, & tunc venit Goico Marnauitius, & iuuit Nos Turcas mactare, & multum ſerui-
„ tiorum præſtitit Sigiſmundo Regi Vngariæ & mihi Regi Dabiſſæ, totique Prouinciæ Reg-
„ ni Boſnenſis, quæ ſeruitia faciebat verbo Sigiſmundi Regis, & ego Rex Dabiſſa eram ſimul
„ cum tota Prouincia Boſnenſi, & cum omnibus Boſnenſibus, plenoque Conſilio feci cum to-
„ ta Prouincia Regni Boſnenſis, & dedi, & donaui, & deſcripſi Goico Marnauitio Voynici-
„ um, & Godalienſem campum, in Imoteſco Territorio, prope Poſuſſinam, ſcriptis conſi-
„ gnaui Goico Marnauitio, & illi, & illius poſteritati, & poſtremæ poſteritati in ſæcula ſæ-
„ culorum Amen. Litteris conſignaui Voynitium, & Godalienſem Campum, totum cum om-
„ nibus, nihil auferendo cum omnibus Territoriis, & cum omnibus terminis. cum omnibus
„ montibus, cum omnibus aquis, cum omnibus fontibus, ſyluis, cum omnibus venationibus
„ ferarum, cum aucupio, cum piſcatione, cum omnibus bonis accidentibus, quæ ſunt ſuper
„ Terram, & ſub Terra firmiter conſcripſi Voynitium, & Godalienſem Campum, Goico Mar-
„ nauitio ipſi, & illius poſteritati, & Poſteris ſucceſſoribus in ſæcula ſæculorum Amen. Et
„ omnis Rex Boſnenſis illos debet tueri, & defendere ab omni homine, & quilibet Rex Boſ-
„ nenſis debet pro ipſo certare contra hominem omnem, & Priuilegium hoc confirmare, tue-
„ rique Goico Marnauitium, & illius poſteritatem, cæteroſque ſucceſſores in ſæcula ſæculo-
„ rum Amen. poſſidere Voynitium, & Godalienſem Campum ſemper. Cuius rei ſunt Te-
„ ſtes Prouinciæ Boſnenſis, Senatores Regni Boſnenſis: Princeps Paulus Radinouitius cum
„ fratribus, Palatinus Sandalius cum fratribus, Princeps Marcus Radoieuitius cum fratribus,
„ Princeps Priboie Maſnouitius cum fratribus. Princeps Radoslauus Pribinitius cum fratri-
„ bus. Tepacnius Batalo cum fratribus. Ab inferioribus partibus Palatinus Haruoius cum
„ fratribus, Paulus Kleſitius cum fratribus, Princeps Stephanus Octoitius cum fratribus. A
„ Tribotio Palatinus Vlatko cum fratribus. A Chelmenſi Terra Georgius Radeuoieuitius
„ cum fratribus. Princeps Gregorius Milatouitius cum fratribus. Ab Aula Marſalcus Au-
„ licus Oſtoica Obrinouitius cum fratribus. Ex Croatia autem Marſalcus Princeps Ioannes
„ Grubretitius cum fratribus. Et huic firmamento nunquam contraire ſub fide regali, & ad
„ maius Teſtimonium has litteras fecimus ſub noſtro penſili ſigillo. Sub annis Domini No-
„ ſtri JESU Chriſti milleſimo trecenteſimo nonageſimo quarto, menſe Aprilis ſecunda die,
„ in Noſtra Aula in Sutiſca Rex Stephanus, Dominus Dabiſſa. &c. In nomine Domini Amen.

Anno a Natiuitate D.N. JESU Chriſti milleſimo ſexcenteſimo vigiſimo nono, Indictio-
„ ne duodecima, die verò nona menſis Maij, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris,
„ & D.N.D. URBANI diuina prouidentia Papæ Octaui Anno eius ſexto. In mei &c. perſo-
„ naliter conſtitutus admodum Reu. Pater Metodius Terlecki, Ordinis S. Baſilii Procura-
„ tor, & Apochriſſarius Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi D. Joſephi Velamin Ruſtki Archepi-
„ ſcopi Kiouienſis, & metropolitæ totius Ruſſiæ unitæ, requiſitus, ut aſſeruit ad inſtantiam
„ Perilluſtris, & admodum Reu. D. Ioannis Tomko Marnauitii Archidiaconi Zagrabien. &c.
„ medio Juramento tacto pectore more &c. mihi Notario tradidit, & conſignauit præſens fo-
„ lium, ſeu papirum latino ſermone, vt apparet conſcriptum, & per eum, ut aſſeruit, medio
„ iuramento, tacto pectore more &c. cum fidelitate, & cordis ſinceritate traductum ex qua-
„ dam membrana pergamena antiquiſſima, caractere Cyriliano, ac antiqua lingua Illyrica
„ ſcripta apud eundem Reu. D. Archidiaconum exiſteñ, cuius membranæ tenorem idem R.
„ P. D. Metodius ſimiliter iuramento affirmauit ſe vertiſſe, & traduxiſſe de verbo ad ver-
„ bum in latinum idioma, ut ſupra, nil addendo vel minuendo, ſed prout iacet in ſuis litte-
„ ris originalibus, & ita pro veritate, ac ad perpetuam rei memoriam dixit, & medio eius
„ Iuramento tacto pectore, more ſacerdotali affirmauit, non ſolum iſto, ſed & etiam omni
„ alio meliori modo &c. ſuper quibus omnibus, & ſingulis petiit a me Notario, vt vnum
„ vel plura, publicum ſeu publica facerem Inſtrumentum, & Inſtrumenta. Actum Romæ
„ in officio mei &c. ibidem præſentibus &c. Dominis Michaële Angelo Ceſio, & Siluestro Spa-
„ da ſociis Connotariis Teſtibus ad prædicta vocatis, & rogatis. Ego Antonius Lucatellus
„ Cauſarum Curiæ Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi D. Cardinalis Sanctiſſ. D.N. Papæ Vicarii
„ Generalis Notarius, de prędictis rogatus pręſens Inſtrumentum ſubſcripſi, & publicavi re-
„ quiſitus. loco ✠ ſigni.

Boſnenſium rebus accomodatis, Sigiſmundus cum Hegvide tranſegit, & abſoluta Regia poteſtate uſus poſt caſtigatum Stephanum Konthium, cum pro Diæta clamaretur, hanc ad Sclavoniæ Civitatem *Criſium* indixit. Diſplicuit hoc Hungaris, ſed factum defendebatur, quod locus in medio Regnorum eſſe videretur, ad quod commodè Croatæ, Dalmatæ, Boſnenſes, Sclavi, Ungari convenirent. Cauſa autem illa in veritate fuerat, quod *Sclavi* (exiguis dem-

ptis)

Digitized by Google

ptis, partium fuerit Sigiſmundi, ſtatimque mortua Maria, pro Sigiſmundo ſe declaraverint. Itaque plurimum in Sclavonia fidens, Comitia totius Coronæ, Criſium indixit. Comitia fuêre cruenta, cum Criſii *Stephanus Laczkovich* ſit interemptus, ac per feneſtras abjectus. Læſa clamabantur jura, publicæ fidei, *Salvique conductus*. Adfuêre Comitiis Palatinus Leuſtachius de Ilſva, Domus Garajana, Cilleæ Comites, Primas, pluresque Epiſcopi &c. Decretum Diætæ hujus habuimus, at amiſſum dolemus. Quantum reminiſci poſſumus, ſtabilitur Regnum Sigiſmundo, Privilegia firmantur diſtinctim pro Hungaria, diſtinctimque pro Regno Sclavoniæ; *judicia* a tot annis dilata aperiuntur, pro Dalmatis Tinniny, *Joannes Gara* Zagrabienſis Eppus, ſuusque frater, cum Comite Corbaviæ, Commiſſarii Regii conſtituuntur. *Pro Sclavonia* Detricus Bubek Sclavoniæ Banus, &c. Pro Hungaria Palatinus cum Primate Joanne Kaniſai &c. Profecto ex horum temporum circumſtantiis, promanat illa quæſtio, Sclavonia *unita vel adnexa?* aut *ſubjecta* Hungariæ dici debeat. Hinc tot ſæculis inimica Reipublicæ ſeparatio; Sacræ Coronæ ſubjectorum, ac utinam non a lacte hauſta, ſeparatio animorum. Ægrè ferebant Sclavi, Tranſilvani, Boſnenſes, ſe inconſultis, ſucceſſionem fœminei ſexus ab Ungaris anno 1382. fuiſſe in Maria & Hegvide ſtabilitam, ut Reges dare ambiverint, & Carolum II. Regem fecerint. Quo, indignè occiſo, mortem ejus vindicatum ibant. Maria mortua, videntes alienos a Sigiſmundo Hungaros, huic ſubito adhæſerunt. Atque ſic deinceps, traditione in naturam verſa, non ſolum in ferendis pro eligendo Rege ſuffragiis, perpetuo adverſati ſunt Hungaris, cum Tranſilvanis idem ſentientes; verum diſtinctum Regnum, juris proprii ſe conſiderârunt. Quin ſub majoribus prærogativis. Ludovicus I. teſte Decreti ſui articulo XI. æqualis omnes libertatis eſſe declaravit; Sigiſmundus, docentibus æquè Decretis ſuis, ut diſtincta Regna Sclavoniam Hungariamque habet. Sane in Decreto *Grationali* anni 1403. *Decrevimus: cum omnibus rebellibus, æmulis & adverſariis noſtris in Regnis noſtris Ungariæ & Sclavoniæ, nec non in partibus Tranſilvaniæ conſtitutis - - veram pacem facere.* Quod infra repeteret. Imo ea fuit ſciſſio, ut proprias Diætas obſervaverint, & conſtitutiones fecerint, demonſtrantibus hæc Decretis Regni Sclavoniæ, 1398. 1403. 1412. 1415. 1418. 1429. 1434. Quo anno Sigiſmundus per ſpeciale mandatum, diſpoſuit: ut mandatis *præceptoriis*, Palatini, Archieppi, locus detur in Sclavonia, cum eſſent Judices Regni Ordinarii, æque ut Banus. Ut hinc anno 1435. ſive Decreti VI. articulo I. condendo occaſio nata ſit. Quo judices Regni Ordinarii exprimuntur, quos inter Bani, Dalmatiæ, & Croatiæ, item Sclavoniæ, & Machovienſis.

Ab exemplo hoc Sclavoniæ, Dalmatia æque libertatem ſuam habere voluit, omnemque ſubjectionem eſt deprecata. Quare Nicolaum de Gara, Banum proprium obtinuit. Hæ ſeparationes, quæ vulnera Sacræ Coronæ attulerunt, mox dicemus. Anno 1396. Stephano Dabiſſa Boſniæ Rege mortuo, & uxore ſua Hellena monaſterium ingreſſa, graves enatæ ſunt de ſucceſſione quæſtiones. *Sigiſmundus* vi juris Coronæ, pactorum item cum Stephano initorum, ad ſe devolutum eſſe Regnum, voluit; curamque Hervojæ Vayvodæ ſuo credidit. *Tvarcus Scurus*, Tvarci I filius nothus, pro Rege fuit agnitus, ſed *Oſtoja Kriſtich*, ſuppoſitum eſſe hunc filium ſparſit, ſeſeque Ladislao Regi Neapolis adjungens, utrique reſtitit. Quare in tres partes ſciſſo Regno, hoc, tanta factio ibat ruinatum. Partes inferiores ad Serviam, *Tvartco* adhærebant, mediæ: ſive Croatiæ viciniores *Hervojæ*; Partium maritimarum Oſtojæ. *Dalmatia his annis* Regem ſuum agnovit Sigiſmundum, quod demonſtrant diplomata, & Paulus de Paulo, cæterique horum temporum coævi Scriptores. Tabulæ Spalatenſes apud Farlatum Tom. 3. p. 337. anno 1395. exprimunt: *Regnante Sereniſſimo Principe & Domino noſtro naturali, D. Sigiſmundo DEI Gratia Hung. Dalmat. Croat. &c. Inclyto Rege.* Anno hoc *Nicolaum Gara* Regnor. Dal. & Croatiæ Banum fuiſſe, videre eſt. *Joannem Neliptium* Comitem Cettinæ, compromittentem cum Andrea Archiep. Spalatenſi, ratione decimarum in Archieppum Strigonienſem. *Paulum Michaelem*, ſive *Mihalich*, Vicebanum fuiſſe Dalm. & Croat. Regnorum, & D. Butco Comitem Corbaviæ. Anno 1397. ad mandatum Regis Sigiſmundi, Ladislaus Tinnienſis Epiſcopus, cum Caſtellanis Cliſſy & Almiſſy, terrarum poſſeſſionumque Eccleſiæ Spalatenſis, factam a ſe metarum reambulationem Sigiſmundo retterunt. Quæ litteræ legi merentur, ob tantarum rerum cognitionem, & territory Regalis, quamvis ab Archieppo Spalatenſi poſſeſſi, notitiam. Nos, ut fuſiores, omittere debuimus, ex motivo inſinuato. Finis earundem eſt. *Inſuper pro parte ipſius D. Archieppi allegabatur expreſſè, pro vigore Privilegiorum, donationum, & confirmationum per Sacros olim Reges Hungariæ, & Summos Pontifices, ac per alia litteralia inſtrumenta, & Montaneos antiquos dictæ Spalat. Eccleſiæ factarum: & ipſa & quæcumque domi cum molendinis, & fullis in ipſo fluvio Salonæ, quos, & quæ tenet & habet, & tenere, & habere conſuevit, ut dictum eſt, ipſum commune Spalati, fuerunt & ſunt Eccleſiæ Spalatenſis,*

ſis, ex donatione & confirmatione Regum & Summorum Pontificum) obſerva, Ducis Venetiarum nullam exprimi memoriam, aut ejus inſtrumentorum, ut firmentur noſtra ſuperiora. Eſt mentio inſtrumentorum Papalium, adeoque a nobis ſuperius, locis ſuis dictorum, adeſt confirmatio) *nec non poſita - - - ac cum omnibus aliis ejusdem Eccleſiæ prædictis poſſeſſionibus - - per alios occupatis & detentis, in diſtrictibus & pertinentiis Caſtrorum Regalium Cliſſii, & Almiſſii, nec non Spaleti, & Politii prout in Privilegiis - - dicitur latius contineri* (narratoque eo, quod ob abſentiam Archieppi, in Hungariæ partibus exiſtentis, ſuper ejusmodi controverſis, determinare non potuerit) proſequitur: *Sed ejusmodi Vræ Majeſtati, vel D. Bani veſtri Dalmatiæ & Croatiæ Regnorum, diſcuſſioni, judicio & juſtitiæ - - per omnia fideliter reſervavi* &c. ut dubitari nequeat, ex his atque aliis apud Doctiſſ. Farlati legendis, Spalatenſes, Sigiſmundo ſubjectos non fuiſſe, ad finem prope anni 1402. De Jadrenſibus, Sigiſmundo ſubjectis, fidem facit Paulus de Paul. reliqua inter, in ſuo memoriali videnda, Jadrenſes 1396. ad partes orientales miſiſſe ad ſervitium D. N. Regis unam galeam; Bona Jadrenſis Archieppi, juſſu Regis fuiſſe occupata, & 24. Septemb. mandato Regis conſtitutum, ne in conficiendis publicis inſtrumentis, Archieppi nomen exprimeretur, punitum æquè fuiſſe Abbatem S. Chriſogoni, pro exceſſu patrato in Regios exactores, &c. Tragurienſes Sigiſmundo fuiſſe fideles epiſtola ad eos ſcripta, relataque a Lucio L. V. c. 3. evincit.

Verum anno 1398. Hervoja a Sigiſmundo deficiente, ut perhibet apud Lucium Sigiſmundi ad Tragurienſes epiſtola, quam ſcrutari digneris lector, in qua ex rumoribus ſcriptum ſit Hervojam ad Turcas defeciſſe, dum ex ejus litteris apud Lucium l. 5. c. 4. relatis, conſtat eum ad partes Oſtojæ atque Ladislai Neapolitani tranſiviſſe, niſi demonſtretur a Sigiſmundo ad Turcas, a Turcis ad Ladislaum atque Oſtojam, Hervojam iviſſe. Sed eodem inſuper anno 1398. diviſio illa Spalatenſium, in *Extrinſecos*, atque *Intrinſecos*, a reliquis Dalmatiæ Civitatibus imitata, incepit Farlato teſte. Quid hi fuerint, recenſet cum cauſis Ferlatus Tom. 3. p. 350. Magnos hi motus cauſavêre *Intrinſeci* adhærebant Sigiſmundo, *Extrinſeci* adverſabantur. Andreas Archiepiſc. conſtanter Regi ſuo fidelis erat, proptereaque cæſus etiam verberibus, demum ad Sigiſmundum conceſſit. Spalatenſes elegerant ſibi Archieppum alium, *Marinum* videlicet, ſed Bonifacius IX. *Peregrinum de Aragonia* ſubſtituit. Vult quidem Farlatus Andream reſignâſſe. Sed qui hoc credam, dum in Diplomatibus Regum Ungariæ, Andreas incluſivè ad annum 1412. Archiepiſcopus Spalatenſis exprimitur; dum item Andreas, Segnienſibus die 8va Menſis Aprilis anni 1402. Indulgentias eſt elargitus, dum in Tabulis Romanis apud Farlati p. 361. anni 1410. die 10. Julii, Andreas abſolutus primo a vinculo Spalat. Eccl. exprimitur, & ad Thebanam Eccl. translatus. quamvis Sigiſmundus 1412. reponendum voluerit ad Spalatenſem. Quare crimen Andreæ, cauſaque privationis fuêre, quod Bonifacio non obediverit, in Ladislao agnoſcendo pro Rege Ungariæ, quod Regnum Ladislaus, a Bonifacio collatum acceperat, omiſſis tot, & quibusvis circumſtantiis aliis. *Spalatenſes* anno 1402. die XV. menſis Decembris *in Aula Regali Sutiſche*, & Oſtojam Regem Boſniæ agnoſcunt; & cum eo conveniunt, ut Ladislaum pro Rege habeant, ut hunc 1402. in tabulis Spalatenſibus exprimant: *die 24. Decemb. Regnante Sereniſſimo Principe ac Domino noſtro naturali, D. Ladislao D. G. Hung. Dal. Croat. Jeruſalem & Siciliæ &c. Rege inclito* &c. innitasque conventiones, ab Loyſio de Aldemariſco Regni Siciliæ Mareſchallo, & Capitaneo Galearum D. Regis Ladislai, de dato Jadræ A. D. 1403. die 3. Januarii, Ladislai nomine confirmari faciunt. Exhibet litteras Farlatus T. 3. p. 358. At rectè Spalatenſibus evenit, qui libertate, quam ſe habituros credebant, orbati ſunt. Equidem adverſus conditiones pactatas, firmataſque ab Aldemariſco, rejecto Marino, quem ipſi elegerant, habebantque pro Archieppo, *Peregrinum*, de Aragonia Franciſcanum, a Bonifacio IX. intercedente maxime apud Papam Ladislao Rege, datum Archiepiſcopum, habere illos oportuit. Atque ita, tres eodem tempore fuêre Spalatenſes Archieppi, *Andreas* verus in Hungaria apud Sigiſmundum, vi, carens officio, quod Regi legitimo fidelis eſſet, *Marinus* electus, *Peregrinus* intruſus. Impoſuit item illis *Hervojam* pro Duce, qui libertatem, quâ gaudebant ſub Hungariæ Regibus, ipſis imminuit. Frequentiſſimè profectò rebellibus evenit, ut quærendo libertatem, mancipatum conſequantur. Novus Hervojæ Ducatus clarus eſt ex actis, ubi: *Die 4. Novemb. 1403. in Diladi præſentia. Rev. in Chriſto Pat. Dom. Peregrino Archiep. Excellenti DD. Hervoye Duce Spalati, Dalmatiæ Croatiæque Regio Vicemgerente, & Boſnæ ſummo Vayvodæ, nec non Partium inferiorum Comite.* Item in Tabulis publicis Spalatenſ. teſte Farlato T. 3. p. 8. *Hervoya Regnorum Dalm. & Croat. Vice-Rex, ac Regni Bozne ſummus Voevoda; nec non partium inferiorum Comes, Dux Spalati.* Denique ex ſententia Sigiſmundi relata a Lucio l. V. cap. V. adverſus eundem Hervojam, iſtud

firma-

firmaretur. An autem perfidiæ defectionisque rei, prius fuerint Jadrenſes? ut putat Lucius, aut Spalatenſes? ipſi de hac viderint turpitudine, quæ in Jadrenſibus eò eſt deteſtabilior, ſi in ea perſeverârunt.

Sane poſtquam Bonifacius IX. Rajnaldo teſte, feciſſet Jadræ anno 1403. Ladislaum Neapolitanum coronari in Regem Hungariæ, Inſulæ Dalmatiæ plures Ladislai vexilla erexerunt ſuaque ab illo confirmari Privilegia procurârunt. Lucio teſte l. 5. c. 4. *Traguriensès* attamen, in tot rerum Dalmatiæ, Croatiæ Boſniæque revolutionibus, a debita fidelitate non receſſerunt, maculamque antea contractam, temporibus nempe Tuartci I. ſanârunt occaſione harum poſteriorum turbarum. Enimverò eſtò Ladislaus Rex, intruſo illi Archieppo Peregrino (teſte Dumaneo apud Farlati) Abbatiam S. Joannis Baptiſtæ de Tragurio contuliſſet; *Traguriensès denegaverunt eidem poſſeſſum de dicta Abbatia*: Eſtò item declarato per ſe Duci Baruti, Ladislaus Jadram, Sibenicum, Tragurium in Comitatus dediſſet, Traguriensès, alium ſibi Comitem elegerunt. Denique *Sigiſmundus* ipſe in epiſtola, Budâ Feſto Epiphaniæ Domini, anno 1409. ad Traguriensès miſſa recognoſcit, eos occulte fidelitatem ſibi & Sacræ Coronæ conſervâſſe. Exhibet hanc epiſtolam Lucius lib. V. cap. 4. Horum conſideratione, *deſinant mirari Theologi*, dum in quæſtione, quis pro vero legitimoque Papa habendus, cenſendusque eſt? Bonifacius nempe, aut Benedictus? Sigiſmundus (recole H. E. Zag. p. 150.) cum Sclavonia Hungariaque Benedictum agnoverunt, Dalmatia Boſniaque Bonifacium. Eberhardus Eppus Zagrabienſis oblatos ſibi a Bonifacio titulos Archieppi Solubrienſis reſpuit, ne ob innanem titulum, a debita Regi ſuo fidelitate ſeduceretur. Quin publico Diæceſanis ſuis edicto vetuerat, ne auderet præſumeretque quiſpiam, eſtò monaſterialis & clauſtralis, Bonifacium pro vero Papa habere. *Videant item Politici cauſam*, cur pro legitimo veròque Hungariæ Rege, nec habeantur nec habiti ſunt unquam alii, quam Sacra Regni Corona, inſigniti coronatique. Cum enim Pontifices Romani, *Neapoli Carolum*, ac iterum *Jadræ Ladislaum* Hungariæ partiumque adnexarum Reges coronare attentâſſent, ſtabiliendum erat, qua corona coronati vel coronandi? pro veris legitimiſque Regibus, habendi eſſent, quorumque donationes, privilegia, leges, fœdera, ceſſiones pro legitimis, jurisque publici, habeantur. Cum item Regios titulos, plures vel uſurpaverint, vel permiſſos fœderibus publicis, tolleratosque acceperint, ex ratione mox dicta, & ſervanda pace tranquillitateque publica, conſtitui debuit; ut is tantum, verus regnansque Hungariæ Rex, adnexorumque Sacræ Coronæ Regnorum eſſet, qui *Corona Regni* (quam ideo *Sacram* vocamus, quod hæc ſola Sacratiſſimos Reges noſtros, veros legitimoſque efficiat) legitimè coronaretur. Hinc tametſi Carolus I. Zagrabiæ olim in Regem unctus ab intruſo titulari Archieppo Strigonienſi fuiſſet, ſacra licèt unctio, Regem eum non fecit, at Coronatio. Hæc Reipublicæ noſtræ providentia, demonſtrat ſubjectis, quos pro Regibus agnoſcendos habent, & erga quos, infidelitatis, aut læſæ Majeſtatis criminis, damnari debeant. Providit æquè ipſis Regibus, ut demonſtrare valeant adverſus intruſos, prætendentes, factioſos, ſe veros Reges eſſe. Quare merito Reipublicæ noſtræ, ex hac cauſa, *Sacra & Sacratiſſima eſt Corona*, haud autem ideo, quia a Silveſtro, aut Benedicto, fuerit ſubmiſſa, ſubditamque ut prætenditur Papæ, Hungariam effecit. Quin perpenſis iis, quæ infra in Vladislao I. dicemus, Corona illa S. Regis Stephani, in uſu Coronationis, Regum noſtrorum non fuerat, ſive quod Reliquiæ inſtar conſideraretur, ſive ad tollendam prætenſionem ſubjectionis Regni liberi. Eheu! nec Bonifacius VIII. nec ullus Romanorum Pontificum, ex Coronæ ſubmiſſione, ſubditam ſibi Hungariam prætenderunt, intuleruntque; Eheu dico! Scriptores noſtri (proh ſæcula! ratioque ſtudiorum!) talem a ſubmiſſa Corona arguunt. Quin Deſericzius, ſcribere in opere ſuo merè ſcholaſtico, concludereque audet: *extra dubium eſſet, Regi ab Hungaris liberè ac legitime electo, inhærere obligationem, reverentiam debitam Sedi Apoſtolicæ exhibendi ac* (NB.) *beneficium recognoſcendi* p. 77. *Stephanus*. At quam ſtuduerit *deſerere* veritatis examen, immo ipſam veritatem palam eſt. Pius omnino ſcholis, ſed in Reges, Sacram Coronam, & Rempublicam hujus; *pietatis deſertæ*, ut mirum ſit Deſericzy opus hoc, a pleriſque probari. Quamvis porro recentiores & noviſſimi Scriptores noſtri, ſubjectionem Regum noſtrorum; quidam, ut Deſericzius, *protectionis*, adeoque illam, qua Venetæ Dalmatiam a Sacra Corona avulſerunt; quidam verò *filialem* interprætari incoaverint, viderint ipſi, ac quorum intereſt, an non majorem obligationem inducere nitantur, dum *filiorum erga patres ſuos*, quæ? cujusve juris? ſit obligatio, notum eſt iis omnibus, qui ultra metaphyſicas quæſtiones, ſolidas utileſque profitentur litteras. *Protectionis* autem titulus, protectorumque obligatio, aut feudum, aut jus clientellare, inferat. Quare metuo ego, ne ſuſtentatam hactenus, ex *Vicariatu Chriſti*, in orbem univerſum Monarchiam, nunc ex *Paternitatis jure* atque titulo, ſive etiam prætenſæ *Protectionis*, defendendam ſubſtituant, majori ſane, quamvis æquivoco, fundamento. Conſequenter ut ju-

ris avitici, & Paternæ Romanorum Pontificum hæreditariæ diſpoſitionis, Regnum dicant Hungariæ. Hoc innuere videtur *in Stephano* ſuo Deſericzius, dum cap. 7. pag. 77. ſcriberet: *De cætero, cum vigore Art. I. & II. - - anni 1723. Hæreditaria ſucceſſio - - in MARIA THERESIA hodie triumphali Regina Noſtra - - - admiſſa ſit, quomodo convenerit inter Sanctam Sedem Apoſtolicam, & ipſam Auguſtam Reginam, quoad præſtandam Pontifici Romano toties memoratam obedientiam ac reverentiam, ratione S. Coronæ, Dignitatisque Regiæ, ac Regni ipſius Hungariæ - - - norunt partes ipſæ.* Hæc qualia ſunt, perpendere dignetur perſpicax Lector. Vult modernam Regnantem, ſubditam ſemet fecisſe Papæ Benedicto XIV. eique obedientiam *ratione Coronæ, ac Regni ipſius Hungariæ*, clam voviſſe. Majeſtatemque ſuam Regiam, ſe *beneficio* Benedicti habere. Anno 1723. Benedictus XIV. Papa non fuerat, attamen tum, Regnans feliciter MARIA THERESIA, Succeſſor dignitatis Regiæ eſt conſtituta declarataque. Præterquam quod Deſericzius, leges omnes, & jura Reipublicæ violaverit: *Magnæ Dominæ & Reginæ Noſtræ* immortalia quævis facta, apud omnes poſteros obſcurata voluit, dum lecturi ſunt: natam licet, declaratamque & acceptatam in anno 1723. Reginam, hæc quævis poſtpoſuiſſe, oblitamque originis, nativitatisque ſuæ, clàm, atque inſciis fidelibus Statibus ſuis, qui tamen adverſum inimicos, ſtabilire eam in Regno, hæreditariisque Provinciis anxiè, ut Art. 63. 1741. conati ſunt, a Benedicto XIV. jurata obedientia, *ratione S. Coronæ, dignitatisque Regiæ, ac Regni ipſius Hungariæ*, in ſui, ſuorumque Succeſſorum, atque Coronæ præjudicium, acceptare; habereque voluerit.

Quamvis autem Deſericzius in textu ludat verbis *electionis liberæ*, nihilominus *in nota*, Regnantis Apoſtolicæ Majeſtatis factum, evincere ſatagit, & probare ex Bula, confirmati anno 1743. moderni D. Epiſcopi & Comitis Jaurinenſis. Mihi ignotum eſt, an in ſingulorum Epiſcoporum Bulis, illa inſerta habeantur clauſula, ſitque de ſtylo. Verum ex citato per Deſericzium Rdmo D. Karolyi, juvat verba exſcribere. Sic ille pag. 133. *Benedictus - - ſane Eccleſia Jaurinenſis, ad quam, dum illa pro tempore vacat, nominatio Perſonæ idoneæ, Romano Pontifici pro tempore exiſtenti facienda: Ad chariſſimam in Chriſto filiam noſtram MARIAM THERESIAM Hungariæ & Bohemiæ Reginam, ratione Regni Hungariæ (cujus ipſa Maria Thereſia Regina, etiam Regina exiſtit) ex fundatione, vel dotatione, ſeu Privilegio Apoſtolico, cui non eſt hactenus in aliquo derogatum, ſpectare dignoſcitur.* Magnus, juſtusque Benedictus, textu ſuo exprimit; quod quamvis nominatio Epiſcopi, Romano Pontifici, vigore Canonicarum Conſtitutionum eſſet facienda, nihilominus cum *Maria Thereſia*, Regina ſit Hungariæ, Regibus autem Ungariæ ex fundatione, vel dotatione Eccleſiarum, & uſu imperturbato nominatio competeret, ipſaque Regina, *ratione Regni Hungariæ*, adeoque jure Regum Hungariæ, Epiſcopum nominâſſet, ſemet modernum Excellmum ac Illmum D. Comitem & Eppum, ex Botryenſi Sede, ad Jaurinenſem transferendum declarare. Mihi iſte ſenſus, deſcriptorum Benedicti verborum videtur; Deſericzio autem ſupra memoratus, Mariam nempe, Dominam & Reginam noſtram, *ratione Sacræ Coronæ dignitatisque Regiæ, ac Regni ipſius Hungariæ*, Benedicto obedientiam clam voviſſe, beneficiumque Regni a Benedicto accepiſſe. Quin initio libri, privatas epiſtolas ſub titulo: *Judicia Illuſtrium ac eruditorum Virorum* &c. objicit, ut videatur eorum authoritatem, ſuis conciliare, dum concluderet: *hæc pauca non ſane ambitu gloriæ, ſed ut ſint umbo adverſus ictus.* Quæ ſua, dum adeo ponderantibus veſtivit circumſtantiis, facto nempe, ut ille prætendit, adeo Eminentium Perſonarum, ut eſt Regina & Imperatrix, Dominaque noſtra Maria Thereſia; & Romanus Pontifex Benedictus XIV. ipſis tantum cognito, (niſi medeatur publicè) qualem litibus ſubſtravit materiam apud poſteros? quibus periculis involvit Regnum Hungariæ? per formandas aliquando prætenſiones, exemplo eſt Dalmatia, & Ladislai IV. ſupra memoratum cum *Firmano* factum. Juribus Regni liberi, & Sacræ Coronæ quam nocuit? intelligunt, ii omnes, qui juribus publicis, & *rationi ſtatus*, atque Politicis rebus ſunt præpoſiti. Quare diſtinguendæ ſunt res temporales a Sacris & Spiritualibus. Regnum Chriſti de hoc mundo, nec eſt, nec fuit. Religio Divina & Sacra, a rerumpublicarum profanarum orbis adminiſtratione, diſtinguenda; nam & Chriſtus dum eum Regem & Monarcham facere volebant erga ſe affecti, fugit. Apoſtolis vetuit præcedentiæ quæſtionem, Petrumque beatum, haud ideo pronunciavit, quod ſe confeſſus fuiſſet orbis univerſi monarcham, ſed quod, filium DEI. Si exaudiri poſſunt merenturque, devotiſſimi Sedis Apoſtolicæ filii, & in ejus unione morituri, preces: tot quæſtiones, pacem, Matris Eccleſiæ, turbantes; ut Orthodoxæ fidei peſtis, è ſcholis & ambonibus eradicentur. Adoranda DEI providentia, nulla Monarchiarum temporalium, perennitatem habuit, quævis ſuam fatalem, dum non credebat, nacta eſt periodum, ut ſic creatus a DEO orbis, verum

ſolum,

Digitized by Google

ſolumque totius orbis monarcham, iaret; experireturque, quævis conſilia cogitatusque noſtros, innania eſſe ad orbis univerſi monarchiam. Fides, Spes, Charitas, DEum divinaque reſpiciunt, haud verò, ut ſive terram faciamus Cœlum, ſive mortalem hominem; DEum. Neque portæ inferi, non prævaliture adverſus Eccleſiam promittuntur ideo, ſi Eccleſia Romana, orbis monarchiam ſe habere docuerit prætenderitque; verum ſi in confeſſione Petri, *Tu es Chriſtus filius DEI vivi* perſeveraverit. Sed ex Religionis zelo, & ſtudio noſtro, erga Matrem Eccleſiam, revertamur

Bonifacius IX. anteriora in Sigiſmundum eò magis molitus eſt, quod ſibi non adhæſiſſet. Primate Hungariæ, cum quibusdam Epiſcopis, Sigiſmundo infidelibus. Hinc quamvis Caroli II. caſum, renovandum concluſiſſent, & Budæ ſine eo Regis cubiculum ingreſſi fuerint, ad graviorem Sigiſmundi vocem, teſte Æneа Sylvio, territi, infame Regicidium non patrârunt, ſed Sigiſmundum captum judicio Palatini ſubjiciunt. Erat is, ſi fides Illmo D. Iſthvanffio in notis MS. Thur. *Nicolaus Marczaly, qui omnium nomine Sigiſmundo ſententiam captivitatis tulit*, Sigiſmundusque in Viſſegrad includitur. Indignitate rei, moti fuêre plerique Civium, potiſſimum familia de Gara, & Cilliæ Comites, qui Poloniæ Regem, Auſtriæ item Ducem, ad vindicandum tantum facinus excitârunt, metuque horum, & Nicolai de Gara conſilio, Sigiſmundus ad Caſtrum Sikloofs transfertur, includiturque, ſunt verba Illſt. D. Iſthvanffy *in carcere cujus profunditas 80. orgiarum eſſe dicitur, ſeu ulnarum.* Delato in Sclavoniam Rege, per Eberhardum Epiſc. Zagr. factum eſt, ut pro eo liberando Sclavonia conſurgeret, præeuntibus Frangepaniis, Cilleenſibus, ac aliis. Palatinus redactus ad anguſtias, dum Comites de Gara Nicolaus, ac Joannes, ſemet pro Rege tradidiſſent in obſides, & Rex gratiam (teſte Decreto pacis anno 1403. edito) fuiſſet pollicitus, e carcere dimittitur, in Regno ſtabilitur, & Palatino Nicolao Marczali mortuo, *Nicolaus de Gara*, Regis Procerumque conſenſu, Palatinus efficitur. Sic rebus, turbisque domeſticis sopitis, Sigiſmundus tuendis Sacræ Coronæ juribus intendit. Itaque latis legibus, in corpore juris videndis, cum res Boſnenſium per eorum factiones lacerarentur, quod Oſtoja Raguſeorum agros diripuiſſet, & cum Hervoya Ladislaoque colluderet; Tvartcus autem adverſus Oſtojam Turcas evocaſſet, tributum annuum in 20. millibus Ducatorum ſpondens, Sigiſmundus providere non omiſit. Quare Comitibus Frangepanis ſive Vegliæ, Sigiſmundo Regi fidelibus, firmante hoc, diplomate pag. 224. exſcripto, per eos, rebus providit Dalmaticis. Hi Hervoyam partium reddidêre Sigiſmundi ut doceret ſcripta Tragurinis Sigiſmundi epiſtola relata per Lucium lib. 5. cap. 4. *Eberhardum* autem Zagrabienſem Eppum, qua ſibi fidelem ſuumque Cancellarium, ut rebus Serviæ vicinioribus advigilaret, ad Epiſcopatum Varadienſem tranſtulit, ut in hiſt. Eccl. Zagr. Anno 1406. *Hermanus* Sigiſmundi Regis ſocer (ut p. 151. hiſt. Zagr.) Dal. Croat. Scl. Banus, gubernatorem egit Epiſcopatus Zagrabienſis, & ob ejus abſentiam, rerumque Sigiſmundi curam 1407. *Georgius de Dombo*, ut in tranſumpto Relatoriarum, ab eo facto vidimus, quod ſic orditur: *Nos Magiſter Georgius, filius Petri de Dombo, Gubernator Epiſcopatus, & Comes Zagrabienſis, per Sacratiſſ. Principem D. Sigiſmundum DEI Gratia Inclitum Regem Hungariæ, Dalmatiæ, Croat. &c. Marchionemque Brandeburgenſem. S. R. Imp. Vicarium Generalem, & Regni Bohemiæ gubernatorem, Dominum noſtrum naturalem, conſtitutus, memoriæ commendamus &c.* ut nuptiarum Sigiſmundi cum *Barbara* ad annum 1405. aut 1406. initia, ſint collocanda, Sigiſmundus enim Hermanum, ſuum Socerum 1406. exprimit. Profectò captivitas Sigiſmundi, cauſa nuptiarum harum fuerat, neceſſitasque fecit, ut cum Garajanis affinitate jungeretur, dum *Barbara*, Sigiſmundo Regi obtigit, hujus autem Soror ſenior, *Nicolao Palatino*, ut docent verba diplomatis a Pray Annal. P. 2. pag. 227. *in notis*, deſcripta. Illuſt. Iſthvanffius in MSS. notis ad Thurocz. c. 8. vult, notatque: Hermani Comitis Cilliæ uxor quod fuerit: *Anna* Caſimiri Regis Poloniæ filia. Quorum ſenior filia *Adviga*, Nicolao de Gara Comiti Palatino uxor erat, materque Nicolai alterius, & Joannis de Gara; *Barbaram autem Rex Sigiſmundus duxit, ut pro libertatione ſua, hanc gratiam referet.* Quia verò pag. ſuperius 224. in anno 1391. vivente *Maria*, Sigiſmundus Comitem *Joannem de Veglia, affinem* ſuum exprimeret, affinitas hæc Comitis Joannis de Veglia, per *Eliſabetham* Socrum Sigiſmundi erat. Felix biennio hoc fuerat Sigiſmundus, ut quibusvis in Dalmatia potiretur, teſte apud Farlati T. 3. p. 361. Inſcriptione Spalatenſi. *Anno 1409. Indict. 2. 8. May regnante Domino Sereniſſimo Principe, & Domino naturali, Dno Sigiſmundo DEI Gratia Hung. Dal. &c. Rege inclito; nec non Magnifico & Spectabili Domino noſtro Hervoja Duce Illuſtri Spaleti, Sede Spalatenſ. vacante, propter obitum D. noſtri Archiep. heſterna die defuncti.*

Sigiſmundum univerſa potitum fuiſſe Dalmatia, conſentiunt omnes, Farlatus idem recognoſcit Tom. 3. p. 8. Cui haud aſſentior, dum ab Hervoja, reductam Dalmatiam fuiſſe ſcribit,

Digitized by Google

bit, tum ob Frangepana diplomata; cum ob Sigiſmundi clementiam, qui Hervojam anno 1413. non ſolum proſcripſit (exhibente ſententiam Lucio lib. 5. c. 5. quæ cum attentione ad cognoſcendas rerum harum circumſtantias legi meretur) ſed nec ſupplicantis preces admiſit. Quamvis porro anno 1409. ſub poteſtatem Sigiſmundi Dalmatia reddiviſſet; teſte attamen fata, in Hervojam lata ſententia, firmitas haud extitit; at ex Hervojæ factis nutabat. Cauſa principalis fuerit Hervojæ inconſtantia, continuatique Boſnenſium motus. Occaſio, Sedis Spalatenſis vacantia, dum Spalatenſes *Domnium de Judicibus* Archieppum ſibi elegiſſent, *Papa autem Petrum de Pago* Epiſcopum Faventiæ. Sigiſmundus, ut jura tueatur Regalia *Andream Gvaldum* reponendum voluit. Digniſſimum obſervatione eſt reſcriptum Sigiſmundi a Farlato pag. 363. Tom. 3. exſcriptum, ex quo quædam ſunto: *Sigiſmundus - - Quia nos fidelem noſtrum Rſs. - - Andream Archiepp. Spalatenſem - & neminem alium omnino volumus haberi, teneri, revereri, & reputari pro vero Archiep. Spalatenſi, idem fidelitati Vræ, & veſtrum cuilibet firmiſſime præcipimus, de præciſa, & omnimoda voluntate noſtra mandamus, quatenus confeſtim receptis præſentibus, quibuscumque aliis & ſpecialiter quodam Doymo alias Archidiac. Spalat. & Petro de Pago Epiſcopo Faventino, qui diverſis viis & modis prædictum Archiepptum occupando, & occupare volendo ſe ipſos in præjudicium noſtri juris Patronatus, & ejusdem D. Andreæ Archiep. Spalatenſ. ingerere moliuntur de eodem - - - amotis & excluſis - - - - Non obſtantibus quibuscumque Bullis & litteris, ſeu aliis quibusvis proceſſibus, in præjudicium noſtri juris Patronatus, vel ejusdem D. Andreæ Archieppi Spalatenſ. procuratis & impetratis, ſeu impoſterum procurandis & impetrandis - - - alioquin ſi ſecus feceritis, quod non credimus; commiſimus & tenore præſentium committimus fideli noſtro Magnifico Viro Petro de Medve Regnorum noſtrorum Dalmatiæ & Croatiæ Bano, ejusque Vicebano, & aliis noſtris Banis & Vicebanis prædictorum Regnorum noſtrorum, in futurum conſtituendis, quod ad omnia ſupradicta vos cogant & compellant, cum veſtris gravaminibus, ſi expediet auctoritate noſtra, præſentibus eis attributa mediante. Præſentes quoque ſigillo noſtro majori, quo ut Rex Hungariæ utimur fecimus conſignare - - Datum Budæ in Feſto Valent. Mart. A. D. 1412. Regnorum autem noſtrorum Anno Hung. &c. 25. Romanorum vero II.* Ob mortem Andreæ, paulo poſt, ſecutam, Sigiſmundus Doymum a Spalatenſibus electum confirmavit. Cæterum ex priori documento, intuemur Sigiſmundum jura Regalia fuiſſe tuitum, atque 1412. Hervojam Regis Gratia caruiſſe, dum nulla iſthic ſui eſſet mentio; at Bani, Banorumque; horumque Vicebanorum.

Prætendit Lucius l. 5. c. 5. Jadrenſes a Ladislao Rege Venetis fuiſſe venditos, pro Ducatis centum millibus. Hæc quidem ille mutuatus eſt a Scriptoribus Venetis, nam & Excellm. D. Laur. de Monacis lib. 6. p. 113. habet: *Ducante autem Michaele Steno, anno Dom. 1409. Ladislaus Rex filius quondam Caroli Regis Ungariæ, & Siciliæ tanquam verus Dominus & poſſeſſor, Jadram totamque Dalmatiam alienavit Duci, & Communi Venetiarum titulo liberæ & perpetuæ venditionis.* Sed inſtrumentum quod exhibet Lucius, unde deſumpſit? omnino tacet. Neque ejus finem exhibet, aut teſtes. Confiteri non erubeſco debilitatem meam, me nequaquam reperiſſe, ad quam juris legumque ſpeciem, aut titulum, inſtrumentum Lucii pertineret. Donatio non eſt, aut collatio, minus pignus; Sed neque contractus intra partes, neque exprimeretur cui vendiderit? Sed nec ſtylus debitus venditionis contractuum eſt: minus autem exprimeretur locus, venditionis? & an per mandatarium? aut ipſum Ladislaum facta fuerit? ideo, quid de inſtrumento illo cenſendum ſit? juſti doctive Lectoris ſubſit æquo judicio. Doctiſſ. Farlatus, licèt Paduæ ſcribens, ſuaque Venetiis imprimi faciens, cum conſueta iſthic nomine Reipublicæ, approbatione & fide, Tom. 3. p. 360. ſcribit: *Poſt diſceſſum Ladislai, qui eodem anno 1403. quo venerat in Italiam reverſus intra finem Octobris Neapolim pervenit - - deinde - Hervoja Dux Spalati, cum ſibi metueret a Sigiſmundo, qui poſt perduelles devictos ingenti exercitu collecto, jam Regionibus illis imminebat, & nullum a Ladislao Italicis bellis implicito auxilium ſperare poſſet, ſibi ac ſuis rebus conſulere ſtatuit - - demum - Cum Hervoja ſub Imperium Sigiſmundi rediit anno 1408. univerſa Chrobatia & Dalmatia, præter Jaderam, quam urbem centum millibus numum argenteorum Venetis a Ladislao venditam ferunt.* Hæc diligens perpende lector, Lucius venditam vult Jadram, cum demonſtratione inſtrumenti; Farlatus, eundem probantibus Cenſoribus: *Venditam ferunt.* Recte omnino, ſive conſideretur Thuroczius cap. XI. qui teſtatur, eam ſuo ævo traditionem fuiſſe, Ladislaum intellecta Sigiſmundi libertate, terga vertiſſe, paternum repetendo Regnum, motumque ſua, patriſque injuria dediſſe ad Sigiſmundum litteras, ut homines illos, qui novis Regibus ſoliti ſunt gaudere, puniat. Illſtrm. Iſthvanffius in notis MSS. addit: *Jadram venerat, certoque cognoſcens Sigiſ-*

mun-

Digitized by Google

mundum Budæ eſſe, inde rediit, datis ad Sigiſmundum litteris, ſe inductum, Jadram veniſſe ad quærendum Regnum, ſi ut fama erat, defeciſſet. Cum vivat, ſemet gratulari, rogareque pro ſecuritate Regnantium, ne tot facinora impunita relinquat. Quare omnino mirabar Prayum Annal. P. II. a pag. 228. non ſolum extemplò ſubſcripſiſſe Lucio, relicto quovis inſtrumenti examine; ſed & illum roborare; dum ægrius intellectam venditionem prætenſam, eſtò quidem narraret, ob Commitia nihilominus Tranſilvanica, deinde Imperii, Sigiſmundum diſſimulâſſe. Profectò, ut fides inſtrumento illi haberi queat, integrum exhiberi debet; quod Ladislaus, ab anno 1403. Jadræ non fuerit: quod nulla Reipublicæ Venetæ in eo foret mentio: quod Paulus de Paulo, Ladislai Regis homo, ut ipſe fateretur in ſuo memoriali, de vendita Jadra Venetis, mentionem non faciat: Quod Jadra, Tragurium, Sibenicum, ab ipſomet Lucio Duci Baruthi donata per Ladislaum fuiſſe referantur anno 1406. Spalatum autem Hervojæ cum Ducis Titulo. Mihi combinatione rerum his temporibus geſtarum, veroſimilius apparet: Ladislaum Hervojæ & Duci Baruthi, Dalmatiam reliquiſſe, adeoque exercitu Sigiſmundi adveniente, ob bella Italica, Duce Baruti revocato, Hervoja autem ad ſeſe ſtabiliendum impare, viſis deſperatis ſuis rebus, Sigiſmundo ſemet ſubjeciſſe. A quo iſthic relictus, cum Jadrenſibus (ubi domum habuit) pro Pago inſula, quam a Sigiſmundo emere volebant, paciſcens, æſque tam pro Pago, quam & Jadra fors accipiens, taliterque jura Regum involvens, proſcriptus, atque in ſuorum amiſſione convictus extitit. Hæc ſic, ut conjector eveniſſe, docere nequeo; conjecturæ nihilominus meæ, motivum accipio ex ſententia Sigiſmundi adverſus Hervojam, qua dum ſtatuitur, nunquam ab ullo Civitates Dalmaticas vendendas, ſi venditio Jadræ evenit, Hervojæ potius, quam Ladislao attribuenda arguitur, atque hæc, nequaquam Venetis, at Jadrenſibus. Puto ego hanc eſſe rationem, quod Lucius inſtrumenti totalitatem nobis cellaverit. Interim quisquis clariora hæc reddiderit, measque conjecturas demonſtraverit, aut errorem eſſe docuerit, gratias tali ſum habiturus, diſcere enim cupio, nec magiſterium prætendo.

At judices, ex lubitu de inſtrumento Lucii lector erudite, measque de illo animadverſiones, ſi rideas, aut plane damnes, ut ſeveriorem cenſorem, prohibere nequeo; ſuſtineo attamen, nec inſtrumento illo, *jus* Sereniſſimam Rempublicam in Jadram, minus vero, in univerſam Dalmatiam obtinuiſſe. Enimvero ſi ſcholaſticè arguere convenit, nemo dat quod non habet, Ladislaus jure caruit in Jadram, quia Siciliæ Regni, nunquam (aſſentientibus etiam Scriptoribus Venetis) fuerat, ut a Rege Siciliæ vendi potuerit. Ladislaum autem Hungariæ Regem, non fuiſſe, certiſſimum eſt. Proinde venditio illa, ejus eſt firmitatis, ac ſi nunc Sereniſſimæ Reipublicæ ſubditi, adverſus eandem rebellantes, vocato quopiam Coronato in Europa, in medium ſui, capite; per tale, inſcia Republica, neſciretur ubi? quando? qualiter? Venetiæ, aut Padua, Tarviſium &c. venderentur, emptorque juris legalitatem obtenderet. Sane Jadrenſes totaque Dalmatia, mortuo Magno Ludovico; Eliſabet, Mariam, Hegvidem, ut ſuperiora demonſtrant primi, pro Dominis naturalibus, depoſito fidelitatis juramento, agnoverunt, dehinc Sigiſmundum ipſum, ut non niſi, rebelles Sigiſmundo fuerint. Accedit: fundamentalis legis eſſe, & mutui intra Coronæ ſtatus & Reges noſtros pacti, juramento firmati, Reges noſtros, ſine *Statuum conſenſu*, ea quæ ſunt Coronæ, nec vendere, nec oppignorare poſſe. Quare dum Ladislaus ille Neapolitanus, Hungariæ Rex nunquam fuit, nec *Statuum conſenſu* vendidiſſet Jadram, minus autem Dalmatiam, quid juris conferre poteſt Venetis, documentum illud, juſtitiæ amans determinet. Dices: Bonifacius IX. ſuprema Eccleſiæ poteſtate; Ladislaum Regem dixit Dalmatiæ, Dalmatas abſolvit a vinculo & jurata fidelitate Sigiſmundo & Sacræ Coronæ præſtita, quæ jura Papæ darent Scholaſtici Theologi. Ad hæc, me dicere aliud non convenit, ac: ſi Caput Eccleſiæ Chriſtus, jura cuivis ſua ſervata, voluit, ſervavitque, interrogando: Cujus eſt imago & ſuperinſcriptio: intelligensque Cæſaris; repoſuit docuitque: *reddite ergo quæ ſunt Cæſaris Cæſari.* Quin ad leges obſervandas identidem invitabat. Ut mirum ſit, ubi Theologi Scholaſtici, majus Privilegium Vicario Chriſti eſſe invenerunt, ac DEus ipſe (qui tamen ſe definivit: *Ego ſum via, veritas, & vita*) tale exercuiſſe doceri queat.

Vult item Lucius Sibenicenſes Anno 1412. Venetis ſeſe ſubjeciſſe, pactave reciproca ſubjectionis hujus, exſcribit. Accidere potuit, ejusmodi eorum, cumprimis *extrinſecorum* cogitatus; verum an iverit in effectum? & ab anno 1412. Sibinicenſes, ſubditi ſint Reipublicæ? docendum eſt. En hujus noſtri petiti fundamentum.

„ Nos Sigiſmundus DEI Gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex. Memoriæ commendamus tenore præſentium „ ſignificantes quibus expedit univerſis. Quod nos conſideratis fidelitatibus & fidelium ſervitiorum diuturnorum gratuitis meritis fidelium nobis ſincere dilectorum, primum quidam

 „ Ca-

„ Caſparis de Sybenico, demumque Nicolini filii ejusdem Caſparis de eadem, *Regni noſtri*
„ Croatiæ prædicti Nobilium, per ipſos *Nobis & Sacræ Regni* noſtri Hungariæ prædicti,
„ Coronæ, ſub locorum & temporum varietate, & ſignanter in quam pluribus exterarum
„ Regionum præliis, ac plenis exercitualibus expeditionibus, minime parcendo rebus, &
„ perſonis eorum; ſed easdem diverſis fortunæ caſibus exponentes cum ſuprema fidelitatis
„ conſtantia, agilitateque ſtrenua, & ſolicitudine indefeſſa, ad noſtræ Majeſtatis beneplaci-
„ tum, & honoris eximium incrementum laudabiliter exhibitis & impenſis. Quorum intui-
„ tu, ſicut & futurorum uti ſperamus, nobis indefeſsè exhibendorum, inducimur non imeri-
„ to ipſi Nicholao filio annotati Caſpari, favore occurrere gratioſo. Et licet ipſe pro præmiſ-
„ ſis fidelitatibus, & fideliùm - - ſequiorum meritis, multo majora noſtræ munificentiæ dona,
„ mereretur a noſtra reportare Majeſtate; in aliqualem tamen recompenſam ipſorum, fideli-
„ um ſervitiorum eorum, quandam poſſeſſionem ſeu villam noſtram Meyaci vocatam, in Co-
„ mitatu de Lwka habitam per notam infidelitatis Dionyſii & Dragan, filiorum Gregorii
„ Draganych, quam iidem dudum, tempore videlicet eo, quo per *Venetos tunc noſtros no-*
„ *torios rebelles & infideles, Civitas noſtra Sybenicenſis* violenter obtenta & occupata fue-
„ rat; ratione adhæſionis jam fatis Venetis, eisdemque auxilii & ſubſidii contra noſtram Ma-
„ jeſtatem impenſionis atque miniſtrationis, incuriſſe dignoſcuntur, ad manus noſtras rite &
„ legitimè devolutâ; & eo tunc per nos caſtro noſtro *Oztrowicza* vocato, in dicto Comitatu
„ de Lwka habito, annexa & applicata; ab eodem Caſtro eximentes & ſeparantes, ſimul cum
„ univerſis utilitatibus atque pertinentiis ipſius poſſeſſionis, terris utpote arabilibus cultis &
„ incultis, agris, pratis, ſilvis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis, & vinearum
„ promonthoriis, aquis aquarumque decurſibus, molendinis & molendinorum locis, & gene-
„ raliter quarumlibet utilitatum & pertinentiarum integritatibus, quovis nominis vocabulo
„ vocitatis, ad hujusmodi poſſeſſionem Meyaci de jure ſpectantibus & pertinere debentibus,
„ ſub ſuis veris metis atque limitibus, quibus videlicet hucuſque per eundem Caſtrum no-
„ ſtrum Oztrowicza tenta extitit & poſſeſſa, de manibus noſtris, ac a nobis ex certa Noſtræ
„ Majeſtatis ſcientia, & animo deliberato, de *Prælatorum & Baronum noſtrorum conſilio*
„ *permaturo, ac uniformi eorumdem decreto* - - donationis titulo, & omni eo jure quo
„ idem noſtræ ritè & legitimè incumbunt collationi, memorato Nicholao filio - - ſuisque hæ-
„ redibus & poſteritatibus univerſis dedimus, donavimus & contulimus, ymo damus, dona-
„ mus & effective conferimus - - perpetuo & irrevocabiliter tenendam poſſidendam pariter
„ & habendam, ſine duntaxat præjudicio juris alieni. Nihilominus noſtro - - - Regum Hun-
„ gariæ nominibus aſſumpſimus & in ſolidum pollicemur prætaxatum Nicholaum filium jam
„ dicti Caſpari - - - Succeſſores univerſos in pacifica & plena dictæ villæ ſuarumque perti-
„ nentiarum quarumlibet, nec non metarum univerſarum poſſeſſione & dominio - - infeſtan-
„ tes, & a cunctis impetitionibus cauſidicis & actoribus jugiter & ubique in judicio & extra
„ judicium protegere defend - manutenere expedire tueri facere. Harum noſtrarum vigore
„ & teſtimonio litterarum mediante, quas dum nobis in ſpecie fuerint præſentatæ, in formam
„ noſtri Privilegii redigi faciemus. Datum Pragæ Feria quarta proxima poſt Feſtum Nati-
„ vitatis B. Johañis Bapt. An. Domini Milleſimo Quadringenteſimo Triceſimo Septimo Regnorum
„ noſtrorum Anno Hungar. &c. Quinquageſimo primo, Romanorum 27. Bohemiæ 17. Impe-
„ rii verò Quinto „ Sigillum impræſſum ubi in medio aquila, duabus orbicularibus lineis
circumſcriptio. lineæ - - indicant voces ex involutione abſumptas. Scriptæ ſunt in pergameno, a nobis autem ex autographo ſincerè deſcriptæ.

Harum conſideratione admiſerim ego facile Lucio, ad Venetos anno 1412. accedente quorumdam Sibenicenſium factione, Sibenicenſes tranſire voluiſſe, cauſa ædificari incoatæ novæ arcis a *Petro de Miſſilin*, Regio iſthic Vicario, verùm a Sigiſmundo fuiſſe caſtigatos, Sibenicumque dehinc, in Sigiſmundi dominio perſeveràſſe, cum an. 1437. memoratam faciat collationem & Sibenicum ſuam vocet Civitatem. Sane Sigiſmundus non ſolum in præmiſſis litteris, Sibenicum Regni ſui Croatiæ exprimit; at in memoratis ſuperius litteris, quibus Andream Spalatenſi reſtituit Eccleſiæ, anno 1412. habet. *Signanter Rectoribus, Judicibus - - Conſiliis Civitatum noſtrarum Tragurien. & Sibenicen. ſalutem & gratiam*, quas ſuas Civitates qui expræſſiſſet? Si Sibenicenſes jam anno 1412. ſubditi fuiſſent Venetorum. Caſtigatio Hervojæ anno 1413. facta, ſatis exprimit Civitates illas ſub dominium Sigiſmundi rediviſſe, cui aliunde repetitis præſtandæ fidelitatis juramentis obnoxiabantur. Ut rectè doctiſſimus Farlatus recognoſcat: Dalmatiam Croatiamque rediviſſe ad Sigiſmundum, *Jadram* autem venditam a Ladislao, *ferunt*. Sed priusquam proſequamur, ex deſcripto a nobis inſtrumento notamus I. Sigiſmundum exprimere: *Nobis & Sacræ Regni noſtri Coronæ* præſtita a donatariis fuiſſe ſervitia. II. Venetos, Notorios ſuos rebelles & infideles vocat. Hoc, utrum ratione Imperii, &

& Regni olim Italici ſit expreſſum? confirmatumque jus illud Imperii vetus, aut ob violatum juramentum illud, a Venetis Ludovico, adeo ſolenni forma, vide pag. 237. depoſitum? aut ex utraque ratione, & ob violatas inducias, anno 1413. a Papa per quinquennium exoratas pro Venetis, cui lubet, examinet. III. In uſu fuiſſe, opportuna loca, caſtris adjicere, ut ibi infidelis Draganich confiſcata poſſeſſio, caſtro *Oztrovicza* adjecta unitaque fuiſſe exprimeretur. Avelli autem jam adjectam Caſtro, ab eodem nequiviſſe, tanquam Sacræ Coronæ, publicove utili applicatam, ſine uniformi Prælatorum Baronumque Coronæ conſenſu & decreto. Si hæc, cautella fuit: de poſſeſſionibus a caſtris non avellendis, qui credam? legitimè valideque, ſine decreto & conſenſu præmaturo, Statuum ordinumque Coronæ, integros Comitatus, aut Provincias, vel Regna plane, avelli per Reges potuiſſe. Quare eſtò per omne inconceſſum Ladislaus Rex Neapolitanus, verus legitimusque Hungariæ Rex fuiſſet, & non mera Pontificia declaratione; ac temporibus iis declaratus, quibus lis erat, dubiumque, quis pro legitimo Papa cenſeri debeat? adhuc ſine Statuum Ordinumque decreto, Regni integri, & membri adeo utilis Sacræ Coronæ, ut eſt Dalmatia, nulla eſſet venditio. IV. Deduci iſthinc etiam cauſam, qua ratione nunc etiam, quædam in medio Caſtrenſium, ſivè ut nunc dicimus Generalatuum, vel Militarium, per privatas Nobilium familias, teneantur. V. Firmari intelligive ſtylum illum Sigiſmundi, qui inter Decreta Sigiſmundi, primo loco, corpori juris præfigitur, fuiſſe de iis, quæ ex tenutis Caſtrorum olim donabantur. Quæ attamen ſub Mathia I. art. 26. anni 1486. modificarentur. Jam revertamur

Aſſentiendum omnino eſt Cl. Lucio, dum l. 5. c. 5. Mahumetem Boſniam infeſtâſſe, atque in Croatiam ingredi cepiſſe, ſcribit. Hoc enim tum Scriptores teſtantur, cum firmaret ſequens documentum, quod ob tantarum rerum cognitionem, eruditis Viris deſcribimus; ex memorata pag. 247. diſſertatione.

„ In Nomine Patris, & Filii, & Sancti Spiritus Amen. Gratia DEI Nos Princeps Ste-
„ phanus Tuartko Tuartkouitius, Rex Serbiæ, Boſnæ, Maritimarum, Chulmenſium Ter-
„ rarum, Dalmatiæ, Croatiæ, partis inferioris, Occidentalium partium, Vſoriæ, Soliæ, Po-
„ driniæ, &c. Ante omnia ego dictus Stephanus Rex Tuartko Tuartkouitius, Gloriam red-
„ dimus inceſſanter Domino meo omnipontenti Chriſto, quod in principio Cœlorum, mirabi-
„ li firmamento, vniuerſum ſua voluntate diſpoſuit, miſericordi autem gratia venit de Cœ-
„ lo amore hominum in Terram, & lapſam humanam naturam aduentu ſuo aſſumpſit, Cœ-
„ los aſcendit, & perditæ oues domus Iſraël ad verum Paſtorem Deum conuerſæ fuerunt.
„ Hinc etiam ſceptro regio per totum vniuerſum firmando, & glorificando ſe gloria DEO
„ omnipotenti, & ego Stephanus Tuartko Tuartkouitius Seruus Dei, Rex ſupradictus, dig-
„ nus factus ſum regnare in Terris ſupradictis Parentum, & Auorum meorum facere illis
„ Iuſtitiam, & Gratiam, & dona, & ſcripto noſtro fidelibus formulis, omnibus tamen ſecun-
„ dum fidem, & dignitatem illorum cum Conſenſu Regni, & ſecundum conſuetudinem Mag-
„ natum cuiuslibet dignitatis, & bonum exemplum præbere, & facere noſtris fidelibus ſeruis
„ pro illorum fidelibus ſeruitiis. Itaque feci gratiam noſtram Regiam Principi Noſtro Ioan-
„ ni Marnauitio Niſſenſi, pro ipſius fideli ſeruitio, quod nobis præſtitit in qualibet noſtra ne-
„ ceſſitate, præſertim quando iratus fuerat Nobis Cæſar Turcarum Murat Big, & depopula-
„ batur dominium noſtrum, & tunc dictus Ioannes Niſſenſis iuit ad Portam, non parcens ca-
„ piti ſuo pro nobis, & inuenit nobis gratiam apud Cæſarem, & expulit exercitum ex Regno
„ noſtro, & multoties iuit in perſona noſtra in negotiis, & ſemper nobis recta fide ſeruiuit,
„ & pro hoc ipſius fideli ſeruitio, dedimus ipſi noſtra noua donatione, & deſcripſimus noſtris
„ Patentibus litteris cum penſili noſtro ſigillo ex vtraque parte ſignato, quod eſt ipſius Pars,
„ ſiuè portio in Niſla, & Zuonik, quod a fratribus ad ipſum ſpectat, a Niſſaua, & Boſna
„ Pagum Huoynice, & ſub Thum cum veris terminis, & Territoriis, illud dedi, ſcriptisquè
„ conſignaui, pro proprietate in ſæcula Amen. dicto Ioanni Marnauitio Niſſeno, & ipſius fi-
„ liis poſterisque eorum. Et hoc ab illo ne auferatur propter vllam infidelitatem, quæ non
„ eſſet examinata per Boſnenſes, & eccleſiam Boſnenſem: Et pro maiori gratia feci dictò Io
„ anni cautelam, vt ſi quicunque aliqua, vel alicuius diplomata haberet, ante has noſtras
„ litteras, pro hoc noſtro ſuperiori dono dato, & litteris conſignato Ioanni, omnia tali ſcrip-
„ ta his noſtris litteris deſtruimus, & mortificamus. Et cum iſtis omnibus ſupraſcriptis tra-
„ dimus Ioannem, & ipſius Poſteros D. Abbati Mirohnio, & Abbati poſt Abbatem ad manus
„ eccleſiaſticas, cuius rei Teſtes ſunt Senatores Regnorum, Palatinus cum fratribus, Xupan
„ Driſſa Dinicitius cum fratribus, Palatinus Radoſauus Pauloiutius cum fratribus, Palati-
„ nus Georgius Voiſalitius cum fratribus: Princeps Pribitius Miloſſeuitius cum fratribus,
„ Palatinus Petrus Sileſſitius cum fratribus, Princeps Georgius Draghiceuitius, Otribatius
„ cum fratribus, Princeps Vvk Rogaticius cum fratribus, Princeps Draghicius Radiceričtius

„ cum fratribus, Princeps Vukatius Vukouitius cum fratribus, Princeps Paulus Sanctius
„ cum fratribus, deinde Præfectus, ſeu Mareſcalcus Aulicus aulæ noſtræ, Princeps Tuartko
„ Bogoniuitius cum fratribus, & peculiariter Princeps Ioannes Bubanitius cum fratribus, &
„ qui vellet hoc deſtruere, vel anichilare, ſit maledictus a Patre, & Filio, & Sancto Spiritu,
„ & quatuor Euangeliſtis, & duodecim Apoſtolis, & ſeptuaginta electis, & omnibus Sanctis
„ a ſæculis DEO dilectis: ſcripſit Radoſauius ſcriba Aulicus Magni glorioſi Domini Regis
„ Tuartki in reſidentiali loco in Sutiska. Anno Natiuitatis IESV Chriſti milleſimo quadrin-
„ genteſimo vigeſimo ſexto, menſis Octobris ſeptima die. Dominus Stephanus Tuartko Tuart-
„ kouitius Rex Serbiæ, Boſinæ maritimarum Partium, & deinde vbique &c. loco ✠ ſigilli
„ penſilis in funiculo ſericeo rubro, in cera, ex vtraque parte impreſſo. Ex altera Rex in ſo-
„ lio maieſtatis cum Sceptro, & Corona, ex altera militari modo, Equo inſidens, cum ſcu-
„ to, & lancea, loco ✠ alii ſigilli minoris, & Appendicis Privilegii.

„ In eodem funiculo aliud ſigillum paruum cum breui appendice Privilegii: In Nomine
„ Patris, & Filii, & Sancti Spiritus: Dicit D. Abbas Mirohna: Tradidit mihi Dominus Rex
„ Tuartko, Ioannem Marnauitium Niſſenſem qui nominatur Turka, vt ipſi daretur fides ec-
„ cleſiaſtica, & ipſi, & ipſius poſteritati pro ipſius fideli ſeruitio, vt illi ſit fides Ioanni, &
„ ipſius bonis, & quod illi litteris conſignatum a Dominatione, & hoc non auferetur ab ipſo,
„ quamdiu non examinabitur ab Eccleſia, & bonis Boſnenſibus, quouſque non fieret aliquid
„ contra fidem D. Regis Tuartko, & Eccleſiam. Qui vero ſuccedet poſt me in Prælaturam
„ Domino Abbati ipſum commendo, ut iterum D. Abbati alteri ſucceſſori ſuo in principio Præ-
„ laturæ ſuæ commendet, vt patet ex meis, & regiis litteris, ſcriptum Buhoriniæ Natiuita-
„ tis Chriſti milleſimo quadringenteſimo vigeſimo ſeptimo, &c.

„ In Nomine Domini Amen. Anno a Natiuitate D. N. IESV Chriſti milleſimo ſexcente-
„ ſimo vigeſimo nono, Indictione duodecima, die verò nona menſis Maij, Pontificatus autem
„ Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. VRBANI diuina prouidentia Papæ Octavi, Anno
„ eius ſexto. In mei &c. perſonaliter conſtitutus admodum Reu. Pater Metodius Terlecki
„ Ordinis S. Baſilii Procurator, & Apochriſſarius Illuſtriſſimi & Reuerendiſſ. D. Ioſephi Ve-
„ lamin Ruſtki Archiepiſcopi Kiouienſis, & Metropolitæ totius Ruſſiæ vnitæ requiſitus, vt
„ aſſeruit ad inſtantiam Perilluſtris & admodum Reu. D. Ioannis Tomki Marnauitij Archidia-
„ coni Zagrabienſ. &c. medio iuramento, tacto pectore, more &c. mihi Notario tradidit, &
„ conſignauit præſens folium, ſeu papirum, latino ſermone, vt apparet conſcriptum, & per
„ eum, vt aſſeruit medio iuramento tacto pectore more &c. cum fidelitate, & cordis ſincerita-
„ te traductum, ex quadam membrana pergamena antiquiſſima, caractere Ciriliano, & anti-
„ qua lingua Illyrica ſcripta apud eundem Reu. D. Archidiaconum exiſteñ, cuius membranæ
„ Tenorem idem Reu. Pater Metodius ſimili iuramento affirmauit ſe vertiſſe, & traduxiſſe
„ de verbo ad verbum in latinum idioma, vt ſupra nil addendo, vel minuendo, ſed prout ia-
„ cet in ſuis litteris originalibus, & ita pro veritate, & ad perpetuam rei memoriam dixit, &
„ medio eius iuramento, tacto pectore, more ſacerdotali, affirmauit non ſolum iſto, ſed &
„ etiam omni alio meliori modo &c. ſuper quibus omnibus & ſingulis, petiit a me Notario,
„ vt publicum facerem Inſtrumentum. Actum Romæ in officio mei &c. ibidem præſentibus,
„ audientibus, & intelligentibus Dominis Michaële Angelo Ceſio, & Siluestro Spada ſociis
„ Connotariis Teſtibus ad prædicta vocatis, & rogatis. Ego Antonius Lucatellus Mediola-
„ nenſis, Cauſarum Curiæ Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. D. Cardinalis, S. D. N. Papæ Vicarii Ge-
„ neralis Notarius, de prædictis rogatus, præſens Inſtrumentum ſubſcripſi, & publicaui re-
„ quiſitus. In fidem &c. loco ✠ ſigni.

Refragari æque nequeo Lucio, in metu illo Turcarum, Sigiſmundum Dalmatis metuentibus providere debitè nequiviſſe. Hinc apparatus, Arſenatus incoati, Sibenici atque Tragurii, ab eo fuiſſe neglectos, dum ad accomodandas Religionis res, totum ſemet convertit, partim Concilii Conſtantienſis opera; partim ſubſecuta per Bohemiam Huſſitarum & Wicleffi caſtigatione, ut hinc, frequentiſſimè abſens è Regnis ſuis, providere attendereque quibuſvis nequiverit. Venetis religioſius erat, occaſione uti, atque in Turcarum metu, ſuum extendere dominatum, mererique de Roma & Italia, defenſorum Italiæ aſſertione, ac tueri cujuſpiam Papatum prætendentis, partes; aut ſopiendo Eccleſiaſticorum ſchiſmati invigilare. Quare videntes opportunitatem commodi Reipublicæ ſuæ, ad aſſequendum ſcopum, cum Ludovico Techio Patriarcha Aquilejenſi, pro regione illa, quæ Liquentia Timavoque fluviis, alpibus & Adriaco mari terminatur, bellant; Dalmatia hinc a Venetis, illinc a Turcis metu perculſa, cum Petrus Lauredanus a Venetis juſſus fuiſſet, (more veterum Romanorum, Lucio teſte l. 1. c. 6. ut pag. 234. retulimus) cum valida claſſe, nequaquam adverſus Turcas, ſed in Dalmatiam trajicere, primo adventu Bractiam, Pharam, Curzolam in fidem venientes recepit anno

1420.

Digitized by Google

1420. Tragurienſes vehementiſſimè oppugnatos, in deditionem compulit die 22. Junii 1420. Quibus viſis Spalatenſes quoque in Protectionem Venetam ſeſe reſignârunt, fidelitatemque Venetis, interpoſitis ordine (vide Farlatum de his) manibus, ad SSmæ Crucis reliquiam jurare debuerunt. Miſſis tum, Venetias Oratoribus pacti ſunt, dumque peterent Duymum Archiepiſcopum ſuum (qui Regno Hungariæ ac Regi Sigiſmundo fidelis erat, ſtudebatque in debita fide ſervare Dalmatiam) per Ducale dominium confirmari, repoſitum iis, teſtatur Farlatus: *Item ſuper Capitulo quod D. Duymus &c. reſpondemus: Quod cum ad nos non ſpectet ad impendendum de Clericis; ideo hoc relinquimus Sanctiſſ. Domino Papæ.* Si Sigiſmundo æquales fuiſſent ſenſus, dixiſſetque: ad nos non ſpectat, an unus? aut ex ambientibus quis? Papa verus legitimusque ſit, ideo hoc relinquimus Eccleſiæ, fors Dalmatiâ, totque aliis, infideliter privatus non fuiſſet. Sane per ſummum illud ſtudium ſuum, erga Religionis res, Sigiſmundus non meruit, ut *Duymus* firmaretur in Sede Spalatenſi, quod Sigiſmundo & Sacræ Regni Ungariæ Coronæ ſtuderet; ſed *Petrus* ille, quem Sigiſmundus pro poteſtate Regia, anno 1412. ejecerat, a Martino V. fuit ad Spalatenſem Sedem collocatus. Immo procurante *Petro* Archieppo, & *Franciſco Cauco* Patricio Veneto, Comite Spalatenſi, Anno 1426. die 25. Julii auctoritate Martini V. per Petrum Archieppum a juramento fidelitatis, Sigiſmundo & Coronæ Hungariæ debito, & ab ipſis ſæpius renovato, ſunt abſoluti, prouti & quibusvis excommunicationibus, quas ſub Imperio Hungariæ incurriſſent. Hic teſtata fuit effectu, doctrina illa, quod Papa poſſit abſolvere ſubditos a juramento; ab obligatione naturali erga Rempublicam propriam, eſſeque abſolutum Monarcham, valentem Chriſtianos ex lubitu, cui libuerit potentiæ applicare. Hæc merces obtigit Sigiſmundo, pro tot ſtudiis, fatigiis, impenſis, ſane graviſſimis, dum Inſulam Muraköz, XIII. item oppida Scepuſienſia oppignorare cogebatur, ob tot rerum ſumptus, ut demum Dalmatia privaretur. Scio prætendi a modernis Scriptoribus, *Duymum* auctore Martino V. Archieppatum depoſuiſſe: at ſi *veritas*, ejusmodi ut vocatur piis cogitatibus, eſt anteferenda: ſi ſponte & ultro *Duymus* reſignâſſet, & depoſuiſſet Archiepptum Spalatenſem, qua ratione, etiam poſt annum 1420. ſine nota *olim* aut *pridem*, in Diplomatibus Sigiſmundi exprimitur, ut omiſſis cæteris in publico Decreto Anni 1435. legere eſt: *Dionyſio*, ſive Duymio, *Spalatenſi* Archieppiſc. Si Duymus reſignaviſſet, aut ſede vacante fuiſſet expræſſum; aut ſuum nomen omiſſum. Accedit: Cum Duymus in Hungaria fuerit; hæc porro unà cum Sigiſmundo, juribus ſuis in Dalmatiam non renunciaviſſet, immo ut ſupra Sigiſmundus anno 1437. *Venetos ſuos notorios rebelles & infideles* exprimeret, cui ſano intellectui, piis illis meditationibus perſuadebitur, Duymum liberalitate gratiaque Sigiſmundi in Hungaria viventem, ſpontanea reſignatione, juſtitias Sigiſmundi pro Dalmatia, infirmas debilioreſque reddere ſtuduiſſe.

Deſcriptis hactenus viis modisque, *Jadrâ*, *Tragurium*, *Phara*, *Braccia*, *Curzula*, *Spalatum*, *Novi*, ſive Noviogradum, (hodie Caſtel novo) *Pagus*, *a poſſeſſorio* Sacræ Coronæ avulſa ſeparataque ſunt, quin tamen quævis tum Venetorum fuiſſent effecta, ſed quædam Raguſeis a Sigiſmundo data fuère ut Bracza Curzola, Noviogradum vero ad Boſnenſes, ut infra exhibendum evincet decretum, ubi: *Vukſa - Vaivoda novi Caſtri prope Raguſium, Præfectus partium maritimarum cum vexillo* - - nequaquam verò eſſe deſierunt, *juris Regum & Coronæ.* Enimvero Status S. Coronæ, juri hujus a Rege Colomano habito, nunquam ceſſerunt, ut quævis noſtræ monſtrarent leges. Neque Sereniſſ. Venetiarum Dux, Ducis Dalmatiæ Croatiæque Titulos aſſumpſit. Conantur quidem Scriptores Veneti, *jus* Sereniſſ. Reipublicæ, antiquius anteriusque demonſtrare, at quibus fundamentis? è Superioribus patet. Florente Imperio Romanorum veteri, Dalmatiam Venetorum fuiſſe, ſcriptum a nemine. Illa potitos fuiſſe Abbares & Sclavos, ſuperiora teſtantur. His per Croatas e Dalmatia ejectis, Heraclii etiam permiſſu, juris eorum facta eſt. Enato Croatarum Regno, juris clientellaris Imperii Conſtantinopolitani fuerat; Italici autem Regni Venetiæ. Hungari dominatum ſuum ad Spalatum uſque extenderant, acceptis in ſocietatem Croatis. Dalmatas tum, vel ſemet Venetis ſubjeciſſe; vel jure belli fuiſſe a Venetis obtentos, nec Veneti aſſererent. Orientali Imperio decadente, nequaquam Veneti, at Romanus Pontifex, quod olim Dalmatia intra Provincias ſenatus Romani cenſebatur: quodve ab Heraclio admiſſi in Dalmatiam Croatæ, juramentum S. Petro, de non invadenda Italia præſtitiſſent, Zvonimirum Dalmatiæ Regem (Venetis nec reclamantibus) dixit. Zvonimiro impiè occiſo, *Ladislaus I.* Rex Hungariæ, Almum Croatiæ fecit Regem. *Colomanus* libera electione, & Dalmatiæ conſenſu, Dalmatiam obtinuit, inveſtituram ſibi oblatam a Papa, per Auguſtinum Legatum reſpuit, jurisque ceſſionem, a Comnenis obtinuit. Papa offenſus ob rejectam inveſtituram ſuam, cum turbari Dalmatas, vel maxime Jadrenſes effeciſſet, Colomanus anno 1105. Jadram triumphaliter obtinuit. Moventibus iterum ſe Venetis, hisque & eorum auxiliaribus devictis, Jadrâ plenè MCXI. eſt

Digitized by Google

potitus, hancve juris S. Coronæ effecit. Mortuo Colomano, quamvis Veneti, modis miris variisque conati fuerint, dominatum ſuum, vel maximè in Jadram, ob commoda maris Adriatici extendere, in Dalmatiæ attamen poſſeſſorio Hungariæ Reges perſeveráſſe, ſuperiora demonſtrant. Neque Emanuel a Venetis, at ab Hungaris, annis aliquod Dalmatia uſus eſt, eoque mortuo, nequaquam illa ad Venetos, verum Hungaros Belamque III. eſt revoluta. Andreas II. ſuis donationibus inſularum, privatis factis, elargitis item immunitatibus, ac Banorum Dalmatiæ, Maritimorumque abolitione, multum obfuit, præbendo per hæc occaſionem, fœderibus, aſſociationibus mutuis, aliisque ſuperius indicatis. Juri nihilominus ſervando conſuluit, dum in Dalmatia villicum ſervabat Regium, & a portubus, duas reddituum partes recipiebat. Bela IV. Patris ſui defectus corrigere ſtuduit, Ladislaus IV. occidi maluit, quam juri cedere. Sub Carolo I. Marinus Dux Venetiarum jura Regum Hungariæ in Dalmatiam recognovit, & ſub Ludovico I. ſolenni juramento, quibusvis in æternum prætenſionibus, Veneti abrenunciarunt, tuitique Regum noſtrorum jura ſunt Dalmatæ, in Maria; quin primi ſucceſſioni ſexus fœminei, ſe ſubjecerunt. Nec Sigiſmundus, nec Status Coronæ unquam juri ceſſerunt. Hæc, ſuperius dilatata, compendio hic proponere voluimus, ut juſtus æquusque Lector atque judex, videre valeat, quid juris eſt Venetis in Dalmatiam. Prætenſa Ladislai Neapolitani venditio, ſi etiam demonſtretur, infirma eſt. Quare Sereniſſimæ Reipublicæ jus, radicari totum videtur, in ceſſione Alexandri III. ut ſcriberetur, aliorum item Summorum Pontificum. Denique in Martini V. memoranda illa Dalmatinorum abſolutione, adeoque juris Regum Ungariæ & Sacræ Coronæ (haud unquam audita Hungaria) caſſatione, Venetisque Dalmatiæ confirmatione. Hæc porro qualia ſint? cum me commentari non conveniat, Neque Scholaſticos Theologos in me concitatos velim, jurium cumprimis publicorum, univerſarumque gentium, gnari peritique Lectoris, judicio relinquo. Hæc profecto cauſa eſt, quod Scriptores Scholaſtici continenter ſcribant, Regnum Hungariæ Papæ eſſe ſubjectum, & hujus, Apoſtolicos Reges, ratione Coronæ dignitatisque Regiæ, vovere debere Papæ obedientiam. Ad jura hæc manutenenda credendaque, *fundatione facta*, curant Spalati Venetæ (vide Farlatum) in quatuor præcipuis ſollennitatibus, videlicet Nativitatis Domini, Paſchatis, BB. Petri, & Domnii, ab anno 1428. Papæ, & Duci Venetiarum, Laudes cantari per Canonicos. Beatitatem Dalmatinorum, ſub Reipublicæ jugo deprædicant. Reges Hungariæ horumque magiſtratus accuſant, ex Scriptoribus Hungaris, Dandulum atque Lucium, ſine examine deſcribentibus, jura Reipublicæ agnoſci, referique recenſent. Auditoque rumore ſermonis cujuspiam de Dalmatia, edunt continuo libros, vulgari Italo & Dalmatico idiomate, latino etiam, qui firmare debent Dalmatas in fide, legitimi prætenſi juris. Injurius attamen eſſe nolim Lucio, & ſinceris quibusdam Scriptoribus Venetis, qui eſtò æquivoca ſcribere cogantur, ſic nihilominus ſcripſére, ut ſano liberoque judicio, veritatis cognoſcendæ media poſuerint, id quod e Superioribus noſtris foret perſpicuum.

Jam de cæteris quibusdam Sigiſmundi, juri publico ſervientibus, atque a Scriptoribus noſtris vel omiſſis plane, vel unicè inſinuatis, atque his memorabilioribus, meminiſſe voluimus. Cum abuſus multi, non ſolum in monetis, ſed etiam in monumentis litterariis obrepſiſſent, anterioribus tot tantisque revolutionum diſturbiorumque temporibus, mederi non omiſit. Quoad monetas quidem, per latas leges art. 18. 1405. &c. de inſtrumentis autem proviſum fuiſſe, evidenter edoctus ſum ex autographis pluribus a me viſis, tractatisque. Profectò in tranſumpto, relatorio - reambulatoriarum, facto per *Paulum Chupor de Monoſzlo Regni Sclavoniæ Banum*, occaſione litis ſequens inſertum eſt mandatum Sigiſmundi: *Sigiſmundus Romanorum Rex ſemper Auguſtus, & Hungariæ &c. Rex. Fidelibus ſuis Capitulo Eccl. Zagrabienſis ſalutem & gratiam. Dicitur nobis in perſonis Nicolai Martini, Georgii & Ladislai, filiorum Michaelis, filii Bank, filii Alexandri de Drenova, quod quædam litteralia eorum inſtrumenta, factum poſſeſſionum ipſorum tangentia, ſub priori & antiquo ſigillo veſtro emanata & confecta haberentur, quæ nunc ipſis pro tuitione jurium ſuorum, ſub præſenti moderno novo veſtro ſigillo, innovatione plurimum indigerent. Super quo fidelitati Vræ firmiter præcipimus & mandamus, quatenus præfatis litteralibus ipſorum inſtrumentis Nicolai Martini Georgii Ladislai factum poſſeſſionum ipſorum tangentibus diligenter examinatis & reviſis, ſi eadem in ſtylo, cartha, ſcriptura, & cœra, priori & antiquo ſigillo veſtro, veſtra fore, & juſto modo promanata agnoveritis; extunc eadem ſub moderno novo ſigillo veſtro renovando, eisdem prædictis Nicol. Martino, Geor. Ladisl. concedere debeatis ad cautellam, ſecus non facturi. Intuentes tamen ne fraus & dolus interveniat aliqualis in hac parte. Præſentes autem ſigillo majori, quo ut Rex Hungariæ utimur fecimus conſignari. Datum Strigonii in Feſto Epiphaniæ Anno Domini 1415. Regnorum noſtrorum Anno Hung. 28. Romanorum vero*

ro

Digitized by Google

ro Quinto. Simile mandatum, ſub dato Vereucze, feria 3. proxima poſt Feſtum Converſionis B. Pauli Apoſt. de Anno 1421. vidimus legimusque expeditioni factæ, inſtrumentorum poſſeſſionis Ebreeſs vocatæ ad inſtantiam Georgii Can. Zagr. Anthony Plebani SS. Trinitatis de Glaunicza, ac Nicolai Thuk, & Joannis, filiorum de Omilya, ut dubitari nequeat, ob fraudes dolosque, proviſum a Sigiſmundo non fuiſſe inſtrumentorum integritati. Cum autem, mandatum Sigiſmundi inſeratur, credo ego, ſine Regis ſcitu, nulla inſtrumenta vel in examen accipi potuiſſe. Modum examinis Sigiſmundus inſinuat, nempe in *ſtylo*, *cartha*, *ſcriptura*, & *cæra.* Commendat item: *ne fraus & dolus interveniat aliqualis in hac parte.* Doluimus autem in expeditionibus novis, vetus ſigillum non circumſcribi, verum generalibus exprimi: ad mandatum Regis reviſas, & *noſtro antiquo ſigillo conſignatas* repertas, expediri. An porro ejusmodi proviſio, in quibusvis fuerit Regni Hungariæ Capitulis, ego non conſtituam. Eſt iſtud veroſimilius, ob accuſationes factas in Concilio Conſtantienſi contra Joannem XXIII. in eodem Concilio depoſitum, ubi nomine totius Eccleſiæ particularis Sacræ Coronæ accuſatur, reliqua inter: de variis expeditis in præjudicium Coronæ litteris, non ſolum diverſis Monaſteriis, ſed & Nobilibus. (vide hiſt. Eccl. Zag. p. 158.) Et quia Decreto Concilii, annulatæ fuiſſent, omnes illæ litteræ, niſi producantur exhibeanturque, Sigiſmundum providere oportuit. Hinc quia ſubito parere noluiſſent, Capitula ſine Regis venia & mandato expræſſo, litteras nemini expedire volebant. Utque pateat, quæ pro veris habere debeant, mandatum Sigiſmundi legitimatis & reviviſcentibus litteris, inſerebant. Hæc tacere nequivimus, conſideratione juſtitiæ ipſius, ac ut ſciatur cauſa, cur quorundam inſtrumentis, mandatum illud Sigiſmundi ab anno 1415. præponatur, ad docendam videlicet, inſtrumentorum *in foris atque jure* integritatem. Et quia mandatum fuerat a Concilio Conſtantienſi, ut retulimus pag. 158. Hiſt. Eccl. Zag. ut intra bimeſtre, quævis litteræ exhibeantur in ſpecie, eidem Concilio, evenit inde, ut nunc in tabullariis Capitulorum, exigua vetuſtorum inſtrumentorum, hoc eſt Regum Sigiſmundi anteceſſorum reperiantur. Quo autem ſubmiſſa Concilio inſtrumenta devenerunt? me latet. Si veritas paritura non eſſet odium, multa hic narrari hiſtoricè poſſent. Procurabantur confirmationes, exemptiones, collationes, donationes, immunitates, ea prope ratione quà nunc diverſæ ſpirituales facu ltates, puta: indulgentiæ, vel confraternitates; quinimo vendebantur, vel in protectionem aſſumebantur medio monaſteriorum, ut propemodum Epiſcopatus, & beneficia Eccleſiaſtica Sacræ Regni Coronæ, extinguenda procurabantur. Hæc autem quævis, ex ratione prædicatæ univerſalis monarchiæ. Hæc dum armis evinci non potuit, variis doctrinis dilatabatur ac prætenſionibus, reliqua inter, fuêre inſtrumenta varia, & jus monetarium, ut plane cudendæ monetæ fas, Sigiſmundo diſputatum, demonſtret memoratus 18. articulus, ubi: *Cæterum cum in omnibus Regnis, Reges, quadam prærogativa præcipua monetam tam auream, quam argenteam, cudi facere liberam habeant facultatem; inhoneſtum ſatis & deteſtabile videtur, quod pecunia cuſa, per eandem ditionem curſum & expoſitionem debitam non haberet* - - - perpendendo lege - - *Pro utilitate totius Regni & augmento, proque juſtitiæ ſplendore conſervando ordinamus, ac etiam ſtatuimus: quod nullus omnino hominum, cujuscumque ſtatus & conditionis exiſtat, audeat vel præſumat pecuniam noſtram regalem, ſive auream ſive argenteam dummodo juſta & Noſtra ſit rejicere, vel aliquatenus refutare* &c. ibi in articulo legenda.

2dò. Ex inſinuata mox cauſa, *Nobiles Armaliſtæ* vocati, enati ſunt. Cum enim antea, per donationes, item legales adoptiones, aut ſpecialibus Regum Privilegiis nobilitarentur, in ejuſmodi autem inſtrumenta fraus dolusque, eſtò ut vocant pius obrepſiſſet, providere neceſſum fuit. Quare tametſi prius, donatione Regia Nobilitati, ex lubitu, ut vacamus *arma* & ſcuta gentilitia, potuiſſent aſſumere, aſſumptisque uti, oportuit Nobilitatis *Inſignia*, velut certam teſſeram, a Rege accipere impetrareque. Hinc plurimi, veris indubitatisque *donationalibus* Nobiles; ſive *novas armales litteras*, in quibus inſignia deſcriberentur, eſtò picta non eſſent; ſive confirmationem præhabitæ Nobilitatis, ſive unicè ſuper inſigniis armisque litteras, a Sigiſmundo hujusque Succeſſoribus, impetrârunt. Hujus facti, reminiſcuntur noſtrates Heraldici, & Hiſtorici, quamvis cauſam taceant, nobis eam referre viſum eſt, quod perſæpe mirari multos audiverimus, eccur vel *Donatione* Nobiles? vel privilegiis? ſive *armales* acceperint; ſive habitæ indubitatæque Nobilitatis confirmationem, aut demum ſuper inſignibus, in robur Nobilitatis diploma. Cauſa itaque ſequens eſt: Poſt articulum illum 6. Ludov. Regis, cum Eccleſiaſtica bona, ob duplex onus deſererentur, reductis ad onus banderiorum decimis, neceſſum fuit augere populum, adeoque ex bonis Eccleſiaſticis feuda ſive Prædia exſcindere. Hæc quia per donationes ſtatutione firmatas, Regum inſtar, Palatinaliumque vel Banalium olim donationum conferebantur, cum donationes nobilitarent, ab exemplo Regiarum donationum, Nobilitas in eſſe ut conſequens, vi donationis credebatur, infere-

Digitized by Google

ſerebaturque litteris prædiorum collationalibus. Monaſteria, a quibus Eppi, ob banderia decimas exigebant, a Papis, ſignanter Joanne XXIII. accipiebant exemptionem, ac dexteritate horum, cæteri Magnates Nobilesque, tum obtentis Româ ſpecialibus litteris; cum & ab exemplo adoptionis legalis, adoptabantur per *confraternitates* vulgò *figlianzas* exemptis religioſorumCœtibus,&*participantes* immunitatum religioſarum vocabantur,&confratres, omnemque erga Epiſcopos obligationem deprecabantur, decimas negabant, at monaſteriis quorum filii erant, providere; ; taliaque tueri debebant. Quin ut adverſus Eppos ſint firmiores, litteris, vel ſpecialis protectionis Romanæ Curiæ muniebantur; vel Novas Româ donationes ſuper tenutis ſuis accipiebant. Quæ ſingula demonſtrari poſſunt inſtrumentis. Quin vidi ego, Nobilitares plane litteras, cuidam familiæ a Papa Joanne collatas, de aliis fidedignè audivi, nunc quoque extantibus. Atque hi Româ nobilitati, eminentiorem Nobilitatis gradum prætendebant. Hæc vera cauſa fuit, ut ad convincendum Joannem XXIII. litteræ donationales, exemptionales &c. *Conſtantiam* portari debuerint, & ad diſtinguendos veros ſincerosque Nobiles Coronæ, a prætenſis ac intruſis, *Arma*, ut veræ Nobilitatis teſſera, conſtitui. Intra primos certe, inſignia recipientes fuerit Marcus, filius Andreæ de Zaverſya, (cujus diploma in autographo habuimus, & deſcripſimus inter noſtra adverſaria) qui anno 1415. Conſtantiæ Feria 5. proxima poſt Dominicam *Judica*, expeditionem accepit, pro ſe ſuisque. Verba diplomatis ſunt: *Arma, ſeu Nobilitatis inſignia, in præſentium litterarum noſtrarum capite depicta* (Lupus nempe ore infantem geſtans & abſorbens) *Matti Noſtræ exhibendo, ab eadem Matte noſtra, eadem arma ſeu Nobilitatis inſignia ſibi & per eum Petro, Mathiæ, Gregorio, & Stephano filiis Benedicti de prædicta Zaverſye condiviſionalibus fratribus ſuis, ac hæredibus & poſteritatibus ipſorum univerſis, ex liberalitate noſtra dari & conferri humiliter, & devote ſupplicavit. Unde nos præfati Marci gratis affectibus intuentes obſequiorum merita &c. - - - ad præmiſſorum memoriam perpetuam cum pendenti ſecreto noſtro ſigillo, quo ut Rex Hungariæ utimur - - Duximus conceden. Datum Conſtantiæ Feria V. proxima poſt Dominicam Judica Anno Domini 1415. Regnorum noſtrorum Hung. anno 28. Romanorum electionis quinto, Coronationis vero primo.* Adeſt in Zona Cæruleo rubra ſigillum pendens, in cujus medio Aquila expanſa, ſupra in circulo tituli *Crux duplicata.* infra: *Leo erectus*, ad latus circuli bina minora, quæ diſcerni nequivêre. Inſcriptio orbicularis: *Sigiſmundus Rex Romanorum* &c. quæ legere non valuimus. Exordium diplomatis eſt: *Sigiſmundus &c. Omnibus - - ſalutem in eo qui dat Regibus regnare, & victorioſè triumphare. A claro culmine throni Regii, velut è ſole radii, nobilitates, legitimo jure procedunt, & omnia Nobilitatum inſignia, a Regia dignitate dependent, ut non ſit dare alicujus generoſitatis inſigne, quod e gremio non proveniat Regiæ dignitatis. Sane ad univerſorum tam præſentium quam futurorum notitiam harum ſerie volumus pervenire. Quod fidelis noſter Marcus, filius Andreæ de Zaverſya Dapiferorum noſtrorum Regalium Vice-Magiſter, coram noſtra Celſitudine perſonaliter conſtitutus, propoſitis & recenſitis ſuis fidelibus ſervitiis, & fidelium obſequiorum gratuitis meritis ſincerisque complacentiis, utique acceptis & laudandis quibus ipſe ſacro diademati, ac Celſitudini Noſtræ Majeſtatis in Lombardiæ, Iſtriæ & Alemaniæ partibus, in proſperis noſtris agendo & adverſis, perſonæ ac rebus ſuis non parcendo, indefeſsè complacere ſtuduit, reddiditque ſe gratum & acceptum Arma ſeu Nobilitatis inſignia* &c. Ut hinc atque ex aliis, argui videatur, *Inſignia* teſſeram fuiſſe Nobilitatis, & *Armaliſtas Nobiles*, antepoſitos illis, qui per Donationem fuère Nobiles. Habereque Nobilitatis inſignia, reputatum fuiſſe, ut nunc ornari Ordinis alicujus, Regum clementia erecti, Cruce ſive teſſera. Opinionem hanc noſtram demonſtrare videntur ſequentes, ubi, dum exprimitur, ad *multorum fidelium ſupplicationem* inſignia conferri, gratiæ id olim, & intra Nobiles prærogativæ fuiſſe conſequitur.

„ Nos Vladislaus DEI gratia Rex Hungariæ & Bohemiæ &c. Memoriæ commendamus „ tenore præſentium ſignificantes quibus expedit Univerſis. Quod nos, cùm ad nonnullo„ rum fidelium noſtrorum humillimam ſupplicationem, noſtræ; pro parte fidelium noſtrorum „ egregiorum Georgy & Stephani Herkſſy de Zayezda, factam Majeſtati; Tum verò attentis „ & conſideratis fidelitate, & fidelium ſervitiorum meritis, eorundem Georgii & Stephani, „ quæ ipſi nobis, & Sacræ hujus Regni noſtri Hungariæ Coronæ, ſub locorum & temporum „ diverſitate, cum omni ſemper fidelitatis conſtantia, & ferventis animi zelo exhibuerunt & „ impenderunt, hæc eorum avitica & paterna arma, atque Nobilitatis eorum inſignia, in ca„ pite ſive principio præſentium litterarum noſtrarum arte pictoria deſignata, quibus ſcilicet „ iidem hactenus ex benefica Divorum Regum Hungariæ noſtrorum ſcilicet Prædeceſſorum, „ domui, & progenitoribus eorum pro maxima ſanguinis eorum effuſione, fidelibusque ip-

„ ſorum

Digitized by Google

„ ſorum ſervitiis, collatione, uſi fuiſſe dicuntur & gaviſi, animo deliberato, & ex certa Noſtræ „ Majeſtatis ſcientia, eisdem Georgio & Stephano Herkffi, ipſorumque hæredibus & poſteri„ tatibus univerſis de novo danda duximus & concedenda, immo ex abundantiore plenitu„ dine noſtræ ſpecialis gratiæ concedimus, & præſentibus elargimur: ut ipſi, eorumque hæ„ redes & poſteritates univerſi prætacta arma, ſeu Nobilitatis inſignia, *more aliorum No„ bilium* armis utentium, amodo in antea ubique in præliis, haſtiludiis, duellis, torneamen„ tis, & aliis omnibus exercitiis nobilitaribus & militaribus, nec non in ſigillis, anulis, velis, „ cortinis, tentoriis, domibus, & generaliter in quarumlibet rerum & expeditionum generibus, „ ſub *meræ & ſincere Nobilitatis titulo*, ferre & geſtare; omnibusque & ſingulis gratiis, „ honoribus, & libertatibus, quibus *cæteri Nobiles & milites armis utentes* quomodolibet „ de conſuetudine vel de jure freti ſunt & gaviſi, frui & gaudere poſſint, & valeant. In cujus „ rei memoriam firmitatemque perpetuam, præſentes litteras noſtras, ſecreto ſigillo noſtro, „ quo ut Rex Hungariæ utimur impenden. communitas, eisdem duximus concedendas. Da„ tum Budæ feria 6. proxima poſt Feſtum B. Johannis ante Portam latinam An. D. 1507. „ Regn. noſtrr. Hung. An. 17. Bohemiæ vero 37. per manum Philippi Præpoſiti - - Loc. Sig. „ Regii „ Argui hinc videtur, inveſtigatum fuiſſe in Nobiles, & Herkffios nova collatione ſibi proſpexiſſe, ubi diſtingui videntur Nobiles, armis utentes, eſſeque arma, *meræ & ſinceræ Nobilitatis titulum.* In Familiæ autem meæ Armalibus, avita vetusque Nobilitas recognoſcitur, atque in hujus robur & confirmationem, cum a Bela IV. intra Aulites Regios collocati fuerint, ob ſervitia tanta Regi & Coronæ præſtita, arma, hoc eſt Nobilitatis meræ & ſinceræ inſignia, conferuntur, ut hæc ultro firmare, non cenſeamus. Quare eſtò uſus inſignium, ante Sigiſmundum Regem negari nequeat; ſub Sigiſmundo attamen, ſignum *meræ & ſinceræ Nobilitatis* effecta ſunt *Arma*, ſive inſignia. Neque *Nobilium Armaliſtarum* veſtigia, diligentiſſimè indagans, ego reperi, ante Sigiſmundum.

3. De Decimis, quæ erat Ludovici Regis ordinatio ſuperius p. 240. retulimus. Et quia Gregorius XI. eidem Ludovico poſt decretum illud Regis, ad bellum Turcicum permittendas Decimas propoſuiſſet, Clerus noſter, has ſibi reſtitui impetravit, ſub obligatione intertenendorum inde Banderiorum adverſus Turcas. Hæc dum ex legibus paterent, firmari ultro, opus non cenſeo. Ab hoc tempore Epiſcopos noſtros, offendes legesque, caſtrorum etiam belliductores, Martisque una, & Chriſti milites. Hinc renatæ innumeræ lites pro Decimis, renovata Regum Privilegia, harumque ſolvendarum obligatio, legibus inſerta. Accuſatus Joannes XXIII, quod Monaſteria, Abbates, multosque Barones, Magnates, Nobiles ab obligatione Decimarum immunitaſſet, atque ex his, Parochis quartam partem tribuendam ordinâſſet. Prædicatum: ideo Turcas progreſſus facere, quod Epiſcopis ritè ab omnibus, Decimæ negarentur. Iſtud ne aſſeruiſſe videamur, infra ex Bani Matkonis de Talovcz inſtrumento demonſtratur; veteribus item Catechiſmis, quibus: Eccleſiæ præceptum quintum ponitur, decimas de omnibus & ab omnibus accuratè exolvito.

4. Pro temporum horum circumſtantiis, *Bani* jam fuère diſtincti, *Sclavoniæ*, a Banis Dalmatiæ Croatiæque; jam iidem. Quidem uſi ſunt: *Dalm. Croat. & Sclav. Banus*, & cumprimis Cilleæ Comites, quidam ut *Paulus Chupor*, Sclavoniæ Banus. Sed hæc ad Banos relegamus. Sclavoniæ noſtræ affectum vixiſſe Sigiſmundum teſtantur plurima, reliqua inter ad Hermanum Cilleæ Comitem 1432. mandabat, ne occaſione exactionis & dicationis Mardurinarum Nobiles Regni Sclavoniæ novis impoſitionibus, Birſagiorum item exactionibus, tributis, panis item, pullorum, cæræque extorſione gravari permittat. Interim quia in Concilio Baſileenſi conſtitutum fuerat, obligari quosvis ad bellum Huſſitarum partem quinquageſimam ſuarum mobilium immobiliumque facultatum conferre; dum Criſienſis Comitatus Nobilitas, decreto huic ſeſe oppoſuiſſet, Sigiſmundus 1434. fato Comitatui mandat, obedire Decreto Concilii, ſed utrum obediverit? doceri a nobis nequit. Hac occaſione Clerus banderia eſt deprecatus, cum duplici onere gravari non poſſet, contributionis videlicet, & Militum proviſionis, demumque 1439. ſub Alberto conſtitutum 19. Art. *Eccleſiæ & Eccleſiaſticæ Perſonæ, a taxis, non diu abuſivè introductis liberæ & abſolutæ relinquantur: ſervitia tamen exercitualia, more alias conſueto facere teneantur.* Taxarum, ſubſidiorumque obligatio, quorum dehinc multis articulis in corpore juris mentio, a Decreto illo Concilii Baſileenſis promanare videtur.

5. Confinia Sigiſmundum erexiſſe, militaremque juriſdictionem, a Politica ſeparatam, non ſolum Decreta corpori juris inſerta demonſtrant; ſed complura veterum inſtrumenta. Sane vidimus in autographo citationem jobagionum Caſtri, quod horreum cujusdam combuſſiſſent, damno ad quinque marchas denariorum Banalium cauſato, anno 1414. Deducimus etiam, ex Pauli Chupor de Monoſzlo Bani Sclavoniæ judicialibus litteris, Nobiles illos, ut nunc

Digitized by Google

vocant unius ſeſſionis ſub Kalnik, proprio *terreſtri Comite* gaviſos fuiſſe; equidem in iisdem exprimitur: *Magiſtri Jacobi Comitis de Marocſa*, *& Caſtellani de minori Kemluk*, *ac Michaelis*, *filii Pauli*, *Comitis terreſtris ejusdem* &c. Credibile item admodum eſt, Petovium Sigiſmundo paruiſſe, quamvis ignoretur quomodo? Enimvero, in decreto Sigiſmundi, anni 1404. legeretur: *Sinoslone de Wetav*, *Comite Poſonienſi.* Hæc nihilominus, certitudinem non faciunt, prouti nec affinitas Comitum de Petav cum Frangepaniis. Facile occaſione perſecutionis Sigiſmundi, Comites Petovienſes, a Comitibus Cilleæ, partium Sigiſmundi effecti fuêre, ut 1404. *Senislo* Comes Poſonienſis eſſe meruerit. Cætera Sigiſmundi, ab aliis petenda. Nos in memoratis ſiſtimus. Obiit 1437. initiò Decembris. Varadini ſepultus.

X. ELISABETH & ALBERTUS. Si error Rittero in anno non irrepſit, Sigiſmundus anno 1436. effecit procuravitque, ut Eliſabeth hæres legitima in Sclavonia Hungariaque agnoſceretur, declarareturque, hujusque jure, Albertus æque Hungariæ Rex. Extare de his diploma ait, in ſcrinio monumentorum Regni Sclavoniæ. Me hæc quamvis lateant, firmari attamen videntur Art. 12. 1439. ubi: *Quod diſpoſitio pro Sereniſſima Principe*, *Domina Eliſabeth Regina*, *& ejus ſtatûs honoris conſervatione*, *ex quo eſt hæres hujus Regni fiat ubicunque vult in Regno* &c. In concluſione Decreti: *de conſenſu & beneplacito*, *præfatæ D. Eliſabeth Reginæ*, *conſortis noſtræ prædilectæ.* Item: *Noſtro*, *ac prædictæ Dominæ Reginæ Conſortis noſtræ nominibus ſpondemus.* Hinc quia Albertus *jure uxoris*, ac ut adoptatus a Sigiſmundo, (ut ideo hunc Patrem ſuum Chariſſimum in lato a ſe Decreto exprimat) in Regem Hungariæ fuiſſet coronatus, initio anni 1438. *Eliſabeth* ſuperius antepoſuimus. Si cui non placet ejus prælatio, pace noſtra, eam poſtponat, de hujusmodi enim rebus, diſputandi non eſt animus. *Albertus* ut coronatus Rex Hungariæ, *Ivanicenſium*, ſucceſſive declarata *obſoleta*, privilegia, Budæ Feria 3. proxima, ante Feſtum Cathedræ B. Petri Apoſtoli, anno 1438. confirmavit. Profectò motus nulli, intra membra, Statusque Sacræ Coronæ, mortuo Sigiſmundo, de ſucceſſione Coronæ eveniſſe memorantur. Neque Cilleæ Comites, neſcio an plus rationi propriæ? aut viduæ Imperatricis *Barbaræ* ſtudentes, efficere quidpiam potuerunt; licèt poſt eorundem, ex gubernatione Bohemiæ privatione; Barbaræ item fuga, ſeducendis Coronæ ſubditis ẽos intendiſſe, dubitari nequeat. Univerſorum affectum Albertus meruit, tum quod, electus licèt in Romanorum Regem, ſine conſenſu ſtatuum Hungariæ, eminentem hanc dignitatem recuſaverit; cum &, quod ſingulari quodam modo, indulgentiaque tantarum anteriorum prætenſionum, amari ſe effecerit. Segnienſem Epiſcopum Romam ablegavit ad Papam Eugenium, haud ad orandum accipiendumque a Papa Regnum, ut olim Carolus, Ladislausque Neapolitanus, verum, ut vices ſuas interponeret, ad ſopiendos Polonos, qui Bohemos turbabant. Multa item, indulſit permiſitque Coronæ ſtatibus, ut Decretum ejus demonſtraret. Repoſuit quemvis ſtatum, ſuis libertatibus honoribusque Art. I. Palatini electionem Art. II. ſtatibus attribuit, eidemque judicandi dedit poteſtatem. Militiam ex Regalibus providendam, cum confiniorum conſervatione art. III. aſſumpſit, obligationemque exercituandi ad neceſſitates Regni urgentes, intra metas confiniaque tantum Regni reſtrinxit. Art. 7. Tributa revocavit Ludovici. Art. 14. Defenſiones metarum Regni: Art. 10. valorem monetarum: 20. filiarum Regis maritationes, Conſilio Regni ſubjecit. Art. 21. Nobiles ante ſententiam latam captivari non poſſe ſtatuit, hosque ab onere Decimarum 28. abſolvit. Prohibet occupari Eccleſiaſtica beneficia 21. a ſæcularibus, & art. 19. a taxis clerum immunitat. Pares prope art. 38. facit Eccleſiaſticos laicis &c. Honores quosvis & officia, *abſque quolibet Conſilio*, Regni hominibus conferendi, & ab eisdem auferendi art. 15. item 26. ſibi attribuit &c. in Decreto videnda. Cum Romano Pontifice, ut conſentiat, poſt Conciliorum Conſtantienſis & Baſileenſis decreta, Decimarum cauſas, judicandas cognoſcendasque Papæ per ſuos delegatos, non controvertit, ut ab hac epocha, tot delegatos judices intueri eſt, in Hiſt. Ecc. Zagr. Tom. I. Partis 1mæ. Clementia quoque ſua, rapuit ſingulos, quia non ſolum Reginæ *Barbaræ*, ſuæ ſocrui, condonavit; ſed eidem quoque proſpexit. Cilleæ Comites recepit in gratiam. *Wuk* Raſciæ Deſpotam, & titulo Regem Boſniæ, & clientellarem Coronæ ſuſcepit, providit amplioribus Dominiis, puta in Sclavonia, Thotuſſevina, (docente hoc Regis hujus pro decimis contractu) item Kemlek, reclamationibus Capli Zagrabienſis iteratis, coram Albenſi, & Caſmenſi Capitulis, nil obſtantibus; quod tamen Capitulum in Kralievecz, Czerje, & Kobilje, ſtabilivit. Singularem quandam eminentiam Deſpotæ Raſciæ, Comitumque Cilleæ, art. quoque 25. teſtatur. Porro ut Palatini in Hungaria dignitas elevata fuerat; ita Banorum quoque Sclavoniæ. Enimvero Rittero teſte, in ſuis extractibus extat: determinatio Matkonis Bani Dal. Croat. & totius Sclavoniæ de Thallovcz: item Petri de Thallovcz Dal. & Croat. Bani, anno 1439. Criſy in Generali Regni Sclavoniæ Congregatione facta (ubi mentio Petri de Zenthlelek, & Hermani de Greben Sclavoniæ Vice-Banorum) de juribus, violentiis,

tiis, teleſtis item, per Vice-Banos, Comites, Judlium extirpandis, 2o. ſigillis uſualibus munita. Ut conſideratione præmiſſorum, datæ ſive ab Ænea Sylvio laudes, ſive a Spodano p. 172. relatæ Hiſt. Eccl. Zagr. Alberto, jure attribuantur. Mors attamen eum intra anni hujus 1439. authumni finem, felicitati Coronæ eripuit.

Alberto mortuo, ob Turcarum progreſſus, ut eſſet qui rebus proſpiciat, cogitur Eliſabeth ad conſentiendum matrimonio cum Vladislao Polono, cui dotis inſtar (ut aliqui, fors vim dotis ignorantes, ſcriberent) Regnum obtingeret. Mittuntur ad Vladislaum, nuncii. Sed Eliſabeth poſthumum Ladislaum cum peperiſſet, huncve coronari procurâſſet infantem, Nuncii è Polonia revocantur continuo. Nata Proceres inter, Prælatosque diſſidia, & partium diverſa ſtudia, ut his *Eliſabeth* Rex & Regina eſſet; aliis Vladislaus, Ladislaus aliquibus. Eheu quæ iterum Regnis Sacræ Coronæ incommoda, mutuis odiis, cladibus, cædibus ardentes, Turcarum progreſſibus non proſpexerunt. Nos quævis omittimus, cum P. Pray in Analibus ſuis, rerum geſtarum nunc, bonas collegerit notitias. Profectò Tranſilvania, Regem nunc dedit, effecitque potiſſimum, Vladislaum. Sclavonia partium erat diverſarum, pars enim Ladislao, pars Vladislao adhæſit. Horum temporum calamitates, confuſionesque, necdum ſatis ſunt illuſtratæ. Interim pro quodam ordine ſervando, ſit,

XI. *Vladislaus I. Polonus.* Antequam ipſe in Hungariam veniſſet, Ladislaum Poſthumum coronatum fuiſſe, coævi & de ſcitu Scriptores teſtantur, diplomata item, monumentumque Caſſovienſe apud Cl. Pray Annal. P. 2. fol. 342. Quò, Albæ Regali, die Sacra Pentecoſtes, Anni 1440. *Ladislaus infans* legitime coronatus exprimitur. Menſe autem Julio, irritata antea Ladislai coronatione, *Vladislaus.* Sane meditatis examinatisque diligenter, tam coævis Scriptoribus, quam & diplomatibus, ab eruditiſſimis viris, hactenus exhibitis, & bono publico communicatione talium ſacratis, cum ob meam debilitatem, neceſſariorumque adminiculorum, mihi privato homini defectum, ego conſtituendo ſcribere nequeam, ut a doctis eruditisque enucleatè ſcribatur ſupplicare non ceſſo: De *Corona* videlicet, ſive *Coronis*, Regni Hungariæ. Digniſſimam neceſſariamque eſſe illuſtrationem hujus argumenti, caret dubio, dum quæ ſunt ſive legum præſcripta, ſive noſtrorum Scriptorum, eatenus prætenſiones; quæ populorum fides? ignorari credo a nemine. Quare commentariorum rei tantæ neceſſitatem, tantum aperire vólui.

Quidquid ſit qualiter? quove tempore? Reginæ Eliſabeth, Corona Regum obtigit; conſenſu omnium Scriptorum, firmato, Ejus item ſucceſſu temporis, reluitione; vetus illa, veraque Regum noſtrorum Corona, ſub poteſtatem Friderici venit, ut Vladislao defuerit, in ejus Coronatione. Vladislaum attamen coronatum fuiſſe omnes conſentiunt. Æneas Sylvius Epiſt. 402. *Inſuper & Decreti copiam, quo Regni Prælati & Proceres, quæcunque adverſus coronationem Wladislai dici poſſent inania eſſe definiunt*, itaque coronatum fuiſſe caret dubio. Sed qua Corona? hic labor, hoc opus eſt. Tabulæ, quas Cl. Pray P. 2. p. 347. ex Dlugoſſo Hiſt. Polon. recitat, ita habent: *Ob hoc nòs nunc altera vice, in multitudine tam copioſa, quantam memoria omnium præcedentium Regum Coronationis tempore non compræhendit, congregati, matura plurium dierum deliberatione habita: Ex quo Corona illa ſupratacta, prævia ratione, ut opus erat, tam facile ex nunc haberi non potuit, volentes, & conſultius cupientes neceſſitati noſtræ, & Regni hujus, cujus pro nunc confinia per inſultantium inimicorum, paganorum videlicet, & aliorum morſus aſperos continuo lacerantur, opportune prævidere; conſiderantes etiam potiſſimè, quod ſemper Regum coronatio, a Regnicolarum voluntate dependet, ac èfficacia & virtus Coronæ in ipſorum approbatione conſiſtit, videntes nihilominus Regnum hoc idonei Regis, feſtinatione carere non poſſe, eundem Sereniſſimum Dominum Wladislaum Regem, pari voto, & communi deſiderio* (obſerva diligenter) *Alia Corona aurea operis vetuſti, Beatiſſimi Stephani Regis, Apoſtoli & Patroni noſtri, in theca capitis Reliquiarum ejusdem, hucuſque multa veneratione conſervata, inſtituimus, diſpoſuimus, & decrevimus debere coronari. Quam coronationem die hodierna - - - induto præfato Domino Rege noſtro illis omnibus paramentis, & indumentis Sanctiſſimi primi Regis Noſtri, atque oblatis eidem ac manibus ſuis traditis, gladio, ſceptro, pomo, ac cruce legationis ejusdem Sancti Regis, nec non omnibus aliis neceſſarius, abſque omni defectu, præter ſolam ſublatam coronam prætactam, feliciter conſumavimus, & - - conduximus ad effectum. Decernentes - - - ipſam modernam Coronam, & coronationem, omnem illam virtutem & efficaciam, illudque robur per omnia habere, ac habituram, ac ſi prætacta prior Corona, Capiti dicti Domini noſtri Regis fuiſſet impoſita* - - &c.

Hujus publici Statuum Ordinumque decreti, fide; non ſolum plures olim Regum noſtrorum Coronas extitiſſe arguerètur; ſed tanto tamque valido teſtimonio conſtaret, Coronam

Digitized by Google

S. Regis Stephani, diſtinctam eſſe a Corona moderna; illa enim pro Sacris colebatur Reliquiis, hæc, teſſera fuit Legitimorum Regum. Quæ ſi ita ſunt, tot eruditæ conſequuntur quæſtiones. Ut quæ Coronarum, pro Papali habenda ſit? an moderna, aut illa, pro Reliqiis habita? conjectari ſi fas eſt, pronior eſſem ad conjectandum, Coronam Pontificiam, ut privatum S. Stephano donum, fuiſſe Gazophylacio pro memoria repoſitam, & Reliquiæ inſtar habitam (quia Pontificiæ hæ Coronæ, fuere olim conjunctionis cum Sede Apoſtolica Signum, ut ex diſſertatione alicujus, de Coronis Papalibus diſcimus) hanc verò, vel avitam veteremque Hungariæ Regum, ob caracteres in ea Græcos; vel coronam Croatiæ Regum, a Colomano ad Hungariam delatam, & ſucceſſivè ob prætenſiones Romanorum Pontificum, Regnum Hungariæ feudum eorundem eſſe, pro legitima Corona, & Regum teſſera, fuiſſe declaratam. Conjecturæ huic favet, cum illud, quod Græci ſit operis, & Græcanica; conſtaret autem ex Thoma Archidiac. dictisque pag. 100. Croatiæ Coronam ab Impp. Conſtantinopolitanis promanare, tum etiam, quod in illis cauſatis per Bonifacium VIII. confuſionibus, Coronam Papalem, Pontificis Legatus profanatum iri non declaraſſet, ſi ſubmiſſa illa Corona per Papam Stephano, teſſera legitimorum Regum fuiſſet, Bonifaciusque pro tuendo prædeceſſorum honore, neſcio quali Corona, Carolum Neapoli, dehincve Bonifacius IX. Ladislaum Jadræ, coronari non feciſſent. Hæ nihilominus deductiones, definiendæ rei adeo momentoſæ non ſufficiunt, neque illas, ultro extendi volo, ac ad docendam tot Scriptorum noſtrorum præcipitantiam, qui ſine combinatione rerum, temporum, monumentorum, ex lubitu ferunt ſententias, ſubjectum eſſe, Regnum alias liberum, Romano Pontifici ratione Coronæ; hancve *Sacram* ideo haberi, quod Angelico juſſu, Româ fuerit S. Stephano ſubmiſſa. Quæ attamen pro principio, & propoſitione haberi ob priora non poſſent.

Ego de rebus præmiſſis definire nequeo, oroque erudiri, a doctiſſimis Magiſtris. *Opinione mea*, Tabulæ Dlugoſſi, vindicari a ſuſpicione falſitatis deberent, neque enim ego ad habendam illis fidem tam pronus ſum, ut P. Pray fuiſſe arguitur, dum ſine quavis nota, eas pro genuinis deſcripſit. Fateor: temporum horum ſtylum, in iis non reperio, at longe recentiorem. Nomina Prælatorum Baronumque Regni, in iis deſiderantur, quæ nihilominus hac ætate, in ejusmodi publicis inſerebantur, erantque deſcribenda Dlugoſſo. Sane ſi in tabulis datis, Comitibus Cilleæ (vide apud Pray P. 2. pag. 353.) nomina Prælatorum Baronumque inſerta ſunt, in re majoris momenti, quia juris publici, inſerenda; & a Dlugoſſo referenda erant. Accedit Æneam Sylvium, Coævum, & facile præſentem, rerum autem tum geſtarum notitia pollentem, ſcribere: *Ladislaus apud Albam Regalem ex Dionyſii Strigonienſis Archiepiſcopi manibus Coronam, quam beati Stephani, Sacramque putant, inunctus recepit.* (Vide integrum textum Pray fol. 344. carens Sylvii operibus) & cum Corona, quâ Ladislaus erat coronatus, ad Fridericum devenerit (quam nihilominus Beati Stephani, ſacramque putari ab Hungaris, tantus ſcriptor teſtatur) Dlugoſſi tabulæ tanto magis ſuſpectæ mihi apparent, quod non videam cauſam, eccur tantis curis atque impenſis Coronam illam reluſiſſent, ſi publicis tabulis, fideque majorum, quin tum coronationi Vladislai præſentium comperiſſent, Coronam illam S. Stephani non eſſe. Werbőcius ſub Vladislao II. æque Polono, ſcribens; ſine adulatione P. 2dæ Tit. 14. habet: *Item omnes donationes - - - Domini Vladislai Poloni (qui non vera, ſacraque Regni hujus Corona, ſed reliquiarum capitis S. Stephani Regis ornamento inſignitus fuerat) - - pro quorumcunque parte, & quibuscunque ac quavis ratione, vel titulô factæ, per omnia caſſatæ, revocatæ, & viribus deſtitutæ ſunt.* Porrò ſive tempus Werbőcy ſpectetur, qui opus illud anno 1514. confecit, ſive notorium publicumque teſtimonium, nullitatis quorumcumque inſtrumentorum ab hoc Vladislao elargitorum, ideo: quod haud vera Regni Corona, ſed reliquiis Capitis S. Regis Stephani inſignitus fuerit; Tabulas illas Dlugoſſi, a Pray, ſine quavis nota exſcriptas vehementiſſimè ſuſpectas eſſe opinor, fidemque illis, haberi non poſſe arguo.

Præmiſſa Statuum Procerumque diſſidia, nunquam ſatis deploranda, ac utinam aliquando medenda vulnera! ſacræ Coronæ Regnis cauſaverunt. *Sigiſmundi* temporibus, qui tot rebus implicitus erat, quædam Dalmatiæ maritima loca, in Venetorum ſocietatem, ob metus Turcarum ſeſe tradiderant, nec vindicare Sigiſmundus, tot rebus aliis occupatus, iſta valens; Venetæ rebus ſuis intenti, inducias a Sigiſmundo obtinent, easque iterum ac tertio renovant, confitente iſta, cæteraque, etiam Cl. Farlato T. 3. p. 385. Regiones autem mediterraneæ, cum Croatia in fide Sigiſmundi remanſerant, atque in pœnam Spalatenſium inconſtantiæ, Decimas quas Archiepp. Spalatenſis, e territoriis Cliſſæ atque Cettinæ, aliisque Croaticis percipiebat, Regis juſſu, ad muniendas arces Chroatiæ, & præſidia militum alenda converſa fuerant applicataque. Sigiſmundo mortuo, neſcio an Venetorum conſilio? aut propria audacia, Croatia defecerat a fide Sacræ Coronæ, at Matkonis vigilantia, teſte inſtrumento pag. 339. Hiſt. Ecc. Zagr.

Digitized by Google

Zagr. reducta extitit; In Dalmatia autem agi tunc nil potuit, quod permiſſæ Venetis a Sigiſmundo induciæ, terminatæ non fuerint, mors item Alberti Anno 1439. ſecuta, diſſenſionibus Prælatorum & Procerum occaſionem aperiens, cum Matko ad Vladislaum Regem inclinatus, reliquos inter, Nuncius ad Vladislaum fuerit, Civitates illæ Dalmaticæ in conjunctione cum Venetis, ultro permanſerunt. Croatia vero neutralis manſiſſe quoad Reges deducitur; conſtans attamen in fidelitate erga Sacram Regni Hungariæ Coronam. Verum intellecta morte Reginæ Eliſabeth quandam cum Spalatenſibus amicitiam, Petrus de Thalovicz Banus habuiſſe debuit, dum Decimas Archieppo Spalatenſi permiſit. In præmiſſorum robur, narratæque ſuperius prædicationis, Turcarum progreſſus cauſari, ex decimarum Clero denegatione, ſequens documentum ex Farlato T. 3. exſcribimus. Itaque

Nos Petrus de Thaloviċz, Cethinæ ac Cliſſiæ Comes, Regnorum Dal. & Croatiæ Banus &c. Memoriæ commendamus tenore præſentium ſignificantes quibus expedit univerſis. Quod nos tam conſiderata afflictione, quà populi Chriſtiani devotiſſimi Sacræ Regni Hungariæ Coronæ per ſæviſſimos paganos, aliosque dictæ Sacræ Coronæ inimicos, juſto DEI judicio affliguntur propter peccata hominum, & maximè quia jura Eccleſiarum per manus ſæcularium perſonarum minus juſtè uſurpantur; quam etiam piis ſupplicationibus Rſſ. in Chriſto Patris, & DD. Jacobini Baduarii Archiep. Eccl. Metrop. Spalatenſis attentis, volentes etiam ſupraſcriptam Eccleſiam & ejus Miniſtros in omnibus melius adjuvare & ſublevare, quam deprimere vel damnificare, ut tenemur juxta morem bonorum Chriſtianorum; decrevimus, & noſtrorum maturo habito conſilio deliberavimus, ut univerſas Decimas, *aliaque jura Eccleſiaſtica, quæ a multis retroactis temporibus per nonnullos Reges, Sacræ Regni Hungariæ Coronæ, & Banos dicti Regni Croatiæ propter quamdam differentiam inter Sacram Coronam, & Regnum Dalmatiæ exortam, pro dicto Archieppatu Spalatenſi fuerunt alienata, & ad ſubſtentationem Caſtrorum Sacræ Coronæ in ſupradicto Regno Croatiæ habitorum commutata; tum* propter præfatam afflictionem populi Chriſtiani, *ut DEus omnipotens oculos ſuæ miſericordiæ velit ſuper nos dirigere, & videre nos legem ſuam adimplentes, juxta dictum ſuum Evangelicum, reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari; & quæ ſunt DEI DEO, nos a manibus ſæviſſimorum paganorum, aliorumque Sacræ Coronæ inimicorum ſub benigno auxilio dignaretur liberare. Tum etiam volentes piis ſupplicationibus dicti D. Archieppi annuere, ſupraſcriptas decimas, aliaque jura Eccleſiaſtica, quæ ut ſupra pro ſuſtentatione Caſtrorum Sacræ Coronæ in Regno Croatiæ habitorum exigebantur, ad præfatam Eccleſiam S. Duymi Spalatenſis de jure ſpectantia, & in Comitatibus noſtris Cethinæ* videlicet *& Cliſſiæ exiſtentia remittendas, & præfatæ Eccleſiæ aſſignandas, imò remittimus & reſignamus præſentium per vigorem. Quapropter univerſis & ſingulis caſtellanis & vicecaſtellanis, aliiſque quibusvis Officialibus, & Commiſſariis noſtris in dictis Comitatibus Cethinæ & Cliſſiæ exiſtentibus firmiter præcipiendo mandamus, quatenus dictas decimas & alia jura Eccleſiaſtica ad præfatam Eccleſiam Spalatenſem de jure ſpectantia amodo impoſterum non exigatis, nec exigere ſitis auſi modo aliquali, ſicut noſtram gratiam cupitis obtinere. Ad cujus rei propter majorem memoriam firmitatemque perpetuum, has noſtras litteras privilegiales, ſigillo noſtro pendenti juſſimus roborari. Datum in Caſtro noſtro Cliſſiæ in die Sacratiſſimi Corporis Chriſti de anno Domini 1442.*

Privilegiales hæ, *neutralem* fuiſſe Croatiam, dum nullius Regis eſt mentio, demonſtrant. Item libertatis Dalmaticæ cupidam, quia nullibi ſubjectionem ſuam ad Sacram Coronam exprimunt, verùm unicè devotionem, *quà - - devotiſſimi Sacræ Regni Hungariæ Coronæ,* ſic attamen devoti, ut *habito maturo conſilio,* univerſas decimas aliaque jura Eccleſiaſtica, quæ per Hungariæ Reges atque Banos *ad ſuſtentationem Caſtrorum Sacræ Coronæ in Regno Croatiæ habitorum* applicata erant, ipſe Archieppo Spalatenſi, ſine ſcitu & conſenſu, ſive Regis, ſive Coronæ Statuum, redderet, amplius privatis Archieppi proventibus, quam Sacræ Coronæ Caſtris ſtudens & conſulens. Unde hæc, quibusve de cauſis Petrus fecerit? in Mathia Rege dicetur. Illmus D. Iſthvanffius in ſuis MSS. ad Thuroczium notis habet: *Franco, Perco, Matco, Svano quatuor fratres erant, filii Joannis cujusdam Raguſini, qui Sigiſmundum Imperatorem e clade Nicopolitana fugientem, ſua navi, per Danubium tranſvexit, ideoque ejus filios quatuor ad dignitates varias evexit, grato & memori animo, quod monumenta teſtantur.*

Diſſidia ergo memorata, Primò, neglectam reddiderunt Dalmatiæ curam, etiam poſt evolutum, conceſſarum a Sigiſmundo Venetis induciarum tempus. 2. Croatas agere ex lubitu fecerunt, & anteriorum Regum diſpoſitiones tollere. 3. Sacram Regum Coronam, captivam fecerunt. 4. Civitates complures & territoria (vide Cl. Pray P. 2. Annal.) oppignorata redidide-

Digitized by Google

diderunt, quædam autem ſucceſſivis fœderibus plane avelli. 5. Influxum majorem Romanis Pontificibus in res Hungariæ aperuerunt, quem iterum per publicas plane leges ſub Mathia & Vladislao reſtringere oportuit, ut ſuo loco reflectemus. Poſt Conſtantienſe Baſileenſeque Concilium, influxus iſte, non fuit *potentiæ, & legislativus*, uti ſub Ladislao IV. Andrea III. &c. verùm *meri conſilii*, atque harmoniæ, vel mallis dicere, unionis Regni Apoſtolici, cum Apoſtolica Romana Sede. Nequaquam vero ſubjectionis Romanæ Curiæ, aut hujus Cancellariæ, hinc Mathias, hujusque Succeſſor Vladislaus II. illico ac obſervâſſent *unionis prætextu*, extendi vim Romanæ Curiæ & Cancellariæ, per latas leges proſpexerunt. Servat arctiſſimam unionem Sereniſſima Venetiarum Reſpublica, cum Sacra & Apoſtolica Sede, mutuisque ſe fovent Conſiliis, ſervat Reſpublica Raguſea, imo tot numero Chriſtiani, in Conſtantinopolitano degentes imperio; attamen ob unionem hanc, atque conſilia, latet me fateor, an quispiam ſive Reipublicæ Venetæ, ſive Raguſeæ Scriptor, ſubjectionem illam neceſſariam eſſe ſcripſerit, ut harum Ducibus unio illa cum Apoſtolica Romana Sede inferat obligationem, *beneficium a Papa recognoſcendi*, ita ut: ratione dignitatis eorundem Ducalis Ducatusque ipſius, teneantur ad præſtandam Romano Pontifici obedientiam. Hæc attamen *Deſericzius*, de Regibus noſtris, ſcribere attentavit. Neque ſcio, Romanæ Sanctæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ Scriptorem ullum, qui ſcripſiſſet ratione *Unionis*, tot Eccleſiarum Catholicarum, ſub latiſſime pacente hodie Orientis Imperio, Conſtantinopolitanum Imperatorem, beneficium a Papa vel recognoſcere, vel recognoſcendum habere, illumque ratione Orientalis Imperii ad præſtandam Romano Pontifici obedientiam obligari. Horreo, dum præſagio judicia, celeberrimarum in Europa Univerſitatum Italiæ, Galliæ, Germaniæ &c. ſi hæc mea legere, Eminentes earundem Doctores acciderit, qualia illi habituri ſunt judicia, de Theologis noſtris, publicisque populo præpoſitis Doctoribus. At perſuaſum habeo, optaturas: ut illuſtre Hungariæ Regnum, & Sacræ Coronæ ſubditi, verè Apoſtolicis, ſacrisque doctrinis ita illuſtrentur, ut quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ DEI DEO, per unionem cum Sancta Apoſtolica Romana Sede, videant; neque divinam fidem ex præjudiciis metiantur, aut talium magiſtrorum clamoribus, qui voto obedientiæ juratæ obſtricti, aut erroneè putant, Divinam JESU Chriſti fidem, eorum eſſe conſuetudines morales; aut inſtar eorundem Cætus, & privatæ illorum Reipublicæ, orbis totius, Reges, Duces, Imperatores, Monarchas obnoxiari Romanæ Curiæ, unionemque cum Apoſtolica Romana Sede eam inferre obedientiam, ut ſolius illius, ſint Regna & Reſpublicæ, omneque *proprietatis dominium*, ut Papa quævis tollere, auferre valeat, Principi Chriſtiano inſtar ſuperiorum clauſtralium, ex lubitu ſubditos ſuos, quibusvis privantium. Utinam ejusmodi prætenſiones, diſſentientes ab Apoſtolica Sede Chriſtianos, non peperiſſent! Utinam non ſint obex atque obſtaculum, ut tot tantoque numero Sacræ & Apoſtolicæ Coronæ ſubditi (quamvis Apoſtolicos ſuos Reges, in unione cum Sancta & Apoſtolica Romana Eccleſia eſſe ſciant) uniri cum Apoſtolica Sede detrectent. At redeamus.

Memoratæ intra Prælatos Proceresque diſſenſiones, partiumque diverſarum ſtudia, quamvis tegerentur ſtudio ſiſtendorum Turcicorum progreſſuum, iſtos nihilominus non impediverunt. Verum eſt Vladislaum in Thraciam plane excurriſſe, demum tamen, ipſe, anno 1444. Novembri menſe, ad Varnam occubuit, de quibus Cl. Pray, aliique Scriptores videndi, cum non ſint noſtri examinis ac inſtituti.

Cæterùm ad intelligenda ea, quæ infra de Sclavonia dicentur, reflectendum Lectorem volumus. Sub Sigiſmundo, neſcio an ceſſione Sigiſmundi, vel diſſimulatione; Sclavoniam Cilleæ Comitum, ſi non Principatum fuiſſe conſideratam, certe ſub eorum, prope imperio fuiſſe. Docent hæc, plures ſententiæ ab eis latæ; data Regno Sclavoniæ ab eis Decreta, ut Ritterus in ſuis haberet extractibus, ſignanter 1412. imò Sigiſmundi ipſius data 1432. mandata. Hinc quia illi, Banos Sclavoniæ, ſuos *Vicebanos* vocâſſent, populum item Sclavoniæ variis novitatibus preſſiſſent, bona Epiſcopatus Zagrabienſis, decimas quoque, prætextu ſuſtentationis Caſtrorum præſidiorumque tenuiſſent; Sigiſmundo mortuo, *Matko* Banus, ad Vladislai partes, eo facilius conceſſit, quo optabat magis, a poteſtate Comitum Cillejenſium eſſe abſolutus. Thuroczius cap. 34. hæc inſinuat. *Quid autem* inquiens: *Comes Ciliæ Ulricus Reginæ avunculus diebus in eisdem, in illius vindictam operatus ſit? Senes Regni Sclavoniæ memorant uſque modo, & illa gravibus non sine ſuſpiriis ipſorum narrant filiis.* Hinc Vladislaus Joannem Hunyadem & Banſium Cilejenſibus Comitibus oppoſuerat. Capto Banſio, intra Vladislaum & Cileæ Comites coalitum eſt. Tabulas pacis conditionesque exhibet Cl. Pray P. 2. fol. 352. Ex his, obſervandum: exprimi eos, *Illuſtres Principes Cileæ, Ortenburgæ & Zagoriæ Comites*, narrarique: quod *intra alios Coronæ ſubditos - - - partem Dominæ Eliſabeth Reginæ, ſtatum pacificum ejusdem Regni turbantis vovendo, contraria*

traria

Digitized by Google

traria voluntate - obſtiterint. & nonnullis interjectis, *præfatis Friderico & Ulrico Comitibus, ac eorum poſteris, tanquam & ut veris atque legitimis membris Coronæ Regni Hungariæ mihique fidelibus, & fidelitate ſubjectis* gratiam ſub juramento Vladislaus largiatur, ſpondens ſemet illos defenſurum adverſus quosvis æmulos & inimicos, *veluti præmiſſi membra Regni mei.* Hæc a pluribus Prælatorum Procerumque ſubſcripta, necdum deciſæ litis limitaneæ, intra Stiriam & Carnioliam, atque inter Sclavoniam, reſpectiveque Croatiam, cauſa ſunt. Noſtri enim, tam fundamento ſuperius ſuis locis inſinuato, ampliores Sclavoniæ limites prætendunt; quam &; quod Præfati *Cilleæ Principes, ut Ortemburgæ & Zagoriæ Comites, Sacræ Coronæ ſubditi*, atque pro veris legitimisque membris Coronæ Regni Hungariæ agnoſcantur; ipſisque defenſio in præmiſſis territoriis, Friderico III. Imp. nec reclamante, ſub juramento dum recipitur, Comitum ipſorum conteſtatione, partes illæ Cilleæ, Ortenburgæ, Zagoriæ, juris Sacræ Coronæ, Regnique Sclavoniæ, firmari videntur. Reflectere de his lectorem voluimus, ut poſteriora hujus controverſiæ, intelligere commodius valeat.

XII. LADISLAUS V. dictus POSTHUMUS. Illico a morte Vladislai, deſignatus erat in Regem Ladislaus. Miſſi ad Fridericum Imp. Oratores, de quibus, aliisque rerum nunc geſtarum circumſtantiis, relegamus lectorem ad P. Pray Part. 3. Hæc enim noſtri non ſunt inſtituti. Itaque, rebus cum Friderico tametſi ad vota non abſolutis, Ladislao Regi, *Gubernator* Joannes Corvinus de Hunjad datus eſt, fuitque jam, anno 1446. Anno adhuc priore, ſimultates intra Comites Cilleæ, atque Joannem de Hunyad viguiſſe, ex monumentis Eccleſiæ Zagrabienſis arguimus. Enimvero annis his, ſub nomine *Sclavoniæ Bani* Fridericus & Ulricus Comites Cilleæ, Ortenburgæ & Zagoriæ inveniuntur, ut ex mandato quodam de peragenda inquiſitione contra Joannem Zekel de Zenth Geurgh Dal. Croatiæque Banum & Prioratus Auranæ Gubernatorem, ad Capitulum Poſeganum dato, clarum eſt. In quo mandato *Georgius Glaynar* Comes Zagrabienſis exprimitur. Anno 1447. Præfacti Cilleæ Comites pro Sclavoniæ Banis, hoc & ſequentibus annis exprimuntur in diverſis litteris. Sed & fatus Joannes de Zekel, annis 1447. 1448. nomine & titulo Dal. Croat. & Sclav. Bani reperitur. Quin ordinationes quævis & mandata, quæ per Joannem de Hunyad Gubernatorem ad Sclavoniam vel Croatiam dabantur, ad Joannem de Zekel Dal. Croat. & Sclav. Banum promota obſervavi. Sic 1446. de reſtituenda poſſeſſione Goricza, Viduæ Joannis Blagay erepta; Nobilibus diſtrictus Klokoche de ſolvendis Eppo Zagr. decimis. Budæ Dominica Palmarum 1447. &c.

Diſſidia hæc, vulnus necdum ſanatum, prætenſionesque varias, adhucdum latitantes in ſcripturis variis, diſtinctorum tabullariorum, quin ſucceſſive etiam vulnera Sacræ Coronæ reliquerunt. Quamvis enim, fati Cilleæ Comites, ratione Comitatuum Cilleæ, Ortenburgæ, Zagoriæ, ſeſe ſubditos Sacræ Coronæ, ſub Sigiſmundo, Alberto, Vladislao profeſſi fuerint, ac pro talibus habiti; quin in anno 1445. Joannes Hunyades occupata horum Comitum territoria, non niſi poſt juratam fidem ab Ulrico Comite, quod nihil unquam abſque ſcito Ordinum Statuumque Hungariæ eſſet moliturus, atque in horum arbitrio deinceps perſeveraturus, (quod bene rectève Cl. Pray P. 3. pag. 35.) eisdem reſtituiſſet; videntes attamen præfati Cilleæ Comites, Joannem de Hunyad, totius Sacræ Coronæ Gubernatorem conſtitutum, quo ipſis acerbius nil accidere potuit, Sclavoniæ Croatiæque olim Liburnicæ Comites, ad partes ſuas atraxerunt, ſpecie libertatis avitæ ſervandæ, evitandæque ſubjectionis, Regni Hungariæ Statibus. Porrò ut Cilleæ Comites, ſe, ſibique adhærentes fortiores redderent, Friderico Imperatori ſe ſuaque in clientellam tradiderunt, & reſpectivè Stiriæ, reſpectivè Carnioliæ Ducatui fuère additi. Fatendum eſt: Sclavoniam diviſam evaſiſſe, ea quæ nunc inferior dicitur, una cum Criſienſi Comitatu, Gubernatori Statibusque Hungariæ adhæſit, Banumque *Joannem de Zekel* ſecuta venerataque eſt; Comitatus autem Zagrabienſis Varaſdinenſisque, Comitibus Cilleæ adhæſerunt, ac ut diſtinctum Reipublicæ corpus ſe conſiderârunt. *Joannes Gubernator*, cujus periculi negotium eſſet perſpiciens, adverſus prædictos Cilliæ Comites, illico ac fuiſſet conſtitutus Gubernator movit, eos ad debitam obedientiam reducere ſatagens. Fridericus factum hoc, ut illatam ſibi injuriam ad Status Hungariæ defert, quemadmodum ex epiſt. 21. Joannis de Zredna deduceretur. Hac Joannes, reliqua inter: *dum poſt multiplices in terra Cœloque crudeles, & inhumanas injurias ſuſceptas, nuper D. Barones hujus Regni, provocata arma adverſus Comites Ciliæ movere decreviſſent, ego tanquam Capitaneus in id opus deputatus fui*, narratisque circumſtantiis quibusvis: *inter quæ impedimenta, adverſitates & provocationes, nec quidem evitari potuit, quominus damna aliqua, præſertim in his locis, quæ mixta ſunt tenutis præfatorum Comitum Ciliæ, etiam ſubditis ſerenitatis Vræ inferrentur &c.* Joannes his litteris, diſtinguit ſubditos terrasque Comitum Ciliæ, a territoriis Friderici Imp. De his diſcordiis, utilem laudandamque collectionem habet

Digitized by Google

bet Clariſſ. P. Pray P. 3. *De Sclavonia* hac ſuperiore, hoc eſt Zagrabienſi, Varaſdinenſique Comitatu, qua ratione concluſum fuerit, nec ille refert, nec ego erui. Arguo deducove ex inſtrumentis quæ legi, vel obtinui, negotium hoc diſſimulatum fuiſſe, ne moles hæc, aliis obſtet, præcipuè cum ſpes fuerit, Ladislao gubernaturo, ſciſſionem hanc Sclavoniæ, levi negotio terminandam. Sane ad Conventum Statuum Regni Hungariæ, Budæ Anno 1447. habitum, ex *Comitatu Poſſegano* (vide Cl. Pray P. 3. Annal. pag. 61.) Georgius Thembald de Staros, Andreas de Hanya, & Georgius de Vayda, *ex Verocenſi* Sebaſtianus de Koramzo, Benedictus de Alap, Albertus de Barony, & Dominicus de Enyſe, *de Valko* Ladislaus Veres, Ladislaus de Stricze, Ladislaus de Iske, & Adamus litteratus. *De Regno Sclavoniæ*, ſive Comitatu Criſienſi: Georgius filius Simonis, alter Georgius, filius Ivan, Joannes filius Viti, Petrus de Fized, alter Petrus de Zenahraſt, & Georgius de Magalocz. En fundamentum Controverſiæ Veteris, de Sclavonia inferiore, intra Status Regni Hungariæ atque Sclavoniæ, toties agitatæ. Zagrabienſis & Varaſdinenſis Comitatus Nobilium univerſitas, ut Comites Cilliæ ſequens, eoſdemque pro Banis Sclavoniæ recognoſcens, non ſolum nuncios nullos Budam ad illa miſit comitia, ſed ſcripſit epiſtolam, adverſus Joannem lamentatoriam tenore ſequenti.

„ Spectabiles Magnifici Viri, cæterique Regni Hungariæ Nobiles, Domini honorandi. „ Fidele obſequium cum promptitudine famulatus. Noveritis quod Magnificus Joannes de „ Zekel de Hunyad, Gubernator Regni Hungariæ, circa Feſtum Beati Michaelis Archangeli, „ nunc proxime præteritum, his diſturbiorum temporibus, miſſis & deſtinatis jobagyonibus, „ hominibusque & familiaribus ſuis in poſſeſſione Boſjako commorantibus, quaſdam poſſeſ- „ ſiones & portiones poſſeſſionarias Nicolai, filii Ladislai de Ladomerecz; nec non Gregorii, „ Pauli & Ladislai filiorum ſcilicet ipſius Nicolai de eadem videlicet Lodomerecz prædictum, „ ac Lakthecz & Glavnicza vocatas: ac portiones Poſſeſſionarias in poſſeſſione Belavar voca- „ ta, in Comitatu Zagrabienſi habitas & exiſtentes, per ipſos omnes, jure & titulo, nunc & „ ab antiquo ſpectantes, & pertinentes, culpa eorum ſine omni, ſimul cum molendinis, flu- „ viis, nemoribus, & aliis ſuis utilitatibus & pertinentiis univerſis occupari feciſſet, occupa- „ tisque uterentur etiam de præſenti contra Tregvam publicam non pridem ſancitam, conſe- „ quenter potentia mediante. Super quo rogamus ipſas Vras Magnificentias, quatenus præ- „ fatas poſſeſſiones & portiones ipſorum poſſeſſionarias, per eundem Zekell, ſic potentiona- „ liter occupatas, juxta vim & formam Decreti, nunc per veſtram univerſitatem Nobilium „ Regni Hungariæ ſtabiliti & ordinati, eisdem exponentibus remitti & reſtitui facere digne- „ mini & velitis juſtitiâ mediante. Scripta Zagrabiæ in Octavis Feſti Epiphaniarum Domi- „ ni proximè præteriti, Anno Dni 1447. Præſentes autem ſigillis Judicum Nobilium fecimus „ conſignari. Univerſitas Nobilium Comitatus Zagrabienſis. „ Harum litterarum fide, ab erudito D. NN. ex Tranſilvania conſultus, quæ mea ſit opinio de Natalibus *Joannis Corvini*? cum ille plenas eruditione litteras de hoc argumento ad me dediſſet, repoſui de genere Zekel, Joannem fuiſſe, dum & Thuroczius cap. 46. *Joannem Zekel* (quem Gubernator, Banum fecerat Dal. Croat. Scl.) *Domini Gubernatoris* Conſanguineum diceret. Notaret autem Iſthvanffius: *Johannes Zekel, huic nomen fuit ſecula, ſic a Valachis & Thracibus vocabatur, jam Hunjad ab Ungaris, ei dextra manus detruncata in prælio fuit, & jacet in Alba Tranſilvaniæ ſepultus.* Sunt variæ diverſæque opiniones de natalibus Joannis. Hi Sigiſmundi Imperat. filium Nothum contendunt; Alii Eliſabethæ Ludovici I. quam impudicitiæ accuſat Excell. D. de Monacis, ut propterea ex Scaligeris genus Joannis petatur. Parentem Joannis Gubernatoris, a Demetrio Eppo Zagr. clam fuiſſe educatum, & cum Hegvide in Poloniam conceſſiſſe, ubi Joannes Gubernator, ex legitimo thoro fuiſſet progenitus &c. Sed cum ejusmodi quæſtionem, nullius publicæ utilitatis eſſe, ſciamus, eam lubenter omittimus. Mallo ſcire Joannis Gubernatoris egregia de Regno promerita, ac Natales; pluriſque facio illius virtutes, quam progeniem. Pulchrum eſt claro naſci genere, ſed longe ſplendidius, iis eſſe virtutibus, quæ originis non ſolum tollunt maculas, verum poſteritati omni, ſunt lux, amor, precium. Id quod Joannes Gubernator eſt conſecutus.

Ex relatis Sclavoniæ diſcordiis atque ſchiſmate valde magno, ſequellæ multæ ſunt, quarum quaſdam memorare debemus, ad tantorum quæ conſequentur intelligentiam. Illi qui Joanni Hunyad Gubernatori, Statibuſque Hungariæ adhæſerant, in *Gara*, ſive *Garich* Reipublicæ quaſi ſuæ locum fixerant, ſic enim in quodam mandato: *Joannes de Hunyad Regni Hungariæ Gubernator, Joanni Dal. Croat. & Sclav. Bano, ſuisque Comitibus & Sacræ Coronæ fidelibus in Gara conſtitutis.* 1447. mandando: ut rebelles Prædiales Dorotheæ de Blagay compeſcant. Hæc Dorothea Martino de Frangepanibus anno 1448. nupta, præſente ſuo filio Joanne Blagay, in Feſto S. Scholaſticæ, in oppido Jaſzterbarſzka, medietatem

Caſtro-

Caſtrorum Verbaaz, & Kozara cum pertinentiis olim, juxta litteras Sigiſmundi, ab ejus primo marito poſſeſſorum, ipſique legatorum donat ex affectu maritali Martini de Frangepanibus, quouſque Rex aut alii ea redimerent. Cui faſſioni conſentit filius Joan. Blagai, conditione ea: ut neuter ſuam portionem ſine altera redimendam det; nec unus alterum quovis modo ex ſua medietate excludat, ſitque mutua pro caſu defectus alterutrius ſucceſſio. Sub Vinculo 15000. fl. totidemque Regi ſolvendorum, ſi alteruter conditiones violaret. Hæc ideo inſeruimus, quod *Kozara & Verbaaz* Caſtra, nunc Turcico ſubſint imperio, adeoque ſi redeant aliquando, quo pertineant ſciri queat. Illi vero Sclavorum, qui Comites Cilliæ ſequebantur, Zagrabiæ ſuam ſervârunt Rempublicam. Mutuis ſæpe cædibus, continuis autem odiis, invicem ardebant. Illi, quia ad mandatum Hungariæ Statuum 1448. caſtra & caſtella quædam, quæ ſuis propriis impenſis conſervare non poterant, ut Babcſa, Lonka &c. diruiſſent, ab his damnati, proſcriptique fuêre, ut ideo 1449. Caſpar Chupor de Monoſzlo, hoſtilitates graves per Zagrabienſem Comitatum fecerit, devaſtando Sziſzeg, Zela, Urith, Duſicza, parteſque Savanas, quæ clara ſunt, ex relatione facta in Vigilia Aſſumptionis, Principibus Cilliæ. Item, eſtò ſtatutum fuerit Capl. Zagr. decreto Comitiorum Regni Hungariæ anni 1450. in Kemlek per Cſaſmenſes. Anno 1451. Joannes Gubernator Kemlek occupavit, ut docet Proteſtatio; cauſa autem occupationis fuerat, ne Cilliæ Comitum juriſdictio extenderetur. Hoc eodem anno Fridericus Cilleæ Princeps & Banus Sclavoniæ, in ſui præſentiam citaverat Caſparem Chupor, ob patratas ſuperiores violentias, convictoque per contumaciam, dum Chaſmenſes Canonici executionem intentâſſent, ipſe 1452. iterum bona Capituli ſpoliat. Cujus rei conſideratione merendaſque Romæ gratias (dum Venetæ etiam in Dalmatia, legem Regum Hungariæ, Pontifice interpellante, ut fateretur Farlatus T. 3. abrogâſſent) legem tulit Fridericus, p. 176. Hiſt. Eccl. Zagr. deſcriptam; valida nempe eſſe legata donationesque fundorum immobilium Capitulis monaſteriiſque. Hæc res gravis fuit Hungariæ, quod leges eorum, Principes hi tollerent, hinc *Andreas de Biſztricza*, dum reclamâſſet, in crucem ſubito agitur, ejuſque bona, quæ in Comitatu Zagrabienſi habuit, ad Fiſcum ſuum Banalem *juxta antiquam* inquiens *Regni iſtius conſuetudinem*, devoluta declarando, apprehendit. Perſcribendo iſta Principes, *Nicolao de Vizakna* Vice-Gubernatori Tranſilvaniæ. Hic Status erat Sclavoniæ, tempore hujus interegni, quæ ſecuta ſunt, in Ladislao dicemus.

Ad cognoſcendas res Boſniæ, ut his erant temporibus, communicamus eruditis, Decretum Stephani Thomæ Regis Boſniæ ultimi, anno 1446. latum. Hoc Andreas Cachich Mioſſich lector jubilatus, in ſuo Dialogo, vulgari Dalmatico idiomate edito 1756. exhibet, eſt autem tenoris ſequentis.

Nos Stephanus Thomas DEI Gratia Raſciæ, Serviæ, Boſnenſium, ſive Illyricorum Primordiæ partium Dalmatiæ, & Corbaviæ Rex &c. Memoriæ mandamus vigore præſentium ſignificantes omnibus quibus expedit &c.

Convenientibus in Pago noſtro Cognitz in Generali noſtra Congregatione fidelibus noſtris univerſis Prælatis, Baronibus, Vaivodis, ac Proceribus electiſque omnium Comitatuum Regni noſtri Nobilibus, quibuſcumque tractantibus de his, quæ ad utilitatem ſunt Regni, & noſtri Status, quibus diutius laborantibus, & conſervationem Regni reſpicientibus, idem antedicti Proceres inter alias eorum laudabiles ordinationes exhibuerunt & præſentaverunt certos articulos, nempe infraſcriptos, humiliter ſupplicantes, ut eoſdem articulos confirmare dignaremur. Quorum quidem articulus talis eſt. 1. Ne Manichei nova Templa conſtruerent. nec vetera collabentia reſtaurarent. 2. Quod bona Eccleſiis non auferantur. 3. Si quis extracto gladio occiderit hominem, Regali Judicio tradatur in carcerem & omnia ſua bona dividantur in duas partes, una Regali Fiſco vendicetur, & alia Filiis, ſeu cognatis vel parentibus jugulati. 4. Quod Conſiliarii, Secretarii, Vajvodæ & Comites ſedis Regiæ, poſt adhibitionem ſolemniter Regi præſtent juramentum. 5. Quod Herczegh Sancti Sabbæ ſit illegitimus, niſi per Regem Raſciæ, Boſniæ, ſeu Hiſlliriæ eligatur, & poſt electionem præſtet juramentum Regiæ Majeſtati, ſi autem non præſtito juramento officium exercere præſumeret, eum Majeſtas Regia puniat. 6. Quod inceſtuoſi, & corruptores conſanguinearum ſuarum, pœna capitali puniantur. 7. Quod traditores caſtrorum, vel ſuorum Dominorum, pœna infidelitatis, pari modo cuſſores falſarii monetarum puniantur. In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam conſtitutiones ipſas in præſentem libellum conſcriptas, & poſitas, de Dominorum Prælatorum, Vajvodarum, & Nobilium, ac totius Regni voluntate, & conſilio communi noſtri Sigilli appenſione communiri fecimus. Datum Cognitii per manus Reverendi Patris in Chriſto Domini Villemiri Vladmirovich Epiſcopi Creſevienſis, & Narentinarum Eccleſiarum Græcanici ritus Aulæ noſtræ Se-

 greta-

cretarii, & Græcanicarum litterarum, ac legum Doctoris dilecti, & fidelis noſtri. Anno Salvatoris 1446. In Feſto Sancti Joannis Baptiſtæ Regni vero noſtri tertio. Præſentibus Venerabilibus in Chriſto Patribus, & Dominis, Thoma Epiſcopo Farenſi Apoſtolicæ Sedis Legato. Thophano Diocleæ ſeu pechinæ Patriarcha noſtri Regni Raſciæ Grecanici ritus. Maximo Serviæ Metropolitano Græcanici ritus. Joanne Mazuæ Metropolitano Græcanici ritus. Theodoro Paugna Metropolitano Græcanici ritus, ceteriſque Dominis, ac Vladicis noſtri Regni de ritu Græcorum. Item Reverendis in Chriſto ac chariſſimis Patribus Ordinis S. Franciſci Eugenio Summa partium noſtri Regni, Raſciæ Nuntio, & Commiſſario Apoſtolico, ac Generali Inquiſitore. Michaele Jadrenſe Vicario Boſnæ Fratrum prædicti Ordinis. Item ſpectantibus, ac magnificis Stephano Herczegh Sancti Sabbæ cum filiis ſuis. Radivoj Chariſſimo noſtro fratre uterino, & Bano Jaicze. Radivoi Vladmirovich Comite & Judice curiæ noſtræ. Stephano Vladkovich conſiliario noſtro, ac uſſore Bano, Joanne Covachich Vajvoda partium noſtrarum Dalmatiæ. Petro Paulovich Vajvoda Glasinczi, & Dapiferorum noſtrorum Magiſtro. Paulo Cubretich Vajvoda Zuornikij Magiſtro Pincernarum. Nicolao Altomanovich Vajvoda Vaglievi, & præfecto partium Regni noſtri Serviæ. Vallemiro Jamometovich Vajvoda, & præfecto Regni noſtri Raſciæ, & aliis quam plurimis Regni noſtri Vajvodis, Vajvodatus tenentibus, & honores.

Item ad illuſtranda facta Joannis Gubernatoris, & quorundam corrigendos errores; quorundam vero confirmandos commentarios, deſcribimus Joannis Gubernatoris donationem, factam Comiti Georgio Niſſenſi, qua demonſtratur loca donata, ad Sacram Regni Coronam pertinere.

„ Nos Mathias DEI Gratia Rex Vngariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Memoriæ com-
„ mendamus tenore præſentium, ſignificantes omnibus, & quibuſcunque expedit præſentibus,
„ & futuris, qualiter noſtræ Maieſtatis veniens ad præſentiam Magnificus Vir Comes Tomco
„ Marnauich de Zuonik, Staroſta Regni Raſciæ, Dominus in Voyniza &c. ad præſens vero
„ ſummus Vayvoda, nomine Sereniſſimi Stephani Thomæ Regis Boſnæ, in Prouinciis Raſſiæ,
„ Podriniæ, Soliæ, Maritimæ, &c. Generalisque Vicarius, & Gubernator, fratris filius q.
„ Magnifici Comitis Georgii Niſſenſis, exhibuit nobis membranam ſcriptam cum cereo ſigil-
„ lo pendenti feliciſſimæmem Genitoris noſtri Ioannis &c. tenoris infraſcripti, petens eam aucto-
„ ritate noſtra Regia confirmari, approbari, & conualidari, videlicet.

„ Nos Ioannes de Hunniad, Vaivoda Tranſiluaniæ, nomine, & in perſona Sereniſſimi
„ Principis, & D. N., D. Ladislai DEI gratia Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæque
„ &c. Regis, Auſtriæ, & Stiriæ Ducis &c. nec non Marchionis Morauiæ, &c. in prædictis Reg-
„ nis Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæq. Gubernator Conſtitutus, memoriæ mandamus omni-
„ bus & ſingulis, præſentibus & futuris, perpetuis temporibus, quod cum poſt pugnam in
„ Campo Koſouo, cum Amuratte Turcarum Sultano commiſſam, in reditu noſtro ad Partes
„ Hungariæ, opera Georgii Deſpoti Principis Seruiæ, immemoris immortalium beneficiorum
„ noſtrorum eidem collatorum, captiuati fuerimus, ſtudio tamen, & ſingulari virtute po-
„ tentis Viri Comitis Georgii Marnauich Niſſenſis, Comitis perpetui de Zuonik, Staroſtæque
„ Regni Raſſiç, Domini in Voyniza, cariſſimi conſanguinei, qui ſuis ex ditionibus collecta
„ valida militum manu, ad Zmiderouiam vrbem, in qua detinebamur aduolando, & magnum
„ terrorem dicto Principi Georgio incutiendo, nos ex eius manibus erepti, & liberati regnis
„ noſtræ Gubernationi commiſſis, magna virtute, & gloria ſua, reſtituti fuimus; Cumque
„ præterea grata recordatione in memoriam nobis rodeat, quam fidelem nobis, & Sereniſſi-
„ mo tunc temporis Vladislao Vngariæ Regi Domino noſtro, optimæ memoriæ, operam na-
„ uauerit, quando ſuperioribus annis, ipſius conſilio, & auxilio, Bulgarico bello, Turcas
„ ingenti ſtrage, primo ad Morauam fluuium, deinde ad Cunouizam, præſente d. Rege profli-
„ gauimus, capto ipſo exercitus Turcici Duce Haſambego, repetentes etiam ingentia merita
„ Comitis Goyko patris eiuſdem Georgii, tam erga nos, quàm Regnum Hungariæ, & præ-
„ ſertim olim Sereniſſimum Regem noſtrum, & Auguſtum Imperatorem Sigiſmundum feli-
„ ciſſimæ ſemper memoriæ: Hinc qui tantorum beneficiorum memores, vt perpetuò eſſe de-
„ bemus: ita ex parte debita gratitudine reſpondere intendimus, & volumus: hac noſtra pa-
„ gina ſemper, & vbique virtutem ipſius teſtatura, damus, & perpetua donatione, irreuo-
„ cabiliter transferendo, donamus omnia illa Oppida, Arces, Pagos, & Territoria, quæ per
„ dictum Sereniſſimum Regem Vladislauum nobis pridem donata fuerunt, in Comitatibus Cu-
„ cieuo, & Braniceuo, præſertim vero Oppida cum ſuis arcibus Iagodnam, Raxgnum, Lom-
„ nizam, Strazam, Conſtantinouum, Poſtraŋam, Bukouskum, Guozdenizam cum ipſis pri-
„ mariis locis, Cucieuo, & Braniceuo, aliiſque oppidis interioribus, villis, pagis, manſioni-
bus,

Digitized by Google

„ bus, eorumque omnibus pertinentiis, montibus, pratis, ſiluis, fluminibus, eorumque de- „ curſibus, & promontoriis, à ripa Morauæ ad Danubium, indeque ad terras Dominij vrbis „ Niſſenſis, antiquiſſimi Patrimonij familiæ ſuæ Marnauich, ad cuius diſpoſitionem, liberum- „ que Dominium, omnem auctoritatem, iuriſdictionem in eiſdem locis, omnibus & ſingulis, „ à dicto Rege nobis datam, & donatam, perpetuò transferimus ſine vlla conditione, limita- „ tionevè, eundemque Comitem, loco, & in perſona noſtra, ſicuti poſteritatem eius, in per- „ petuam poſſeſſionem dictorum locorum introducimus, & introductum manutenemus. Da- „ tæ Segedini Anno Domini milleſimo, quadringenteſimo, quadrageſimo octauo, die vigeſi- „ ma Decembris.

„ Nos itaque petitione dicti Comitis audita, & admiſſa, præfatas litteras Genitoris no- „ ſtri nullibi vitiatas, vel ſuſpectas, cum omnibus contentis clauſulis, & articulis, accepta- „ mus, approbamus, & ratificamus, pro eodem Comite, ipſiusque hæredibus, ac poſterita- „ tibus vniuerſis in in perpetuum, præſentibus noſtris litteris ſecreto ſigillo noſtro roboratis. „ Datum Budæ in Feſto S. Ioannis Euangeliſtæ, anno Domini milleſimo quadringenteſimo, „ quinquageſimo nono. Sequitur ſigillum cereum pendens ex filo ſericeo viridi, nigroque „ intorto. In ipſo verò ſigillo quadripartito, in ſuperiori parte dextera, quatuor flumina „ Hungarica, in ſiniſtra Crux duplicata, in inferiori dextera parte, tria capita Leonina co- „ ronata, in ſiniſtra Leo erectus, in medio vero quadraturæ, auis Coruo ſimilis, Anulum „ roſtro gerens, orbiculari circulo, nomina Regis, & Regnorum in cera expreſſa.

Adjungere quoque viſum eſt ſequentes Michaelis Zilagi teſtimoniales litteras, teſtis ſa- ne idonei, & rerum notitia pollentis, quæ ſunt:

„ Nos Capitulum Eccleſiæ Tininieñ memoriæ commendamus, quatenus accedens ad „ præſentiam noſtram Magnificus D. Franciſcus Berislauus de Grabarya cum comite Tomko „ filio olim Iurkadini Marnauich de Zuonik Staroſtę Regni Raſſię, Domini in Voyniza, & „ & Kamengrad &c. tanquam Tutor eiuſdem Comitis Tomko, & fratrum eius Pupillorum, „ exhibuit nobis quandam cartam pergamenam ſcriptam cum ſigillo cereo pendenti olim Mag- „ nifici D. Michaelis Zilagi Gubernatoris Hungariæ, requirens nos d. cartam facere accopia- „ ri, & de verbo ad verbum deſcribi, prout ſtat, & iacet. Cuius tenor talis eſt.

„ Nos Michael Zilagi de Horogzeg, nomine, & in perſona Sereniſſimi Principis, & Do- „ ni Mathiæ DEI Gratia Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæque &c. electi Regis, Gubernator in „ eiſdem regnis conſtitutus, Memorię commendamus præſentibus, & futuris quibuſcunque, „ qualiter eo tempore, quo opera Magnifici, & Potentis viri olim Ioannis Vayuodæ Tranſil- „ uani Cognati noſtri, & Domini, nec non auctoritate Sereniſſimi tunc Regis Vladislaui, Re- „ gnum Raſciæ ab Amurate Turcarum Sultano reſtitutum fuit Illuſtriſſimo Principi Geor- „ gio Deſpoto nuncupato, eiuſdem Regis, ac prædicti Vayuodæ, Prælatorumque, Baro- „ num, ac nobilium Regni voluntate, ita inſtante olim Magnifico Georgio Marnauich, Co- „ mite de Zuonik Staroſta regni Raſſiæ & Domino in Voyniza pro Intereſſe ſuo, ac filii fra- „ tris ſui Ioannis, appellati Tomko, tanquam filio, & nepote olim Comitis Goyko Nepotis „ olim Comitis & Vayuodæ Raſſiæ Goyko Regis Vukaſſini & Deſpoti Vgleſſij fratris feli- „ ciſſimæ memoriæ affinium noſtrorum, & eiuſdem Ioannis Vayuodæ Cognati noſtri, & Do- „ mini, declaratum fuit Vrbem Niſſam antiquum Patrimonium regiæ familiæ Marnauich, „ cum omnibus Oppidis, Arcibus, Caſtris, Villis, pagis, ac eorum Iuribus omnibus, & per- „ tinentiis, quomodocunque ab antiquo tempore abſoluto Iure, & Dominio ad illam ſpectan- „ tibus, realiter conſignari debere in perpetuum præfatis Comitibus Georgio, & Tomko eius „ ex fratre Nepoti, ita vt nullo vnquam tempore dictus Illuſtriſſimus Princeps Georgius De- „ ſpotus, ſuique hęredes, & ſucceſſores poſſint habere, aut prætendere Ius vllum in dictam „ Vrbem, & eiuſdem pertinentias, ſed dictorum Comitum, & eorum Poſterorum intelliga- „ tur, & eſſe debeat in perpetuum: Cumque nunc nobis in Ciuitate Peſth cum Dominis, „ Prælatis, Baronibus, ac Nobilibus Regni Hungariæ, pro diſponendis dicti Regni rebus con- „ gregatis, idem Comes Tomco ſuo nomine, & tanquam hæres præfati Georgij Patrui ſui, „ teſtimonium publicum a nobis, cæteriſque Dominis nobiſcum congregatis, de dicta Volunta- „ te Regis Vladislaui, & Ioannis Vayvodæ requiſiuerit, ac requirat, nos qui præfatis omni- „ bus rebus, cum plurimis præſentibus Prælatis, & Baronibus interfuimus, tenore præſenti- „ um fatemur, & atteſtamur omnibus, & quibuſcumque perpetuis futuris temporibus dictam „ Regis &c. Voluntatem de Vrbe Niſſa, ad fauorem Dominorum Comitum Marnauich, a „ Rege, & Vayuoda præfatis, declaratam & pronunciatam fuiſſe, & executioni reali man- „ datam, aſſentiente ipſo Illuſtriſſimo Principe Georgio Deſpoto. In quorum fidem præſen- „ tem Teſtimonialem paginam dedimus, & ſigillo noſtro communiuimus. Datum in Peſth,

Digitized by Google

„ vigeſima die Congregationis noſtrę Anno Domini milleſimo quadringenteſimo LVIII. Nos
„ itaque Inſtantiam ſuam rationi conſentaneam in omnibus agnoſcentes, dictam cartam per-
„ gamenam teſtimonialem continentiam expoſitam, & hactenus deſcriptam de verbo ad ver-
„ bum diligenter contemplati, obſeruatoque benè, & conſiderato ſigillo cereo dicti Domini
„ Gubernatoris, cum ſuis cordulis ſericeis, inuenimus eandem cartam non adulteratam, vel
„ raſam, ſiue vitiatam, vel in aliqua parte ſuſpectam, ſed talem, quæ publici inſtrumenti ſu-
„ premi Hungarici Tribunalis ſpeciem oſtendat per omnia, & quæ bene legi poſſit, licet ali-
„ cubi iam apices languéſcere viderentur. Quare poſtquam illam publicè legi, & Capitula-
„ riter Congregatis auſcultari fecimus, cognouimuſque cum præſenti copia concordantem, &
„ conuenientem in præſenti noſtra publica carta regiſtratam & ſcriptam, ſigillo noſtro Ca-
„ pitulari ſolito, & conſueto roborari fecimus. Datum Tininij in Cathedrali noſtra Eccleſiæ
„ Capitulo ſolemniter congregato, die feſto ſancti Vladiſlaui Regis, Anno Incarnationis Do-
„ minicę milleſimo quingenteſimo, quartodecimo, Pendet ſigillum cereum ſimplex ex Cordu-
„ la duplici linea coloris diuerſi flaui nimirum & viridis, impreſſa Imagine ſancti Bartholomæi
„ Apoſtoli.

Tituli illud: *Partium Dalmatiæ & Corbaviæ Rex*, quibus in anteriori, & infra deſcribendo Decreto, Stephanus Boſnenſium utitur, Croatas diviſos fuiſſe manifeſtat; horumque pars adhæſit Stephano, pars Cilliæ Principibus, pars Hungariæ Statibus, quæ ex dicendis clariora erunt. Dalmatia item univerſa, Venetis aſſociata quod non extiterit, caret dubio. Raguſium enim, cum datis ſibi a Sigiſmundo inſulis, juri iſthic Sacræ Coronæ adhæſit, malluitque libertatem ſervare, quam ineundæ ſocietatis prætextu, aut protectionis ſub titulo, fidelitatis non ſervatæ, diſputationi locum præbere. Quare cupiviſſem ſi Lucius, aſſerti ſui, Almiſanos nempe, anno 1444. Venetis ſeſe ſubjeciſſe, rationem dediſſet. Cæterum reflectere voluimus Lectorem I. Æneam Sylvium epiſt. 78. ad Dionyſium Cardinalem & Archiepp. Strigonienſem, inter calamitates Regni Hungariæ relatis diſcordiis cauſatas, deplorare: *Apud Hiſtoricos veteres reperi, veſtrum Regnum florentiſſimum quondam fuiſſe, & hominibus & opibus beatum. Cujus tanta latitudo longitudoque fuit, ut a Conſtantinopoli marique Pontico, uſque ad Auſtriam, & a Polonia uſque ad Sinum Adriaticum protenderetur. In cujus gremio ſeptem ampliſſima Regna claudebantur, quæ a Coronà Hungariæ tanquam feuda dependebant, ut merito quidam non tantum Regem, ſed Archi-Regem, Hungariam habere dixerint - - - Nec gens fuit in orbe toto, quæ Veſtrum tunc Regnum laceſſere auderet - - - At nunc quam lacerum ſit veſtrum Regnum ipſi ſcitis - - Veneti, qui quondam pro fundo Civitatis ſuæ tributa pendebant, jam Dalmatiam ex magna parte tenent &c.* Obſerva Æneam haud integram totamque Dalmatiam Venetis attribuere, at tantum: *Dalmatiam ex magna parte tenent.* Combinatis iis, quæ ſuperius ſcripſimus, oratorem unicè non egit Æneas, at veritatis teſtem, dum conſtat Bulgariam, Serviam, Croatiam, Dalmatiam, Sclavoniam, ex his partibus quinque Regna, omiſſis intra hæc Ducatibus, a Sacra Corona dependiſſe. Venetos item tributa a ſua Civitate Imp. Occidentis ſolviſſe, ut ſuis locis ſupra eſſet demonſtratum. II. Dalmatiæ partem, quæ Venetis ſeſe conjunxerat, ob repetitas cum Sigiſmundo inducias, vel maxime conceſſas, ut pax Eccleſiæ enaſceretur, tam ob memoratas domeſticas diſſenſiones, quam & ob *Eugeny IV.* Patria Veneti ex familia Condelmeria, Pontificatum, ſine proviſione remanſiſſe. Iſte ut multum in res Hungaricas influxit; ita miris modis potentiæ ſuorum Venetorum extendendæ ſtuduit; quod ſatis ex Platina aliiſque conſtaret. Vixit Eugenius ad annum 1446. adeoque an. 15. menſ. 11. dies 21. in Pontificatu, creatus enim ſcribitur 1431. V. Non. Martii. Frequentius ſcripſit hortatuſque eſt Hungaros, Boſnenſes, Croatas, Albanenſes adverſus Turcas, Venetos autem bella gerere per Italiam, tam Eugenius, quam & Nicolaus V. ut videre eſſet ex Platina, paſſi ſunt. Auſtriacos ad ſervandam Friderico Imperatori obedientiam, non omiſit per cenſuram Nicolaus V. cogere, at de Venetis cogendis, ſive ad reſtituenda; ſive ad non invadenda aliena, ejuſmodi latas fuiſſe cenſuras, me legiſſe non recordor, bene vero apud Cl. Farlati Spalatenſium abſolutionem a cenſuris, ſi quas ſub Imperio Coronæ Ungariæ conſtituti, incurriſſent.

Anno 1453. poſt ſuperatas tot tantaſque moleſtias, P. 3. utiliſſimè a Cl. Pray collectas, & exhibitas, *Ladislaus* tandem regere incepit. Defectu crediderim Coronæ, quamvis ſub Vladislao annulata fuerit ejus Coronatio, coronatus iterum non eſt, annoſque Regni ſui ab anno 1440. diplomatibus inſerebat, ut videre eſt in Decreto ſuo I. Feſto B. Dorotheæ expedito. *Ulricus* Cilleæ Princeps, ſummam gubernationis obtinuit, cujus apud Ladislaum potentia, & conſanguinitatis ratio, Sclavoniæ noſtræ, non parum obfuit. Recenſuimus ſuperius, ob ſciſſionem memoratam Sclavoniæ, hanc ut ſuperior hodie nuncupatur, Regnique Croatiæ nunc

Digitized by Google

nunc venit nomine, Cillienſes, ut *ſuæ proprietatis* ſuique Principatus tenuiſſe. Criſienſis Comitatus, qui Joannem Hunyadem gubernatorem agnoverat, reſiſtebatque Ciliæ Comitibus, anno 1449. in parte ſaltem ad Cillejenſes rediit. Enim vero ex autographo deſcriptam habemus ſententiam prorogatoriam termini egregio Henningh de Zomzedvara in cauſa habita cum Civitate Regia Zagrabienſi, cujus initium eſt: *Nos Ulricus DEI Gratia Ciliæ, Ortemburgæ, Zagoriæque Comes, nec non Regni Sclavoniæ Banus, memoriæ commendamus. Quod nobis feria 2da proxima poſt Octavas Feſti B. Georgii Martyris, una cum Regni Nobilibus pro faciendo moderativo judicio cauſarum, in Sede noſtra judiciaria ſedentibus, Egregius Henningh de Zomzedvara* &c. in fine autem: *Sigillo Vice-Banorum & Comitum noſtrorum Criſienſium, fecimus conſignari. Datum Criſii tertio die termini prænotati An. D. 1449.* Qualiter autem iſtud acciderit? conſtituere nequimus; credimus attamen hoc eveniſſe, poſtquam *Joannes Gubernator* an. 1448. uná cum Joanne Zekel cognato ſuo, & Dal. Croat. Sclav. Bano iviſſent adverſus Turcas. Suſpicari poteſt Zagrabienſe Capitulum ad præmiſſa influxiſſe, cum Caſpar Chupor de Monoſzlo, bona Capituli Sziſzeg, Zela &c. fuerit deprædatus, & *Joannes Gubernator* 1451. Caſtrum Kemlek a Capitulo receperit. Porrò in fœdere illo quod Hungari, cum Auſtriacis, Bohemis, Moravis contra Fridericum inierunt anno 1452. (vide illud P. 3. Annal. P. Pray a pag. 80.) nullus ex Sclavonia ſubſcriptus legitur; verum: *Item Nos Fridericus & Ulricus DEI Gratia Ciliæ, Ortemburgæ Zagoriæque Comites, nec non Regni Sclavoniæ Bani, pro nobis, & pro omnibus dominiis & incolis dominiorum noſtrorum.* Hac ſubtilitate illi, Sclavoniam ſuperiorem ſuum dominium, & Sclavoniæ incolas ſubditos ſuos intellexerunt. His acceſſerunt ponderantes circumſtantiæ, equidem *Ladislaus* fer. 6. poſt Feſt. S. Georg. anno 1453. Regni ſui 13. Viennâ, univerſas collationes quorumlibet beneficiorum in Eccleſiis Zagrabienſi, & Chaſmenſi per Principes Fridericum & Ulricum Sclavoniæ Banos, hactenus quibuscumque Perſonis factas, ratas habet, & jure Patronatus ſui confirmat; Fridericus autem Feria 6. poſt Feſtum SS. Corporis Chriſti, ad Inſtantiam Capli Zagr. mandat ſolvi decimas, quibus litteris: Georgium filium Farcaſſy de Ebrees, exprimit Comitem, *Comitatus noſtri Zagrabienſis;* Erhardum Hohenbrat Capitaneum, *Caſtri noſtri Medved*: Sebaldum Maur Capitaneum, *Civitatis noſtræ Zagrabienſis*: Joannem Zmolik Capitaneum, *Caſtelli noſtri Ztupnik, & Comitem Campi noſtri Zagrabienſis Turopolenſis*: Benedictum Thurocz de Ludbreg Comitem, *Comitatus Principis Ulrici de Varaſd*, Petrum autem Kaſnar *Caſtellanum Ulrici Bani de Rakonog.* Immò Ulricus Viennæ Feſto S. Bartholomæi, Privilegia Eccleſiæ Zagr. & Chaſmenſis confirmavit. Anno 1455. *Joannem Bythovecz de Gereben*, ſuum Vicebanum & Comitem Criſienſem, vocant in datis litteris Feſto S. Dorotheæ. Hæc quævis, ſub fiducia nexus ſanguinis atque curatellæ Ladislai Regis acta ſunt, maximasque deinde confuſiones fecerunt.

Interim quia anno 1453. die 29. May a Mahumede occupata fuiſſet Conſtantinopolis, metus juſtus Chriſtianis incuſſus eſt, & cumprimis ibi proximioribus. Hungaria quæ eatenus diſpoſuit, teſtatur Decretum in Corp. juris Anni 1454. Quod obſervare digneris legereque lector. Quædam ad ejus Decreti intelligentiam; quædam verò ex eodem notamus. *Capitaneatus Supremi*, cujus dehinc in legibus frequens mentio, & in Sclavonia nunc etiam uſus, dum hic Banis, per Reges nominatis, ex Regum Privilegiis offerri ſolet, tametſi perſæpe aliis quoque datus fuerit, ut ex memoriis hiſt. Eccl. Zagr. & Regni Sclavoniæ Actis publicis clarum eſt. Anno 1454. Articulo I. accepit initium, in *Joanne de Hunyad*, antea Gubernatore, Officium ejus ex iisdem articulis, cumprimis 11. & 16. deducitur. *Palatinali* dignitati, per ſupremum hunc Capitaneatum, detractum ſatis eſt, ut in epiſtola ad Papam apud Pray P. 3. pag. 160. *Joannes de Hunyad Comes Biſtricenſis*, ob officium Capitaneatus ſupremi, Palatino cæterisque Baronibus Regni anteponatur. Erat autem hoc tempore, Regni Hungariæ Palatinus, *Ladislaus de Gara.* Res hæc magnas ſucceſſivè cauſavit diſcordias, hinc Croatiæ Bani, *Supremum Regni Capitaneatum* ſibi conferri volunt ante introductionem ſui ad Banatum, ne lites habeant cum alio, qui in ſupremum Capitaneum eligeretur. Pro intelligendo autem ejusdem Decreti articulo nono, noveris: diſplicuiſſe perquam Sclavoniæ, uſurpari incoatam, & ab his obſervatam Comitum Cilliæ potentiam, dum Comitatuum Comites, Caſtrorum Caſtellanos, Comites ſuos Caſtellanosque exprimebant: dum item ſive occupata Nobilium bona, ſive deficientium, Fiſco ſuo applicabant: verbò dum Sclavoniam *dominali jure* regebant. Itaque mederi cupientes, poſtquam cognoviſſent Ulricum in ingratiis eſſe Ladislai, Viennâque abiviſſe, medio Petri Lectoris & Canonici Varadienſis, Alberti item de Hangacs Præpoſiti Quinque-Eccleſienſis, Joannis Bythovecz de Gereben, & Caſparis de Monoſzlo, effecerunt: ut Budæ in Diœta an. 1454. ſequens conderetur articulus 9. *Item omnes*

 libe-

Digitized by Google

liberæ Civitates, tàm noſtræ Regales, & Reginales, quàm dominorum Deſpotæ, & Comitis Cilliæ, aut aliorum Magnatum; nec non totum Regnum noſtrum Sclavoniæ - - connumerari debeant & - - exercituare. Obſerva *Totum Regnum Sclavoniæ*, ob ſciſſionem nempe ſuperius inſinuatam, inferioris nempe & ſuperioris Sclavoniæ, quæ ſuperior ad Comitum Ciliæ Principatum trahebatur. Item: *Regnum noſtrum Sclavoniæ*, ad firmandum, Regnum hoc eſſe Coronæ & Regum, nequaquam Comitum Cilliæ Principatum. *Joannes de Gereben* Banus Sclavoniæ hac occaſione & ſub his Comitiis fuit conſtitutus. Verum quia abſolutis his Comitiis Comes Ciliæ *Ulricus*, in gratiam receptus fuerat, aç priori officio reſtitutus, ideo anno 1455. Banum de Gereben, in reſcripto quodam, ſuum appellat Vice-Banum. Illamque conſtitutionem Diætalem, effectuari vetuit, ſed in locum exercituationis, juxta articulum XI. quin ampliorem è Sclavonia eraſit pecuniam. De his, cum lamenta ad Regem fuiſſent delata, per Ladislaum Cuſtodem, & Clementem de Gara Canonicos Zagrabienſes, quamvis *ad ſpeciem* idem Comes Ulricus procuraverit confirmari de Dato Budæ Feria 2. poſt Feſt. S. Georgii, Privilegia ſuper decimis Ozel & Ribnik, nundinis item Toplicenſibus, tamen mandavit Zagrabienſi Civitati, ut turrim Capituli, in ſuperiori Regia Civitate habitam diruerent, quod factum etiam. Sigiſmundus porro, reliqua inter, Joanni condam Zagrabienſi Eppo, Zagrabienſem Regiam Civitatem oppignoraverat. Hæc ſucceſſivè qualiter ad Comites Cilejenſes devenerit? necdum erui, remiſſam autem Sigiſmundo fuiſſe, teſtamentum Joannis IV. Eppi Zagrabienſis relatum Hiſt. Eccl. Zagr. pag. 165. evincit. Vi Caplo illatæ, Ladislaus Rex, mederi ſtuduit, mandans Budæ Feria 3. ante Aſcenſionem Domini anno Regni ſui 17. Bohemiæ vero 4. Chriſti autem 1457. Capitulum ad antiquam poſſeſſionem, ſed mortuo jam Ulrico, reſtitui.

Sane notatum in MSS. habemus, anno 1456. quo Ladislaus poſt eliberatum Belgradum, mortemque *Joannis de Hunyad*, Ulricum Comitem Ciliæ, *Gubernatorem Regni Hungariæ declaraverat*, juſtum metum fuiſſe Hungariæ, ne Ulricus ad Coronam aſpiret, modosque ſibi ſternat. Hinc reliqua inter, Belgradi Ulrico per Ladislaum Corvinum objecta, *Sclavoniæ* quoque ſeparationem extitiſſe, mandatum ejus, ne pars illa Coronæ, pro Regni adverſus Turcas defenſione, exercituare audeat, dum nihilominus corraſit è Sclavonia pro ſua libidine pecunias. Hoc illi integrum non fuiſſe, ſtante Regis & Statuum Coronæ decreto, quod cum violaviſſet, ſe majorem Rege, & Statibus faciens, periculoque exponens Hungariam, totamque Chriſtianitatem; ut Regi & Coronæ infidelis rebellisque, eo magis vivere non meretur, quod articulo 12. anni 1454. ſtatutum eſſet: *Præmiſſa diſpoſitio exercitualis, ad aliquam pecuniariam ſolutionem, nullatenus, & per nullum modum, per quemcumque convertatur: Quod ſi per aliquem factum fuerit, pœnam ſententiæ capitalis incurrat ipſo facto.* Hæc occiſo Ulrico, promulgata ſubito fuiſſe, ad placandos Cruce ſignatos, docendumque: Ulrici mortem, pœnam fuiſſe legalem, nequaquam vero homicidium. Ladislaus Rex his auditis, cædem donavit. At ob non delatum Regi, a Ladislao Corvino judicium, cum tamen inauditus convinci nequiverit Ulricus, & ab executione incoari judicium, Palatino Ladislao Gara (cujus officii eſſet, obſervandis proſpicere legibus) anno ſequente Ladislaus Corvinus, Budæ captus, judicatus, damnatusque eſt. Hæc ſcripta per epiſtolam fuiſſe, *a Stephano Archidiacono Camarcenſi, Canonico & Plebano Budenſi, Regis Ladislai & Comitis Ciliæ Ulrici Cancellario, Budæ mortuo & ſepulto die 20. Decemb. an. 1465.* in variis notatis Vinkovichy, a Rittero relatis, habemus. Dolemus Epiſtolam integram, a nobis deſiderari.

Ulrico Comite mortuo, qui ſui juris Principatusque Sclavoniam hanc ſuperiorem eſſe volebat, graviſſimæ enatæ ſunt de ſucceſſione quæſtiones. Multi has memorant, juvat Æneæ Sylvii ex epiſt. 253. ad Alfonſum Regem Aragoniæ quædam exſcribere: *Ulricum* inquit *Ciliæ Comitem - - occiſum accepi - - occiſorem Comitis non eſt ambiguum Ladislaum fuiſſe, filium Joannis Hunyadis - - creditum eſt; non minus filium profuiſſe reipublicæ Chriſtianæ in occiſione Comitis, quam patrem in profligatione Mahometis; cum Mahometes & Comes hoſtes Religionis eſſent; ille externus, hic domeſticus. - - De hæreditate ejus controverſia ſuborta eſt: quæ fuerunt illi bona ſub Corona Hungariæ ad Regem Ladislaum ſine contentione pertinent: quæ ſub imperio jacent, multi ſibi pertinere aſſerunt; alii ab inteſtato, alii ex teſtamento hæredes ſe dictitantes, ut Albertus & Sigiſmundus Auſtriæ Duces, tum Michael Comes Magdeburgenſis, ut Ulricus Comitis Goritiæ filius. Sed potiſſimum jus ad Imperatorem ſpectare viſum eſt. Concilium Prælatorum Baronumque, & Civitatum Stiriæ, Carinthiæ, Carnioliæque, & Marchiæ Sclavoniæ haberi placuit apud Græcium. - - - In eo auditi ſunt omnes, qui Cilejenſis Comitis hæreditatem ad ſe dixerunt pertinere. Denique definitum eſt, oppida, caſtella, arcesque, quæ Comitis Ciliæ ſub Imperio fuiſſent, in manu Imperatoris tradi. Tum ſi quis jus in illis*

ſibi

Digitized by Google

ſibi competere dixerit, ab eo petendum eſſe; atque hoc pacto Præfecti Urbium, locorumque quorumcumque poſſeſſionem tradidêre. Ladislaus Rex, ſive jura Sacræ Regni Hungariæ Coronæ, ſuper Sclavoniæ Regno ſpectes, quæ ex anterioribus ſatis clara ſunt; ſive hæreditariam ejus ſucceſſionem, cum filius fuerit Eliſabethæ, filiæ Barbaræ Cileenſis, ſuccedere jure debuerat. Verum quia is, ſub Friderici fuiſſet tutella, præcipue dum Caliſtus Pontifex anathema in Ladislaum Regem intentâſſet, ſi Imperatori Friderico eſſet moleſtus, tacere debuit. *Sclavonia* initio anni 1457. ad Ladislaum Regem per ſuos recurrit nuncios, qui etiam Regno ſequens diploma eſt largitus.

„ Nos Ladislaus DEI Gratia Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex, Au-
„ ſtriæque & Stiriæ Dux, nec non Marchio Moraviæ &c. Significamus tenore præſentium
„ quibus expedit univerſis. Inter cæteros nuncios Regni noſtri Sclavoniæ ad nos miſſos, No-
„ ſtræ Celſitudinis venientes in conſpectum, Egregy & Nobiles, fideles noſtri dilecti, Hennin-
„ gus miles de Zomzedvar, & Petrus filius Georgii de Bizad, Nuncii Univerſitatis Nobili-
„ um ac aliorum poſſeſſionatorum hominum Zagrabienſis Comitatus; in ipſorum, ac ejusdem
„ Univerſitatis nominibus & in perſonis, Nobis, ac Prælatis, Baronibus & Conſiliariis no-
„ ſtris, expoſuerunt in hunc modum: Quomodo præteritis temporibus, Vicebani dicti Reg-
„ ni noſtri Sclavoniæ, nec non Comites, ac Vice-Comites, & Judices Nobilium, Comitatuum
„ ejusdem Regni; item dicatores & exactores collectarum ſeu Proventuum mardurinalium,
„ nobis, ex eodem Regno de antiqua conſuetudine provenientium, circa dicationem & exa-
„ ctionem eorundem proventuum, plures novitates ipſis Nobilibus & poſſeſſionatis hominibus
„ ac Jobagyonibus eorumdem, non ſolum oneroſas; verum etiam plurimum damnoſas, ad-
„ inveniendo induxiſſent, & a multis jam temporibus præteritis, incolas ejusdem Regni no-
„ ſtri diverſimodè gravâſſent. Inter quas, præcipuè hæ eſſent: Unumquemque villicum,
„ qui ab hujusmodi collecta mardurinali omnino ſupportatus eſſe deberet, in uno floreno au-
„ ri dicare; nec non de ſingulis dicis ſex denarios ſoldinos; item de unoquoque ſigillo ſimi-
„ liter ſex denarios, & de quittantia ſeu expeditoria, 12. Den. extorqueret. Item per porta-
„ rium ſeu hoſtiarium ipſorum exactorum mardurinalium, a quolibet villico intrante unus
„ denar. & de ſingulis dicis ſimiliter unus denar. exigatur & recipiatur. Præterea inquillini
„ ſeu ſervitores ipſorum Nobilium & poſſeſſionatorum hominum apud curias eorumdem re-
„ ſidentes; quibus, ſed & conjugibus & liberis ipſorum victus quotidianus per Dominos eo-
„ rum miniſtraretur, qui ad ſolutionem hujusmodi collectæ mardurinalis minimè teneren-
„ tur, prouti etiam, nec ab antiquo tempore dicati extitiſſent, in medium aliorum, ad ſol-
„ vendos dictos proventus attraherentur & compellerentur. Et ultra hæc, tempore exactio-
„ nis hujusmodi mardurinarum, diverſa victualia hominibus & equis neceſſaria, per villas,
„ in rebus ac in pecuniis, ultra debitum exigerentur; multisque aliis diverſis adinventioni-
„ bus, incolæ dicti Regni noſtri Sclavoniæ, & Comitatus, ſpecialiter Zagrabienſis, præfati
„ gravarentur, & opprimerentur: quod in maximum præjudicium ipſorum Nobilium & poſ-
„ ſeſſionatorum hominum cedit oppreſſionemque pauperum atque damnum. Supplicarunt
„ itaque præfati nuncii, ſuis, & aliorum quorum ſuprà nominibus, Noſtræ Majeſtati humili
„ precum inſtantiâ; ut eisdem circa præmiſſa Regali ſublevamine provideamus. Unde nos,
„ qui cunctorum noſtrorum ſubditorum nobis fidelium, ex officio noſtri regiminis caſus no-
„ civos, per conſueta remedia reformare, ac injuſtè gravatis & oppreſſis Regia providentia
„ ſolemus ſubvenire, ſupplicationibus prædictorum regali pietate exauditis, & clementer ad-
„ miſſis, volumus: ut ammodò deinceps & in poſterum hujusmodi proventus mardurinales,
„ in dicto Regno Sclavoniæ & Comitatu Zagrabienſi, juxta diſpoſitionem Sereniſſ. quondam
„ Principis D. Sigiſmundi Imp. & Regis Hungariæ, avi noſtri, eodem modo, quo proventus
„ lucri Cameræ noſtræ, in hoc Regno noſtro Hungariæ, dicantur & exigantur. Ut proinde
„ a ſubditis quoque noſtris, unus fl. auri, aut valor ejusdem, ſine aliqua novitatis inductio-
„ ne, conſueto tempore exigatur. Quocirca vobis fidelibus noſtris dicatoribus & exactoribus
„ prædictorum proventuum mardurinalium in præfato Regno noſtro Sclavoniæ, ac indicto
„ Comitatu Zagrabienſi nunc conſtitutis, & in futurum conſtituendis, harum ſerie firmiter
„ præcipiendo mandamus, quatenus ammodò impoſterum omnibus affuturis temporibus,
„ præſcriptos proventus mardurinales, ſecundum prædictam diſpoſitionem ſeu ordinationem,
„ tempore conſueto a populis, & jobagyonibus jam fatorum Nobilium, & hominum poſſeſſio-
„ natorum dicti Regni noſtri Sclavoniæ, & ſignanter Comitatus Zagrabienſis, exigere & leva-
„ re debeatis. Nec quidquam amplius, pro dica, vel ſigillo, aut quittantia, vel etiam por-
„ torio, ſeu hoſtiario veſtro petere; aut in pecuniis, a villanis & villicis prædictis exigere,
„ ſeu extorquere præſumatis. Volumus etiam, ut villici & inquillini, ſeu ſervitores prædi-
„ cti, contra antiquam dicti Regni noſtri Sclavoniæ conſuetudinem, in hujusmodi dicationem

„ non graventur; ſed a talium proventuum ſolutione juxta priorem conſuetudinem omni 10 „ liberi ſint, & ſupportati habeantur. Secus facere non auſuri in præmiſſis, præſentes autem poſt lecturam, ſemper reddi jubemus præſentanti. Datum Budæ in Feſto Beati Ma„ thiæ Apoſtoli anno Domini 1457. Regnorum noſtrorum Anno Hungariæ &c. 17. Bohemiæ „ vero quarto.

Patet hinc, Sclavoniam Comitatumque Zagrabienſem, qui ad Principatum Ciliæ Comitum a Friderico Imp. prætendebatur, Ladislaum pro ſuo Rege habuiſſe, ac viciſſim Ladislaum pro Regno ſuo Salavoniam; ubivis enim exprimit: *Regni noſtri Sclavoniæ.* Ob Friderici Imp. prætenſionem poſitum: *Nobis, ac Prælatis, Baronibus & Conſiliariis noſtris expoſuerunt*, ut ob Calliſti comminatam excommunicationem, motu ſuo hæc egiſſe Ladislaus argui nequeat. Zagrabienſis Comitatus ideo ſpeciatim exprimitur, quod hunc, cum Varasdinenſi, & Criſienſis Comitatus parte, controverterit Fridericus, haud vero univerſam Sclavoniam. Fridericus ad accipiendum Ciliæ dominium diem conſtituit, Sclavosque hos ſuperiores ad comparendum, jurandamque ſibi fidelitatem evocat. Sed hi, non ſolum ejecerunt collectores ad ſumptus Imperatori neceſſarios, verum palam ſemet oppoſuerunt, ducto per Banum Joannem de Gereben alias Bitovicz exercitu, factisque per Stiriam & Carinthiam hoſtilitatibus, atque pluribus captis, intra quos Gurcenſis Epiſcopus, Joannes & Georgius Ungnad, Imperatorem redire compulerunt, ipſeque Fridericus vix captivitatem evaſit. Grave bellum hinc intra Ladislaum Regem & Fridericum exarſit, cujus hiſtoriam & circumſtantias omittimus. Calliſtus ad utrumque dedit litteras (vide Pray Annal. P. 3. a pag. 201.) ſcriptas Romæ pridie Kal. Septemb. 1457. demumque intermediatore Duce Bavariæ Corneuburgi induciæ ſunt concluſæ, ut poſt reditum Ladislai Regis e Bohemia, de re ipſa, ſeu prætenſa ab utroque hæreditate, cognoſci valeat. Mors Regis Ladislai, Feſto S. Clementis 1457. inſperatè ſecuta, quæſtionem fecit indeciſam. Præmiſſa tacere nequivimus, ſepultaque ſinere, tum ob ſecuta ſub Mathia I. Rege bella, abolitumque Zagorienſem Comitatum; cum & ob vigentem limitaneam controverſiam, quæ ſine præmiſſis intelligi nequit. Hinc atque ex hac quæſtione promanavit illa Sambuci apud Ortellium tabula, qua Stiriam ad oppidum uſque Legrad extendit, huicque reſpectivè, reſpectivè autem Carnioliæ, Comitatum Zagrabienſem includit. Croatiam arctavit, ſatis profecto erronee, & cum præjudicio Sacræ Coronæ Regum, a via *Szpuſzt* vocata, intra Savum & Colapim, uſque *Siſciam*, abinde ponendo Sclavoniæ exordium. Eheu quam hallucinatur Sambucus! quam juribus Regum noſtrorum, tabula illa eſt pernicioſa! Repererit ille in Tabullariis Stiriæ varia monumenta, litteras, ex his Sclavoniæ oris; quod mihi perſuaſum omnino eſt, haud attamen ex iis, formanda erat ſubito concluſio, in publicas Geographicas tabulas relata, partes has Sclavoniæ, ob prætenſum Principatum Comitum olim Cilliæ, Stiriam eſſe, examinanda erant Doctiſſ. Sambuco tempora, indagandum fuerat, qualiter partes hæ a Comitibus Ciliæ olim pendebant? utinam nunc etiam, Tabula illa Sambuci, monumenta item, quæ in tabullariis variis reperiuntur, plurimis; veritatis cognoſcendæ obex non eſſent. Profecto deplorare debeo, Majorum noſtrorum ab utilibus Regi, Coronæ, Patriæ Civibus, litteris averſionem, a noſtris hæc dilucidanda Scriptoribus erant, nec aquieſcendum fuerat pompoſis Panegyriſtis, qui, dum hujusmodi rerum occurrit neceſſitas, ex Alexandri M. commentitio diplomate, Sclavis eſſe jus ad totum Septemtrionem, meridionaleſque partes (demptis terris Papalibus) audire gaudebant, de re quæ perſæpe a Clementiſſimis Regibus petebatur, ad annum uſque 1753. nil ſoliciti, ut obfirmata tam diuturno ſilentio jura, prope ruinata eſſe dicantur. At cujus culpa? repetitæ tot, totiesque fuêre, Regum noſtrorum clementia, commiſſiones, quid iis effectum? ego non deſcribam, dum vis, vis tota in diplomate Alexandri erat, & poſterioribus quibusdam legum noſtrarum articulis, qui nihilominus ex quo fonte lati ſunt non loquuntur. Neque poſſunt rem evincere, de vicinis, ad Diætas vocari, iſthicve audiri haud ſolitis. Quare ad roborandos, explicandosque articulos illos, diplomatibus monumentisque litterariis opus eſſe, incurabilis cæcitatis eſt, qui non videt. Neſcio autem, quam S. Coronæ & Regibus ſuis, fideles haberi poſſunt, ii, qui iraſcuntur inimicanturque Scriptoribus, jura Regum noſtrorum & Sacræ Coronæ ex monumentis illuſtrantibus. Refferi audivi ab iis, qui ex commiſſionibus reduces, Actorum geſta recenſebant, partem adverſam, quævis ſua, documentis demonſtrare. Apud nos eheu, crimen eſt, diploma quodpiam pro Patriæ jure & S. Regni Coronæ vulgare. Quare Gratiæ immortales Regibus noſtris, qui in ejusmodi publicum concernentibus rebus, Nos ſic eſſe dignabantur. Mirum eſt, dum privatæ aguntur cauſæ, diſcuti tabullaria, exhiberi judicio monumenta; in *publicis* autem Reipublicæ noſtræ cauſis, eam non ſolum non eſſe rationem, ſed proditores cenſeri patriæ, ſi pro communi Reipublicæ bono, monumenta exſcribant: ſi his jura doceant. Armis jura vel tueri, vel vindicari poſſe non abnuo, iis attamen hæc demon-

Digitized by Google

monſtrari, neſcio an à quopiam ſit edoctum. Interim quia Cilliæ Comites, quocumque demum titulo, inſulam Muraköſz olim poſſediſſent, item Capronczam, Rakonog, Stenichnjak &c. hoc quoque præbuit extendendæ Stiriæ olim occaſionem. Sed quia rerum harum continuatio, pertineret ad Reges ſequentes, ultro nil dicimus.

De Croatia, dicere aliud nequimus, ac illam ex lubitu diverſas ſecutam partes. Pars hujus devotionem ſubjectionemque ſervabat Hungariæ Regibus; & potiſſimum trans Colapiana Croatia; pars adhæſit Ciliæ Comitibus, ac Friderico, illa cumprimis quæ vicinior erat Goritiæ, & ſub Frangepanis. Pars Corbaviæ, Boſnenſibus Regibus, cum aliis Raguſium uſque. Omnia hæc demonſtrantur ex diplomatibus aliisque monumentis litterariis, quæ exſcribere longum foret. Anno 1456. *Ladislaus de Egervara* Banus Dalmatiæ & Croatiæ, titulo quoque Sclavoniæ, juſſu Regis Ladislai reſtituit poſſeſſiones & bona Abbatiæ Topuſzkenſi, indebitè ab eadem ablata, Privilegiaque Abbatiæ radicalia tranſumit.

Ad Boſnenſium res cognoſcendas, decretum Stephani Regis, a Fr. Andrea relatum, communicamus. Credimus conſideratione rerum geſtarum pro anno 1459. ſcribendum eſſe, 1454. Monſtrat hoc decretum, obligationem exercituandi, Hungariæ inſtar, æque in Boſnia fuiſſe. Banderiorum Cleri, nulla hic mentio.

„ In Nomine SS. & Individuæ Trinitatis. Stephanus Tomaſcevich DEI Gratia Raſ-
„ ciæ, Serviæ, Boſnenſium, ſeu Illiricorum, Primordiæ, ſeu Maritimæ, partium Dalmatiæ,
„ & Corbaviæ Rex &c.

Univerſis noſtris Fidelibus Dominis Prælatis, Baronibus, Magnatibus, Comitibus, Vaivodis, Vice-Comitibus, Generalibus, Tribunis, Centurionibus, Nobilibus, Juratis Civibus, & Alterius cujuscumque Status, & conditionis ſub noſtra ditione conſtitutis, & exiſtentibus ſalutem & gratiam noſtram &c. Notum indicamus unicuique pio Chriſtiano, quo vulnere ſauciata ſit Chriſtianitas hac noſtra tempeſtate a perfidis illis Mahumetanis: quapropter meditatio cordis noſtri aſſidua ad id ſummopere invigilat, & intendit, ut hoſtes Chriſti Nominis, quibus tot inſidiis, atque damnis laceſſita ſit fides noſtra, & jam vicinum Mahumetum eorum Imperatorem, qui infidelium, & paganorum coadunatione multiplicata, ruinam, & exterminium firma intentione minatur, procul a noſtræ Regionis finibus ut arceamus, ne pedes Pagani ad noſtra limina ponantur, neve hoc Regnum ex improviſa paganorum invaſione, & Regnicolarum inadvertentia in lacrimabilem caſum involvatur, penituſque dirimatur; Quemadmodum ſuperioribus temporibus, & in proximis diebus evolutis exemplari intuitu aliis nationibus per eundem Imperatorem Turcarum illatum fuiſſe jam experti ſumus. Et quis Chriſti fidelis, & fervidus Orthodoxæ Fidei amator lacrimas continere poterit, conſiderando Urbis Conſtantinopolitanæ direptionem? Ea propter prænominati fideles noſtri Barones, Prælati, Nobiles, Vaivode, & Proceres Regni, in primis, & nominatim. Stephanus Coſſarich noſter Herczegh Sancti Sabbæ cum Filiis, & vexillis. Radivoj Jablanovich Chariſſimus Patruus noſter, Banus Jajcze. Stephanus Stanich Vajvoda Primordiæ ſeu maritimæ cum vexillo. Momcillus Thomanovich Uſſore Banus cum vexillis. Petrus Covaçich Vaivoda Pounga cum vexillo. Vuk Grebglianovich Comes livna, & Vaivoda Pruſſij cum vexillis. Radivoj Vladmirovich Comes, & judex curiæ noſtre cum vexillo. Vajvoda Miçinovich cum vexillo. Vukich Miſircovich cum Fratribus ſuis, & vexillo. Paulus Cubretich Vaivoda Zvornich, & Maſſuæ cum Filiis, & vexillis. Vajvoda Joannes Skatich cum vexillo. Vladislaus Vuchich Vaivoda, & Præfectus Raſciæ cum Filiis, & vexillis. Dean Altomanovich Præfectus Serviæ, & ſuper mineralia referendariorum noſtrorum Magiſter cum vexillis. Vukſa veſſeliçich Vajvoda Novi Caſtri prope Raguſium Præfectus partium maritimarum cum vexillo. Marcomijr Brancovich Vajvoda Podvignia, & Tribunorum noſtrorum Supremus Magiſter, cum tribunis, & Centurionibus. Electis nobis hominibus Singulorum Comitatum ejuſdem Regni noſtri in Campo Coſſovino, hoc menſe Junio congregati ſuper eo Generaliter huic Draconi occurrere debemus, ne venenum ſuper nos evomat. Datis Priſtinæ. Die 3. Junii. Anno Domini 1459.

„ Hujus epiſtolæ apographon in Conv. S. Spiritus Fojnice Frat. Min. Obſerv. S. Franc.
„ Prov. Boſ. Argentinæ conſervatur, quod fideliter extrahi curavit P. Marianus Lecuſſich
„ Prov. Secretar. A. R. P. Auguſtini a Salinis, die 8. Decemb. 1724.

De Dalmatia dicendum nil habeo, cum hæc ob memoratas circumſtantias, vindicari neglecta fuerit. At Dalmatiæ loco, quædam *de Aurana* ponimus. Ludovicus Rex, circa an. 1345. *Caſtrum Auranæ* in Dalmatia, Sclavis *Urana* Raimundo de Bellomoante contulit, qui Prior Auranæ dictus eſt. Succeſſit eidem *F. Baudonus Cornuti*, S. Domus Hoſpitalis S. Joan. Jeroſolimytani Hungariæ & Sclavoniæ Prior, circa 1370. qui etiam Comes Dubicen-

Digitized by Google

„ non graventur; ſed a talium proventuum ſolutione juxta priorem conſuetudinem omnino „ liberi ſint, & ſupportati habeantur. Secus facere non auſuri in præmiſſis, præſentes autem poſt lecturam, ſemper reddi jubemus præſentanti. Datum Budæ in Feſto Beati Mathiæ Apoſtoli anno Domini 1457. Regnorum noſtrorum Anno Hungariæ &c. 17. Bohemiæ „ vero quarto.

Patet hinc, Sclavoniam Comitatumque Zagrabienſem, qui ad Principatum Ciliæ Comitum a Friderico Imp. prætendebatur, Ladislaum pro ſuo Rege habuiſſe, ac viciſſim Ladislaum pro Regno ſuo Salavoniam; ubivis enim exprimit: *Regni noſtri Sclavoniæ.* Ob Friderici Imp. prætenſionem poſitum: *Nobis, ac Prælatis, Baronibus & Conſiliariis noſtris expoſuerunt*, ut ob Calliſti comminatam excommunicationem, motu ſuo hæc egiſſe Ladislaus argui nequeat. Zagrabienſis Comitatus ideo ſpeciatim exprimitur, quod hunc, cum Varaſdinenſi, & Criſienſis Comitatus parte, controverterit Fridericus, haud vero univerſam Sclavoniam. Fridericus ad accipiendum Ciliæ dominium diem conſtituit, Sclavosque hos ſuperiores ad comparendum, jurandamque ſibi fidelitatem evocat. Sed hi, non ſolum ejecerunt collectores ad ſumptus Imperatori neceſſarios, verum palam ſemet oppoſuerunt, ducto per Banum Joannem de Gereben alias Bitovicz exercitu, factisque per Stiriam & Carinthiam hoſtilitatibus, atque pluribus captis, intra quos Gurcenſis Epiſcopus, Joannes & Georgius Ungnad, Imperatorem redire compulerunt, ipſeque Fridericus vix captivitatem evaſit. Grave bellum hinc intra Ladislaum Regem & Fridericum exarſit, cujus hiſtoriam & circumſtantias omittimus. Calliſtus ad utrumque dedit litteras (vide Pray Annal. P. 3. a pag. 201.) ſcriptas Romæ pridie Kal. Septemb. 1457. demumque intermediatore Duce Bavariæ Corneuburgi induciæ ſunt concluſæ, ut poſt reditum Ladislai Regis e Bohemia, de re ipſa, ſeu prætenſa ab utroque hæreditate, cognoſci valeat. Mors Regis Ladislai, Feſto S. Clementis 1457. inſperatè ſecuta, quæſtionem fecit indeciſam. Præmiſſa tacere nequivimus, ſepultaque ſinere, tum ob ſecuta ſub Mathia I. Rege bella, abolitumque Zagorienſem Comitatum; cum & ob vigentem limitaneam controverſiam, quæ ſine præmiſſis intelligi nequit. Hinc atque ex hac quæſtione promanavit illa Sambuci apud Ortellium tabula, qua Stiriam ad oppidum usque Legrad extendit, huicque reſpectivè, reſpectivè autem Carnioliæ, Comitatum Zagrabienſem includit. Croatiam arctavit, ſatis profecto erronee, & cum præjudicio Sacræ Coronæ Regum, a via *Szpuszt* vocata, intra Savum & Colapim, usque *Siſciam*, abinde ponendo Sclavoniæ exordium. Eheu quam hallucinatur Sambucus! quam juribus Regum noſtrorum, tabula illa eſt pernicioſa! Repererit ille in Tabullariis Stiriæ varia monumenta, litteras, ex his Sclavoniæ oris; quod mihi perſuaſum omnino eſt, haud attamen ex iis, formanda erat ſubito concluſio, in publicas Geographicas tabulas relata, partes has Sclavoniæ, ob prætenſum Principatum Comitum olim Cilliæ, Stiriam eſſe, examinanda erant Doctiſſ. Sambuco tempora, indagandum fuerat, qualiter partes hæ a Comitibus Ciliæ olim pendebant? utinam nunc etiam, Tabula illa Sambuci, monumenta item, quæ in tabullariis variis reperiuntur, plurimis; veritatis cognoſcendæ obex non eſſent. Profecto deplorare debeo, Majorum noſtrorum ab utilibus Regi, Coronæ, Patriæ Civibus, litteris averſionem, a noſtris hæc dilucidanda Scriptoribus erant, nec aquieſcendum fuerat pompoſis Panegyriſtis, qui, dum hujusmodi rerum occurrit neceſſitas, ex Alexandri M. commentitio diplomate, Sclavis eſſe jus ad totum Septemtrionem, meridionaleſque partes (demptis terris Papalibus) audire gaudebant, de re quæ perſæpe a Clementiſſimis Regibus petebatur, ad annum usque 1753. nil ſoliciti, ut obfirmata tam diuturno ſilentio jura, prope ruinata eſſe dicantur. At cujus culpa? repetitæ tot, totiesque fuere, Regum noſtrorum clementia, commiſſiones, quid iis effectum? ego non deſcribam, dum vis, vis tota in diplomate Alexandri erat, & poſterioribus quibusdam legum noſtrarum articulis, qui nihilominus ex quo fonte lati ſunt non loquuntur. Neque poſſunt rem evincere, de vicinis, ad Diætas vocari, iſthicve audiri haud ſolitis. Quare ad roborandos, explicandosque articulos illos, diplomatibus monumentisque litterariis opus eſſe, incurabilis cæcitatis eſt, qui non videt. Neſcio autem, quam S. Coronæ & Regibus ſuis, fideles haberi poſſunt, ii, qui iraſcuntur inimicanturque Scriptoribus, jura Regum noſtrorum & Sacræ Coronæ ex monumentis illuſtrantibus. Refferi audivi ab iis, qui ex commiſſionibus reduces, Actorum geſta recenſebant, partem adverſam, quævis ſua, documentis demonſtrare. Apud nos eheu, crimen eſt, diploma quodpiam pro Patriæ jure & S. Regni Coronæ vulgare. Quare Gratiæ immortales Regibus noſtris, qui in ejusmodi publicum concernentibus rebus, Nos ſic eſſe dignabantur. Mirum eſt, dum privatæ aguntur cauſæ, diſcuti tabullaria, exhiberi judicio monumenta; in *publicis* autem Reipublicæ noſtræ cauſis, eam non ſolum non eſſe rationem, ſed proditores cenſeri patriæ, ſi pro communi Reipublicæ bono, monumenta exſcribant: ſi his jura doceant. Armis jura vel tueri, vel vindicari poſſe non abnuo, iis attamen hæc demon-

Digitized by Google

monſtrari, neſcio an à quopiam ſit edoctum. Interim quia Cilliæ Comites, quocumque demum titulo, inſulam Muraköſz olim poſſediſſent, item Capronczam, Rakonog, Stenichnjak &c. hoc quoque præbuit extendendæ Stiriæ olim occaſionem. Sed quia rerum harum continuatio, pertineret ad Reges ſequentes, ultro nil dicimus.

De Croatia, dicere aliud nequimus, ac illam ex lubitu diverſas ſecutam partes. Pars hujus devotionem ſubjectionemque ſervabat Hungariæ Regibus; & potiſſimum trans Colapiana Croatia; pars adhæſit Ciliæ Comitibus, ac Friderico, illa cumprimis quæ vicinior erat Goritiæ, & ſub Frangepanis. Pars Corbaviæ, Boſnenſibus Regibus, cum aliis Raguſium uſque. Omnia hæc demonſtrantur ex diplomatibus aliisque monumentis litterariis, quæ exſcribere longum foret. Anno 1456. *Ladislaus de Egervara* Banus Dalmatiæ & Croatiæ, titulo quoque Sclavoniæ, juſſu Regis Ladislai reſtituit poſſeſſiones & bona Abbatiæ Topuſzkenſi, indebitè ab eadem ablata, Privilegiaque Abbatiæ radicalia tranſumit.

Ad Boſnenſium res cognoſcendas, decretum Stephani Regis, a Fr. Andrea relatum, communicamus. Credimus conſideratione rerum geſtarum pro anno 1459. ſcribendum eſſe, 1454. Monſtrat hoc decretum, obligationem exercituandi, Hungariæ inſtar, æque in Boſnia fuiſſe. Banderiorum Cleri, nulla hic mentio.

„ In Nomine SS. & Individuæ Trinitatis. Stephanus Tomaſcevich DEI Gratia Raſ-
„ ciæ, Serviæ, Boſnenſium, ſeu Illiricorum, Primordiæ, ſeu Maritimæ, partium Dalmatiæ,
„ & Corbaviæ Rex &c.

Univerſis noſtris Fidelibus Dominis Prælatis, Baronibus, Magnatibus, Comitibus, Vaivodis, Vice-Comitibus, Generalibus, Tribunis, Centurionibus, Nobilibus, Juratis Civibus, & Alterius cujuscumque Status, & conditionis ſub noſtra ditione conſtitutis, & exiſtentibus ſalutem & gratiam noſtram &c. Notum indicamus unicuique pio Chriſtiano, quo vulnere ſauciata ſit Chriſtianitas hac noſtra tempeſtate a perfidis illis Mahumetanis: quapropter meditatio cordis noſtri aſſidua ad id ſummopere invigilat, & intendit, ut hoſtes Chriſti Nominis, quibus tot inſidiis, atque damnis laceſſita ſit fides noſtra, & jam vicinum Mahumetum eorum Imperatorem, qui infidelium, & paganorum coadunatione multiplicata, ruinam, & exterminium firma intentione minatur, procul a noſtræ Regionis finibus ut arceamus, ne pedes Pagani ad noſtra limina ponantur, neve hoc Regnum ex improviſa paganorum invaſione, & Regnicolarum inadvertentia in lacrimabilem caſum involvatur, penituſque dirimatur; Quemadmodum ſuperioribus temporibus, & in proximis diebus evolutis exemplari intuitu aliis nationibus pereundem Imperatorem Turcarum illatum fuiſſe jam experti ſumus. Et quis Chriſti fidelis, & fervidus Orthodoxæ Fidei amator lacrimas continere poterit, conſiderando Urbis Conſtantinopolitanæ direptionem? Ea propter prænominati fideles noſtri Barones, Prælati, Nobiles, Vaivode, & Proceres Regni, in primis, & nominatim. Stephanus Coſſarich noſter Herczegh Sancti Sabbæ cum Filiis, & vexillis. Radivoj Jablanovich Chariſſimus Patruus noſter, Banus Jajcze. Stephanus Stanich Vajvoda Primordiæ ſeu maritimæ cum vexillo. Momçillus Thomanovich Uſſore Banus cum vexillis. Petrus Covaçich Vaivoda Pounga cum vexillo. Vuk Grebglianovich Comes livna, & Vaivoda Pruſſij cum vexillis. Radivoj Vladmirovich Comes, & judex curiæ noſtre cum vexillo. Vajvoda Miçinovich cum vexillo. Vukich Miſircovich cum Fratribus ſuis, & vexillo. Paulus Cubretich Vaivoda Zvornich, & Maſſuæ cum Filiis, & vexillis. Vajvoda Joannes Skatich cum vexillo. Vladislaus Vuchich Vaivoda, & Præfectus Raſciæ cum Filiis, & vexillis. Dean Altomanovich Præfectus Serviæ, & ſuper mineralia referendariorum noſtrorum Magiſter cum vexillis. Vukſa veſſeliçich Vajvoda Novi Caſtri prope Raguſium Præfectus partium maritimarum cum vexillo. Marcomijr Brancovich Vajvoda Podvignia, & Tribunorum noſtrorum Supremus Magiſter, cum tribunis, & Centurionibus. Electis nobis hominibus Singulorum Comitatum ejuſdem Regni noſtri in Campo Coſſovino, hoc menſe Junio congregati ſuper eo Generaliter huic Draconi occurrere debemus, ne venenum ſuper nos evomat. Datis Priſtinæ. Die 3. Junii. Anno Domini 1459.

„ Hujus epiſtolæ apographon in Conv. S. Spiritus Fojnice Frat. Min. Obſerv. S. Franc.
„ Prov. Boſ. Argentinæ conſervatur, quod fideliter extrahi curavit P. Marianus Lecuſſich
„ Prov. Secretar. A. R. P. Auguſtini a Salinis, die 8. Decemb. 1724.

De Dalmatia dicendum nil habeo, cum hæc ob memoratas circumſtantias, vindicari neglecta fuerit. At Dalmatiæ loco, quædam *de Aurana* ponimus. Ludovicus Rex, circa an. 1345. *Caſtrum Auranæ* in Dalmatia, Sclavis *Urana* Raimundo de Bellomoante contulit, qui Prior Auranæ dictus eſt. Succeſſit eidem *F. Baudonus Cornuti*, S. Domus Hoſpitalis S. Joan. Jeroſolimytani Hungariæ & Sclavoniæ Prior, circa 1370. qui etiam Comes Dubicen-

ſis creatus. Huic *Joannes de Palizna*, malæ memoriæ an. 1381. *Emericus Bubeck* Sigiſmundo Regi infidelis, anno 1403. gratia donatus. Quo mortuo *Paulus de Péech*, & *Paulus Biſſenus* gubernatores Auranæ fuerunt. Poſtea Prior Auranæ extitit. *Albertus de Ungh* alias de Nagy-Mihaly ad annum 1436. Hujus loco *Joannes de Thallocz* 1442. poſt hunc 1445. *Joannes de Zekell* Gubernatoris Joannis conſanguineus Dal. Croat. Sclav. Banus & Auranæ Prior 1445. Ab hujus cæde, *Thomas Zekell* de Kevend ab anno 1449. ad annum 1461. Hos vero recenſuimus ideo, ne quis exiſtimet, totam plane Dalmatiam a poſſeſſorio Sacræ Coronæ cecidiſſe.

Anno 1457. mortuo Ladislao, ad electionem Regis; diæta indicitur. In hac *Michaelis Szilagyi* opera, Sororius ſuus *Mathias I.* Corvinus dictus, tametſi Pragæ captivus die 23. Januarii Anni 1458. in Regem Hungariæ eligitur declaraturque. Fuit ipſe, Joannis olim Gubernatoris Hungariæ filius. An ex hac Sclavonia noſtra, electioni huic quiſpiam præſens fuerit? non erui. Facile ob Friderici Imp. ut ſupra memoravimus prætenſiones, ex Sclavonia hac ſuperiore nemo adfuit. Admiratione dignum eſt, in adeo patentibus a Turca periculis, nec cogitâſſe Hungaros, de Creando potentiore Rege, nec intra eos, ut anterioribus occaſionibus, ſciſſiones fuiſſe; ſed nec Caſimirum Poloniæ Regem, uxoris ſuæ jura, ſive ſtabilita olim ſucceſſio fœminea conſideretur: 12. item Articulus Anni 1439. quô Regni Heres Eliſabeth declaratur; ſive exempla Sigiſmundi & Alberti, qui Hungariæ Reges, per matrimonia fuere effecti, obtendiſſe quæſiviſſeque; licèt Caſimirus per *Giſcram* urgeretur. Hæc ex quacumque demum cauſa profluxerint, liberam Statibus Coronæ, Regum eorundem electionem teſtantur & confirmant. Profectò neque Imp. Fridericus, juris Imperii Hungariam eſſe, prætendiſſe ſcribitur, minus autem pro vindicandis juribus, (eſtò a Palatino Ladislao Gara, Nicolao Uylakio, & Paulo Banffio ſolicitaretur) arma moviſſe: Neque Romani Pontifices, ſive Caliſtus III. ſive hujus Succeſſores prætenſiones quaſpiam, aut juris, aut præſtandæ ſibi ratione Coronæ obedientiæ, formâſſe legerentur. Quin in Epiſtola ad Eliſabeth matrem Mathiæ Corvini, apud Rajnaldum Caliſtus ait: *Vidimus repentinam mutationem Divino myſterio factam, cum uno eodemque tempore filium tuum illuſtrem Mathiam in Regem, & Michaelem fratrem in gubernatorem Regni iſtius electos fuiſſe vidimus.* Nulla hic, ſive confirmationis, ſive juratæ obedientiæ eſt mentio, minus autem, datum Regno fuiſſe Regem Mathiam, at *electos fuiſſe vidimus.* In epiſtola item ad Regem Mathiam ſcripta die 14. Martii Anni 1458. atque a P. Pray P. 3. Annal. a pag. 220. deſcripta, nulla etiam mentio eſt, ſive dati Regni, ſive confirmationis, ſive obedientiæ præſtandæ ratione Coronæ dignitatiſque Regiæ, quam legere digneris lector erudite, concludesque injurios iniquosque eſſe, omnes Scriptores illos, qui imponunt obligationem ineſſe Regibus noſtris ſive ab Romana Curia aut Cancellaria obtinendæ confirmationis; ſive præſtandæ religioſorum inſtar, ratione Coronæ dignitatiſque Regiæ, obedientiæ. Mirum mihi, nota magis prætendi jura, ſive Apoſtolicæ Sedis, ſive Cancellariæ Romanæ, noſtris clauſtralibus, ac ipſis Romanis Pontificibus. Sed oro videant, ne ejusmodi ſcriptitationibus iniqui ſint Apoſtolicæ Sacræ Sedi, quærantque Regum & Regnorum (qui tamen defenſores ſunt Fidei Orthodoxæ) ab illa ſeparationem, atque in Republica Chriſtiana motus, dum nec privati patiuntur, jura lædi ſua, nec monaſteria, vel collegia, jura ſua invindicata relinquunt. Sublimiores itaque a DEO conſtitutas poteſtates, veneremur, earumdemque unioni & concordiæ iam tandem ſtudendum eſſet!

Quamvis porrò conſtitutum fuerit, ut *Rex Mathias* uſque annos *ætatis*, de lege noſtra, *perfectæ*, ſub Gubernatore avunculo eſſet, firmantibus iſta, tam teſtimonialibus pag. 273. deſcriptis, datiſque 20. die Congregationis anni 1458. quam & decreto corpori juris noſtri municipalis inſerto, dieque 24. Congregationis anni 1458. concluſo; *Mathias* nihilominus, illico ac ad Regnum fuiſſet Pragâ miſſus, ſeſe immiſit ad Regni curas, ut Hiſt. Eccl. Zagrab. pag. 180. videre eſt, ubi Menſe Septembri 1458. Regali utitur auctoritate. Anno autem 1459. Budæ ſequentem tulit ſententiam, quam eo avidius exſcribimus ex indicata diſſertatione pag. 247. quod jura Sacræ Coronæ in Serviam firmet, aliarumque tot rerum, præbeat cognitionem. Itaque

„ Nos Mathias DEI Gratia Rex Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Memoriæ commendamus omnibus, & ſingulis quibuſcunque expedit, perpetuis temporibus. Quod cum, & litteris Illuſtriſſimi, Inuictiſſimique Principis D. Georgij Iuanovich amantiſſimi Conſanguinei noſtri, Principis Theſſaliæ, Albaniæ, Dibræ ſuperioris, & inferioris Zadrimiæ, &c. Domini Croyæ, Ochridæ, Caſtoriæ, Terrænouæ, &c. at præterea per ſpecialem Nuncium eiuſdem Illuſtriſſimi Principis generoſum virum Staniſſam Vaiuodam finium Seruiæ, ſignificatum nobis fuerit: Magnificum Virum D. Tomcum Marnauich Niſſenſem, Comitem perpetuum de Zuonik, Staroſtam Regni Raſſiæ, Dominum Voynizæ, &c.

„ Con-

„ Conſanguineum itidem noſtrum, impedire, & obſtare quominus officiales, & miniſtri eiuſ-
„ dem Illuſtriſſimi Principis in vrbe Niſſa, & eius territorio, ac diſtrictu, nec non eiuſdem
„ territorij, arcibus, oppidis, pagis, villis, alijsque locis d. vrbi & territorio eius adiacenti-
„ bus, & pertinentibus illud Dominium, iuriſdictionem, authoritatem, poteſtatemque exer-
„ ceant, quod & quæ ipſi Illuſtriſſimo Principi tanquam Nepoti Sereniſſimi olim Vvkaſſini
„ Regis per Iuanum eius filium in ijſdem vrbe, arcibus, oppidis, pagis, villis, locisque pro
„ ſua portione competunt. Idque idem Comes Tomco iure ſe agere prętendat, vigore decla-
„ rationis factæ per bo. me. Sereniſſimum Regem Vladislaum Prædeceſſorem noſtrum, Pro-
„ genitoremque itidem noſtrum Ioannem, eo tempore, quo opera dicti Progenitoris noſtri,
„ & Sereniſſimi præfati Regis, regnum Raſſiæ ab Amurate Turcarum Sultano, reſtitutum
„ fuit Illuſtriſſimo Principi Domino Georgio Deſpoto, ita inſtante tunc temporis Comite
„ Georgio Marnauich pronepote, olim magni Vayuodę Raſſię Goyki, fratris dicti Sereniſſi-
„ mi Regis Vvkaſſini, & Vgleſſię Deſpoti, per Marcum filium, & Goykum nepotem, Pa-
„ trem dicti Comitis Georgij, declaratum fuit vrbem Niſſam antiquum Patrimonium regię
„ familię Marnauich, cum omnibus arcibus, oppidis, caſtris, pagis, villis, locis, totoque eius
„ territorio, & diſtrictu, cum omnibus illorum attinentijs, & pertinentijs quibuſcunque, &
„ vbique exiſtentibus realiter conſignari debere, prout conſignata fuit dicta Vrbs cum ſuis
„ pertinentijs, prędicto Comiti Georgio, & eius ex fratre nepoti Tomco, aſſentiente ipſo Il-
„ luſtriſſimo Principe Georgio Deſpoto, cum declaratione ne vllo vnquam tempore Illuſtriſ-
„ ſimus Deſpotus ſuique hæredes, & ſucceſſores poſſint habere, aut prætendere Ius vllum in
„ d. Vrbem, & eius prædictas pertinentias, ſed dd. Comitum & Poſterorum intelligatur, &
„ eſſe debeat in perpetuum, prout hæc omnia latius patent in litteris declaratorijs magnifici
„ viri Michaelis Zilagi de Horogzeg, auunculi noſtri tunc temporis nomine, & in perſona
„ noſtra Gubernatoris in Regnis noſtris Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. conſtituti, pu-
„ blicatis in vniuerſali Congregatione omnium ordinum Regni congregatorum in ciuitate
„ Peſthenſi, Anno Domini milleſimo, quadringenteſimo, quinquageſimo octauo, cumque v-
„ traque Pars, tàm Illuſtriſſimi, & Inuictiſſimi Principis Georgij, quàm Comitis Tomco, hanc
„ controuerſiam per nos cognoſci terminari, & decidi, pro bono publico, & quiete Populo-
„ rum, nec non amicitia, & beneuolentia inter eoſdem Conſanguineos conſeruanda, petat,
„ & inſtet, cumque præterea talis cognitio eatenus ad Nos pertineat, quatenus d. Comes Tom-
„ co per alias noſtras litteras inter Barones Regnorum noſtrorum ſit cooptatus, & admiſſus,
„ conſenſu omnium Ordinum Regni iuxta continentiam dictarum litterarum, hoc ipſo anno,
„ menſe Iulio expeditarum. Nos verò examinatis vtriuſque Partis Iuribus, ijſquè cum Do-
„ minis Pręlatis, Baronibus, ac Nobilibus Regnorum noſtrorum, in primis vero cum eodem
„ Magnifico viro auunculo noſtro Michaele communicatis, cum dictam Vrbem Niſſam, eiuſ-
„ que abſolutum Dominium, arces, oppida, caſtra, pagos, villas, locaque quæcumque, ac
„ vniverſum eius Territorium, & diſtrictum cum omnibus emolumentis, & prouentibus, nec
„ non attinentijs & pertinentijs cognouerimus eſſe, & ſemper fuiſſe Patrimonium regiæ fami-
„ liæ Marnauich, ab ipſis Conſtantinopolitanorum Imperatorum priſcis temporibus, vt ex
„ ipſorum litteris originalibus pro parte prædicti Illuſtriſſimi, & Inuictiſſimi Principis exhi-
„ bitis latius patet, ita tamen, vt maſculis legitimè naſcentibus, & deſcendentibus ex eadem
„ familia Marnauich, excluſa ſucceſſione fœminini ſexus, perpetuis temporibus Ius, Iuriſdi-
„ ctio, & abſolutum Dominium competat in prædictam Vrbem, eiuſque pagos, villas, loca,
„ oppida, caſtra, aliaſque quaſcumque attinentias, & pertinentias, & cum hæc omnia nobis
„ conſtiterint, & conſtent ex antiquiſſimis documentis tàm publicis, quàm priuatis eiuſdem
„ Familiæ. Idcircò omnibus maturè conſideratis declaramus, & terminando d. controverſi-
„ am pronunciamus, declarationem prædictorum Sereniſſimi Regis Vladislaui noſtri, ſimi-
„ liter Ioannis Progenitoris noſtri, aliorumque ordinum Regni, nullatenus contrariam fuiſ-
„ ſe, nec eſſe antiquiſſimis Iuribus dictæ Familiæ Marnauich, ſed vigore dd. Iurium præli-
„ batæque declarationis d. vrbem Niſſam eiuſque abſolutum Dominium cum omnibus arci-
„ bus, caſtris, oppidis, pagis, villis, locis, poſſeſſionibus, vtilitatibus, emolumentis, fodinis
„ cuiuſcunque metalli, terriſque arabilibus, cultis, & incultis, montibus, vallibus, & colli-
„ bus, agris, pratis, paſcuis, ſiluis, fænetis, nemoribus, vineis, & vinearum promontorijs,
„ aquis, fluuijs, lacubus, pontibus, vijſque publicis quibuſcunque, piſtrinis, piſcaturis, aqua-
„ rumque decurſibus, molendinis, & molendinorum locis, & generaliter quarumlibet vtili-
„ tatum, & pertinentiarum integritatibus, quibuſuis nominibus vocabulis vocitatis, ſub ſuis
„ limitibus, & metis antiquis, aliiſq. juribus, & præeminentijs, cum mero & mixto imperio
„ in perpetuum, communem fuiſſe, & eſſe debere prædicto Illuſtriſſimo, Inuictiſſimoque Prin-
„ cipi Georgio Iuanouich, pariter cum Magnifico viro prædicto Comite Tomco, eorumque

b b b b „ hære-

Digitized by Google

„ hæredibus, & poſteritatibus tanquam maſculæ proli, ex eodem ſtipite Sereniſſimi Regis
„ Vukaſſini, & eius fratris Goyki Magni Vayuodæ, legitimè deſcendentibus, ita ut nil am-
„ plius prędictus Comes quam d. Illuſtriſſimus Princeps, eorumque poſteri, legitimique de-
„ ſcendentes & ſucceſſores, nec non eorundem Officiales, & Miniſtri in Dominio iuriſdictione,
„ iuribus, prouentibus, emolumentis, alijſque quibuſcunque ex abſoluto dominio Niſſenſis
„ vrbis, eiuſque territorij, diſtrictus, & pertinentiarum tàm ſupra nominatarum, quam qua-
„ rumcunque aliarum prouenientibus habere poſſidere poſſint, ac valeant in perpetuum, ſed
„ pari iure, authoritate, dominio, iuriſdictione, vſu, vtilitatibuſque d. vrbis Niſſa cum om-
„ nibus attinentijs, pertinentijs, alijſque ab inde dependentibus, ijſdemque annexis, vti verum
„ eiuſdem Familiæ Patrimonium competat, & pertineat ad eundem Illuſtriſſimum Principem,
„ omneſque ex eo legitime deſcendentes, nec non ad prædictum Comitem, & pari conditione
„ ab' eo deſcendentes maſculinę ſobolis tamen, tanquam ex vno ſtipite Illuſtriſſimi q. Prin-
„ cipis Marnauæ patris Sereniſſimi Vukaſſini Regis, & Magni Vayvodæ Goyki per lineam
„ rectam, & legitimam ſuccedentes, & ſucceſſuros in poſterum perpetuis futuris temporibus,
„ pari ratione communia fuiſſe cognoſcimus, atque perpetuis futuris temporibus eſſe debere
„ ſentimus, pronunciamus, & declaramus prædictis Illuſtriſſimo Principi; ſicuti, & D. Co-
„ miti, eorumque legitimis hæredibus poſteris, & ſucceſſoribus omnia, & quæcunque nomi-
„ na, dignitates, titulos, prærogatiuas, & præeminentias eiuſdem Niſſenſis vrbis reſpectu,
„ & antiquiſſimæ Familiæ virtutum ac meritorum intuitu, conceſſa, & conceſſas, præſertim
„ à glor. me. Imperatoribus Conſtantinopolitanis, diuerſis Principibus d. Familiæ, nimirum
„ à Nicephoro, & Manuele Staniſſę Arkondæ Niſſenſis &c. à Balduino Imperatore Conſtan-
„ tinopolitano, Conſtantino Principi Straſimir nuncupato, Senatoris Conſtantinopolitani, &
„ Arkondæ Niſſenſis, a Michaele Paleologo, Repoſio Principi, Megalo Iupani, a Regibus
„ verò Bulgariæ atauis noſtris, & præſertim à Samuele, Tuartko Principi eiuſdem Familiæ,
„ Knez Veliki, demum à Stephano Nemauich Raſſiæ Rege, Lourinio patri Marnauæ Prin-
„ cipis, Staroſtæ Raſſiæ &c. quæ omnia nomina, dignitates, titulos, prærogatiuas, præe-
„ minentias vt proprias, & antiquiſſimas eiuſdem Familiæ agnoſcimus, ita amborum, vide-
„ licet Principis, & Comitis hæredum legitimorum & eorumdem ſucceſſorum, vt ſupra com-
„ munia perpetuo fore pronunciamus, neque tamen propter hanc pronunciationem, decla-
„ rationem, & ſententiam vllum ius dicto Magnifico Comiti Tomco eiuſque legitimis poſte-
„ ris, hæredibus, & ſucceſſoribus oriri, fierique intendimus in Principatibus, hæreditatibus,
„ proprietatibuſque legitimis dicti Illuſtriſſimi, Inuictiſſimique Principis Georgij in hæredi-
„ tarijs eius ditionibus Theſſaliæ, Albaniæ, Dibræ inferioris, ac ſuperioris Zadrimmæ &c. I-
„ tem Croiæ, Ochridæ, Caſtoriæ, Terrænouæ, & aliarum partium maritimarum Diocliæ,
„ Dalmatiæque, ſed eiuſdem Principis & eius hæredum, poſterorumque intelligantur & eſſe
„ debeant, legitima maſcula prole perdurante, ſicuti verſa vice dicto Illuſtriſſimo Principi in
„ Principatibus, hæreditatibus, proprietatibuſq. hæreditarijs dicti Comitis Tomco, nimirum
„ in ditionibus Staroſtatus Raſſiæ, Comitatus Zuonik, Dominij Voynizæ, Campi Godolien-
„ ſis, Comitatuum Cucieuo, & Braniceuo à ripa Danubij, ad ripam Murauæ, ſed eiuſdem
„ Comitis, ac illius legitimorum hæredum, ac poſterorum intelligantur, & eſſe debeant in
„ perpetuum legima maſcula prole perdurante. In defectu vero legitimæ maſculæ Prolis jux-
„ ta legum præſcripta, legitimis ſucceſſoribus, deficieñ fæminæ pleno iure tanquam in patrijs,
„ & auitijs bonis ſuccedere debeant, & ſuccedant. Quapropter hanc noſtram indicialem de-
„ clarationem, ſententiam, & pronunciationem teſtamur eandem planè fuiſſe, & eſſe debere
„ perpetuo cum mente, voluntate deliberatione, & declaratione Sereniſſimi olim Regis Vla-
„ dislaui Prædeceſſoris noſtri, nec non Ioannis progenitoris noſtri, nullaque in parte diſcor-
„ dare diſſentireue cum litteris declaratorijs ſupra memoratis Michaelis Zilagi Magnifici a-
„ uunculi noſtri, Domini Gubernatoris Regnorum noſtrorum Hungariæ &c. Reliquorumque
„ Prælatorum Baronum Regnorum. Ita vt nullo vnquam tempore quiſquam ſuper hoc ne-
„ gocio ita à nobis declarato vt ſupra, dubitare poſſit, aut valeat, illudque in iudicium,
„ multo minus in dubium apud quodcunque Tribunal reuocare ſiue proponere. Quę om-
„ nia perpetuo decreto, & ſententia ſemper, & vbique valitura ſtatuimus, & pronunciamus.
„ In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam duo exemplaria ſigilli noſtri ſecreti pen-
„ dentis, quo vt Rex Hungariæ vtimur, munimine roborata, fieri iuſſimus &c. Datum Bu-
„ dæ in Feſto Sanctorum Omnium milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo nono. Sequi-
„ tur ſigillum pendens ex filo ſerico viridi, nigroque intorto, in ipſo vero ſigillo ſuperextan-
„ te corona regia, quadripartito, in ſuperiori parte dextera, quatuor flumina Hungarica, in
„ ſiniſtra crux duplicata, in inferiori dextera parte tria capita leonina, in ſiniſtra leo ere-
„ ctus, in media vero quadraturę auis Coruo ſimilis, annulum noſtro gerens, orbiculari cir-
„ culo, nomine Regis, & Regnorum in cera expreſſo.

XIII.

Digitized by Google

XIII. *Mathias I. Corvinus.* Primæ curæ fuerunt Mathiæ ad ſiſtendos Turcarum progreſſus; hinc Szegedini Generali Congregatione inſtituta, quævis ad bellum ſunt ordinata. Reliqua inter Regum noſtrorum Decreta, quæ nobis videre licuit, iſtud etiam haberemus. Sed quia illud Cl. Pray Annal. P. 3. a pag. 226. exſcripſiſſet, quod cum noſtro congruit, perexigua varietate lectionis vocum quarundam, Item in noſtro annus 1458. exprimitur. Eandem perexiguam differentiam legimus vidimusque in montaneo Civitatis Græcenſis Zagrabienſis, Decreti II. Sigiſmundi Imp. & Regis, ubi etiam 1405. annus eſt, hujusque anni Decretum II. eſſe, exprimitur, nec eſt in conclusione, Andreæ Ragusienſis Archieppi mentio, bene vero in confirmatione facta Civitati 1406. Raguſini, Jadrenſis autem Colocenſisque, pro vacantibus ponuntur. Quare omiſſa Decreti hujus I. Mathiæ Regis deſcriptione, videndi legendique apud Cl. Pray. Ex eodem reflectendum lectorem cenſuimus. I. Illa quæ exercituationis fuere bellicæ decretum docere. 2dò: Barones ſæculares, diſtingui, a *Baronibus* intra Nobiles; ait enim decretum de his: *Sunt plures Nobiles, qui quodammodo Statum Baroniæ, ſeu alium honeſtum ſtatum ultra cæteros Nobiles habent.* Horum Baronum qui honoris fuêre, apud nos initia, credo a Sigiſmundo petenda, quamvis ante iſtud Mathiæ decretum eos me legiſſe, non reminiſcar. An autem hi Barones dicti fuerint, ab armis ſeu inſigniis, aut a caſtellis, certisque territoriis, Baroniæ aſſignatis? hic ego non conſtituam. Profectò litteralia monumenta, pro temporum circumſtantiis, ex tribus his capitibus, Barones hos meri honoris dictos profectosque fuiſſe teſtantur. Sub *Sigiſmundo* ab Inſigniis, majori intra cæteros prærogativa gaudebant. Sub *Mathia* ex eodem decreto, argui videntur, Baronum titulo *Caſtellani* veniſſe, proſequitur enim: *Omnium caſtellanorum & Nobilium Seneſcali, Dapiferi, pincernæ &c.* Vidi ego plura inſtrumenta diverſarum Nobilium Familiarum, quibus eorum majores, Pincernæ Dapiferi &c. olim fuiſſe ſive Epporum, ſive Frangepaniorum, Erdödiorum &c. exprimuntur. Deinde certa territoria, titulo Baroniæ veniſſe caret dubio, ſic Baro de Okich, Möttling &c. ſæpe legi. *Barones autem Regni*, qui olim ſui officii habuêre banderia, eminentiores fuiſſe caret dubio. De his in Decreto: *Tandem Barones ſæculares, quibus D. Rex adlevanda eorum banderia de proventibus Regalibus ſalaria dare tenetur* &c. Ut hinc profluant, prætenſiones illæ tot ſubſequentium legalium articulorum, de dandis ſalariis, Palatino, Bano, Vaivodis &c. 3tiò: Vetus illud *Auditorium Regium*, mutatum eſt hoc Decreto in Curiam Regiam, initiumque poſitum *Perſonalis Præſentiæ*, item abrogati per leges novellares, judicatus Proto-Notariorum. Sic enim Decretum: *Dominus Rex omnes Octavas & breves evocationes continuè juxta decretum celebrare, & judicare per Proto-Notarium & Judices deputatos faciat, & non prorogentur niſi tempore levationis exercitus . . NB . Et ſigillum ſpecialis præſentiæ ſuæ, dandi ad conſervandum cui maluerit, cum idem ſuæ Majeſtatis eſt, habeat facultatem.* Fuiſſe Proto-Notarios ante Mathiam Regem caret dubio, legimus enim hos ſub Ludovico &c. Sed judicandi poteſtatem, eos ante decretum hoc habuiſſe, non comperio. *Perſonalis autem Præſentiæ* officii, ante Mathiam Regem, ego non reperi memoriam. Ab exemplo Proto-Notarii Regis, quandoquidem uti Rex, ſic & Barones Regni perſonaliter adverſus Turcas ordinabantur, Judices quoque alii, Regnorum Ordinarii, a Sigiſmundo nominati, vices ſuas per ſuos Magiſtros Proto-Notarios ſupplendas voluere. Hinc eodem decreto ſancitur: *Magiſtri, Proto-Notarii, & ſex Aſſeſſores jurati, judicantes, & Procuratores Regni* (credo ut dicimus *allegantes* intelligi, conſtitutos attamen ad hoc officium *a Regno*) *exercituare non teneantur, ſed quilibet eorum pro ſe mittat unum Pharetrarium, & quod eorum jobagyones connumerentur.* Mirum mihi, adeo inſigne decretum, e Codice legum noſtrarum exmiſſum eſſe, niſi ſit, quod Mathias coronatus necdum fuerit. 4tò: Eſt diſtinctio intra Nobiles, Jobagyones, nam inquilini vulgo *Seliar*, quod nunc etiam in Sclavonia obtinet, connumerari ad exercituandum non poterant. 5tò: Singulare eſt: *Prælatorum jobagyones ſub propriis eorum banderiis, ſecundum connumerationem exercituare tenebuntur: Nobiles vero Eccleſiarum* (en firmari ea quæ diximus p. 261. &c.) *exercituare teneantur more antiquitus conſueto & non ſecundum connumerationem.* 6tò dum ait: *Nobiles Regni Sclavoniæ, ſecundum connumerationem reliquorum Regnicolarum* (nempe Hungariæ) exercituare teneantur, de inferioribus Comitatibus exprimit, haud vero de Comitatibus Zagrabienſi, Varaſdinenſi, Zagorienſi, & in parte Criſienſi, ut mox narrabimus. 7mò: Nulla eſt, ſive Regni Croatiæ, ſive Palatini, in hoc decreto mentio; ſed neque Supremi Capitanei, quin *Supremi Comitatuum Comites*, belli ductores Comitatuum conſtituuntur, dum legibus, ad tollendos ſpecificatos in Decreto abuſus, ſtatuitur: *ex tunc ductor belli, ſive Comes talis Comitatus cum pœnis decreti ſex marcharum, talem jobagionem, priſtino Domino ſuo reddat* &c. ut hinc ſucceſſivè *Vice-Comites* Capitaneos Comitatus dictos fuiſſe arguam. Sane,

Digitized by Google

ſi quod Decretum eſt, ex quo intelligi explicarique poſſunt, Banderium Regale, Baronum Regni, Prælatorum, Comitatus banderia, aliorum item, iſtud eſſe è primis invenio.

Apparatus decreto hoc indicati, adverſus Turcas progregi nequivêre, ob motus domeſticos civiliaque bella, quæ Fridericus Imperator omnino fovit, ſignificans etiam Papæ, ſibi à quibusdam Baronibus Regni Hungariæ, hoc Regnum offerri. Erant porro hi, Palatinus Ladislaus de Gara, Nicolaus Uylakius, Sigiſmundus Comes S. Georgii; Comites Frangepani &c. nexu ſanguinis affinitatumque Principibus Cilliæ olim conjuncti, atque ob interemptum Ulricum, a Ladislao Corvino, profeſſi domui Corvinianæ inimici. Joannes de Bittovicz, alias etiam de Gereben, in ſuis motibus varius fuiſſe ex inſtrumentis arguitur, initioque factionem Friderici fovit. Civitas Regia Græcenſis Zagrabienſis, ob prætenſum pignus Friderico parebat, Capitaneumque Imp. recepit Chriſtophorum Hachburper. Capitulum Zagrabienſe, conſilio Py II. Papæ, alias Æneæ Sylvy manſit neutrale. Factioſi hi, die 14. Kal. Martii Anno 1459. Fridericum in Regem Hungariæ proclamant, & *Neoſtadii* in Auſtria, *Dominica Lætare*, Fridericus, cum aliunde Coronam Hungariæ habuiſſet in ſua poteſtate, coronatur. Eheu quæ iterum rerum facies, atque confuſio. Inſtituti mei non eſt, res his motibus geſtas deſcribere. Obſervare tamen lectorem cupio 1. Fridericum Imp. in epiſtola ſua ad Papam Pium, haud ſive Imperii jure, ſive alio prætendiſſe Regnum Coronamque Hungariæ; verum Pio quoque teſte: *Nobis ſignificabas, per nonnullos ex Regni Hungariæ Baronibus tractari ut ad id Regnum in Regem eligereris.* II. Pium Papam, doctum rerumque cognitione fulgidum, in hujusmodi diſſenſionibus, quamvis tam a Friderico Imp. quam & Rege Mathia, ſingulari affectu coleretur, prætenſionem nullam juris Pontificii formaviſſe, quin Mathiæ Regis electionem, juſtam legitimamque, ex epiſtolis ſuis, agnoviſſe deducitur. Ait quidem in epiſtola ſua ad Fridericum Imp. Pius: *Venerunt - Oratores Mathiæ, qui ſe pro Rege Hungariæ gerit, - - ad præſtandam nobis & Sedi Apoſtolicæ debitam reverentiam & obedientiam*; at non exprimit, ratione Coronæ, dignitatisque Regiæ, ac ipſius Regni Hungariæ, ut Deſericzius, hujusque Auctores, & ſectatores; verum: *ut cæteri Reges & Principes Catholici faciunt.* Hinc hujus rei ſignificatione, indicavit Friderico, Mathiam a ſe, ſedeque Apoſtolica, vigore liberæ electionis, pro Rege agnoſci, ſubditque in robur, quod ſalva honeſtate ſua, Sedisque Apoſtolicæ honore, ſecus facere nequeat, quia in Regni, Regiique nominis poſſeſſione Mathiam reperiſſet, ipſeque in primordiis Apoſtolatus ſui, Mathiam Regem nuncupâſſet, prouti a prædeceſſore ſuo Caliſto fuerat appellatus. Porro illud ſuperius, reverentiæ obedientiæque erga Apoſtolicam Sedem & Pontificem, ut cæteri Reges, & Principes Catholici faciunt, ipſe Pius, eadem epiſtola declarat, dum ait: *Et quia ad Pontificem ſpectat, Imperatori tanquam alteri mundi lumini in omnibus fautorem eſſe, hortamur - - in Domino* &c. Exprimit hic, doctus Pontifex, *ſublimiores poteſtates*, harumque per unionem officium, ea ferme ratione, ut eſt inter corpus, atque ſpiritum in homine, quæ dum unita ſunt, rectè quævis agi, docet experientia, ſi vero aut caro adverſus ſpiritum rebellet, aut ſpiritus in carnem ſive corpus ſeverius caſtigando inſurgat; aut plane negligat, vel ut in ægritudinibus, commoveantur turbataque ſint, non ſolum in moralibus, ſed in vita ipſa, adeſt homini periculum, ut eſtò indefinitus medicorum ſit numerus, unione intra ſpiritum & corpus diſſoluta, mortem & cadavera ſequi neceſſum eſt: ſic æque ſublimioribus poteſtatibus, quibus anima omnis ſubjecta eſt, unionem non ſervantibus, ſeſeque mutuo non foventibus, indefiniti licèt fuerint militum exercitus, ſi unio illa conſervans ſublimiores poteſtates, diſſoluta fuerit, eas perituras deſtruendasque, docet Veteris Synagogæ, Regnique Judæorum interitus, tot Monarchiarum, Regnorumque ruina. Ex hujusmodi credo principiis, magis percipi, quid ſit Catholicorum unio? quid cum Sede Apoſtolica conjunctio? & quam hæc neceſſaria ſit, ad Rerumpublicarum ſalutem conſervationemque, quam quod Pontifex Romanus, ſit Monarcha abſolutus terrarum orbis, ipſique ratione dignitatis Regiæ & Regnorum, obligentur Reges in mundo omnes, vovere inſtar Clauſtralium obedientiam. Certe teſte experientia, nec caro ſemper obedit ſpiritui; nec ſpiritus quibusvis per ſenſus præſentatis, ſubſcribit.

Profecto ex quibusvis Pii II. operationibus videre eſt, ſpiritualem illam poteſtatem, ſic eum exercuiſſe, ut jura cuivis ſua ſalva reliquerit, nec diſputavit de jurium ſuorum amplitudine, verum unicè ſolicitus erat, ſi per Unionem Chriſtianorum Principum, a Mahomedanis Chriſtianorum Principum Regna non deleantur. Hoc ſuæ evincunt epiſtolæ, hoc Mantuanus Conventus; Beſſarionis Cardinalis, ad ſedendas Principum Chriſtianorum diſcordias, & bello in Turcas decernendo per eos, ablegatio; (ſunt nobis binæ, hoc in merito, per Cardinalem recitatæ orationes, anno 1592. impræſſæ) cura tregvarum intra Fridericum & Mathiam, ac demum intra eosdem 1463. procurata ſancitaque pax; elargita Chriſtianis in ære ac mili-

Digitized by Google

milite ſubſidia &c. ut omnino Pius II. exemplo docuerit, quid, exprimat Unio illa, Catholicorum Principum, cum Papa Sedeque Apoſtolica. Ignorâſſe quis dicet Pium, Bonifacii VIII. item IX. prætenſiones ac exempla; ipſe attamen exempla illa, pro lege, non habuit, verum ſecundum Evangelii inſtituta, rectamve rationem, poteſtate ſua uſus, plus ſtuduit paci, quam extendendæ ſuæ potentiæ temporali, plus Chriſtianorum rebus, quam privatis commodis. Quod miſſis cæteris, abunde teſtatus eſt, in Boſnenſium petitis, de dando illis Rege, conſtituendisque Epiſcopis, poſt perfidiam cædemque Stephani Tomaſſevich Regis Boſniæ ultimi. Vide hic epiſt. Mathiæ ad Pium anno 1460. ſcriptam relatamque a Pray Annal. P. 3. pag. 255. qua jus Regum Hungariæ in Boſniam firmatur. Pii item reſponſorias p. 257. quibus: *Scimus - - - Coronam fuiſſe - - poſtulatam - - quam ſi ulla ratione fuiſſemus daturi, non ſine honore & beneplacito tuo, qui jus ad illam prætendis, dandam cenſuiſſemus - -* pro motivo credulitatis Mathiæ dans: *Nec credere debes Sedem Apoſtolicam aliquid conceſſuram, quod vel DEO ingratum, aut tibi præjudiciale eſſe quomodolibet poſſit. Pontificem habes* (advertere velis lector) *qui & juſti eſt cultor, & quemque in ſuo jure ſervare deſiderat.* Legato autem ſuo: *Vidimus quoque, quod - - Mathias Rex de adventu Oratorum Thomæ Regis anxiè ſuſpicetur - - - - Nos qui non aliter quam Tu, de Rege Boſniæ ſentimus, conceſſuros nil eſſe, quod noſtram & Mathiæ præfati æſtimationem poſſit quoquo modo offendere.* Errant proinde omnes illi, qui *doctos eruditosque viros*, ad publica officia incapaces eſſe cenſent, eisdemque inimicantur, quod irrationabiles conſuetudines, præjudicia, exemplave non ſequendo, confuſiones cauſarent. Pius II. ut doctus eruditusque, ſecundum præjudicia & exempla non vixit, ſed ut juris gnarus, *juſti erat cultor*, & *quemvis in ſuo jure ſervavit.* Si anteceſſores ſui, eandem ſervâſſent regulam, Hungariæ Regnum Regesque Apoſtolici, tot calamitates & jacturas, quas nunc quoque patiuntur, non ſubiviſſent.

Mathias hinc premebatur a Turcis, perfidiaque Boſnenſium, illinc diſcordiis Procerum, dum pars Friderico Imp. ſtuduit, Giſcra vero cum quibusdam Caſimiro. Magnitudinem nihilominus animi ſatis teſtatus eſt, dum rebus tot tantisque mederi providereque ſtuduit. Cum Alberto Auſtriæ conſociationem pactus, Pium II. interpellare continuo non omiſit, benevolentiam ſingulorum captabat. Sed miſſis quibusvis cæteris, memorias tantum Partium harum, refferemus. Itaque

Sclavonia hæc noſtra, qua in confuſione fuerit? ex ſuperioribus liquet. Adminiſtratio bonorum Eccleſiæ, quod annis multis penes ſæculares fuerit, in hiſt. Eccl. Zagr. docemus. *Mathias* Demetrium Chupor, poſt electionem ſui, Eccleſiæ huic Epiſcopum dixerat. Sed tum ob injurias, Bonis Capli illatas, cauſatasque per Caſparem Chupor de Monoſzlo, Clerus Superiorque Sclavonia, hunc deteſtabantur; cum etiam, ne ob Friderici prætenſiones, & neutralitatem declaratam, Demetrium agnoſcendo, videantur ad partes Mathiæ conceſſiſſe. Hoc attamen impedire non potuit, moleſtias in Sclavonia. Enimvero Græcenſis Zagrabienſis Civitas, quæ ex pignoris relati prætenſione, Friderico Imp. parebat, anno jam 1459. Capitulo cauſabat moleſtias, & Thomas Auranæ Prior de Familia Zekell, ſuperiorem vaſtabat Sclavoniam, ac Boſako, caſtrumque Kemlek occupavit. Caſtra item Kozara, Verbaz, Stenichnjak &c. Mathias, Nicolaum de Uylak ad ſuas partes promiſſis traductum, ac a Friderico Imp. deficientem, docentibus monumentis, primo Tranſilvaniæ Vajvodam dixerat, tum Machovienſem, & Sclavoniæ Banum. Nicolai Banatus ad Sclavoniam ſuperiorem extenſus non fuerat illico, quia Joannes de Gereben Banum egit, evincente hoc mandato ſuo, anni 1460. quô mandat Comitatui Zagrabienſi, ut adverſus Thomam Auranæ Priorem, inſurgant; & Capituli Bona deſtrui non tollerent. Quia verò Capitulum vigore Decretorum Concilii Baſileenſis, ad Joannem Eppum Quinque-Eccleſienſem provocâſſet, ipſe autem Capituli neutralitatem Mathiæ commendâſſet, Rex *Joannem* Epiſcopum Varadienſem in ſuperiorem hanc Sclavoniam mittit, conturbatis ejus rebus ſanandis, ſub titulo Gubernatoris Protectorisque Eccleſiæ Zagrabienſis. *Joannes* licèt (teſte epiſtola Mathiæ ad Pium) *in Sclavoniam duntaxat miſſus*, ad Imperatorem Romanorum ultro ſponteque divertit, facile ne moleſtiæ ſibi quævis eveniant; felixque ſic fuerat, ut Imperatorem, ad ineundam cum Rege Mathia pacem flecteret, quæ pax demum in publicas tabulas eſt relata. Exhibet tabulas has Illm. Eruditiſſimusque D. Adamus Franciſcus Kollar, in auctario diplomatico, addito Urſino Velio, quas iſthic videas. Neque mireris, Friderico *titulos* Regis Hung. Dal. Croat. permiſſos fuiſſe. Hoc enim eveniſſe credo, quod Coronatus extiterit. Temporum autem circumſtantiæ non ferebant, ut coronatio illa, Neoſtadii in Auſtria facta, caſſari queat, præcipue dum admiſſi tituli, medium fuêre, ad recipiendam a Friderico Coronam, coronandumque Mathiam Regem libere electum, & ab anno 1458. vi ſolius electionis, Regia utentem poteſtate.

Quia nihilominus in iisdem tabulis, nulla obſervaretur mentio, de ſuperiore hac Sclavonia, quid de illa diſpoſitum tum fuerat? mihi ea ſors non obtigit, ut demonſtrare valeam. Arguo attamen, Sclavoniam hanc, utpote Varaſdinenſem, Zagorienſem, Zagrabienſem, Criſienſem Comitatus, aut pactis diſtinctis Mathiæ obtigiſſe, aut ſponte ac ultro ad eum acceſſiſſe. Opinionis hujus meæ, motiva ſunt ſequentia. I. Quod intra Regni Sclavoniæ monumenta, in extractu ſuo, refferat Cl. Ritterus, extare: de anno 1462. Prælatorum & Baronum Regni Hungariæ, inter quos *Nicolaus de Uylak totius Sclavoniæ Banus.* Item, *Nicolaus de Dombo, Regnorum Dalm. & Croat. Banus*, fidejuſſorum Hungaris pro Mathia, quod a Nobilibus Regni nullam contributionem ſit petiturus. 16. ſigillis ſignata. Extare quoque ejusdem Mathiæ Regis diploma, de contributione, non exigenda, nec petenda, in verbo Regio & fide Chriſtiana. Proinde Comitatus antedictos Sclavoniæ, a Friderico ceſſos Mathiæ fuiſſe, una cum Dalmatia Croatiaque deduco, dum Bani harum Regionum, clientes Mathiæ exprimuntur. II. Habemus ex autographo deſcriptum a nobis exemplar, *Datum Budæ, Die Dominico proximo poſt Feſtum Aſcenſionis Domini Anno 1262.* Mathiæ Regis, ad Capitulum Zagrabienſe mandati, *pro parte fidelis noſtri. Religioſi fratris Euſtachii Prioris Clauſtri B. Nicolai Conf. Ordinis Prædicatorum Zagrabiæ fundati, ac univerſorum aliorum fratrum in eodem Clauſtro degentium - - ut - pro reformatione ejusdem Clauſtri, quod in maxima ſui parte, quam plurimis ædificiis eget*, miſſo ſuo, aſſumptoque Regio homine ex quinque nominatis, fatum Conventum ſtatuant ad dominium vadi in flumine Savi, *vulgariter Vadum Regium* vocatum, cum cunctis ejusdem vadi utilitatibus, proventibus, obventionibus lucris, pro præfato Clauſtro, infra ſpatium 5. integrorum annorum poſt ſeſe immediate ſequentium, percipiendis; *vigore litterarum noſtrarum donationalium exinde confectarum.* Quæ monſtrant anno hoc, Mathiæ Regis poſſeſſorium, ſuperioris hujus Sclavoniæ. III. Eodem anno 1462. Fer. 4. poſt Feſt. B. Laurentii Zegedinô, mandat Mathias Rex litteris ſuis, ut non negent teſtimonia ſua, inquiens: *Fidelibus noſtris, Zagrabienſi, Chaſmenſi, & de Poſega Eccleſiarum Capitulis ſalutem & gratiam. Exponitur Majeſtati noſtræ, in perſona fidelis noſtri Magfici Georgii Comitis de Blagai, admodum gravis querella; quomodo vos, pro executione negotiorum ſuorum, ad ejus ſæpiſſimas petitiones, in favorem Spectabilis & Mgficorum, Martini de Frangepanibus, Segniæ, Vegliæ, & Modruſſiæ Comitis; & Joannis Bitthovecz de Gereben Regni noſtri Sclavoniæ, Bani; veſtrum teſtimonium non mitteretis, in præjudicium eorundem* &c. Ubi, quia fata Capitula ſibi fidelia, Rex exprimeret; prouti etiam Sclavoniam Regnum ſuum, eo magis conſequitur, anno 1462. totam Sclavoniam, opera Joannis Varadienſis Eppi, Mathiæ ſubjectam fuiſſe, quod Martinus Frangepani, & Joannes Bitthovecz, quamvis titulô Banus Sclavoniæ, quà adhuc a Friderico non ſeparati, causâ fœderum necdum ratificatorum publicatorumque, nequaquam per ſe, relatum orârunt mandatum; verum medio Comitis Gregorii de Blagai, quem *Fidelem ſuum*, Mathias exprimeret, haud autem Martinum Frangep. & Joannem Banum. Sane anno 1463. antequam pacta fœderis intra Fridericum & Mathiam ſubſcripta fuiſſent, *Joannes Bitthovecz Banus*, Bona Capli Zagrabienſis Thoplica occupaverat. Martinus autem Frangepani, Feria 6. ante Pentecoſten villas Capli Siſzeg, Prachno, Urithie, & Goricza ſpoliavit, & poſt ſubſcripta die 19. Julii intra Fridericum & Mathiam fœdera, Caplum Chaſmenſe, ad mandatum Mathiæ, Feria 6. poſt Feſt. S. Michaelis de his inquirit, & Caplo quævis reſtituuntur. Anno autem ſequente 1464. pôſt Mathiæ Regis coronationem, fatus Martinus pro illatis damnis, coram Archieppo Strigonienſi, tranſigit. IIII. Illico ac coronatus erat Mathias, anno 1464. docentibus Eccl. Zagr. monumentis, nominatim mandatô, ſuaque Regia reſolutione, expedita Budæ Feria 6. poſt Feſt. SS. Tiburtii & Valeriani, Regni anno VII. ne Bani Sclavoniæ, a ſe conſtituti, Capitulum Zagr. in libertatibus immunitatibusque ipſi datis, a Regibus Hung. Bela, Andrea, Stephano moleſtent, uti Bani his diſturbiorum temporibus moleſtabant; Banos Sclavoniæ conſtituit: *Emericum de Zapolya Gubernatorem Boſnenſem*, & Nicolaum de Vylak Vaivodam Tranſilvaniæ, qui dum in decreto Mathiæ anni 1464. Banus Machovienſis exprimitur, in monumentis autem Sclavoniæ, *Banus Sclavoniæ*, vel adjunctum habuit inferioris Sclavoniæ Banatum, vel per Banum Machovienſem, deſignabatur inferioris Sclavoniæ Banus: Emericus autem ſuperioris Sclavoniæ, uti etiam Dal. & Croatiæ, Bani erant, docentibus hæc ſententiis ab Emerico latis.

His attamen non obſtantibus, totam ſuperiorem Sclavoniam, hac occaſione Mathiæ paruiſſe, nec dicere nec ſtatuere valemus. Verum eſt Art. 13. anni 1464. ſtatui: *Regnum noſtrum Sclavoniæ, & partes Tranſylvaniæ in omnibus antiquis bonis libertatibus. conſuetudinibus & juribus ſuis conſerventur.* Sclavoniæque Banos, in concluſione fati decreti exprimi, verum quoque eſt: Anno 1465. Mathiam conceſſiſſe Privilegium Univerſitati Nobilium

Digitized by Google

bilium Regni Sclavoniæ, ut *Proto-Notarium* communibus votis eligant, electum Bano præſentent, cui ſigillum Banale (ſeu Regni Sclavoniæ) ſub ſigillis eatenus deputatorum conſignetur. Ab expeditionibus ſub ſigillo hoc emanandis, non niſi media taxa in Curia Regia deponi ſolita exigatur. Juramentum etiam, in Curia Regia impoſitum, in ſequentibus octavis Banalibus deponatur. Omnesque cauſæ (exceptis notæ infidelitatis; Perſonarum item in Hungaria officiolatus tenentium; vel ſubditorum Banalium; aut a Rege, a judicatu Banali exemptorum) in octavis Banalibus judicentur: utque appellatio fiat ad Curiam Regiam. (ut in extractu Monumentor. Reg.) Quin eodem hoc anno 1465. Feria 6. ante Dominicam Palmarum Comitatus Zagrabienſis, Emerico de Zapolya Boſnæ Gubernatori, Dalmatiæ Croatiæ; & Nicolao de Uylak, *Sclavoniæ Banis*, retulit inquiſitionem juſſu Mathiæ Regis factam, de quibusvis exceſſibus, per Joannem Bitthovecz tunc Sclavoniæ Banum; Cives item Civitatis Græcenſis Zagrabienſis, ab annis 20. patratos; attamen tam fata modo Civitas, quam etiam Varaſdinenſis, in parte aliqua, Comitatus; hoc anno 1465. & ſequentibus, Friderico paruiſſe (fors ob prætenſas a Sigiſmundo Rege, factas olim Comitibus Ciliæ oppignorationes) deducuntur. Enimvero I. In expeditione contra Turcas anno hoc 1465. decreta (vide pag. 180. hiſt. Eccl. Zag.) eximendo Capitulum Zagrabienſe ab exercituatione, diſponit ut dent equos onerarios à bonis ſuis, *ſecundum ordinationem Friderici Lamberg Capitanei Caſtri Regii* (nempe Friderici, qui Regios gerebat titulos) *Cſaktornya.* II. Capitaneus Civitatis Zagrabienſis, Chriſtophorus Hachburger, Fer. 2. Pentecoſt. hoc eodem anno, ſcribit Cſaktornya Capitulo: *Cives Regiæ meæ Mattis, apud me conqueruntur, quod aquas ipſis ab antiquo ſpectatas violentè occupaveritis - - - Georgio de Bexin bene notum eſt, quod nulla partium alteri parti, aliquod præjudicium aut damnum inferet, pactum eſſe. Hoc tamen in noſtri abſentia minime obſervatum eſt, cum velitis Civitatem Regiam juribus ſuis privare. Protector ejus ſumus conſtituti, & homines quos familiares noſtri detinuerunt, ita corigemus, ut amodo ſciant, quomodo Civitatem Regiam, juribus privabunt. Et ſi tranquillitatem non vultis, de litibus vobis providebimus, apud filium Imperatoriæ Regiæ Mattis, cum tamen potius obſequia noſtra præſtaremus, ſi ea acceptaretis &c.*

Anno 1466. Mathias Rex *Oſvaldum* de Zenthlaſzlo, Epiſcopum Zagrabienſem, conſtituit; *Joannem autem Tuz* de Lak Dal. Croat. Boſ. & Sclav. Banum; Item Joannem alterum Comitem Zagoriæ, in Banatu Sclavoniæ adjungit, docentibus hæc monumentis Eccl. Zagr. Hi, neſcio qua de cauſa? turbârunt multum Imper. Friderici dominia, ut hæc ad Mathiam Regem deveniſſe, dubio careat, dicemusque infra. Verum qualiter? an reluitione prætenſorum pignorum? aut armorum jure ob Turcas qui graſſabantur, ut a pag. 181. Hiſt. Eccl. Zagr. videre eſt, eruere nequivimus. *Cſaktornam* Anno 1470. Mathiæ Regis fuiſſe, evincit donatio relata a P. Joſeph Bedekovich p. 229. Budæ expedita 1470. ubi: *Nos Mathias DEI Gratia Rex Hungariæ &c. - - Quod nos - - totalem poſſeſſionem Gardinovecz vocatam, in Comitatu Varaſdinenſi, & diſtrictu Drava Muraköz* &c. Eodemque Anno *Joannes Ernuſzt* de Cſaktornja invenitur, anno autem 1474. Banus Sclavoniæ, ut mandatum Mathiæ Regis evinceret, quo jubet, Nobiles Comitatus Varaſdinenſis adſtringi per eum ad ſolvendas Oſvaldo Epiſcopo decimas. M. D. Adamus Franc. Kollar; Suæ Apoſt. Mat. a Conſiliis, & Auguſtæ Cæſar. Reg. Biblioth. Cuſtos Primarius, in Auctario addito Veleo Urſino meminit Articulorum pacis & concordiæ intra Imp. Fridericum & Mathiam Hung. Regem, Die ultima Novemb. item I. Decemb. Corneuburgi anno 1477. de terris, harumque conſervatione, partis utriusque. Sed quia has non exſcripſiſſet, ſi fieri poteſt, poſt pronam illam Auguſtiſſimæ Dominæ Noſtræ, in utiles Reipublicæ litteras voluntatem, & editum auctoritate ſua Regia art. XI. & XII. anni 1765. ut eas, pro ſuo amore, in bonas utilesqae litteras, exorare communicandas a Clementiſſimis Dominis noſtris dignetur, oramus. Illæ ſpero dabunt docebuntque; quorum demonſtrandorum ego impos ſum. Interim non ſolum ex præmiſſis, ſed ſequentibus mox, indubium eſſe videtur: Mathiam, ultra Inſulam Cſaktornenſem, Civitatem item Zagrabienſem, integrum totumque Zagorienſem veterem Comitatum, a Friderico Imp. recepiſſe, ea ratione, qua hunc olim, Bela IV. Rex tenuit poſſeditque. Vide pag. 204. &c. ſuperius relata. Sane deducimus arguimusque hæc I. ex Diplomate concordiæ intra Fridericum Imp. & Vladislaum II. Regem noſtrum 1491. ſancitæ, relato in memorato Auctario per Eruditiſſ. D. Kollar a p. 230. ubi: *Quod ad tollendas & prorſus extinguendas hoſtilitates, guerras, - - - inter - - Reges, eorumque terras, principatus, dominia, ſubditos & incolas ex una; & ſereniſſimum condam Dominum Mathiam Hung. & Bohem. Regem &c. conſequenterque Sereniſſ. Principem & Dominum, Dominum Wladislaum - - ac Inclytum Regnum Hungariæ, Regna, Principatus, & dominia illi pertinentia, eorundemque ſubditos & incolas,*

Digitized by Google

las, partibus ex altera; dudum exortas. Et occaſione juris - - poſt ipſius Domini Mathiæ Regis mortem, uſque ad hæc tempora noſtra continuatas &c. Inferius verò: *Conventum eſt, quod infraſcripta loca - - conſignari debent - - ſunt hæc & nonnulla alia loca fere omnia apud manus Jacobi Zekel, videlicet Pethovia, Pryſatcz, vel alio nomine Rain* (Runam latinè vocant, Sclavonicè Breſczi, Breſetcz) *Liechtenwald, Reichenſtain, & ſi qua ſint alia hic non nominata, eadem lege tradi debebunt* &c. II. Ex actis Regni Sclavoniæ publicis, ſive protocollis, & Regni Articulis, pag. 272. hiſt. Eccl. Zagr. notam tunc omnibus prætenſionem, loca ſuperius generatim accepta, retulimus, videlicet: *Mokricza, Breſecz, Wiſely, Kunſperg, Chetertek, Piſacz, Koſje, Szreda, Raka, Rogatecz, Trokenburg, Kerchko, Koſtanievecz, Thurn, S. Peter, Faſtenberg, Metlica, Kochevje, Chernovlje. Arces & diſtrictus aliunde ad Regnum Sclavoniæ pertinentes, & in Comitatibus Regni Sclavoniæ exiſtentes.* III. Ex monumentis oppidi Caſtrique Samobor, perſpicuum eſt: *Caſtrum Samobor*, anno 1488. a Petro Tarnok de Maclikos Capitaneo Segnienſi antea poſſeſſum, Mathiæ I. Regi venditum, atque ab hoc, Barbaræ Comitis Dujmy de Frangepanibus conſorti, cum omnibus appertinentiis (oppido tamen excepto) pro *Caſtro Ormoſd* intra eundem annum, datum cambiatumque fuiſſe. Ut hinc *Caſtrum Ormoſd* ſicut antea ad Frangepanos, ſacramque Coronam pertinuiſſe clarum eſſet; ita poſt hoc cambium, Regium extitiſſe, atque omnino jurisdictionis limitaneæ militaris; ut ſucceſſive ſub Ferdinando I. Comes Franciſcus de Batthyan, caſtri, militiæque Ormoſd Præfectus, in Sclavoniam, ut infra dicturi, jurisdictionem militarem transtulerit. IV. Pondus mox relatis adfert diploma Vladislai, Decretis Regum inſertum, de anno 1490. ubi: *Item quod ex quo præfatus quondam Mathias Rex, Auſtriam, & nonnulla Caſtra & Civitates in Stiria, Carinthia, & Carniolia, theſauro Regni Hungariæ aquiſivit & obtinuit. Ob hoc promittimus & nos obligamus, quod - - abſque ſpeciali & expræſſo conſenſu - - Dominorum Prælatorum & Baronum nunquam reſtituemus, ſed teneamus ad Coronam Ungariæ - - nec aliqua mundi via ab Ungaria alienemus.* Proinde concludimus Mathiam Regem, non tantum Chaktornjam & Zagrabiam, at integrum Comitatum olim Zagoriæ, & ex parte Croatiæ Metlicam, Kochevje, Chernovlje &c. ſecundum jura legitima, ſuperius ſuis locis inſinuata, revindicaſſe tenuiſſeque, ſi non ab anno 1466. dubio procul ab anno 1470. Quædam, haud ex præmiſſis, & aliis, Friderico reliquerit, ſub obligatione pendendorum decem millium florenorum, dum ab his pendendis anno 1492. die 16. Martii Wladislaus Rex, eundem Fridericum Imp. abſolveret. Exhibentur litteræ p. 265. fati Auctarii diplomatici.

Mathias Rex Sclavonia integra potitus, quam gubernandæ hujus rationem ſervavit, ex monumentis ſequentia eruimus. In decreto anni 1465. Art. 19. abunde teſtatur, quæ fuit ex indicatis partium Friderici ac Mathiæ ſubditorum Sclavoniæ ſtudiis & ſequellis, conſequendæ juſtitiæ ratio, quare tametſi anno 1464. per elargitum privilegium, ut retulimus ſuperius regulaſſet quævis, occaſione nihilominus anteriorum diſcordiarum, animoſitatibus ad conſuetudinem deventis, dum anno 1467. Univerſitas Nobilium Regni Sclavoniæ in eligendo Proto-Notario conſentire nequiviſſet, Rex *Joannem de Korotna*, Sclavoniæ Regni Proto-Notarium dixit, mandans illi ſigillum tradi. Quod tametſi feciſſent, tamen quia idem ſigillum recepiſſent, tradidiſſentque alteri, Mathias Rex quævis judicia in Octavis S. Jacobi celebrata, ob hanc ſigilli receptionem caſſat. Hinc emanat, quod Protonotarius Sclavoniæ, *Regni* haud vero *Banalis* nuncupetur, eligaturque ex proponendis per Banum a Statibus Regni Sclavoniæ. Vice-Banus autem per Banum ex lubitu denominetur, hujusque officium ceſſet, Bani nominantis mutatione; Protonotarii autem maneat, ſitque firmum. Anno illo eodem 1467. Joannes Thuz Banus, Ladislao de Gereben Vice-Banatum contulerat. II. Relatæ mox diſcordiæ cauſârunt, ut Mathias, Palatinorum Regni judicio Sclavoniam ſubjeciſſet, Banis hac ætate rebus bellicis occupatis. Binæ nobis ſunt ſententiæ, a Palatinis latæ. Hoc afflixit Sclavoniam, ut ad preces ejus, anno 1468. per diploma, Comitatus Varaſdinenſem, Criſienſem, & de Verovcze a Generali ſeu Palatinali judicio ad quinquennium eximeret: Birſagia inſuper quævis uſque ad tempus Coronationis ſuæ, per quemcunque incurſa relaxando. Evoluto hoc Quinquennio, anno 1475. transegit Oſvaldus Eppus Zagrabienſis, cum Nobilium pluribus, coram Palatino Michaele Orſzagh de Güth. Hæc Palatini judicia, cum gravia Sclavis viderentur, neſcio qualem conventionem cum Rege Mathia inniverant, dum unicè in extractu monumentorum Regni legerem: 1478. Reſcriptum Mathiæ Regis, ad univerſitatem Nobilium Regni Sclavoniæ, quo mediante mandat, ut pecunia pro prorogato judicio Palatinali impoſita, deſumatur. Item 1481. de dato Zagrabiæ, mandatum Mathiæ Regis ad poſſeſſionatos homines Comit. Criſienſis directum, quo gratia datur convictis in actibus potentiariis, erga oblatum ab omnibus bonis, medii floreni ſubſidium, ad quod exigendum

Com-

Digitized by Google

Commiſſarios Ladislaum Bolffi de Deche, & Balthaſarem de Batthyan denominat; una committens *Ladislao de Eggervara Regni Sclavoniæ Bano*, & ejus Vicebanis, ut per omnia gravamina ad præſtandum oblatum ſubſidium eos compellant. Et quia ſemet oppoſuiſſent, notat extractus: 1481. Zagrabiæ, grationales Mathiæ Regis, proſcriptis in poſtremo generali judicio in rebus & perſonis eorum, elargitæ; erga oblatum per Regnum unius fl. ſubſidium, per Ladislaum de Eggervara exigendum. Credo ego occaſione hac reſtituta fuiſſe Sclavoniæ judicia, equidem lego in eodem extractu, 1489. Mandatum Mathiæ Regis, per Urbanum Eppum Agrienſem tranſumptum, ne *Prorogatoriis Regiis*, in derogamen legum publicarum locus detur in judiciis. Item: 1489. Mathiæ Regis mandatum, quó, omnes ſententiæ per Joannem de Korotna Protonot. Reg. Sclav. contra Oſvaldum Eppum Zag. latæ, ſuſpenduntur, quoad Privilegia Eccl. Zagr. revideantur. Priora firmari videntur art. XI. Diætæ 1478. Reſtitutio autem judiciorum art. 50. 1486. quo judicium judicatusque Comitum Zagoriæ aboletur, & cauſantes ſedi ſeu judicio Banorum Sclavoniæ ſubjiciuntur.

Porro notandum hic venit. *Zagoriam* aliam eſſe, quæ olim erat in Chulmia, nunc Herczegovina, poſt hodiernum *Dabar*, quæ nunc Turcarum eſt; aliam in Sclavonia, intra hanc & Stiriam. Atque Zagoriæ hujus, ut hodie eſt, pars ad Stiriam pertinet, pars ad Sclavoniam Comitatumque Varaſdinenſem. De illa priore, hoc eſt Turcica, nullus hic ſermo eſt. De poſteriore autem, ſuperiora noſtra quævis intelligenda. Olim pertinebat, integer iſte Comitatus ad Sclavoniam, adeoque ad Sacram Regni Ungariæ Coronam. Semper nihilominus quadam diſtincta ab aliis prærogativa gaviſus deducitur. Sub Bela IV. Rege, ut limitaneus, vide p. 202. *Quod Nobiles de Zagoria* &c. Banorum immediate judicio, erat ſubjectus. Sub Sigiſmundo Comitibus Ciliæ, ut horum Principatus. Deinde ſuos habuit Comites proprios, ut Joannem de Bithovecz, Georgium Pariſan (ex monumentis p. 154. H. E. Zag.) ac demum 1486. per art. 50. judicia hujus Comitatus Zagoriæ ſublata ſunt, ipſeque ſecundum Belæ IV. ordinationem, foro judicatuique Banali fuit reſtitutus. Comes attamen Zagoriæ, quod ſervatus ſit, concluſio Decreti anni 1486. demonſtrat, ubi *Wilhelmo Comite Zagoriæ*. Fuit autem hac ætate, & ſub Mathia Rege Comitatus Zagoriæ latiſſimus, uti ex ſuperius deductis conſtaret. Quibus addas, quæ H. E. Zag. p. 188. de bellis Mathiæ ad Stiriam geſtis retulimus. Succeſſivè ac ſub Vladislao II. dum per fœdera partitus fuiſſet, pars Sclavoniæ relicta ad Comitatum Varaſdinenſem devenit. Varaſdinenſis autem Comitatus, ætate hac; non ſolum diſtrictus erat Vinicenſis, & pars Cis-Dravana, ſed Inſula quam hodie Muraköſs, aut Chaktornjenſem vocamus, ſpectabat. Demonſtrant iſtud Veterum Carthæ; nam Conventus Chaktornenſis PP. Paulinorum inſtrumenta (teſte Fr. Joſepho Bedekovich p. 232.) Chaktornjam in *Regno Sclavoniæ* eſſe, exprimunt, Donationes vero diverſorum, apud eundem Bedekovich habent: *in Comitatu Varaſdinenſi.* Art. 34. anni 1498. Triceſimarum loca recenſens habet: *Item in Sclavonia, Zagrabia, Nedelcze, Varaſd, Muraſzombath ſunt Capitales triceſimæ.* His itaque temporibus, Comitatu Zagorienſi æque exſtante, alii fuére, modernorum Comitatuum limites, ac ſunt hodie; id quod inſtrumenta varia, luculentè demonſtrant. Succeſſivè ſub Ferdinando II. partim ob Turcas, ad quorum poteſtatem, major pars Szimeghienſis Szaladienſisque Comitatus ceciderat; partim ob neceſſitatem confiniorum, Regum noſtrorum arbitrio (cum eorum ſit diſponere pro *ratione Status*, proſpicereque Reipublicæ) veteres illi Comitatuum limites, mutati ſunt, ut commemoratione rationis olim habitæ, modernæ rationi derogatum nil velim.

Æquè res Sclavoniæ cæteras, pro beneplacito ſuo, deducitur ex diplomatibus, Mathias Rex gubernâſſe. Poſt collatum honorem Nicolao de Ujlak, tituli Regis Boſniæ: idem Nicolaus titulo Sclavoniæ Banus legitur. Joannem Thucz, quamvis Banum conſtituiſſet; eum tamen tranſtulit, quia 1471. Blaſius Magyar cum Damiano Horvath Scl. Bani, 1473. *Nicolaus Rex Boſniæ*, Sclavoniæ Banus, *Damianus autem Horvath* de Lietava Dalmatiæ, Croatiæque, in extractu monumentorum Regni habentur. Quin eodem anno *Joanni Ernuſzt* Comiti Zolienſi, fato extractu docente, Titulum Banatus Sclavoniæ, ad dies vitæ contulit, jubens ut pro tali per Sclavoniam agnoſcatur. Anno 1476. ex relatoriis Capituli Chaſmenſis, *ad Petrum Bocskay* Regni Sclavoniæ Banum, Petrus hic, Banus docetur, ſed cum *Andrea Banffi*, quem Banum Dal. Croat. Sclav. fuiſſe, evocatoriæ per Capitulum Zag. factæ ad auditorium Regium docent. Anno ſequente 1477. ex mandato quo indulget Comitia Sclavoniæ Criſy celebranda, ad ineunda conſilia, contra Turcarum impetum, iterum *Joannes Thuz*, & *Ladislaus Egervara*, Bani docentur, Sclavoniæ. Ladislaum in officio ad annum 1483. perſeverâſſe, docent tot litteræ. Cui *Mathias Gereb de Vingard* 1483. ſucceſſit, tenuitque Banatum, ſub Rege Mathia. Diſpoſuiſſe Mathiam quævis per mandata, mandata ejus demonſtrant. Studuiſſe deducitur, ut privatas Regnorum Hungariæ Reſpublicas, Magiſtratusque tol-

tollat, & in unum corpus, quævis redigat. Anno 1468. item 1473. quod Comitatum Criſienſem ad Diætam evocaſſet, *Regales ſuæ* evincunt, quibus jubet, ut duos tresve Viros bene inſtructos ad Civitatem *Hiſtropolitanam*, hoc eſt Poſonium in anno 1468; Budam autem in anno 1473. mittant, æquales litteras credimus ad alios quoque Comitatus datas fuiſſe. Congregationes Regni univerſales, obtenta facultate a Rege, Bani celebrare poterant, haud ſecus. Anno 1477. Comitatui Criſienſi mandat, ut ad Commitia per Banos Regnorum Sclavoniæ & Croatiæ indicenda, intereſſe debeant: ipſis autem Banis indulget, ut Generalem inſtituant Congregationem, pro decernenda ordinandaque inſurrectione adverſus Turcas. Tribuit item privilegium Nobilibus Regni Sclavoniæ, eligendi penes Banum, ſpecialem Capitaneum, qui ipſos ad inſurgendum compellat. Anno autem 1481. ſub Banatu Ladislai Egervara, ex edicto Mathiæ Regis prope Civitatem Zagrabienſem fuit generalis congregatio ſub Commiſſariis Regiis Michaele Orſzagh de Guth Palatino Hung. & Stephano de Bathor Judice Curiæ Regiæ, pro reformatione Status Regni Sclavoniæ, abolendis pravitatibus, extirpandis malefactoribus, & cunctis maleficiis. Quævis ſuperiora ex extractibus per Ritterum factis deſumpſimus. Legibus conſuetudinibusque iisdem, quod univerſa ſua Regna vivere procuraverit, teſtatur mandatum ſuum 1476. ad Banos datum, quo præcipit: judicari Regnicolas, per brevem evocationem, modo, quo in Hungaria tales evocationes fiunt. In relatoriis autem collectæ inquiſitionis contra Oſvaldum Epiſc. Zagr. & Joan. Thuz de Lak, ratione enormium violentiarum in anno 1472. refertur: Quod collectam per Comitatus Zagrabienſis judices inquiſitionem, *juxta Hungariæ Regni conſuetudinem, etiam renovare per Cap. Zag. poſtulâſſent: tunc idem Capitulum, easdem litteras, ob favorem præfati Domini Prælati ipſorum, ipſis Civibus* (Montis Græcen. Zagr.) *opportunas, dare & renovare recuſâſſet, recuſaretque etiam de præſenti.* Hinc quod iidem Judlium, ad Oſvaldum acceſſiſſent, & Chaſmæ repertum inhibuiſſent.

Porrò, Zagrabienſem Epiſcopum Oſvaldum in ingratiis Mathiæ Regis ab anno 1470. fuiſſe reperio, non ſolum ex mandato Regis, ad preces Capli Zagr. Budæ 2. Januar. 1471. expedito, quo exponit: Capitulum quæri: in ipſorum Præbendariorumque ædibus, per exercituantes horumque deſcenſus frequentiſſimos, deſolationes cauſatas eſſe, hinc a ſe prohiberi Banis, Capitaneisque Regni, ne contra voluntatem eorum, cum cohortibus deſcendere, victualiaque recipere audeant; verum etiam dum in extractu monumentorum Regni legerem: *1472. mandatum Mathiæ Regis, ad univerſitatem Comitatus Criſienſis, ne Oſvaldo Epiſcopo Zagrabienſi, velut contra æmulos Regis, nec per ſe, nec per homines ſuos inſurgere volenti, adeoque Regi refractario, decimas perſolvant, non attentis etiam ejusdem cenſuris Eccleſiaſticis.* Quin vir quidam illuſtris, Suæ Apoſt. M. Conſiliarius, & in publico officio conſtitutus, nobis aperuit, viſas a ſe lectasque Oſvaldi Epiſc. Zagr. *Proſcriptionales*, ob receptum Joannem Quinque-Eccleſiarum Epiſcopum, quas obtinere, promiſſas licèt, nequivimus; ob mortem I. H. monumentorumque communium factam proviſionem. De Oſvaldi Eppi caſus causâ, conſtituere nequimus. Inquiſitio contra illum nomine Regiæ hujatis Civitatis collecta, Oſvaldum ſuos habuiſſe exercitus evincit. His ille, prædas feciſſe magnas, in Medve, Rakonog, villisque Regiæ hujus Civitatis accuſatur, habet enim inter cætera: *Egr. Joan. de Buzla, Mathias Olaſz, & Georg. Zubalo Capitanei gentium exercituantium Rdi in Xſto Patris Oſvaldi Epiſc. Eccl. Zagr. ex conſenſu & voluntate ejusdem D. Eppi, Domini ſcilicet ipſorum, una cum quampluribus gentibus ejusdem Dom. Eppi, armatis & potentiariis manibus, ad dictum balneum* (in ſuburbio ſupra pontem Pyzanmoſzt vocatum, ſito, teſte eodem inſtrumento) *dictæ Civitatis irruentes* - - - Ut tanto culpoſior deducatur Oſvaldus, quod proviſus gentibus exercituantibus, non ſolum adverſus Regis æmulos non inſurrexerit; ſed graſſatus per has oras deducatur. Interim ſucceſſivè receptum fuiſſe in anteriores gratias Oſvaldum, demonſtrant ea, quæ a pag. 183. Hiſt. Eccl. Zag. poſita ſunt. *De Caſtris* quæ Mathias Rex, ad bellicos uſus ordinaverat, locus hic narrandi non eſt, fors & circumſtantiæ temporum, magis commendabunt prudentiam meam, ſilentio ipſo; dum Mathiæ Regis geſtorum, hiſtoriam ſcribendam pro ſcopo non haberemus, adeoque proviſiones bellicæ, præteriri nunc poſſunt.

De Regno Croatiæ, notanda occurrunt ſequentia. I. In diſſenſione illa, quæ erat inter Fridericum Imp. & Regem Mathiam, plurimi Croatiæ Procerum, Friderico adhærebant, cumprimis vero Frangepani, ut ideo a Mathia Rege privati exutique caſtris plurimis fuerint. Anno 1464. Martinus Frangepani gratiam meruit, at ceſſo Regi Caſtro *Krupa*, quod a Teutonicis redemerat, Caſtra Regia, *Koſztanicza*, *Sztenichniak*, *Lipovcz* cum horum pertinentiis, lege ea accepit, ut a morte ſua continuo ad Regem devolvantur. Inſuper ob alia Marti-

ni

Digitized by Google

ni ſervitia, in Turcarum excurſionibus teſtata, Caſtra *Szrad*, *Buſin*, *Claduſſa*, & *Oſtrovicza*; Item Caſtella Gradecz & Komogovina, poſſeſſiones præterea *Kreſchich*, Pervin, & Molenja, cum oppido Lipa, titulo novæ donationis accepit, eſtque ſtatutus Fer. 5. ante Feſt. S. Helenæ, nemine contradicente. Item ſucceſſivè Comites Frangepani, donatione nova proviſi fuêre, eorum, quæ ſuperius p. 225. ex inſtrumento patent. *Bachar* nihilominus, quibusdam Anconitanis donatum a Mathia fuiſſe, inſtrumentum ſequens evincit. Repoſitum eſt hoc tabullario Regni Sclav. cum aliis ad Cathianerum olim exaratis.

„ Coram nobis Magnifico ac Clariſſ. D. Joan. Cozianar; hac parte Commiſſario Regio „ digniſſimo comparet, & ſe præſentat Presbither Petrus Jacobus dictus Jacominus de Flu„ mine, Procurator. Et procuratorio nomine Nobilium Thomæ & Stephani fratrum de Dio„ niſiis Anconæ Civium, & hæredum D. Alexandri Cinthii eorum patris; dicens, narrans & „ proponens primo: in modum ſolennis libelli, ſeu qualis qualis petitionis; contra & adver„ ſus hæredes quondam Magnifici Comitis Bernardini de Frangepanibus, & quamcumque ali„ am perſonam pro eis, ſeu eorum nomine, judicio legitimè comparituram. Quod cum olim „ feliciſſimæ recordationis Mathias Rex Ungariæ & Bohemiæ, titulo donationis conceſſerit, „ quodam Caſtrum cum villis, juribus & omnibus ſuis pertinentiis, ſituatum in Regno Croa„ tiæ, Bachar nuncupatum, olim Nobilibus Franciſco Cintjo, Vincentio, Petro, Hierony„ mo & Alexandro fratribus de Dioniſiis Civibus Anconitanis, ob merita prædicti Franciſci. „ Et de mandato & commiſſione prædictæ R. Mattis, per Capitulum Zagrabienſis Eccleſiæ, „ dicti fratres, in pacifica poſſeſſione dicti Caſtri immiſſi fuêre; & ſine contradictione alicu„ jus perſonæ, in dicta pacifica poſſeſſione perſtiterunt quam pluribus annis, & uſque ad mor„ tem præfati Sereniſſimi Regis, & prout conſtiterit. Qua morte ſecuta, olim Magſ. Comes „ Bernardinus de Frangepanibus, nullo juris colore, ſed auctoritate propria, auſu temerario, „ omni juſtitia, & æquitate poſtergata, violenter & manu armata invaſit dictum caſtrum, & „ ipſum cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis occupavit, præter ac contra voluntatem di„ ctorum fratrum, animo privandi ipſos fratres, eorum, dicti Caſtri pacifica poſſeſſione. Et „ taliter occupatum de potentia detinuit toto tempore ejus vitæ, & prout conſtiterit. Et ſuc„ ceſſivè ejus hæredes adhuc occupant, & detinent hoc, indebitè & injuſtè. Propter quod fra„ tres prædicti, & ſucceſſivè præfati Thomas, & Stephanus eorum fratrum hæredes, „ multa & varia damna, inſuper & expenſas paſſi ſunt, ac indies patiuntur. Quare cum „ prædicta vera ſint, merito dictus Procurator, dicto nomine petit per vos, & officialem ve„ ſtrum condemnari; & condemnato, juris remediis cogi & compelli dictos hæredes, ſeu pro „ ipſis intervenientes, uti dicti caſtri uſurpatores, ad reſignandum & reſtituendum, præfatis „ Thomæ & Stephano; uti hæredibus dictorum Franciſci, Vincentii, Petri, Hieronymi, & „ Alexandri, dictum Caſtrum, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis, & omnibus damnis, „ intereſſe & expenſis - - - debitis, quibus proteſtatur. Petens dictus Procurator, dicto no„ mine, ſuper prædictis omnibus & ſingulis, ſibi jus & juſtitiam miniſtrari. Quod non tan„ tum dicto modo, ſed & omni alio meliori modo, via, jure & forma, quibus fieri poſſit. Sal„ vo jure addendi &c. non tamen ſe aſtringendi &c. „ Patet hinc *Bachar* Regni Croatiæ eſſe, & Regum Hungariæ collationis.

2. Croatiam ſi non totam, majorem profecto ejus partem, Mathias Rex, ob bella cum Turcis, aliisque habita, militaris jurisdictionis jurisque tenuit, & gubernavit. Hinc privatorum Caſtra plurima, hunc in finem exolvit. Conſtant hæc ex faſſione in Die Cinerum anni 1470. Joannis filii quondam Simonis de Kladus, qua fatetur ſe in juribus avitopaternis per Comites Segniæ, aliosque damnificatum, & ſpoliatum Caſtro *Kladus* eſſe; Caſtrum quoque *Peéch*, ipſi abripere velle. Proinde cum Joannes Tuz de Láak Dal. Croat. & Sclav. Banus, & Curiæ Regiæ Mgr, cum exercitu Regio pro reformatione confiniorum Dalmatiæ & Croatiæ, ac Caſtrorum Regiorum *Kliſz* & *Zyn* expugnatione adveniſſet, ſemet Caſtrum *Peech* eidem tradidiſſe, petendo: ut ſibi expenſæ reformationis exolverentur, alia poſſeſſio in loco tuto ſibique conveniens traderetur. Accepto ergo Prædio *Blaguſſa*, item 4000. fl. ſemet utrumque Caſtrum *Peéch* videlicet & Kladus cum pertinentiis in perpetuum reſignare. Quam faſſionem ſuo conſenſu roboravit Mathias. Banos Dalmatiæ Croatiæque jam diſtinctos a Banis Sclavoniæ tenuit; jam eosdem, quosvis autem ad arbitrium ſuæ voluntatis.

Pro *Stiria*, quæ bella geſſit Mathias, quia meminimus Hiſt. Eccl. Zagr. pag. 188. non eſt ut repetamus. *Gurfeld* Caſtrum in poteſtate Mathiæ fuiſſe, evincit contractus ratione decimarum cum Andrea de Kreyg libero Domino, in eodem Caſtro Gurfeld die Solis 15. Junii anni 1477. initus celebratusque, inter monumenta Eccl. Zagr. ſub Nro 123. teſte Georg. Marcellevich. Timon habet ad annum 1482. *Mathias Rex Caſtris quæ a Bernardo acceperat, præſertim Caſtro & urbe Frieſach cum Vicedominatu illius decedere noluit; eò*

quod Bernardus ſine ipſius conſenſu Imperatori reconciliatus fuerit; eique datam fidem fregerit. Idcirco caſtra ea retinuit, uſque dum vixit; ac non niſi poſt mortem ejus per Fridericum Archiepiſcopum recuperata ſunt. Citans Hund. in Metrop. Salisburg.

De Dalmatia dicendum eſt. Sigiſmundo mortuo, curam recuperandæ hujus, relatæ ſuperius diſcordiæ de Regum ſucceſſione impediverunt. Deinde bella Turcica. Mathias Rex de ſtabiliendo ſibi Regno erat primo ſolicitus. Occaſione hac, Venetæ opportunitate uti non omiſerunt, primumque amicitiam omnem, erga Mathiam Regem ſunt teſtati. Interim dilatandarum rerum ſuarum, quam fuerint ſtudioſi, ſuperius ex Platina meminimus. In epiſtola apud Pray Par. 3. pag. 275. ex Gobelino, legere eſt: *Juſſiſti vivente genitore meo arma quæ in Dalmatia ſub Venetorum manu erant, cruciatæ nomine collecta, ut ad eum* (Stephani nempe Ultimi Regis Boſniæ, patrem) *mitterentur, non placuit Senatui Veneto: jubeto* (ad Pium II. hæc ſcribuntur) *ad me modo mittantur, fortaſſe majus Imperium invenies, quando mutata eſt mens Venetorum, & Turcis feruntur indicturi bellum. Hoc peto, ut & Legatum ad Hungaros mittas, qui meam cauſam Regi commendet. - - Hoc pacto ſalvari Boſna poterit, alioquin peritura eſt &c.* Hæc, primis Turcarum motibus reſtitiſſe Venetos non teſtantur. Anno 1463. Turcis ſeſe extendentibus, ut habet chronicon Turcicum Wolffg. Drechsleri, *Veneti inſtructam claſſem, liberaturi Corinthum in Græciam miſerunt, ſed re infecta ſunt reverſi*, ut fors bene lamentaretur Mathias in epiſt. a Pray p. 278. *ingenuè fatemur, ſolos nos impares eſſe, tantis inimici opibus & copiis. Nimis profectò, nimis lentè ac tenuiter in hac æſtate, tam gravi noſtro, immo communi periculo Apoſtolica providet Sedes, & reliqui Chriſtiani. - - - Quapropter fraternitatem veſtram iterum monemus, ut ſemel tandem avertat a nobis, vel ſaltem ex æquo dividat hoſtem. - -* Raynaldus ex Cod. MS. Vallicellano refert fœdus intra Mathiam & Sereniſſ. Rempublicam, adverſus Turcas 1463. Indict. XI. Die 22. Septemb. in Sirmio, Varadino Petri initum. Hæc an fuerint ſolennia pacta, aut tractatus pactorum, meraque promiſſa? ego non definio. *Mathias*, in epiſt. ad Ducem Venetiarum *edition. Caſſovienſis* ordine 10. qua occupatam Segnienſium navem cum mercibus 60. aureorum, petit remitti & reſtitui, talia bonæ vicinitati, & amicitiæ mutuæ, *præſertim vero*, inquit, *illis tractatibus & promiſſis quæ nobis Magnificus Petrus Svedo orator, nomine ipſius Illmæ Dominationis fecit* non reſponderent. Ut rectius promiſſa fuiſſe arguam, quam ſolenne fœdus, cum iſthic apud Rajnaldum, Ducis *Chriſtophori Mauro* nomen legatur, haud autem ſuorum Oratorum. Ducem autem Petro-Varadinum veniſſe, ad ineunda illa fœdera, referi ab aliquo non legerim; minus autem Sirmium anno 1463. aut anterioribus annis ſub Venetorum fuiſſe poteſtate. Sinceram cum Venetis amicitiam a Mathia Rege cultam fuiſſe, argumento eſt, quod Galliæ nunciis (vide Pray p. 306.) reliqua inter repoſuerit, *digniſſimum videtur - - ut Venetos, & præſertim principaliſſima totius Chriſtianitatis capita, Sedem videlicet Apoſtolicam & Imperatoriam Celſitudinem prius, - - - ſuper his aliquantulum redderet certiores.* Quod item, Venetiarum Duci egiſſet gratias, pro ſubmiſſis ad ſuam coronationem Oratoribus ſpecialibus.

Officia memorata cauſabantur, ratione cumprimis Dalmatiæ, ſi ab electo Rege Mathia, difficultatibus variis quoad Coronam laborante, ceſſio Dalmatiæ obtineri poſſet; tum & Turcarum metus. Sane ſumma curarum perpetuò ſereniſſimæ Reipublicæ, quod Dalmatia fuerit, ſatis ſuperque ſuperiora demonſtrant. In memoratis ſuperius, pro Regno Hungariæ diſcordiis, dum Petrus de Thallovicz, Auranæ Prior, Comes Cliſſiæ, Banusque Dalmatiæ & Croatiæ fuiſſet; dumque is ut ſuperius recenſitum, nullum pro Rege Ungariæ agnoſceret, at unicè ſuam a Sacra Regni Corona dependentiam: dum item decimas a Sigiſmundo olim, pro Caſtrorum conſervatione applicatas, Archieppo Spalatenſi remiſiſſet; a Venetis in amicitiam tractus eſt, quæ fecit: partium eum Sereniſſimæ Reipublicæ. Sic enim Farlatus ipſe, Tom. 3. p. 394. *Erat Comes Cliſſæ* Petrus de *Thallovicz juris fiduciarii vinculo Regi Hungariæ obſtrictus, Banus Dalmatiæ & Chrobatiæ, quem Veneti cum ejus fratribus jampridem in amicitiam receperant, cum eoque fœdus ſociale junxerant, ut Veneta diplomata teſtantur.* Amicitia hæc fecit) ut olim Jadrenſium cum Venetis, quod amicorum quævis dicantur eſſe communia) prætenſionem juris ad Cliſſam, Auranam, cæteraque, quæ in Dalmatia Regum Hungariæ erant. Hinc etiam *Laurentius* Zannius Archieppus Spalatenſis, dum accuſaretur, ſuoque Chirographo exarata, comperta diceretur fuiſſe epiſtola (fatetur iſta Farlatus loco citato) quod arcis Cliſſiæ venditioni 30. millium numuum argenteorum Stephano Duci S. Sabæ & Vaivodæ Boſnenſi faviſſet potius, ac Reipublicæ, proditionis damnatus, Venetiasque vocatus, mereri non potuit, ut Sedem ſuam dehinc videret. Porrò Venetæ erga Mathiam Regem, illa exercuerunt officia, ut plane annua ſtipendia, (agnoſcentè iſtud etiam Cl. Farlato,) quemadmodum olim Ludovico I. præſtarent. Hæc ſtipendia, cujus ſummæ fuerint?

Digitized by Google

fuerint? erruere non valui. At videntes Mathiam Regem, Segniæ maritimas res promovere; Raguſeos Mathiam *pro Domino eorundem* naturali recognoſcere; Herzegovinam ſive Ducatum S. Sabæ, eundem cum Principe cambiâſſe, timore pro Dalmatia correpti, curas cogitationesque ſuas alio converterunt, præcipue cum intellexiſſent; & Mathiam Raguſæ clam fuiſſe, luſtraviſſeque Dalmatiam; ac eundem Catharina mortua, ad Beatricem Regis Aragoniæ Ferdinandi filiam, vota ferre. Adeoque pro Dalmatia metuentes, Mathiam ſuſpectum habuére. Mox dicta patent ex Mathiæ Regis epiſtolis, tam ad Raguſeos datis, quam & Venetiarum Ducem, ubi epiſt. 58. ſignificat: *Conſtituimus pro defenſione Chriſtianitatis certas proviſiones facere, & inter alia mittere gentes noſtras, & neceſſaria quœdam ad caſtra illa, quæ Illmus Princeps S. Sabæ, noviſſimè pro Contracambio nobis aſſignavit.* Quod viſitationem attinet, formam gubernii moderni Raguſeorum, a Mathia conſtitutam occaſione hac, a Raguſeis accepimus. Matrimonium Mathiæ cum Beatrice dubio caret.

Venetæ ergo perſpicientes, quid evenire poſſet, non ſolum repetitis vicibus, naves Segnienſium prædati ſunt (atteſtantibus hæc, Mathiæ epiſtolis) verum ſtipendia illa negârunt, prætextu eo, ne Imperatorem, ſibi offenſum redderent. *Ex hoc tempore*, ita Timon, *præſtita Corvino a Romano Pontifice, Venetoque Senatu ſtipendia abrogata ſunt, ne adverſus Cæſarem illi opem adferre viderentur. Intercepta hæc ſtipendia, a Venetorum Societate, benevolentiaque animum Regis abalienârunt. Succurebat eidem occupatæ olim Dalmatiæ memoria.* Inſuper magis e re ſua futurum rati, cum Turcis clam pacti ſunt, & cum eodem amici effecti. Hæc teſtatur in Chronico Turcico Drechslerus, ſcribendo ad annum 1478: *Veneti cum Mahomete fœdus iciunt. Chalcide armis, Scordrâ deditione extorta. Polliciti eidem ſunt quotannis octo aureorum millia, ut pontica navigatio pateret mercatoribus. Tradita eodem tempore inſula Lemnos, & Tænarum Laconiæ promontorium.* Demonſtrat hæc Mathiæ Regis epiſt. 29. ad Cardinalem Aragoniæ, ubi: *Vaticinatique inter alia ſumus, Venetos nulla ratione retrahi poſſe a conſortio & ſocietate Turcorum, quibus ita inviolabili fœdere connexi ſunt, ut nulla poſſint ratione inverti. Prædiximus & hoc quod poſtea manifeſte patuit - - Venetos omni ſtudio fabricare cum Turcis, quæcumque cognoverunt fore Chriſtianis rebus - - detrimento: quemadmodum noviſſimè fecerunt, quando ipſi Turcos non ſolum induxerunt, ad invadendam terram SSmi Domini noſtri, ſed quo commodius id fieret, etiam præſidio Turcis affuerunt. Sed nos miramur de SS. D. noſtro Pontifice Summo, qui ſic Venetorum favorem ſuſtinet, ut alios Principes, & imprimis Sereniſſimum Dnum patrem noſtrum Ferdinandum contemnat &c.*

Ob Præmiſſa, diſguſtus varii intra partes ennati ſunt. Mathias enim, ut apud Timon (Palatini Comitis Legatus ſcriberet) occaſione Coronationis Beatricis, *ubi in itinere inſolenter Veneti, cum proximi vellent eſſe Regi, cum dedecore remiſſi ſunt ad primum ordinem, ut ante omnes Principes, & Principum Legatos incederent. Cum in templum ventum eſt - - Venetis poſtremo loco relictis.* Veneti econtrà, non ſolum memoratas naves prædati ſunt: ſtipendia dari conſueta negârunt: verum arte omni inſulas Maris Adriatici, Comitesque illarum ac Croatiæ in partes ſuas perducere ſtuduerunt; quod donationum Andreæ II. vigore, illi, quibus donatæ fuiſſent, aut ipſæ Inſulæ libertate donatæ, *proprietarii* earundem cenſerentur, conſequenter donata ſibi, vendere, inſcribere quirent, vel pro libertate ſua, cui luberet ſeſe aſſociare & conjungere. Pondus exhortationibus attulit, illa Mathiæ Regis ordinatio, ut Dalmátia à Judicio Palatini dependeat, Palatinusque in ea certas obtineat inſulas. Quasvis immunitates Dalmaticarum Inſularum præmiſſa conſtitutione tolli prædicatum creditumque eſt. Accedebat conſideratio illa, quod Venetæ cum Turcis fœdere jungerentur, pateretque mercatoribus Venetis libera per pontum navigatio, adeoque cum inſulæ illæ, vicinaque Dalmatiæ loca, navigatione vitam ſuſtentarent, ad Venetam protectionem inclinârunt, præcipue dum nec in Mathia ſpes erat, ut ſic providere valeat, tutam ſecuramque ut reddat navigationem per maria; nec in Socero ſuo Ferdinando, ſperare poterant, tanquam inimicos Papas Romanos habente. Videntes inſuper, ab exemplo Raguſeorum, rejici univerſos a Venetis, qui in eorum non eſſent conjunctione, ſeſe Venetis conjungere ſtuduerunt, potiſſimum Romano Pontifice rebus Venetis valde ſtudente. Frater quidam Blaſius Raguſeus, Spalati beneficia obtinuerat, ſed quia Raguſei, ſeſe ſubditos Venetorum efficere noluiſſent, a Duce *Joanne Mocenigo* anno 1479. inter cætera decretum eſt. *VI. Quo petunt quemdam fratrem Blaſium Raguſeum parum dominio noſtro fidelem, ſpectativam impetrâſſe pro obtinendis multis beneficiis in Dalmatia pro ſumma ducatorum 200; illiusque vigore beneficia ultra ſummam ducatorum 600 obtinuiſſe. Reſpondetur nos nullo pacto intendere, quod idem fr. Raguſeus in terris & locis noſtris, aliquod beneficium habeat,*

beat, & ſi quod haberet, ex illo penitus ſine ulla exceptione expellatur; & ita efficaciſ-ſime per litteras noſtras, Rectoribus noſtris Dalmatiæ jubebimus. Exhibet Decretum integrum Farlatus Tom. 3. p. 404.

Ex relatis proceſſit fontibus, ut inſulæ illæ, reſiduumque Dalmatiæ, quod poſt Sigismundum, Sacræ Coronæ ſuberat, ad Venetos reſpicerent, accedentibus Romanorum Pontificum, erga Venetos favoribus. Paulus II. qui Pio II. ſucceſſerat, ſuique anteceſſoris teſte Platina inimicus fuerat, Venetus erat. Sixtus IV. Pauli Succeſſor fovit Venetos, ut adverſum hos, Italiæ Principes bellum decernerent. Innocentius VIII. ab exemplo Pauli II. bellum cum Ferdinando Neapolitano, Socero Mathiæ geſſit, ut Dalmatæ protectione Pontificum confiſi, ſeſeque abſolvendos, ut olim Spalatenſes a Martino V. a jurata debitaque fidelitate Regibus Ungariæ & Sacræ Coronæ, ad Venetos non ſolum inclinati eſſent, ſed ad eorundem protectionem confugerent. Calcar addidit, tam Joannis Thuz de Láak, Dalmatiæ Croatiæque Bani, quam & Joannis Frangepanis, ad Venetos Venetiasque tranſitus. *Joannes Thuz* pluribus a Mathia gratiis decoratus, cum anno 1470. ad Banatum Dalmatiæ Croatiæque fuiſſet translatus, credito ſibi etiam exercitu Regio ad ſuccurrendum Caſtris Regiis Kliſz & Zyn, ineſcatus Venetis deliciis, tametſi ad Banatum Sclavoniæ 1476. reſtitutus; tamen cum res Venetas foviſſe depræhenderetur, Regisque ſui ordinationibus contrairet, permiſiſſetque Turcas per Hungariam graſſari, 1479. ad conſtitutum ſibi Zagrabiæ terminum non ſolum non comparuit; verum Venetias cum liberis & fortunis, 60. aureorum millibus ſecum asportatis, aufugit. Joannes æquè Frangepani Comes Vegliæ (tametſi Mathias adverſus rebelles Inſulanos, per Blaſium Magyar eundem tueri vellet, decreviſſetque) anno 1480. Venetias profugit. Recole hic ſuperiora a p. 215. *pro Veglia* &c. Pontifices Romanos rata hæc habuiſſe, ſat ſuperque demonſtrant Mathiæ Regis epiſtolæ Caſſoviæ 1743. editæ, ut ex his, quivis intueri poterit. Hunc itaque in modum, Veglia cæterisque privati ſumus. Tum illico quævis ad Venetos non ſunt devoluta, cum articulo 12. anni 1485. ſtatuatur: *Dalmatia ſubjacere debet judicio Palatini, & pro proventibus habet in illa certas inſulas.* Itaque ex inſulis illis, quædam remanſerant ſub S. Corona, quæ mortuo Mathia, exemplum Veglienſium ſunt ſecutæ. Relatum item monumentum p. 225. Stephano Bernardinoque Frangepaniis anno 1481. elargiri nequiviſſet, ſi in inſulis Dalmaticis nil juris poſſeſſoriique ſibi remanſiſſet. Accedit poſt inſinuatos ſuperius p. 280. Priores Auranæ, plerumque Dalmatiæ Banos, *Auranæ Prioratum* ſub Mathia tenuiſſe. Sub Vladislao II. Rege Anno 1490. Bartholomæus Berislo de Graborja malæ memoriæ, Auranæ Prior fuit. Anno 1493. proſcriptus, & 1495. conjectus in carceres. Poſt cujus obitum 1500. Petrus Berislo Weſprimienſium Eppus, Prioratum fuit conſecutus. Poſt hunc Mathias de Baracska, qui obiit 1528. quocum etiam Aurana, occaſione diſcordiarum inter Ferdinandum I. & Joannem de Zapolya deſiit, ut Priorum Auranæ memoria deinceps non occurrat, ſed Gubernatorum, titulo purè. Quod nunc Præpoſito Eccl. Zagrabienſis foret attributum, ut DEO annuente alibi dicturi.

De Boſnia atque Servia, dum Regnorum horum ex inſtituto memorias non tractamus, patent ex prioribus notitiæ. Poſt Stephanum ultimum Boſniæ Regem, Mathias Regum Boſniæ *Titulos*, pro ſervando jure Regum, Ujlakiis contulerat. Banos quoque *Jaiczæ* conſtituerat &c. Deſpotas Raſciæ recepit. Duces item S. Sabæ, ut præter ſuperiorem epiſtolam ſuam, monumenta plura demonſtrarent. Dominium *Kyskemlek*, vulgo *Reka* in Comitatu Criſienſi, olim Duces S. Sabæ donatione Mathiæ Regis poſſediſſe, litteralia inſtrumenta evincunt. Communicamus hic donationis anterioris confirmationem a Mathia factam 1469. Hæc præter tot memorias alias, aperit hujus ætatis limites intra Croatiam Boſniamque dum exprimit: *Caſtrum Camengrad in finibus Regnorum Croatiæ Boſniæque exiſtens.* Eſt autem ſequens

„ Nos Capitulum Spalat. memorię commendamus ſignificantes quibus expedit vniuerſis, præſentium per tenorem, quod accedens ad noſtram præſentiam Ven. D. Ioannes Tomco Marnauich Boſnenſis, Canonicus Sicenſis, qui nobis exhibuit quoddam Priuilegium cum ſigillo maiori, duplicique pendenti, olim Matthiæ Sereniſſimi Regis Hungariæ &c. humiliter petens d. Priuilegium de verbo ad verbum facere accopiari, ſcribi, & translatari, cuius tenor talis eſt.

„ Mathias DEI Gratia Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Seruiæ, Gallicię, Lodomeriæ, Comaniæ, Bulgariæque Rex, Omnibus Chriſti fidelibus, pręſentibus & futuris, præſentium notitiam habituris, ſalutem in omnium Saluatore. Ad vniuerſorum notitiam harum ſerie volumus peruenire, quod noſtræ Maieſtatis veniens in præſentiam Magnificus Comes Tomco Marnauich, de Zuonik, eiuſdem loci in Regno Boſnæ perpetuus Comes, & Dominus in Voyniza, Regnique Raſſiæ, Staroſta, nobis dolenter expoſuit, quod cum Nos pri-

„ dem

„ dem pro fidelium ſeruitiorum gratuitis meritis, per eundem, & Iurkadinum eius filium, „ nobis & Sacræ Coronæ Regni noſtri Hungariæ, ſub locorum, & temporum varietate fideliter, & conſtanter exhibitis & impenſis, Caſtrum Camengrad, cum ſuo Territorio in finibus „ Regnorum Croatiæ, Boſnæque exiſtens, cum omnibus eiuſdem Caſtri, Villis, Terris, locis, „ poſſeſſionibus, vtilitatibus, & pertinentijs, Terriſque curabilibus, cultis, & incultis, Agris, Pratis, Paſcuis, fænetis, ſiluis, nemoribus, Montibus, Vallibus & Collibus, Vineis, & „ Vinearum promontorijs, cuiuſcunque metalli fodinis, aquis, fluuijs, piſtrinis, piſcaturis, „ aquarumque decurſibus, molendinis, & molendinorum locis, & generaliter quarumlibet „ vtilitatum & pertinentiarum integritatibus quouis nominis vocabulo vocitatis, ſub ſuis veris metis & antiquis limitibus, alijſque Iuribus, & Præeminentijs, atque Priuilegijs Dominij eiuſdem Caſtri, ac eius diſtrictus, prout fuſius continetur in litteris noſtris ſub anno „ Domini 1464. menſe Nouembri, Budæ cum ſigillo pendenti, quo ante coronationem vtebamur datis, quas hic pro expreſſis haberi volumus, ipſi ſuiſque carnalibus hæredibus Succeſſoribus, & Poſteritatibus vniuerſis in perpetuum dederimus, donauerimus, & contribuerimus, nihilominus tamen Magnificus Ioannes Thuuz de Lak Regni noſtri Sclauoniæ Banus, eundem Comitem Tomco in prędicti Caſtri quieta poſſeſſione, quibuſdam fiſci noſtri, „ & ſui Banatus iuribus perturbare voluerit, & velit; Idcirco nos, qui nullius fiſci noſtri, „ Banatuſve Iura quietæ Poſſeſſionis donationis prædictæ noſtræ, quouis colore, ſiue prętextu obſtare intendimus, neque volumus, antelatas donationis noſtrę privilegiales litteras in ſuo robore perpetuo valituras approbamus, & ratificamus, easque, & in eis omnia „ contenta, non obſtante decreto in Alba regali, tempore coronationis noſtræ edito, in quo „ declaratur quod infrà lapſum vnius integri anni omnes litteræ Sereniſſimi q. D. Ladislai „ Regis Hungariæ immediati Prædeceſſoris noſtri, & noſtræ ante Coronationem noſtram datæ, confirmari debuiſſent, alioquin viribus carituræ relinquerentur, ex certa noſtra ſcientia, & de Poteſtate noſtra Regia pro, prędicto Comite Tomco, Iurkadino eius filio, eiusque hæreditatibus, & Poſtęritatibus vniuerſis, innouañ perpetuo valituras, confirmamus, „ ſupplentes omnem defectum, ſi quis præter lapſum vnius anni, aliquove alio prætextu, „ vnquam obijci poſſet, quinimo volumus, & authoritate noſtra Regia decernimus, vt præſens Privilegium ſimul cum prædicta donatione, in ſuo vigore permaneat, ac perduret, „ perinde ac ſi infrà lapſum vnius anni ad confirmationem præſentatę fuiſſent. In cuius rei „ memoriam firmitatemque perpetuam, pręſentes conceſſimus litteras priuilegiales pendentis, & authentici ſigilli noſtri duplici munitione roboratas, datum per manus Reuerendiſſimi in Chriſto Patris D. Stephani Cardinalis Coloceñ, & Bacchieñ Eccleſiarum Archiepiſcopi, locique eiuſdem Coloceñ Comitis perpetui, Aulæ noſtrę ſupremi Cancellarij fidelis „ noſtri dilecti: Anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo nono, Kalendas Martij, Regni noſtri Anno duodecimo, Coronationis verò quinto, Ven. in Chriſto PP. DD. Ioanne Strigonieñ, eodem Stephano Coloceñ Archiepiſcopo, Ioanne Varadien. poſtulato, Agrien, Tranſiluanien. ſede vacan., Oſualdo Zagrabien., Ioanne Quinqueeccleſiarum, Alberto Vveſprimen., Demetrio Iaurien., Vincentio Vuacien., Ioanne Chanadien., Thoma „ Nitrien., Benedicto Electo & confirmato Boſnen, Nicolao de Bathor electo Sirmien., Nicolao Thininien., Segnien. ſede vacante, & Nicolao Modruſien. eccleſiarum Epiſcopis, Eccleſias Dei feliciter gubernan.; Item Magnificis Michaele Orzag, regni noſtri Hungariæ „ prædicti Palatino, Ioanne Pangratz de Dengeleg, & Nicolao Cupor de Monezlo Vvaiuodis Tranſiluanis, Comite Ladislao de Palotz Iudice Curiæ noſtræ, eodem Io. Thuuz de Lak „ regni noſtri Sclauoniæ, Nicolaò de Vvilak, ac Matthia de Maroth, Macomen. Banis, honoribus Banatuum Dalmatiæ, & Croatiæ regnorum noſtrorum, nec non Seuerinien. vacan, Ioanne de Rozgon Thauernicorum, annotato Ioanne Thuuz de Lak, & Friderico „ Lamberger Ianitorum, Bartholomeo de Belterok Pincernarum, Nicolao de Heduehuara dapiferorum, Nicolao de Zeech Agazonum noſtrorum regalium Magiſtris, & Nicolao de Alſolindoua Comite Poſſonieñ, alijſque compluribus Regni noſtri Comit. tenent.

„ Nos verò petitionem ſuam adimplere volentes, reuerenter vt tenemur dictum Priuilegium inſpeximus diligenter, & cum inuenimus non raſum, non cancellatum, nec in aliqua ſui parte ſuſpectum, licet antiquitate in aliquibus apicibus languidius, ita tamen, vt legi poſſit, ideo ipſum lectum, ac ipſum legi, & auſcultari fecimus cum præſenti copia noſtra, & quia ad inſimul benè concordabant ad inſtantiam, & requiſitionem dicti D. Joannis, hanc præſentem paginam in formam priuilegii redactam, ſigillo pendenti noſtri Capituli ſolito, & antiquo, fecimus muniri, & confirmari, per manus infraſcripti Cancellarij noſtri. Datum Spalati in noſtra Metropolitana Eccleſia ſancti Domni, ſub Anno Domini milleſimo, ſexcenteſimo, atque vigeſimo primo, indictione quarta, die vero decima-

eeeee 2 „ quar-

Digitized by Google

„ quarta menſis Ianuarij. Ego Lucas Gaudentius I. V. D., & admodum Reu. D. Capituli
„ Metropolitanæ Spalateñ Cancellarius ad ſupradicta præſens fui, in fidem me ſubſcripſi, &
„ ſigillo maiori dicti Reuerendi Capituli, in cera viridi, munimine roboraui de mandato &c.
„ ſequitur inde nomen Michaelis Parhich Notarij publici Sibeniceñ, alterius exempli ex pre-
„ fato tranſumptoris, cum legalitate Comitis Sibenicenſis, eiuſdemque Cancellarij, ac ſigillo
„ S. Marci, nec non inſigne Tabellionatus præfati Notarij &c. Præſens copia extracta fuit ex
„ ſuo proprio originali, quod aſſeruatur in Archiuio ſacri Collegij S. R. E. Cardinalium, &
„ cum eo collata concordat. In fidem in Palatio Vaticano hac die 4. Februarij 1627. Romæ,
„ ita eſt Ioannes Baptiſta Laurus, ſacri Collegij Secretarius &c. loco ✠ ſigilli.

Mathiam Regem ſervandorum jurium Regalium, fuiſſe ſtudioſiſſimum, quævis demonſtrant. Pium II. ut Patrem coluit. Hic Pontifex vere teſtatus eſt, quod Mathiæ ſcripſerat: *Pontificem habes, qui & juſti eſt cultor, & quemque in ſuo jure ſervare deſiderat.* Hinc quia cuivis, quod ſuum eſt tribuebat, occaſio Mathiæ Regi non fuit, differentiarum cum Pio, Sed Magno doctoque Pontifice anno 1464. decedente, lites ſtatim ennatæ ſunt. Origo harum fuit erga Venetos affectus. Moris vero eſt Romanæ Curiæ, ſic aggredi unum, ut aliud quoque prætendat, hac ut ratione, cedat prætenſioni alteri, aliam conſequatur. Commotum itaque dum videret Mathiam ob propenſionem & affectus erga Venetos aſſerendamque illis Dalmatiam, cum maris Adriatici dominio, jus collationis beneficiorum Mathiæ diſputare incepit. Hæc, Regis Mathiæ 27. epiſtola evincit, ubi exprobrato nimio erga Venetos effectu, continuat: *Fuit & hoc nobis grave, quod ſua Sanctitas jus nobis noſtrum, quod in lectionibus Prœlatorum Regni noſtri a Prœdeceſſoribus noſtris Regibus devolutum eſt ad nos, turbare voluit, cupiens aliis, cum prœjudicio noſtro, & juris noſtri detrimento, de Epiſcopatu Modruſienſi, qui ad noſtram electionem ſemper pertinebat & pertinet, complacere - - credimus talia Sanctitas ſua non faceret, ſi ſciret quanti momenti ea res, apud Nos Hungaros reputetur. Quod quidem his diebus patuit: cum certos Regnicolas harum partium feceramus convenire, a quibus tanti clamores ſunt contra Nos habiti, quod Nos jura noſtra negligamus, quod profecto veriti ſimus, ne populus omnis in ſeditionem verteretur. Quœ ut Sanctitas ſua apertè cognoſcat, certa eſſe debet, duplicatam illam Crucem, quœ Regni noſtri inſigne eſt, gentem Hungaricam libentius triplicare velle, quam in id conſentire ut beneficia & Prœlaturœ ad jus Coronœ ſpectantes, per Sedem Apoſtolicam conferantur - - - Nos quidem S. Sedi Apoſt. ſemper obedientes ſumus, & a teneris annis, uſque ad hoc tempus ſemper obſecuti fuimus omni ſtudio: verùm exſpectaremus, ut noſtra jura non ſolum non turbarentur apud Apoſtolicam Sedem, ſed ab aliis turbare volentibus Sedes Apoſtolica nobis aſſiſteret, & nos contra alios adverſari volentes, in noſtris juribus antiquis conſervaret.* Divinare ex his nolim, dum ait triplicandam ex defenſione jurium Regalium potius Crucem, an non olim ex ſimili cauſa fuerit duplicata? Verum conſideratione tenoris epiſtolæ hujus, inferri poſſe cenſeo: olim culpa caruiſſe, tueri jura Regum & Coronæ, eſſeque felices modernos quosdam Scriptores, quod a Mathiæ epocha diſtent, dum audacter adverſus jura Regum & Sacræ Coronæ, ſcribere non exhoreſcunt, ea taliaque, quæ ſupra a pag. 251. recenſuimus, pabulum audaciæ præbente, famoſa illa Bulla Silveſtrina, a Levakovichio ſuppoſita.

Ultra hæc, quævis quæ ad diſciplinam pertinent Eccleſiaſticam ordinavit. Teſtes rei hujus ſunt Decretorum ſuorum articuli, quos quisquis combinaverit, veritatem videbit. Epiſcopos ab eo caſtigatos, Scriptores refferunt. Oſvaldum Zagrabien. proſcripſerat, Joannem item Quinque-Eccl. Immo Primatem ipſum præcluſum fuiſſe ſcribunt. Monaſteriales non neceſſarios ſuſtulit, ut teſtantur monumenta, quosdam tranſtulit, ut Dominicanos Zagrabiâ, ad Civitatem Regiam, quos inde etiam ut non neceſſarios, amoverat cauſa excurſionum Turcicarum. Denique admonuerat Conventuum Regularium ſuperiores, de reformandis Regni ſui Monaſteriis, ipſique iſtud Regi ſpoponderant, teſte epiſtola ſua 19. dato per Regem iis ad hæc ſubſidio. Sed admoniti, cum excuſationes texerent, tempusque reformationis protelarent, Rex auctoritate ſua anno 1486. clauſtrales reformavit, iſtud demonſtrantibus XI. XII. 1486. anni articulis. Articulo XI. ait: *Quia propter incuriam & negligentiam Abbatum & Prœpoſitorum Regularium, potiſſimum verò conſtitutionem non obſervantium, Conventus eorum, multum inordinatè, diſſolutè, & ſcandaloſè vivere, ac in emendationibus litterarum, & in executionibus faciendis plurimas enormitates & falſitates committere ſolent, idcirco de Regiœ Majeſtatis voluntate - - concluſum & definitum eſt - - Quodve ipſi Abbates & Prœpoſiti ſimul cum omnibus eorum Fratribus, regularem vitam, juxta ordinis ſui ſtatuta ſervare teneantur.* Articulo 12. ſtatuit: a Diœceſanis Epiſcopis, bis annis ſingulis viſitandos Conventus. Si occupati aut impediti nequirent, ut hanc viſi-

Digitized by Google

viſitationem, per Vicarios ſuos, Præpoſitos, aut alios doctos Eccleſiaſticos, facere teneantur. Viſitatores ſi repererint: per Abbates, vel Præpoſitos Regularium, regulam non obſervari, vel alias malam vitam ducere; aut Epiſcopis ſuis inobedientes eſſe, ut deponantur, melioribusque eorum beneficia conferantur. Fratres autem Conventus, qui mali & inobedientes fuerint, per viſitatores ejiciantur. Concludendo: *Et ſic neque in litterarum emanationibus, neque aliis in rebus falſitas committi poterit.* Multum ſatisque anteceſſores quoque Reges ſtuduerunt, ut Bela IV. Sigiſmundus &c. ut licentiam Conventualium arcerent, in expediendis falſis litteris, præjudiciis, & prætenſione illa, quævis illorum religioſa ſanctaque eſſe. At anterior Mathiæ Regis diſpoſitio evincit, præjudicia eorum emendari extirparique nequiviſſe. Quare renovatis S. Ladiſlai & Colomani per Mathiam legibus, quidam ejecti fuére; quidem verò maluerunt diſcedere, quam Epiſcopis, & ſuperiori Regiæ diſpoſitioni obedire, ob ſuas ut dicebant immunitates. Sed hæc ad Regularium hiſtoriam cum pertineant, ab ulterioribus refferendis abſtinemus. Celebris illa *Generalis abſolutio*, nunc etiam practicari ſolita, Anno 1464. occaſione cruciatæ, per Fr. Marinum de Curzula Ordinis Minorum de obſervantia Vicarium Boſnæ &c. (vid. Farl. Tom. 3. p. 398.) Jadræ 6. Aprilis eſt præſcripta: *Miſereatur tui* &c. *Indulgentiam* &c. *Dominus Noſter JEſus Chriſtus, pro ſalute generis humani crucifixus dignetur te abſolvere. Et ego auctoritate D.N.J.C. & BB. Petri & Pauli Apoſt. & SSmi in Xto Patris ac D.N. Papæ Pii II. in hac parte tibi conceſſa, & mihi commiſſa abſolvo te plenariè, ab omnibus peccatis tuis, ore mihi confeſſis, & corde contritis; & reſtituo Te communioni fidelium, & Sanctæ Matris Eccleſiæ Sacramentis. In Nomine Patris &c.* Si vero fuerit in articulo mortis, dicat: *Et remitto tibi pœnas purgatorii, & reſtituo te illi innocentiæ & puritati in qua eras, quando baptizata fuiſti, quantum Claves S. Matris Eccl. ſe extendunt, In Nomine Patris &c. Et ſi in hac infirmitate non deceſſeris, remaneat tibi ipſa ſalva gratia, donec fueris in mortis articulo.* Hæc ad Theologos, noſcendumque auctorem & epocham, neſcio quo in Concilio? approbatæ hujus abſolutionis generalis, cujus valor alligatus dicitur, unicè PP. Minoribus S. Franciſci. Obiit Mathias anno 1490. Nonis Aprilis. Vide Timon &c. hæc enim, ejusque tot cætera, noſtri non ſunt inſtituti. Bonfinius, Ranzanus, pluresque alii, copioſè de Mathia ſcripſerunt.

XIV. *Vladislaus II.* Anteceſſoris Regis Mathiæ erga Rempublicam Regnumque Hungariæ ſtudia, uti effert L. 1. Illm. *Iſthuanffius*; ita Proceres Coronæ accuſat, ſcribendo: *Proceres Pannoniæ ac Nobilitas - - adeo corpora atque animos laxaverant, ut labante ſenſim militaris diſciplinæ atque religionis cura - - non aliud quam ſuis commodis ſtudere, nec, tametſi hoſtes terra marique imminerent, quisquam eorum Rempub. capeſſere; ſed omnia per otium & ignaviam transmittere; Regiam auctoritatem Magiſtratuumque honores, non ad publicum decus, ſed ad privatum quæſtum revocare; denique Rempub. ex bona deterrimam reddidiſſe viderentur. Et quo magis libidini atque luxuriæ ſuæ fræna laxarent - - aliis competitoribus - - - præteritis: Vladislao Caſimiri Regis Poloniæ filio, tunc Bohemis imperitanti, quietis & otii appetentiſſimo homini Regnum detulêre: Eumque - - - Albæ ſolenni ritu ſacro diademate ornavêre.* En tanti teſtis relatione, cauſam electionis, velocisque coronationis, Regis Vladislai II. Iſthvanffium roborant, Decreta ſub Vladislao publica, quisquis hæc meditando combinandoque legerit. Enimvero Dipl. confirmationis an. 1490. elargitum, privata partium ſtudia, ſatis ſuperque teſtatur, ſtudiaque Mathiæ, factasque ab eo proviſiones *Novitates* exprimit, ut a Vladislao abrogandas. Sane quam Regalis auctoritas arctata, Vladislai Regis electione ſit? non tantum diploma memoratum demonſtrat; at Decreta dehinc lata. Decreto anni 1492. fatetur Vladislaus: *Placuit tandem eisdem Dominis Prælatis & Baronibus, ut - - unam Diætam ſeu Congregationem generalem - - indiceremus.* Uti ad juſſa Statuum, indicta fuerat Diæta; ſic evolvens articulos, ubivis mandari, legesque poni, jam coronato Regi Vladislao, a ſubditis ſuis, depræhendet. Art. 1. *Regia Majeſtas - - conſervabit - - aboleat, - nulla ratione exigat*, atque ita per ſequentes Art. 18. *exercitus generalis* reſtringitur ad caſum, quo officiales & exercituantes adverſariis reſiſtere non poſſent. Neque tum Prælati, Banderiati, Regnique Nobiles, more exercituantium ducendi, præſcribuntur; hæc ultro explicantur art. 19. Banderia integra Art. 20. reſtringuntur ad perſonas Nro 400. Nobiles poſſeſſionati de 20. portis, hoc eſt, ut iſthic explicaretur, de integris poſſeſſionibus colonorum 20. (ſingula ergo poſſeſſio integra, hac ætate portam conſtituebat) unum equitem; Nobiles autem unius ſeſſionis, hoc eſt Colonis carentes, de decem domibus ad unum equitem exercituantem, dandum obligantur. Heu quæ juſtitia? quæ pauperum oppreſſio? dum decem domus pauperum, eidem oneri ſubjiciuntur, ac portis 20. proviſi. Articulo 28. ſic arctatur Mattas Regia, *ut præter voluntatem Prælat. Magnatum & Nobilium* nil diſponere poſſit; nec victualia, & Sarcinarum ſuarum vecturas habere. Quæ, aliaque ſatis Iſth-

Digitized by Google

Iſthvanffianam narrationem confirmant. Vladiſlai porro indulgentiam, & quietis amorem, uſitatum illi *dobſe*, hoc eſt bene, innuit; ut Timone teſte, Rex *Dobſe* appelletur: quod narrantibus, aut petentibus quidpiam, non aliud fere, quam *bene*, reſpondere fuerit ſolitus. Quæ harum ſunt partium, meique inſtituti, ſummo compendio colligimus.

Intellecta Vladiſlai electione, *Prætendentium* Coronam, motus continuo ſunt ſecuti. *Maximilianus* Viennam recepit, atque non ſolum per Hungariam; ſed & Stiriam, Sclavoniam, Croatiamque excurrit. Profecto Iſthvanffio teſte, poſt Vladiſlai coronationem, ad Maximilianum defecerunt, ex Sclavonia hac noſtra, Civitas Regia Montis Græcenſis Zagrabienſis; Joannes item Alapi, cum aliis compluribus, adeoque cum Varaſdinenſi, Zagorienſique Comitatu. *Jacobus* item *Szekel*, (quem ſiculum ſcribit Iſthvanffius) Petoviæ Rachensburgique ſub Mathia Præfectus. *Ladislaus de Egervara* Dal. Croat. Sclav. Banus, quarum fuerit partium? dubium mihi eſt, ob ſequentem Jacobi Zekel Capitanei Supremi de Ormoſd, anno 1490. die 7. Septemb. ſcriptam epiſtolam ad Banum: *Quæ nobis ſcribit Mag. Vra, ex parte Capli, ut ipſorum jobagyones, ad labores Caſtri noſtri Ormoſd, mittere nollit, intellexi; cum tamen ſi ſciret Mag. V. in quo deſerto habitamus loco, non dubitamus quin V. M. propter nos, jobagiones de partibus Velike* (eſt in Comitatu Criſienſi) *auxilio præſenti nobis, aliquantiſper non dirigeret, ſicuti & nos facere nitimur M. Vræ omnibus noſtris, & etiam in perſona, auxiliari ubi opus fuit V. Mag. Nam jobagionibus eorum hactenus protector fuimus, ab omnibus inimicis alienis, neque hucuſque eosdem talibus petitionibus moleſtavimus, niſi nunc. Sed ſi ipſos tædet hæc noſtra petitio, aut recuſaverint, fors & nos jobagionibus ipſorum, protector & adjutor ulterius non erimus.* Croatia quoque Maximiliano quod adhæſerit, teſtis eſt Iſthvanffius, & Tabulæ pacis, Poſonii die 7. Novemb. An. 1491. inter Fridericum III. Imp. & Maximilianum Romanorum & Hung. Regem, ab una: parte ab altera Wladislaum Hung. & Boh. Regem ſancitæ, exſcriptæ autem ab Illmo immortalique Dno, & Viro eruditiſſimo, lumineque Patriæ, D. Adamo Franc. Kollario, ac adnexæ Urſino Vellio Auctar. Diplom. a pag. 238. quas ibi meditando legere, ne dedigneris lector erudite. Nos ex his excerpimus notamusque ſequentia.

Primo. Nec Fridericum Imp. nec Maximilianum, jure Imperii, Hungariam prætendiſſe, verum ut verba fœderum: *Et occaſione juris, quod idem Dom. Maximilianus Rex, ad ipſum Regnum Hungariæ, vigore cujusdam inſcriptionis habere dinoſcitur, poſt ipſius D. Mathiæ Regis mortem.* Quæ iisdem talibus, ultro firmantur a pacto 10. ad 23. ut vel horum conſideratione, erroris damnentur, qui Hungariæ Regnum, obnoxium Imperio eſſe, ſcribunt. 2dò: *Thobias de Bozkowitz & de Tſchernohora*, hoc eſt *de monte Nigro* (nam cserna Gora, montem nigrum exprimit) uti Capitaneus erat Generalis, Maximiliani Regis; ita dubitari vix poſſe, teſtaretur: Montem illum nigrum, ſub Mathia Rege, hujusque prædeceſſoribus ad Regnum Croatiæ non pertinuiſſe, præcipue cum fatus Thobias, tantorum fuiſſet poſſeſſor, ut ex iis tabulis videre eſt. 3. Dubitare non ſinunt, memoratæ Tabulæ, Croatiæ Comites, Maximiliano faviſſe, dum conſtituitur: *Item cum Comites Croaciæ in hoc bello Romanorum Regi adhærentes, conquerantur de bonis ipſis ablatis, concluſum eſt, quod omnia & ſingula eorum bona & jura, que poſtquam Romanorum Regi adhæſerunt, perdiderunt, eis reſtitui debent.* - - 4. Caſtrum Sonberg, hodie Sumberg, Thobiæ fuiſſe, teſtantur tabulæ. 5. Conventum quoque eſt: *Quod Cæſar & Romanorum Rex hanc pacem & unionem ſub generalibus ſcripturis, Sanctiſſimo Dno noſtro, & Collegio Cardinalium intiment, Sanctitatem ſuam certiorem reddendo, quod hunc Dominum Vladislaum Regem, deinceps pro vero & indubitato Hungariæ Rege habeant & recognoſcant.* Nec eſt mentio, vel conferendi Vladislao Regni, vel eidem confirmandi. Qualiter autem intelligi oporteat, verba: *obedientiam quam præſtiterit acceptent*, a pag. 284. ex Pio II. interprete idoneo retulimus.

Adverſabatur quoque Vladislao Regi, *Joannes Corvinus* Dux, & Mathiæ Regis filius naturalis. Hic, ut recte obſervat Iſthvanf. *neceſſariam potius quam honeſtam* cum Vladislao fecit pacem, recepta videlicet Sclavonia, Croatiaque ad Adriatici maris oram, ut ſi absque liberis decederet, omnia ad Regnum Hungariæ revolverentur. Sane abſoluta Ducali, Regiaque prope auctoritate, ad Joannem Corvinum prædicta deveniſſe, tot numero inſtrumenta evincunt & demonſtrant. Donationum ab eo factarum, non reminiſcimur, ne privatorum juribus nocere voluiſſe arguamur. Sed ultra illas, Ducatum Joannis Corvini demonſtrant memoratæ tabulæ, ubi 7mo conventum eſt: *Cæſarea, & Regia Romanorum Mattes, ipſum Jacobum Zekel - - requirere debebunt, quod omnia & ſingula caſtra : - - reſtituat. Et ne is, ſeſe vel per fidem præſtitam, vel alio modo, ab ea traditione facienda, excuſare poſſit; Conventum eſt: Quod ipſe D. Wladislaus Rex, ſimiliter & illuſtris Dominus*

Dux

Digitized by Google

Dux Corvinus (quandoquidem Regnum cum eodem Duce concordavit, quod hujusmodi Caſtra Regno reddere debeat) eidem ſerioſè ſcribant & admoneant, ut hujusmodi loca - - - cedat in effectu &c. Corvini Ducis in iisdem pactis, eſt & dehinc memoria. Hinc Civitas Montis Græcenſis Zagrabienſis, quæ uti recenſuimus Maximiliano ſe ſubjecerat, Joanni Corvino ceſſit. Enimvero in Feſto S. Michaelis anni 1491. *Joannes Corvinus Sclav. Liptoviæ & Opaviæ Dux*, in Civitate ut exprimit ſua, Montis Græcenſis Zagrabienſis, Ladislao de Egervara, Dal. Croat. & Sclav. Bano: Item Vicebanis Antonio de Paak, Caſtri ſui Medue, & Michaeli Oroz, & Gregorio Benkovich Civitatis ſuæ Zagrab. Capitaneis modernis & futuris ſignificat: Capitulum Zagrabienſe a ſe in protectionem eam talemque recipi, qua ſub Rege Mathia genitore ſuo gaudebat, mandatque: ut in ſua perſona & vice, idem Capitulum protegant. &c.

Quamvis porro hæc pacta ſic fuerint, cum Maximiliano Rege, Duceque Corvino, Sancitumque ut conventa, proximis Comitiis, communi ſtatuum conſenſu roborentur firmenturque, in Decreto nihilominus anni 1492. confirmationis; non invenio veſtigia. Præfatio hæc innuit, exprimendo: *Et facta atque inita pace & concordia ſub certis conditionibus, primum cum Sereniſſimo Principe D. Maximiliano Rom. Rege &c. - - Aliis demum hoſtibus forenſibus fuſis fugatisque: domeſticis vero & inteſtinis bellis - - ſedatis, omnia in pacem concordiamque reduxiſſemus.* Attamen exordiò, Vladislaus primus omnium, (ſi tamen ſucceſſivè non fuiſſet additum, cum nec in ſequentibus decretis; nec in aliis communiter diplomatibus, titulo illo uſum fuiſſe obſervem) *Sclavoniæ - - Rex* adhibet, ad indicandum facilè, ſe Ducatus, Ducisque Corvini Regem eſſe; in concluſione autem Ducis *Joannis Corvini* non eſt mentio; at Ladislai de Egervara Dal. Croat. & Scl. Bani. Quin Art. 25. adverſus inita fœdera, ceſſamque Viennam ſtatuitur: *Metæ intra Ungariam & Auſtriam ab antiquo tempore habitæ, per quondam Dominum Mathiam Regem, de novo rectificatæ & recuperatæ in eodem ſtatu per Regiam Mattem relinquantur & teneantur. Et quod de metis inter Ungariam & Moraviam, nec non Poloniam ſimiliter rectificandis Majeſtas Regia decernat, quid pro utilitate Regnorum melius ſit faciendum.* En ænigma & luſum. *Sclavonia* ceſſa eſtò fuerit Joanni Corvino, articulo 26. ſtatuitur intra cætera: *Mardurinas in Regno Sclavoniæ exigi conſuetas Majeſtas Regia - - exigi faciat.* Art. 41. duæ Octavæ in Sclavonia celebrandæ ordinantur. 42. Banus excluditur ab officio Judicis Ordinarii &c. art. autem 70. intra eos recenſetur, dum ſtatuitur: *Si qui vero Judices Regni Ordinarios, aut eorumdem Vicegerentes, ſcilicet Vice-Palatinum, - - Vice-Banum &c. verberarent - - in nota & pœna perpetuæ infidelitatis convincantur.* Immo non obſtante ceſſione facta Corvino Sclavoniæ, adduntur ſeparatim *Articuli Nobilium Regni Sclavoniæ.* Ibi legendi. Sane elargitum occaſione electionis ſuæ ſtatibus diploma, inter decreta Regum inſertum, ſtatibus etiam Sclavoniæ Vladislaus exmiſit. Anno 1491. condolet ſuo reſcripto Sclavoniæ de hoſtilitatibus & vexationibus perpeſſis, promittendo ſe proviſurum, & conſtantem fidelitatem commendando. Quin eodem anno monet, ut expirantibus cum Turca induciis, Regnum Sclavoniæ juxta conventionem cum Nunciis Regis initam, pecunias mardurinales, & integrum ſubſidium Hungaricum perſolvat, non obſtantibus Regni excuſationibus: quod per pecunias exercituales eſſet exhauſtum: quod pecunias mardurinales non alias, quam dum per Regnum Hungariæ, lucrum Cameræ præſtaretur ſolvere teneantur: denique quod juxta antiquam conſuetudinem, nonniſi dimidium Hungarici ſubſidii præſtare teneantur. Ab anno 1491. cauſâ ceſſæ Joanni Corvino Sclavoniæ, nulla evolvi, aut reperi Wladislai Regis ad Sclavoniam hanc, mandata, aut diſpoſitiones quaspiam, demptis præmemoratis in decreto anni 1492. contentis.

Porro cum ſub Rege Vladislao, ut recenſuimus, publica reipublicæ cura, reputari incoaverit, ex privatis quorundam commodis & auctoritate, Regiaque poteſtas arctata ita ſit, ut publica Vladislai decreta, cuivis demonſtrarent, & inter cæteros Articulos, 33. anni 1492. quo; & *Regia Majeſtas*, & *Regnicolæ* Palatini judicio ſubjiciuntur, proptereaque Palatinus Regis Statuumque pari voluntate eligendus ſtatuitur. Hinc Rege & Statibus ſuperior eminentiorque evaſiſſe deducitur, dum ipſe judicio nullius ſubderetur. Ab exemplo hoc, Bani Sclavoniæ, Croatiæque, quævis ſibi licere ſunt arbitrati, ſeſeque ab omni foro & judicio cujusvis immunes prætendebant, ut p. 162. hiſt. E. Zag. Comesque Joannes Draskovich Banus, credito huic privilegio ſucceſſivè renunciavit, Actis publicis teſtantibus. Art. 108. ut ajunt *Oligarchiæ* ſatis proſpexit, dum Nobiles mediocres & pauperes ultra quatriduum non expectandos jubet, concludendo: *Non venientes vero, vel non comparentes non obſtante eorum abſentia, omnia per comparentes concluſa, pro rato habere teneantur.* Confirmatisque 1492. anni articulis, addit Rex: *Sed quia iidem Domini Prælati, Barones, & Regni Proceres ſuper hujusmodi articulis* (nempe ratione decimarum, Eccleſias. beneficiorum,

collatione Comitatuum, & cæterorum negotiorum) *certis ex cauſis & rationibus, debitam atque perfectam deliberationem ad præſens facere nequiverunt*, ideo *de voluntate DD.* Prælatorum & Baronum & Regni Procerum ad futuram Diætam tales rejiciat. In Decreto 1495. ſemet ad officium *Conſiliarii* reſtringit, dicens *Noſtro Conſilio.* Decreto 1498. fatetur: ſemet occaſione Coronationis ſpopondiſſe, libertates diminutas, *ad utilitatem eorum* (ſcilicet Prælatorum, Baronum &c.) *reformare & renovare*, quod etiam ex latis articulis ibi, ſatis apparet. Quin 1507. Decretum conditur ſine Rege, & Rex regulatur art. 5. *Si quæ præter eorum* (nempe Aſſeſſorum & Conſiliariorum) *ſcitum faceret, nullius ſint vigoris, atque firmitatis.* Memorandi ſunt plures articuli, ut X. 1504. quô agnoſcitur: *Omnes fermè Conſtitutiones Regni hactenus factæ, inter ſe diſcrepare videntur.* Nec mirum dum quævis *in conſuetudinibus* radicari exprimuntur, ut ex lubitu Protonotariis conſuetudines prætendentibus 1498. art. 6. ſtatuatur: *Quoniam autem Magiſtri Protonotarii, in judiciis diſcutiendis ſemper conſuetudines Regni allegare coſueverunt, ob hoc hujusmodi conſuetudines antiquæ conſcribantur, & ſi quæ videbuntur Regiæ Matti, ac Dominis Judicibus, rationabiles & legitimæ non abuſivæ, nec irrationabiles, ſecundum eas judicetur. Eligatur autem Mgr Adam per Regiam Mattem qui easdem connſuetudines conſcribat, & Domini Regnicolæ illi proviſionem facient, & cum eo ſuperinde concordabunt.* Magiſter Adam, quid conſcripſit? qualem proviſionem a Regnicolis accepit? & qualiter in conſcribendis conſuetudinibus concordaverit? me latet. Werböczius autem quid fecerit? ſuum teſtatur tripartitum.

Sclavonia noſtra, videns Majeſtatem Regiam ad inſinuatam conditionem reductam poſitamque; Ducalem quoque Joannis Corvini Ducis poteſtatem ſuffere nequiens, ſibi 1492. Articulis illis Sclavonicis, ſatis proſpexit, ſignanter art. 8. 9. 10. 11. Immo quamvis ſub anterioribus Regibus, ſtatutis Regni Hungariæ parere deprecabatur, diſtinctaque ſtatuta condiderit, nunc non ſolum in Diæta ſuos edidit articulos; verum repetitim habet: *hoc fiat eo modo, ſicut in Regno Hungariæ.* Quare Duci ſuo fuit incommoda, totaque Eppo Oſvaldo adhæſit. Epiſcopus illico poſt Diætam 1492. adverſus Joannem Corvinum, apertum gerit bellum, pugnantque invicem. Duce, Regem eatenus interpellante, & ad inita fœdera provocante, quamvis juberet Rex Epiſcopum arma ponere, teſte attamen Iſthvanſ. *Oſvaldus quoque Epiſcopus Zagrabienſis ejusdem Corvini oppidis per vim adimendis* (an. 1493.) *imminebat, nec Regis juſſu, ab armis diſcedendum arbitrabatur.* Neque ſolus erat Epiſcopus, juſſa Regis contemnens, verum Iſthvanſſio teſte plures alii, Frangepany quoque; ut edoctus *Joannes* Dux, de iis quæ Rex Oſvaldo reſcripſerat, videns item tantas potentias & confuſiones, ſponte ceſſerit, meliorem ratus privati, quam Ducis conditionem. Epiſtola Regis ad Oſvaldum eſt ſequens: *Quæ intra vos, & Joannem Corvinum ratione Caſtelli & oppidi Rakonok contigerunt, & qualiter ordinavit Banus inter vos & Caſtellanos ejusdem, pariter intellexi ex litteris & Nuntiis veſtris. Qui, licèt vobis refferent relationem noſtram, ſcimus tamen etiam. Itaque contenti ſumus, quod Caſtellum & Oppidum prædictum, tam per vos, quam per ipſos Caſtellanos ad manus Ladislai Egervara, & præfati Bani noſtri, propter certas rationes, interim quouſque nos de proprietate hujusmodi Caſtelli & oppidi diſcernere poterimus, aſſignentur; & volumus ut illud ita aſſignetis, nomine Noſtro interim tenendum. Prœterea intelleximus: quod Turci omnes vias Caſtri noſtri Jaicza undique obſederunt, ita ut ad id victualia hactenus inferi nequiverint; gentes quas habetis deputetis in ſubſidium cæterorum fidelium noſtrorum, quibus præcepimus, ut omnibus modis poſſibilibus victualia imponant ad caſtrum ipſum. Caſſoviæ fer. 2. poſt Feſt. SS. Corp. Chriſti anno 1494.*

Poſt reſignationem Ducatus Sclavoniæ, a Corvino factam; Rex Vladislaus hanc qualiter quave ratione gubernaverit, juſti foret voluminis, quævis cum ſuis circumſtantiis, pollitica, bellica, juridica complectendo deſcribere, monumentisque firmare. Quare bellica ex Iſthvanſſio atque aliis videnda. Quod Politica, vel juridica attinet; hæc eruditus doctusque lector, ex extractu monumentorum ſequentium metiri, cognoſcereque dignetur. Hæc autem Cl. Ritterus, teſtatur partim in Regni Tabullario, partim Cameræ Aulicæ Regiæ Vien. extare. Itaque

Imò: 1494. Mandatum Vladislai ad Capitaneos, belliductores, ſollicitatores & levatores gentium ſive exercituum, ſonans: ne miles condeſcenſiones faciat in bonis Nobilium; verùm in oppidis & Civitatibus, ibidemque non rapto ſed pecuniis ſecundum limitationem Bani Regnor. Dal. Croat. & Sclav. *Ladislai de Kaniſa*, ſe ſuſtentet & vivat. Item mandatum Regis Vladis. 1494. ad Banum D. C. & Scl. Ladisl. de Kaniſa, ne Nobiles inſolita exercituatione oneret; in caſum autem neceſſitatis, Prælati & Barones ſuas gentes penes Banum deputa-

re

Digitized by Google

re teneantur, a qua tamen exercituatione *Petrum Gudovcz* quà Vice-Protonotarium, ex antiqua conſuetudine vult exemplum.

Anno prædicto 1494. *Ladislaum Egervara* Banum fuiſſe, ſuperior Regis evincit epiſtola. Adjudicatoriæ item Palatinales, pro eodem Bano & filio ſuo Stephano, contra illuſtres Dnos Gregorium & Joannem, filios condam Stephani Regni Ruſſiæ Deſpotæ, ſuper facto ſtatutionis Caſtri oppidique Koſtanicza in Comitatu Zagrabienſi exiſtentium, cunctarumque poſſeſſionum & villarum, ad eadem pertinentium, fol. 82. item fol. 110. Cam. Reg. Aul. Vien. Intra eundem nihilominus annum Ladislao in Banatu ſucceſſit *Ladislaus de Kaniſa*, teſte ſuperiori extractu, prouti etiam Mandato Regis Vladisl. (teſte Raiſcſanio) quò, *Joanni Corvino* Scl. Duci, poſſeſſorique Civitatis Varaſdinenſis exagerando præcipit: ut violenter occupatas poſſeſſiones Szent-Jakob, & Szent-Jllie, ad Caſtrum Varaſdinenſe nunquam ſpectantes, cum reſarcitione damnorum, Georgio Comiti Zagoriæ remittat, ſecus commiſſionem habens, Banus Sclavoniæ Ladislaus de Kaniſa, damna aliter etiam deſumet. Hoc item anno Ladisl. de Kaniſa Banum Decembri menſe fuiſſe, mandatum ſtatutionis peragendæ per Cap. Chaſmenſe, ſub ſigillis Vice-Banorum Benedicti Thurocz, & Ludov. Peker, evincit. Sed anno ſequente 1495. Banatu privatus eſt. *Joannes Corvinus* officium hoc in his circumſtantiis ſuſcepit. Enimvero

1495. Mandat Vladisl. Joan. Corvino Scl. Dal. & Croat. Bano ut omnes cujuscumque ſtatus, præcipue autem in Comitatibus Criſienſi & Werovcze, Vajvodas (qui non niſi furta & perverſitates patrabant) ſub notæ infidelitatis pœna, deponat. Ipſeque Corvinus Banus dato diplomate ſecuros reddit Sclav. Status, quod dehinc Vicebanum extraneum non ſit creaturus, modo *Joannem Giulay* pro hac vice acceptent. Hoc 1496. Vladislaus roboravit, conſtituens ut Vice-Banatus non niſi indigenis ex potiori Nobilitate conferatur. Conſtituit item, ut cauſæ a Bano ad Curiam Regiam deducantur, abinde ad Banum pro executione remittantur, ſecus latæ ſententiæ nullæ eſſent. Joannes Corvinus Ducis titulo uſus, qua Scl. Croat. Dalm. Banus *ex Bihacs* in Feſt. Exalt. S. Crucis, mandat *Georg. Caſtellanffi, & Ludov. Peker, Sclavoniæ Vice-Banis*, & omnibus Regnicolis: ſi qui ex Carniolia vel Carinthia reperirentur, ut arreſtentur, idemque mandat, omnibus officialibus in Modruſio. Hoc eodem anno Vladislaus Rex elargitur diploma Regno Sclavoniæ, ſuper inſigniis, tenoris ſequentis.

„ Uladislaus DEI Gratia Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ, „ Galliciæ, Lodomeriæ, Cumaniæ, Bulgariæque Rex, nec non Sileſiæ, & Lucenburgenſis „ Dux, Marchioque Moraviæ, & Luſatiæ. Ad perpetuam rei memoriam. Decet Regiam „ Majeſtatem juſtis, & congruis precibus condeſcendere ſubditorum, & ipſos ſubditos de ple„ nitudine gratiæ ſuæ continuis honoribus afficere; ut dum ſuo ſubjecti dominio ſuave jugum „ ſe portare ſenſerint, fortius accendantur, ad obſervanda ſuſcepta debitæ fidelitatis exercitia. „ Tunc enim ſubditi in virtute lætantur boni Præſidentis; cum eos non in antiquis ſolum„ modo legibus, & conſuetudinibus ſuis ſtudioſe fovet & conſervat; ſed inſuper novis extol„ lit honoribus, & Regalis magnificentiæ adornat donativis.

„ Proinde ad univerſorum notitiam harum ſerie volumus pervenire; quod, cum his „ diebus in hac civitate noſtra Budenſi una cum nonnullis Dominis, Prælatis, & Baronibus „ Regni noſtri fuiſſemus conſtituti, fideles noſtri nobiles, & egregii Bernardus de Thurocz, „ Georgius Capitánffi de Deſznicza, ac Nicolaus Voikffi de Voikoucz, nomine, & in perſona „ *univerſitatis nobilium Regni noſtri Sclavoniæ*, noſtræ Majeſtatis accedentes in conſpectum, „ exponere curaverunt; quod, quamvis illud Regnum noſtrum Sclavoniæ ab antiquo ha„ buerit pro armorum inſigni unum Mardurem, & his armis uſque præſentiarum ſemper „ uſum fuerit, & ejusdem univerſitas univerſaliter uſa extiterit; tamen propter certas cau„ ſas, & rationes cuperent iidem Regnicolæ hoc armorum inſigne per noſtram Majeſtatem „ renovari, & ſibi de novo ad perpetuam memoriam renovatum condonari. Nos igitur, qui „ præfatum Regnum noſtrum Sclavoniæ, & ejusdem Regnicolas nihilo minus, quam alia „ Regna & Dominia noſtra, & eorundem incolas cupimus non ſolum in antiquis legibus, „ juribus, & conſuetudinibus ſuis conſervare; ſed etiam majoribus honorum titulis, de Re„ gia noſtra providentia, & liberalitate decorare. Nam Regnum hoc inter duo flumina, „ videlicet Savum, & Dravum conſtitutum, contra & adverſus Turcos Chriſtianitatis perpe„ tuos hoſtes, & inimicos ſibi proxima loca tenens continua bella exercet, & ita ſe armis tu„ tatur, & conſervat; ut vix eam regionem Turcus unquam ingreditur, quin accepta graviſ„ ſima clade, & calamitate ex eodem Regno noſtro recedat. Quapropter non immerito hoc „ ipſum Regnum noſtrum unum præcipuum ſcutum, vel potius antemurale hujus Regni „ noſtri Hungariæ appellaverimus. Ut itaque hoc ipſum Regnum noſtrum Sclavoniæ, at„ que univerſitas fidelium noſtrorum in eodem conſtituta, noſtram Regiam munificentiam

Digitized by Google

„ perſentiat, & experiatur liberalem; hæc arma (videlicet in uno ſcuto triangulari, duo flu-
„ mina ſuperius denominata per tranſverſum directe depicta, in eorumque medio ſuperſtitio
„ campo ſcilicet penitus rubicundo prædictum mardurem antiquum eorum inſigne coloris na-
„ turalis, & proprii, reliqui autem duo campi ejusdem ſcuti duas partes exteriores prædi-
„ ctorum fluminum occupant, ſunt penitus colore depicti cœleſtino, in quorum ſuperiore
„ unam ſtellam, quod propter continuas bellicas exercitationes, in quibus præfatum Regnum
„ noſtrum Sclavoniæ, & ejuſdem incolæ adverſum prædictos Turcos continuo agitantur; ſy-
„ dus Martis voluimus appellare: præterea ſuper ſcutum galeam unam in vero colore, pro-
„ priaque figura variis floribus veluti vento agitatis univerſum gyrum ejuſdem galeæ atque
„ ſcuti, totamque armorum deſcriptionem pulchra diverſitate ambientibus, prout hæc in prin-
„ cipio, ſeu capite præſentium litterarum noſtrarum figurata ſunt, & diſtinctius expreſſata)
„ animo deliberato, & ex certa noſtra ſcientia, ac de conſilio prædictorum Dominorum Præ-
„ latorum, & Baronum noſtrorum, plenitudineque poteſtatis noſtræ Regiæ; eidem Regno
„ noſtro Sclavoniæ, univerſitatique nobilium ejuſdem duximus dandum, & conferendum:
„ Annuentes eiſdem, & concedentes; ut ipſi a modo deinceps in perpetuum his armis in Ban-
„ deriis ſuis, & aliis quibuſvis rebus, & exercitiis militaribus univerſitatem Regni illius no-
„ ſtri concernentibus fruantur, & utantur. Atque ut iidem publicæ utilitati ſuæ cautius, &
„ providentius conſulere poſſint; iiſdem armis, in ſigillo per impreſſionem ceræ rubeæ, quan-
„ tum in litteris, & epiſtolis miſſilibus omnibus in rebus nomine univerſitatis ſuæ uti, frui,
„ & gaudere poſſint, & valeant.

„ De talis modo igitur ſingularis, & ſpecialis noſtræ gratiæ antidoto merito exultet, &
„ tanto ampliore ſtudio ad honorem Regiæ Majeſtatis ipſorum de cetero ſolidetur intentio;
„ quanto ſe ipſos largiori favore Regio præventos eſſe conſpiciunt, & munere gratiarum: in
„ cujus rei memoriam, firmitatemque perpetuam præſentes litteras noſtras pendentis, & au-
„ thentici duplicis ſigilli noſtri, quo ut Rex Hungariæ utimur, conſignatas, eidem Regno
„ noſtro Sclavoniæ, Regnicolarumque ejuſdem univerſitati duximus concedendas. Datum
„ per manus Reverendi in Chriſto Patris Domini Thomæ Epiſcopi Eccleſiæ Agrienſis, Au-
„ læ noſtræ ſummi Secretarii, & Cancellarii, fidelis noſtri dilecti. Budæ in Feſto Conceptio-
„ nis B. Mariæ Virginis Anno Domini MCCCCXCVI. Regnorum noſtrorum Hung. &c. an-
„ no 7. Bohemiæ vero 26. Locus ſigilli pendentis Regii: *collat. cum autogr. concord. invent.*

Nulla Ducis, Banique Corvini mentio; at unice *Univerſitatis Nobilium Regni noſtri Sclavoniæ.* Ait in diplomate Vladislaus, exponi ſibi: Regnum Sclavoniæ ab antiquo habuiſſe pro armorum inſigni unum mardurem, & his armis uſque præſentiarum ſemper uſum fuiſſe. Sed ubi? neſcio. Mathias ut pag. 288. jubet Bani ſigillum tradi Protonotario, in pluribus item inſtrumentis ſigilli Vicebanorum eſt mentio. Proſequitur Vladislaus: *tamen propter certas cauſas & rationes cuperent - - - ſibi de novo ad perpetuam memoriam renovatum condonari*, ſive gratis ſine taxa dari. *Quæ illæ certæ cauſæ fuerunt?* facile ex circumſtantiis horum temporum, cognoſcitur. Sigiſmundus *veræ & ſinceræ nobilitatis* teſſeram arma conſtituerat ut pag. 261. relatum eſt, fuitque iſtud ſub Vladislao obſervatum, docente hoc, Herkffiorum pag. 262. collatione. Itaque *Univerſitati etiam Nobilium*, erat Armorum ſtabilitate providendum. Bani olim ſua dabant ſigilla. Dux Corvinus, Sclavoniæ ut ſui Ducatus, ſuaque ſubſtituerat; Ducatui cedens, Banatumque aſſumens, ut Corvinus reddatur, Banatusque debilior, erat providendum, a Rege tali præcipue, qui felicitatem publicam ex privatorum commodis & potentia, metiri paſſus eſt. Hinc in memorato diplomate 1. *annuentes eisdem & concedentes; ut ipſi amodo deinceps in perpetuum his armis in Banderiis ſuis, & aliis quibusvis rebus, & exercitiis militaribus univerſitatem Regni illius noſtri concernentibus, fruantur & utantur.* En Banderia univerſitati Regni attribui; ut dehinc pro his, Reges ſeſe inſinuare, hæcve prope petere oportuerit. Proſequitur: *Atque ut iidem publicæ utilitati ſuæ cautius & providentius conſulere poſſint.* Diſpoſitio tota permiſſa videtur Univerſitati Nobilium *ut iidem, utilitati ſuæ* conſulere poſſint, ſed cautius & providentius, dum *ſigillo per impreſſionem ceræ rubeæ, quantum in litteris & epiſtolis miſſilibus, omnibus in rebus, nomine univerſitatis ſuæ, frui & gaudere poſſint, & valeant.* Nunc quoque gaudent & fruuntur in rebus omnibus, nomine Univerſitatis hujus Regni Sclavoniæ. Hinc uti corpus Regni, Comitatus Sclavoniæ conſtituebant, & pro utilitate ſua, provide cauteque conſulebant; ita ad annum uſque 1756. Comitatus hi, ſigillis propriis deſtituebantur; ſed tum reſtitutis poſitiſque ad legum præſcripta his Comitatibus, a Regnante feliciter *Domina Noſtra*, ſigilla ſua Comitatus obtinuerunt. Varaſdinenſis Comitatus habuerat antiquum ſigillum, at eo uti non potuit, quod neque is, neque cæteri, congregationes ſuas particulares habendo, ſpeciatim diſponere quiviſſent; verum quævis, ſecundum

Vla-

Vladislai diploma; in Generali Regni Congregatione ordinabantur, & ſi ſcribendum quid fuerat, publico Regni totius nomine reſcribebatur, vel orabatur.

Anno 1497. præmiſſis elevata, Regni Sclavoniæ Univerſitas, in ſua Generali Congregatione Criſii celebrata, ſubditis Capituli, pecuniam quandam, *fumalem* vocatam, exolvendam; atque ab his exigendam voluit. Provocavit ad Regem Capitulum, qui Jaurino fer. 2. poſt Feſt. S. Vincentii rogat hortaturque Corvinum, ut mandet Vicebanis, ne moleſtent Capitulum. Sed quod Rex non rogâſſet Status, ſepoſita ſunt Corvini mandata; ipſeque Dux ſic habitus, ut Banatum geſtum reſignâſſet; Rex autem deinceps, mandata ſua, ad Univerſitatem Regni inſcribere ſit coactus, ut inferiora demonſtrant. Porrò cum prædictas *fumales pecunias* plures deprecarentur; anno 1499. teſte extractu Ritteri mandat: *Ut pecunias fumales, omnes, præter eos, qui de conſuetudine, & (obſerva) libera voluntate Univerſitatis Nobilium exempti haberentur, de bonis & poſſeſſionibus ipſorum, ſub amiſſione, prærogativæ Nobilitaris præſtent.* Hæc Regis reſolutio, produxit ut; caſſa ad Univerſitatem Nobilium devolveretur, & quævis circa eam diſpoſitio, atque ab hujus obligatione exemptio. Ditiores potentioresque, ac in officiis conſtituti (teſte Art. 2. anni 1574.) ab onere hoc fuêre exempti. Capitula graves paſſa ſunt incommoditates. At omiſſis quibusvis, quæ narrari poſſent, demum anno 1505. ſequenti obtento Privilegio Cap. Zagr. reſpirabat.

„ Nos Vladislaus DEI Gratia Rex Hungariæ & Bohemiæ &c. memoriæ commendamus, „ tenore præſentium ſignificantes univerſis: Quod nos conſiderantes multum intereſſe Prin- „ cipibus Catholicis, Eccleſias DEI in ſuis bonis temporalibus non modo tueri & manutene- „ re; verum eas, libertate quoque digna, & quidem debita proſequi: quò, miniſtri earum ex „ tali pia proviſione, aliqua dulcedine ſumpta, animo alacriori, cultui Divino inſiſtere, & pro „ ſalute, ipſos, in temporalibus juvantium, ſedulas ad Altiſſimum preces effundere poſſint. „ Sane igitur nos, cum pro ea ſpe & devotione, quâ, erga BSS. Stephanum Regem & Con- „ feſſorem, in cujus glorioſo nomine Eccleſia Zagrabienſis fundata, & conſtructa extitit; ſin- „ gulariter tenemur: tum etiam, quia ex declaratione ſimul & ſupplicatione Capit. ejusdem „ Eccl. Zagrabienſis; Matti noſtræ, propterea facta, intelligimus: qualiter *ipſi*, ac univerſi „ populi, & jobagionalis conditionis homines ipſius Capituli, inter alias eorum libertates, ei- „ dem Capitulo a Divis Hungariæ Regibus, noſtris ſcilicet Prædeceſſoribus, conceſſas, ab anti- „ quo ſemper, *ad hæc uſque tempora, hac quoque libertate uſi fuerint & gaviſi*: Quod „ quando Univerſitas Nobilium Regni Noſtri Sclavoniæ, generaliter vel particulariter pro „ aliquo eorum negotio; apud Noſtram Mattem, vel dictos noſtros Prædeceſſores promoven- „ do, ab incolis ipſius Regni, aliquas collectas; vel *denarios fumales*, exigi ordinâſſet, ſem- „ per ipſi, populi, & jobagiones præfati Capli, a ſolutione hujusmodi collectarum, vel dena- „ riorum fumalium; in medium ipſorum Regnicolarum ſolvi debendorum, exempti fuerint, „ & ſupportati. Ita nos quoque; qui, omnes Regni noſtri *Eccleſias*; *quarum veri Patroni* „ *ſumus*, in eorum juribus & libertatibus; tenere & conſervare tenemur. Ipſos; præſcriptos „ colonos; & jobagiones ejusdem Capli Eccl. Zagrab. ab hujusmodi ſolutione, præſcriptarum „ collectarum & denariorum; de Regiæ noſtræ liberalitatis, atque munificentiæ dono; & gra- „ tia ſpeciali; duximus denuò, & de novo, perpetuo eximere & ſupportare. Immo eximi- „ mus, & ſupportamus præſentium per vigorem. Quocirca vobis fidelibus noſtris, Magnifi- „ cis Banis, ac egregiis Vicebanis eorundem, nec non Comitibus, vel Vice-Comitibus & Jud- „ lium, dicti Regni noſtri Sclavoniæ præſentibus & futuris, præſentes viſuris, harum ſerie fir- „ miſſimè committimus & mandamus: ut amodò, deinceps nullo unquam tempore contra „ hujusmodi noſtram gratioſam exemptionem (ſiquidem & inquantum ut præmittitur præ- „ fatum Capitulum, eadem ipſa libertate uſum eſt) a populis & jobagionibus, ipſius aliquas „ collectas vel Den. fumales, pro quocumque negotio communitatis dicti Regni noſtri Scla- „ voniæ, generaliter vel particulariter fieri debentes, exigere; eosdemque ratione non ſolutio- „ nis hujusmodi, in perſonis rebusque & bonis ipſorum quibusvis, impedire; turbare, vel „ quovis modo damnificare; impedirique vel damnificari facere præſumatis, nec ſitis auſi mo- „ do aliquali, gratiæ noſtræ ſub obtentu. Præſentes vero, quas ſecreto ſigillo noſtro, quo ut „ Rex Hungariæ utimur, impendenti communiri fecimus, poſt earum lecturam, reddi ſem- „ per volumus & mandamus, præſentanti. Datum Budæ, fer. 2. proxima poſt Dominicam „ *Lætare*. Anno Dom. 1505. Regn. noſtrr. Hung. & reliqrr. Anno 15. Bohemiæ verò 35.

Notat ad annum memoratum Georg. Marcellevich ex inſtrumentis, ab Oſvaldo Eppo Zagr. Catharinam quandam coram Rege queſtam fuiſſe, quod Oſvaldus per latam excommunicationis cenſuram, illam cogeret, ad exolvendam ſibi decimam a nonis ſuis dominalibus, aliisque cenſibus, quas ipſa a ſibi ſubjectis acciperet. Rex Vladisl. aſſumptis ad judicium, Thoma Agrienſi ſummo ſuo Cancellario, Dominico Varadienſi & N. Segnien. de Lelecz; admini-

Digitized by Google

ſtratore proventuum Regalium, Eccleſiarum Præpoſitis. Item: Stephano de Zapolya, Vingarth Judice Curiæ, Bernardo de Frangepanis, Blaſio de Raska Caſtellano Caſtri Budenſis, Ladisl. de Daraghaza, Adam. de Liczka Perſonal. Præſentiæ Protonotariis, Franciſco de Marocha, jurato Notario Palatinali, - - de Kul, Cauſarum Regal. Directore, deliberat: Excommunicationem nullam fuiſſe, mandatque Catharinam a cenſuris illico abſolvendam; a nonis Dominis terreſtribus provenientibus, decimam non cedere; Oſvaldum Epiſc. ſi prægravatum ſe ſentiret, in generali Congregatione, quoad utrumque jus ſuum proſequi poſſe.

Poſt reſignationem Joannis Corvini, Dalm. Croat. & Scl. Banatum accepit *Georgius de Kaniſa.* Sub hoc, mandata Regis, & ordinationes quævis *ad Regnum Sclavoniæ* diriguntur. Sic teſte extractu Monum. Reg. 1498. Mandatum ad Reg. Sclav. directum, quo jubet Vladislaus, ut pro recepta conſuetudine, tempore depoſitionis ab officio cujuslibet Bani; Protonotarius ſigillum ejusdem authenticum, in medium Univerſitatis Nobilium adferre teneatur, utve ad evitandas fraudes ibidem in parte ſecetur. Quia autem Joan. de Karotna, Palatinalis, Regnique Sclavoniæ Protonotarius, *poſt ablationem Banatus a Ladislao de Kaniſa*, cum ejus ſigillo authentico id facere intermiſiſſet; immo uſque mortem apud ſe conſervâſſet; poſt mortem vero ejusdem, neſciretur quo deveniſſet, ad evitandas omnes fraudes: ut omnes litteræ ſub ſigillo ejusdem Ladislai de Kaniſa emanatæ, in proximis *Octavis*, ſigillo *actualis Bani Georgii de Kaniſa* muniantur, iisdemque, caſus vel amiſſio ſigilli inſcribatur. De eodem anno 1498. ſequentes ordinationes extant. 1. Vetans: ne Triceſimatores de rebus emptis vel permutatis, ſive pro uſu, ſive ornamento domus aut familiæ, a Nobilibus Regni Sclavon. triceſimam exigere auſint: 2. Ad Nobiles Scl. ne divexent mercatores telloniis & tributis. 3. Ne quis ex Regnicolis, *ſine expræſſa & libera admiſſione DD. Regnicolarum*, tributa vel tellonia erigat, ſub mulcta 100. flor. Quæ etiam pœna iis imponitur, qui tributum vel tellonium a Regnicolis non admiſſum, deponere nollent. Radicantur hic, plura tellonia *uſu*; neque enim adhuc vidi, per Regnicolas expeditum privilegium ſuper telloniis. Olim Bani hæc uſurpaverant, ſub Vladislao ad Regnicolas poteſtas hæc tranſiit. Articulos tamen Regnicolarum extradatos de uſu tellonij, vidi legique. 4. Quia art. 12. anni hujus conſtitutum in Diæta fuiſſet, ut Boſnenſe Capitulum per totum Regnum executiones facere poſſit, Rex declarat: cum in Regno Sclavoniæ tria ſint Capitula Zagr. Chaſmenſe & Poſeganum, ne Capitulum Boſnenſe in eodem Regno Sclavoniæ ullas executiones, aut fidei dignitatis ſuæ exercitium, facere poſſit.

Ad annum 1499. plura ſunt mandata, memoriæque Vladislai. Potiores ſunt: 1. Ut Stephanus, Geor. Kaſtellanffi, Nicol. litteratus de Zenthlelek, per notam infidelitatis bonis ſuis privati, contra impetratores coram Bano procedere poſſint, ſalva ad Curiam Regiam appellatione. 2. Ut pecunias mardurinales, oblatum item Regi ſubſidium in uno termino exolvant. Item ſubſidium oblatum extendi ad eos quoque Nobiles, qui ultra *Savum* ſunt, & de non repellendis a quocumque dicatoribus. Item: ut in exactione contributionis, hoc eſt taxæ Regiæ, penes hominem Regium, etiam Banalis interſit. 3. Modum exercituationis ita præſcripſit: Ut de 33. Colonis unus, de 100. equites tres, loricam, galeam & haſtam, vel loco galeæ arcum manualem cum pharetra, & equum ad minus 7. aut 8. Auri floren, præſtent. Declaravit inſuper: Dominos terreſtres in Hungaria reſidentes, a bonis in Sclavonia habitis, equites Capitaneo hujus Regni ſubjectos, præſtare obligari: Quodve Banus, Capitaneatum Stipendiatorum iſtorum, ſibi vendicare nequeat, verum Capitaneus Regni, ad propoſitionem Statuum ſit eligendus. Item *pecuniæ exercituales* de ſingulis colonis, ſive banderiatorum, ſive non banderiatorum ut exigantur. Eas nihilominus quisque a proportione pro gentibus a ſe producendis, retinere valeat. Denique ut in caſu ſupremæ neceſſitatis, omnes per ſingula capita inſurgere debeant.

In Eccleſiaſtica diſciplina, hæc diſpoſuiſſe Vladislaum, datis ad Regnum mandatis, invenio. 1. Ut *Vicarius Zagrabienſis*, & *Chaſmenſis locumtenens* teneantur in actione cauſæ meritum declarare, neque poſſint cauſas judicare alias, quam purè ſpirituales, ſuique fori 2. Teneri eos, *procuratoriis* coram Regni Judicibus emanatis, in ſede ipſorum ſpirituali, locum dare. 3. Ne *Locumtenens* Eccleſiæ Chaſmenſis, vacante nunc etiam Sede Eppali, Regnicolarum illi Capitulo propinquiorum, ac præſertim Nobilium prope *Zdencz & Attyna* commorantium cauſas judicandas impediat. Porro *Locumtenentis Chaſmenſis*, in plerisque litterarum expeditionibus occurrit memoria. Quid iſte fuerit? ſæpe indagari obſervavi. Poſtquam Capitulum Chaſmenſe, ſuos Præpoſitos (eſt unus ex Canonicis Zagrabienſibus) agnoſcere, hisque parere renuiſſet, quod eorum electione, aut minus ex proponendis per cap. confirmatione, ſecundum Stephani II. Epiſc. Zagr. conſtituta, Præpoſiti non nominarentur; Poſtquam item ſub Joanne Corvino, in partes ſciſſa fuiſſet Sclavonia, inferiorque vocata, cum parte Comita-

mitatus Criſienſis Joanni Corvino adhæſiſſet: ſuperior autem Ciliæ Comitibus, ut hi: ſuum Principatum eandem vocârint. Diviſa ſic *temporali* jurisdictione, *ſpiritualis* etiam alia eſt introducta. Nempe Cillejenſibus addicti a Zagrab. ſpirituali foro dependebant, illi vero, qui partium erant Joan. Corvini a Chaſmenſi. Cum porrò in una diœceſi duo nequirent eſſe Epiſcopi; ideo occaſione illa, quà lites erant de Epiſcopis, & intra has, *Locumtenentes* Chaſmenſis Eccleſiæ ſunt introducti; erantque diverſa fora intra hunc, & Vicarium Zagrabienſem. Huic parebat Zagr. Varaſdinenſis, Zagorienſisque Comitatus. Locumtenenti, Criſienſis, Poſeganus, Verocenſis, inquantum Diœceſis ſunt Zagrabienſis. Plerumque hi locumtenentes, fuêre etiam *in partibus* Epiſcopi conſecrati. Inter hæc Eccleſiaſtica, reponi poteſt etiam mandatum illud Vladislai Regis, dum mortuo Oſvaldo Epiſc. mandabat: Cum Bona Eccleſiæ in ſe, quà Regem eſſent devoluta, ut decimas penes contractum cum Oſvaldo innitum perſolvant, ſibi quà Regi & Domino terreſtri, donec alter reſolvatur Epiſcopus.

Anno hoc 1499. Georgium de Kaniſa Banatum tenuiſſe, demonſtrat concluſio confirmati Privilegii, relatique H. E. Zag. p. 332. Intra hunc nihilominus annum, fato Ladislaô, Joannes Corvinus iterum ſucceſſit. Clarum hoc eſt ex *Intimatorio* Regis, quo ſignificat, mutato conſilio, Sclavoniæ ſemet præficere, *denuo Joan. Corvinum*; item ex diverſis ad Sclavoniam mandatis, quibus aperit: commiſſum ab ſe Corvino Bano eſſe, ut e Regno; fures: Latrones, incendiarios extirpet: utve in proxima Regni Congregatione inveniatur modus de abroganda pernicioſa conſuetudine, abducendorum nocturno tempore alienorum colonorum. Mandat item, celebrari Octavalia judicia, cùm ſtabilem Banum Joan. Corvinum haberent. Demum ad univerſitatem Nobilium Regni Sclavoniæ ſcribit: quod terminum Diætæ, Feſt, nempe S. Mathiæ Apoſt. pro anno ſequente præfixum, anticipare debeat, ob Legatos qui aderunt, Regis Galliæ, Pontificis, Duciſque Venetiarum ad Feſt. Epiphaniæ, conſequenter, ut ſuos ablegatos exmittant. Sed iterum ad Feſt. S. Georgii rejecta fuit diæta, firmante hoc, decreto 1500. anni.

Hocce decreto, de appellatis cauſis ex Sclavonia art. 4. diſponitur; art. autem 8. abrogatur Mathiæ Regis meditatio, ut iisdem legibus Sclavonia & Hungaria ſubſint, dum ſtatuitur: *In Regno autem Sclavoniæ, valeant aliæ quoque octavæ celebrari*: (obſerva) *attamen non eo ordine, quo in decreto poſitum erat, ſed juxta antiquam & approbatam conſuetudinem eorum, alias ſemper obſervatam, celebrentur.* Hoc in decreto, præter cæteros, articulus 21. reflexionem meretur, non ſolum quoad Banderia, & ab his incoatam quorundam exemptionem; ſed vel maxime *cocorum elevationem*, quorum poſſeſſiones exemptæ articulariter ſunt ab onere exercituationis, poſitumque argumentum, ab exemplo horum, *arguendi* ad cæteros, ſic enim definitur: *coci Regiæ Mattis, in poſſeſſionibus Zakachi, & Wid vocatis, commorantes; modo ſimili* (inſtar nempe Aulicorum Regiorum, ut eodem articulo) *exempti ſint: Nemoque Nobilium ad bona & jura poſſeſſionaria ipſorum cocorum, aliquos jobagiones de cœtero transmittere debebit, neque ipſi coci cæteris Nobilibus per contrarium, aliquos ex eorum Jobagionibus peramplius transmittere tenebuntur.* Felix cocorum tempus, quô, pares Aulicis Regiis cenſebantur. Fors hinc profluxit, mos ille, ut ſucceſſivè *ad caſtra, e Caſtrenſibus* quidam, coci eſſent, immunes a ſervitiis cæteris, quin ab aliis exolvendi, ut nunc etiam, in Caſtro quodam, obſervaretur. Art. 22. reducit Banderia ad tempus Sigiſmundi, & perſonas Eccleſiaſticas dum haberet: *De cœteris vero perſonis Eccleſiaſticis non banderiatis, decimas tamen habentibus, quantum ad gentium conſervationem ſervetur ordo & continentia decreti minoris, art. videlicet 15. ſuperinde conſcriptus.* Sed his, aliiſque in decreto videndis.

Vladislaus ſpeciatim in Sclavonia conſtituit anno 1500. ſequentia. Primò: ut Georgio Zenthey bona confiſcata remittantur. 2. Ut omnes juxta conſtitutiones & decretum Regni pecunias exercituales conferant, & nemo ab eis ſit exemptus, Banusque renitentes, ad præſtandas compellat. 3. Ad Joan. Corvinum Banum, ne *mandatis prorogatoriis* cauſarum, tam Regiis quam aliorum, in judiciis ullatenus locus detur. Utve *Octavæ* Criſium indictæ pro Feſto Epiphaniæ, dum ob *mortalitatem* ſive contagium celebrari nequeunt differantur, factis autem evocationibus locus detur in futuris judiciis. 4. Tam Zagrabienſi, quam & Quinque-Eccleſienſi Capitulis mandat, ut prædiales eorum, juxta limitationem Nobilium unius ſeſſionis exercituare debeant. Præterea ex colonis bonas utileſque gentes ad exercituandum, dare obligentur. 5. Ad Nobiles Regni Sclavoniæ, quod impoſitum 50. denar. ſubſidium, ad denar. 40. pro hac vice reducat: unà præcipiens: ut mardurinalium ſolutionem continuent: ac dum ſubſidium aliquod Regno Hungariæ imponetur, id ipſi quoque præſtent. 6 Mandat Proto-Notario Nicolao Voikffi, ut gravamina ſubditorum & jobagionum Caſtri Atyna per Andream Buttinecz officialem Regium de Jajcza, cauſata; diligenter inquirat, ſibique reſſerat. Notari

tari merentur *Lucæ Epiſc. Zagr. reverſales*, quod decimam hoc anno ab adminiſtratoribus Regiis bonorum Epiſcopatus Zagr. collectam, in conſequentiam non trahet. *Anno 1501.* memorabiliora ſunt 1. Rogat hortaturque Nobiles, ut de bonis ſuis contribuant ultra 45. denarios, alios 25. in toto 70. 2dò: Ut victualia ad Caſtrum Jaicza, proximius a Turcis oppugnandum mittant. 3tiò: Conſtituit an. 1503. ne alienigenæ & forenſes, verum poſſeſſionati homines in Vice-Comites eligantur. *Anno 1504.* Cum Credentionalibus Nicolaum Zekel, ad Status Regni Sclavoniæ mittit. Hæc vero ablegatio, proceſſit ex art. 1. Decreti anni hujus, quod conſiderari meretur. Non ſolum teſtatur diſcordias; ſed plura cætera. Art. 24. ſingularis eſt, dum Prælati primo loco evasêre milites; altero Barones, poſtremo Nobiles. De rebus Eccleſiaſticis ſunt plures articuli, 23. & 26. potiores.

Inter decreta, Juris corpori inſerta, deſideratur vel memoria Diætæ Anno 1505. habitæ. Ritterus in ſuis extractibus monum. Reg. habet: *Tranſumptum Petri Comitis de S. Georgio & de Buſin Judicis Curiæ Regiæ*, quo continetur mutua ſtatuum & Ordinum Regni Hung. partiumque adnexarum in Campo Rakoſs interventa concluſio, vigore cujus ſtatuunt: Quod cum obſervent Regis Vladislai proximum in hærede maſculo defectum: experti autem fuiſſent, per introductum aliorum extraneorum Regum gubernium, magnas patriæ & Coronæ calamitates; ut futura eatenus incommoda antevertant, unanimi voto & ſtipulatis manibus, Domini quippe Prælati ad puritatem conſcientiæ ſuæ; Barones vero Proceres & Nobiles ad fidem Chriſtianam, atque honorem & humanitatem, ut in caſu: quo præfatus Rex absque hærede decederet, nullum alium pro Rege habere, & non alibi quam in campo Rakoss, benemeritum & idoneum Hungarum eligere velint. Immo ſi aliqua potentia, ſive vivente, ſive decedente præfato Rege, ipſos ad ſui electionem ſtringere & opprimere vellet, ut omnes unanimiter viritim inſurgendo, & tot, quot maxima in parte levari poterunt gentes ſecum aſſumendo, ſemet mutuis conſiliis auxiliisque tutari & defendere vellint. Neque ceſſuri antea, quam recuperata & obtenta plena libertate. Quod ſi vero aliquis illorum, contrarium in præmiſſis facere præſumeret, talis perpetuo infidelis Regni habeatur, cui neque Mattas Regia de novo conſtituta; neque totum Regnum gratiam facere poſſit, ſed ſub jugo perpetuæ ſervitutis & ruſticitatis ſubjectus habeatur, reatusque ſui pœnas luat.

Mox relata, refert quoque Illm. Iſthvanff. lib. 4. p. mihi 33. cauſas ſtatuti hujus recenſens, videlicet primò, quod de *Moravia, Sileſia, & Luſatia*, de quibus teſte art. 20. decreti anni 1504. monebatur, *Romani Pontificis authoritate, Bohemiæ adjunctæ fuerint.* Ægerrimè hoc tulerunt Status, ut Vladislaum de pactis ſervandis admonuerint; at Rege diſſimulante, lex ſuperior lata eſt. Miramur Cardinalem *Thomam de Bakács* huic interfuiſſe conventui, niſi fors ideo, ut factum Papæ integrum remaneat, quamvis cum Regni & Coronæ damno, ſtabiliaturque Pontificia prætenſio, de Regnis & Provinciis Romam diſponere poſſe. 2dò. Wörbeczy in Zapolium propenſio, ut viam huic ad Coronam aperiret. Quare magno applauſu promulgatam fuiſſe legem, Iſthvanff. ſcribit. Hæc lex erat fundamentum Zapolliani motus, ſucceſſivè item Frangepano Zriniani tumultus, ut DEO miſerente, fors aliquando demonſtraturi.

Joannes Corvinus die 12. Octob. an. 1504. obiit, Lepoglavæ ſepultus, ſic enim epitaphium: *Anno Dom. 1504. Octob. 12. die, hora Undec. nocturnali, ultimos dies Joannes Corvinus clauſit extremos. Sub humo corpus, ad clauſtrum Lepoglavæ tumulare juſſit.* Sequente anno filius ejus Chriſtophorus pueritiam non egreſſus, obiit; in quo Joannis, Mathiæque Corvini genus defecit. Vidua Beatrix Frangepana, volente Rege, Georgio Marchioni Brandenburgenſi juncta connubio fuit. Vid. Iſthvanff. p. 32. Hic Comes Cilliæ, Zagoriæ, Ortemburgæ quod fuerit, tituli ſui teſtantur. Vendidit ferme quævis, quæ in Sclavonia habuit. Sub Ludovico Rege vixit. Vide Iſthvanff. Banos Rex declaraverat: *Both Andream* cum *Franciſco Balaſſa* de Gyarmath. Verum Franciſco non acceptato, in Congregatione Criſienſi, oportuit Regem, ſubſtituere huic, *Marcum Mislenovich* ex præfectura Budenſis arcis. Uterque horum Andreas nempe cum Marco, ad Banatum Croatiæ Dalmatiæque anno 1508. tranſlati fuêre; cùm Banos Sclavoniæ 1508. inſtrumenta teſtentur *Georgium de Kaniſa, & Joannem de Ernuſt* cum titulo Dal. Croat. & Scl. Bani. Extat Vladislai diploma de a. 1508. quô, ut Ludovicus filius ſuus, annorum ætatis trium coronetur; ſpondet: ſe & filium Regnicolas in libertatibus ſervaturum; neque filium tutellæ Principis extranei daturum, ut videatur relatum ſuperius ſtatutum, roboraſſe. Rittero teſte, in tabull. Cam. Aul. Vien. extant litteræ Regis Vladislai, ſcriptæ anno 1509. ad Georgium de Kaniſa: *de tractando Diætaliter bello contra Venetos, & tota Dalmatia recuperanda.* Dolemus aut has Ritterum non deſcripſiſſe, aut ſi exſcripſit, apographum a nobis deſiderari. Credimus lumen majus ſuppeditarent. Hæc attamen ipſa brevis memoria confirmat, ceſſam Venetis Dalmatiam, non fuiſſe; at jus Coronæ in illam agnitum ultrò.

Anno

Digitized by Google

Anno 1510. abeſſe debuit Vladislaus, cum teſte fato extractu Univerſitati Nobilium Sclavoniæ committat, ut in ſui abſentia *Emericum de Peren* Palatinum, cum Thoma Archiepiſ. Strigonienſi, ac compatre ſuo Chariſſimo, Regnum Hungariæ gubernaturos, pro *Locumtenentibus Regiis* agnoſcant. Anno autem 1511. mortuis memoratis Dalmatiæ Croatiæque Banis, *Petrum Beriſzlo* Banatus Dal. Croat. Sol. *Præfectum* conſtituit; ſic enim in reſcriptis ſuis Regiis, Petrum exprimit, ut 1513. quo diſponit: ut *Balthaſar de Alap* Vicebanus, & Mgr *Franciſcus de Marocſa* Protonotar. debitam executionem, ſecundum leges & jura Regni faciant, fierique curent. Anno eodem, quo Petrus Beriſzlao Bani titulos eſt conſecutus, mandat eidem Bano, ut inferioris conditionis Regnicolis, contra potentiores judicium impendat. Anno autem 1515. quo Bano obedire nolebant, dat credentionales Rex, Petro Beriſzlo Bano, ut *nomine Regis*, Regiusque deputatus, Congregationi Regni Sclavoniæ præſideat. Hinc profluit credo, ut Bani titulo *Pro-Regis* accipiantur, interpræteturque Banus, ſive Pro-Rex. Ipſis porro Sclavoniæ ſtatibus mandat, ut cum Bano Petro Beriſzlo, ſub amiſſione bonorum & Capitum inſurgant. Atque hæ ſunt memoriæ, notitiæque, quas erudito lectori, ex memoratis extractibus communicare voluimus, toti item poſteritati, ad cognoſcendum ſiſtema gubernationis, a Rege Vladislao ſervatum.

Nunc dicta inferior Sclavonia, exordiô Regni (ſaltem quoad Sirmium) cum hac ſuperiore conjuncta non fuerit; poſtquam ex Iſthvanffio conſtat, cum *Laurentio Sirmii Duce*; Regi Vladislao bella fuiſſe, victumque Ducem, fuiſſe demum receptum in Regias gratias. Qui vero ætate hac fuere limites, Ducatus Sirmii? a Sclavoniæ Ducatu, quem Joannes Corvinus obtinuerat, ego eruere ad regulas præcipue probabilitatis hiſtoricæ non potui. Hoc itaque elucubrandum a doctis, majoribusque adminiculis proviſis, oro.

Refferendi ſimiliter forent limites, qui in fœdere ſancito anno 1491. Intra Maximilianum atque Vladislaum conſtituti fuerant intra modernam Sclavoniam, Stiriam, Carnioliamque. Verum neque hos demonſtrandi, mihi privato homini modus eſt. Quæ autem argui poſſunt ex *Auctario diplomatici* memorato ſuperius, ibi videre metirique digneris lector erudite. Interim cum ad annum 1510. notet Marcellevich: *Michael Sterlekgen de Harlandt, B. V. Parochialis ejusdem loci Plebanus, Decanus, & Canonicus S. Nicol. in Rudolfsverd, ac diſtrictus Carnioliæ, Marchiæ Sclavonicæ Archidiaconus, Aquilejenſis Diœceſis, Commiſſarius Apoſtolicus Julii II. Româ Kal. Jul. jubentis confirmari Lucæ Epiſc. diſpoſitionem, ſacri os juſti* (ſive de S. Stephano Rege) *anno 1505. Die 1. Aprilis confirmat, & Capitulum in realem poſſeſſionem inducit. (n. 700.)* Si Rudolfsverd hodiernum in Carniolia eſt Neoſtadium, tum fluvius *Kerka* limes Carnioliæ a Croatia fuiſſet, eo magis quod *Sumberg* iisdem fœceribus Vladislao remanſiſſe deducatur. Metlica porro ſive Möttling, ſucceſſive Carnioliæ ſint addita. Sed *Stiriæ* limes, an hac occaſione, ad amnem *Sutla* ſit conſtitutus, definire nequeo. Deduci hoc poſſe videtur ex fatis fœderibus, ubi: *Infraſcripta loca Eccleſiis aut Eccleſiarum Prælatis pertinentia, per ipſum D. Wladislaum Regem, ad manus Cæſareas, ſub eadem inſcriptione & obligatione ſub qua ea tenuit Mathias Rex præfatus - - - conſignari debebunt - - - videlicet Pethovia Pryſatcz, vel alio nomine Rain, Liechtenwald, Reichenſtain, & ſi qua ſunt alia hic non nominata, eadem lege tradi debebunt*, ut concludi videatur limites modernos intra Sclavoniam ſuperiorem atque Stiriam, ab hac deduci epocha. Illud ipſum attamen *Marchiæ Sclavonicæ Archidiaconus*, olim partes illas Sclavoniæ fuiſſe arguit, idioma item, cæteraque a nobis ſuperius ſuis locis inſinuata deductaque.

Croaticarum rerum ſequentes eruimus memorias. 1492. Segniæ Capitaneatu, collatione Ducis Sclavoniæ Corvini, fungebatur *Emericus Derencſeni.* In quo officio, cum anno ſequente ceſſiſſet Corvinus, a Vladislao Rege adjunctus Derencſenio fuit Joannes Both. Hi Capitanei Turcas ad Corbaviam excurrentes, & partes Vunnanas deprædantes, Anno 1493. repullerunt. Verum occaſione diſcordiarum intra Joannem & Bernardum Frangepanos, uſi Turcæ, præcipue cum intellexiſſent, ſub arce *Bryn* Joannem Both occiſum, in præfatis domeſticis diſcordiis, Modruſam, cæterasque vicinas arces & loca per diſtrictum *Podgorje* incenderunt, ſuntque prædati, Quamvis autem ad impediendum Turcis reditum in campo Corbaviæ ad Udbinam Croatæ ſeſe ſtitiſſent, dum Bernardus Frangepani, Bani diſpoſitiones ſperneret, in conflictu cum Turcis habito, Banus Derencſenius læſus, Nicol. Frangepanes captus eſt; cæſi autem Joan. Frangepanes, potiorque Croatica Nobilitas, & Segnienſium plurimi. *Emericus Perenni* Banus Croatiæ & Segniæ Capitaneus factus fuit, ſed Segnienſibus ad Papam inclinantibus, a quo ſubſidia impetraverant, viderenturque regi cupere ab Eccleſiaſticis, anno 1494. Sigiſmundum Eppum Quinque-Eccleſienſem Capitaneum nacti ſunt, Nicolaum autem Kollonich pro Banali locumtenente. Anno 1496. ad diſcordias Segnienſium compo-

Digitized by Google

nendas, *Martinus Czobor*, a Rege ſubmiſſus fuerat, datusque collega Nicolao Kolonich, Joannes Gyvan. Anno 1500. ut habet Cronicon Croat. Papa Venetæque ſpoponderant Vladislao Regi ad triennium ſubſidia, Papa 40. mill; Venetæ 100. aureorum. Hoc autem cauſa ſuæ ſecuritatis, poſt amiſſam *Metho*, occupatumque Dyrrhachium. Sed mutatis conſiliis cum Turca pacem fecerunt fœdusque, ut Chron. Turcic. quam 1514. cum Turca renovarunt, teſte fata Chron. Anno 1512. Palatino Emerico Perreni, credita fuit Croatia, adjuncto eidem, Petro Beriſzlo Eppo Veſprim. At Croatis deprecantibus Palatino obedientiam, anno ſequente Epiſcopus in Banum Capitaneumque Segnienſem fuit reſolutus, poſtquam Palatini homines, a Segnienſibus fuiſſent interempti, quod creditum fuerit, clam per eos agi, ut per Modruſſienſes, pro Palatino, Civitas cum arce Segnienſi occupari debeant. Horum conſideratione videre eſt: publicum bonum felicitatemque; in Croatia etiam, ex privatorum ambitione, avaritia, odiis; neglectum hac ætate fuiſſe.

Dalmatiæ recuperandæ curam a Vladislao, æquè neglectam fuiſſe, quivis eò facilius credet, quod ratio felicitatis Reipublicæ, publicique Coronæ decoris aut commodi, ex privatorum conſiderabatur potentia. Tenuit attamen Tinninium, Oſtroviczam, Auranam &c. ut Dalmatiæ Croatiæque Banos, diſtinctos a Sclavonicis conſtituere potuerit. Et dum Sclavonia relatam ſub Vladislao libertatem nacta eſt; Croatia autem ex lubitu prope ſuo ſtetit, mutuis potentiorum Croatarum ardens odiis; quod erat Dalmatici, ut ſubjici voluerit, credi nequit. In ejusmodi itaque circumſtantiis, firmare ſemet in poſſeſſorio ulteriori, Venetis facilitas nata eſt, dum nec in Decretorum articulis, recuperandæ Dalmatiæ mentionem reperio, quamvis ponatur de Moravia, Sileſia, Luſatia, limitaneisque Sclavoniæ. Præterea dum Vladislaus univerſitati Nobilium Sclavoniæ inſinuat 1499. ſeſe Diætam anni 1500. anticipaturum (hanc Sclavonicam fuiſſe, & Veroczæ habitam, Chronica Croatica habet) cui reliquos inter, *Legatus quoque Venetus* adſtiturus eſſet, Venetos cum Vladislao in amicitia fuiſſe tum, arguo. Rm. autem Geor. Marcellevich Can. Za. teſtetur extare ſub Nro 741. Vladislai Regis manu propria ſcriptam (Budæ 1502. in Feſt. S. Mathiæ Apoſt.) obligatoriam, vigore cujus in urgenti publica Regni neceſſitate *a Luca Epiſc. Zagr.* hujusque Capitulo, levaverat ſummam fl. 2000. (quos Oſvaldus in Eccl. Zagr. repoſuerat, pro Miſſis perpetuis) obligans ſe *verbo fideque Regiis, quod de pecuniis a Sereniſſ. Repub. Veneta, vigore confœderationis ad Feſt. S. Michaelis deponendis* ſummam mutuò levatam eſſet depoſiturus. Ut hinc firmetur, ob metus Turcarum, Venetos iterum ſubſidia illa, quæ Mathiæ exolvebant, ſolvenda accepiſſe, quin *Petrus Paſqualigo* Sereniſſ. Reipublicæ Legatum, annis pluribus apud Vladislaum egit. Poſtquam nihilominus Venetæ cum Turcis, ut recenſuimus pacem iniviſſent, & Maximilianus Imp. per Joannem Cuſpinianum, Vladislaum Regem ad ineundum contra Venetos fœdus urſiſſet, ideo: quod *præter multas Romani Imperii; ac Domus Auſtriacæ urbes & Provincias* (obſerva) *Dalmatiam ad Ungaros legitimo jure pertinentem, per fraudem & dolum tenerent*, ut teſtaretur Iſthvanffius, ipſe propendere quidem viſus eſt, ſpondendo: miſſurum ſe nuncios, qui negotium hoc, cum Cæſare concluderent, quos tamen ſubmittere neglexiſſet, ob Hungarorum Bohemorumque de non ineunda cum Cæſare adverſus Venetos ſocietate, conſilia. Hæc porro, diplomatumque memoriæ ut evadant clariores, ex *Onuphrio Panvinio* reflectendum cenſemus. Res, potentiamque Venetorum ſæculi hujus initio admodum labefactata diminutaque fuiſſe. Enimvero Julius II. Rom. Pontif. exordio Pontificatus adepti: *ad Veneti nominis excidium* (ſunt verba Onuphrii) *qui Ariminum Faventiam & Ravennam de Eccleſiæ Romanæ ditione occupaverant, cum Cæſare Maximiliano, Francorum & Hiſpaniæ Regibus; Ferrariæ & Mantuæ Ducibus; Cameraci in Belgis fœdus percuſſit; eosque repugnantes aquæ & igni interdictos, graviſſimo anathemate notavit. Cujus atrociſſimi turbinis procellam, cum Veneti ferre nequiviſſent, amiſſo ad Glaream Abduæ, exercitu omni, & ingenti prœlio a Ludovico Francorum Rege ſuperati; atque ex ducibus, Liviano capto, Pitiliano fugato; cunctas brevi momento copias & urbes, quas in continente poſſidebant, amisère. Cæſar enim Maximilianus - - Veronam, Vicentiam, Patavium cum Carnis: Gallus, Bergamum Brixiam, Cremonam & Cremam: Hiſpanus Tranum, Monopolim, & Barlettam in Apulia: Pontifex Ravennam, Ariminum, & Æmiliam omnem: Ferrariæ Dux Rodigium: Mantuæ verò Aſulam receperunt. Atque ita - - tot urbibus amiſſis, intra paludes, ipſasque Venetias circumfluì maris beneficio permunitas, redacta eſt. Fuit tantæ cladis, & Veneto nomini funeſtiſſimus dies 14. Kalen. May, anni MDIX.* In hujusmodi circumſtantiis Venetorum, culpoſa evadit Vladislai Regis mora, in ſubſcribendo tam forti fœderi. Illi quoque, qui diſvadebant, privatis affectibus plus ſtudebant, ac publicæ proſperitati Coronæ. Nunc ſane recuperandæ Dalmatiæ occaſio fuerat, præcipue quod illa per Turcas premeretur (vide

de Farlati Tom. 3. a pag. 426.) neque a Venetis auxilia habere potuerit, *ſiquidem*, ait Farlatus, *Legiones omnes Respublica in Italiam jampridem evocaverat, ut ab ipſa Imperii Sede propulſaret, difficillimum æquè ac calamitoſiſſimum bellum quod ei Camaracenſe fœdus conflaverat.* Dalmatæ ab Hungaris Venetisque neglecti, occaſione hac ad Papam recurrerunt, ut videre eſt apud Farlatum ex Archiepiſc. Spalatenſ. Bernardi Zanny precibus ad Papam, Patresque Conc. Lateran. V. p. 427. Rei hujus ab anno 1503. geſtæ, Scriptores Venetæ (obſervante quoque Farlato) non reminiſcuntur, ne recognoviſſe ſubſumantur, in Dalmatia nil ſe juris habere, dum Dalmatas neglexiſſent, premique miſerè eos per Turcas diſſimulâſſent; aut ob preces, Papæ per Dalmatas factas, eos Pontificios effectos fuiſſe argui queat.

Onuphrius ſupra, nominis Veneti funeſtiſſimam diem ponit 17. Aprilis anni 1509. combinatione nihilominus ſucceſſivè actorum, vitæ item Julii II. puto ſuperiora Onuphrii ad annum 1505. aut 1506. eſſe collocanda. Enimvero teſtatur Iſthvanff. Vladislaum Regem, iterum fuiſſe invitatum a Maximiliano Cæſare ad fœdus contra Venetos, haud quia Camaracenſi antea ſubſcripſiſſet, verum ad ſeſe determinandum, præcipue poſtquam Julius II. Italiæ proſpecturus, obtentis receptisque quæ ambiebat, ne Galliæ imperium vel figatur, vel extendatur per Italiam, ſententiam mutavit. Rem ex Panvinio exſcribimus: *Julius ſua cum recepiſſet, uti pius - ac verè* (obſerva) *Italus Pontifex, Venetorum nomen tantis fluctibus obrutum, & penè demerſum miſeratus, eos ſuppliciter deprecantes, ſublevandos cenſuit. Legatis porrò eorum in Vaticana Baſilica, ſolemni precatione adjecta, pro templi foribus expiatis, Urbi Venetæ Sacra reſtituit, ictoque ſubinde fœdere* (obſerva docte perſpicaxque lector) *quo illi maris imperium ejurabant; & Sacerdotia Pontificis arbitrio conferenda relinquebant, in amicitiam fidemque recepit; totisque viribus ut eos Cæſari conciliaret, operam dedit. Quo tempore, Patavio* (quod Cæſar obtinuerat) *per dolum recepto, Imperatorem ab ineundis ſecum pacis conditionibus averterunt. Conatus quoque eſt Pontifex Alfonſum Eſtenſem Ferrariæ Ducem a Gallorum amicitia avertere; quô, eorum vires toti jam Italiæ formidabiles, frangeret; Sed ille Veneti nominis antiquus hoſtis - - Pontificis adhortationes contempſit. Unde iratus Pontifex, bellum ei indixit, & a fœdere Ludovici 12. Galliarum Regis diſceſſit: ſpecie, quod eundem Alfonſum, qui a Romano Pontifice Ferrariam beneficiario jure obtinebat, adverſus ſe tuendum defendendumque ſuſcepiſſet. Cùm ille terra a Gallis, & Pado amne a ſe profligatis Venetis, apud Comaclum ſalinas maximi proventus ſibi vindicaſſet; neque in his rebus voluntati Pontificis obtemperaret.* Narrataque in Alfonſum lata cenſura, eductisque adverſus eum copiis, Juliique Bononiam adventu, proſequitur: *Rex Papæ iratus Maximilianum Cæſarem Pontificis hoſtem, ob reconciliationem cum Venetis in ſuas partes traduxit.* Tum narrat Concilium fuiſſe ab Imp. & Rege indictum Piſas, citatumque ad dicendam cauſam Julium. Hic Ferdinando Regi Hiſpaniæ junctus, conductis precio Helvetis, Mantuæ Duce, ſui, Venetorumque exercitus creato Imperatore, Mutinâ, Ferrarienſi Duci accepta, Mirandulâ expugnata, Bononiam reverſus eſt, auditaque ſui exercitus clade, Ravenam ſe contulit, Bononiâ interea a Bentivogliis occupata. Studuit Julius, ut cum Francorum Rege componeret negotium, Lateranenſique Concilio indicto, depoſitis Cardinalibus, qui Galliæ adhærebant, & Piſani Concilii actis annulatis, opem ab Hiſpaniæ, Angliæve Regibus imploravit &c. apud Onuphrium legenda. Hæ diſcordiæ, occaſio fuerunt, *Bulæ Cœnæ* compilandæ, quam Lateranenſe Concilium probaſſe credo. Inter cæteros hujus Bulæ caſus, eſt etiam: occupantes bona, aut terras Eccleſiæ Romanæ, & illius jurisdictionem uſurpantes, ob indictum fors Piſanum Concilium. Quamvis porro Julius ejeciſſet ex Italia Gallos, diſtribuendo prœmia & Ducatus; tamen *iterum* cum Imperatore contra *Venetos*, quod Veronæ Vicentiæque imperium cedere recuſſaſſent Cæſari, fœdus percuſſit; Venetæ autem cum Ludovico Francorum Rege. Julio Pontifice ſub his diſcordiis mortuo, bellum ſub Succeſſore Julii, Leone X. continuavit, quod demum ſub Leone X. & Franciſco Rege Galliarum, *Bononienſibus fœderibus* fuerat terminatum.

In his itaque circumſtantiis, dum relata ſuperius memoria anni 1509. eſſet, quâ, ſcribit Vladislaus de tractando bello adverſus Venetos pro recuperanda Dalmatia, puto cladem Veneti nominis, antea illatam quam Vladislaus ad bellum Venetis inferendum ſolicitaretur. Dein cum amiſſam Venetorum gloriam reparare Julius quæſiviſſet, a Maximiliano invitatum fuiſſe Vladislaum ad fœdus contra Venetos. Ipſo autem diſſimulante, poſtquam Julius ex protectore Venetorum, hoſtis eorum evaſiſſet, Maximiliano conjunctus; denuo Vladislaum vocatum ad fœdus extitiſſe, cùm ſcribat Iſthvanffius: *fœderibusque percuſſis, quibus Cæſar, Pontifex, & Reges, quos modo nominavi, Vladislao Venetis bellum inferenti, pecuniam,*

iiii com-

commeatum, claſſes, exercitum, & omnis generis auxilia, certis æquisque conditionibus dare tenebantur. At cum nullam repererim geſti per Vladislaum belli contra Venetos memoriam, cum item ex Iſthvanffi narratione conſtet; Vladislaum interpellatum fuiſſe ſæpius, ac demum 1509. ſcripſiſſe Bano, de gerenda bello pro recuperanda Dalmátia, cenſeo, fœdus innitum cum Maximiliano, poſteriores circumſtantias Maximiliani afficere, ſcribit enim Iſthvanffius: *Maximilianus - Budam miſit - - - de inferendo Venetis bello, qui præter multas Romani Imperii, ac Domus Auſtriacæ urbes & Provincias - - tenerent* - - Hoc autem poſt occupatum Cæſari Patavium; poſt recuſatam reſtitutionem Veronæ Vicentiæque evenerit, qua occaſione Julius Maximiliano contra Venetos jungebatur. Verum proh dolor! tametſi occaſionibus relatis, Vladislaus fœdus contra Venetos pactus fuiſſe crederetur, nil actum extitit, quod (ut Petrus Bembus Cardinalis) ipſi, Senatûs Pannonici Primores, ſive Barones Regni Hungariæ, quævis ſecretè, Legato Veneto aperirent, ſecurumque redderent, Regem quidem bellum indixiſſe, haud attamen illaturum, ob ærarii defectum. Sed intermiſſi belli, violatorumque promiſſorum cauſam, Baronum Prælatorumque Avaritiam fuiſſe, alii crediderunt, fatente iſta Iſthvanffio. Ad nos, ex Procerum hujus temporis avaritia, Regisque Vladislai ignavia, beneficii iſtud acceſſit: Quod uti ſub Carolo I. jura Regum Hungariæ in Dalmatiam Marinus Dux & Venetæ confeſſi ſunt; ita ſub Vladislao II. Maximilianus Cæſar, Ludovicus Rex Galliæ, quin ſi primo fœderi ſive Camaracenſi, aut etiam alteri, Vladislaus ſubſcripſit, Papa Julius; Rex item Hiſpaniæ; Ducesque Ferrarienſis, Mantuanus; Legitimi juris Regum Hungariæ Dalmatiam eſſe agnoverunt (teſtes hercle idonei, & exceptione majores) dum pro motivo juſtè inferendi Venetis belli, Vladislao ſignificant: *Dalmatiam legitimo jure ad Ungaros pertinentem, per fraudem & dolum Venetos tenere.*

Meminiſſe debemus, reflectereque lectores. Sub Ferdinando II. qui bellum cum Venetis geſſit, hos ad pacta Bononienſia, quemadmodum etiam in ſecuta cum Ferdinando pacificatione, teſte Excell. D. Joan. Bapt. Nanio, provocâſſe. Ego quidem innita *Bononiæ* ſub Leone X. pacta illa, legi nuſpiam; ſed neque vulgata fuiſſe, ſcirem. Combinatione nihilominus relatarum ſuperius circumſtantiarum bellorumque, dum bella illa, *pro Dalmatia* geſta non fuiſſent, verum pro ejiciendis ex Italia Gallis: dum Vladislaus Rex bello non laceſſivit Venetos, neſcio qua ratione *Bononienſibus illis pactis, de Dalmatia* agi, conſtituique quid potuit? Qualiter illa? a quo item? attribui Venetis; & jure ſuo Hungariæ Reges deſtitui, niſi fors ideo, quod Proceres ex avaritia, Vladislaus ex ignavia, Venetis bellum inferre, pro recuperanda Dalmatia, in tam opportunis circumſtantiis neglexerint. Si hoc, pœna erit; haud vero pacificatio Bononienſis; In pactis enim, contrahentium mutuus requiritur aſſenſus. Quis Regis Vladislai nomine, Bononiæ tum fuerit? docendum eſt Venetis. Maximilianum Imp. pactis illis vel ſubſcripſiſſe, vel ad illa acceſſiſſe conjicio; ſed ſua prætenſio non erat pro Dalmatia, verùm de Patavio, Verona, Vincentia Carniæque veteris partibus. Hæc etiam ex Iſthvanffio paterent dum lib. 7. pag. mihi 67. narrat: Chriſtophorum Frangepani, Maximiliano Cæſari, cum Venetis acerrimum bellum gerenti, operam præſtitiſſe, ducendo Cæſaris exercitum in Forojulio, Iſtria & Carnis. Fugaſſeque Venetos eum a *Marano*. Deinde ab Epirotis captum fuiſſe, Venetiisque uxoris dolo, a captivitate liberatum. Hinc qua ratione, pactis illis, Dalmatiæ ceſſio, hujusque a Sacra Regni Corona avulſio defendi valeat? ego non perſpicio, defectuque pactorum dicere nequeo. Verum eſt, vigore fœderum anno 1491. intra Vladislaum Regem, Maximilianumque innitorum, *Titulos* Regum Hungariæ, Maximiliano fuiſſe admiſſos, an tamen ipſe, vi admiſſorum ſibi Titulorum, juri legitimo Sacræ Coronæ in Dalmatiam, cedere potuerit? iſtudque transferre in Venetos? jurium periti definiant. Puto ego, hanc eſſe cauſam Scriptoribus Venetis Dalmatiæ extendendæ, ac fors etiam iis pactis, oras has Iſtriæ Carniæque, Dalmatiæ ſub nomenclatura complexi ſunt, ut ſic ſuas prætenſiones firmarent. At quo fundamento, Forojulium, Iſtria Carnia? ad Dalmatiam trahi queant? ex ſuperioribus Periodis conſtat. Si qui ſunt, qui Bononienſe illud fœdus legerunt, hæc noſtra ut corrigere, vel illuſtrare, extendereque dignentur, obteſtamur. De fœdere autem Bononienſi ſub Carolo V. Imp. anno 1529. vel 1530. inito, infra dicemus.

In decretis Vladislai, poſt annum 1498. (quo anno in concluſione, *Michael Epiſc. Segnienſis, Corbavienſis Chriſtophorus*, exprimuntur) præter Tininienſem, cæteri Croatici non exponuntur. Utrum hoc ideo acciderit, quod præſentes Diætis Hungaricis non fuerint; aut vero, quod ennatis libertati habenis, Dalmatici juris eſſe ambiverint? vel denique ob controverſiam Epiſcopatus *Ottocienſis*? eruere nequivi. *Ottochacz* nunc ad Generalatum Caroloſtadienſem pertinet. Civitatis jus habuit, ut Privilegia loquuntur. Epiſcopi *Ottocienſis titulo Blaſius*, Spalati Vicarius 1481. uſus eſt. Anno autem 1494. ad eundem titulum *Vincentius de Andreis* Spalati erat conſecratus. Quo anno? per quem? Epiſcopatus iſte fun-

datus

Digitized by Google

datus fuerit, a doctioribus peto demonſtrari. Epiſcopos Segnienſes, Ottocienſi reſtitiſſe, Farlatus perhibet: *Cæterum de inſtitutione legitima*, inquiens, *Epiſcopatus Ottocienſis in Liburnia ſeu Japidia veteri, Epiſcopis illis perpetua & acris controverſia fuit, cum Epiſcopis Senienſibus, in quorum fidem ac poteſtatem, ſublato denique illo Epiſcopatu, Corbavienſis & Modruſſienſis Eccleſia conceſſit.* Chriſtophorum quem Modruſſienſem vocat Farlatus, Decreta noſtra 1495. item 1498. Corbavienſem exprimunt. Modruſſienſis ſub Ferdinando I. extitit, ut Periodo IV. demonſtrabitur. Ignota eſt mihi inſtitutio Ottacienſis Sedis, prouti etiam per quem ſublata extitit. Fors Ottocienſis evenit, dum Pars Corbaviæ, Boſnenſibus Regibus olim adhæſit, ut diviſa Corbavia, Epiſcopatus novus ſurrexerit, aut Turcis oras illas deſtruentibus. Olim Dumnenſis, Macarienſisque diſtinctæ erant Diœceſes; ſed poſtquam *Macharſzka* ſub Turcarum imperium cecidiſſet, *Dumnenſis*, utriusque Eccleſiæ titulum geſſit, appellarique ſolebat Epiſcopus Dulmenſis, vel corruptè *Cumnenſis*, ſive totius terræ Cumnenſis, aut etiam *Crainenſis*, hoc eſt oræ finitimæ. *Craina* enim finitimos ſignificat, a *Kraj* quod limitem finemque exprimit, vel littus. Hac ratione fors etiam Ottocienſis Epiſcopatus ennatus eſt, ut Segnienſes Epiſcopi legitimam ejus inſtitutionem, quærere potuerint. Similia de *Svidnicenſi* Eppatu eveniſſe, DEO miſerente alibi narrabimus ex documentis. Sed ultra conjecturam, iſta quæ dicimus de Ottocienſis Epiſcopatus nativitate accipi non debent. Memoriam Ottocienſis Eppi, in Decretis, diplomatibusque Regum noſtrorum me legiſſe non reminiſcor. Neque ſcio, an aliquando in *Ottachaz* reſiderit, cum plerumque Spalati hi Epiſcopi Ottocienſes ut Vicarii aut Suffraganei vixiſſe obſerventur. Conjectari itaque poteſt: ob Eppi Segnienſis quæſtiones, Regumque noſtrorum providentiam, Tituli ſolius fuiſſe Epiſcopos, neque in Ottochacz aliquem eorum fixiſſe reſidentiam. Quinimo, Metropolitæ Colocenſi, Segnienſes Eppos a Regibus noſtris, fuiſſe occaſione hac adjectos.

Cæteras diſpoſitiones, in diſciplina Eccleſiaſtica factas, Decreta Vladislai demonſtrant. Anno 1492. articulo 29. prohibetur receptio pro ſepultura interfecti Marchæ argenti, hoc eſt 4. aureorum, ſub pœna beneficiorum amiſſionis, cum teſtificatione: *prouti hoc etiam tempore DD. Caroli, Ludovici, Sigiſmundi, & Alberti Regum, per bullas Apoſtolicas, ad inſtantem petitionem eorundem Regum, caſſatum & extinctum fuiſſe manifeſte dignoſcitur.* Ut hinc Regum noſtrorum conjunctio cum Sede Apoſtolica pateat, ſed quid obſtitit? ut Archidiaconi, Parochi, neque Regiis decretis, neque bullis Apoſtolicis obedire, in amittendis 4. aureis voluerint, nec opinari volo. Sub Mathia Rege, quæ fuit de Conventualibus diſpoſitio, a pag. 296. retulimus, articulo nihilominus 44; licèt agnoſcantur *plurimi errores & ſcandala quam plurima in emanationibus litterarum fieri* per conventuales aſſolita; & quod *in diſpendium Regnicolarum ſigillis ſuis liberè abutantur*, hinc *ut prava abuſio deinceps ceſſet* (ſunt verba decreti) ſtatuitur, ut ſub poteſtate ſuorum Abbatum Monachi maneant, Abbatesque, eos juxta eorum demerita caſtigandi habeant facultatem. Ut item: *nomina ipſorum fratrum, videlicet Prioris & Cuſtodis, in fine quarumlibet litterarum - - ſeriosius conſcribantur.* Articulus 45. ſequens eſt: *Quia nonnulli Clerici, & alterius conditionis plerique homines, tam Nobiles quam ignobiles, in Curiam Romanam, vel dum aliquis Legatorum Summi Pontificis in hoc Regnum Hungariæ miſſus introierit, in ejus præſentiam incolas hujus Regni, præſertim ſimpliciores, exquiſitis quibusdam occaſionibus, interdum etiam calumnioſis, citare: & eos, lite mediante magis ac magis urgendo & vexando, ad ſolutionem alicujus ſummæ compellere; ſicque ſuam vitam criminosè non nunquam per fas & nefas alere conſueverunt. Propterea ut talium ſceleratorum lucro gaudentium illicitus quæſtus, & via calumniandi ceſſet impoſterum, per Barones, Proceres, & Communitatem totius Regni hujus* (quia Regis nulla fit mentio, effectum illico habere non potuit) *ordinatum eſt & ſtatutum: quod deinceps, nullus omnino hominum, quempiam ratione alicujus negotii, in Curiam Romanam, vel præſentiam cujusvis Legati, citare præſumat, niſi primùm coram ſuo Ordinario Diœceſano, Archieppo, Eppo; aut ejus Vicario in cauſa convenire, & cum eo juridice procedere; tandemque dum aliqua partium juſtitiam ſibi vel denegatam, aut alias ſe indebitè aggravari & condemnari ſentiret, cauſam hujusmodi in Curiam Romanam, vel Præſentiam ipſius Legati, per viam appellationis; & non aliter, provocare deducereque & proſequi valeat atque poſſit. Contrarium autem facientes, debita pœna puniantur.* Hoc articulo quia Archiepiſcoporum facta non fuiſſet mentio, & quædam dubietates natæ fuiſſent; ideo art. 10. Anni 1495. idem declaratur & extenditur, etiam ad Archieppos Regni hujus, cum additione: *Hoc quoque non prætermiſſo: quod ſiquipiam præſcriptum articulum, ſimul cum præſenti transgredi auſi fuerint, tales ab actione ſua, & aquiſitione decidant: Et inſuper in 40. fl. auri per Comitem vel Vicecomitem & Judices Nobilium irremiſſibiliter exigendis, contra partem alteram adverſam pro expen-*

pensis convincantur, si tantas res habuerint: alioquin in perſona detineantur, & uſque debitam emendam caſtigentur. Cauſas verò, quæ nunc in præſentia RSS. D. Ursi de Ursinis legati verterentur; ipsi Actores in præſentiam judicis eorum Ordinarii, reducere teneantur. Hìc incoatæ coram Legato Pontificio cauſæ, dum reducuntur ad Judices ordinarios, uſurpata illa judicandi poteſtas caſtigatur. Art. 46. determinantur cauſæ *Fori Eccleſiaſtici*, & ſub amiſſione officii beneficiique, ad mandatum Judicis Regni ordinarii, tranſmiſſio ad forum ſæculare cauſarum præcipitur. 48. Nonæ cum decimis in Bonis eorum, Eccleſiaſticis admittuntur. Art. 77. Poſſeſſionum aquiſitio, aut etiam retentio vigore inquiſitionum, Eccleſiaſticis prohibetur. Art. 85. eximuntur a tributis & telloniis. Art. 95. regulantur taxæ Capitulorum: 96. quæ expeditiones Conventuum & Capitulorum, pro legitimis in jure cenſeri poſſint.

Decreto 1495. Articulò 30. extraneis conferenda vetantur beneficia Eccleſiaſtica, & collata, ut ab iis auferantur ſtatuitur. 31. Si ab aliis, quam a Rege, vel aliis in Regno jus Patronatus habentibus, impetrarentur beneficia Eccleſiaſtica, impetratores ad aquam projiciendi ordinantur. 32. *Vicariatus* in nullis Regni Eccleſiis, *Italis & forenſibus perſonis*, conferendus ſtatuitur, ſub nullitate latarum ſententiarum. Art. 37. & ſequentibus, Decimæ regulantur, item Eccleſiaſtica interdicta. 43. *Pecunia Chriſtianitatis* abuſus declaratur & abrogatur. Hæc, in decreto anni 1498. per art. 52. ideo: *quod Domini Prælati, & viri Eccleſiaſtici, ratione proventuum decimalium, gentes pro defenſione Regni, neceſſario tenendas habituri eſſent* admittitur ab iis colonis, qui nec ex vinis, nec frumentis decimam ſolverent, Den. tantum ſex exolvenda. Profecto in decreto hoc 1498. articuli a 52. ad 70. omnes ſunt, diſciplinæ Eccleſiaſticæ. Art. 53. multa docet, eum itaque exſcribimus: *Quia ex conceſſione Venerab. Epporum, Presbytherorum, & Diaconorum S. Rnæ Eccl. Cardinalium olim in Concilio Conſtantienſi conſtitutorum, Regnum hoc in eo privilegiatum eſſe conſtat, quod nullus extrahatur extra iſtud Regnum ad judicia, authoritate litterarum Apoſtolicarum, niſi cum cauſæ aliquæ per appellationem legitimæ fuerint ad Sedem Apoſtolicam devolutæ. Sunt autem plures, qui contra libertates hujuſmodi complures Regnicolas, tam ſpirituales quam ſæculares, vigore conqueſtuum turbant & moleſtant. Quare ſtatutum eſt, prout etiam in decreto majori continetur: quod nullus extra Regnum iſtud, niſi per viam appellationis extrahatur. Portitores autem conqueſtuum, ſive ſint ſpirituales, ſive ſæculares, ſive Religioſi captiventur, & manibus Regiæ Mattis præſententur, ad turrim mancam pro infligenda illis pœna imponendi. Quia autem ſunt non nulli, qui exemptionis Privilegio, a Sede Apoſtolica gaudentes, nequeunt coram judicibus ſpiritualibus, in hoc Regno commorantibus, attrahi in litem, ut contra tales hujuſmodi conqueſtus, ſive reſcripta Apoſtolica liberè apportentur; extra tamen hoc Regnum, vigore ipſius, non aliter, niſi modo præmiſſo per appellationem extrahantur.* Decretum hoc, quia ad Sclavoniam extenſum non eſſe prætendebatur; ideo Vladislaus Rex anno 1516. ante mortem ſuam ad Petrum Beriſzlo Epp. Veſprimienſem, Theſaurarium & Regnor. Dalm. Croat. Sclav. Banum, futurosque Banos & Vice-Banos dat mandatum, ne contra formam decreti, per reſcripta Apoſtolica *conqueſtus dicta*, procedere permittat, volentesque procedere, coerceat.

In Decreto 1500. Articulos de Eccleſiaſticis legere eſt; prouti etiam decreto anni 1504. Art. 23. ſtatuitur: ut excommunicantes, vel interdictum indebitè pro Decimis ponentes, coram Rege conveniantur. 25. ut evocationes in foro Eccleſiaſtico, cum expoſitione decernantur. 26. Patronis invitis, Plebani confirmari non debent &c. Præmiſſa pluraque alia, ſub anterioribus Regibus uſitata; non minus ſupra indicatæ Julii II. cum Rege Galliarum Cæſareque diſcordiæ, *Bullam Cœnæ* pepererunt. Hæc, an legitimè in Regnis Sacræ Coronæ promulgata, acceptataque ſit, aut fuerit, non examino. Indubium eſt, poſt latam Bullam Cœnæ, Notarios illos Sedis Apoſtolicæ, qui in quavis fuêre Diœceſi (uti de his in MSS. notitiis Quinque-Eccleſienſ. cap. 7. meminimus) Vice-Comites item Sedis Apoſtolicæ, deſiiſſe. De horum tranſumptis, vel inſtrumentis P. 2. tit. 15. & 16. Wörbeczius non meminit, quod abrogati fuerint tum, dum ipſe ſcribebat ſuos commentarios. Crediderim autem Notarios illos, poſt Conſtantienſe Concilium, ad coercendam illam licentiam, expediendorum falſorum inſtrumentorum, incoâſſe. Horum expeditiones, cum poſt annum 1506. non reperiantur: cenſeo eos per memoratas leges, ac poſt Bulam Cœnæ deſiiſſe, adeoque leges illas tum iviſſe in effectum, atque nunc etiam illas leges obſervari. Porro ad impediendam quæſtionem de iis beneficiis, qui Romæ morerentur, articulo 65. anni 1514. ſatis proviſum eſt.

Sub Vladislao, primo conſcribendas eſſe conſuetudines rationabiles per Mgrum Adam fuerat conſtitutum. Decreti 1504. art. 31. ſtatuitur: *Regia Mattas omnia decreta ſua & ſtatu-*

Digitized by Google

ſtatuta in diverſas partes hactenus poſita, in unam formam decreti jam redigi faciat. Repetitur hoc ſtatutum art. 20. anni 1507. cum additione poſt decreta ſua: *& Regni ſui.* Horum conſideratione, inferendum eſſet: Unice Decreta Vladislai, in unius decreti formam, redigenda veniſſe. *Regni ſui* decreta, qua ratione intellexerint? an nempe lata ſub anterioribus Regibus, aut quæ ſub Vladislao per Regnicolas fuêre ordinata? nil conſtituo. Ad opus hoc *legis ſcriptæ* perficiendum plures fuiſſe ordinatos, ex Wörbeczy ad lectorem epiſtola condiſcimus. An porro *diætaliter* opus Wörbeczy approbatum acceptatumque fuerit, anni 1514. art. 63. (quo tempore opus ſuum vult probatum Wörbeczius) dubio præbet fundamentum, dum conſtituitur. *Quod univerſa decreta jam rectificentur, & in unum comportentur, juraque Regni, Regia Mattas ſtatim perlegi facere, & perlecta confirmare, confirmataque & ſigillata, ad ſingulos Regni Comitatus remittere dignetur.* Si opere Wörbecziano rectificata fuiſſent, quid erat decernere? *rectificentur*, quid conſtituere? ut Decreta comportentur, relegantur, confirmentur, & ad ſingulos Regni Comitatus remittantur. Sane arguo ex his, & ſucceſſive latis ſub Ferdinando I. articulis, Status Ordinesque Regni, privatos commentariòs noluiſſe, verùm Decretorum Regiorum in unum corpus conjunctionem, ut ideo definiant: *decreta univerſa rectificentur* (ob varias lectiones) *& in unum comportentur.* Wörbeczius ipſe, ut privatum opus, *ſuas lucubrationes*, ſemet edere fatetur. Quæ autem fuerit prima editio? non erui. Mortuo Vladislao editas Wörbeczy lucubrationes fuiſſe, epiſtola ad lectorem perhibet. Viennæ opus hoc, 1542. item 1545. editum fuiſſe comperi. Anno 1514 Wörbeczy opus rejectum extitiſſe, evincit art. 3. anni 1527. dum ſtatuitur: *Ut Majeſtas ſua univerſa decreta Prædeceſſorum ſuorum, per illos ſedecim electos juriſperitos, & alios, qui Matti ſuæ videbuntur, infra futuram generalem Diætam emendari, emendataque in unum corpus redigi faciat* &c. ſive hac, ſive anteriori quapiam diæta, 16. juriſperiti ad emendanda decreta, *Regum*, haud vero Verböczy, electi fuerint, prodit Verböczy opus tum pro lege habitum non fuiſſe, nec acceptatum. Qualiter autem opus iſtud, quove fine natum ſit? quomodo? quibusve modis in legem ſcriptam, dein elevatum? cum ad inſtitutiones juris pertineat, miſſum facio. Acceptatum fuiſſe argui poteſt ex ar. 18. anni 1635. Item art. 1. Anni 1659. ubi juramento *Leopoldi* Regis, firmatus eſſet Par. I. Tit. 9.

Obiit Rex Vladislaus II. anno ætatis ſuæ 62. Salutis 1516. die 8. Martii. Hunc nobis Iſthvanffius ita deſcribit: *Fuit per omnem vitam Rex maximè omnium mortalium otio & quieti addictiſſimus - - uſque adeo ut eum cum amicis & Conſiliariis de ordinanda Republica, aut rebus ſeriis, vel modicum ſermonem conferre, aut aliquantiſper colloqui tæderet. Et dum vixit, tam ſui incurioſus erat, & Regni negligens, ut diſciplinam militarem, majorumque ſtatuta ſusque deque haberet; nec procerum diſcordias ac avaritiam, potentiorumque in miſeros violenta imperia, aliasque tales - - enatas malorum radices extirparet: aut pleroſque eorundem recalcitrantes, debitæque obedientiæ oblitos compeſceret; ſed potius eis ad exercendum omne genus avaritiæ, libidinumque & rapinarum frenos laxaſſe cenſeretur. Quod ſi rem militarem ab initio ritè collendam ſuſcepiſſet, florentibus adhuc Regni viribus, & auxiliis fœderatorum accedentibus, veteres limites - - recuperari valuiſſent. Eſt quidem haud inficiandum, Regnum eodem inſtatu, quo illud a Mathia magnanimo & bellicoſo Rege acceperat, ſalvis confiniis integrum ab eo relictum: verum tamen id neque induſtriæ, neque virtuti ejus; ſed quod Selymus Aſiaticis bellis toto ſeptennio occupatus, ab Europæ regionibus, ac Pannoniâ armis invadenda abſtinuiſſet, tribuendum videretur.*

XV. *Ludovicus II.* Succeſſit patri mortuo illico, annum agens ætatis undecimum. Quo in ſtatu, Regnum reliquit Vladislaus, decreta ſua, Iſthvanffiusque demonſtrant. Mores illi in conſuetudinem venientes Procerum Prælatorumque Regni, emendati non ſunt; quin ſub Ludovico creverunt. Quisquis meditando combinandoque decreta Ludovici hujus ſcrutari voluerit, Iſthvanffium item, cæteroſque de ipſo Scriptores, hæc ſibi demonſtrata intuebitur. Quare ad hos fontes lectores remitto; mallo ſiquidem tacere, quam neglectum Reipublicæ deplorare. Sed neque hiſtoriam hujus, ſcribendam ſuſcepimus, quæ a multis, etiam coævis, in plerisque ad poſteros eſt tranſmiſſa. Quæ addi potuere, in Hiſt. Eccl. Zagr. a pag. 212. refferuntur. Itaque ad noſtrum inſtitutum, ſequentia unicè eruimus.

I. Poſtquam publica S. Coronæ felicitas, cum Mathia Rege fuiſſet ſepulta, atque privatorum avaritiæ, libidini, potentiæ, cæterisque affectibus laxatæ habenæ, uti Rempublicam, ex privato ſuo commodo ſingulus metiebatur, ita cujuspiam ſtudii, pro recuperandis Sacræ Coronæ juribus, nec veſtigium cujusvis memoriæ apparet. Quin ex Decretis Ludovici videtur, nec in tuendis illis, quæ a morte Vladislai manſerunt, fuiſſe ſive media, ob ærarii defectum; ſive animos, ob tot neglectus, vel militum congregandorum, vel mittendorum banderio-

Digitized by Google

deriorum, vel tuendæ patriæ curam, quia ſuis quiſque immolabat affectibus. Alter adverſus alterum bellabat, inferebant ſibi reciprocè injurias, potentiores eſſe gaudebant avaritiâ, quam defenſione Reipublicæ. Hæc ex decretis & Iſthvanffiio clara ſunt. Proceſſit hinc, ut non ſolum *de Dalmatia* non cogitaverint; ſed nec pactis induciarum, per Legatum *Barnabam Belay* cum Solymo anno 1514. (ut annum hunc poneret Chronicon Turcicum) ad octennium innitorum (vide Illm. Iſthvanff.) Croatiam compræhenderint, verùm Pannoniam, Venetos, Cæſarem, Poloniæ Regem, cæteroſque Chriſtianos Principes.

Cùm porrò tam Croatæ, ſeſe Regnum ab Hungaria diſtinctum ab olim habuerint, quam & Hungari Croatiam; Turcæ quoque induciis illis incluſos Croatas noluerint, proptereaque graves excurſiones & bella cum Croatis continuaverint, ut 1519. arcem *Knin* expugnâſſent, *Petro Berislavich* Eppo Veſprimienſi, Banoque Croatiæ & Segniæ Capitaneo ad Koreniczam cæſo interfectove, & Bihachy ſepulto, Croatæ ab Hungaris ſeſe relictos lamentati ſunt, quæſiveruntque Regem alium. Vivebat tum *Banus Berislavich*, quo præſide ſtatuerunt Croatæ in clientellam protectionemque alterius Principis ſeſe tradere. Hic quia Epiſcopus quoque Veſprimienſis fuiſſet; ſecundùm Veteres Curiæ Romanæ prætenſiones, Papæ primo inarduis his circumſtantiis Croatiam obtulit. At Roma neſcirem eccur? hæc recuſavit. In Codice Romano Actorum Conſiſtorialium, iſta, verbis his notantur: *Anno 1519. die 12. Decembris, lectæ ſunt litteræ Bani Dalmatiæ & Croatiæ credentionales, in perſona Domini Thomæ Nigri. Qui introductus eſt in ſacrum Conſiſtorium nomine ipſius Bani, Comitum & Nobilium ipſorum Regnorum. Dixit ipſa Regna parata ſe dedere Turcæ: & quod miſerunt ad Regem Ungariæ oratores ſuos, ipſi proteſtaturos, quod nolebant amplius obedire; quia cum Turca fœdus fecerat, nulla de iis facta mentione. Dimiſſo prædicto Vicario, Sanctiſſimus dixit ſe velle ſuper hoc Regi Ungariæ ſcribere, ut provideat ipſe, & Regna Dalmatiæ & Croatiæ in tutellam & defenſionem recipiat; vel ſaltem permittat, ut ſub alicujus Regis Chriſtiani, vel ſuæ Sanctitatis tutella, & defenſione eſſe poſſint.* Thomas Niger cujus fuerit Vicarius? me latet. Facile Epiſcopi Veſprimienſis Petri, dum is Banus unà illarum erat partium. Articulus autem memoratus, vetans Vicariatus conferri extraneis, iſtud olim in more fuiſſe innuat. Thomas niger Dalmata fuerit, dum is in actis Romanis apud Farlati Tom. 3. anno 1524. quà iterum in Curiam Romanam orator, *Epiſc. Tragurienſis, nuper Scardonenſis* exprimitur. Quid Pontifex ſcripſit Ludovico? an Ludovicus reſponderit? in obſcuro mihi eſt. Verba illa: *Ut provideat ipſe; & Regna Dalmatiæ & Croatiæ, in tutellam & defenſionem recipiat* videntur indicare Ludovicum, Statusque Regni Hungariæ, occaſione miſſorum ad Regem Oratorum, hæc Regna neglexiſſe, ipſosque plene ſibi reliquiſſe. At non ſolum illud: *vel ſaltem permittat ut ſub alicujus Regis Chriſtiani, vel ſuæ Sanctitatis tutella & defenſione eſſe poſſint*, juri Ludovicum non ceſſiſſe, jusque Regum Hungariæ, in Regna Dalmatiæ Croatiæque ultrò a Curia Romana fuiſſe agnitum; verum etiam, quod Ludovicus Croatiæ Banum, Petro mortuo dixerit: *Joannem Torquatum* ſimul & Segnienſem Capitaneum; Sclavoniæ autem *Franciſcum de Batthyan.* Sed Torquato ob accuſationes Segnienſium, (teſte Croatica Chronica) ſucceſſit intra annum 1520. Hieronymus Petelenich, affinis Bano olim Beriſzlavich, in Segnienſi Capitaneatu. Segnienſibus hic quoque inviſus, officioque a Ludovico privatus 1521. Gregorium Horvath habuit Succeſſorem. Verùm neque his, Segnienſes, Croatæque contenti, cum in clientellam alterius Regis penderent; aut Turcis ſemet dedere velle dicerent, cum periculo vicinarum Provinciarum, *Ludovicus Rex*, ut puto, occaſione nuptiarum cum *Maria*, Ferdinandi autem cum ſorore ſua *Anna*, in Anno 1521. oras illas Adriaticas Regni Croatiæ, permittendas conſtituit. Rem hanc in Diæta Budenſi anni 1522. propoſuerit, dum miſſi ad Ferdinandum fuêre Legati, ut partes illas acciperet. Juvat Illſſ. Iſthvanffii, verba hanc in rem exſcribere, ſic ille lib. 7. p. 63. „ De exercitu conducendo, rebusque bellicis rite adminiſtrandis, cæteris-
„ que neceſſitatibus conſilia habita ſunt, decretumque: ut ad Ferdinandum Auſtriæ Princi-
„ pem, Mariæ Reginæ fratrem Legati mitterentur, qui Ludovici nomine ab eo peterent, ut
„ cum Illyrici confinia, Turcis antea, tum vero capto Belgrado, maximè expoſita, ob æra-
„ rii penuriam, & quod longius diſtarent, commodè ſuſtentari nequirent, eorum curam uſ-
„ que ad aliquod tempus, haud gravatim ſuſciperet; ea potiſſimum de cauſa, quod ipſius
„ populis, qui in Iſtria & Carnis eſſent, ex eis, ſi ab hoſtibus caperentur, magnum immine-
„ re periculum certo conſtaret. Quod quidem a Ferdinando, abſque difficiliori cunctatione
„ factum eſt; ac Segnia, Cliſſa, Crupa, Lika, Jaicia, aliæque complures arces & Urbes in tu-
„ tellam acceptæ, Præſidiariiſque militibus, ſtipendia liberaliter ſoluta. „ En effectum neglectus illius Reipublicæ! En privatorum commodi partum! Dalmatia neglecta! Croatia ceſſa! Boſnia Serviaque occupari a Turcis permiſſæ, Rex ipſe paulo poſt miſerè trucidatus, ſciſ-

ſum

Digitized by Google

ſum in partes Hungariæ Regnum, dum pars ad Ferdinandum; pars ad Joannem Zapolya, pars ad Turcas intra ſubſequens decennium fuere devoluta.

Poſt ceſſam Ferdinando Croatiam, is illico præſidia, ſuo adimplevit milite, atque inſuper, cum partes illas ſteriles & ſaxoſas reperiſſet, ad easdem penes ſe firmandas, legionem unam erexit, quæ meris Nobilibus conſtabat, largioribusque ſtipendiis erat proviſa. Capitaneo Labacenſi Joanni Katzianer ſubjecti ſunt, ut quamvis nomen Bani ſervaverit Joannes Torquatus, & Franciſcus Batthyan, a Katzianero nihilominus dependebant. Hæc, epiſtolæ infra Periodo IV. exhibendæ, demonſtrabunt. Intra memorata, an Jaicza, ut ſcribit Iſthvanffius ceſſa Ferdinando quoque fuerit? dubium ingens eſt, putoque iſthio in textu Iſthvanffii, pro *Bihacs*, per errorem *Jaiczam* eſſe inſertam. Enimvero Iſthvanffius ipſe a pag. 67. recenſet, Chriſtophorum Frangepanum, in re militari clariſſimum, per litteras atque nuncios anno 1524. precibus & promiſſis additis, fuiſſe exoratum (poſtquam *jus atque hæreditas illarum Provinciarum*, Croatiæ nempe reciderat in Ferdinandum, ut Iſthvanff.) ad ferendam Jaicianis opem, fuiſſeque *Jaiczam* per Frangepanum eliberatam, & Chriſtophorum Frangepani anno 1525. *ſtipendiis & muneribus liberaliter exultum*; Inſuper: Novo titulo *Defenſoris* Regnorum Dal. Croat. & Sclav. *honeſtatum*. Quare tum hinc, Jaiczâ Ferdinando ceſſa eſſe non debuit, quia ut ſuam Ferdinandus defendere debuiſſet, cum &, ob Ludovici Regis teſtimonium, in donatione facta Keglevichio in anno 1526. quâ, hæc exprimit: „ Ludovicus „ DEI Gratia Rex Hungariæ, Bohemiæ &c. memoriæ commendamus - - quod fidelis noſter Egr. Petrus Keglevich de Buſin, Aulicus noſter, levis armaturæ, ab ineunte ætate ſua, „ Sacræ Coronæ hujus Regni noſtri, & deinde nobis ſemper fideliter conſtanterque ſervivit: „ Et in confinibus contra Turcas, ejusdem Regni noſtri perpetuos hoſtes, ſtrenuè dimicando, ſæpius etiam vulnera acerba paſſus eſt. Cujus fidem, conſtantiam & virtutes militares, res ipſa teſtatur; nam & Banatum Jaicenſem, quo annis ſuperioribus fungebatur feliciter, & cum univerſorum laude geſſit, ex cujus multis fidelibus ſervitiis laude dignis, „ ut alia multa prætereamus, unum illud quod recenti memoria tenemus, non indignum duximus recenſere. Quod paulò antequam Cæſar Turcarum numeroſiſſimo exercitu, noſtrum „ hoc Regnum hoſtiliter, ſubitoque invaſiſſet; ductu atque opera & induſtria ipſius Petri „ Keglevich de Buſin, tunc Bani Jaicenſis profligata & cæſa fuit a noſtris non multis, haud „ pauca Turcarum circa Jaiczam, noſtros fines devaſtantium multitudo. In cujus rei argumentum, & ſuorum fidelium ſervitiorum teſtificationem, aliquot cæſorum capita, & non „ pauca mancipia, in illo prælio capta, nobis dono miſerat: Arcem vero noſtram Jaiczenſem, contra ipſius Cæſaris, & irrumpentium noſtros fines, & poſt illatam noſtro Regno „ cladem regrediendo; potenter, fideliter, viriliterque conſervavit. Atque interim dum noſtram arcem ſolicitus defendit, nec ſuis bonis defendendo invigilare potuit, ſuis Turcis, ſive „ mancipiis, qui tunc in caſtro ſuo Buſin ſervabantur, ſorte liberatis & dimiſſis ſubiit, ut „ non ſolum ex ipſo, verum etiam ex aliis fide dignis viris intelleximus, ad 40. millia floren. „ aureorum ſeſe extendentia damna. Et quia ipſi in noſtris ſervitiis occupato accidiſſent; meminimus nos tunc ipſum aſſecuraſſe, & ſibi fuiſſe pollicitos, in verbo noſtro Regio, quod „ oblata occaſione, compenſare illa vellemus, Bonorum condigna donatione. In recompenſam igitur & remunerationem tot tantorumque fidelium ſervitiorum ſuorum, nobis & Regno noſtro exhibitorum, atque damnorum prædictorum in illis exhibendo perpeſſorum, caſtrum noſtrum Feyerków cum oppido ſub eodem habito - - - &c. &c. Ut ex his concludendum reperiam, Jaiczam cum Croatia Ferdinando ceſſam non extitiſſe.

Quamvis vero Croatia, Ferdinando in protectionem & tutellam tradita fuerit, ſive Katczianeri avaritia, ſive ob Turcarum metum, Anno tamen eodem *Oſtrovicza* item *Pech* in Turcarum devenêre poteſtatem. Anno 1524. ad Jaſzterbarſzko uſque prædati ſunt, & a caſtro *Krupa* vix repulſi fuêre. Hæc de Croatia.

Dalmatia, utrum Protectioni Pontificis Romani (ut ſuperior memoria innuit) permiſſa fuerit? conſtituere nequeo. Jam autem, ſive ætate hac, *Aurana*, *Tinnium*, *Oſtrovicza*, *Caſtelnovo*, *Catarum* Dalmatiæ nomine in Hungaria conſiderabantur, *Cliſſa* item, hisque viciniora loca. Et quia Tinninium cum Oſtrovizza in Turcarum veniſſent poteſtatem. *An. 1524.* (ſic Farlatus Tom. 3. p. 437.) *ex oppugnatione Arcis Cliſſenſis ingens metus Spalatenſes inceſſit: ea enim capta nullus reſtabat - - locus, cujus objectu Turcæ a territorio & Urbe Spalatenſi arcerentur. Quin Cliſſa - - totius Dalmatiæ atque Italiæ firmiſſimum propugnaculum erat. Quare - - ſolicitudinem excivit Clementis VII - - Is & militibus & pecuniis Cliſſenſes juvit, ad ſuſtinendam obſidionem, & oppugnationes repellendas.* Cujus rei, ex tabulis Conſiſtorialibus, ſequentem refert memoriam. *Anno 1524. die 23. Septembris, Thomas Niger Epiſc. Tragurinus nuper Scardonenſis fuit introductus ad Sa-*

Digitized by Google

crum Conſiſtorium. Plurima retulit de conſervata Cliſſa, & profligatis hoſtibus; auſpiciis & ope Sanctiſſimi; nec non de maximo Turcarum in nos apparatu, terrâ marique. Profecto dum nec Venetorum auxilii, nec aliorum eſſet mentio, ac ſolius Romani Pontificis; dum item Papæ relatio de profligatis hoſtibus facta eſt, ceſſam Papæ Dalmatiam ab Ungaris fuiſſe argui poteſt. Diſpari tamen ratione; Ferdinando enim Croatia, *in jus & hæreditatem* (ſi fides Iſthvanffio) ceſſa fuit; Pontifici autem Dalmatia, fors cum obligatione mittendorum auxiliorum adverſus Turcas, cum Art. 14. anni 1526. ita ſtatuatur: *Solicitandi ſunt Sanctiſſimus Dominus noſter, & alii Principes Chriſtiani pro auxilio contra hoſtes mittendo.* Hæc tamen Papæ ceſſio incerta eſt, dum Italiæ ſervandæ cauſa, auxilia illa ſubmiſſa fuerint, dum providentiæ eſt, ſemet remotius adverſus hoſtes tutari, ac in ſolo proprio.

Sclavoniam in arduis ejusmodi circumſtantiis, in fide erga Sacram Coronam perſeveráſſe, docent, plura Ludovici mandata, de celebrandis judiciis. Confirmatio innovatioque Paternæ immunitatis, Caplo Zagr. elargitæ, ac pag. 303. relatæ, ſub ſecreto ſuo ſigillo in pendenti, de dato Budæ in Feſt. Pentecoſt. Anno Dni 1519. Regnorum ſuorum quarto. Donatio item, Petro Keglevichio facta, Budæ Feſt. Invent. SS. Crucis, Anno Dni 1526. Regnorum ſuorum Undecimo. Ubi - - *Caſtrum & Caſtella in Regni noſtri Sclavoniæ Comitatu Criſienſi habitis* - - item: *Caſtrum Lobor in Comitatu Varaſdinenſi exiſtens* - - ac infra: *Caſtrum Blinyewar in Comitatu Zagrabienſi.* - - Sclavonia nihilominus, hodie dicta inferior, a Turcis prope ruinata eſt, & *Syrmium* anno 1525. a Turcis occupatum, ſub eorum remanſerat Imperio. Ultra, ad inſtitutum noſtrum, de Ludovico hoc, referre erudito doctore Lectori, nequimus. Anno 1526. contra Turcam, Ungariam invadentem pugnaturus, in acie victus, ſibique fuga conſulere cupiens, in palude ad Mohacſinum interiit, die Decollationis S. Joannis Baptiſtæ. Vide Broderioum. Iſthvanff. &c. &c.

§. VI.

De Maris Adriatici Dominio, hujusque Prætenſione. Ac unde Scriptorum nata ſit confuſio, in harum Regionum deſcriptione?

I. Quantum privato mihi, bibliotheca quavis deſtituto, cæteris item rei litterariæ adminiculis carente, licuit: demonſtratum ſuperioribus periodis credo. *Dalmatiam* florente Romanorum Imperio, diſtinctam fuiſſe ſemper Provinciam a *Pannonia*, neque Dalmatiam unquam ad *Danubium* uſque, quin neque ad *Muram, Dravum,* aut *Savum* fuiſſe extenſam. Conſideratione memoratorum ſuperius, ſub Romanis latior fuit Pannonia, utpote in *Primam & Secundam* diviſa, ſucceſſive in Provincias alias, ut *Valeriam,* Pannoniam Saviam, Riparienſem &c. Dalmatiam vero diviſam ſubdiviſamque fuiſſe ſub Romanis, doceri nequit. Hanc inter & Pannoniam, Liburnia Japidiaque longe a Danubio diſtantes, parte ab una, ab altera autem vetus Mœſia fuêre, ut omnino demonſtrari nequeat, Romanorum ſub Imperio, *Dalmatiam* ad Savum, vel Dravum aut Muram, minus autem ad Danubium uſque fuiſſe extenſam. *Illyrici* arctos fuiſſe ſub Romanis limites, notum eſt. Succeſſivè dilatata eſt *Illyrici* appellatio, haud ratione propriæ jurisdictionis & Provinciæ particularis; verum ratione tributi, dum Romanis ex ratione politica, viſum fuit, *Illyrici tributi nomine* comprehendere, quævis tributa, quæ ex Provinciis Dalmatiæ, Pannoniæ, Mœſiæ, Myſiæ, Daciæ &c. accipiebant. Prætendere autem, *Dalmatiam* per hoc fuiſſe amplificatam luſus eſt, quia eodem jure, quamvis aliam Provinciam extenſam extitiſſe, clamari poteſt. Quare ſub *Illyrici* nomenclatura, ea ratione cenſebantur ſub Romanis tot numero Senatûs, Auguſtorumque Provinciæ, ut hodie, tot Regna & Reſpublicæ ſub *Europæ,* aut Aſiæ nomine. Ruinato autem Romano Imperio, cum e Dalmatia barbaræ illæ gentes non erupiſſent, nec veniſſent ad amplificandum Dalmatiæ Regnum, dum Dalmatiam ipſam ruinaviſſent; ſuſtineri fundatè nequit, a quinto etiam ſæculo Dalmatiam per barbaras illas gentes, ad Danubium fuiſſe extenſam. Quin novi incolæ, nova poſuêre nomina. Ut Serviæ, Croatiæ, Sclavoniæ, Avariæ, Bojoariæ, Scyriæ, quæ deinde Stiria vocata eſt. Et per ſecutas diviſiones, hæc iterum, in ſinu ſuique medio, aliorum nominum peperêre territoria, ſucceſſiveque Regna, vel Principatus, ut Ramæ ſive Boſniæ, Raſciæ, Chulmiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, ſuperioris inferiorisque Sclavoniæ, Hungariæ, Auſtriæ &c. Dalmatiæ itaque extenſio, nec prætendi poteſt ante IX. Sæculum, quô Scriptores Francici, ſive ex lubitu, ſive quod veroſimilius, ex *politica ſtatûsque ratione,* ob maris Adriatici commoda, magnarumque rerum gerendarum occaſionem, ſub *Dalmatiæ* nomine, oras ſuas, Dalmatiæ nomine ſcripſerunt, ut jus ſuum objicere queant. Francis ex poſſeſſione maritimarum partium exturbatis ejectiſque, Scriptores ſubſequi, quidam ex Politica rurſus

fus

Digitized by Google

ſua ratione ſtatus ſui, & Magiſtratus, cui ſuberant, Francos ſunt imitati; quidam ſine rerum examine, ſcribæ anteriorum fuére; quidam ex ambitione ſcientiæ, in veritate erroneæ, dum ſine ratione ſubſequentium temporum, ac ætatis, ad jactandam ſuam veterum lectionem, has partes, uſitatis pro ætate ſua appellationibus, non expræſſerunt, verùm, ut a barbaris nationibus ſucceſſivè datas rejicientes, *Dalmatiam* ſcripſerunt; quidem denique ex affectibus lucri, quamvis pallio pietatis religionisque obtecti, priores ſunt ſecuti. Venetos Scriptores amor Reipublicæ ſuæ movet, ut per Pannonias Dalmatiam eſſe, fuiſſeque extenſam aſſerendo ſcribant; cum enim Dalmatiam Reipublicæ ſuæ juris eſſe arbitrentur, hujus extenſionem, amplitudinemque ſupponere debent.

II. An porro Dalmatia, juris Sereniſſimæ Reipublicæ aliquando fuerit? quibusve ex fundamentis iſtud Scriptores Veneti arguant, ſat ſuperque ſuperius actum eſt; tamque mea, quàm & Sereniſſ. Reipublicæ Scriptorum, juſti æquive Lectoris judicio ſubſternuntur. Quare ea repetere nolo. Cum porrò prætenſionis hujus, & quorumvis connatuum ac ſtudiorum Sereniſſ. Reipublicæ, cauſa tota ſit, *Adriaticum Mare*, hujusque utilitas, atque neceſſitas; ideo, nil obſtante eo, quod ſuis locis ſuperius, ubi de argumento hoc, occaſio agendi venit, quædam relata haberentur; poſtquam ſæpius, iſta quoque occurriſſet, intra Reges noſtros & Sereniſſ. Rempublicam quæſtio, de hac ſpeciatim Lectores eruditos doctosque reflectere volui. Prætermiſſa quæſtione Scholaſtica, unde *Adria* derivetur? dum ex vocum derivationibus, *jura nullius* deſumi, certum eſſet, rem hanc altius, ac per ſuas Periodos reffere placet. Credo autem cultiore hac ætate qua ſcientia in ſubtilitatibus & paralogismis collocari fundarique, DEO miſerente, Regumque providentiâ deſinit, opinioque a rei cognitione diſtinguitur, docendi eam mihi non eſſe neceſſitatem, qualiter *Maris quoque dominium* haberi poſſit. Hoc olim *Repicius* advocatus ac poſt, plures negabant, ab exemplo aeris, ſolis &c. *Chizolla* Veneto, bene graviterque eidem ſatisfaciente. Si quis tamen *de maris dominio* dubitaret? Doctiſſ. Grotium, cæterosque Juris ſcientiæ Magiſtros conſulat, viſurus qua ratione dominium maris, haberi prætendique valeat. Hæc enim hujus non ſunt inſtituti. Itaque

III. Si antiquiſſima ſcrutamur tempora, *Liburnorum* in mari potentiam, occaſione belli Pompejum inter & Julium Cæſarem geſti, teſtatur Lucanus, ſcribendo:

Detegit orta dies, ſtantes in rupibus Iſtros,
Pugnantesque mari, Graja cum gente Liburnos.

Argui hinc videtur, ad Liburnos, ut mari Adriatico adjacentes, mare hoc pertinuiſſe. Romanis dehinc, Dalmatiæ, Iſtriæ, Liburniæ, Japidiæ, Pannoniæ, Macedoniæ, Mœſiæ effectis Dominis, Maris quoque Adriatici dominium, Romanos obtinuiſſe quis negabit? diviſis Imperii Provinciis, intra Senatum ac Auguſtos, ut memoravimus p. 8. uti Liburnia Pannoniaque Auguſtorum fuére; ita recitatus p. 8. Dionis Caſſy textus ſuadet, ut olim maris Adriatici Dominium ad Liburnos pertinuit; ſic ſub Auguſtis, *Auguſtorum fuiſſe.* Alias hi periculoſas, & per ſe magna novaque moliri valentes Provincias, ſibi non retinuiſſent. Neque Senatum damnaviſſent ad otia, ac inermem, imbellemque feciſſent, ut ſic *Soli Auguſti* arma militesque haberent, ſi dominium maris penes Senatum reliquiſſent. Sed quia controverſia præſens non eſſet, niſi de dominio a Venetis prætenſo Adriatici maris, eapropter ſi cui prior deductio mea non probatur, pace mea Adriatici maris dominium, tum Senatui obtigiſſe arbitretur. Florente ergo decreſcenteque Romanorum Imperio, maris Adriatici dominium, ad Romanos pertinuiſſe, veroſimillimum eſt. Ruinato autem barbararum gentium irruptione Imperio, poſtquam Italicum Longobardorum Regnum ſtabilitum fuiſſet, cum illi Liburniæ quoque fuiſſent poſſeſſores, probabile apparet, maris unà eos habuiſſe dominium. Aſt Sclavo Abaribus, Dalmatia Liburniaque potitis, ad hos maris Adriatici cura dominatusque pervenit. Heraclii permiſſo, poſtquam Croatæ pulſis Sclavo-Abaris Dalmatiam occupâſſent, quæri poſſet, utrum Croatæ illi, qui Dalmatiam incolebant? aut Sclavi Liburniæ veteris poſſeſſores, Adriatici maris Domini fuerint? pro utrisque enim, talia a Scriptoribus refferuntur, ex quibus utrumque argui poteſt. Attamen remanentibus utrisque ſub clientella Orientalis Imperii (recole dicta a pag. 62.) jus quoque Imperii illius, per hos ſuſtentatum fuiſſe dici debet. Poſtquam Michaelis Amorienſis Balbi ſocordia juris ſui effecti fuiſſent, quorumvis conſideratione, Croatæ Liburnici, Sclavi paſſim vocati a Venetis Scriptoribus, maris dominium tenuerunt, ut ex Venetorum Scriptoribus etiam, infra patebit. Baſilio M. Orientale Imperium decori priſtino reſtituente, occaſione Saracenorum Dalmatiam invadentium ſemet ſponte ut pag. 69. Dalmatici Croatæ ſubjecerunt Conſtantinopolitanis, & *Niceta* Adriaticum tutante ut p. 70. ad Græcos maris dominium rediviſſe videtur.

Exurgente Croatia, propriorque nacta Reges, non obſtante eo, quod Jadræ a Conſtantinopolitanis Imperatoribus, ſub clientella horum, Capitanei proprii, Dalmatiæ Catipani vocati,

Digitized by Google

cati, fuerint; ad importantiſſimum portum illum tenendum, maris attamen dominium, penes Croatiæ Reges ſtetiſſe, diplomata Regum Croatiæ demonſtrant. Enimvero Creſimirus Rex Croatiæ in diplomate apud Lucium lib. 2. c. 8. habet: *Quia DEus Omnipotens terra marique noſtrum prolongavit Regnum, decrevimus* &c. Item infra: - *Noſtram propriam inſulam, in noſtro Dalmatico mari ſitam &c.* Sed Venetos tributa ſolviſſe annua Croatis, ſinceri rerum Reipublicæ Scriptores non negant, videlicet Dandulus, Sabellicus, Petrus Juſtinianus l. 1. Julius Faroldus in Annal Venet. Scio Lucium lib. 2. cap. 8. hæc obnubilare adniti, adſtruereque a Sabellico Danduli textum intellectum non fuiſſe, ſed æquivocatione involutum. Hæc Cl. Lucio demonſtranda fuerant, poſtquam memorati Scriptores Sereniſſ. Reipublicæ Juſtinianus nempe & Faroldus idem ſcripſiſſent quod Sabellicus, qui a *Paulo Interiano* Scriptore Genuenſi, diligentis ſpecialisque rerum Venetarum Scriptoris, elogium habet. Lucius porro illorum quæ antea ſcripſit oblitus, æquivocationem objectam prætenſamque, in *conjecturis* tantum *ſuis* collocat. Dandulus apud Lucium: *Iſte Dux* (Petrus Urſeolus II.) *cum Italicis Principibus amicitiam contraxit, & Cenſum ſolitum dari Sclavis piraticam exercentibus, a Venetis navigantibus per mare Adriaticum, per edictum prohibuit.* Narentanos hic intelligi *per Sclavos*, ipſo Lucio teſtante, ac Danduli textu roborante, dubitari non poteſt. Accederet: Narentanos piraticæ accuſari, proptereaque a navigantibus, ut ſecuras haberent naves, Narentanis ſolutum fuiſſe tributum, ſic enim Ritter: *Bellum contra Narentanos fecerunt Venetæ A. 835. non propter tributum, quod Croatiæ Regi de mari pendebant; ſed propter Narentanum piraticam. Hi enim* (*ut Julius Faroldus Annal. Venet. pag. 44. apud Irenæum de Cruce l. 8. c. 4. narrat*) *percurſantes mare ceperant aliquot Venetorum naves, mercibus onuſtas, cauſarunt bellum* &c. Quare cum Italiæ Principibus fœdere inito, adverſus piratas Narentanos bellatum eſt, prohibitumque navigantibus, ne cenſum dari ſolitum piratis, ultro ſolverent. Sane ſi hæc Danduli perpendamus, exageratam illam a Lucio, Venetorum in mari potentiam non deducimus, dum Veneti ad opprimendos Narentanos, Italicorum Principum fœdus orare debuerunt. Quin Scriptores de numero navium Venetarum variant, dum alii ſeptem, alii XII. naves, ipſis tantùm fuiſſe narrant. Interim bellum hoc, his pactis finitum narrat apud Lucium Dandulus: *Nec cenſum alias extortum, aliquo modo exigere, nec quemquam itinerantem Venetorum moleſtare deberent.* Diſtinctum autem longè eſt, tributum illud, quod Venetæ *Regibus Croatiæ* exolvebant, ratione Domnii maris. Iſtud a Judice Croatorum exactum fuiſſe, fatetur Dandulus, *Croatorum judex*, inquiens, *propter denegationem cenſus, Venetis moleſtias inferre conatus eſt.* Per judicem Croatorum, Regem intelligi debere, ſupra meminimus. Si nihilominus litem quis de intellectu *Judex Croatorum* moveret, diſputare nolo Regem deſignari ipſum, aſſentiorque, ſi per judicem: ſive Banum, ſive Zupanum interprætari oportere contendas. Admittendum venit, Judicem illum Croatarum, Regis Croatiæ fuiſſe hominem, cujus officii erat, cenſum a mari portubusque exigere. Hoc ex Marini Ducis ad Carolum I. Hungariæ Regem epiſtola deducitur, qui faſſus Regi eſt, a portubus, Regibus Hungariæ cenſum deberi. Hunc *Villicus Regius* dictus (ſub Regibus autem Croaticis facilè *Judex* vocatus, quod fors ut nunc vocamus Conſulis munus ſimul tenuerit) exigebat. Porrò diſtinctum hunc eſſe cenſum a priore, quem Narentani piratæ vi extorquebant, res clara eſt. Equidem 1. Ex ipſis bene perpenſis Danduli textibus citatis, adverſus Narentanos piratas, Venetæ bellum geſſerunt, in altera autem cenſus exactione Judex Croatarum moleſtias fecit Venetis. Ibi Venetæ coercere piratas conabantur, hic ad debitum tributum ipſi ſtringebantur. 2. Porphyrog. teſtis hercle Lucio anteferendus, deſcriptis *Paganis Arentaniſque* ut ait *dictis*, maritimam horum potentiam non agnoſcit, immo cap. 30. fatetur, tres tantum Narentanorum eſſe Zupanias, quarum Araſtorza ac Mærus ad mare ſitæ, vitam Sagenis piſcando ducerent, Dalenſes autem ex agricultura vivere. Idem Porphyr. c. 29. *Pagani vero qui Romanorum lingua Arentani appellantur in locis inacceſſis, atque præruptis, baptiſmi expertes relinquebantur.* Proinde cum in ejusmodi locis (hodie facile *montis nigri*) habitaverint, maris dominium eis attribui non poteſt, adeoque, nec ſolutus Regibus Croatiæ a mari cenſus, confundendus erat Lucio, cum tributo Piratarum. 3. Bene Lucius l. 2. c. 5. ex deſcriptis ibi Porphyr. verbis cap. 30. contendit: Conſilio Baſilii, Croatis haud vero Narentanis ea Dalmatas ſolviſſe, quæ olim Prætori dabant. Ex textu nihilominus tributum duplex colligere poterat, unum Paganis ſeu Narentanis per quos Dalmatæ, quotidie captivi abducebantur & perdebantur, ut ideo deſerere illas oras, & ad continentem ſemet transferre voluerint. Verum a Croatis ideo prohibebantur quod necdum illis tributa penderent. Ad Baſilium recurrentes, in cujus erant clientella, admiſit Baſilius, ut quæ Prætori dabant, Croatis tribuerent. *Atque ex iſto tempore* inquit Porphyrog. *omnes iſtæ urbes Sclavorum, tributariæ pacta ſolvunt* Aſphalatus &c. Porrò Lucius

ipſe,

Digitized by Google

ipſe, idemtidem fatetur, Narentanos, Croatas, generali Sclavorum nomine accipi; pacta nihilominus tributorum, Croatis eos ſolviſſe (quamvis Sclavicarum urbium nomine poſitæ) tam priora verba Porphyrog. inquientis: *verum a Croatis prohibebantur*, quam & Danduli fatentis: quod *Croatarum*, haud vero Narentanorum, *Judex*, *propter denegationem cenſus*, Venetis fuerit moleſtus, ſecundum regulas Hermeneuticæ evincunt. Quare cum Croatæ Chriſtiani fuerint, Baſilius tributa illis ſolvenda admiſit; ut hi, adverſus Paganos Narentanos, Dalmatas tutarentur. Hoc & Venetos feciſſe per inita pacta Dandulus affirmat, citato textu. Proinde aliud tributum eſt, quod Croatis exolvebant, a tributo, quod piratæ, ab exemplo pactati Croatis cenſus, vi exigebant. Proinde dum æquivocationis Sabellicum arguit Lucius, ea tantum de cauſa, ne ex juribus legitimis in Croatiam, Hungariæ Reges, prætenſionem maris Adriatici deducere poſſint, ipſe Lucius per conjecturas ſuas, ſtudioſæ quæſitæque æquivocationis, ſe ipſum damnat, quod combinatione ſuperius a me dictorum, lectione item meditata Lucii a cap. 2. ad 6. libri II. a quovis comperiendum exiſtimo. Sed qualitercumque hæc evenerint, Lucius ut *maris Adriatici Dominos*, Venetos efficiat poſt diminutam Conſtantinopolitanorum potentiam in Adriatico, dicendum illi erat, Venetos tributa nulli unquam ſolviſſe, docendumque erat, illis ſoluta extitiſſe ut Dominis. Si duplex tributum Veneti a mari Adriatico, Croatis nempe & Narentanis non ſolverunt; per hoc maris Domini non efficiuntur, dum omnium conſenſu tributum, aut dicere malis cenſum, eos ſolviſſe convenit. Quæſtio a Lucio ſuſcitata, an duplex fuerit tributum? anve Croatis, aut Narentanis ſit ſolutum? rem quæ quæritur non diſſolvit, quæritur enim an Venetis a cæteris, ut maris Adriatici Dominis, tributa fuerint exoluta, aut vero an Venetæ cæteris, tributa pro navigatione ſolverint? Verum ob Imperium ætate Lucii *Scholaſticæ*, cujus eſt per argumentationes & ſophiſmata, propoſitam, quæſtionem declinare, ſermocinarique de aliis, ad propoſita non pertinentibus, excuſari poteſt Lucius, præcipue dum poſt quæſtionem ſub Ferdinando II. agitatam, ſcripſiſſet. Certe nec Repicius, impoſſibilitatem dominii maris objiciens, Ferdinando conſuluit, dum impoſſibilitas dominii maris, Venetos excludens, Ferdinando jus nullum adferre potuit; Quod enim ex impoſſibili competere non poſſe Venetis ſuſtinebat, nec Ferdinando competere poterat, ex motivo impoſſibilitatis. At Advocatus Scholaſticus, plus ponebat in argutiis, *primisque apprœhenſionibus*, ac in rei, & de *re*, *judicio*; ſolicitus non erat de Regis ſui juribus, quæ ignorabat, ſed de pompoſa ingenioſaque verboſitate. Tributis, aut cenſu (ne de nomine litigetur) per Venetos ſolutis, Sclavis (quo nomine Croatas accipi fatetur Lucius) accedit relata, & per Duces Venetos recognita, ut pag. 234. &c. meminimus, *Maris Sclavonici* appellatio. Hæc quemadmodum a maris, gentium Sclavicarum, dominio, promanavit; ita iſtud harum nationum fuiſſe, evincit. Huic argumento ponderoſo ſane, ut Venetæ occurrant, *Culphi Venetici* appellationem ſubſtituerunt, ut pag. 234. quam vide ſis. Atque ob vigens ſcholaſticæ Imperium (quæ horret impugnatq. res lectas ſcriptasque, ad examen pro eruenda veritate revocare, at rerum evidentias ad non eſt *ſupponendum* reducit, atque ex Metaphyſico principio, quarumvis rerum veritatem, facti etiam ſive hiſtoriæ deſumendam prætendit) teſte Lucio, talem appellationem, hodie etiam, ut ait Lucius *feliciter ſervat*. *Feliciter* ſane, ob rationem ſtudiorum, neceſſitatemque exſcribendæ cujusvis rei, quæ a viris, quos Religioſos vocamus, vel tradita vel edita fuit (ex lege: non eſt, neque licet de illis male ſupponere) pro evidentiſſima veritate, haberi debuit; ſecus hæreſis reus clamabatur, & ad damnatos libros inſerebatur. Quare bene recteque Lucius, pag. ſuperius 234. impoſitam Mari Adriatico a Venetis appellationem, talem eos *feliciter* ſervare. Hæc de veteribus prætenſionibus, maris Adriatici juris ac dominii.

IV. Hodie prætenſiones hæ, præcipuæ eſſe poſſunt, inter Romanum Pontificem; Venetos, Regesque Hungariæ, quà una Croatiæ Reges; aut ſi dicere mallis Auſtriacos. Demum & cum Imperatoribus Occidentis. *Romanorum Pontificum* prætenſio, ſuis locis ſuperius eſt attacta. Præcipua videntur 1. Quod ſupponant ad Dalmatiam maris Adriatici dominium pertinere, huicque ita eſſe conjunctum, ut ſeparari nequeat. Hinc quia Dalmatia, ſenatus olim Romani (florente Romanorum Imperio) fuiſſet Provincia, quemadmodum Papa Senatus Romani, eſſet nunc Dominus, ſic & Dalmatiæ, quà olim ad Senatum ſpectantis. 2. Jus hoc firmari, poſt deſtructum Longobardorum Regnum, *Exarchatu Ravennæ*, quem Romani tenerent Pontifices. 3. ex Inveſtitura Zvonimiri in Regnum Dalmatiæ, vide a pag. 109. datosque a Papis, Regum Dalmatiæ titulis pag. 175. &c. 4. Ex Auguſtini ſub Colomano, Aconcii item, lege a pag. 185. legatorum &c. factis in Dalmatia ordinationibus diſpoſitionibusque. 5. Ex dato per Bonifacium VIII. Comitibus Bribirienſibus, Dalmatiæ Principum titulo. vide a pag. 232. 6. Ex facto toties per Dalmatas ad Papam recurſu, hinc ſpontanea eorumdem ſubjectione, ut p. 186. 132, &c. 7. Ex ſuppeditatis toties adverſus Turcas auxiliis, &

Digitized by Google

Dalmatiæ proviſione atque cura. 8. Ex abſolutione Dalmatarum a juramentis ſæpius Hungariæ Regibus præſtitis, cenſuris item toties fulminatis. 9. Ex univerſali in orbem univerſum monarchia. Cum enim Papa Vicarius Chriſti eſſet, Chriſtus porro, datam ſibi eſſe omnem poteſtatem in Cœlo & in terra faſſus ſit, quis Vicario Chriſti, univerſalem Monarchiam, in dubium vocabit? Proinde vi Monarchiæ hujus, reſervare ſibi quæ vult Papa poteſt, aut ſub clientella ſua conferre aliis, erga præſtandam illi a Regibus orbis terrarum obedientiam, ratione Coronæ & Regnorum, ut hinc etiam *Titulos* varios, tanquam ſuis vaſallis, Regibus plane ipſis, Romani Pontifices conferre ſoleant. Hæc ſunt, quæ pro Papæ prætenſione dici poſſunt.

Verum ſive ex *Vatinio* apud Ciceronem deſcriptionem Dalmatiæ veteris perpendamus; ſive hujus, annis poſterioribus conſiderationem, demonſtrandum eſt, cum Dalmatia maris Adriatici dominium conjunctum extitiſſe. Non nego, Jadram cæteraſque Dalmaticas Civitates portus ſuos habuiſſe; at totius maris Adriatici dominium, Dalmatiæ conjungere ex portu, non poſſumus. Præterea copias tantas Dalmatis perpetuo fuiſſe, quæ ſufficiant toti mari tuendo, demonſtrare neceſſum eſt. Qui Narentanis pares non erant, ad impediendas e Dalmatia populi abductiones: qui pro protectione, Baſilii conſilio, Croatis cenſum pacti fuêre: qui vicinorum auxilia orare debuerunt, haud apparet credendi motivum, tantis viribus fuiſſe, ut totius maris Adriatici dominium habuerint. At incredibilia ſupponamus! quamvis Auguſtus Provincias cum ſenatu partitus fuerit, eam nihilominus diviſionem ita inviolabilem permanſiſſe, ut deſtructo Senatu veteri, & Romanorum Imperio, ad modernum Senatum, jura illa per ſucceſſionem venerint, docendum eſt. Pontifex Romanus, nec Romanorum eſt Imperator, neque hæres cujusvis Romanorum Imperatoris, at D. Petri Succeſſor; ideo qua ratione Senatûs veteris Auguſtorum, ceſſionem ab Auguſtis factam, ſibi applicare valeat, debilitas mea non aſſequitur. Quæ de Patritiatu, vel Exarchatu Ravennatenſi petuntur. Qualia ſint? notum eſt eruditis. Neque noſtri eſt inſtituti, tot interpræstationes doctiſſimorum virorum referre. Dico ſolum, diſtingui oportere inter Exarchatum Ravannatenſem, & Regnum Longobardicum, aut Italicum. Romanus Pontifex, nec Rex Italiæ eſt, nec Succeſſor Longobardorum. *Inveſtitura* pro electione haberi nequit, ipſeque Zvonimirus diſtinguit, dum ut ſupra pag. 110. diceret: *Synodali & concordi totius Cleri & populi electione* Dux, Inveſtituram autem exprimit; *de Croatorum Dalmatinorumque Regni regimine per vexillum, enſem, ſceptrum & Coronam inveſtitus*, adeoque *inveſtitura* cæremonia ritusque miniſterii eſt, haud vero regalis Eminentiæ electio, ac poſt electionem factam, collatio. Hodie miniſterium hoc, occaſione Coronationis, Primates Regnorum peragunt, neque ideo prætendere poſſunt, ad Regale munus electos, ſuos eſſe clientes, ſibique ſubjectos; Colomanus attamen, nec oblatam a Papa inveſtituram acceptavit. Quod vero Romani Pontifices, ſive per ſe, ſive per Legatos, quædam in Dalmatia diſpoſuerint, hæc, vel ex inſtabilitate populi illius proceſſerunt; vel intruſo modo, vel ex religionis reſpectu fuêre tollerata diſſimulataque. Mladini Principatus, ut inſolentia, per Carolum I. Regem Hung. fuit extinctus, Mladinusque caſtigatus. Porrò Dalmatas ſeſe ſubjeciſſe Romæ doceri debet. Orârunt quidem auxilia a Romanis Pontificibus, ſed neutiquam ut a ſuis Regibus, at ex motivo Religionis, collectarum item, ſub titulo *precationum*, elargitarum, auxiliaque data, non erant ratione Dalmatiæ, verum ſervandæ Italiæ, ut ex Platina, cæteriſque videre eſt. Ad reſidua tacere mallo, ac dicere quidpiam. Hugo Grotius in diſſertatione de mari libero legendus.

V. *Venetorum* ea ponimus, quæ olim *Chizzola* Venetus propoſuit, videlicet: ipſam quidem aquam maris, quemadmodum nec aerem, nec viam publicam, poſſideri minime poſſe, certum nihilominus ejusdem ſituationis locum, ab adjacente Civitate vel Republica protegi poſſe; quemadmodum viæ publicæ proteguntur ab iis, quorum Statibus adjacent. 2. Venetos decreſcente Bizantinorum Imperio, *derelictum ab iis Adriaticum* in protectionem ſumpſiſſe; quæ ſicuti immanes expenſas ad intermittendas pro ſecuritate navigantium claſſes requirit; ita quin illi, qui harum expenſarum grave onus ſuſcipit, jurisdictionem inferat in eos, qui ſecuritatis hujus beneficio uti volunt, pro arbitrio ſuo regulandi, nullum dubio locum videri. 3. Hæc per tot ſæcula continuata, atque adverſus eos, qui eam controvertere volebant, armis etiam confirmata jurisdictio, quod non *præſcriptionis* (cum Veneti, poſſeſſione Adriatici nullum exuerint, ſed a Bizantinis *derelictum* apprehenderint) ſed *alti dominii titulum*, Venetis ita tribuat, ut Adriaticum inſtar territorii Venetæ urbis conſiderari debeat, manifeſtum eſſe. Mare enim non ſecus ac terram dividi ac appropiari poſſe, pridem confeſſus eſt Ariſtoteles, nempe, quantumcumque quæ urbs protegendo continere, tantum etiam ſibi appropriare poteſt. Nam quod *Oceanus*, propter ſui immenſitatem, poſſeſſione contineri non poteſt, id non minus humanæ fragilitatis vitio accidit, quam quod vaſta Lybiæ, deſerta im-

manes-

Digitized by Google

maneſque æthiopum arenæ excoli non poſſint. 4. Venetorum in Adriatico Dominium 30. ac amplius Juris Conſultorum teſtimoniis comprobari. 5. Dominium hoc Venetorum complures Romanos Pontifices, Reges item, ac Principes agnoviſſe, dum petita obtentaque a Venetis facultate, armatas per Adriaticum naves miſerunt. Sic 1399. Ladislaus Rex Neapolitanus, ut Gulielmo Duci Auſtriæ ex Apulia, in ditiones ſuas, ſororem Regis, ſponſam Archiducis 12. navibus per Adriaticum deducere liceret. Sic 1478. Fridericus Imp. petiit, ut ſibi liceret ex Appulia, certam deducere frumenti quantitatem, in Iſtriam. Mathias Corvinus Hung. Rex anno 1482. petiit: ut quam antea victualium proviſionem, Frangepanii deducere ex Apulia Segniam conſueverant, ſibi quoque devehere integrum foret. 6. *Nerveſius* Pontificius Legatus, in Concilio Leonenſi, anno 1274. *Anconenſes* liberam per Adriaticum navigationem prætendentes, rejecit; vetuitque Venetos in Adriatici maris protectione turbari. 7. A Venetis denique, Adriatici dominium, ſolemni cæremonia, in Feſto Aſcenſionis Domini, ad conteſtandum publicè jus ſuum, quot annis, in præſentia Legatorum omnium Principum, ſine cujusvis proteſtatione, confirmari. Ad hæc, *Repicius Advocatus Auſtriacus*, quia reſpondere nequiviſſet, factum: ut ab arbitris in medio relinqueretur ſuſcitata quæſtio.

Verum præmiſſa, cujus ſint roboris examinemus. *Derelictum* a Bizantinis Adriaticum mare, fuiſſe, docendum eſt, neque enim in juris quæſtione atque foro, aſſertis locus eſſet. Qua oro ratione, derelictum dici poteſt? dum Baſilii conſilio, Dalmaticæ Civitates, pactis conventis, pro protectione ſui adverſus Narentanos, *Croatis* annuos cenſus pendebant. Haud ergo derelictum fuit, verùm vel ceſſum Croatis; vel iis creditum, qui aliunde ſub clientella fuêre Orientalium. Aſt demus derelictum fuiſſe; demonſtrandum venit Venetis Scriptoribus, mare illud, poſtquam a Bizantinis fuiſſet derelictum, illico a Venetis protectum extitiſſe. Conſtat enim ex anterioribus, Croatiæ Reges, mare illud, ſuum vocaſſe; Venetos cenſum Regibus Croatiæ ſolviſſe, & ab eorum Ducibus, *Sclavonicas undas*, vocatum fuiſſe. Accedit ex utroque maris hujus littore, copioſas Sclavonicas Nationes, ſive Croatas Dalmatos, Croatas liburnos &c. olim atque hodie habitare. Si itaque a Bizantinis mare fuit derelictum, nationes hæ, quæ proprios habuêre Reges Duceſque *Alti dominii* titulum ſunt conſecutæ, haud verò Venetæ, qui cenſum ſolvebant Croatis, & ſucceſſivè Hungariæ Regibus. Potentia quoque illa Venetarum navium, quæ ſufficiens fuiſſet, toti Adriatico protegendo ex Scriptoribus non deducitur, uti ſuperiora noſtra evincerent, hinc adverſus Jadertinos vicinarum Civitatum auxilia & conſociationes Venetos petiiſſe, ex productis a Lucio monumentis, clarum eſt. Turca item dum metùm Dalmatiæ incuſſerat, haud a Venetis defendebatur Dalmatia, verum a Dalmatis, exoratiſque a Papa copiis. Proinde quævis Dalmatarum, aliarumque nationum, quæ poſt Bizantinos geſta fuêre in mari, ſua eſſe Venetæ, ex prætenſo in Dalmatiam jure arbitrantur. Tanta fuit potentia in mari Venetorum, quod nec Narentanos ſuis copiis coercere valuerint, verum fatente Dandulo, contracta cum Italicis Principibus amicitia. Almiſanos autem coercere Andream II. oportuit. Bela IV. ut Venetos a Jadertinorum moleſtiis eximat, Jadrenſes tranſtulit, (recolenda hic ſuperiora quævis, ſub Hungariæ Regibus recenſita) ut pompoſius eloquentiusque *Chizolla*, Repiciô cæteriſque arbitriis perſuaſerit, poſt derelictum a Bizantinis mare, extemplo illud Venetos protexiſſe, jusque dominii alti obtinuiſſe, ex re ab omnibus derelicta. Repicium quoque, peregrinum in re hiſtorica fuiſſe (quidquid ſit de juris ſoliditate) uniceque ſcholaſticum, ſatis apparet. Expenſas porro illas, quas inde a derelicto ut prætenditur per Bizantinos mari Adriatico, Venetæ feciſſent, demonſtrandas habent; Prouti etiam eas, quas olim Dalmatæ, Croatæ, & poſt hos, Hungariæ Reges in protegendo mari Adriatico feciſſent, a Venetis fuiſſe ſolutas. Si enim expenſæ illæ, quas anteriores maris Adriatici poſſeſſores, in protegendo mari copioſè tot ſæculis effuderunt, per beneficia recepta, compenſatæ illis cenſentur, par eſſe videtur de Venetis ratio. Teſtimoniis 30. juris Conſultorum, neſcio an cum examine, & rerum notitia ſcribentium, aut alter ex altero deſcribentium, quævis periodis ſuperioribus poſita, opponi poſſunt. Item tot alii doctores apud Doctiſſ. Grotium. *Banos maritimos*, a maris protectione vocatos, *Ammiratos item*, Hungariæ Reges iſthic ſervaſſe, diplomata teſtantur ſuperius memorata. *Marinus Dux*, jus apertum & notorium eſſe Hungariæ Regum confeſſus eſt, hæc autem teſtimonia, potiora eſſe, teſtimoniis ſive Juris Conſultorum, ſive Theologorum, ſive Hiſtoricorum ex præjudicio quopiam ſcribentium, atque recentiorum, ab omni admittendum exiſtimo.

Si ex epiſtolis Romanorum Pontificum, dominium maris petendum eſt, pro temporum circumſtantiis varias reperire eſt. Sunt quæ favent Venetis, Romanis, Regibus olim Croatiæ, Hungariæ quoque Regibus, ut Honorii pag. 208. Quare ſi conſiderentur ut *variantes*, quid in jure concludant? tyrones juris ſciunt: Si vero ut teſtes, *continuatam* per tot ſæcula inde

mmmm a Bi-

Digitized by Google

a Bizantinis per Venetos in mari jurisdictionem, non demonſtrant. Lucii quoque ſententia pag. 111. relata de epiſtolis Papalibus adjici poſſet. Prætendebat Chizolla, adverſus eos, qui Venetorum in mari jurisdictionem controvertere volebant, armis fuiſſe confirmatam. Verum hoc demonſtrandum habuit. Enimvero Venetos pro maris jurisdictione ſervanda, bella geſſiſſe ſive cum Croatiæ Dalmatiæque; ſive cum Hungariæ Regibus, res nova eſt. Quin cenſus ab iis ſolutos fuiſſe conſtat, prouti etiam Italiæ Regibus ex Porphirogenito, atque Excell. D. de Monacis. Poſt reſtitutam a morte Emanuelis Imp. Belæ III. Dalmatiam, bellum nullum geſſere Venetæ, immo Bela III. mari quoque illico quod providerit ex pag. 165. conſtat. Ladislaus Rex Neapolitanus Bonifacio IX. affectus, & cum Sigiſmundo Rege diſſentiens, quamvis maris Dominos, Venetas non recognoſcat, providere ſecuritati ſororis ſuæ voluit, dum in deſcriptis ſuperius, *in Rege Sigiſmundo* differentiis, metuere poterat, de incommodis ſorori ſuæ cauſandis ab iis, qui partium erant Sigiſmundi. Friderici Imper. factum, *jus Venetorum* non docet, verum *poſſeſſorium*, in quo ex narratis ſub Sigiſmundo circumſtantiis manent. Præterea ſi juris ſui Imperialis oblitus fuerat Fridericus, dum *ad Iſtriam* frumentum deducere petiit, facile per Venetias deductum fuerit. Mathiæ Corvini prætenſa petitio, ob recenſita ſuperius a pag. 293. demonſtrari debet, neque enim Venetos inter & Mathiam Regem, anno 1482. viguit amicitia. Quin epiſtolæ Mathiæ Regis demonſtrant oppoſitum. Quibus naves occupatas imperando reſtituendas vult, ut ex 10. & 73. Mathiæ Regis epiſtolis videre eſt. Articulus quoque 32. anni 1486. prætenſas Mathiæ Regis preces, ſuadere nequit. *Nerveſii prohibitio* ad Anconitanos pertinens, aliorum jura perimere nequit. Cæterum tametſi Platina teſte, Innocentius V. Venetos & Genuenſes inter ſe certantes, ſub anathematis pœna, ab armis diſcedere coegiſſet; Joannes autem XXI. Anconitanos adverſus Venetos dum protegere omitteret, ipſi ſemet colligentes eruptione facta, Venetos urbem obſidentes, magno illato incommodo propellunt, adeoque Nerveſy factum, effectu, nullum evaſit, quin Nicolaus III. Legatos Venetorum rejecit, deinde ex itinere revocatos increpavit, perniciem Venetis comminatus, ni ab oppugnanda Ancona deſiſterent. Cauſam belli hujus intra Venetos & Anconitanos refert Platina; *quod in Dalmatia mercaturam exercerent, nullo perſoluto Venetis portorio.* Hinc bellum pro maris dominio non fuerat, ſed pro tributo portus. At ſi etiam fuiſſet Nicolai III. factum, formatam a Venetis prætenſionem ex mandato Nerveſy, enervat. Verum annus 1274. Ladislai IV. eſt, quem in Dalmatiæ poſſeſſorio fuiſſe pag. 226. docuimus. Quare Nerveſy mandatum, Hungariæ Regum juribus, nocere nequit.

Quod demum ſolennem illam *maris deſponſationem* annuè agi ſolitam attinet, cauſa hujus alia longe eſt, ac *Chizolla* propoſuit. Excell. D. de Monacis, Reipublicæ olim Secretarius, Legatus item hujus, ad Mariam Ludovico mortuo; Cretæ etiam Cancellarius, Scriptor Chronici Sereniſſ. Reipublicæ, Chizollâ antiquior, teſtisque potior deſponſationis illius, cauſam adfert aliam, pag. 161. a nobis relatam. Quare deſponſatio illa maris, haud eſt in ſignum *dominii maris*, quod Alexander III. conferre non potuit; uti evinceret Grotius; aſt ſignum eſt, liberati ab infeſtationibus Alexandri. Sic enim de Monacis recitat verba Pontificis: *Te fili Dux, tuosque Succeſſores volumus ſingulis annis annulo mare deſponſare, ſicut vir ſubjectam ſibi deſponſat uxorem, quia ab infeſtationibus meis mare taliter quietaſti,* ut hinc videatur petito a mari ſymbolo, fluctuum illorum quæ Alexandro III. fuerunt, tam cum Imperatore Friderico, quam & in ſchiſmate noto, eruditis; (ratione excluſi Cleri Populique ab electionibus Pontificum, uſurpataque a Cardinalibus electione, quæ deinde a Concilio Lateranenſi anno 1179. fuiſſet Cardinalibus firmata, horumque electione Lucius III. primus electus) compoſitionis memoria, illiusque conjunctionis, quæ eſt intra Venetos & Romanos, cauſâ ſervandæ Italiæ, ac utriusque potentiæ, Romanæ videlicet ac Venetæ. De his attamen nolim diſputare. Dico ſolum, dum de origine atque cauſa cæremoniæ illius, Venetæ Scriptores variant, notum eſſe, quis in quæſtione juris, *teſtibus variantibus* locus? Infirmum item ex cæremoniis eſſe argumentum. Si attamen ex Legatorum præſentia, quos aut curioſitas ducit ad videndam cæremoniam illam ſolennem, aut ut ſolemnitati pompa accedat; omnium Europæ Principum conſenſus deſumitur, eſſe Venetis maris Adriatici dominium; ſi hoc, Reges Principesque ita accipiunt, ſuosque Legatos adeſſe cæremoniæ illi volunt, pro firmandis in maris dominio Venetis; *dominium maris altum* Chizollæ petendum non fuerat, a derelicto per Bizantinos mari; verùm ex conſenſu omnium Europæ Principum. Interim de his diſcordiis in Alexandro III. Platina meminit, relatisque compendio quibusvis, concludit: *Abiens quoque Venetiis Alexander cum triremibus 13. Guillelmi ſiculi, & 4. Venetorum, ornato ob beneficium acceptum, eorum ſummo Magiſtratu, inſignibus quibusdam & muneribus - - Anagniam ſe contulit.* An inter *Inſignia*? aut inter *munera*, deſponſatio illa maris, teſte de Monacis, tum originem nacta, collocari debeat? ex lubitu conſtitui a quovis poteſt.

Ma-

Digitized by Google

Maris Adriatici dominium, Venetis; ſi plane non tollunt, admodum hercle controverſum reddunt ſequentia. I. Quod ſub Bizantino Imperio, dominium maris, nec illorum Scriptores illis attribuant. Sub ipſis autem Impp. Bizantinis, ad Sclavos dictos, alias in veritate Croatiæ Reges, maris hujus protectionem, ad Croatiæ Reges (Clientes Imperatorum Orientis) devenisſe, ſuperiora teſtantur. Illud profectò haud leve eſt, conſilio indultuque Baſilii, Dalmatas pro ſui adverſus Paganos, ſive Narentanos protectione, ad Croatas Liburnicos ea ratione miſſos extitiſſe; ut quæ Prætori ante ſolvebant, Croatiæ Regibus ſolverent, innitisque pactis ſolviſſe. Mirum eſt ad Venetos remiſſos non fuiſſe. Hæc attamen mare derelictum non fuiſſe, ſatis teſtantur. II. Croatiæ Reges, Venetis, pro navigatione per mare Adriaticum, tributa aut cenſum aliquando ſolviſſe, a nemine ſcriptum eſt; bene vero, cenſum talem ſolutum fuiſſe a Venetis, Dandulus, ſinceri que Scriptores Venetæ faterentur, III. Tot Duces, qui olim Venetias circumdabant, ut Paduani, Veronæ, Tarviſani, Anconenſes &c. dominio totius Adriatici, a Venetis prætenſi, favere nequeunt. IV. Italiæ Regibus tributa Venetos ſolviſſe, teſtatur Porphyrog. cap. 28. Excell. autem de Monacis, ab his tributis per Privilegium Ottonis. III. exemptos, confiteri non erubeſcit, ut pag. 144. retulimus. V. Pius II. Romanus Pontifex, Vir juſtus, doctus eruditusque pag. 274. ſincerè confitetur: Venetos *pro fundo Civitatis ſuæ* tributa olim dependiſſe. Qua igitur ratione *dominium totius Adriatici maris* habere poterant, qui *fundum Civitatis ſuæ* liberum non habebant. Porrò, ne quis, illo aut ſimili utatur ad præmiſſa reſponſo, quô, pag. 144. D. de Monacis uſus eſt, adverſus Francorum Annales, perhibentes: Carolum I. Venetias ſibi ſubjectas reddidiſſe, hæc ſcilicet a Gallica vanitate procedere; ne inquam ſimili reſponſo, anteriora ruere quis exiſtimet, ejusdem Excellmi D. de Monacis lib. 3. a pag. 57. legere velit, videbitque confirmatas *libertates & exemptiones totius Ducalis diſtrictus Venetorum*, a Lothario, Carolo ſimplice ad quinquennium tantum, cum facultate inſurgendi adverſus Sclavos, *qui maris Adriatici utramque maritimam*, ut ait *infeſtabant*, melius dixiſſet, *tenebant*. Narrat deinde, fuiſſe Venetis confirmatas eorum immunitates a Rudolpho, Otthone I. Othone III. qui Petrum Urſiolum, Dalmatiæ Ducem nominaſſet. Item Henrico III. (diutius reluctante) confirmationem. Henrico IV. Lothario IV. Friderico I. Othone IV. Relatisque metis, & ſpecificis locis, quæ conceſſa fuêre Reipublicæ Venetæ, fatetur: ut p. 144. retulimus, ab Othone remiſſum haberi tributum, quod ſolvebant Venetæ, datumque *Privilegium de portu & mercato tenendo in tribus locis cum omni datio & theloneo.* Henricum Imp. Venetiis anno 1116. *curiam* tenuiſſe, pag. ſuperius 141. ex Dandulo memoravimus. Horum conſideratione, ſi, ut Venetæ Scriptores prætendunt, ex elargitis carthis per Venetos Dalmatis, Dalmatia juris eſſe eorum argui debet, quid cenſendum arguendumque ex elargitis ab Imperatoribus privilegiis immunitatibusque; poſitis diſtinctisque Imperatorum gratiâ metis, conceſſo *per Privilegium portu & mercato*, indultis Datio tellonioque, clarius eſſe puto, quam ut inferre opus ſit. Qualiter *maris Adriatici dominium* demonſtrabunt, qui mercatu portuque per privilegia gaudent, fruunturque. Hæc ſolidiora invenio, ac erant a Repicio ex impoſſibilitate petita argumenta. Ex navibus per Venetos habitis, ſubmiſſisque ſæpe in auxilium aliis; *dominium maris*, ut Lucius *conjectandum imponit*, peti non poſſe, certum eſt. Enimvero, Dalmatas, Croatas, Ungaros, Piſanos, Genuenſes, Neapolitanos, Raguſeos, Papas, Imperatores, naves ſuas æque habuiſſe, ſæpiusque confœderatis ſuis, propriis navibus ſuccurriſſe, res indubia eſt, *conjectandum* attamen exinde, haud vellet Lucius, *maris Adriatici dominium* cujusvis alterius, quam Sereniſſimæ Reipublicæ, conjectari debere vel poſſe. Quare cum aliunde ſuis locis ſuperius, Lucio reſpondere conati ſimus; Hungariæ Regum pro dominio maris Adriatici motiva refferenda ſunt.

VI. *Hungariæ Reges*, jus ſuum, ſequentibus deducunt. I. Quidquid ſi de illa Croatarum cum Hungaris conſociatione ab ennato Hungariæ Regno, poſtquam Colomanus Rex, verus legitimusque Dalmatiæ Croatiæque Rex evaſiſſet, jura quævis Regnorum illorum, ad eum ſunt devoluta. Proinde maris quoque Adriatici, eo magis dominium, quia mare illud, *Dalmaticum* olim vocatum fuiſſe, Creſimiri diploma teſtatur; *Sclavonicum* deinde, Venetæ ipſi teſtantur. II. Illico tum Colomanum, maris quoque dominium accepiſſe, relata pag. 140. ex MSS Codice verba probant, nempe: *Galeas quoque Venetorum & naves ſolidans, & allocans pecunia maxima, exercitum copioſum in Apuliam deſtinavit*, uſu ipſo dominium obtentum firmans. Quin expugnatæ in Apulia Civitates, *Venetis, ad tenendum, pro utilitate Regis Colomani* relictæ fuerant. Profectò dum Venetæ, in ejusmodi occaſione, novæ videlicet Regum periodi, non ſolum non reclamârunt *pro maris dominio*; verum Regi novo, carentique propriis galeis & navibus, ſuas pro pecunia ellocârunt, *facto proprio*, maris dominium penes Colomanum eſſe, agnoverunt. Apuliæ Civitates ad tenendum ex cenſu, ſive pro utilitate Regis Colomani acceperant, ſed per Piſanorum naves, eas occupari permiſerunt.

Digitized by Google

Ob quod, bello exorto, etſi Henricus ut pag. 141. Venetis ſpopondiſſet auxilia, Colomanus attamen victor, anno MCXI. ſe per miſericordiam DEI *potitum* Regno Dalmatiæ atque Croatiæ exprimit. *Potitum* nempe utriusque Imperatoris conſenſu. Recole ſuperiora a pag. 141. ad 154. III. Stephanus II. bello cum Venetis geſto, occiſoque Ordelapho Duce jura Coronæ ſtabilivit, uti a pag. 155. Geyſa II. (ut p. 158.) de maris portu diſponit, inquiens: *Introitus portus Civitatis de extraneis duas partes Rex habeat, tertiam Comes Civitatis.* Item infra: *Si quis veſtrorum per meum Regnum, terra marique negotia exercuerit - - ex proprio Commercio nullum perſolvat debitum.* Quis maris dominium Hungariæ Regum non fuiſſe afferet? dum diſponunt de portubus? dum vectigalia maris, de proprio commercio Spalatenſibus relaxant. IV, Dalmatiam cum maris Adriatici dominio, Emanuel Imp. haud a Venetis, verum ab Hungariæ Regibus fuit conſecutus, ut a pag. 164. Mortuoque Emanuele, ad Belam III. rediit, qui *Maurum*, vide pag. 165. maritimæ exercitatorem, ſive maris defenſorem ut Lucius ipſe p. 173. ſuperius, conſtituit. Si admittendum eſt bellum illud pag. 166. a Venetis memoratum, cum Belæ III. in poſſeſſorio maris, totiusque Dalmatiæ manſerit, bello firmatum maris dominium conſequitur. Quamvis autem anno 1202. per Sacram militiam Venetæ Jadram evertiſſent, cauſa portus illius, ac Adriatici maris, quod ſe quietum habituros ſperarânt, ut ex Lucio pag. 172. retulimus; nihilominus per latam excommunicationem ut pag. 170. caſtigati fuère, ipſaque Venetorum excuſatio pag. 171. ex Gunthero relata, jus Regum Hungariæ, in mari quoque ſatis confirmavit. V. Sub Andrea II. qui neglectim res Dalmaticas procurabat, jus maris Adriatici ſatis confirmatum eſt, per caſtigatos ab Andrea ob piraticam Almiſanos ut pag. 176. Ubi reflectendum: ſi penes Andream Maris protectio dominiumque non fuiſſet, pro caſtigandis reis ad Regem recurrere nequiviſſent. Deinde pag. 186. Andreas de portubus qui diſpoſuiſſet? ſi maris carebat dominio; cum nihilominus conſtituat ibi: *portus Civitatis de extraneis duas partes Rex habeat, tertiam verò Comes Civitatis.* Regis quoque Hungariæ *Villicus*, a portubus cenſum exigens ut pag. 184. jus poſſeſſoriumque maris corroborat. Iſte videtur fuiſſe, ut ſub Croatiæ Regibus, *Judex ille* Croatorum, quem moleſtum fuiſſe Venetis, Dandulus fatetur. Belam porro IV. in poſſeſſorio dominii maris Adriatici extitiſſe, præter cætera ſuperius inſinuata, docet diploma pag. 193. deſcriptum, ubi maritimas partes ſuas eſſe exprimendo, a fidelibus ſuis Frangepaniis *non ſolum in mari cum navibus, verum etiam in terra cum armatis* proviſum ſibi fuiſſe agnoſcit. Pag. autem 206. ſub Nro IV. Nobiles Ginich obligat: *cum duabus Barchis, quas habere potuerunt de ſuis impenſis præparatis & armatis, ſecundum quod Regiam condecet Majeſtatem, una cum nautis & remigatoribus ſervire*, quæ obligatio jupano inſularum Fari & Braze impoſita, ridicula eſſet, ſi Bela IV. maris dominio carebat. Huc pertinet Stephani Bani ad Dalmatiam emiſſio, cæteraque ſuperiora a pag. 206. VI. Tametſi per aſſociationes illas ſub Bela IV. ut pag. 211. initium confuſionis enatum deducatur; attamen ſub Ladislao IV. teſte pag. 226. jus Regum Hungariæ recognoſcitur, per clauſulam: *pactis non teneantur, ſi D. Regi Hungariæ diſplicerent.* Accedit temporibus his, *maritimos* Banos floruiſſe, quorum officii erat, mare tueri protegereque, ut ex pag. 220 *de Regis Gratia Bano maritimo* deduceretur. Sub Ladislao IV. prætenſionum Romanarum vis poſita: ſub Andrea III. roborata, ſub Carolo diſſimulata. Venetæ nihilominus, jus Hungariæ Regum confeſſi ſunt, ut pag. 212. quibus adjungenda quæ ſupra a pag. 232. relata ſunt. In præmiſſis confuſionibus, cum Venetæ jus non ſolum in Dalmatiam hujusque inſulas, ſed & Regios Dalmatiæ Croatiæque titulos, quos aſſumpſerant, maris quoque dominium, ſua eſſe crediidiſſent; ideo VII: Sub Ludovico I. Rege ſolenni juramento, quibusvis his, in perpetuum ſe abdicârunt, per pacta publica, quæ Lucius lib. 4. cap. 17. exhibet. Maurocenus quoque ut Hiſt. Eccl. Zagr. pag. 137. retulimus. Jam ſive juramentum, Religionis actus; ſive juris gentium, publica perpendantur fœdera, qualiter & in quo fundari poſſit Venetorum prætenſio? me non aſſequi confiteor. Quævis anteriora, quæ Scriptores adferunt, *facto Sereniſſimæ Reipublicæ proprio*, publicis plane fœderibus, Sacramento ad Sacroſancta DEI Evangelia, firmatis; ſic ſunt ſublata, ut nec tum contrahens Reſpublica, nec ejus Succeſſores, ſive per ſe, ſive per alios, *de jure, vel de facto, directè vel indirecte, palàm vel occultè, quovis ingenio, vel colore, ſub indignatione DEI Omnipotentis, & omnium Sanctorum ſuorum*, de renunciatis tum, prætenſionem formare poſſint. Ludovicus I. ut pag. 238. exprimit: *antiquum jus revocando, quævis in Dalmatia diſpoſuit: Amiratos ſuos tenuit*, ut ſupra a pag. 238. pateret; ut in effectum publica illa ſolennia pacta veniſſe certum ſit. Hæc ut Sacratiſſima, ſic coluere Dalmatæ, quod poſt Ludovici in maſculo defectum, ſucceſſioni fœminei ſexus primi ſubſcripſerint. Vide a p. 243. Si dicatur Venetos argui non poſſe, qui emptionis titulo, quævis recuperârunt. Sed præterquam, quod juraverint: *nec directe nec indirecte, quovis ingenio vel colore*, fœdus illud ſe violaturos, cujus momenti prætenſa ſit emptio a pag. 254. ſumus commentati. Ut Sigiſmundus pag. 256. *Venetos notorios*

rebel-

rebelles & infideles exprimat. Ceſſionis factæ per Sigiſmundum, nullus meminit, at ex zelo Religionis, ob concilia, vindicatosque Huſſitas, *datarum Venetis induciarum* eſt memoria apud Scriptores. Poſt Sigiſmundum, Albertus brevi vixit tempore. Domeſticæ deinde calamitates, prætenſiones pro Corona Variæ, Turcica demum bella; ſub Vladislao autem jurium Sacræ Coronæ neglectus, tam Dalmatiam, quam & Adriatici maris dominium neglectum deſertumque reddiderunt. Porrò res neglecta, jus proprietarii, illudque habentis non perimit. Deſerta quoque loca, ideo quod deſerta ſinantur, ob circumſtantias aliquas, atque ad tempus talia excolendi opportunum, jus proprietario nec adimunt, nec perimunt.

Accedit. Venetos ſub Julio II. Romano Pontifice, *uſurpatum maris dominium* ejurâſſe. Hæc Onuphrius in vita Julii II. refert: *Fuit - - Veneto nomini funeſtiſſimus dies 14. Kalen. Maji, anni MDIX. Julius ſua cum recepiſſet, uti pius - - ac vere Italus Pontifex, Venetorum nomen tantis fluctibus obrutum, & penè demerſum miſeratus; eos ſuppliciter deprecantes, ſublevandos cenſuit. Legatos porrò eorum in Vaticana Baſilica, ſolemni precatione adjecta, pro templi foribus expiatis, Urbi Venetæ Sacra reſtituit, ictoque ſubinde fœdere: quo illi maris imperium ejurabant; & Sacerdotia Pontificis arbitrio conferenda relinquebant, in amicitiam fidemque recepit.* Sub Ludovico Hungariæ Rege, *Dominio maris* depoſito juramento renunciarunt, inſcriptione quoque ſigilli mutata ſublataque, qua ſe maris Dominos dicebant; ſub Julio II. iterum prætenſum maris imperium ejurârunt. Hæc *facti Venetorum proprii*, prætenſo iterum maris Adriatici dominio, minus favent. Pro Hungariæ Regibus, ſervire poſſet *Titulus Colomani* pag. 144. diplomati præfixus, ubi: *Nos Colomanus - - maris Adriatici - - Dominus.* Diploma per eminens Aulicum dicaſterium; pro legitimo habitum eſt, in materia genealogiæ ductæ, pro conſequendo honore *Camerariatus*, adeoque examini fuit ſubſtratum. Quare ſi iis inſtrumentis, quæ *proceſſibus* inſerta ſunt, fides habetur, negari nequit talibus etiam, quæ per Excelſa dicaſteria recognita, authenticataque ſunt. Venetos uſos in ſigillo fuiſſe olim, ſimilibus titulis, paulo ante meminimus, potuit his uti Colomanus, ut legitimus Dalmatiæ, mariſque Adriatici dominii, aquiſitor. Si cui, hos Colomani titulos adjicere prioribus motivis placet, reflectendum cenſuimus. Sunt quidem in memorato Colomani Regis diplomate, multa ſingularia, atque vix ad hiſtoricam probabilitatem redigenda; quia nihilominus deſcribentium oſcitantia; lectioniſque, caracterum ut ajunt Cyrillianorum, quibus *Originale* ſcriptum fuiſſe notatur ignorantia: errores ſubingredi potuerunt, nos examen judiciumque prudenti lectori ſubſternimus.

VII. *Imperatorum quoque Occidentalis Imperii*, pro maris Adriatici dominio, ſequentia ſunt. 1. Teſte pag. 53. ſuperius, ex Eginhardo, Carolus I. Italiam, utramque Pannoniam, Iſtriam, Liburniam & Dalmatiam, ſuo ſubjecit Imperio, conſequenter mare totum Adriaticum, ſolaſque maritimas Civitates amicitiæ cauſa, & in uſuroborationem fœderum, Conſtantinopolitanum Imperatorem *habere permiſit*; haud vero, jus ſuum ceſſit, aut ad Conſtantinopolitanos transtulit. Proinde, ut Emanuel Imperator, vita Comite habuit Dalmatiam Croatiamque, quæ eo mortuo ad Belam III. revoluta fuêre, ſine bellis quibusvis, ob non ceſſum jus Emanueli, verum unicè habitum ab eo poſſeſſorium; ita dum Carolus I. amicitiæ cauſâ, poſſeſſorium indulſit Conſtantinopolitano Imperatori, maritimarum unicè Civitatum, ſine juris ceſſione, jus Imperatorum occidentis, latere deducitur. 2. Quamvis Pipinus, ut a pag. 57. bella geſſerit cum Dalmatis Venetiſque, tamen Venetiam Ducesque hujus rei in deditionem accepit, tributiſque ſubjecit, ut pag. 58. Quare Imperatori Occidentis, dominium maris, Venetæ eo minus diſputare poſſunt, quia 3. Perpenſis Imperatorum Occidentis deſcriptis pag. 144. terris, dominium maris Adriatici ſibi ſervâſſe Imperatores tanto eſſet Luculentius, quod 4. Quævis Privilegia & immunitates ab Imperatoribus Occidentis Venetos habere D. de Monacis fateatur. 5. Conſtituti Venetis limites ſunt ab Imperatoribus, ac inſuper declarati ut p. 144. Quin Othonis privilegio in tribus unicè locis, mercatus, portuſque Venetis ſunt indulti, adeoque maris Adriatici dominium jusque altum penes Imperatores eſſe agnoverunt, dum per Oratores ſuos Privilegium de portu in tribus locis tenendo exorârunt. 6. Ceſſum aliquando fuiſſe maris Adriatici ab Imperatoribus dominium, edoctum non eſt. Neque in illa reconciliatione intra Henricum Imp. & Alexandrum III. ſive Papæ, ſive Venetis attributum fuiſſe maris Adriatici dominium demonſtratum haberetur. *Derelictum autem* extitiſſe ab Impp. Occidentis, eo minus dici poteſt, quod Piſani, cæterique pag. 144. memorati *de Regno Italico* fuerint, qui ſua in mari potentia, mare illud, etiam ſub propriis Ducibus, nequaquam a Venetis, verum Imperatoribus creatis inveſtitiſque, ut Imperii clientes tuiti ſunt, Imperatorumque jura ſuſtentârunt.

VIII. Ego in adeo momentoſa lite, ex maris Adriatici commodis, rerumque magnarum

gerendarum occaſione promanante, *judicem* eo minus agere præſumo, quod poſt tot ſæculorum, varias viciſſitudines Regnorum Imperiorumque; frequentiſſimas item Rerumpublicarum novitates, ſæpiusque mutatas, *Rationis ſtatus* circumſtantias, ex defectu publicorum fœderum, ac intra vicinas potentias tractatuum, cæterorumque adminiculorum, fundatè dicere, minus autem conſtituere poſſim. Hinc relicta quavis ſententia deciſiva, pro Scriptorum more, mea ſequens eſt *opinio.* Cum prætenſio dominii maris, petatur deſumique tantum queat, ab inſulis portubusque, ac circumjacentibus in ditione littoribus; aut verò ex defenſione, ſive protectione adverſus piratas, obtineri titulus, exigendi cenſum a navigantibus; ideo conſiderato mari adriatico, ab Inſulis, littoribus portubusque: cum hæc, modo horum, illorum modo fuerint, prætenſio quoque dominii, pro ratione poſſeſſorii, & protectionis conſiderari deferrique poteſt. Quare poſtquam integrum Adriaticum mare, ut mare elementumque eſt, nec Romani Pontifices, nec Reſpublica Veneta, nec Hungariæ Reges; ſed neque Imperatores Occidentis, vel protexiſſent, vel defendere tuerique elementum poſſent; prætenſionem *totius maris Adriatici*, illam habere rationem, quæ Oceano tribuitur. Sed quia, neque portus, neque littora, aut etiam inſulas, quæ *toti Adriatico* adjacent, vel illud circumdant, ab aliquo memoratorum prætendentium, univerſè aquiſitas poſſeſſasque fuiſſe conſtaret: hinc neque hoc titulo, *totius Adriatici maris* dominium, ſingulari cupiam attribui debere. Quare cum prætenſum maris dominium, ex dominio Inſularum, portuum, littorumque petatur, cujus dominii præfata ſunt vel fuerunt, maris quoque portionem reſpectivam ſpectare. Itaque horum conſideratione, dum portus tres Venetæ ex Imperatorum Occidentis privilegio haberent, Inſulæ autem cum Dalmatia, olim ad Croatiæ Dalmatiæque Reges, deinde ad Sacram Regni Hungariæ Coronam, hujusque Reges, ut earumdem Dominos naturales pertinuerint; poſtquam Venetæ, jus Imperatoris, Hungariæque Regum a ſe recognitum; Imperatoris quidem per accepta privilegia; Regum autem Hungariæ ſub Carolo I. propria confeſſione, & tributorum a portubus Regibus Hungariæ debitorum agnitione, recognoviſſent: Poſtquam item bis, ſolemni Sacramento depoſito, prætenſiones ſuas ad Adriaticum mare, ipſi ejuråſſent, neque ſemet, quovis ingenio vel colore, prætenſionem formaturos ſpopondiſſent, præcipue dum ex iteratis ſub Sigiſmundo induciis exoratis, unicè ac tantum uti in inſularum & Dalmatiæ, ſic & reſpective ad iſta ſpectantis Adriatici maris poſſeſſorio eſſent, prætenſiones Regum Hungariæ ex Dalmatia Inſulisque; Imperatoris autem ex Iſtria, & Italico Regno potiores probabilioresque videri. Hæc ego ut dixi, opinor unicè. Neque pro definitiva ſententia, defectu fœderum (ſi quæ intra partes eſſent) haberi poſſe confiteor. Cæterum quia, quibusvis meis laudibus major, Illm. D. *Hugo Grotius*, in diſſertatione ſua, *de mari libero*, *ad Principes Populosque liberos orbis Chriſtiani* tam de quæſtione *dominii maris*, quam & Corollariis hujus, mercatura videlicet commerciisque doctiſſimè diſſeruiſſet, varias quæſtiones de maris dominio atque uſu dilucidando; ideo, informari ultro cupiens, Grotium adeat.

Littoralis Auſtriaci appellatio, recentius attributa, ex Principis voluntate, atque beneplacito, ut puto promanans, legitimis juribus, haud erit præjudicioſa. Quamvis enim maris Adriatici oras, ſive litus, ad Auſtriæ olim Marchiones, dein Duces, demumque Archiduces, aliquando pertinuiſſe non legerim, minus vero vigore juris territorii veteris Auſtriaci, formatas aliquando fuiſſe prætenſiones quaspiam ad adjacens & circumambiens littus, ſive ex parte Iſtriæ ſinûsque ut vocant Flannatici; ſive ex Inſularum in Adriatico & Dalmatiæ parte, perſuaſum habeo: in nova hac appellatione ex ignota mihi *ratione Status* eveniente, ſic proviſum haberi, ne juſtis legitimisque juribus Auſtriacorum, quà hæreditariis Sacræ Coronæ Regibus, hæc nomenclatura noceat, Venetique prætenſa jura ſua, hinc ſtabilita arguant, dum Auſtriam aliquando ad maris Adriatici littus, extenſam extitiſſe doceri vix poterit. Arguant verò Scriptores Venetæ, appellatione ipſa nomineque teſtari, ultra litus nil juris eſſe Auſtriacis, quà etiam Croatiæ Dalmatiæque Regibus, adeoque fateri Auſtriacos, ad Inſulas, Dalmatiamque, nil juris eſſe Hungariæ, Croatiæque Regibus. Sane metum hunc, fuiſſe Sacræ Coronæ Statibus, ex articulo 30. anni 1765. video, quò declaratur nil præjudicii inde Sacræ Coronæ eventurum. Rubrica art. eſt: *De littoralis Auſtriaci recentius inducta compellatione.* Textus articuli: *Quod per littoralis Auſtriaci compellationem, ex ipſa tantum ſitus ratione deſumptam, juribus Regni haud quidquam derogandum, adeoque ipſius etiam Sacræ Coronæ jurisdictioni, inde nullum præjudicium eventurum, ſua Mattas Sacratiſſima benignè declarare dignata ſit, Status & Ordines demiſſè contentantur.* Profectò dum Regibus noſtris Auſtriacis, nec hæreditaria in Imperio ſucceſſio, ſtabilita haberetur; neque Iſtria, aut Vetus Carnia, pars Auſtriæ Ducum, Ducatusque eſſent; verum hæ ipſæ Provinciæ, ſucceſſive devolutæ ad Auſtriacos Archiduces forent, quemadmodum Croatia ceſſione Ludovici II. ut pag. 314. relatum foret; Hungaria denique ipſa. Perſuaſum habeo, ſic nova hac compella-

tio-

Digitized by Google

tione, proviſum haberi, ne ſecutura ætate, vel legitimis juribus noceat, vel præbeat argumenta prætenſionibus. Ignota mihi omnino cauſa hujus compellationis eſt, puto nihilominus eam, conſideratis iis, quæ Grotius *de mari libero* ſcripſit, præjudicare nil poſſe, quin utilem eventuram. Nunc Auſtria, Bohemia, Moravia, Hungaria, Tranſilvania, Sclavonia utraque, Croatia, Carniolia, Carinthia, Stiria &c. ut corpus unum, ſub uno Capite, Archiducibus videlicet Auſtriæ unita coadunataque conſiderantur, eſtò ſub ſingillativis, ſerventur quævis jurisdictionibus, compellatio illa, a Supremo Principe, quà Regnorum prædictorum Provinciarumque Rege, dari potuit. Pagina 1. admonuimus: *Regionum diviſiones, ac nominum mutationes ab eorum pendere arbitrio, quibus parent.* Proinde nova hac appellatione, turbetur nemo. Romani olim *ſub Illyrici* nomenclatura, ratione tributi, ampliſſimas Provincias accipiebant, quin ideo jura ſingularum Provinciarum confuſa fuerint. *Sclavoniæ appellatio*, quod ampliſſima olim fuerit, caret dubio. Slavorum nomine quot Regna olim & Provinciæ complectebantur, res eſt eruditis notiſſima. Quin *Mari Adriatico* data a Venetis eſt compellatio *Culphi Venetici.* Hæc *ratio Status* privatis ignota generat. Hæc Scriptorum diligentiam exigunt requiruntque, ut videlicet novitates ejusmodi, poſteritati non cellent, at easdem refferant. Tum lites, bella, & quæ metuuntur incommoda, juriumque læſiones, nec ploranda, nec metuenda evadent, ſcietque poſteritas, rebus ſuis, pro ratione Status, temporis ſui, circumſtantiarumque conſulere. Utinam olim Scriptores noſtri, ea quæ Ratio ſtatus Reipublicæ exigebat, aut ſtatuenda, aut innovanda; quæve cenſebantur pro Coronæ ſubditorumque ſalute, aut augenda felicitate; conſcripta diligenter ad nos transmiſiſſent, perſuaſum habeo: tot caſibus, tot tantisque incommodis proſpectum extitiſſet. Fluxa eſt & inconſtans traditio, uſus ſæpe abuſus ſunt, nec ad quosvis caſus juſtè definiendos, valet conſuetudo. Verum vitanda Scriptoribus ipſis, eſt rerum confuſio. Hæc enim mater eſt, tantorum malorum, & Rerumpublicarum ruina. Jura cujusvis privati lædere, injuſtum eſt. Heu quæ qualisque injuria, jura Coronæ, & corporis totius, ſtudiosè ex privatis commodis, aut affectibus etiam ſilentio involvenda relinquere.

X. Inſinuata porrò confuſio non ſolum ex memoratis ſupra fontibus derivatur, variis nempe reſpectibus, affectibusque; præjudicatis item opinionibus, neglectuque utilium propriæ Reipublicæ rerum, dum nihilominus ab exemplo Romanæ olim veterisque Reipublicæ Scriptorum, ad res proprias cognoſcendas contendendum foret; ſed etiam ex juris ignorantia, Chronologiæ item neglectu, opinionum cultu, ac ſubita deſcriptione anteriorum, neglecto examine. Dum ſine examine rerum, rei lectæ ſubſcribitur, præcipitantia eſt, nequaquam rectum judicium; quemadmodum dum inauditus quis convincitur iniquitas eſſet; aut dum primis motibus informationibusque defertur. Accedit ex ſubtilitatibus ut ajunt oriri perſæpe confuſiones. Sic ad ſervanda jura in Dalmatiam, *Segniam* vicinaque iſthic loca, *Dalmatiam* non ſolum Scriptores, ſed plane leges recentiores novellaresque exprimunt. Sed confuſio hæc, jus in Dalmatiam nec demonſtrat, nec eidem favet. Quinimo prætendentibus Venetis Dalmatiam ſui juris eſſe, quæſtionem Segniæ, Carlobagi &c. a Venetis excitandam cauſavit. Immo dum noſtri Dalmatiam coarctare volunt, illis maritimis oris Segniæ, Buccari, Bacar, Kralievicze &c. quam juribus Regum Apoſtolicorum & Coronæ noceant, ex ſuperioribus elucet. Gratiæ Scriptoribus Venetis, qui diplomatum monumentorumque exſcriptione, confuſionem noſtrorum Scriptorum enervant, damnandosque evincunt, qui Dalmatiam, Segniæ ac in adjacentibus oris finxerunt ſomniàruntque. Sunt etiam, qui ad aliorum jura opprimenda, ſive locis populisque exturbatis, alia loca aſſignant; ſive pro veris nominibus, ſubſtituunt alia. Pro exemplo ſit *Morlachia*, quam velut diſtinctam Provinciam, Veneti in terris Auſtriacis ſuppoſuère. Deinde Scriptoribus noſtris negligentibus, Auſtriaci fuère amplexi. *Præſidiarios* autem, quibuscum in mari erat negotium Venetis, *Uscokos* nominàrunt. *Morlachiam* ad Auſtriacam hodie Croatiam, transferentes, quæ nihilominus Provinciæ nomine nunquam venit, aut lecta eſt. Immo ſi locanda eſt alicubi *Morlachia?* ubi eſſet ex relatis p. 239. liquet. Cæterum Jovius lib. 36. optime deſcribit Uſcokos, inquiens: *Pedites expediti, ex feris montanisque hominibus, qui unò nomine ab Hungaris Hajdones: a Dalmatis Uſcoki: a Turcis & Illyriis Marteloſii vocantur - - diſcinctum & agreſte id hominum genus eſt, ſed pernicitatis indomitæ, & frigoris & inediæ patientiſſimum.* Lib autem 39. *ii ſunt latrones eximii, pari feritate pernicieque. Speluncis & cavis arborum pro domibus utentes, parva ſecure, & brevi ſpiculo armati; ſtipendio muneribusque trahuntur ita ut facile compendia viarum & montium, fluminumque naturam exercitibus demonſtrent.* En ex invidiosè attributo agnomine Præſidiariis olim Segnienſibus Uſcokorum, maxima confuſione, a Scriptoribus *Jovium* non imitantibus, Uſcokos figi in Croatia Auſtriaca, & Provinciam Morlachiæ integram ſomniari adſtruique. Verum ſingulas ſine examine ſcri-

bentium confuſiones deſcribere, longum eſſet. Sane ad cauſanda majora vulnera, Sclavoniam ſuperiorem, pro Croatia habent, adeo ut Dalmatia omni privent Reges noſtros, dum partem Veteris Croatiæ, in Dalmatiam verterunt, Sclavoniam autem ſuperiorem, Croatiam eſſe ſcribunt creduntque. Hoc ſane, nec Scriptores Venetæ faciunt, faciunt eheu! ſumma injuria noſtri. Tanta hodie eſt confuſio, ut per *ſola Regum diplomata*, mederi poſſit. Si autem ultro horum editioni iraſcantur Sacræ Coronæ ſubjecti, perſeveretque opinio: Crimen eſſe proditoresque Coronæ, qui jura Coronæ & Regum, adverſus ingratos patriæ domeſticos Scriptores, reponere docereque nituntur, mederi nequeo. Uſitata quoque Sclavicæ nationi diverſorum locorum, iisdem nominibus compellatio, permagnam generat confuſionem. Relicto enim rerum locorumque examine, lecto nomine, ſubito ex lubitu, loco uni quævis applicantur, quæ nihilominus alterius agnominis loci ſunt. Recentiſſimè de *Lupoglav*, eram conſultus. Eſt hujus nominis locus in Comitatu Varaſdinenſi monaſterio Paulinorum clarus; eſt ad Ivanichium Eppi Zagrabienſis æque pagus. Quare documentum illud de Lupoglav, prout cuivis occurrit, interpretandum volebant. Conſultus ego, cum vidiſſem in inſtrumento exprimi: *Lupoglav in Regno noſtro Croatiæ*, arcemque exprimi, quorum neutrum, Sclavonicis Lupoglav conveniret; ideo repoſui: *Lupoglav* de quo quærebatur, *Petri olim Kruſſich fuiſſe arcem*, Comitis Kliſſæ, in Regno Croatiæ ſitam, vicinamque Kliſſæ, quia Petrus Kruſſich in binis litteris habet: *ex Lupoglavo die 8. Decembris 1530. Comes Cliſſii & Lupoglavo cum omnibus*. Generalis item appellatio, particulari identidem applicatur, ut res Slavorum, Sclavorumque a Scriptoribus perſæpe confuſæ ſint. Quidam quævis ab orbe condito ſic ſtetiſſe credunt, ut hac aut illa fuère ætate, aut quod acerbius, *ut putant ipſi*. Utinam debilitates noſtras agnoſceremus, arbitrarenturque ſinguli homines, humani nil a ſe alienum eſſe, refrigeſceret multorum audacia, qui errores tuentur, utilitatisque cauſa veritatem negligunt, & perſequuntur, opinionum ſuarum ſummâ injuſtitiâ, & damno, mancipia. Hæc admonenda exiſtimavi, tum futurorum Scriptorum hiſtoriæ noſtræ gratiâ; cum etiam quod in his meis commentariis, occurrent fors quæpiam, quæ præjudicatis opinionibus, placere vix poterunt. Ego ſanandis vulneribus, pro viribus intentus, in præſenti inſtituto dilucidandorum Sacræ Coronæ, Apoſtolicorumque Regum noſtrorum juribus, explicare plurima debui, adeoque de fontibus cauſisque confuſionum, erroribus etiam, æquivocationibusque Scriptorum, admonere reflectereque Lectores.

PERIODUS IV.

Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, ſub Regibus Hungariæ Auſtriacis.

FERDINANDUS I.

§. I.

Relata Ferdinandi legitima S. Coronæ Prætenſione: Dalmatiæ, Croatiæque potiores memoriæ ad annum uſque 1606. ſummariè recenſentur.

I. STEPHANUS Wörbecius, teſte Iſthvanffio lib. 4. pag. 33. *vir eloquens, ſed factioſus*, Cliensque Joannis Zapolya Comitis Scepuſienſis Regnumque jam pridem affectantis, ſciens ambitioni Joannis, haud parum obſtitura pacta illa, cum Friderico, Maximiliano item anno 1491. innita, habenasque privatis, cumprimis vero potentioribus a Vladislao Rege permiſſas eſſe, Anno 1505. in celebrata in Campo Rakoſs generali Congregatione procuravit conjuratam fidem pag. 306. relatam. Illi præter Cardinalem Thomam, Palatinum item Emericum Peren, pluresque alios, Gregorius de Frangepanibus Colocenſis Archiepiſc. Georgius Varadienſis, Sigiſmundus Thurzo Tranſilvanienſis, Franciſcus Ep. Jaurinenſis, Nicolaus de Cſaak Chanadienſis, Nicolaus de Bathor Vaczienſis, Stephanus Nitrienſis Epiſcopi, & Joannes Orſzág electus Sirmienſis ſubſcripſerunt, in campo Rakos XV. die *congregationis* (hoc eſt die 13. Octobris) ut ajunt *noſtræ generalis*, Anno 1505. Mortuo Vladislao, adverſus Ludovicum Regem, ea fuère Wörbeczii molimina, ut proſcribi plane eum oportuerit teſte art. 26. anni 1526. Quo anno quia Ludovicus ad Mohacs occubuiſſet, DEO ſoli in omni adoratione, relinquendum judicium, an non culpa ambientium? aut in pœnam neglectæ per Status Regni Reipublicæ, caſus ille evenerit? ambitio, avaritia, propriorumque commodorum ſtudia, quam cœcos reddidiſſent Zapollianos Clientes, vel inde metiri eſt, quod Coronam ambiverint, de mediis autem nil ſoliciti, non ſolum curam de his neglexerunt, ſed adverſus ſe Ferdinando vires præbuerunt, anno 1521. (ut pag. 314.) ceſſa eidem Dalmatia Croatiaque in hæreditatem.

Si

Digitized by Google

Si fors pacta illa cum Maximiliano innita, reſtringere ad Dalmatiam Croatiamque nitebantur, aut tum procuranda fuerat prætenſionum Ferdinandi reliquarum ceſſio; aut partes illæ, Sacræ Coronæ ſervandæ fuerant, ne fortior reddatur Ferdinandus, utve ſecuturæ accomodationi ſerventur. Verum recti juſtique omnis, paſſio tyrannus eſt, nec providere nec prævidere valens; hinc ſucceſſivis pactis, poſt deſtructum ruinatumque Hungariæ Regnum, ſcindi illud oportuit, dum Tranſilvania, pars item Hungariæ, Zapolio ceſſit; pars reliqua Hungariæ, ſumma Sacræ Coronæ felicitate Ferdinando. Profectò futurum credo neminem, qui anni 1505. tumultum melius quàm conventum in Campo Rakos, nequaquam omnium, at potentiorum; validiorem majorisque juſtitiæ eſſe cenſeat, publicis fœderibus illis, quæ cum Friderico Maximilianoque pro caſu defectus, fuêre ſtabilita. Si privatis ex lubitu ludere cum faſſionibus perpetuis, leges vetant, actoratu plane, vita Comite contrahentium, eos privando, neſcio an in cauſâ Reipublicæ ſalutisque ejus, ex lubitu, publicis fœderibus acta, ſeponi valeant. Sane ex fœderibus memoratis, legitima fuit Ferdinandi ſucceſſio, Coronæque prætenſio. Acceſſit huic, cum *Anna* Ludovici ſorore conjugium. Hoc jure *Sigiſmundus* olim Regnum Hungariæ fuerat conſecutus. *Albertus* ſimiliter. Ut præcedentibus his exemplis, eò minus legitima Ferdinandi ſucceſſio, rejici per Zapolyæ electionem potuerit, quod Ferdinando per ſubmiſſos ex Hungaria Oratores, Dalmatia, Croatiaque, *ut hæreditas* ad protegendum tenendumque reſignatæ fuerint; ipſeque vivo Ludovico in dominio illarum extiterit; adeoque memorata fœdera, *facto Hungariæ, & Ludovici Regis, uſuroborata* ut dicimus extiterint. Porro Croatiam Dalmatiamque Sacræ Coronæ membrum eſſe, negandum ab aliquo haud arbitror; proinde dum vivente Ludovico, orantibus Coronæ Statibus, in jus Clientellamque parte ab una tradita, a Ferdinando autem acceptata fuit Dalmatia Croatiaque, juſtitiæ amans determinet, num *Zapolya Joannes*, jure legitiméque electus fuerit? At ſi præmiſſa quævis Ferdinando defuiſſe opinemur, *ratio ſtatus, ſalutisque* Reipublicæ noſtræ, Ferdinandum Zapolio anteferendum exigebat. Poſt occupatum a Turcis Sirmium, cæſum Regem Ludovicum, potioribusque Coronæ optimatibus; in ærarii militiæque defectu, Joanne de Zapolya ad reſiſtendum Turcis impare, impotente autem ad reponendam veteri decori Hungariam, Turcis via permittenda non fuerat ad deſtruendam Hungariam, quod eo velocius executi ſunt, dum ſuperſtites a Mohacſiana clade Coronæ ſubjecti, ſeſe mutuo perſequebantur, de *Regis perſona* contendentes ex credita potentia; de *Regno* autem, hujusque ſalute nil ſoliciti. Ignorare non poterant ab experientia, Turcis, pro præcipuo inſtrumento evertendorum potentiſſimorum Regnorum, *diſcordiam* Regnicolarum eſſe, atque hanc occultis artibus ſerere: naſcentem augere: Sopitam excitare, aſſolere. Hac arte Conſtantinopolim occupârunt, Bulgariam, Serviam, Boſniam invaſas retinuerunt. Quin Sirmii occupatio, Ludovici Regis caſus, diſcordiis intra Ludovicum Regem & Joannem Zapolja, qui Turcam in Regem ſolicitabat, a coævis & præſtantiſſimis viris adſcribitur. In ejusmodi circumſtantiis, ſi ſalutis Reipublicæ cura fuiſſet, diſcordiæ augendæ, firmandæque non erant, duorum Regum electione, qui invicem pugnando, Regnum ipſum deſtruebant. Ferdinando frater erat, & quidem *Carolus V.* Unus in tantis Reipublicæ cladibus fuerat, qui mederi poterat. Ut *Ratio Status Reipublicæ* non ſolum eligendum ſuaſerit, at plane orandum. Ob neglectum in his Regni circumſtantiis Ferdinandum, quisquis ſubſecutos effectus meditari voluerit, non ſolum Werböczianam factionem damnare debebit; verum deteſtari potentias miſerorum affectuum; concludereque: cum priora quævis, ex defectu bonarum utiliumque privatis & Reipublicæ ſtudiorum, Philoſophiæ cum primis moralis ignorantia, ortum habuerint, optandum contendendumque eſſe, ut ad impediendos ejusmodi caſus, ab exemplo Reipublicæ olim Romanæ, Chriſti item inſtituto, bonæ utilesque litteræ, ad ſalutem æternam conſequendam a ſingulis, felicitatemque Reipublicæ, pro metaphyſicis illis Scholaſticorum argutiis, & parologiſmis, ad vota articuli 70. anni 1723. in ſcholis noſtris ſubſtituantur & floreant. Salvator noſter, Veritas ipſa quævis ex veris principiis docuit, argutiis tumentes Phariſeos Saduceosque, confudit damnavitque. Neque Synagoga vetus, per Phariſeorum argutias ſervata eſt, at ruinata. Miſeret me! dum audio, vel in propoſitis Theſibus lego: Divinam fidem perituram, rejectis ſepoſitisque Scholaſticorum argutiis. Scholaſtica quo ſæculo prodiit, notum eſt eruditis, Divina attamen Chriſtianaque fides, cum Scholaſticis enata non eſt. Argutum illud dictum *eritis ſicut Dii*, peccati originalis fons eſt: Ex Phariſæorum ſubtilitatibus, odium in Chriſtum natum eſt; Veritatis lictor, ſubtilitas eſt: ipſæque DEI leges, per argutas expoſitiones & probabiliſmos, ad arbitrium hominum ceciderunt. Sed quibusvis cæteris omiſſis (cùm de his copioſè a coævis ſcriptum haberetur) ad Dalmatiæ Croatiæque memorias revertamur.

II. Pag. 314. retulimus, Croatiam Ferdinando, a Ludovico Rege atque Hungaris per ſubmiſſos Oratores ceſſam traditamque fuiſſe. An porrò occaſione illa, ea Dalmatiæ pars, quam

oooo

Digitized by Google

quam Reges Hungariæ obtinebant, Ferdinando? aut Romano Pontifici obtigerit? dubium eſt. Hoc dubium ex Dalmatiæ Croatiæque varia conſideratione profluere, certum eſt. Venetæ enim quævis, quæ ſub eorum non erant poſſeſſorio, *Croatiam* volunt; Romani Pontifices, Dalmatiæ nomine quævis accipiunt. Noſtri Scriptores ex lubitu, modo Croatiam, modo Dalmatiam appellitant. Interim *Cliſſam*, *Lupoglavo* (ex exhibendis inferius epiſtolis demonſtratur) *Auranam Caſtelnovo* &c. Ferdinando paruiſſe, ex *Chronico Turcico* deducimus, ubi: *1540. Caſtellum novum quod Hiſpani & Germani milites tenebant; conniventibus Venetis, a Turcis receptum & direptum eſt, incolis & militibus de more, gladio occiſis.* Ferdinandus illico, atque ſibi ceſſam ab Hungaris accepit Croatiam, hujus præſidia, Germanis implevit militibus, habens quoque Hiſpanorum auxilia. Itaque dum 1540. ex *Caſtelnovo* ejecti Germani Hiſpanique ſunt milites, illud, Ferdinando paruiſſe, conſequitur. Anverò Croatiæ? aut Dalmatiæ ſub nomenclatura ſcribi debeat? non diſputo. Ego loca illa in Dalmatia conſidero, adeoque in incoata Auſtriaci dominatus, Periodo, pro ſervando jure, de Dalmatia quoque Ferdinando obtigiſſe deducitur. Sane Pius II. ut p. 274. exaggerat de Venetis: *Dalmatiam ex magna parte tenent*, adeoque in univerſæ Dalmatiæ poſſeſſorio non fuêre. Pars illa, quam Reges Hungariæ habuerunt, nec a Mathia Rege; nec Vladislao, aut Ludovico II. Venetis reſignata fuiſſe, recenſetur a quopiam. Itaque ad Ferdinandum Regem fuerat devoluta. Profectò ſi Ferdinandus, occaſione ceſſionis ſibi factæ ab Hungaris, in Dalmatia conſecutus nil fuerat; qualiter anno 1521. Pax inter Ferdinandum Archiducem & Venetos (ut ex Heuteri l. 8. c. 11. notaret Joſ. Pichler) ſtabiliri potuit? qualiter in *Caſtelnovo*, Venetis conniventibus, Germani milites à Turcis occidi, caſtellumque diripi & recipi ab iisdem potuit? Accedit ceſſas Ferdinando partes illas, a Venetis adverſus Turcas nec tutatas, nec defenſas fuiſſe, dum ut pag. 315. Thomas Niger, retulit de profligatis ad Cliſſam Turcis, *auſpiciis & ope Sanctiſſimi.* Quin: aut Venetæ, Dalmatas tum per Turcas preſſos, nequaquam ut ſibi ſubjectos habuêre, at ut ſibi conjunctos ac aſſociatos, quibus conſulere non obligarentur in evidenti periculo proprio, antequam rebus ſuis domeſticis proſpicerent; aut Spalatenſes, quà a Venetis derelicti, ad Ferdinandum reddiverint, eumque pro veteri jure, Regem Dominumque ſuum agnoverint. Enimvero in Tabullario monumentorum Regni Sclav. Zagr. Epiſt. Faſcic. 8. *Andreæ Myhalyevich* ſcripta Spalato ſequens eſt: ſigillum extitiſſe apparet, nunc non adeſt. Titulus: *Magnifico ac Generoſo Domino, Dno Johanni Catzyaner Capitaneo de Labaco digniſſimo, eo abſente, ſuo Vicegerenti, tanquam Domino noſtro dentur.*

„ Magſiceac Generoſe Dne, Dne mi Obſdſſime. Nuper in hoſpitio Dni Nicolai Juriſſyth, „ dum iſthic eram, me præſentaveram Vræ Mgſicentiæ. Nunc autem Rſſimo Agrienſi mitto „ certas litteras, quas eadem ob ſui amicitiam, & propter ſervitia mea dignetur quamprimum „ uſque Viennam dirigere. Ex Vienna autem forte pervenient Poſonium. Præterea quia *ee-* „ *dem eſt ſupremus & potentiſſimus, in his; in his partibus Regiæ Majeſtatis Capitane-* „ *us; me denique cogit fidelitas, quam teneor ſervare Regiæ Majeſtati*, etſi non ſum offi- „ cialis, viſum fuit mihi Vræ Magſtiæ ſcribere, quod arx Cliſſienſis in ultimo agit periculo. „ Thurcæ in dies & horas exſpectantur, qui eam obſidebunt, & arx male proviſa eſt præſer- „ tim hominibus. D. autem Petrus Kruſſich puto ivit ad Regiam Mattem. Et in abſentia „ ſua vereor, ne quid mali accidat, ſi eadem non providebit. V. Mſceam feliciſſime valere cu- „ pio, cui me, & mea obſequia commendo. *Ex Spalato die 22. Martii 1531. V. Maſtiæ* „ *ſervitor Andreas Myhalevych.* „ Verba illa: *tanquam Domino noſtro dentur.* Item in epiſtolæ tenoribus ſubducta, dum Spalato ſcribuntur, ſervato a Venetis in Spalatenſes dominio, favere nequeunt. Pertinet huc *Lucæ Spicinich*, ſequens epiſtola:

Sigilli indicia ſunt. Titulus *Magnifico ac ſtrenuo Dno, D. Joh. Chozinner, SSmi Regis Romanorum Primogeniti F. Bohemie &c. nec non Capitaneo Laibacenſis &c. digño, Dno ac Majori meo ſemper Obſdmo.*

„ Magſico T. Clmo, Signore mio, Patrno obſdmo. Humil. commendatione anteposta. „ Heri a tre ſu alle quatro del preſente Meſe, del uno mio amico *e gentilhomo da Spalatro*, „ mi furno mandate certe lettere. Le qual quando mi gionſero, trovai le Choaligate de V. S. „ inſieme con quelle. E volendo tagliar il Spago, overo legamo delle mie, inadvertenter tag- „ lai, e queſte preſente a V. S. per hoc, non tochando altre. Et quod verum ſit, V. S. potrà „ cognoſcer al Sigillo, qual non ò moſſo, ne tochato. Per hoc VS. Come gratioſiſſima, pre- „ go quella, non vogli havere per male; perche per niſſuno manchamento, ne malitia, tal co- „ ſa è ſtatta fatta, mà per ignorantia, è non altramente. E per più chiarezza, mando & le mie „ a V.S. qual potrà veder, quello mi vien ſcritto. Jo non ſo, deche importantia ſiano: mà quan- „ do mi aveſſero ſcritto, che per fante; apoſta le aveſſi mandato certamente, per la ſervitù „ qual porto a V. S. Qual intenderà il tenor de eſſe. Alla qual humilmente mi do, & racom-

„ man-

Digitized by Google

„ mando. Quæ diu & feliciſſimè valeat. Datum Flumine die 5. Menſis Aprilis 1531. De „ V.S. Deditiſſimo Servitor Luca Spicinis da ſervire S.V.

III. Clemens VII Onuphrio teſte 1523. Papale Solium adeptus, cum Venetis conjunctiſſimus, Caroli V. potentiam in Italia formidoloſam habuit. *Ergò occulta cum Venetis*, (ut Onuphr.) *& Gallis Ducibus conſilia inire cæpit, ut Cæſarem Mediolano - - - exueret.* Quæ mala? cogitatus motusque hi, Clementi attulerunt, meum deſcribere non eſt, viderique poteſt Onuphrius. Fratri Carolo adfuit Ferdinandus (contra quem teſte Iſthv. l. 9. p. 86. Papa & Venetæ, cum Joanne Zapolja fœdus inniverant) cum tribus legionibus Germanorum, & cum Duce *Georgio Fronſpergio.* Demùm Caroli V. Bononiæ coronatio, pactaque Bononienſia ſunt ſecuta. Intra Gallum & Cæſarem, credibilius 1529. *ex cujus legibus*, inquit Onuphrius: *exceſſere Galli & Veneti omnibus Appuliæ oppidis.* Inter Papam quoque & Cæſarem ea æſtate renovata eſt amicitia, narratisque cæteris, concludit Onuphrius: *Demum in Germaniam pace cum Venetis facta, contra Turcas profectus eſt, exercitu Italico - - adverſus Florentinos miſſo.* Fœdus hoc *Sanctiſſimum* dictum fuiſſe lego, ob Religionem Catholicam, ſi opus fuerit, armis tutandam. Volunt fœdus aliud anno 1532. die 24. Februarii, cum Clemente Papa, Rege Rom. Ferdinando, & Italiæ Statibus percuſſum, ad Italiæ defenſionem. *Heuterus l. 10. c.* 9. apud fatum Pichler teſtatur: Venetæ his pactis non acceſſere. Horum conſideratione, defectu pactorum, fœderumque repetitorum, conſtituere nil valeo, neque conſtituo ſive de ceſſa Venetis Dalmatia, marique Adriatico, ſive de cæteris. Combinatione attamen memoratarum rerum, me aſſequi nequire confiteor: ſi fœdera illa in favorem fuêre Sereniſſimæ Reipublicæ, ſique illis, Dalmatiam, mariſque Adriatici dominium conſequebantur, eccur pactis illis non acceſſerint? Quid erat inire fœdus cum Ferdinando, ad Italiæ defenſionem, ſi in Dalmatia nil juris habuit? ſi poſſeſſor nullius caſtri Dalmatici fuit? Quid Andreæ Mihaljevich ſuperiora ſcribere? qua demum ratione Germani in *Caſtelnovo* a Turcis occiſi ſunt? Ferdinando ſat negotii fuit, cum Zapolianis atque Turcis, ſi in Dalmatia nil tenuit, quid erat Italiæ defenſionem ſpondere? *Cliſſam* vicinasque ibi arces, Ferdinandi fuiſſe, § ſequenti demonſtrabimus. Si hæc ſunt pacta illa, ad quæ ſub Ferdinando II. provocârunt Venetæ, quid iis? qualiter item? pactatum ſit, ex horum defectu ſcribere nequeo. *Repicius* Advocatus ad pactorum Bononienſium Art. 3. provocavit, cautum nempe eô eſſe: *Ut communes ſubditi, liberè & tutò, tam in mari, quam & terra morari & negotiari poſſint,* conſequenter de commercio actum fuiſſe deduceretur. Interim

IV. Hactenus a nobis dicta, firmari videntur ex doctiſſimo Farlato, qui Tom. 3. a p. 454. Cliſſæ defenſionem, Petro Kruſſichio, Ferdinandoque attribuit. Neque meminit Venetorum auxilii, at unicè Romani Pontificis. Immo caſtellum a Turcis erectum in ruderibus Salonitanis, ex quo vaſtabatur a Turcis Spalatenſe territorium, nulla mentione injecta Venetorum, a Kruſſichio oppugnatum, ex ephemeride *Jacobi Gaudentii* recenſet, ubi cæſus in acie Kruſſich interiit. Cliſſaque 1537. in poteſtatem Turcarum venit. Si Spalatum Venetorum tum fuerat? mirum, ſic negligi valuiſſe. Anno 1538. fœdus adverſus Turcas, intra Paulum III. Imperatorem, atque Venetos ſancitum fuerat. Triremes in Dalmatia ad claſſis ſupplementum, ſingulæ ſingulis inſulis atque urbibus imperatæ, inſtructæque. At *Nadino* a Turcis capto, *Aurana* in poteſtatem eorum redacta, cùm *Camillus Urſinus*, Spalato relicto, Jadræ belli ſedem locâſſet, adverſus *Andreæ Aurio* ſupremi claſſis fœderatæ Præfecti voluntatem, enatis hinc diſcordiis, ut refert Chron. Turc. Drechsleri: *Claſſes Imperatoris, Pontificis, Venetorum conjunctæ, Ducum ambitione & diſcordia diſſipatæ ſunt.* Tum referendo. *1539. Veneti cum Turca pacem renovârunt, traditis illi trecentis millibus Coronatorum, & Naupliâ ac Monembaſia oppidis, in finibus Macedoniæ.* Farlatus autem ait: *neceſſitas Venetos compulit, ut à Solimano, Nauplia & Epidauro Peloponeſi oppidis traditis, pacem redimerent anno 1540.* Hoc eodem anno *conniventibus Venetis* (ut in facto Chron.) cæſis Germanis, a Turcis receptum direptumque eſt *Caſtelnovo.*

Ab anno hoc 1540. egiſſe quidpiam Ferdinandum in Dalmatia non comperio. Utrum autem 300. illis coronatorum millibus, a Turca jus in Dalmatiam ceſſum fuerit Venetis, ac ab illis emptum? dicere neſcio. Ferdinandum juri ceſſiſſe, aut jus ſuum in Venetos transtuliſſe, ſcriptum a nemine. Cæterum quia amiſſâ Cliſſâ, qui ſuperfuêre Præſidiarii, *Segnam* ſeſe recepiſſent, primum terreſtribus, tum etiam maritimis adverſus Turcas excurſionibus clareſcere Segnienſes inceperunt, tantò quidem magis, quod *Venetis* maritimas eorum excurſiones, veluti ſibi præjudicioſas, periculoſasque prohibere volentibus, Segnienſesque pro Piratis, ut olim Narentanos, aut Almiſanos prædicantibus, dum ipſi accepta a Venetis detrimenta, ex eorum hominibus Regionibusque compenſant; re, in majus ab utrinque perducta, variis quæſtionibus, commiſſionibusque, ac demum belli ſub Ferdinando II. geſti, cauſa hinc ennata eſt. Quia verò infra in Hiſt. Eccl. Zag. eorum quæ geſta fuêre, intra Venetos, & Augſſ. Reges noſtros

Digitized by Google

non meminiſſemus, ut obedire præjudicioſis coacti; ideo defectum illum, hic ſuplere viſum eſt, referendo per ſummum ſincerumque compendium, quæ acta fuére Segniæ ad annum uſque 1606. Reſidua autem, Ferdinandique II. cum Venetis bellum, DEO miſerente, patrociniisque hominum ſuffragantibus, Hiſt. Eccl. Zagr. Tomo 2. deſcribendum reſervamus. Itaque

V. Ferdinando I. annis continuo 19. gravia cum Turcis bella fuère. Anno 1545. etſi quinquennales induciæ: deinde 1568. octennales ſancitæ fuerint; ſubinde etiam 1575. & 1584. confirmatæ prorogatæque. Ipſæ nihilominus hæ induciæ, quovis juſto bello perniciosiores fuère. Hoc tot captæ arces, deſolatæ ferro flammaque integræ Regiones, indefinita hominum captivitas atque ſtrages teſtantur. (vide Iſthvanffium, ac H. E. Zagr. P. 1. T. 1.) Nimirum cum Turca juſtum tantum exercitum, aut majora tormenta educere, *per inducias* integrum non eſſe exiſtimaret; leviores excurſiones paſſim, & quaſi ex indulto ab utrinque fiebant, quibus tamen, ut juſto bello, Provinciæ deſolabantur. Jovius l. 36. *manebat* inquit *certa induciarum conditio, quæ ex inveterata conſuetudine, in his locis, minuta prœlia, & extraordinarias excurſiones admittebat: quod ex diſciplinâ, videretur relinquendam eſſe militibus exercendæ virtuti, inſuefaciendisque equis occaſionem; quæ nihil pacis tranquillitatem abrumperet, niſi juſtis copiis, cum juſto tormentorum muralium apparatu, vis inferreretur. Hoc falſò induciarum nomine uſi ſuperiores Hungari, a Mathiæ Regis temporibus, cùm Turcis bella ferrere conſueverant. Sed mutato bellandi more, eas militandi leges, Germanicæ copiæ ſibi magnopere damnoſas experiebantur: quod Turcæ graviores armatorum equitum impetus, pernicibus equis facile eluderent, & fatigatos demum ex multis flexibus & gyris noſtrorum equos, & plerumque equites onuſtos, armis opprimerent.*

In hujusmodi *induciarum tùm* interpretatione, atque uſu, Segnienſes etiam, gravia pluribus annis damna, Turcis inferre haud omiſerunt, dum Turcas in agris, foris, & nuptiis continuò, miraque audacia & felicitate aggrediebantur. Ac principio Turcas tantum Judæosque a Segnienſibus ſpoliari ſolitos fuiſſe, ipſi Venetæ non diffitentur. Vivente Ferdinando primo, videtur res hæc diſſimulata fuiſſe, dum neque a Venetis, neque a noſtris, majoris cujuspiam controverſiæ eſſet mentio. Si accidit quidpiam, ultra lamenta, reciprocasque ut ajunt repræſentationes progreſſum haud ſit. Quin anno 1563. *Gonaræ* in Forojulio, ut vult Moroſynus; pro decidendis quæ à pace Bononienſi reſultarent controverſiis, quæque poſtea factæ eſſent, innovationibus, actum fuiſſe. Hac occaſione, quod Ferdinandus ab anno 1540. claſſem fors non ſervâſſet, *de maris Adriatici dominio*, Repicius, cum Chizolla diſputavit. Indeciſa nihilominus quæſtione relicta, Venetæ opportuna videntes tempora, ſeſe *via facti* ac per noſtrorum negligentiam, in prætenſum antea maris Adriatici dominium, ponere non omiſerunt. Videntes itaque claſſe Regia deſtitui Adriaticum, negotiumque ipſis futurum unicè cum Segnienſibus, poſtquam Segnienſes armati in Adriaticum deſcenderent, ſuam violari jurisdictionem Venetæ dixerunt, ſeque Turcis etiam (quibuscum per id tempus, pax, iis, intercedebat) tutam per Adriaticum præſtare debere navigationem dicebant. Ergo Turcicas Judaicasque naves, ſecuritatis cauſâ, ſuis galeis comitari cœperunt: accuſare apud omnes Chriſtianos Principes Piraticæ Segnienſes; periculi quod a Turcis ideo Italiæ immineret admonere: denique Segnienſes velut juſtos Piratas perſequi, compræhenſosque reſti affigere inceperunt. Irritati ſuorum ſuppliciis Segnienſes, furorem ſuum in Inſulas *Vegliam*, *Arbum* & *Pagum* converterunt, circa annum 1576. quô, per *Hermolaum Tiepolum* educta Veneta claſſe, *ſinus Flannatici commercio intercepto*, in partibus illis ex defectu victualium inferi prohibitorum, ingens fames rerumque caritas cauſata eſt. Coactus his Imperator, complanandæ rei *Segniam* miſit Commiſſarios, qui affixis reſti quibusdam, reſtitutisque quæ rehaberi poterant rebus navibusque; Capitaneo dant in mandatis ne Segnienſes amplius prædatum exire: vel ſecus facientes in urbem recipi poſſint. Atque hæc, prima eſt compoſitio intra Venetos & Auſtriacos. Ex qua, *ut facti Auſtriacorum proprii*, tam maris Adriatici protectio, quam & hujus dominii proprietas, Venetorum eſſe, ab Auſtriacis agnitum volunt. Quô anno? hæc fuit complanatio, quive fuerint Commiſſarii, hactenus non erui.

Carolus Archidux, Ferdinandi filius, qui Stiriam, Carinthiam, Carnioliamque obtinuerat, ac inſuper anno 1578. Croatiæ Sclavoniæque Præpoſitus, ſive Gubernator conſtitutus fuerat (vide a pag. 266. Hiſt. Eccl. Zagr.) accuratè promiſſa ſtipendia ſolvendo, evitavit facile, ut nulla ſuperſit memoria excurſionum Segnienſium. Verum eo mortuo die 10. Julii anni 1590. Segnienſibus per plures annos ſtipendia negabantur ideo: quod *Archiducales* Græcii, Præſidiariorum ſolutionem ad Imperatorem quà Hungariæ Croatiæque Regem: *Imperatoris* vero Miniſtri, ad Archiducem velut Provinciarum ſuarum antemurale rejicerent. Evenit præterea Rudolpho Imperatori cum *Amurathe* bellum (de quo Hiſt. Eccl. Zagr. a pag. 279.)

Cle-

Digitized by Google

Clemensque VIII. cunctos Chriſtianos Principes ad illud commovere conabatur. Cùm Romæ occupandæ *Kliſſæ*, quin etiam *Crojæ*, *Scodræ*, & *Caſtelnovi* projectum Pontifici factum eſſet: Pontifex re maturius expenſa, cum hoc, veluti pignore Venetis tradendo, eosdem ad denunciandum Turcæ bellum induci poſſe conſideret: *Franciſcum Allegretum* Nobilem Raguſinum miſit, qui diſſimulato nomine habituque, ea loca, conſiliique illius poſſibilitatem oculis exploraret: Totumque hoc negotium cum *Minutio*, qui ſibi prius a ſecretis, recens Archiepiſcopus Jadertinus fuerat renunciatus, ita occultè agebat, ut rem à Cæſareis penetrari prorſus nollet. Quia tamen Dalmatarum plures Imperatorum ſtudioſi, Romæ agebant, eaque res omnium jam ſermonibus celebraretur, fieri non potuit, quin ejus conſilii fama ad Cæſarem penetraret. *Bertucius* Eques Rodius occupationem *Cliſſæ*, velut rem factu facillimam continuò, jamque ita oportunè apud Minutium urgebat, ut ab eo aſperius rejiceretur. At ille ad *Noradium* Cæſaris Legatum extemplò ſe conferens, conſilium occupandæ Cliſſæ a Minutio Venetis ſtudente, impediri effatus; ut ab eodem, ad Imperatorem continuò mitteretur, effecit. Ubi ultro demonſtrata rei poſſibilitate, ad conficiendum negotium miſſus anno 1596. Cliſſam etiam feliciter occupavit. Occupatam a Cæſareis Cliſſam, eo iniquiore animo tulerunt Veneti; quod metuerent: ne Cæſare ſua illic confinia dilatante, ditionis ſuæ vicinæ urbes, vetus Ungariæ Regum Imperium reſpicerent, quemadmodum in Spalatenſibus ſe non nulla indicia jam tum depræhendiſſe, ipſi confitentur. Itaque *Benedictum Moro* cum exercitu Spalatum continuo ſubmiſerunt. Qui, cùm Cliſſa ſubinde a Turcis repeteretur, non modo nobis auxilio adeſſe; ſed ne commeatu quidem, Kliſſenſes, ejus inopiâ maximè preſſos juvare voluit; ſic, ut demum noſtri, clade accepta, Cliſſam Turcis mox remittere coacti fuerint. Res hæc, tum apud Imperatorem, cum apud Segnienſes, præſertim quod plerique illic perierint, odium Venetis conflavit, quod eos Turcis potius, quàm nobis Chriſtianis ſtudere, palam eſſe dicerent; cum Minutius reipſa etiam confiteatur: malle Venetos Turcis, quam Croatici nominis præſidiariis advicinari.

Itaque partim odio, partim neceſſitate incitati Segnienſes, multas dènuo in Veneta ditione prædas agunt. Veneti vero, Anno 1597. miſſo *Almoto Tiepolo*, non modo commercium omni ſinus Flannatici ore, veteri conſilio intercipiunt; ſed & expugnato *Carlobago* (cujus præſidiarii poſtremæ deprædationis conſortes extiterant) eos ſimul omnes unà cum Capitaneo reſti affigunt. Tiepolo mortuo, ſucceſſit *Joannes Bembus*, qui, præter continuatam commercii occluſionem anno 1598. *Novi* Frangepanæ ditionis oppidum expugnavit. Ultro non progreſſus, ne bello ardente intra Rudolphum & Amurathem, Veneti accuſari apud Chriſtianos valeant. Anno 1599. Ferdinandus Archidux Græcii e tutella excedens, pro impetranda commercii reſtitutione *Joſephum Rabatta* Venetias exmiſit. Conſideratis Veneti precibus, neceſſitateque intercepti a ſe commercii, a Ferdinando exigunt: Ut qui Segniæ eſſent Præſidiarii, in remotiora continentis loca transferantur; Segnia vero Germano diſciplinato milite impræſidiaretur. Tum ut exactè ſtipendia illis Ferdinandus perſolvat, ut ſic ab omni deprædatione ſecuri eſſe valeant. Hæc Ferdinando diſplicuère, tum ob leges præſcriptas, cum ob ærarii ſui defectum, dum Segnia e numero ſuarum Provinciarum non eſſet. Hinc re ſegnius acta, *Bembus* Segnienſium naves diligentiſſimè perſequitur. Accidit: ut 17. eorum naves, quas ille ad *Roſgovizzæ* prope *Sibenicum* ſcopulum compulerat, exorta ſubinde tempeſtate, tenebrarum beneficio, per mediam ejus claſſem elaberentur, ideo Veneti Nicolaum Donatum eidem ſuffecère. Sed cum Nicolaus illico proficiſci non poſſet, ea cura interim *Juſtiniano* commiſſa, isque 17. Segnienſium in inſula Tavernici prope Tragurium compræhenſos, ſuſpendiô omnes affecit. Non multo poſt Donatus, ut ſuſcepti muneris partes adimpleret, omnem ſinus Flanatici oram diligenter inſpicit, utve exitum Segnienſium navibus impoſterum prohiberet, duo præſidia erigit, unum ad Inſulam Vegliam, ubi continens modico intervallo diſterminatur, idque *Præſidium S. Marci* appellavit, alterum verſus *Glubam*. Tum expugnat *Lovranam*, diciturque a Venetis ultro fuiſſe progreſſurus, niſi oppugnatæ ſub idem hoc tempus a Turcis Caniſæ rationem habuiſſet. Segnienſes maritimas excurſiones ſibi impediri cernentes, Iſtriam invadunt, territaque nequidquam *Albona*, Fianonam diripiunt & incendunt. Erant ultro progreſſuri, niſi *Franciſcus Cornarus* eorundem conatus terreſtribus Venetorum copiis eluſiſſet. *Minutius* Jadertinus Archiepiſ. varia componendæ hujus controverſiæ media proponit. Ille, ut rem cum Segnienſi Epiſcopo conferat jubet. Collatis conſiliis, decretoque: ut moderni Præſidiarii ab exteris Chriſtianis Principibus in ſuam militiam cooptentur, Segnia vero Germanico præſidio muniatur; Epiſcopus Segnienſis Ferdinandum Græcii convenit. Ferdinandus ad amicam compoſitionem proclivis, Epiſcopum ad Imperatorem, velut ad quem ſupremo jure confinia Croatiæ, qua Hungariæ Regem, adeoque etiam Segnia pertineat, mittit. Sed ille Rudolphum Chymicis exercitationibus occupatum, conveniendi facul-

Digitized by Google

cultatem obtinere non valens, a Miniſtris nuda tantum verba dum reportâſſet, Veneti Donato, *Philippum Paſchalicum* ſufficiunt. Hic erecto, pro ſecuritate illuc ſæpius ſeſe recipientium navium, in inſula *Obſaræ* præſidio; *Ledeniczæ*, *Moſcheniczæ*; *Terſatzy* & *Belaj* caſtella diripit & incendit. Tum demum ſolicitatus parte ex una tot inſontium populorum lachrymoſis quærellis: Parte ex alia Pontificis aliorumque Principum Chriſtianorum officiis interpellatus Rudolphus, ad rem cum Venetis complanandam Ferdinando Archiduci plenam attribuit poteſtatem.

Ferdinandus Commiſſarium miſit *Joſephum Rabatta* cum mandatis: 1. Ut præcipuos authores adhuc factarum deprædationum puniat. 2. Exules omnes profugoſque Veneti nominis homines, *Segnâ* omnique ſinus Flanatici ora expellat. 3. Præſidiarios omnes Segnienſes; quin & eos ex incolis, qui ad piraticam magis proni viderentur, in mediterranea Croatiæ loca transferat, nec niſi 100. èquietioribus Croatici nominis Præſidiarios, cum aliis 100. Germanis impoſterum exactè ſolvendis, Segniæ relinquat. Denique 4. Armatis etiam contra Turcas navibus prodire, non niſi expreſſa Generalis Croatiæ confiniorum facultate, licitum fore declaret. *Rabatta* aſſumpto ad latus ſufficienti armatorum præſidio, *Flumen* venit: cum *Cornaro* ut terreſtres in Iſtria hoſtilitates ſuſpendantur convenit: Eppum Segnienſem ad Paſchalicum ſolitis humanitatis officiis, nomine ſuo proſequendum mittit, petitque ab eo diſponi ne coryphæi medio tempore ad Turcas profugere poſſint, ſimul navem *Lichinicenſem* quam Sardellis plenam Segnienſes interceperant, continuo reſtitui curat; immo 4. quos Paſchalicus petebat exules Venetos, ancipiti facto, ac adverſus inſtructionem Venetis tradi jubet. Rogat præterea a Paſcalico mittendum teſtem caſtigandorum Segniam, ubi mandaverat ſuum adventum tam a Præſidiariis, quam & incolis pacatè exſpectari.

Segnienſes vanum eum eſſe terrorem, principio credentes, magnopere non commovebantur. Poſtea tamen ut putabatur Capitanei *Danielis Barbo*, hominis *Rabattæ* inimici, prædisque manifeſtè impliciti, conſilio; non exſpectato Rabattæ adventu, complures aufugerunt. Rabatta porro mox ut ad urbem appulit, portas claudi: arma a cunctis deponi: coryphæos ſe ultro præſentari jubet. Biduo poſt, cum ſingillatim ab omnibus quæreret, an dehinc Principi ſuo quietè ſervire velint? *Martinum Poſſidariæ* Comitem, & *Marcum Marketich* Ledenicenſem Vaivodam, ſuſpendi jubet, *Georgium Maſtarda* Raguſinum ſe acriter defendentem, Germani confecère. Pronunciat deinde, veniæ locum fore: ſi quos petierit coryphæos, ipſi tradiderint; obtinetque ea arte *Morettum* cum ejus ſocio. Ducebantur ad ſupplicium nominati, & *Victor Barbarus* miſſus a Paſcalico Segniam appellit. Huic Rabatta prolixè ennarrat, quæ in obſequium ſereniſſ. Reipublicæ feciſſet, intendatque impoſterum. Verum *Barbarus* quo ferventius Rabattæ obſervat ſtudium, eò ſe minus contentum exhibet, novaſque format prætenſiones, ut demum indignatus eidem ſit Rabatta, utpote qui ſuum procedendi modum, effuſè celebrari Venetiis, a *Roſſio*, qui Cæſaris illic negotia procurabat, didicerat. Placandus muneribus, medio Epiſcopi ſui erat Segnienſibus *Barbarus*, a non urgenda ſingulorum Segnienſium effuſione ſanguinis. Pharmaco hoc utiliter adhibito, quidam proſcripti ſunt, quidam verò perpetuo damnati exilio. Aliis quo lubet ſe transferendi, imperatum. Oppoſuit his ſemet, Daniel Barbo Capitaneus Urbis: quod deſolatis confiniis, ducendorum ab exulibus *Segniam* Turcorum occaſio, periculumque foret, ſed excedere juſſus, Græcium mox conceſſit. Ex Segnienſibus verò prope 200. ſpontè ſolum verterunt, poſt ſolennem Miſſam accepta ab Eppo benedictione, ad vicina caſtella *Ottochacz, Brinje*, *Berlogh* &c. commigrantes.

Rabatta poſtquam a ſe plene Venetis ſatisfactum vidiſſet, ad conventionis puncta deſcendit. Petiit erecta nuper a *Donato* præſidia duo demoliri; ſed negante Paſcalico eam ſibi eſſe poteſtatem, aſſerenteque: ſufficere ad Commercii libertatem, ſi Auſtriacorum naves (quæ tamen armatæ non eſſent) liberè & ſine perveſtigatione tranſire permittantur a Venetis, ſubito aſſenſus eſt. Immo cum negaret Paſcalicus, ut nulla armata (etiam cum indultu Generalis Confiniorum Croatiæ) navis adverſus Turcam procedere poſſit; Rabatta (non obſtante eo quod Rudolpho bellum fuerit cum Turca) adverſus habitæ inſtructionis puncta, ab eo quoque receſſit. Itaque Rabatta, ad quævis in obſequium Sereniſſ. Reipublicæ propendente, demum his conditionibus conventum eſt: *1. Ne Segnienſibus ultra Carlobagum navigare: 2. Neque in ullam Reipublicæ terram aut Inſulam, deſcendere liceat. 3. Inermibus Auſtriacis navibus, liberum ſit quo velint navigare*, ita ut *4. In erectis per Donatum præſidiis, non viſitentur. 5. Exules Veneti, Segniam, neque in alias terras recipiantur. 6. Ut Segnienſes jam antea a Republica proſcripti, ſi infuturum etiam, in ſua jurisdictione per Rempublicam fuerint deprœhenſi, per eam, ex lubitu puniri poſſint.* Hæc eſt illa celebris memorandaque Rabattæ cum Paſcalico conventio, quam Veneti pro modullo fundamentoque ſervari volunt. Hæc, & ſub Ferdinando II. facta, cauſa plurium Diætalium articulorum, ne per

extra-

Digitized by Google

extraneos, in præjudicium Regni, negotia Sacræ Coronæ tractentur. Hæc in veritate, ſunt radix & fundamentum, quarumvis prætenſionum Sereniſſ. Reipublicæ, tam in mari Adriatico, quam & Inſulis, atque Dalmatia. Quin puniendos ex lubitu Segnienſes a Venetis permittendo, Segniam ipſam juris eorum eſſe, Rabattam ſubſcripſiſſe argui poteſt.

Vidit iſta Græcii Ferdinandus, hinc eſtò, litterarum Rabattæ fide deceptus principiò, grata ſibi quævis eſſe, ſic monſtraverit, ut Capitaneatum plane Segnienſem, poſt amotum *Barbo*, Rabattæ contulerit, poſtquam tamen conventionis conditiones vidiſſet; poſtquam adverſus puncta datæ inſtructionis, Rabattam egiſſe notorium erat; poſtquam item claruiſſet: Venetos (ut illi quidem dicunt) *in præmium adeo ſinceri procedendi modi*, Rabattæ inſignem catenam auream, quinque aut ſex mille aureorum valorem adæquantem, tum inſtructam omnibus voluptuariam navim, aliaque plurima in ære aliiſque dono data fuiſſe, accedentibus a *Daniele Barbo* relationibus, tum a cognatis amiciſque *Comitis Poſſidariæ* exaggeratis accuſationibus, *gratias Ferdinandi*, ſic demeruit, ut de his informatus, cum Tergeſto Græcium pervolâſſet, ſeverè increpitus continuoque redire juſſus ſit. Accipienſque mandata paulo poſt, de ſubmittendo ad obſidionem *Caniſæ* quam poſſet copioſiſſimo milite, quosvis Venetis ſuſpectos ſelegit, iiſque præficit *Gyuriſſam* quemdam, quem Veneti ſæpius vivum a mortuum poſtulârunt. Sed Caroloſtadio reverſi, quod: ut ferebat ſuſpicio, iſthic a *Daniele Francol* informati eſſent, eos ut victimam furoris Veneti, a Rabbata ad certam necem mitti. Rabatta Giuriſſam compræhendi, inque carceres detrudi jubet. Et Segnienſes tumultu facto (quanquam eo viſo Giuriſſam, Rabatta dimiſiſſet) effractis portis Rabattam interfecêre. Ferdinandus cædem illatam, vindicare omiſit; immo *Danielem Francol* in Capitaneatu ſuffecit. Qui, ad firmandos Segnienſes, ſe anteceſſoris ſui acta reprobare, *Gyuriſſam* menſæ ſuæ adhibuit, Paſcalicum autem, de obſervanda per Rabattam innita conventione aſſecuravit. Hæc ad annum 1602. collocantur. Sed cum exules illi, proſcripti item ſub Rabatta, Segniam reverti diſſimularentur, cumque promerita Præſidiariis ſtipendia non ſubmitterentur; Gyuriſſa cum 40. circiter aliis, in Turcas denuo clam excurrere cœpit. Paſcalico ſuſpectus initio erat *Francol* Capitaneus, ſed cum ſubinde, unam eorum navim cum 16. hominibus compræhendiſſet, ex iiſdemque Comitem *Zetinæ* reſti affixiſſet, ſententiam commutavit. Anno 1603. ſucceſſit Paſcalico, *Donatus*; quò, ad componendos *Auguſtanorum* (Reipublicæ Raguſeæ obedire renuentium) motus, cum claſſe profectò; *Segnienſes* decem prædatorias naves conſtruxerant, Adriaticum percurrere, Turcaſque *Narentæ*, *Obroazzi*, aliiſque in Inſulis prædari: tum ad terras inſulaſque Reipublicæ audacter appellere, inde victualia prout libebat ſoluta deſumere, quin ipſam prædam illic inter ſe partiri, ſic occeperunt: ut *Andreas Gabriellius*, Donati Succeſſor, omnia vicina Reipublicæ loca ad præcavendas Segnienſium excenſiones, vigilia munire debuerit. Ferunt Veneti ipſum Capitaneum 1500. Talerorum dono, a *Joanne Vutachko*, & *Petro Roſantich* oblato illectum, non ſocium modo; ſed & Ducem earum excurſionum ſe præbuiſſe. Forte accidit: ut ſub idem tempus, a Segnienſibus navis Veneta, *Fregata della Brazza* dicta, interciperetur. Hujus cauſa Veneti clamoribus quævis impleverunt, ſic ut Archidux *Guidonem Kisli* Generalem confiniorum Croatiæ, Segniam continuo proficiſci, remque componere imperaverit. Et quia ex non perſolutis ſtipendiis, quæ annuatim ad 24000. mill. aſcenderent, prædicta enaſci videbatur; ideo de quibusdam ſylvis Venetis oppignorandis, reaſumptus tractatus eſt.

Vivo adhuc Rabatta, Epiſcopus Segnienſis, vicinas illi urbi ſylvas, pro mallis antheniſque maxime idonæas, Venetis ita opignorandas propoſuerat, ut illi 50000. millia aureorum, Archiduci numerarent. Quo ære Segnia probe, atque ex arte muniretur. Poſtquam Epiſcopus, Græcenſium metum: ne Turcis ſucciſione ſylvarum aditus ad confinia pateat, ex ipſa Regionis ſituatione diluiſſet, Auſtriaci trecenta millia Talerorum poſcebant. Veneti quamvis eas ſylvas plurimis de cauſis deſiderâſſent, tamen certis de cauſis, petitam ab Auſtriacis ſummam negaverant. Itaque negotium hoc, nunc denuo reaſumptum. Jamque Auſtriacā quingenta millia prætendebant; at Venetis pro cautione præſidium aliquod ſibi tradi poſtulantibus, hoc autem indecorum Imperatori Auſtriaci cenſentes, offerebant Venetis, vades ſummæ, perdivites quoſdam mercatores Viennenſes. Quos cum Veneti acceptare renuiſſent, Auſtriacique viciſſim cautionem a Venetis peterent: de non prætendenda in ipſum, illarum ſilvarum fundum, juriſdictione, omnis in irritum negotiatio recidit. Interea Kislius anno 1605. 400. ſtipatus Germanis Segniam appellit. Capta neceſſaria informatione, excurſiones Segnienſibus prohibet: Tria millia aureorum pro *Fregata della Brazza* recuperat, moxque ob mortem fratris in Hiſpaniam improviſè diſcedit, ſic ut Venetæ ex recuperatis 3000. aureorum, nil ſe rehabuiſſe affirment.

Digitized by Google

Kislio profecto, denuo Segnienſes navem Venetam 6000. aureorum publici æris, litterasque Ducis vehentem intercipiunt. Irritatus tum *Contarinus*, veteri conſilio commercium, omni ſinus flanatici oræ intercipit. *Joannes de Leo* Vice-Capitaneus Segnienſis, ſe invito iſtud eveniſſe ait, ſatisfactionem ſpondendo. Sed an. 1606. reverſus Kislius Generalis, merces æsque recuperatum reſtituit, duosque primos e reis ſuſpendit. *Contarinus* antequam reſtituatur commercium, vigore Art. 5. Rabattianæ conventionis, duos exules Venetos ſibi reddi poſtulat. Verum Kislius articulos illos indignè poſitos reſpondebat, cum tamen Venetus inſiſteret, juſſu Kisly, in Venetorum oculis ſuſpenſi ſunt. Sicque negotio confecto commercium denuo eſt reſtabilitum. Interea hoc eodem anno 1606. inter *Achmetem & Rudolphum* pax coaluit. Statimque Imperator Segnienſibus, quasvis ſeu terreſtres, ſeu maritimas excurſiones in Turcas graviſſimo edicto prohibuit: ſimul Capitaneus, navibus in terram protractis, earum apparatum omnem officinis incluſit. Reſidua, ſi DEO placet, Tom. 2. Hiſt. Eccl. Zag. proſequemur. Relata compendioſa notitia, memoratarum rerum (de quibus latet me, num ſcripſerit quispiam e noſtris) deſumpta eſt potiſſimum ex *Paulo Sarpio*, Reipublicæ Scriptore, viro docto eruditoque, ac bene recteve pro Republica ſua ardentiſſimo, ac Minutio Archiepiſc. Jadertino; e quorum lectione copioſius in præmiſſis lector informaberis. Horum attamen plurima, ex Græcenſi Stiriæ tabullario, ſi acta iſthic Ferdinandi Archiducis ſuperſunt, emendari illuſtrarique poſſe, perſuaſum habemus.

Ex his apparet, qualiter in nova hac Regum Hungariæ Periodo, mortuo præcipue Ferdinando I. Veneti proceſſerint, ſciverintque uti occaſione, non ſolum firmando ſemet in Dalmatia atque Inſulis; at in occupando maris Adriatici dominio. Mirari non ſufficio Rudolphum hæc adeo neglexiſſe, dum duplici jure, Imperatoris nempe, & Regis Hungariæ gaudebat. Olim Venetæ Imperatorum gratiâ portus tres conſecuti ſunt, Hungariæ Regibus tributa ſolvebant, nunc pro maris navigatione Imperator una & Rex Hungariæ, paciſcitur cum Venetis, ſuosque clientes, Dominos rei ſuæ recognoſcit. En effectum neglectûs utilium Reipublicæ litterarum! en Scriprorum deplorandam negligentiam! En vim ſepulturæ diplomatum monumentorumque Patriæ! en iræ efficaciam adverſus eos, qui jura Regum Regnorumque illuſtrare nituntur. Profecto cum olim *Chizzola*, ob derelictum mare, *jus alti dominii* Venetos aquiſiviſſe aſſeruit, ſub Bizantinorum enunciatione, vereor ego, an non tempora illa intellexerit, quibus vixit. Inferendo cum a vobis derelinquatur mare, nos ut ex re derelicta, ab exemplo Americæ, dominium altum conſequimur. Baſilius condam animadvertens imparem ſe effetuendæ Dalmatiæ, hujus protectionem Croatis ſuis clientellaribus ceſſit; nunc ſubditi Rudolphi caſtigantur, dum Domini ſui jus ſuſtentare conabantur. Exceſſerint illi facile, at exceſſus corrigendi erant, haud vero tollendæ naves. Priore Periodo læſa ſæpe Regum & Sacræ Coronæ jura, utut ſuſtentabantur. Nunc ex illorum ignorantia, deſerta evaſêre. Felices providique, rerum ſuarum in *commune bonum* ſtudiò Veneti. Scientes & occaſionibus uti, & media adhibere, quæ ad aſſequendum finem ſerviunt.

§. II.

Ex epiſtolis variis, res Croatiæ ſub Ferdinando I. illuſtrantur, juraque Regum firmantur, cum plurimarum rerum notitiis.

Studioſiſſimus illuſtrandæ Patriæ, quamvis ſibi ingratiſſimæ, Regum item & S.Coronæ enucleandis juribus, Paulus Ritter. Reliqua inter, epiſtolas mox deſcribendas, ex Labacenſi Archivo abjectas, procuravit. Hæ ſubinde ad Regni Sclavoniæ archivum ſunt repoſitæ, tanquam hiſtoriæ horum temporum lumen; documenta ſimul, in quorum poſſeſſorio, per factam ſub Ludovico II. ceſſionem, Ferdinandus fuerat; adeoque dum pleraque illorum ſucceſſive Turca occupâſſet, atque nunc etiam ab anno circiter 1593. obtineret, ea, Regum noſtrorum eſſe demonſtrant. Itaque

I. Reſcripta Ferdinandi

I. Nobili & Fidelibus nobis dilectis, Nicolao Rauber, Baroni in Planckenſtein & Carlſtetten, Capitaneo noſtro Tergeſti, ac aliis officialibus Vinodoli conjunctim vel diviſim. Iſta eſt Inſcriptio externa Intus:

„ Ferdinandus DEI Gratia Hungariæ, Bohemiæ &c. Rex, Infans Hiſpaniarum, Archi„ dux Auſtriæ, Dux Burgundiæ &c. Marchio Moraviæ &c. Comes Tyrolis &c. Imperialis Lo„ cumtenens Generalis.

„ Nobilis, & Fideles dilecti. Conqueſtum eſt Nobis pro parte Rdi Simonis Eppi Mo„ druſſienſis, ſibi, ſuperioribus annis redditus & proventus Eccleſiæ ſuæ areſtatos eſſe, nec

adhuc

Digitized by Google

„ adhuc relaxari. Nobisque ejus nomine humillimè ſupplicatum extitit: quatenus ſibi in
„ conſequenda proventuum areſtatorum relaxatione, gratioſo patrocinio & favore noſtro ad-
„ eſſe dignaremur. Ejus itaque precibus inclinati, vobis committimus, ut omnes fructus ei-
„ dem Epiſcopo provenientes dimittatis: eumque, illis uti & frui, de cætero nequaquam im-
„ pediatis, excepto frumento, quod, eum in vim mandati generalis, alias a nobis emanati, ex-
„ portare non permittatis, ſed ſi hoc, in patriis noſtris vendere voluerit; contenti ſumus ut
„ pecuniam ex eo congeſtam, ſecum aſportare poſſit, atque identidem ſibi liceat, ſi frumen-
„ tum intra patriarum noſtrarum limites conſumere velit. Noſtram in iis omnibus executu-
„ ri voluntatem. Datum Budiucii die XVI. Menſis Julii, Anno Dni MD.XXIX. Regnorum
„ noſtrorum Tertio. *Ferdinandus m. p.* Ad mandatum Serſſimi D. Regis, in Conſilio Joa.
„ Majus. m. p.

2. Titulus: *Rdo devoto nobis dilecto, Eppo Tininienſi, ac Abbati de Toppolczka, Conſiliario noſtro.*

„ Ferdinandus DEI Gratia Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ (*a*) Rex, Infans Hiſpania-
„ rum, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Marchio Moraviæ &c. Comes Tyrolis &c.

„ Reverende, devote, dilecte. Accepimus litteras veſtras, de profeſto Divi Mathiæ Apo-
„ ſtoli, quibus abunde cognovimus: quæ, de noviſſima Thurcorum irruptione, in Regni no-
„ ſtri Croatiæ partes facta, ſcripſiſtis; de qua non parum dolemus. Cum autem petieritis, ut
„ vos latere non patiamur, ſi quid pro commodo & ſubſidio Regni iſtius noſtri fecerimus;
„ idcirco vobis clementer ſignificandum duximus: Nos nihil magis curare & agere; quam quod
„ a Regni hujus noſtri Bohemiæ, aliisque Provinciarum noſtrarum ſubditis, auxilia valida &
„ repentina obtineamus, & obtenta in Regni noſtri Hungariæ recuperationem, (*b*) partium-
„ que illius; (*c*) & præfati Regni noſtri Croatiæ defenſionem deſtinemus. Comiſimus item,
„ ut cum Provinciarum noſtrarum Stiriæ, Carinthiæ & Croatiæ, Tyrolis; Statim agat & tra-
„ ctet; ut gentes aliquæ conducantur, & in confinia prædicti Regni, ad avertendum & præ-
„ cavendum Thurcorum inſultum diſponant. Quorum Capitaneus erit, Egregius fidelis no-
„ bis dilectus, Joannes Catzianer; qui, uti ſperamus difficultates & pericula in eodem Regno
„ vigentia, in melius reducet, & fideles illius ſubditos, ab invaſione cuſtodiet, & in pace &
„ tranquillitate priſtina conſervabit. In adventu verò Mattis Cæſareæ, (*d*) quæ intra pau-
„ ciſſimos dies Germaniam intrabit, & in qua, nos etiam DEO volente conjungemur, bonam
„ peditum Hiſpanorum Archibuſeriorum partem, potiorum ſcilicet & magis exercitatorum
„ exſpectamus. Quos illico ad Regni noſtri Hungariæ Sedem reſtituendam (*e*) mittemus:
„ Sicque etiam exercitus in eodem Regno prius exiſtentes, cum aliis novis, ſuperaddemus,
„ eorumque mediô & operâ, potiora Regni loca, & reliqua quæ per anguſtiam temporis re-
„ parari poterunt, recuperare: & pacificare ſtudebimus; donec alia ſubſidia majora, de qui-
„ bus ſupra diximus, & alia vero minora, quæ a Sanctiſſimo Domino noſtro, Majeſtate Cæ-
„ ſarea, ſacroque Imperio (*f*) ac reliquis Chriſtianorum Regibus & Potentibus obtinere la-
„ boramus, in tempore ſequantur. Quorum cauſâ, nos etiam, ad Dietam Imperialem, quæ
„ ad diem VIII. Menſis Aprilis in Auguſta celebrabitur, cum Majeſtate Cæſarea conferemus.
„ Et illico omnia ea tractare & efficere conabimur, quæ ad commodum & defenſionem fide-
„ lium noſtrorum ubicumque exiſtentium conducere videbuntur, quos nullo pacto deſeremus.
„ Quæ omnia, manifeſtè ſatis etiam arguunt: Nos nihil eorum prætermittere, ad quæ ex
„ officio noſtro tenemur. Quibus attentis, tam vos, quam alii in fide & DEO, & nobis debi-
„ ta, conſtantes eſſe, cæterisque animum & conſolationem afferre debebitis; ut & ipſi libera-
„ tionem ſuam, & communem omnium ſalutem exſpectent; idque ſedulò faciant & procurent,
„ quæ ad fidem & debitum fidelium ſubditorum ſpectant, ſicut vos, & ipſos indubiè factu-
„ ros eſſe confidimus. Quod erga vos, & eosdem gratiosè recognoſcemus. Datum in arce
„ noſtra Regia Pragenſi, Die XVII. Menſis Marcii, Anno Dni M.D.XXX. Regnorum no-
„ ſtrorum, Quarto. *Ferdinandus m.p.* Ad mandatum D. Regis pprium. Jo. Maiusll. m.p.

Superinſcripſit aliquis: *Judicia tua Domine, abiſſus multa. In quo flore ſimul & laude extiterit Catzianerus! ut non niſi ab ipſo Imp. Ferdinando, Egregius, fidelis, dilectus nuncupetur. Attamen O Eſſechum! Viennæ cuſtodia! quid dico? obtruncatio Koſztaniczæ a Zriniorum jobagionibus. Sapienti pauca.*

qqqq 3. Ad

(*a*) Dalmatiæ Rex. Non ſolum ob factam Ferdinandô Dalmatiæ ceſſionem; ſed & poſſeſſionem ſuperius memoratorum. (*b*) Nequaquam, quia ejectus e Regno fuiſſet, ſive a Zapolia, ſive Hungaris; ſed ad recuperationem eorum, quæ Turca occupaverat. (*c*) Nempe Sclavoniæ, & Tranſilvaniæ &c. (*d*) Caroli V. fratris Ferdinandi. (*e*) Budam. Hæc Sedes fuit Regum Hungariæ. Turcis 1529. tradita. (*f*) In Comitiis his Imperii, Hungariæ Orator Franciſcus Comes de Frangepanibus Archiepiſ. Colocenſis, gravem elegantemque orationem habuit. Norimbergæ 1593. reimpreſſam.

Digitized by Google

3. Ad Status Ordineſque Regni Croatiæ. Titulus: *R. Magficis, VVbbus, Egregiis, Nobilibus, Prudentibus & circumſpectis fidelibus Nobis dilectis, Univerſis Statibus & Ordinibus Regni Noſtri Croatiæ.*

„ Ferdinandus, Divinâ favente clementiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus, ac Germaniæ Hungariæ, Bohemiæ &c. Rex. Infans Hiſpaniarum, Archidux Auſtriæ &c. Reverendi, Magfici, Venbles, Egregii, Nobiles, prudentes & circumſpecti, fideles dilecti. Cum accepiſſemus, Spectabilem & Magnificum quondam Joannem Torquatum Comitem Corbaviæ, ſuum ſicut Altiſſimo placuit diem obiiſſe (*a*) Nos ea ſtatim cura invaſit, ut eum in demortui locum ſurrogemus: qui & nobis & Regno, vobiſque conſolationi non modicæ, atque etiam utilis & idoneus, ad Banatus officium eſſe videretur. De quo, cum adhuc deliberemus, & circumſpiceremus: qui magis & convenientius, atque etiam certius officio illi ſit præficiendus. Rdo, devoto, fideli, nobis dilecto Andreæ Epiſcopo Tininienſi commiſimus: ut interea quo ſucceſſor eligatur, ea munia viceſque obeat & agat, quæ Banus ipſe, ſijam nominatus & præſens eſſet; vel Noſmet adeſſemus, agere poſſemus. Atque omnia ea agat & faciat quæ ad commodum noſtrum, Regnique conſervationem, ac veſtram utilitatem & defenſionem neceſſaria, & opportuna videbuntur. *Authoritate noſtra Regia, ſibi in hac parte, & ad tantum ut præmiſſum eſt tempus*, attributa & conceſſa. Quare fidelitatibus veſtris, & cujuslibet veſtrum, harum ſerie firmiter & ſtrictiſſime committimus & mandamus: Quatenus prænominatum Epiſcopum, pro tali, qualem in his eſſe & fore juſſimus & volumus, agnoſcere, tenere, & habere: Eique in omnibus licitis & honeſtis, quæ Noſtri, Regnique & veſtri cauſa, vobis imponet & committet, parere & obedire: Ejuſque juſſa & monita exequi, adimplere & obſervare: Taleſque vos erga eum, quouſque Banum vobis deſignaverimus, gerere & exhibere debeatis & teneamini, ſicut veſtræ in nos fidei & *juramento* (*b*) congruit. Voſque uti fideles ſubditos noſtros, haud dubie facturos eſſe confidimus, atque erga vos, & veſtrum quemlibet gratioſè dum dabitur occaſio, recognoſcemus. Datum in oppido Scherdingen, die 27. Menſis Auguſti, Anno Dni MD.XXXI. Regnorum Noſtrorum Romani Primo, aliorum vero omnium Quinto. *Ferdinandus m. p.* Ad mandatum Cancell. Regis, & propri. Joa. Maiusll. m. p. (Loc. Sigil.)

Obſerva. Conſtare hinc, Ferdinandum veterem ſervâſſe modum dum *ad Status Ordineſque* Regni Croatiæ ſcribit. Poſt *Joannem Torquatum* Banum, proprium diſtinctumque Croatia Banum non habuit. *Andreas Tuſzkanich* Eppus Tininienſis, locumtenens fuit Regius *Officii Banalis.* Quare illud in H. Eccl. Zagr. p. 223. *Bani locumtenens, ſed cujus Bani incertum?* corrigendum eſt. Ex Reſcripto relato, illi, qui *Banus* interpretantur *Pro-Rex*, habere poſſunt fundamentum, quia Ferdinandus ait *authoritate ſua Regia* ad tempus attributa. At mihi aliud eſt, eſſe *Pro-Regem*, aliud collatam habere *jurisdictionem* authoritatemque majorem. Sed diſputare nolo. Ideo

Tres Epiſtolæ Simonis Epiſcopi Modruſienſis,

„ 1. Sigillum annulare. Parte inferiore, Cervus duobus conſiſtens pedibus, duobus vero elevatis. Superiore, Corona, ſupra hanc infula, Baculus, Eppatus inſignia. Circumſcriptio. *Sim. Epſ. Mod.* Titulus: *Illmo Domino Joanni Cocianer Capitaneo Labaci, Equiti digniſſimo &c. Dno Obſmo.*

„ Ilme Dne, & plurimum Obſdme, ſalutem & commendationem. Teneor rogare pro pauperibus, & oppreſſis. Propterea rogo D. Illmum, vellit intuitu petentis, & miſericordiæ, intelligere negotium hujus, pauperis viri. Et ſi juſtitiam fovet, ut ipſe dicit, faciat D. V. Illma, ne ulterioribus damnis & expenſis gravetur. In quo rem DEO gratam, & ſe dignam faciet Eadem D. V. Illma. Cui offero me, & quam plurimum commendo. Ex Salinis, in Profeſto S. Viti M. D. XXX. Paratus ad mandata D. V. Illmæ. S. Eppus Modruſienſis m. p.

Adſcripſit poſtea aliquis: *O ubi Epiſcopatus Modruſienſis, rudera! murus, domus, Civitas! Derencſenius ſurgat, & refferat nobis 1493. Hoc enim anno maxima ſtrages & clades extitit.*

2. Sigillum, ut anterius, epigraphe: *Si. Seg. Eppiſ. Modr.* Hoc eſt Simon Segnienſis, Epiſcopus Modruſienſis. Titulus: *Magco ac ſtrenuiſſimo Equiti, Domino Joanni Cocianer Capitaneo Labacenſi &c. Dno Obſervand. - Labaci.*

„ Magfice ac ſtrenuiſſime Domine, ſalutem & commendationem. Etſi ignotus, ſcribo ad D. M. Mgficam. Cupio tamen notus eſſe ipſi, ſicut notus ſum Rmo Dno Labacenſi conſan-

(*a*) Joan. Torquatus, alias Karlovich ex Carlobago poſt diviſionem cum congenerationalibus ſuis Frangepanibus dictus, deficiendo mortuus 1531. Remethæ ad Zagrabiam apud Paulinos ſepultus. (*b*) Juramento congruit, Ob depoſitum nempe fidelitatis juramentum, poſt mortem Ludovici.

Digitized by Google

„ conſanguineo & fratri D.V. Mgficæ. Qui ex ſua innata nobilitate & clementia, multa pro„ me fecit, cum Officiales hi Vinodoli, redditus meos arreſtâſſent. Quod cum notum feciſ„ ſem Matti Regiæ, Serſſima M. ſua relaxari omnia præcepit; & favorabiles litteras, quas „ nunc & habeo pro me ſcripſit. Ego enim in ſervitiis fui plures annos, Sermæ memoriæ „ Dnorum Regum Vuladislai & Ludovici. Paratus & nunc, ſi modò occaſio ſe præberet, „ pro Dno noſtro Serſſimo facere. Interim verò ſi quid poſſum pro D. V. Mfica imperet, præ„ cipiat, paratum me ſemper offendet, ad omnem ſuum, & honorem & commodum. Hic „ nunc vitam vivo in terra Fluminis, quia eſſe in Vinodolo non audeo propter Turchos, ex „ quorum manibus vix alias evaſi. Superiori die ex Venetiis redii, ſcribóque ſtatim ad D. V „ Mficam, quæ felix ſemper valeat. Et me, ac res meas commendatas habere velit. Ex ter„ ra Fluminis XVIII. Octobris 1530. D. V. M. S. Eppus Modruſſienſis, m.p.

3. Titul. *Magfico ac ſtrenuiſſimo Equiti, Dno Joanni Cocʒianer Capitaneo Labaci &c. Dno obſervantiſſimo Labaci.*

„ Magnifice ac ſtrenuiſſime Dne, mihi Obſſme. Salutem & commendationem. Poſtea„ quam Serſſimus D. noſter, Rex noſter gratioſiſſimus, accepit ad manus ſuas, dominium „ hoc Epiſcopatus mei: ſcripſit Mgfico D. Nicolao Rauber, & omnibus officialibus Vinodoli, „ ut fructus & redditus meos integros & intactos mihi dimittat. Quarum litterarum exem„ plum, propter celerem diſceſſum hujus Nuncii, mittere nunc non potui D. V. Mficæ. Vidit „ tamen eas D. Gabriel Craycer, qui dominio huic præeſt. Viderunt item cæteri omnes, ejus„ dem Dominii Officiales. Unus tamen ex his, ſpretis litteris Mattis Regiæ Sermæ, Franciſ„ cus Veslarich nomine, qui Capitaneus eſt in Caſtro Briberii; ſive ejus filius, ſuo juſſu, ac„ cepit ex cella mea, unum vas vini mei, ſibique habuit, & nunc habet. Et ne aures offen„ dam Sreni Dni noſtri, pro hac parva re: nollem etiam quod ex mea quærella, læſæ Mattis „ pœnas lueret. Quare ſupplico D. V. Mficæ, ut pro debito juſtitiæ committat per ſuas lit„ teras D. Gabrieli, ut cogat dictum Franciſcum ad ſatisfaciendum mihi pro meo vino. Quas „ litteras dabit D. V. M. harum mearum bajulo, ſi placebit. Et DEus Omnipotens ſalvet diu „ & ſoſpitet, eandem D. V. Mficam, cui unice me offero & commendo. Ex terra Fluminis, „ In die S. Andreæ. M. DXXX. Idem Simon Eppus Modruſienſis.

Andreæ Epiſcopi Tininienſis tres.

1. Sigillum annulare, in cujus fundo cumulus, intra aquilinas alas, caput continens. Superiori parte Mitra. Titul: *Spectabili & Magnifico Domino Joanni Kotcʒianer, Capitaneo Generali Sereniſſimi Regis Ferdinandi &c. Domino & amico nobis plurimum obſervando.*

„ Spectabilis & Magnifice Domine, Dne nobis plurimum Obſde, poſt ſalutem & noſtri „ commendationem. Litteras Spect. Mficentiæ Vræ, ac intimata, medio ſervitoris noſtri Wla„ de, clarè intelleximus. Quare Spect. M. Vra nobis ſignificet, ubi? quo die? & in quo ſcili„ cet loco? cum eadem, reſpectu ſervitiorum noſtrorum, tam antiquorum quàm novorum, „ conſtitui debeamus. Nam Regia Majeſtas ſcribit nobis: ut omnia negotia ad Spect Mgfi„ centiam Vram in his partibus exiſtentia, Dominorum & Nobilium; ac ſolutionum; ſervi„ tiorum antiquorum & novorum, ipſis perſolvenda, commiſiſſet ac ordinanda, reliquiſſet. „ Iterùm ſcribit nobis Regia Mattas ex parte quorundam negotiorum. Quare cogimur ho„ minem noſtrum, ad Regiam Mattem, D. noſtrum gratioſiſſimum mittere, & de hys, de qui„ bus Regia Mattas ſcribit, relationem facere. Ideo Spect. Mgficentia Vra, nobis ut præmiſi„ mus, ſignificet: ubi? quo die? & in quo loco? cum eadem conſtitui debeamus. Reliquum „ eſt Sp. Magnf. Vram bene & feliciter ad vota valere optamus. Cui nos, ac ſervitia noſtra, „ iterum atque iterum humillime commendamus. Cætera dicet Spect. Mgf. Vræ, nomine no„ ſtro Petrus Sarchyth. Datum in Thopozka, Dominico die, in Feſto BB. Philippi & Jacobi Apoſt. Anno Dni M.D.XXX. Ejusdem Spect. M. Vræ, Servitor Andreas Epus Tininienſis m.p

2. Inſcriptio: *Spectabili ac Magnifico Domino Joanni Kocʒianer, militi aurato ſtrenuo, Regnorum Croatiæ Carinthiæ, Carniole, & Stiriæ Capitaneo Generali digniſſimo, ac Domino & amico nobis plurimum obſervandiſſimo.*

„ Spectabilis ac Magnifice Dne, Dne nobis obſdſme. Poſt ſalutem & humillimam ſer„ vitiorum noſtrorum commendationem. Cùm à Sp. M. Vra domum repedavimus, quidam „ homo quem *Dasdar* (a) *de Wdivyna*, pro quodam captivo noſtro, huc ad nos miſerat, „ qui quidem homo nobis ſub fide retulit: quod poſtquam Thurci Sp. Mag. Vram in has par„ tes, pro defenſione iſtorum Regnorum deputatam intellexerunt; Baſſa in *Glyvno* habita„ re, & has partes devaſtare voluit. *Ibrayn* verò Vayvoda in Wduyna, curiam ſibi ædifi„ care, & ibi manere propoſuit. *Caſtrum Merʒyn*, munire & reformare, hominesque in eum

 „ pone-

(a) Daſdar Vexilliſferum exprimit.

„ ponere decreverunt; cæteraque caſtra ibidem munire; & exinde has partes, & hæc Regna
„ deſtruere prætendunt. In hoc nullum dubium eſt, ut hoc facere nollent. Deinde fide ſua
„ firmavit, quod *Chatta* (*b*) equitum & peditum in paratu ſit, quæ ibit ad Civitatem, ſeu
„ oppidum noſtrum *Czazyn* (*c*). Cæterum accepimus fama veraci, a duobus captivis, qui
„ his diebus ex Conſtantinopolin venerunt, quod *Sophi Rhodum accepiſſet*, Cæſaremque
„ Turcarum, & vires ſuas profligâſſet. Idemque Cæſar rurſus contra ipſum Sophi exerci-
„ tum parat & recongregat. *Eppus Zagrabienſis* (*d*) iam binies in Thurciam miſerat pe-
„ tere ſubſidium; quod ſibi hucusque dare renuunt. Nunc iterum duos nuncios ad Baſſam,
„ & Thurcarum Imp. mittit, puta filium illegitimum ſeu baſtardum Comitis condam Bernar-
„ dini; (*e*) & alterum Mathiam Mathkaſyth pro impetrando ſubſidio. Idem Eppus, ite-
„ rum vires accumulat, & omnia caſtra ſua munire facit. Nunc noviter hys diebus, ad ca-
„ ſtrum ſuum Zagrabie, victualia impoſuit, & omnibus enodat pro viribus ſuis. Spect. Mag.
„ Vræ reſiſtere vult. Sed credimus in DEum, & firmiter tenemus, ſpe ſua fruſtrabitur. Hoc
„ ſcimus: quamprimum Sp. Mag. Vra advenerit, *omnes incolæ Regni Sclavoniæ*, *eidem*
„ *Spect. Mgficentiæ Vræ ſeſe ſubjicient*. (*f*) Ideo S. M. Vra, de his præmiſſis curam ad-
„ hibere dignetur. Cætera Spect. M. Vræ, hic ſervitor noſter declarabit. Reliquum eſt: S. M.
„ Vram, bene ac feliciter valere ad vota, optamus. Datum in Thopozka, Dominico die Pen-
„ tecoſtes. Anno Dni M. D. XXX. Andreas Eppus Tininienſis. m.p.

(*b*) Chatà, deſtinati ab exercitu & miſſi quidam. (*c*) Czazyn, quidam ſcribunt Zaſin, Bihachiò eſt ad meridiem, hodie ſub Turca. Olim hanc tenuerunt arcem Eppi Tininien. (*d*) *Simon Erdeodius Vid.* Hiſt. Eccl. Zagr. a pag. 213. & §. ſequente, hujus *Simonis* epiſtolas. (*e*) de Frangepanis. (*f*) Vide diſtingui Regnum Sclavoniæ a Regno Croatiæ. Hoc, Ferdinando erat fidele, necdum Regni *Sclavo*niæ incolæ omnes, quia plures Simoni Epiſc. Zagr. adhærebant, qui Banus fuit, partis *Joan.* Regis.

3. Sigillum ut in prioribus, ſuperius deſcriptum. Titul. *Magnifico Domino Joanni Koczyanar Equiti Aurato: Capitaneo Provinciali Carniole, ſupremoque Capitaneo Stiriæ, Karinthiæ & ejusdem Carniole &c. Domino & amico nobis Obſſimo.*

„ Magnifice Domine & Amice Obſdſſime, poſt ſalutem & commendationem. Recordari
„ poterit D. V. M. quæ & quales oppreſſiones pericula & damna hys diebus præteritis, con-
„ tra dignitatem Regiæ Mattis, Dni noſtri gratioſiſſimi, libertatemque & nobilitatem totius
„ Regni, ſuper Mgf. D. *Stephani Deshazy de Zomzedvara*, fratrem noſtrum evenerint.
„ Super quibus, jam ſæpius & alii fideles, ſeu ſervitores Regiæ Mattis locuti ſunt; itidem &
„ D. V. Mficam ut intelleximus multoties ſolicitârunt. Et quoniam Regia Mattas, D. V.
„ Mficam, cum aliis Dominis, ad eandem cauſam judicem ſpecialem deputavit: rogamus ita-
„ que D. V. M. pro fidelitate ipſius D. Stephani Deshazy, quam idem indies R. Matti, Dno
„ Noſtro Gratioſiſſimo (uti omnibus Dominis conſtat) impendit. Jam enim & *Civitas Mon-*
„ *tis Græcenſis*, niſi auxilio DEI & ſuo, non ſuperfuiſſet, & manſiſſet. D. Vra Mfica jam
„ tandem oppreſſionibus & periculis ſuis, prout ipſe verè conquæritur, finem & terminum
„ aliquem bonum imponere; ut deinceps ſecurius & tutius ſervire Regiæ Matti valeat. Ubi
„ autem D. V. Mgfica, præfixit locum in *Laybaco* (*a*) ut illic comparere deberet, novit
„ eadem D. V. M. id contra libertatem hujus Regni eſſe; Regnicolarum etiam in Regno iſto.
„ (*b*) Præfixit & deputavit locum, ubi videlicet finis & terminus oppreſſionibus ſuis imponi
„ deberet. Et melius foret noſtro in Savo. Initiò, (*c*) Si D. V. M. juſtitiam & commiſſionem
„ Regiæ Mattis anteponeret, quam favorum aliquorum, proteſtationi cujusdam *Thomæ*
„ *Throukuſytz*, & aliorum hominum ſuorum, qui adhuc in ſtipendiis ſunt, in præjudicium
„ & periculum ejusdem D. Stephani Deshazy. Eamdemque D. V. M. feliciſſimè valere opta-
„ mus. Datum in Caſtro Zomſzedvara, feria V. proxima poſt Feſtum B. Annæ. Anno 1530.
„ Andreas Epus Thyninienſis. m.p.

Litteræ 18. Joannis Torquati, Bani Regis Ferdinandi.

Sigillum in omnibus annulare. Subeunt ſuperiori parte in medio, majores litteræ J. K. ſive Joannes Karlovich, dictus a Carlobago. Tum infra, anſer aut cignus ſtans in aqua.

I. Titulus: *Magnifico ac Generoſo Domino Joanni Kotzyaner Supremo Capitaneo Regiæ Mattis &c. Dno & amico nobis honorandiſſimo.*

„ Magnifice ac Generoſe Domine, & amice nobis honorand. poſt ſalutem & commenda-
„ tionem. Noverit Vra Mgfica Dnatio. Quod pro novitatibus vobis ſignificavimus per No-
„ bilem *Petrum Sarchyih*; ſicuti etiam ab illo captivo intelligere potuiſtis, quem miſimus
„ ad

(*a*) Labaci in Carniolia. (*b*) nempe Sclavoniæ ubi eſt Zomſzedvar. (*c*) Reflectit Catzianerum: initiò prudentiæ non eſſe, leges evertere, & evocare extra proprium Regnum, ideo conſulit: melius foret terminum præfigere noſtro in Savo. eſſeque iſtud a Regia Matte commiſſum, dum ait; ſi anteponeret commiſſionem Regiæ Mattis,

Digitized by Google

„ ad V. M. D. Cæterum hodie, pro certo exploratorio nomine venerunt & retulerunt nobis hanc famam: Quod ſine dubio exercitus validus Thurcarum, iſtis feſtivis diebus exiet, ad partes iſtas Croatiæ, cum bombardis ac tormentis bellicis. Et credat Vra eadem Dmnatio, quod plures ſunt, quam quod ſignificavimus vobis per Petrum Sarchych. Quia dicunt advenïſſe, citra illos Baſſas, Boſnenſem (*a*) & de *Moztar*; alios quinque Baſſas, qui omnes inſimul exient, ad partes iſtas. Et dicunt: *quod veniunt ad occupandum Regnum Croatiæ.* Et credat Vra M. Dtio, quod ſi in brevi non habebimus auxilium a DEO omnipotente, & a Regia Matte, nos omnes perimus; & hoc Regnum Croatiæ periet, a Regia Matte. Quare ſupplicamus ac rogamus V. eandem M. D. amore DEI JEſu Chriſti, ut curam ageret de hac re: Quia ſcimus ut ſatis auxilium ac bonum poſſit facere V. eadem D. huic Regno, ut congregarentur gentes, quas poſſit, cum quibus poſſumus nos defendere ab illis. Cæterum iterum atque iterum rogo Vram eandem M. D. ob, intuitu illius amicitiæ & benevolentiæ, quam ſemper erga me habuiſtis, velitis mihi mittere, 20. aut plures pixidiarios. Quia credat Vra eadem D. quod modo nullum habemus in Caſtris noſtris, ſignanter in *Krupa*, quia omnes quos habuimus, dimiſimus illos, quia non habuimus cum quibus ſolvere illos, pro ſervitiis illorum. Et ſi periet *Caſtrum Krupa*, conſiderate in quali periculo eſt caſtrum illud. Et de pulveribus mittere velit ad nos V. M. D; & aliquot pixides Pragenſes, videlicet *Sakallas*, quia his omnibus caremus. Et eandem feliciter valere optamus. Datum in arce noſtra *Muthnycza*, Dominica in Ramis Palmarum. Joannes Torquatus Comes Corbaviæ, ac Regnorum Dal. Croat. & Sclav. Banus. m.p.

(*a*) Boſniam Turca tenuit, neque de Boſnia, Ferdinando quid obtigit.

II. *Magnifico Dno Johanni Coczyaner, Equiti Aurato, Capitaneo Generali Carniolæ &c. filio nobis dilectiſſimo.*

„ Magnifice Domine fili, nobis dilectiſſime! ſalutatione præmiſſa. Novit V. M. qualiter nobis per familiarem noſtrum ſcripſerat & inſinuaverat: Qualiter die 14. *propter læſionem litterarum nobiſcum conſtitutum voluit.* Quid eſt? 24. hujus menſis dies appropinquat; a Vra autem M. ullam, nec per litteras, nec per hominem intimationem ſuſcepimus. Solum quidem de amicis noſtris intelleximus: ut Vra M. *tum Regnicolis Regni Sclavoniæ*; (*a*) *tum Regni Croatiæ*, *diem conſtitutionis* (*b*) præfixit die III. Menſis Junii, in qua conſtitutione nos eſſe volumus; & cæteri; credimus iſtius Regni. Sed ſummopere V. M. exoramus, tanquam filium dilectiſſimum: qualiter ante diem præfixæ conſtitutionis, tres vel 4. dies nobiſcum prius conſtituetur; ut negotia noſtra V. M. tanquam filio in quo confidimus, exprimeremus. Quia multum cum eadem tractare habemus. Quapropter V. M. exoramus, qualiter per præſentium exhibitorem, nobis diem & locum ubi cupit V. M. reſcriberet, ubi ipſam inveniremus, ut conſtituemur. Quam feliciſſime valere optamus. Ex Caſtro *Novigrad*, die 21. Menſis May 1530. Joannes Torquatus Comes Corbaviæ ac Banus. m.p.

(*a*) Vide diſtingui Regnum Croatiæ, à Regno Sclavoniæ, ſub Ferdinando. (*b*) Congregationem illgit. Vide hinc Katczianerum non curato Bano, ita Congregationem indixiſſe, ut nec locum Bano ſignificaverit.

„ III. Titulus qui ſupra. Magnifice ac Generoſe Dne, fili nobis dilectiſſime ac Chariſſime, poſt ſalutem & noſtri recommendationem. Intelleximus litteras Vras, ac intimationem M. D. per ſervitorem noſtrum, *Stephanum Ghuſyth* referendam. Quas non grato animo ſuſcepimus. Primo hæc cauſa eſt, ut jam a multis diebus exſpectavimus proviſionem erga nos; a Regia Matte per Vram eandem D. transmiſſam; ſicuti Regia Mattas, in litteris ſuæ Mattis ſcribit nobis: ut per Vram eandem M. bonam ac gratioſam relationem & proviſionem miſit ſua Mattas. (*a*) Sicuti etiam ex litteris Vræ M. D. intelleximus, jam dudum ad nos miſſis. Et jam exſpectando hanc proviſionem de die in diem, omnia expoſuimus, quantumcumque habuimus. Reſervando ſervitores noſtros, quoaduſque hæc proviſio Regiæ Mattis adportabitur: Et res quas habuimus eas impignoravimus ſervitoribus noſtris, pro ſervitiis illorum, & jam amplius cum quibus, illos minime ſervare poſſumus. Nihilominus tamen, ut ſcribit V. eadem D. pro conſtitutione noſtra, nunc Feria 6ta proxima poſt Feſtum Pentecoſtes, in *Rayn* (*b*) cupitis convenire, unà cum collega noſtro, (*c*) ac nobis. Nos verò ad dictum diem proficiſcemur in *Rayn*, & tandem Vram Mgficentiam conveniemus. Et ſi aliquam proviſionem erga nos facietis, cum quibus melius poſſumus ſer-

rrrr „ vitia

(*a*) Læſionem illam litterarum excuſare videtur. (*b*) Sive Runa aliter Breſczi, nunc in Stiria ad Savum. (*c*) Franciſco nempe de Batthyan.

„ vitia Regiæ Mattis exercere, bonum erit: Si vero non, ex tunc nobis oportet, aliquem no-
„ ſtrum mitti, ac ſupplicare Regiæ Matti, vel perſonaliter aſcendere ad ſuam Mattem, pro
„ ſum̃is neceſſitatibus noſtris. Cæterum ſupplicaveramus 1. eandem M. D. ex parte quorun-
„ dam peditum, *qui nunc ex Thurchia ad nos habitatum iverunt*, ut V. eadem M. ſalaria
„ daret pro ſuſtentatione illorum, (*d*) & pro ſubſidio *Caſtri Kruppe*, ut ibi habitarent *in*
„ *confinibus illis* (*e*). Et ibi ſatis lucrum ac ſervitia poſſunt exercere Regiæ Matti, ac Vræ
„ D. M. & ſunt illi pedites quaſi 20. Si vero Vra eadem M. amplius non poſſit illis ſalaria
„ præſtare; tunc modo uſque ad 15. dies; aut uſque conveniemus cum Vra M. D. in præſen-
„ ti Dieta (*f*) Inſuper ſciat Vra eadem M. quod hic Egreg. *Johannes Vukoſzlavich* iter
„ cepit ad Vram eandem M. pro recommendatione ſervitii, qui vellet fieri in ſervitio Regiæ
„ Mattis, ac Vræ M. D. ut aliquam *ſoldam* ac ſtipendia, ſubſidiumque illi tribueret, ut me-
„ lius poſſit ſervire Regiam Mattem, ac Vram eandem M. Quare rogamus V. M. D. ut jam
„ dictum Joannem Vukoſzlavich ad dictam *Soldam* (*g*) ſuſcipere velitis, & erga illum gra-
„ tioſe providere omnia. Sciat V. M. D. quod eſt probus & fidelis ſervitor Regiæ Mattis, ac
„ V. M. D. & ſemper fuit, quemcumque ſervivit ſemper fideliter, & honeſte ſervivit illum;
„ & credimus illum majora ſervitia exercere amodo Regiæ Matti, ac V. M. D. & recomen-
„ damus hunc jam dictum Johannem Vukoſzlavich V. M. D. Et credat V. eadem M. D. quod
„ multa expoſuit, ac perdidit in ſervitio ac fidelitate Regiæ Mattis. Et eandem V. M. D. be-
„ ne ac feliciter valere optamus. Datum ex arce *noſtra Medwed*, Sabbato, in Vigilia Pen-
„ tecoſtes. Anno Dni 1530. Joannes Torquatus Comes Corbaviæ, ac Regnor. Dal. Croat. &
„ Sclav. Banus. m. p.

(*d*) Profugi Serbli, ſive Raſciani, ſeſe illocantes. (*e*) Confinia fuiſſe docemur, & quousque. (*f*) nempe in congreſſu Runenſi. (*g*) Solda a Soldat ſive milite ait, indicando legionem illam, quam Ferdinandus erexerat ex meris Nobilibus, quibus dabat ſtipendia, ut affectum obtineret.

IV. *Magnifico ac Generoſo Dno Johanni Cathyaner Equiti Aurato, Capitaneo Provinciali Carniole, Summoque Carinthiæ, Stiriæ & ejusdem Carniole &c. Dno & filio nobis obſervan. atque Chariſſimo.*

„ Magnifice ac Generoſe Dne Comes, D. & fili nobis Chariſſime, ac honoran. Poſt ſalu-
„ tem & noſtri com̃endationem. Notum facimus Vræ eidem M. D. quod intimavimus ad Vram
„ eandem D. non nulla verba, per hunc Nobilem *Caſparum Paſtoris*. Quare rogamus V.
„ eandem Mgficentiam, ut dictis & relatibus ſuis, pro nunc, fidem adhibere velitis crediti-
„ vam ac indubiam. Et quidquid dicet ex parte noſtra, tanquam ſi ex ore noſtro proprio
„ prolatum fuiſſet. Et eandem bene & feliciter valere optamus. Datum ex arce noſtra Med-
„ wed, feria 2. proxima poſt Feſtum S. Trinitatis. Anno Dni 1530. Johannes Torquatus Co-
„ mes Corbaviæ ac Regn. Dal. Croat. & Sclav. Banus. m. ppr.

V. Titulus ut in priore. „ Magnifice ac Generoſe Dne fili nobis glorioſiſſime. Poſt ſalu-
„ tes, com̃endationes. Audivimus Magſ. D. *Nicolaum Juriſthich* ad Labacum veniſſe. Nunc
„ V. M. exoramus, ut unà cum præfato D. Nicolao, in quocumque competenti loco conſti-
„ tueretur, vel in Metlyca; vel in *nova Civitatula*, (*a*) ut pro multis negotiis, tam pro
„ Regiæ Mattis, tam pro iſto pauperrimo Regno tractaremus. Quia ex turno hominis ta-
„ lis, negotium divinâ providente clementiâ, magna proſperitate, huic Regno facere poſſe-
„ mus, non cum magnis expenſis. Poſt autem V. Mgficentiæ nos, & negotia noſtra commen-
„ damus; quam, feliciſſime valere optamus. Ex Caſtro noſtro *Cziupol*, (*b*) die 4. Auguſti
„ 1530. Johannes Torquatus Comes Corbaviæ ac Banus m. pp.

(*a*) Intelligit Neoſtadium nunc Carnioliæ ad Kerkam fluvium. (*b*) Cziupol ubi ſit? & quod? me latet.

VI. Inſcriptio æqualis prioribus. „ Mgfice ac Generoſe D. fili nobis honoran. ſalutem.
„ Litteras M. Vræ, ad ſummam veſperam hodie accepimus. Nos, per ſe poſtpoſitis omnibus
„ negotiis noſtris, hujus etiam miſeræ terræ, quæ multum nos premunt, huc, ſicut ſcripſera-
„ mus, ſummo mane hodie venimus, Vræ M. adventum exſpectantes. Scribit autem Vra M.
„ quod Dominico die proximo, huc ad Methlykam (*a*) venire velit; nosque hortatur, ut
„ ad eum diem exſpectaremus V. D. M. Hoc quidem faciemus & Vram M. exſpectabimus.
„ Sed cuperemus plurimum, ut Regia Mattas, Vra una M. cæterique Dni Magnates intelli-
„ gerent, nos parum *luridius*, (*b*) eam fidelitatem, quam profecto ſemper pronam obſerva-
„ vimus ſuæ Matti, obſervare. Non etiam ſuperfluæ expenſæ nobis ſunt, quibus hic exſpe-
„ ctamus; nihilominus faciemus, modo Vra M. ne ſecus facere velit, ſed eo die omnino præ-
„ fixo veniat. Ex parte autem *Eraſmi de Thury* quæ Vra M. in litteris meminit, ſciat ea-

„ dem

(*a*) Methlyka, nunc etiam ad Carnioliam, Möttling alias. — (*b*) commotus Torquatus, aut oggerit, quæ fors relata habuit; aut Luridius; accepit pro ægrius. —

Digitized by Google

„ dem M. quod nos in jus ſtatuendum, aut judicium, nec pro judicio huc venimus; ſed ipſi
„ Orphani, quorum res eſt, juxta hujus Regni conſuetudinem ſibi reſponderi volunt. Cæte-
„ rum nos, cum huc Vra M. venerit, nobiſcumque conſtituetur, bene in ea re *inducemus* (*c*)
„ Quam & feliciter valere optamus. Ex *Rybnik* fer. 5. proxima poſt Feſt. Aſſumptionis BSS.
„ Virginis 1530. Joannes Torquatus Comes Corbaviæ, ac Regnor. Dal. Croat. & Sclav. Banus.

(*c*) videtur accipi, loco informabimus.

VII. „ Magnifice ac Generoſe Dne fili nobis Chariſſime! poſt ſalutes, comendationes.
„ Vram Mgficam D. nuper in Methlica conveneramus, ut iſtum *Joannem Doganovyth* de
„ exercitu ſeu ſtipendio R. Mattis non eximeret. Nunc autem audivimus, ut ejectus eſt. Et
„ hoc autem, cauſa illius *Georgii Zymyth*, quæ per inimicos ſuos, falsè inducta eſt. Nunc
„ autem V. M. D. exoramus, ob reſpectum amicitiæ noſtræ, ut ſatum Doganovyth ex loco
„ ipſius non ejiceret. Quin, & intelligat V. M. D. ut dictus Zymyth eſt culpabilis, non ipſe.
„ Simul & V. M. D. ipſum novit, qualiter *ſub Caſtro Yſachich*, contra V. M. D. ſteterit, ſi
„ militer & valde plus contra nos, ille indignus actionis ſimilis. Si iſte Doganovyth, eſt
„ in quibuscunque reus vel culpabilis, nos Vræ M.D. promittimus, unicuique, in re ſatis-
„ factionem. Interim & V. M. D. Auguſtis felicibus annis valeat, optamus. Ex *Klokoche*.
„ Feria 6. poſt Feſt. D. Bartholomæi. 1530. Joannes Torquatus Comes Corbaviæ ac Banus. m. p.

VIII. „ (Magnifice ac Generoſe Domine, & fili nobis honoran. poſt ſalutem ac noſtri
„ comendationem. Litteras V. M. D. intelleximus, in quibus ſcribitis nobis: Ut certiſſimè ſig-
„ nificaremus ſemper, quo ibit? aut tendit exercitus Thurcarum. Quare ſciat V. M. D. quod
„ idem quod ſcivimus, illud V. M. hucuſque ſignificavimus. Et heſterna die, pro exercitu il-
„ lo Thurcarum, qui curſum fecit inter *Kuppam & Zawam* (*a*) ſicuti in litteris noſtris,
„ Vræ eidem Mgſcentiæ pridie ſignificavimus. Sed V. eadem M. bene noſcit, quod nos, non
„ habemus poteſtatem ſuper exercitu Thurcarum, ut illos duceremus, quocumque volueri-
„ mus; ſed potius quo illi voluerint, ibi ſoli veniunt. Nihilominus tamen V. M. ſciat: quod
„ hodie intelleximus, quod de dicto heſterno exercitu, iterum Thurcæ veniunt ad has par-
„ tes, ad dominium noſtrum, aut verſus *Gradecz* arces *Canonicales*, (*b*) Cæterum adhuc
„ non venerat ad nos *Stephanus Guſſyth*, poſtquam illum miſeramus ad V. M. & ignoramus
„ quam relationem retulit a Vra M. ſignanter pro negotiis noſtris, ac totius Regni, unà cum
„ Epiſcopo Zagrabienſi. Et ſi V. M. aliquando velit, quid, contra dictum Epiſcopum agere;
„ tunc: nunc tempus & hora eſt; quia nunc ullum auxilium dictus Epiſcopus ab aliquibus
„ habere poſſit. Et ſi V. M. quid, contra illum accedere velit, nobis omnia ſignificare velit.
„ Et eandem M. D. feliciter valere optamus. Datum in arce noſtra *Nowy* (*c*) Feria 5. in
„ Feſto Nativitatis B. Virg. Mariæ. 1530. Johannes Torquatus Com. Corb. ac Reg. D. C. &
„ S. Banus m. p.)

(*a*) Colapis & Savus fluvii. - - (*b*) duæ Arces vetus nempe Gradecz & novum trans Colapim, Capituli olim Zagrab. - (*c*) Novvy trans Vunam fl. hodie ſub Turca.

IX. Titulus, & initium ut in priore. Tùm.

„ Notum facimus Vræ M. quod hoc pro certo ſcimus, ut nihil de pecuniis nobis per
„ Stephanum Guſſyth miſiſtis. Super qua re nimium contriſtamur. Quia nobis multum dam-
„ num de hac re evenit, ut nobis nunc pecuniam non miſiſtis. Quia per promiſſionem Vram
„ ſervitores noſtros hucuſque ſervavimus; & omnes res noſtras impignoravimus; & illis ſer-
„ vitoribus veſtris omnia diſtribuimus, exſpectantes pecuniam a Vra Mgficentia. Quare ite-
„ rum rogamus V. M. ut nobis pecuniam mittere vellit; quia DEUS omnipotens bene ſcit, ut
„ amplius ſervitores non habemus cum quibus ſervare; neque ſervabimus illos, niſi pecuni-
„ am aliunde ad nos adportabunt. Et jam audacter cupimus intelligere a V. eadem D. M. ſi-
„ ve dabitur nobis pecunia ſive non, ut in damno non eſſemus. Et ſcribit nobis *D. Ludovi-
„ cus Pekry*, aliique ſubditores R. Mattis, ut gentes noſtras ad illos mitteremus. Qui ho-
„ mines noſtri, ſine pecuniis non ibunt: & nos ſoli, ſine illis quidquam agere poſſumus. Et
„ Vra eadem D. vellit proficiſci *verſus Sclavoniam cum gentibus, quia Epiſcopus Zagra-
„ bienſis multas gentes congregat*; & timemus ut pereant illi ſervitores R. Mattis, qui ſunt
„ cum D. Ludovico. Et rogamus V. eandem M. D. ut nobis omnia ſignificare velitis, ſi velit
„ *ad Sclavoniam* (*a*) Vra M. proficiſci, ſive non, vel ſi nobis pecuniam mittere velitis ſive
„ non, Cæterum intimaverunt Vræ M. ac nobis de Thurcis, aliqua Vlazy (*b*) ut ſaltum
„ faciant ad has partes multi, vel 50. quamtoties cum familiis huc venient, qui & litteras ad
„ V. eandem D. miſerunt, quas miſimus ad V. M. & ſubſidium rogant a V. M. *ut etiam illis*

(*a*) En firmari necdum Sclavoniam, Croatiæ fuiſſe unitam, habitaque pro Regnis fuère diſtinctis ; ;

„ *ſeſſiones aliquas præſtaretis* (*c*). ubi manerent cum familiis, quia valde boni milites ſunt.
„ Et eandem feliciter valere optamus. Datum in arce noſtra *Muthnycza*, fer. 6. proxima
„ poſt Feſt. Nativitatis B. Virginis. 1530. Joann. Torquatus Comes Cor. ac Regn. Dalm.
„ Croat. & Sclav. Banus m.pp.

(*b*) Vlazy exprimuntur qui ſunt Græci Ritus generatim. - (*c*) In confiniis nempe; aſſignari illis ſeſſiones petiit. Vide qua via, in confiniis ſunt illocati, homines Græci ritus.

X. Titulus, & exordium epiſtolæ ut in prioribus.

„ Noverit Vra eadem M. quod pro novitatibus Vræ M. hoc ſcribere poſſumus: Quod D.
„ *Ludovicus Pekry* eſt nunc *Criſy* (*a*) cum aliis ſervitoribus R. Mattis. Et jambis am-
„ bulaverunt ad ſpolianda tenuta Epiſcopi Zagrabienſis, videlicet ad Dombrow (*b*) & ni-
„ hil acceperunt, quia prius ſentierunt, quod ibidem advenerunt ſpoliare, & aufugerunt om-
„ nes cum rebus ipſorum. Illi vero equites Epiſcopi, qui in Dombrow fuerunt, illi etiam
„ aufugerunt, & nemo eſt, qui accedit contra D. Ludovicum. Et ille exſpectat Vram M. do-
„ nec advenerit Vra M. cum bombardis, gentibusque. Quare rogamus Vram M. D. ut ſi quid
„ vultis impoſterum gerere contra Epiſcopum; tunc Vra eadem M. accedat contra illum, Et
„ poteſtis eos rebelles vincere, juxta voluntatem Vræ M; & melius eſt; ut erit fama Vræ M.
„ vincendi illos, quam alicui alteri. Nos verò cum quibus parati ſumus ad ſervitia Regiæ
„ Mattis; & nos, & D. Ludovicus, exſpectamus adventum Vræ M. Cæterum intimavimus
„ non nulla verba per hunc Valentinum ſervitorem noſtrum, cui Vra eadem M. D. fidem in-
„ dubiam adhibere velit, tanquam nobis ipſis. Item rogamus Vram M. D. ut aliquam ſum-
„ mam pecuniæ mittere velit, quia omnibus caremus expenſis, & nobis & ſervitoribus noſt-
„ ris. Et eandem M. D. feliciter valere optamus. Datum in arce noſtra *Muthnicza*, feria 4.
„ proxima pro infeſto Exaltationis Sanctæ Crucis. 1530. Johannes Torquatus Comes Cor-
„ bav. &c. Banus m.pp.

(*a*) Lib. Regia Civitas in Sclavonia. a qua Comitatui nomen, - - (*b*) Dombro, dominium fundationale Eppi Zagr. in Comitatu Criſienſi, intra Ivanich & Griſium,

XI. „ Allatæ ſunt nobis litteræ V. M. hodie feria 2. ante Feſtum Mathæi Apoſtoli & E-
„ vangeliſtæ. Primo ſcribit nobis Vra M. ut ullam pecuniam nobis modo poteſtis mittere. Et
„ hæc cauſa eſt, quod a R. Matte ullam pecuniam Vræ M. adduxerunt. Quare ſciat Vra M.
„ D. quod nos exiſtimavimus, cum una, cum Vra M. locuti fuimus, ut Vra M. eo tempore pe-
„ cuniam habuit nobis dandam. Nihilominus tamen Vra M. bonum faceret, ut ſi nobis modo
„ aliquam pecuniam mitteret. Sed contra hoc nihil poſſumus. Item de exactione *Sclavoni-*
„ *cali*, ſciat V. M. quod quidquid fieri poteſt; vel ab illis eſſet nobis aliqua tributio pecuniæ,
„ & etiam, quod illud parvum fuit, etiam illud D. *Ludovicus Pekry* exegit. Et ſi hodie
„ accederet V. M. *verſus Zagrabiam*, nos cum aliquibus gentibus, non haberemus ibi pro-
„ ficiſci, præterquam cum quinque equitibus, perſonaliter proficiſceremur: quia omnes ſervi-
„ tores noſtri nos modo jam dereliquerunt, ut non habuimus, illis, cum quibus ſolutio-
„ nem dare pro ſervitiis illorum. Et nos R. Matti hoc modo, non poſſumus magnum ſervi-
„ tium exercere, cum parva copia ſervitorum. Item, de Hiſpanis, quos ſpectatis adventu-
„ ros, fieri credat Vra M. quod bonum jam eſſet, ut uſque nunc advenirent; quia credimus:
„ quod ſi tarde advenerint, ut ullum auxilium nobis per illos erit, quia jam erunt multa in-
„ temperia poſt Feſtum Michaelis, erunt ſæpius & congellationes & pluviæ. Et in prolonga-
„ tione Vra, inimici noſtri ſe fortificarent, & apparerent contra nos, & erunt fortiores im-
„ poſterum. Item, de his Thurcis, qui ſaltum de Thurcis huc fecerunt; proficiſci ſunt qui-
„ dam de illis ad Vram M. Bonum eſſet, ut Vra M. erga illos gratioſè provideret: ut & alii
„ poſt illos huc ſaltum facerent de Thurcis. Et credat V. M. D. quod iſtis partibus ſatis pro-
„ ficui eſſent; ſed etiam hic apud nos, ſicuti etiam in partibus Carinthie &c. Sed in hoc ſit
„ voluntas, Vræ M. DEus omnipotens ſcit, quod nos illis non habemus, unde quidquam au-
„ xilii præſtare. Cæterum recordari poteſt V. M. quod ſæpius ſignificavimus Vræ M. de ſta-
„ tu horum, aut arcium, aut caſtrorum, qualiter in periculo ſunt. Signanter de ſtatu *Caſtri*
„ *Kruppe*, (*a*) ut Vra M. D. erga illos provideret, ne pareant a R. Matte. Sed unquam po-
„ tuimus habere a Vra M. D. tantum unum centenarium pulveris, in partem ſervitii noſtri.
„ Et DEus omnipotens novit, ut hoc anno præſente, Thurcæ voluerunt obſidere dictum ca-
„ ſtrum *Kruppe*, & etiam bombardas, alioſque apparatus ad expugnandum dictum caſtrum,
„ appromptâverant; & quotidie ſperamus illos adventuros. Et ſi quid contigerit huic caſtro,
„ quod DEus avertat, nos teſtificamur coram DEO & hominibus, ut non eſt cauſa noſtra,
„ quia jam non habemus, unde illos ſervare; Sicuti quando habuimus liberam *Likam*, &
„ Cor-

(*a*) Kruppe trans Vunam ad Bihács hodie Turcarum eſt. - -

Digitized by Google

„ *Corbaviam* (*b*) aliudque dominium noſtrum, quod periit jam diu a nobis. Et multas miſerias noſtras, haberemus quidem ſcribere, Vræ M. Sed modo non poſſumus. Et eandem D. Vram M. feliciter valere optamus. Datum in arce noſtra *Kruppa* fer. 2. ante Feſtum Mathæi Apoſt. & Evang. „ *Titulus, exordium, ſubſcriptio, uti in anterioribus, ideo hæc omiſimus.*)

(*b*) Videtur his temporibus, Lica, Corbaviaque, militari jurisdictioni ſubjecta, confiniumque effecta.

XII. *Titulus, exordium, ſubſcriptio, æqualia prioribus.*

„ Notum facio V. M. D. quod ſæpius ſcripſi, V. M. D. pro auxilio erga me a Vra Mgficentia; ſed unquam nihil habere potui a V. M. D. Nunc autem iterum finaliter ſupplico V. M. D. tanquam Domino & filio meo chariſſimo; quatenus dignetur Vra M. D. erga me curam habere: ut nunc Vra M. D. velit mihi dare, aliquot de pulveribus Pyxiduras, & aliquot homines pyxidarios, quia his nimium indigemus, & nunquam ſic neceſſitas mihi fuit, harum rerum; quaſi nunc, poſtulare a Vra M. D. Et ſi nunc, erga me in iſtis rebus nominatis non providebit, tunc ſciam, quod ullam benevolentiam erga me non habeat V. Magficentia. Et ſignanter pro pulveribus V. M. D. mei non ſit immemor. Cæterum his, ſervitor noſter Georgius, quædam verba ex parte noſtra, V. M. D. dicet. Cui V. eadem D. in eo credere velit, quidquid dicet ex parte noſtra, tanquam ſi nos perſonaliter unà cum V. M. D. eſſemus. Et eandem D. V. M. bene & feliciter valere optamus. Datum in arce noſtra *Klokoch*, fer. 2. proxima, ante Feſt. Divi Franciſci Confeſſ. 1530.

XIII. Caret Sigillo. Titulus: (*Egregio Domino Eraſmo Capitaneo Bykachienſi &c.*

„ Egregie, amice honorande. Noverit Vra M. quomodo recte Thurci hodierna die prætererunt per aquam fluminis, verſus *Koztanyczam* (*a*) & ſpoliaverunt univerſa in *Ztabancza* (*b*) & ſub *Caſtro Buſyn.* Homines autem *Comitis Zriny*, iſti eoſdem duxerunt huc. Et octo hic, hac nocte volunt dormire, apud *montem Radon* prope Caſtrum *Buſyn.* Eapropter captivaverunt homines noſtri tres Thurcos, qui dicunt: quod volunt quieſcere hic, in circuitu *montis Silne.* Igitur petimus V. M. exite hac nocte ad *Caſtrum Kobazyth*, vel propius ad nos, ſi DEus conceſſerit quod eoſdem dirumpemus in Silva, Turcorum autem non eſt plus niſi 300. Ex Caſtro *noſtro Novo*, fer. 4. proxima, hora poſt mediam noctem. Joannes Comes Corb. & Banus mpp. „ Hæc epiſtola, miſſa fuerit ad *Joan. Kathczianerum*, dum in numero ad eum ſcriptarum eſſet.)

(*a*) Koſztanyeza, ad fluv. Vunnam in Confiniis Banalibus. — (*b*) Credo indicari, loca circumvicina Caſtrum Buſyn, nunc Turca obtinet.

XIV. *Magnifico ac Generoſo Dno Johanni Katczianer, Equiti aurato, & Capitaneo Provinciali Carniole &c. Dno & filio nobis chariſſimo, atque honorando.*

(Mag. ac Gen. Dne, & Fili nobis Chariſſime ac Honorande.

„ Poſt ſalutem & noſtri recommendationem. Noverit Vra eadem M. quod pro novitatibus, hoc, V. M. ſcribere poſſumus: ut eſterna die, feria 4. proximâ poſt Feſtum S. Lucæ Evang. multa damna paſſi ſumus; videlicet ut Thurcæ venerant, & transfrætati ſunt per *fluvium Un*, quos Thurcas navigaverunt per fluvium *Un*, homines *Comitis de Zrinys*, qui fœdus tenet cum Thurcis, & ſic Thurci venerunt ad bona noſtra, atque bona Egregii *Keglewyth*, & omnia devaſtaverunt, & abduxerunt colonos noſtros. Et nos bini ideo perditi ſumus, cum quo victum habuimus uſque modo in hac miſerrima parte. Quare ſciat Veſtra Eadem D. Mgfica, quod aliquos Thurcos apprehendimus, qui dicunt ſine dubio, ut alius exercitus Thurcarum exiet ad confinia iſta, intervallô octo aut decem dierum, hujus Menſis præſentis. Quare rogamus V. eandem M. D. Ut ſi voluerit tenere hos milites, qui fuerunt hic, cum *Paulo Verhrychanin*; tunc Vra eadem M. D. illos iterum mittere dignetur ad confinia iſta. Et credat V. M. D. quod hic multa ſervitia facere volunt R. Matti; ac V. M. lucrum. Et ſi exierint dicti Thurcæ, ut ſi DEus correſponderit, illos profligari curabimus. Et iſti devaſtârunt bona noſtra, ac D. Petri Keglevich, non fuerunt plures Nro 400. Et eſſent hic præſentes dicti milites noſtri, tunc DEO auxiliante illos profligaremus. Et rogamus V. M. D. ut curam gerere velitis, de hoc miſerrimo Regno, ac de his arcibus, quæ in periculo ſunt. Et eandem D. Vram M. feliciter valere optamus. Datum in arce noſtra *Uyvar* (*a*) Die 22. menſis Octobris, anno D. 1530. Joannes Torquatus, Comes Corbav. ac Regn. Dal. Croat. & Sclav. Banus. mppr,)

(*a*) hoc eſt Savo Ujvar ad oborovo.

XV. Titul. *Initium, ſubſcriptio, par priori.* „ Miſimus ad Vram eandem M. Dotnem, hunc Nobilem *Gaſparum Barthakovich* ſervitorem noſtrum, in certis negotiis noſtris, Vræ eidem M. referendis. Quare rogamus eandem D. V. M. ut dictis & relatibus ejuſdem

Digitized by Google

„ fidem adhybere velitis creditivam ac indubiam ei, & quidquid dixerit ex parte noſtra, tanquam ſi oretenus unà cum Vra D.M. perſonaliter fuiſſemus. Et eandem D.V.M. bene & feliciter valere optamus. Datum in arce noſtra *Medvedvar* fer. 5. proximâ, poſt Feſtum Omnium Sanctorum.

„ XVI. Scripſimus hic litteras Regiæ Matti Domino noſtro gratioſiſſimo; prout a Mgficentia Vra etiam habebamus informationem. Quas rogamus ad curiam ſuæ Mattis dirigi facere vellit, Eadem. Cæterum intelleximus: quomodo *iſte Frater de Czettinio, qui eſt partis ipſius Johannis Wayvodæ, Archiepiſc. Colocenſis & Bathyenſis*, ejus (*a*) propter aliqua negotia, verſus mare proficiſceretur. Ignoramus in qua re? & ipſe per *Kerchko* (*b*) & ad *Sudenicza* (*c*) forte ibit. Quare VræM. hæc, tanquam fidelis Mattis Regiæ, damus ſcire. Hominibus igitur, per vias tales, committat Eadem D. ſcrutare & invigilare ſuper eum. Nos hic ſcrutabimus & invigilabimus ſimiliter. Valete. Ex Caſtro Noſtro *Klokoch*, fer. 2. proximâ poſt Feſtum B. Martini Epiſc. 1530.

(*a*) videmus Joannem Zapolya, non ſolum ſuos Barones habuiſſe, verum hinc Prælatos etiam. Verus autem Archiepiſc. Colocenſis fuerat Franciſcus de Frangepanes. - - (*b*) Kerchko alias Gurſeldum eſt ad Savum in hodierna Carniolia oppidum (*c*) Sztudenicze in Stiria. Hæc loca, fuere jam extra Sclavoniæ jurisdictionem, dum iſthic inquiri, attendendumque inſinuat, per Kathczianerum.

XVII. „ Allatæ ſunt nobis litteræ M. Vræ in Vigilia Nativitatis Domini, quibus perlectis, bene intelleximus. Oramus ſumè & diligenter, vellit & dignaretur Vra Mgficentia ad hanc diætam (*a*) venire, ut pro proſperitate R. Mattis Dni noſtri Clementiſſimi loqueremur. Si autem V.M. venire noluerit, ob, quibuscumque negotiis Regiæ Mattis occupari, rogamus notificet nobis; ſi autem voluerit, oramus feſtinet. Quia Regni ſuæ Mattis *tam Croatiæ*, *tam Sclavoniæ* devaſtationes remonſtrabunt, qualiter ex litteris introcluſis *Croaticè* ſcriptis, V.M.D. intelligere poteſt. Qualiter exercitus Thurcorum deputatus eſt, ad illud pauperrimum dominium, quod habemus *Croatiæ*, ad devaſtandum. Idcirco V.M.D. quantum poſſumus exoramus, ob amorem Altiſſimi, provideat nobis V.M. aliquo parvo ſubſidio; ſi non pluribus, ſed 20. pixidariis, & *uno Somma*, pulveribus. Et Vra M. pro primo debito & pro iſto, ex pecuniis per R. Mattem nobis deputatis ſe ſolvat, in hoc rem gratioſiſſimam & amicabilem nobis Vra M.D. faciet. *Oramus adjuvet Vra Mgficentia, ut in ſervitio Regiæ Mattis, adhuc in illis Confiniis maneremus.* (*b*) Et ut Egreg. D. Eraſmum Capitaneum Bihachienſem ſuper, in *Bihach* mitteret, quia ſua Dtio tenet bonos milites, ſi ſua Dom. præſens non erit, dubitamus, ut ab ipſis ſubſidio caremus. Oramus pro pulvere, ne nos dimittent, ac pixidarys; ſola autem V.M. ſibi ſolutionem accipiat. Quam feliciſſime optamus valere. Ex Caſtro *Noſtro Rakonok*, in Feſto S. Johannis Evang. Anno Dni 1530.

(*a*) Sive Congregationem. - (*b*) videtur in periculo fuiſſe, admittendorum confiniorum. cauſa eruitur ex ſequenti Epiſt.

XVIII. „ Nuper Vræ Mgficentiæ litteras ſcripſeramus. V.M.D. orantes: ut aliquas litteras Noſtras, V.M. miſſas Regiæ Matti ſonantes, & D. *Juriſshyth* mittere dignaretur. Super quibus, a V.M. adhuc reſponſum uon habuimus. Oramus V.M.D. certifices nos, miſitne ipſas Vra M. aut non? Et vultne V.M.D. ipſas mittere? ſi non miſiſſet. Quia Domine & fili! talis fortunæ ſumus, ubicumque ſervimus, infortunium habemus. Ex Curia piæ recordationis Ludovici Regis, æmulorum noſtrorum dictis, expulſi ſumus. Dubitamus quoque, & ex ſervitiis Sereniſſimi Principis & Dni Ferdinandi Regis, & Dni noſtri gratioſiſſimi expellent nos. Audivimus ut quidam æmulorum noſtrorum, ſuæ Matti dixerunt, quod nos aliquam concluſionem, temporibus iſtis, cum Epiſcopo Zagrabienſi haberemus, quod eſſet contra ſuam Mattem. Ipſe novit, qui omnia novit, quod nunquam nec litteris, nec intentione, nec verbo, nec ulla re, nullum tale negotium cum præfato Epiſcopo non habuimus, quod eſſet contra ſuam Mattem, vel honorem noſtrum. Solùm quod nolluimus Regnum devaſtare, nec comburere, qualiter quidam, aliorum. Quin in hoc nullum ſervitium ſuæ Mattis vidimus, Regnum ſuæ Mattis devaſtare & comburere.

„ Cæterum audivimus *D. Ungnadium* & plures; ad nos, ſuæ Matti conqueri. Qualiter nos aliquas *Taxas* ſeu *Dicas illicitas*, (*a*) ſuper Regnum ſuæ Mattis impoſuimus, & ſpolia indignorum fecimus. Liberi ſunt loqui, ſed nihil magni facere nobis poterunt; quia ullam Dicam ſeu taxam, ſuper hunc Regnum ſuæ Mattis, impoſuimus, ſed ipſi ſoli

„ Reg-

(*a*) Dica idem prope, ut alibi Acciſa. differentia hac, quod contribuentium facultates, ut bos, equus &c. dicari dicantur, ita ut a ſingulis facultatibus, & fructibus, certum imponatur, atque inde pro ſingulorum facultatibus. ex dicis pluribus congregatis, contributio ſurgat. - -

Digitized by Google

„ Regnicolæ deputaverant Feſtis Natalitiis, *ut quod eſt intra Colapum & Savam a quolibet jobagione dare habeant.* Ex quibus pecuniis ullus obulus, ad manus noſtras venit; niſi Judices Nobilium, qui extorſerunt ipſam ſumam peccuniæ, quo deputatum fuit diviſerunt. Verum eſt: ut dominium Dni *Ungnady ſub Caſtro Zamobor*, quod nunquam ſe de cæteris iſtis, eliberari & ejici potuit, Caſtellani & cæteri Officiales multoties admoniti, & rerequiſiti per Judices Nobilium, prout conſuetudo Regni tenet, fuerunt. Nihil curæ adhibentes, ſpoliati fuerunt, non cauſa pro mala, ſed pro proſperitate omni illorum. Cæterum quod lamentaverunt, ut nos aliquas illicitas taxas, ſuper Regnum ſuæ Mattis impoſuimus: Sciat V.M.D. quales taxas impoſuimus hoc vere. Dum Congregatio *Varasdini* erat, Dominos & Regnicolas, D. Franciſcus de Batthyan, & nos, ac D. Ludovicus Pekry exoravimus, ut aliquo ſubſidio nobis providerent; quia vidimus ut Regia Mattas pluribus negotiis nobis pro nunc providere non poſſit. Ipſi omnes benevolè, omnibus nobis tribus, ſecundum antiquum Regeſtrum, de *quolibet Fumo* (*b*) per unum florenum promiſerunt. De qua taxa ut videbit rationes, vix 600. flor. extorquere ſinit, ad omnium Trium partem. Quia ex ipſa, dati ſunt Oratoribus, flor. bis centum pro expenſis. Omnia autem dominia *Hamponis*, nec *Johannis Thoroczy*, nec *Pogan Peter*, nec *Thomas Pehzlui*, nec *Paulus Ratkay*, nec *Stephanus de Gjula*. nec *Franciſcus de Stumberg*, nullus iſtorum Magnatum, nil dederunt. Nunc Dne & Fili, videat Vra M. D. hæc querimonia ſuper nos, ſuæ Matti acta, ſunt digna aut non? Hoc Vræ M. D. tanquam domino filio, & amico confidentiſſimo conquærimus; & Vram M. D. oramus, ſi eadem, prius nobis, ſuam Mattem aſcendat; & ſi aliqua contra nos dicent, ut V.M.D. poſſit reſpondere.

„ Cæterum V.M.D. exoramus: certificet V. M. D. nos, appropinquabitne ſua Mattas, ubicumque locorum huc propicius? quia ad excuſandum ſe, ſuæ Matti ibimus. Utinam iſti æmuli noſtri, illuc coram eſſent! videbit Vra M. ut nil nobis facere poterunt: & ſperamus ut ſua Mattas omni verbo, emulorum noſtrorum, credulitatem non adhibebit. Poſt autem ſua Mattas, nobis, pro aliquibus induciis unius anni cum *Johanne de Zapolya* fuſius ſcribit. Neſcimus Vræ M. ſcripſit ne, aut non? ſed pro Turcis nobis nil ſua Mattas ſcribit. Vra M.D. novit; eſtne & cum Turcis pax, pro hoc anno, aut non? Quia nobis quotidie *nova* veniunt; ut exercitus eſt congregatus, cum totis paramentis, ad expugnandum caſtra. Sed ignoramus, quo ſe moverit? Et V.M.D. feliciter valere optamus. Ex Caſtro noſtro *Novigrad*, Sabatho proximo poſt Feſtum Corporis Chriſti. 1531. Joannes Torquatus Comes Corbavie ac Banus m.p. „ Titulus, Sigillum ut in prioribus. Paulo poſt obiit Torquatus, uti ſupra ex 3. Reſcripto Ferdinandi.

(*b*) Quod Ungaris porta, hoc in Sclavonia, fumus eſt. Mallumus voce hac uti, ob pauperes. Indicatur que per Fumum, domus illas dicari. quæ propter familiam, fumum ſeu culinam domi ſervant. Illos autem, qui victum quærere debent, dicandos non eſſe, ob æquitatem.

Petri Kruſſich Comitis & Capitanei Cliſſæ & Lupoglav.

Sigillum idem in his tribus epiſtolis. nempe: *vulpes* proſtrata, & conculcata pedibus *Aquilæ* alas extenſas habentis, ſupra obeliſci, dein parte ſuperiore, in medio P.K. Titulus: *Magnifico ac Potentiſſimo Dno Johanni Cocianer, Summo Capitaneo Regnorum Dalmatiæ, Croatiæ, & Carniole &c. &c.*

„ Magnifice Dne Capitanee. Novit Dominatio Vra, qualiter locutus fui vobiſcum, per commiſſionem Mattis Regiæ. Et ſperabam abere ſubſidium, huic miſerrimo arci. Et per ſervitia mea! & Servorum meorum! (*a*) & a Dtione Vra nichil habui. Ego autem liberavi ſe ab arce, coram Matte Regia, quod amplius nunquam in arcem intrabo, in hac arce, & non intrarem. Sed audivi quod obſeſſa eſt arx; & conſiderans fidelitatem; & quod non pereat arx Mattis Regiæ, quidquid abui in domo mea, collegi; & intravi in arcem. Sed in magna tribulatione, & moleſtia ſum a Servis meis, non abens eis quod dare pro ſervitia ſua eorum vetera, & hæc nova. Nec volunt me dimittere. Et ſi eos ſic derelinquam, omnes exibunt. Dicunt: jam amplius non valemus, nec volumus in vanum ſervire; dicendo: A Matte Regia, neque ſubſidium, neque ſolutionem abemus per ſervitia noſtra fideliſſima. Ideo Dne Grme, deſtinetis homines & bombardas, & alia neceſſaria in arcem; quia duo Baſſæ ſunt præparati in obſidionem iſtius arci. Jam ſunt bombardæ poſitæ ſuper curos & boves; præſcripti qui volunt eas ducere, niſi eſt confuſio inter eos. Ideo neſcimus unus aut amboduo venient oppugnare nos. Etiam iſti miſeri Cives volunt omnes diſcedere, & diſpergere ab arce. Dicunt ex quo Mattas Regia nos occupavit (*b*) nullam proviſionem,

(*a*) Banderia ſua deſignare creditur, nomine Servorum ſuorum. - - (*b*) Si occupati fuere Cliſſenſes a Ferdinando, hæc occupatio e Papæ manibus evenit, dum ut p. 315, relatio de Cliſſa Papæ facta fuerat, 1524.

Digitized by Google

„ neque ſubſidium abuimus ab eo, ſicut promiſſa eſt nobis Mattas ſua. Et quidquid ſeminave-
„ rant, in agro veniens Turci contererunt, & combuſſerunt omnia. Tunc eis promiſerunt da-
„ re tributum, ut diſcedant ab arce, & hoc modo eos levaverunt. Ideo Magf. Dne, miſerunt
„ ad vos Nuncium eorum Nobilem Gaſparum. Sunt commendati D. Vræ: dignare Domine
„ providere. Qualiter poſſunt hi vivere? alioquin omnes volunt diſcedere, & diſpergere ab
„ arce. *Et arx peribit ſicut in aliis locis.* Ego autem miſeram ſervum meum, ad D. V.
„ ſicut mihi dixit D. V, qui iterum non venit. Ideo D. V. cito deſtinatis homines, bombardas,
„ & alia neceſſaria in arce, quod poſſumus liberi exſpectare inimicum, & arcem relinquere ſe-
„ curè; quia placeret Turcis me claudere in arce: & mihi placeret eſſe cum D. V. Sed vacuam
„ arcem! valeo, valete. Petrus Kruſſich Capitaneus Cliſſienſis m. pp.)

Illud: *Dalmatiæ Summo Capitaneo*, ſcribi non poterat, ſi in Dalmatia nil fuiſſet Ferdinando. Cæterum In relata epiſtola, nec annus, nec dies ponitur. *Cliſſæ* fuiſſe ſcriptam, apparet. Prouti etiam Kruſſichium, magis fuiſſe ſolicitum de ſervanda arce; quàm Grammatica, vel Syntaxi.

2. Lacerata pars tituli eſt, ut ignorem ad quem ſcripta fuerit. continet internè hæc:
(„ Proximè tranſactis diebus miſeramus familiarem noſtrum, ad M. & Clariſſ. D. Johan-
„ nem Coczianer Capitaneum Generalem Regiæ Mattis, ut neceſſitati illius Caſtri ſuæ Mattis
„ Cliſſy, in confinibus Turcarum, & in maximo periculo poſiti, providere dignaretur cum
„ rebus, ipſo caſtro neceſſariis; victu, frugibus, pecuniis, pulveribus, ac aliis rebus &c. Qui
„ quidem Magf. D. Capitaneus dixit: ſe libenter proviſurum. Et ut intelleximus, quod ſua
„ Mgficentia abeſt; & Caſtrum illud eſt in periculo maximo; ideo V. M. præſentibus duxi-
„ mus rogandam: quatenus neceſſitati dicti Caſtri, providere ipſa dignetur. Vel ſi præfatus
„ D. Mgf. Capitaneus, alicui alteri commiſit providendum, ne illud Caſtrum pereat, amore
„ DEI: vel ſi etiam ſua Mattas commiſit aut ordinavit aliquam ſummam frugum *Piſini* exi-
„ ſtentium dare & mittere illi Caſtro, nunc eſſet utile mittendum. Et quidquid in ipſa expe-
„ ditione dicti Caſtri M. V. eſſet factura; vel aliquis alter, amore DEI faciatis cito, quia peri-
„ culum eſt in mora, & inimicus homo non dormit. Nec aliud, niſi me ac dictum Caſtrum,
„ iterum atque iterum commendo. Et benevaleat M. V. *Ex Lupoglavo, Die 8. Decembris*
„ *1530. Petrus Kruſſich Comes Cliſſy, & Lupoglavo cum omnibus.*)

3. *Magnifico & Generoſo Dno N. Vice-Capitaneo Labacenſi, & Carniole digniſſimo, ſuo tanquam Dno & amico Obſdſſimo.*
(„ Magnifice ac Generoſe Dne ſalutem & mei commendationem. Ex relatione quorundam
„ accepimus, quod Mgf. & Clariſſ. D. Johannes Caczianer abeſt, ad quem proxime tranſactis
„ diebus miſeramus ut neceſſitati illius Caſtri Sereniſſ. Regiæ Mattis, Dni noſtri Gratioſiſſimi,
„ Cliſſy; ſua Mgficentia cum frugibus, pecuniis, pulveribus, ac rebus aliis providere digna-
„ retur. Quæ ſua M. dixit ſe factura & proviſura. Ideo M. V. præſentibus rogamus, ut per
„ veſtras nobis notificare vellitis: Si præfatus D. Capitaneus, vobis, aut alicui alteri commiſit
„ providendum neceſſitati dicti Caſtri. Quoniam dictum Caſtrum male eſt diſpoſitum, & ca-
„ ret omnium rerum pro defenſione, neceſſarium. Præterea rogamus ipſam, ut ipſa, per ſuas
„ nobis notificare dignetur novitates præſentes, ubi pro nunc eſt, prælibata SSma Majeſtas
„ Regia? & quid fit de Buda? Et ſi cito exſpectamus adventum, præfati Magf. Dni Capita-
„ nei veſtri; quoniam multa cum ſua Magf. ſunt mihi agenda & conferenda, pro fidelitate
„ SSmæ Regiæ Mattis. Cæterum M. D. & amice Obſde, hic noſter familiaris vult ex mea par-
„ te loqui, cum ipſo captivo *Covacevich*; cui, rogamus ipſam, velit ipſi dare licentiam allo-
„ quendi ipſum, quia multa mihi fecit bona ipſe *Covachevich*, *cum fuerim in captivitate*
„ *Turcarum*. Nec aliud, niſi ut M. V. bene valeat. *Ex Lupoglavo* die 8. Decemb. 1530. Pe-
„ trus Cruſſich Comes Cliſſy, ſervitor cum omnibus.)

Capituli, & Civitatis Segnienſis.

Titul. in utraque: *Magfico & Generoſo Dno Johanni Coczianer Equiti Aurato, nec non Capitaneo Provinciali Carniole, ſupremoque Stiriæ, Carinthiæ &c. & ejuſdem Carniole Exercitatori digſſimo, Domino nobis Obſdmo.* Sigillum diſtinctè, in neutra cognoſcitur.

1. *Capituli.* „ (Magf. & Generoſe Dne nobis Obſdme, poſt debitam ſervitiorum noſtro-
„ rum commendationem. Compulſi urgentiſſimis neceſſitatibus, Rd. Dn. Archidiaconum no-
„ ſtrum, præſentium exhibitorem, ad Magf. Vram mittimus, non nulla de noſtris calamita-
„ tibus deque tribulationibus expoſiturum Magf. Vræ. Cui, humiliter ſupplicamus, ipſum
„ benignè M. Vra exaudire dignetur, verbiſque ſuis fidem adhibere, ac ſi noſmet ipſi, perſo-
„ naliter coram M. Vra interfuiſſemus. Cui ſeſe Nos, & ſervitia noſtra commendamus, atque
„ orationes offerimus. Datum Segniæ, die 21. Menſis Junii, M. D. XXXI. Magf. Vræ, ſer-
„ vitores & Capellani Capitulum Eccl. Segnienſis.)

Digitized by Google

2. *Civitatis Segnienſis.* „ Magnifice (ut in priore) „ Sepe & ſepius miſerias & cala-
„ mitates noſtras, quibus nos pauperi Cives, propter Thurcarum metum conſtituti ſumus,
„ M. Vræ ſignificavimus, opportunum ad id poſtulando auxilium, quod quidem uſque ad
„ hæc tempora, minime habuimus. Hoſtis autem paſſim vagatur, nihilque aliud ſtudet, niſi
„ ut nos hauriret, prout nuperrimè nobis à fidedignis perſonis, amicis nobis, relatum eſt: il-
„ lum exercitum qui *ſub Cliſſio* adunatus fuit, contra conſtruendi caſtrum, ad obſidionem
„ hujus Civitatis, tam per mare, quam per terram procul dubio venturum eſſe. Nos autem
„ pauperi Cives, qui ferè omnem ſpem amiſimus, congregati conſtitutique coram Magf. D.
„ noſtro Capitaneo, omnes unanimiter & concorditer ab eo licentiam diſcedendi ab hac Civi-
„ tate accepimus, quemadmodum & a Mficentia Vra, per nuncium noſtrum Dn. *Hierony-*
„ *mum* de Blaſiolis, ultimatè ad M. Vram, per nos miſſum; quia nos non ſumus idonei tales
„ tantosque hoſtiles impetus ſuſtinere. Proinde præſentes noſtras M. Vræ duximus exaran-
„ das, notificando eidem ut provideat huic Civitati, ne ex ea emergat aliquod damnum Sere-
„ niſſ. Regi Dno noſtro Gratioſiſſimo, & toti Chriſtianitati, nullamque in nobis ſpem habeat.
„ Quia ſciat M. Vra pro certo nos, niſi ante hoſtium adventum a Mag. Vra aliquod ſubſidium
„ habuerimus, totaliter & omni dubio procul ex hac Civitate receſſuros eſſe; præſentesque
„ noſtras, pro noſtra ſuperinde expeditione & cautione Mag. Vræ ſcribendas duximus. Ut
„ coram DEO & hominibus adhibeant teſtimonium. Nec alia. Valeat diu felix Mgf. Vra,
„ ad cujus vota & ſervitia ſeſe humiliter commendantes. Segniæ Die 16. Julii An. Dni 1531.
„ Magf. Vræ: Servitores, Judices ordinarii, & tota Univerſitas Civitatis Segniæ.

Cauſa ejusmodi Segnienſium epiſtolæ, promanavit facile ex Capitaneorum avaritia, quam teſtatur Ferdinandi decretum, anno 1528. in Feſto Epiphaniæ expeditum, *ſe dum Segnienſes ſoli, ſive Capitaneorum ſervitoribus, contra Turcam exeunt, & cum præda redeunt, Capitaneis ipſorum partem prædæ dare* non *teneantur.* Quod nolentibus obſervare Capitaneis, ipſi, diſcedendi veniam poſtulârunt.

Bihachienſium.

Sigilla 4. minora tria perſpicuè diſtingui nequeunt; in Majore, Icon B. V. Mariæ, JEſum in ulnis exhibens. Titulus: *Spectabili & Magnifico Dno, Dno Johan. Koczianer ſupremo Capitaneo Provinciali Carniolæ &c. Dno nobis ſemper in omnibus Gratioſiſſimo.*

„ Spect. & Magfice Dne, Dne nobis gratioſe. Noſtri commendatione præmiſſa, tanquam
„ Domino. Recordetur V. M. D. qualiter Regia Mattas, Dnus noſter gratioſiſſimus, ad in-
„ ſtantiam ſupplicantium, *Dudich*, ac aliorum Oratorum noſtræ Civitatis oretenus, cum eſ-
„ ſent *Pragæ* conſtituti; noſtram Civitatem, ac omnes ejuſdem neceſſitates, comendaverat V.
„ M. D. Eademque decretum commendationis ſuſcepiſtis. Nec nos, hucuſque potuimus con-
„ queri contra V. M. D. Quin eadem nobis, ut nunquam providiſſetis. Nihilominus ſciat V.
„ D. nobis fore ſignificatum medio exploratorum, quos vulgo *Prebegi* vocamus: qualiter
„ hys brevibus diebus, magnus Thurcarum exercitus equitum & peditum, cum machinis &
„ aliis ad expugnandum apparamentis, eſt exiturus. Etjam dictarum machinarum pars eſt
„ conducta ad *Beelgradum* infra mox, quod non diſtat a noſtra Civitate, niſi ut eſt verum,
„ per unam dietam naturalem. Hic autem ſumme in malo ordine. Sed Capitaneus noſter ab-
„ eſt: Pixidariorum omnium nullus eſt nobiſcum: munitionum & victualium magna inopia:
„ ac præcipue in Caſtellis Regiæ Mattis. Nobis vero palam dicit Præfectus exercitus, non
„ modo ad nos expugnandos, & rapax; eſſe venturum. Quod ſi nos narraremus V. M. D.
„ noſtram inopiam, & præcipue horum neceſſariorum pro noſtra defenſione ſi opus erit. Hæc
„ Vræ Magf. palam eſt, cum ſepius hac in noſtra Civitate fuiſtis præſens, & oculis propriis
„ intuiti eſtis; & melius quam nos conſiderare poteſtis, periculum noſtrum, & omnium in
„ circuitu Regnorum, amiſſa hac Civitate. Unde rogamus V. M. D. intuitu DEI Omnipoten-
„ tis, & Fidei Chriſtianæ, cujus cultor ſemper ſtrenuus fuiſtis; ac etiam intuitu officii veſtri,
„ cum ſitis ſupremus Regiæ Mattis, Dni noſtri gratioſiſſimi Capitaneus & Locumtenens; ac
„ etiam intuitu prædeclaratorum tot malorum, ex hac improviſione ſequentium: quatenus
„ V. M. D. bonarum pixidum ferrearum, prout univerſarum munitionum, Magiſtri magna-
„ rum bombardarum, omni mora poſtpoſita, nobis providere dignemini, quia eſt periculum
„ in mora. Nam bene ſcit M. V. quod obſeſſa Civitate vix ei poterit ſubveniri. Et quid peri-
„ culi eſt? etiam hi pauci equites, quos D. noſter Capitaneus, hic tenuit, præ inopia ſalarii &
„ victus, pro majori parte abhinc receſſère. Cæteri qui nondum receſſère, recedent. Quod
„ ſi V. M. D. hys providere neglexerit; ex tunc coram DEO, & Regia Majeſtate proteſtamur,
„ nos fore paratos mori, pro cultu veræ fidei, & fidelitate Regiæ Mattis dummodo habueri-
„ mus ſubſidium & proviſionem. Alioquin nobis cogitandum eſt, ne cogamur diſtrahi, ven-
„ di more pecudum, nos, uxores, & liberi noſtri. Cui Vræ M. D. nos in hys, & in omnibus

Digitized by Google

„ ſumè comendamus. Cætera hys, præſentium lator Nobilis *Antonius Andriewych* Vræ „ narrabit Magſicentiæ, cui jus creditivum exhibere dignetur, tanquam ex noſtro ore proprio „ prolata. *Ex Bihgach*, Dominica in Ramis Palmarum. 1531. E.V.M. *Servitores: Petrus Rebrowych Vice-Capitaneus, Presbyter Marcus Plebanus. Fr. Thomas Prior. Fr. Anthonius Gvardianus. Bihachenſes. Tota Communitas Civitatis ejusdem.*

2. Sigillo caret. omiſſoque exordio „(Bene conſtat Vræ Magtiæ, quomodo pridie miſe„ ramus erga V.M. cum *Paulo Myly* ſocium noſtrum, videlicet *Thomam Thynanin* pro „ ſervitiis noſtris, quæ fecimus Regiæ Matti & V.M. cum omnibus aliis reſiduis ſervitoribus „ Regiæ Mattis. Eapropter Dne gratioſe! cito accedet ad V.M. idem Paulus Myly ſervitor „ V.M. qui ut ſit in omnibus recomendatus VM. Et per eundem dignetur V.M. tranſmittere „ illum unum florenum, illis duobus hominibus, qui longè & remotius fecerunt cuſtodiam „ ab incurſione Thurcarum, prout V.M. Capitaneus declaravit. Inſuper Dne gratioſe. Miſe„ rat nobis V.M. per prædictum *Paulum Myly* floren. 32. (tamen nullius valoris) quam pe„ cuniam hic inter nos nollunt accipere, per ullam viam mundi. Igitur Dne gratioſe! dig„ netur V.M. nobis mittere, de meliori pecunia & moneta, quia hic pro ipſis nil poſſumus ha„ bere, neque nihil, nobis pro eisdem dabunt. Nos vero ſumus pauperes, quidquid pro pe„ cuniis non comparamus, nihil habemus. Ideo dixerat V.M. Criſatario ut nobis daret ad u„ num menſem pecunias, quod nos ſervivimus. Petimus V.M. ut nobis eosdem tranſmitteret. „ Quia ſi non eosdem habuerimus, a prædicto Mylo Paulo, habebimus. Et bene valere opta„ mus V.M. *Ex Bihach* in Feſto Reſurrectionis Domini 1531. Et per prædictum Paulum „ Myly ad omnia humillimam expectamus relationem. *Thomas de Thynynio, Anthonius, Paulus Zlachych. Michael Thynyanin. Lucas Munya. Joannes Boban. Johannes Bakſych & Marcus Trupchych, ſervitores Vræ M.*)

3. Sigillum fractum. Reliqua ut in prima. „(Noverit Vra M. quod quidam Valahy „ Turcorum, qui comoraverunt in *Zerb*, & in *Unatz*, & in *Slamoch*, exierunt cum familia „ ſua, una cum rebus, quas potuerunt una cum ipſis exportare. Et hæc eſt nunc fortuna Re„ giæ Mattis, & Vræ M. Ante quos eſt filius *Ladislai Ztypkovyth* Vaivodæ de Slamoch, qui „ rectè ivit erga V. M. & cum eodem plures Harambaſſæ & milites, qui cum hujusmodi „ non remanſerunt; ſimiles in illis Provinciis, ſicuti iſti qui exierunt. Pro quibus nos om„ nes humiliter rogamus Vram M. ut dignetur V.M. uno bono modo ad eosdem dignemini „ providere gratioſe. Quia ſi ad prædictos Valahos Vra M. gratioſe providerit, plures & plu„ res ex parte ipſorum, ad ſervitia Regiæ Mattis, & V.M. venient, & exient ad neceſſaria hu„ jus Regni, quia ſunt homines de valore. Et poſtquam exierunt cum voluntate DEI Om„ nipotentis, & cum fortuna Regiæ Mattis, & Vr. M. tertia die, exercitum Thurcorum no„ mine *Chetam*, ante Bihachium debellare & depopulare fecimus. Scimus tamen quod aliqui „ dicent V.M. quod exiviſſent huc ad aliquam deceptionem huic Regno. Nos tamen obliga„ mus cum capitibus Vræ Magf. quod non exierunt ad nullam deceptionem, niſi ad mera ſer„ vitia Regiæ Mattis, & Vræ M. & ad utilitatem huic Regno. Et inſuper humiliter rogamus „ V.M. quatenus dictos Valahos Vra M. pro aliis dominiis mittere non faciatis, de ſervitiis Re„ giæ Mattis & Vræ M. quia ſine adjutorio Regiæ Mattis & Vræ M. nullo modo poſſunt eſſe „ & vivere. Ex Byhichiò in Die Aſcenſionis Sanctæ Crucis 1530. *Paulus Rebrowyth, cum univerſis Nobilibus de Bihach. Plebanus cum univerſo Clero, Vice-Judex cum univerſa Civitate.* Vræ Magnificentiæ recomendati.)

4. *Petri Rebrovich.* In Sigillo: Annunciatio B.V.M. Titulus: *Spectabili ac Magfico Dno, Dno Johanni Koczian Supremo Capitaneo Regiæ Mattis ac Carniole, & Carinthie, Dno meo gratioſo.*

(„ Spect. ac Magnifice Dne, Dne mi gratioſe. Poſt humillimorum ſervitiorum meorum, „ debitaque obedientia, cum promptitudine famulatus. Accepi litteras a Vra M., & intelle„ xi quod mihi ſcribit Vra M. pro iſtis vulgo *Prebegi* dictis. In quibus inimici mei falſè in„ ſtigaverunt V. M. qui neſciunt, quid facta ſunt, confinibus. Verum eſt meliores *Prebegos* „ dictos, miſi intus; & res ſuas & bona ſua intro poſuerunt: & multa expoſui de bonis meis „ propter amorem & honorem Domini mei. Et quidam inſtigaverunt Vram M. quod prædi„ cti Prebegi *cutellos* exciperent. Ad fidem meam, quod neque *cutellum*, neque ullam ar„ mam exceperunt, neque nullam diminutionem huic Civitati non fecerunt. Excipiendo, „ Dne gratioſe, Tuus famulus Jacobus, quidem fecerat controverſias in campo, cum *Bonylatz* eſſet in ebrietate, & cum duobus Prebegis. Noverit autem Vra M. quod ego ſciam cu„ ſtodire honores Dni mei, & Vræ M; & hujus Civitatis, non eſſendo extranea potentia. Jam „ cum ſcio quod ſervitia mea non ſunt accepta, apud Vram M. Sed non credat Vra M. men„ daciis ad me, rectum. Cæterum venerunt huc Prebegi duo, cum equis; & inhibuit dictos

„ Pre-

Digitized by Google

„ Prebegos Mficus D. *Johannes Torquatus Banus*, tam ipſos, quam equos ipſorum, & bo-
„ na ipſorum. Ipſi autem dicunt unanimiter voce, quod vadunt ad Vram M. & miſi eos ad
„ Vram M. vellit loquere Vra M. cum eisdem. *Ex Bihach* fer. 6. proxima poſt Feſtum Vi-
„ ſitationis B. M. V. glorioſæ. 1531. Petrus Rebrovyth Vice-Capitaneus Bihachienſis.)

5. *Pauli Myly*. In ſigillo annulari, Caput. Titulus, exordium, ut in priore. „(Bene
„ conſtat Vræ M. quod ego de iſta cuſtodia meorum, nullas ſum auſus ire. Igitur ſi aliquid
„ vult V. M. transmittere de pecuniis, iſtis cuſtodibus, transmittatis: quid fuiſſet decem cu-
„ ſtodibus ad duos menſes ad minus. Quia ego nullas ſum auſus recedere de prædicta cu-
„ ſtodia, ne aliquod ſcandalum intervenisſet. Et ſi Vra M. aliquid mihi vultis transmittere,
„ per hunc Georgium Judicem mihi transmittatis; quia jam duos cuſtodes de prædictis Tur-
„ cis ſunt abducti. Et bene valeat Vra M. Ex Byhagh, in Feſto Apparitionis B. Michaelis
„ Archangeli 1531. *Paulus Mily* in Bihagh ſervitor Vræ M.)

Particularium aliorum.

Nicolai Bernardi Pomazanich. Sigillum, ſed non dignoſcitur. Titulus: *Magnifico Dno, Dno Ivanes Caziagner, digmo Chapitanio ad victor. Regiæ Mattis, in Labaco Dno D. me gracioſo, hanc dedit mu. propr. Mgfico Dno, Dno Nicolao Jurishy, pater meo gracioſo dedit man. ppria. dedit vel Nicollao, vel Iwanes in Labaco cito cito.*

„ Ihs Maria. Salutem Dno, Dno Ivanes Chaeignar dingmo Chapitanio i glubaana. Sa-
„ lutem Dno Dno Nicollao Jurishy, pater meo honorandiſſimo. Jo Bernardin Pomazanichy,
„ Servitor dela Ree Maeſtà & &c. Sapiate che io ſum ſtato cum voy in Conſtantinopuli, & in
„ Drinopuli. Et che Sapiate che io ancora ſum reſtado indrio de Voy in Drinopoli, zorni qua-
„ trodeſi, per intender la andata del Turcho che via abia piglar. Et infinatanto che Turcho
„ è vegnuto in Drinopuli de Meſe Zenaro, nove. Ibrain Baſſà, e Zonto, in Zurli, à dy Ze-
„ naro, Zorni 12. E l'altro Zorni quatrodiſi de Zenaro ſe partido fora del porto de Con-
„ ſtantinopuli gale trenta, per la via del arcipelago. Se mormora molte paroli, una ſie veri
„ tà cuſi come ſia Dio in celo tigneſe forte. Et io avixo voy, che poco e mançado, che io non
„ ſum ſtato piglado de Turchy, ſe li Raguſei dapo me volt un negar. E vegnando quì, per
„ una cauſa, che io trovado lory, che ſonno gran traditori della Mtta de Re, & io trovado
„ lori in fato che non pol denigar per niſun via. Et io non vogo più andar piglar la gata in
„ quella parte del là. E che ſapete ben, che io abia altre multe nova, lo tare, che vanno al-
„ la Mtta del Re, deli amici noſtry, li quali noy avemo in quella parte de là, che voi ſapete
„ anche ben. Et io ſum adeſo in Fiumme cenza denaro. Fate ordinar al Capitanio, che mi
„ paricha, qual che poco del denaro, che io poſſa andar in fina la Maeſtà del Re. Et ex Ca-
„ nal me aricomando in mar, dela Signoria Vra. A dy 24. Febraro 1531. Io Nicollo & Ber-
„ nardi Pomazanichy, ſcriſſi cum mia man' propria.

Epiſtola prodit, Nicolaum *exploratorem* egiſſe. Dialecto & Ortographia Veneta, plurimum utitur. Innuit a Nicolao Juriſſich Conſtantinopoli ac Drinopoli ſe relictum, ad explorandos Turcarum motus. Raguſeos graviter accuſat, eſſe nempe traditores Regum. Reſidua Matti Regiæ a ſe reſſerenda, ait.

2. Eſt: *Petri Unrini Juſtinopolitani*, Juſtinopoli 6. Menſis Martii 1531. exarata, Verum cum nullas eruditas doctasque notitias contineat, at piſces quosdam Cathianerô miſſos innuat, eam omittimus. Cathianerus familiarius *Unrinum* habuerit, dum iſte petit ſibi de motibus Thurcarum ſignificari. Prætereaque jocari videatur cum eodem.

3. *Mariæ Hieronymi de Zara conſortis eſt*, die 9. Julii 1531. exarata, ex *Buccaro*, quâ ſe excuſat pro comparendo ad præfixum terminum, dandarum rationum de adminiſtratione Caſtelli *Buccar*, ob mariti ſui abſentiam.

4. *Petri Mikulich.* Sigillum non diſtinguitur. Titulus: qui in aliis, ſupra relatis.
„ Scio V. M. non tradidiſſe oblivioni, expoſitam ſupplicationem quam feci Laybaci, cum D.
„ Bolphango Comite Brignenſi de ruina calamitate ac miſeria Dominii & Caſtri Therzacien-
„ ſis. Quod Vra M. intelligens contulerat mihi per litteras ad Capitaneum *Charſaner* & cæ-
„ teros, quod adirem dictum Dominum, ei invigilaturus ſemper, tunc, cum loco ſtipendii meo-
„ rum 4. equitum. Unde altera die in muſtra non afui; propter hoc locô & ſtipendio priva-
„ tus ſum. Quare humiliter Vræ M. ſupplico: dignemini me tenere in eo, quo pollicita eſt
„ V. M. ſtipendio. Ego profecto ita ſum in ſervitiis Regiæ Mattis, ac ſi præſens adeſſem. Nam
„ omnia nova, quæ ex Thurchia percipere potui, dictis Capitaneis nova feci. Ego etiam Dne,
„ nunquam addidiſſem hunc Caſtrum, niſi eſſet voluntas & licentia Vræ M. Cui me comendo
„ & trado. Therzacy in Vigilia Laurentii 1530. Vræ M. Servitor Petrus Michulich.

5. *Jerdini Horvath de Klys, Gubernatoris Thopuſzkenſis.* Sigillum *J. K.* infra inſignia Keglevichiorum. *Titulus: Generoſo ac Magnifico Domino Johanni Cathyaner E-*

Digitized by Google

quiti aurato, nec non Supremo Capitaneo R. Mattis Stiriæ, Carinthiæ & Carniole. Dno nobis plurimum obſdo. Eo abſente Locumtenenti ſuo, vobis Chriſtophoro de Purkſtall.

„ Generoſe ac Magnifice Dne, Dne mihi Obſdſme, poſt ſervitiorum meorum humillimam „ comendationem. Noverit D. Vra Mfica hunc Egreg. D. *Caſparum Kryſanych* conſangui- „ neum meum, curſorem ſcilicet præſentium, in multis & arduis negotiis meis, per eum D. „ Vræ M. referendis, ad eandem miſiſſe. Rogo igitur D. V. M. quatenus dictis & relatibus e- „ juſdem, fidem creditivam adhibere: & ulterioris mei ſervitii ob reſpectum, exequi etiam ve- „ litis & dignemini. Reliquum eſt D. V. M. feliciſſime valere opto. Cui mea obſequia iterum „ comendo. Ex Caſtro Thopozka, feria quinta proxima, ante Feſtum B. Galli Confeſſ. Anno „ Dni 1531. Servitor Jerdinus Horvath de Klyz, Gubernator Abbatiæ de Thopozka. (*a*)

(*a*) *Abbatia de* Toplica *olim dicta, ab Andrea II. baſilicè fundata, & Ciſtercienſibus tradita, ſucceſſivè per varia legata, donationes, inſcriptiones, emptiones crevit. Abbas ex ordine ultimus fuit* Thomas, *ab anno circiter 1492.* Petrus Beriſzlavich *Banus, hanc in parte oppignoravit; in parte Zrinii occupaverant.* Andreas Tuſzkanich *electus Eppus Tininienſis 1523. hujus, partem obtinuerat. Ejectus, iterum reſtitutus. ſub Titulo* Topuſſkenſis, *poſtquam Franciſco Keglevichiô obtigiſſet, aut ab eo fuiſſet occupata, Gubernator hujus erat fatus Jerdinus. Demum ad Eppos Zagrabienſes eſt devoluta. Hujus Abbatiæ hiſtoria, lumen magnum eruditumque ſuppeditabit, harum partium, ſi quis eam eſſet ſcripturus.*

Ex deſcriptis epiſtolis, doctus perſpicaxque lector, lumen magnum habet, colligereque perfacile poteſt, quæ gubernationis ratio, ſub Ferdinando Croatiæ extiterit? quæ Caſtra? Caſtella item, tenuerit Ferdinandus? Hodie ex memoratis pleraque, in Turcarum ſunt poteſtate. Everſa ruinataque plurima ſunt, ut quorundam, tutè nec locum deſignabis. Sane litteræ hæ, cumprimis demonſtrant, in hac quoque periodo nova, *Croatiam*, a *Sclavonia* eſſe diſtinguendam, diſtinctamque omnino fuiſſe, quod ſuperius identidem monuimus. *Cliſſam* Ferdinando paruiſſe docent, dictaque a nobis ſuperius mirificè confirmant.

Cum porro ceſſa fuerit ſub Ludovico Rege, Dalmatia Croatiaque Ferdinando, haud autem Sclavonia, ut ab olim atque perpetuo, pars Hungariæ Regni; quamvis varias diverſasque habens (uti ſuperiora teſtarentur) epochas, quid ſub *Croatiæ* nomenclatura ceſſum fuerat Ferdinando? ob defectum Scriptorum, conſtitui nequit. Ex relatis nihilominus litteris, cæteriſque litterarum variarum documentis arguimus, Segniam, Likam, Corbaviam, ac abinde, ad *Unnam* uſque amnem, cum *Repycs*, *Zokol*, *Bihach*, (quæ reſpectu Zagrabiæ) trans Vunnam eſſent; quin ad Colapim uſque, ob *Krupam*, & Novi, Ferdinando quævis ceſſa fuiſſe ita ut *Colapis* ætate hac, Croatiam a Sclavonia diſtingueret, finiretque ad Terſactum fluviô *Rechina*, alias etiam vocato *Fiumera.* Profectô Sclavoniæ Status, ſucceſſivè, dum quædam Croaticarum illarum partium, Sclavoniæ data fuêre, partes illas *trans Colapianas* vocarunt. Adverſus hæc, argui poſſet ex documentis Thopuſzkenſibus, quædam trans Colapiana, penes Ludovicum fuiſſe relicta, & Sclavoniæ adjecta: Enimvero in extractu monumentorum fatæ Abbatiæ legô: *1524. Relatio Capli Zagrabien. Ludovico Regi facta ſuper executione certorum prædiorum pro parte Andreæ Abbatis Topuſzkenſis;* ſed præterquam, quod ignorem quæ illa fuêre prædia? & an non fuerint cis Colapiana, dum Abbatiæ illius, olim major fuit latitudo; idem habet extractus: *Relatoriæ Cap. Zagr. Perſonali Præſentiæ Regiæ Mattis, in facto Prædiorum ſuperioris & inferioris Liztove, Bukovo, Perakovczi, Hahovo, Verhovcz, & Duracz, dum eadem idem Caplm Abbati, juxta judiciariam deliberationem, exequi, reambulare & ſtatuere voluiſſent, repulſionis: per homines & Servitores Stephani Comitis de Blagay Anno 1525.* Ferdinandus dein in anno 1529. mandat Joanni Torquato Bano, ut poſſeſſiones *Liztova*, & *Hahov* per Comitem Blagay occupatas, Abbati reſtituat, & eundem defendat. Ut horum conſideratione, tanto credibilius videantur quævis trans Colapiana, Ferdinando ceſſa, quod Andreas Tuſzkanich Eppus Tininienſis, Ferdinando adhæſiſſe, ex ſuperioribus reſcriptis demonſtretur.

Intellexi a quibusdam dubitari, imô legi etiam litem Iſthvanffio motam, de memorata Croatiæ ceſſione, *in hæreditatem* plane. Dubii motiva repetunt: 1. Quod Capitaneus Segnienſis Orlovich ad *Mohacs* occubuiſſe legatur. 2. Quod Chriſtophorus Frangepanes, partium extiterit Joannis de Zapolya. Hinc damnant Iſthvanffium adulationis, qui ſub Rudolpho ac Mathia II. ſcribens hiſtoriam, in gratiam Ferdinandi Archiducis, *ceſſionem Croatiæ in hæreditatem plane* iniquè ſomniavit. Verum accuſationes ejusmodi, demonſtrare oportet, neque maledicentia, haberi poteſt pro evidentia; aſſertaque probare neceſſum eſt. Iſthvanffius vir erat Illmus, Locumtenensque Palatinalis officii, annis quidem (ſi tempus ſuæ mortis ſpectetur)

Digitized by Google

ctetur) 90 inferior; is tamen, qui in vivisagendo, a ſe relata, intelligere potuit, non ſolum a teſtibus de ſcitu, & tum præſentibus; verum etiam ex documentis. Accedit, rei hujus in actis Romanis; ut pag. 314. retulimus eſſe memoriam, cum cauſa hujus ceſſionis, & circumſtantiis; ut non videam, qui adulationis damnari debeat Illm. Iſtvanffius. *Chriſtophorus Frangepani*, qua ratione ad Ludovicum venerit, pag. 315 recenſuimus. Remanens in aula Regis, mortuo Ludovico, ad partes Zapollianas tractus eſt facile, ſed *ad Varaſdinum* cæſus. *Orlovich* demum, ſive voluntate ſua, ſive ut miſſus a Ferdinando ad bellum illud, occiſus ad Mohachium eſt. Debiliſſimum ſane hinc eſt argumentum, Croatiam ſub poteſtate remanſiſſe Ludovici. Scimus quot numero præſtantiſſimi viri, in ſubſequis Hungariæ, aut Sclavoniæ, vel Croatiæ habitis cum Turca bellis, aut interfuère, aut cecidère ex Imperio, Bohemia, Auſtria &c. quis tamen fundatè concludet, ideo Auſtriam, Bohemiam, Imperium, Hungariæ Regibus, quamvis Auſtriacis, fuiſſe ſubjecta.

§. 3.

Memoriæ quædam Regni Sclavoniæ ſub Ferdinando.

S*Clavoniæ Banatum*, ſub Ludovico II Rege, *Franciſcus de Battyan* conſecutus fuerat, cum titulo: *Dalmatiæ Croatiæ & Sclavoniæ Bani.* Hic intellecta Ludovici morte, *Generalem* continuo *congregationem* edixit. Variantibus in opinione atque animis, congregatis, conſtitutum fuerat: cum Croatia Dalmatiaque, ſub clientella eſſent Ferdinandi, Hungari autem de Rege creando magnopere diſſentirent, Regnum Sclavoniæ, in medio ſituatum, *Neutrale futurum.* Quia verò in hujuſmodi neutralitate, ſuis viribus adverſus Turcam ſemet defendere deberent, vires autem proprias impares animadvertiſſent; ideo *Thomam Kamenjan*, Romam ad *Papam Clementem*, qui Cliſſenſes adjuverat, oratorem mittunt, ad referendos Regni Hungariæ caſus, Sclavoniæ detegenda conſilia, orandaque adverſus Turcas auxilia ſubſidiaque. Oratore reverſo, narranteque Pontificis excuſationes, dum in conventu anni 1527 coaleſcere nequiviſſent, Epiſcopo Zagrabienſi *Simone Erdeudio*, potiſſimum urgente: poſtquam neutralitatem ſervare nequirent; à Regno autem Hungariæ ſcindi non deberent, ut *Joannem Zapolija*, electum coronatumque Hungariæ Regem agnoſcerent. Sed Batthjianius Epiſcopo reſtitit, ſeſéque pro Ferdinando declaravit. Diſrupto per diſcordias conventu, pars adhæſit *Joanni*; pars Ferdinando. *Batthijanius* Poſonium ad Mariam contendit, interfuitque Poſonienſibus commitiis, partes ſecutus, ſuſcipiénſque Ferdinandi. Secuti ſunt Banum e Sclavonia: Valentinus Henningh, Töreck cognomine, Balthaſar Banffi, Ludovicus Pecri, Valentinus Batthijan, Stephanus Giulai, pluresque coeteri. Partium vero Joannis Regis, fuère *Chriſtophorus Frangepani*, titulô Bani Dal. Croat. Sclav. à Rege Joanne decoratus, *Simon Erdeudius* Epiſcopus Zagrabienſis, Blagai, Zriny, Joannes Tahi Auranæ prior, Joannes Ernuſzt alias Hampo, pluresque cœteri. Suadebat, Iſthvanffiô teſte, Regi ſuo Chriſtophorus Frangepanes, ut extemplo Auſtriam Stiriamque aggrederentur; ſed Rege renuente, *Franciſcus Batthyán, & Ludovicus Pekri* Sclavoniam invaſerunt, poſt cœſum ad *Varaſdinum* Chriſtophorum (Legendus Iſthvanff. lib. 9 à pag. 90) Frangepanum. *Batthjianius* audito caſu Frangepani, Criſium commitia Sclavonica indicit; ubi, Sclavonia Ferdinando ſemet ſubjecit, *ſuffragiis omnium concurrentibus* inquit Iſthvanffius, *in partes Ferdinandi conceſſère, Joanne Banffio & Simone Epiſcopo Zagrabienſe exceptis, qui ſingulari pertinacia omnibus contemptis periculis, ab Joanne quamquam exule & inope avelli nullo modo potuère.* Hanc quorundam è Sclavonia, ad Ferdinandum acceſſionem, firmat confirmatio facta anno 1528 per Ferdinandum Regis Ludovici de anno 1525 litterarum, quibus, *Joanni Ungnad*, & *Margaretæ Viduæ*, ſenioris Joannis Ungnad, ac ejus filiæ Elizabethæ, omnes & ſingulas pecunias *lucri Cameræ ſuæ*, & aliarum quarumlibet taxarum ſeu Contributionum ſuarum, Regnique ſui Sclavoniæ ordinariarum & extraordinariarum, quæ ipſi, aut ſucceſſoribus ſuis, Regibus Hungariæ, ab incolis oppidi *Szamobor*, qualitercunque provenire deberent, remiſit relaxavitque. Quin ex propenſione ſua, in eaſdem Margaritham & Eliſabeth Ungnad, oppidanæ Szamobor communitati, ſigillo proprio, & cæra viridis coloris, in ſigillandis litteris, uti admiſit. Hæc confirmavit Ferdinandus; ut dubitari nequeat, majorem Sclavoniæ partem, Ferdinando ſemet ſubjeciſſe. Quia nihilominus; fuère quidam partium *Joannis de Zapolya.* Quæ hinc ſecutæ ſunt clades, cum Hiſt. Eccl. Zagr. P. 1mæ à pag. 215 meminiſſemus, eas non repetimus, tum ibi; cum & apud Iſthvanffium, &c. videndæ. Quæ demum propter *opinionum anarchiam*, omittere ibi oportuit, quæve deinde ad noſtram devenère notitiam, communicamus eruditis doctiſque.

Digitized by Google

Litteræ tres Simonis Erdeud Epiſc. Zagrabienſ.

I. Sigillum annullare minus, ſupra rotam, *cervus*, tum mitra Epiſcopalis. Epigraphe:
„ *S.E.E.Z.*(a) Titulus: *Magnifico ac Strenuo viro, Dno Joanni Cutzijaner, Equiti au-*
„ *rato, & Capitaneo Provinciali Carniolæ, ſummoque Capitaneo Stiriæ, Carinthiæ,*
„ *& ejuſdem Carniole, Dno nobis honorando.*

„ Magnifice Domine nobis honorandiſſime. Scribit nobis M.D.V. ad litteras ejus, omnia
„ per nos pio ſinceroque animo ſcripta. Tamen quædam non ſine fuco & deriſione Regie
„ Mattis Dni ſui clementiſſimi, conſcripta ſibi eſſe videntur propterea; quoniam a nobis idem
„ Dominus, M.D. Vræ, inducias cum Turco icere affectâſſe inſcriberetur &c. Unde certio-
„ rem M.D.Vram eſſe volumus: nos, non ex animo duplici aut Matti Principum detrahere
„ percupido, id perſcripſiſſe, quod veritas habet; quippe qui ſemper decori & honeſti fuiſſe
„ reputavimus; *Principibus non maledicere*: ſed ut veritas eluceſcat; nobiſque impoſitam
„ notam, pro noſtra innocentia & ſinceritate in illos reijciamus, qui nobis illam inurere to-
„ to conatu non extimuerunt. Ubi vero V.M.D. nos hortatur, ut relicto propoſito noſtro,
„ nobis (pace M.D.Vræ dixerimus) falsò impoſito: fidas auxiliareſque copias, contra ho-
„ ſtem communem afferremus; ſi id faceremus, ſperaret in eliberatione dulciſſime patriæ voti
„ nos compotes fore. Et vehementi admiratione exclamat: quo tandem? nunquam Chriſtia-
„ næ Religioni cognita perfidia? omnes nos ſit adductura? quæ omnino facit, ut paſſim tot
„ violentos impetus paciamur. Id profectò M.D.Vra, ſanctè & religiosè edixit. Nam poſte-
„ aquam Sereniſſimus Rex Ferdinandus Regnum Hungariæ obtinere, & in ſuam poteſtatem
„ redigere eſt aggreſſus; tanta ruina & deſolatio in Regnis *Hungariæ & Sclavoniæ (b)* fa-
„ cta eſt, ut paulo minor, quam per potentiſſimum Cœſarem Turcarum, anno ſuperiore
„ *(c)* patrata fuerit. Tot viri militares occubuerunt! quorum majores ſangvine ſuo Regnum
„ Hungariæ, & totam Chriſtianam Rempublicam; immo & ipſi, ad hæc uſque tempora,
„ conſtanter & animo indefeſſo, tanquam ſcutum Chriſtianitatis, à Turcis defenderunt, ut
„ plures teſtimonio veridicorum, duobus his annis proximè decurſis interierint, quam in
„ clade Mohachienſi perierint. Quantam vero vaſtitatem Hyſpani, copiæ Regis Ferdinan-
„ di, in celeberrimo Capitulo Eccleſiæ noſtræ Zagrabienſis *(d)* anno priore fecerint! ipſa
„ ruina docet. *(e)* Quod dein pagos & poſſeſſiones Eccleſiæ noſtræ, & Dni Petri Erdeudi
„ fratris noſtri, hys diebus *Germani ex Zagrabia*, ac Ludovicus Pekry ex *Varaſdino*
„ combuſſerint *(f)* M.D.Vra, ex fide dignis intelligere poterit. Quæ omnia a Chriſtiani
„ nominis cultore, aliena eſſe videntur. Et quæ omnia protendunt deſolationem potius hu-
„ jus Regni, DD. Veſtras, quam eliberationem ejus concupiſcere. Nam *quicunque Princi-*
„ *pum ſpem firmam potiundi Regni habet, is, integerrimum & ſalvum Regnum eſſe*
„ *velit.* Nos anno proxime tranſacto, dum pro ſalute & pace hujus Regni, cum dominis &
„ amicis inſurrexeramus, ſi libuiſſet omnia bona, partem Regis Ferdinandi tenentium, de-
„ vaſtare & comburere poteramus. Sed quoniam id a Chriſtiano alienum, & victori Prin-
„ cipi damnoſum fuiſſe reputavimus, facere noluimus; immo ne animo quidem concipere vo-
„ luimus. Proinde M.D.Vra, ſuo prudentiſſimo conſilio metiri dignetur: Quis tam eximiæ
„ cladis & vaſtitatis bonorum, innoxiæ miſeræ plebis, occaſionem præbuerit? & præbere in-
„ dies non ceſſat? Ubi dein M.D.Vra, nos ad oppidum *Rayn, (g)* ſex miliaribus ut ipſa
„ dicit, a Zagrabia diſtans, ad ſe vocat; ſed & in quantum pacem patriæ ac bonum com-
„ mune deſyderamus; polliceturque aſſecurationem præſtare. Unde nos credimus M.D.
„ Vram ſyncero ex animo id deſyderare quod ſcribit. Et niſi pacem patriæ, & commune
„ bonum concupiſceremus, nunquam tot noſtras ad M.D.Vram daremus, Sed ut ingenuè
„ fateamur: non is modus conciliandi boni publici eſſe debet; major enim libertas & Regni-
„ colis & Nuncijs præſtanda eſſet. Et potiſſimum licentia *Ludovici Pekry* omnia pro com-
„ modo privato impunè graſſantis, cohibenda & corrigenda. Interim donec ultro citroque
„ de his tractaretur & concluderetur (negotium enim hoc, in immenſum jam pelagus pro-
„ repſit, quod uno nuncio, vel unicis epiſtolis componi, & ad optatum portum deduci non
„ poteſt) idcirco M.D.Vra talem ex Zagrabia imponat modum, quò, *(h)* illius, ac aliorum
„ deſolationi hujus Regni, pro eorum animi libidine, & lucrò privato incumbentium, cohi-
„ beatur conatus tantiſper; donec vel coram: vel per homines, de hoc bono publico, inter
„ nos conſultum: vel Deo Opt. Maximo annuente, concluſum fuerit. Scimus autem M.D.
„ V. longe juniorem nobis eſſe, æquius & honeſtius eſſe putamus, ut M.D.Vra, ad nos,

ad Iva-

(a) id eſt Simon Erdeudi Epiſcopus Zagrabienſis. (b) nulla Croatiæ mentio, quia tota Ferdinando parebat. [c] nempe 1529. [d] conſule p. 216, Hiſt. Ec. Zag. (e) turres Baſilicæ Cathedr. Eccl. tum everſas narrant, quarum una nunc etiam deſideratur, alteram, Franciſcus Ergelius Ep. Zag. erexit. [f] arx Varaſdinenſis mortuo Ludovico, Ferdinando adhæſit. Ex hac cæſus Frangepanus Chriſtophorus, haud attamen tum, ſedes Generalis Varaſdinenſis fuit effecta. (g) Rayn Runa in Stiria inferiore ad Savum. [h] vide infra Epiſtolas Civitatis Mont. Græcen, Zagr.

Digitized by Google

„ *ad Ivanych* oppidum noſtrum *(i)* venire dignetur. Nam Zagrabiæ hoſpitium M. D. Vræ,
„ ob illius vaſtitatem dare non valemus. Quod ſi facere volet, litteras *Salvi-conductus*, eidem elargiemur. Si vero hominem noſtrum ad ſe venire velit, litteras aſſecurationis (ut
„ prius quoque in alijs noſtris ſcripſimus) M. D. Vra ad nos mittat, pro communi bono,
„ ſalute patriæ utriuſque; illum ad M. D. Vram mittere ſumus paratiſſimi. M. D. Vra omnia agat, quæ patriæ utrique, & toti Chriſtianæ Reipublicæ ſunt profutura, & non nocitura. Quæ & bene valeat. Datum *Chaſmæ (k)* tertia Junii M. D. XXX. *Simon Epiſcopus* Eccleſiæ *Zagrabienſis*. nec non Dalmatiæ, Croatiæ & Sclavoniæ Banus. m. p.

(i) nunc oppidum hoc ſubeſt Generalatui. (k) Cſaſmam anno hoc tenuit Epiſcopus, Sed Capitulum Cſaſmenſe anno 1521 inde translatum, ut demonſtrant monumenta Capituli, ſignanter inquiſitiones tum collectæ.

II. Sigilla bina, alterum Epiſcopi, ſupra deſcriptum; alterum familiæ Erdöedianæ, cum litt: *P. E.* hoc eſt: *Petrus Erdöedy*, eſtque uterque fratrum ſubſcriptus. Titutus: *Magnifico Dno Joanni Cutzijaner, Capitaneo Provinciali Carniole, ſupremo vero Stiriæ, Carinthie & Carniole, amico nobis honorantho.*

Generoſe ac Mfce D. & amice honorandiſſime, ſalutem & omnem felicitatem, *ad ſalutem Patriæ.* Accepimus litteras G. M. Vræ, quibus nunciata per Nobilem *Caſparum Zayth de Francordia (a)* per nos intermiſſa G. M. Vra, in exordio ſuarum ſcribit. Sciat eadem, nos in omnibus nunciatibus noſtris, pro toto poſſe noſtro ſatisfeciſſe; feria enim 2. proxime tranſacta, ſpeciales familiares noſtros, Egregios *D. Balthaſarem Hobethych*, anno ſuperiori hujus Regni Proto-Notarium, *(b)* & D. *Georgium de Capolna*, ad poſſeſſionem *Oborovo (c)* ex oppoſito Caſtri *Selyn (d)* M. D. Stephani Deshazy, cum plena informatione tranſmiſimus; qui, uſque in hodiernum diem illic expectant: Nam D. Deshazy ad petitionem eorum, hominem in conſpectum G. M. Vræ mittere non curavit, egrè ferens negotium per eandem inchoatum practicæ, & tractatibus ejus non eſſe concreditum. Quod quidem faſſus eſt, reſpondens hominibus noſtris, ſi negotium hoc fidei meæ commiſſum non eſt, ejus ego curam non geram. Cur autem ipſi progredi non ſunt auſi, plurimas rationes coram G. M. Vra aſſignabunt. Hanc unam potiſſimum in præſentia aperiemus. Significaveramus *Ludovico Pekry*, litteras nos *Salvi conductus* cum G. M. V. conveniendi, ab eadem habere. Ille tamen palam edixit, quod ſalvum conductum G. M. Vræ, & contenta litterarum ejuſdem, obſervare nollet: ſed quibuſcunque noſtris nocere poſſet, nocere vellet. Qui, utriuſque noſtrum bona, & Capituli Ecclææ Zagrabienſis nunc quoque depopulatur. Et non ſolum noſtra, verum etiam miſerorum nobilium. Quamobrem G. M. Vra propinquius veniat; & aliquam committivam ad ſupraſcriptos homines noſtros mittat, quæ illos, ad G. M. Vram uſque, deducat. Parati ſumus pro bono pacis & ſalutis patriæ omnium noſtrum, denuò alias expenſas nunciis noſtris præſtare; diem tantumodo & locum G. M. Vra perſcribat: ubi? & quando conſtituet? ut die præfixo, in loco conſtituto, homines noſtri, cum committiva ejuſdem in conſpectu G. M. Vræ conſtitui poſſent. Ubi autem de victoria a Deo immortali G. M. Vræ præſtita ſcribit, gratulamur de proſperis ſucceſſibus ejuſdem. Annuat Dominus ut omnia ad exaltationem & proſperum ſtatum Fidei Catholicæ Chriſtianæ ſuccedant. Commemorat dein G. M. Vra ſtrenuos milites ipſius, eandem allocutus fuiſſe, de movendo bello in nos. Quod G. M. Vra reſpectu amicitiæ, qua potuit civilitate recuſavit. Sperans idem nos in cauſa G. M. Vræ facturos. Credat G. M. Vra, nos omnia conſilia noſtra in hanc ſolam rem hucuſque expendiſſe; pro hac unica re, tanta incommoda paſſos ut hæ patriæ noſtræ, ab hoſtili gladio tutæ permanere potuiſſent, Quod Optimus opifex rerum, qui & ipſe eſt ſcrutator cordium, apprimè novit. Et de hys non ſolum noſmetipſi; verum etiam cum *D. Deſpoto*, *(e)* qui heſterno die a nobis diſceſſit, ſatis conſultavimus. Spem etiam ab Altiſſimo haberemus, deinceps conſervandæ; modò tantæ inſolentiæ, tantæ rapinæ Ludovici Pekri, quas ubique in toto hoc Regno enormiter patrat, occaſionem malorum non eſſent allaturæ. Hac enim hora certificati ſumus; quod Turci feria 2. & 3. proxime tranſacta, Provinciam totam *Rahowcze (f)* caſtri D. Ladislai More, uſque S. Nicolaum igne & ferro devaſtarunt. Poſſeſſio autem iſta *Szent-Niklos* duobus milliaribus diſtat a *bonis noſtris Zalothnok*. omnes homines illarum partium in fuga ſunt. Si altius

uuuu 2

(a) puto commercium litterarum innui. [b] Proto-Notarius iſte, fuerit partis, partium Joannis Regis, quia in actis publicis, Stephanus Henczelthi de Petrovcz Regni Sclavoniæ Protonotarius reperitur [c] Oborovo nunc quoque poſſeſſio, ad & cis Savum, reſpectu *Zagrabiæ*. [d] Selyn Caſtrum trans Savum, quod confundi non debet cum Selyna, & Selyn olim ad Maranum. [e] vide Iſtvanfi. [f] Rahovcze, ſi non eſt modernum Rohoncz, certe trans Dravum Muramque fuerit, ut contextus Epiſtolæ evincit. Quare ad Rakovecz hæc non trahenda, Neque Szent-Miklos pro Selyna interpretandum, at pro trans *Dravano*, huic enim Zalatnok bona Eppalia advicinabantur, non Selynæ ſzent-Miklos.

Digitized by Google

progreſſi ſunt, neſcimus; homo enim noſter noluit ultra expectare. Cujus deſolationis & ruinæ nemo alius cauſa eſt, niſi Ludovicus Pekry, qui familiares ſuos ad devaſtanda bona, *D. Joannis Banffi Palatini* (g) his diebus, ad homines D. Ladislai More transmiſerat. Ejus nos, tantam rabiem deinceps pati non poſſumus, ſed cum dominis & amicis noſtris in hoc Regno, illius malefacta punire intendimus. Non excedemus tamen fines hujus Regni, neque dominia Sereniſſimi Regis Ferdinandi impediemus; modo ipſi cauſam non dederint aliquam, excedendi. In calce tandem litterarum adhortatur nos G. M. Vra, ut, citiſſimam relationem faceremus; eadem hora, qua allatæ G. M. Vræ, has ſcribi mandavimus. Eandem bene valere optamus. *Chaſmæ* in Feſto B. Mar. Magdalenæ M. D. XXX. *Simon* Epus Eccl. Zagrab. Dal. Croat. & Sclavoniæ Banus M. P. *Petrus Erdewdy* dè Monyerokereek Comes Comitatus Caſtriferrei &c. m. p.

(g) Banffy Palatinus fuit Joannes Regis.

Huic Epiſtolæ, adſcripta eſt notitia de litteris his, nempe: a *Marco Joſepho a Perizhoff*, Inclytor. Carnioliæ Statuum Regiſtratore, cum nullius momenti eas conſideraret, tanquam privatorum ad privatum, ex tabulario Carnioliæ abjectas fuiſſe. A *Paulo deinde Puczl* Ordinis Ciſtercienſis, Monaſterii Sitticenſis Profeſſo (ut ipſe, manu ſua notaret) receptas, D. Libero Baroni *Paulo Ritter* ab anno 1680 notiſſimo, & ſimilium curioſo inveſtigatori, in ſignum amoris, & memoriam perennis amicitiæ, miſſas *Sitticiô* die 22. Octobris, anni 1705.

III. „Sigillum, Titulúſque ut in priore. *Tenores ſunt*: litteras Magnificentiæ Vræ „ ad nos datas plene intelleximus. Ad quarum contenta, is, Vblis fr. noſter *Blaſius de* „ *Bogdaſſa* Canonicus Eccl. noſtræ, M. Vræ; nomine noſtro reſpondebit. Cujus dictis & „ relatibus, rogamus M. V. fidem credentiæ, contemplatione noſtri, adhibere velit. Habet „ inſuper idem Mgr Blaſius, aliquos caſus Papales, pro quibus eum in urbem proficiſci „ oportet. Supplicavit itaque nobis, quod ad amicos noſtros in favorem ſui, litteras noſ- „ tras daremus; medio quarum eoſdem rogaremus, qualiter ſub id tempus treugarum, tutè „ & pacificè ire poſſit & reddire. Quare rogamus M. Vram, velit eidem ſuas dare lit „ teras, penes quas ipſe, per Regiones M. Vræ ſubjectas, ire poſſit & redire. Faciet M. „ Vra, rem nobis, omni officio dignam. Quod & M. Vræ in ſimilibus, vel etiam majori- „ bus compenſare ſtudebimus. Datum in oppido noſtro *Ivanych*, ſexta Julii 1531. Simon „ Epus zagrabienſis, Regnorum Dal. Croat. Sclavoniæque Banus m. ppr.

Franciſci de Batthyan Bani.

Sigillum cognoſci bene nequit. *Titul. Magnifico Dno Joanni Koczijaner, militti aurato, Stiriæ Carinthiæ & Carniole Capitaneo Generali &c. Dno & amico nobis honorando.*

„ Mgfce Dne, & amice nobis honoran. ſalutem. Pridem quaſdam Dominus *Collega* „ *noſter*, (a) Regias ad nos miſerat litteras ſibi ſonantes; quibus ſua Mattas mandat: ut „ primo quoque tempore Vram M. D. conveniremus, & de Republica hujus miſerrimi „ Regni invicem tractaremus. Licet prius V. M. D. ſuperinde requiſiviſſemus; nudius ter- „ tius tamen domum applicuimus. Et cum neceſſitas urgeat nos, ut ſimul conveniamus, „ V. M. D. vehementiſſime petimus: In uno loco competente, velit nobiſcum conſtitui. Non „ tamen longo itineri ſe dare poſſumus, cum & nos ipſi, & equi noſtri nimium ſint feſſi. „ Bonum eſſet ut M. D. V. vel in *Breſecz*, (b) vel in *Ztubycza* (c) nos conveniret, nam „ his locis remotius ire nequimus. Celebrabimus die Sabbathi venturo *Waraſdini quan-* „ *dam Diætam* (d) quæ de neceſſitate erat celebranda; quam tribus diebus perficiemus, „ poſt ſeſe ſequentibus. Poſt cujus quidem Diætæ perfectionem, quemcunque diem M. D. „ V. præfixerit, ſive tertium, ſive quartum, ad quempiam locum præſcriptorum; parati, „ erga V. M. D. proficiſcemus. Rogamus tamen V. M. D. iterum, ne gravetur nos convenire; „ ſumma enim neceſſitas exquirit ut ſimul conveniamus. Quod ſi fortè Vra M. D. hanc no- „ ſtram mutuam conſtitutionem diſtulerit, fortè nos convenire non poterit, ſuper quo a „ V. M. D. optatam exſpectamus relationem. Cœterum intelleximus pro certo, Vram M. D. „ Egr. *Joannem Vokozlavich*, Regiam ad rationem conduxiſſe. Cupiviſſemus certè, ſi nos „ illum potuiſſemus contentare. Sed ſolutio ſiniſtra cogit nos familiares noſtros veteres di- „ mittere. Gratulamur certe, quod illum Vra conduxit M. D. Nos quidem probè, & re- „ ctè, ac fideliter ſervivit; credimus & V. M. D. illum ſcire ſervire, dummodo illum V. M. D. „ probet; quem, ex animo Vræ M. D. commendamus. Quidquid ipſe Vræ M. D. reſervire

non

(a) Joan. videlicet Torquatus. [b] Breſecz hoc eſt Runa. [c] Ztubycza eſt in Comitatu Zagrabienſi arx Vetus, ſuperior & inferior vocata. (d) ſive congregationem generalem Sclavoniæ.

Digitized by Google

„ non poſſet, dummodo illum Vra M.D. non deſerat, id nos, V.M.D. omni ſtudio & amicitia rependemus. Plura ipſe Joannes Vokozlavich nomine noſtro V.M.D. dicet; cujus dictis V.M.D. plene credat. Quam Altiſſimus feliciſſimè conſervet. Ex Caſtro noſtro *Greben* (e) Feria 2da proxima, poſt diem Aſcenſionis Domini, Anno ejuſdem 1530. Franciſcus de Batthyan Regnorum Dalm. Croat. & Sclavoniæ Banus. M. ppria.

(e) Greben, arx hodie deſerta in Comitatu Criſienſi ſupra Magierovo, Familiæ olim de Batthyán. Hodie ob cambium innitum, ſpectat ad Familiam *DD.* Comitum Erdődy.

Tres Stephani Deeshazi de Szomſzedvara Comitis Comitatus Comaromienſis.

Sigillum annulare in omnibus, ubi Leo erectus, tenens pedibus coronam. Titul: *Magnifico Dño Joanni Kothyaner Equiti aurato, Capitaneo Provinciali Carniole, ſupremo Stiriæ, Carinthiæ, & ejuſdem Carniole Capitaneo, Dño nobis obſdmo.* Exordium ubivis: *Magnfce Dñe obſdme, poſt ſalutem & commendationem.*

„ I. Quoniam Regia Mattas D. noſter gratioſiſſimus, ſpecialem Judicem in negotiis noſtris „ D.V.M. deputaverat; novit autem eadem, quæ? & quas oppreſſiones, injurias, damna, „ in fidelibus Provinciis R. Mattis paſſi fuerimus; & quæ etiam fidelia ſervitia nos exhibuimus, & exhibemus modo quoque, R. Matti; hactenus & ab alys D.V.M. intelligere „ potuit. Præſertim verò quali auxilio fuerimus Civitati Regiæ Montis Græcenſis, (a) tum „ pro introductione victualium; túmque aliarum rerum neceſſariarum, ut omnibus con„ ſtat. Concludimus V. M. niſi auxilio Dei & noſtro adfuiſſemus, maxima incommoda & „ damna R. Matti ſecuta fuiſſent, & huic Regno. Rogamus itaque D.V.M. quatenus ea„ dem malo animo non habeat ex nobis: quod ita importune D.V.M. ex parte oppreſſio„ num noſtrarum ſollicitemus. Dignetur D.V.M. nos, non oblivioni dare; at ut inter re„ ſiduos fideles R. Mattis D. noſtri gratioſſmi, D.V.M. nos in memoria habeat. Et de op„ preſſionibus damniſque noſtris, ut, amiſſionum bonorum noſtrorum Eadem D.V.M. re„ cordetur. Nunc verè ita ſcribimus R. Matti, ſicuti aly fideles ſervitores. Cœterum itidem „ D.V.M. rogamus: dignetur nobis litteras unas dare, in quibus, Eadem præcipiat omni„ bus Capitaneis & ſtipendiarijs R. Mattis & alterius cujuſcunque conditionis hominibus; „ quatenus ita libere bona noſtra ne deprædarent atque devaſtarent. Satis enim jam ex om„ nibus partibus deprædata ſunt, uti D.V.M. hactenus intellexit; ut vix iam in ſervitys R. „ Mattis ſeſe ſervare poſſimus unà cum ſervitoribus noſtris; ſi D.V.M. nobis aliquo auxi„ lio non adfuerit. Nunc verè qualem inſpirationem, ille *Thomas Exhvonkwyth* oppreſ„ ſionis noſtræ origo fuit contra nos, D.V.M. intelliget. Adhuc in contemptum noſtri, Caſ„ tellanus de *Kontsky* (b) commiſit omnibus colonis in provincia ejuſdem Kontsky exiſten„ tibus, ut eundem liberarent, tanquam propriam perſonam, Domini ipſorum. Conſide„ ret D.V.M. ſi talis debeat, defendi, qui contra dignitatem R. Mattis, authoritatemque „ D.V.M. ac libertatem totius Regni talia ſuper nos facere auſus eſt. Reliqua, idem lator „ præſentium D.V.M. clarius dicet. Eandemque feliciſſimè valere optamus. Ex *Zomzed*„ *war* (c) Feria 3. infra octavam Viſitationis Mariæ 1530. Stephanus Deshazy de Zomzed„ wara, Comes Comttus Comaromienſis. mppr.

(a) Montis Græcenſis Zagrabienſis lib. R. Civitas. (b] Familia erat Kontsky, quæ defecit, tenuit arcem Konſchina in Comitatu Varaſdinenſi, An ab arce hac? aut alia, vocet Caſtellanum, in obſcuro eſt. (c] vulgo Szuſzed, arx nunc deſerta, Zagrabiâ verſus occidentem diſtans horæ unius ſpatio.

II. „ Quæ & qualia damna hys elapſis diebus in Provincys R. Mattis Dñi noſtri gratio„ ſiſſimi, per domeſticos & extraneos Thurcos paſſi ſumus, D.V.M. hactenus bene novit, „ nec indiget declaratione præſtanda. Regia Mattas D. noſter gratioſiſſimus D.V.M. depu„ taverat; ut ſuper damnis & injurys vulnerationibusque ac interfectionibus familiarum, per „ *Pulyar* & complices ſuos factis, ſuper nos judicium & juſtitiam adminiſtaretur. Rur„ ſus noviter malefactores illi *ex partibus Karinthie* (a) injurias nobis inferre conantur. „ Jam bona quæ habuimus in fidelibus Provincys ſuæ Mattis, amiſimus; & in tantis com„ promiſſionibus! Jam omnino deſperavimus! Ex parte vero R. Mattis Dñi noſtri gratio„ ſiſſimi adhuc nos majores facere dignetur. Si Wiennæ ſua Mattas conſtituitur, ita, prout „ D.V.M. nobis ſcribit, petimus plurimum eandem D.V.M. ſubveniat nobis in pulveribus, „ ſi in alys D.V.M. non poterit; ne, quod Deus avertat, aliquod majus damnum patia„ mur. Reliqua dicet iſte lator præſentium D.V.M. clarius. Eamdemque D.V.M. feliciſſimè „ valere optamus. Ex caſtro noſtro Zomzedvar, Sabato ante Feſtum B. Michaelis Archan„ geli Anno 1530. Stephanus Deshazy de Zomzedwará Comes Comitat. Comarom. m. pria.

(a] Si prope Carinthiam bona non habuit *Deshazius*, qui illi fuerunt malefactores ex partibus Carinthiæ [niſi fors inde miſſi milites) non aſſequor

Digitized by Google

III. „ Jam ſæpius ex parte oppreſſionum noſtrarum; de ſtatúque hujus miſerrimi „ Regni D.V.M. ſcripſimus præſentia. Prout ſcripſerat D.V.M. nobis, quod aliquibus „ pulveribus, proviſionem faciet, iam tempus inſtat, ſi M.D.V. aliquas pixides, *Zakolos*, „ & aliquot pulveres mittere velit. Ex quo, iam in tantam deſperationem incidimus, ut „ à nemine niſi ſolo DEO Optimo Maximo ſpem habeamus. Præſertim verò *receſſus D.* „ *Katzianer Capitanei* (a) a D. Ludovico Pekry itidem Capitaneo, non parum deſperatio- „ nis ſervitoribus, R. Mattis D. noſtri gratioſiſſimi reliquit; hoſtibus autem animum & ſpem „ maximam attulit, prout nobis declaratur; & ex litteris ipſius D. Ludovici Pekry V.M. „ D. clarius intelliget. Et ſi commodè fieri poterit, cum Eadem V.M.D. pro concluden- „ do conſtitui, lucidiuſque de omnibus rebus loqui, & tractare optamus. Ex caſtro noſtro „ Zomzedwara, Dominico die, in Feſto Dionyſii 1530. Stephan Deshazy de Zomzedwara „ Com. Comit. Comaromien. M. pria.

(a) Eraſmi nempe Catzianer, Capitanei Bihachienſis, tranſlati Trenchinium.

Stephano huic Deshazy, Ferdinandus anno 1529. plura Erdoediorum donaverat. Ex Archiv. Keglevichior. quo Deshaziana documenta deveniſſe, ex art. 43 anni 1542 deducitur, Ritterus notat & exſcribit: *Nos Ferdinandus &c. memoriæ commendamus &c. Quod nos habentes reſpectum ad fidelia ſervitia, fidelis noſtri Magf. Stephani Deshazy de Zomzedwara Conſiliarij noſtri &c. Caſtrum Chabragh in Hontenſi, una cum curia nobilitari Selin in Barſienſi; & Been in Strigonienſi, alijſque Comitatibus, ſcilicet una cum omnibus pertinentijs ſuis, quod & quas Stephanus & Wolphangus Erdewdij tenuerunt & poſſederunt. Quæ tamen ex eo quod iidem Stephanus immemores fidei & fidelitatis ſuæ, quam ſecundum promiſſionem ipſorum nobis debebant, partes Joannis de Zapolya infidelis ſubditi noſtri, ſecuti fuiſſe, ac omnia quæcunque potuerunt, contra nos, & fideles noſtros perpetraſſe, proptereaque notam infidelitatis incurriſſe dignoſcuntur; ad nos, conſequenterque collationem noſtram Regiam &c. Datum in Civitate noſtra Lincij in Feſto B. Andreæ Apoſtoli, anno Dñi 1529, Regnorum noſtrorum Bohemiæ IV. Hungariæ vero Tertio.*

Civitatis L.R. Montis Græcenſis Zagrabienſis. In utraque ſigillum Civitatis. Titulus: *Magnifico Dno, D. Joanni Kothyanner Capitaneo Generali Regiæ Mattis, ac Locumtenenti ejuſdem, Dño nobis ſemper Obſdño.*

„ I. Spectabilis ac Mgfce Dñe, Dñe nobis ſemper obſdñe. Poſt ſervitiorum noſtrorum „ diſtinctam recommendationem. Peroptimè conſtat M.V. quod multorum hactenus omnes „ anguſtias, neceſſitates & tribulationes noſtras, M. Vræ ad notitiam dedimus, quas iam „ plenarie uno anno patimur. Nec iam tandem a M.V. cujus protectioni hæc Civitas a Re- „ gia Matte ſpecialiter deputata eſt, defenſionem aliquam habere poſſumus, Et cujus ſpe „ ducti, omnia bona noſtra penes fidelitatem Regiæ Mattis pro defenſione hujus Civitatis „ expoſuimus. Jam finaliter ulterius non poſſumus, ex quo nil habemus. Præterea pedites „ iſti ex quo carent pecunijs, ſtatim habita relatione M. Vræ diſceſſiſſent, niſi *D. Petrus* „ *Ryproh*, eos, quoad à M.V. plenam habuerit relationem, in propriis expenſis retinuiſ- „ ſet. Qui, niſi habuerint pecunias illico recedent, remoto omni dubio. Petimus igitur, & „ ſupplicamus: M. Vra dignetur nos liberare; & ſi defendere noluerit ad præſens, nos am- „ plius in hac Civitate remanere non poſſumus, ſed cogemur hinc inde diſpergi, per varias „ partes Regnorum Regiæ Mattis; nec ipſam civitatem defendere ulterius poſſumus. Qua- „ propter ſi aliquid huic Civitati contigerit, hoc unum eſt, quod M. Vra, nec coram Deo, „ nec coram Regia Matte, nobis imputare debebit, ſed ſibi ipſi. Intelleximus etiam, quod „ M. Vra expectat adventum Thurcarum: Qui, vel venient, vel non? Hic autem quotidie „ præ foribus Thurcas currimus; igitur potius iſtos propulſare dignetur. Nam hactenus, „ Si Magf. D. Ludovicus Pekry Supræmus Capitaneus equitum Regiæ Mattis nos non de- „ fendiſſet, neſcimus taliter, quid contigiſſet huic Civitati. Igitur petimus ut M.V. nobis reſcri- „ bat plenariam relationem, quidquid facere voluerit. Quam feliciter valere optamus. Da- „ tum in Civitate Montis Græcenſis. Dominicâ ante Feſtum B. Margarethæ Virg. & Mart. „ Anno Dñi 1530. Judex ac tota Communitas Civitatis Montis Græcenſis.

II. Titulus: *Spectabili ac Mgfco Dño Johanni Kothzijaner Supremo Capitaneo Provinciarum Regiæ Mattis, Dño noſtro gratioſo.*

„ Spectabilis ac Mgfce Dñe, Dne nobis ſemper gratioſe. Poſt ſervitiorum noſtrorum „ humillimam recommendationem. His miſimus erga M. Vram, hos prudentes & cir- „ cumſpectos Michaëlem litteratum Judicem ſeniorem, ac *Mathiam Skalyth* alias Decanum „ noſtrum. Quibus in omnibus arduiſſimis negotijs noſtris, & Civitatis Regiæ, D. M. Vræ „ verbotenus referrendis. Quare petimus M. Vram, qualiter dictis & relatibus ipſorum ple-

nam

nam & indubiam adhibere velit fidem creditivam; ipſóſque ad nos cum optata remittere relatione. Datum in Civitate Regia Montis Græcenſis. Feria IV, ante Feſtum Baptiſtæ anno Dñi 1530. Judex ac tota Communitas præfatæ Civitatis Montis Græcenſis. (a)

(a) notatum aliena alteriúsve manu, Epiſtolas præmiſſas, & ſequentes olim ad *D.* Katczianer datas, à *D.* Marco Joſepho à Perizhoff Regiſtratore Provinciæ Carnioliæ, ut nullo uſui Provinciæ ſervientes ex Tabullario illo abjectas, cum aliis pluribus, tanquam uſui fors Croatiæ eſſe queuntes, aut ad minus curioſitatem expleturas, mitti Illmo *D.* Paulo Ritter.

Litteræ diverſorum

I. *Lucæ Szěkel.* Sigillum, ſuperne: L. SK. infra equus ſagitta transfixus, erectuſque duobus pedibus. Titulus: *Egregio Dño Franciſco Hagh, amico nobis chariſſimo.*

„ Egregie Dñe & amice nobis chariſſime, ſalutem. Significaveramus V. Egr. D. quod ante Carnis privii tempus circiter, tranſactum; fuimus cum Dño veſtro, Dño *Paulo Crumpath* apud S. Martinum in montibus apud Strigoviam *(a)* conſtituti. Et eadem ſua M. D. Veſtri memor erat, rogavitque nos, ut de Vra præſentia inquiſitionem haberemus, qualiter vobis ſuccederet. Et ex tunc, ſuæ Magſtiæ, de ſtatu & conditione Vra, ſtatim ſignificare poſſimus. Igitur petimus ut medio Vrarum litterarum nos certificare velit: quomodo vobis ſuccedit? & in quo indigentiam habetis? ut nos Dño Veſtro de hys, noſtris & veſtris litteris ſignificare poſſimus. Nam ſua M. D. illius eſt intentionis, vobis ſubſidio adeſſe pecunijs ſive aliis rebus quibus indigetis, tanquam fideli famulo. nos itaque in quibus vobis poſſumus complacere, prius etiam vobis inclinati. Petimus igitur Vram relationem quam totius; ut poſſumus Dño Vro mittamus. Tandem V. D. bene valere optamus. Ex Caſtro noſtro *Ormoſd.*, feria 6. ante Dominicam Reminiſcére. Anno Dñi 1531. Lucas Záckl. Dñus in Ormoſd m. p.

a) Strigova in Inſula Muraköſz eſt, alia ad Dobrolin hodie ſub Turca.

II. *Petri de Cinto.* Sigillum annulare minus. Apparet: caput quaſi Pontificis. Titulus: *Magnificis, Generoſis, Extrenuys. Excellmis, Egregjis Nobilibus Viris, Dominis ac Dominis Noſtris obſervantiſſimis, Regiæ Mattis inferioris Hauſtriæ (a) Corregentibus in Viæna (b)*

„ Magnifici, Generoſi, extrennui, Excellmi, Egregij, Nobiles Viri, Dñi ac Dñi noſtri obſervandiſſimi, & Regiæ Mattis inferioris Hauſtriæ Corregentes. Iterum Vris Egregijs Magnificentijs ſcripſi narrando, extremam neceſſitatem, quam iſta Inſula *(c)* patiebatur. Et quod nos nullatenus in illa manere poteramus, ſine magno præjudicio illorum. Nunc humilliter exoro Vris Egregijs Magnificentijs dignentur nobis aliquod remedium dare; quia iſti milites tota die, & univerſa Inſula, clamant ad me, ut ego ab ea diſcedam. Et ego ſine ordine V. M. non poſſum facere, ſicut ſæpe ſæpius Magnificentiis Vris nunciavi. Et hoc faciendo evitabunt lamentationes, quas quotidie audiunt abſque veritate. Quia neceſſitate ruſticorum urgente, clamant quotidie, ſine noſtra cauſa. Et illi non poſſunt aliud facere; & nos hic eſſe, non eſt ſervitium Regiæ Mattis. Nec nos habemus prœmium hujuſmodi. Datum Majar *(d)* 26 Septembris Anno Dñi 1531. Petrus de Cinto *(e)* M. pr.

(a) Auſtriæ. (b) Vienna. (c) Muraköſz vulgo Chakovecz. (d) ad Varaſdinum, hodie Majerje (e) Militiæ Hiſpanicæ Officialis.

III. *Petri de Cinto.* Sigillum. Titulus: *Egregio ac Magnificentiſſimo, Clariſſimo Viro, Dño Johanni Catziner, Eques Auratus, Capitaneus Provincialis Carniole, Dño meo obſdmo.*

„ Egregie ac Magnificentiſſime Dñe, Dñe mihi obſervandiſſime. Salutem & amicitiam paratam. Ex litteris V. M. ac omnium nebulonum iſtius Inſulæ, intelleximus calamitates iſtorum ruſticorum, quas patiuntur, cauſa ipſorum Hiſpanorum; quia hic tandem demorantur. Quas certe nos non ignoramus. Sed V. M. credat pro certo, quod nos hic manemus plus coacti, quam ſponte. Et videndo maximam rationem iſtorum; & præceptum V. M. intimavimus extrenuys Viris, Dñis Conſilio Vianæ, Regiæ Mattis Corregentibus; ut inſpiciendo iſtas miſerias, & quod non poſſunt plus ſuſtentare, provideant locum, ubi deinceps maneamus. Quia nos non volumus noſtra voluntate iſtam Inſulam plus fatigare. Et reſponſo illorum accepto, videbimus quid in hac re poterimus facere; quia ſicut animam ſalvare, deſidero ab iſtis ruſticis recedere. Et quia hic non ſumus ſine commiſſione; ita ſine illa, non poſſumus recedere. Quod erit nobis gratiſſimum, & maxime, eſſe, in obſequium V. M. quia plus quam fratrem meum, prolato ore, cupio. Et ideo humiliter exoro V. M. ut quidquid voluerit, mihi præcipiat; quia libenter viribus & poſſe faciam. Et bene credo: Quod illi Egregii Dñi Conſiliarii, videndo tantas exclamationes, non poterunt aliud facere, niſi immediatè providere, quid debemus facere? Et

Digitized by Google

„ dum habuerimus reſponſiones, amore V. M. non manebimus hic, una hora. Illi qui Vræ
„ M. nunciaverunt: quod noſtri Hiſpani, faciebant vim mulieribus, non dixerunt veritatem,
„ & ideo non debet illis dare creditum. Quia nos habemus conſvetudinem defendendi mulie-
„ res, ut nullus audeat minimum impedimentum facere illis. Quod ſi præſumerent inten-
„ tare nos valde illos puniremus. Illi ruſtici qui pertulerunt litteras V. M. nolluerunt meas
„ tradere, propterea V. M. non habeat agitationes de hoc, quia nos omnibus reſponſum de-
„ dimus. Datis Majar, 26 Septembris Anno 1531. Petrus de Cinto. m. prop.

IV. *Georgii Kobazijch de Brizovicza.*

Sigillum at non diſcernitur. Titulus: *Magnifico ac Generoſo Dño, Dño Johanni Kaczijaner, Equiti Aurato, ac ſupremo Capitaneo Carniole &c. Dño mihi Gratioſſimo.*

„ Magſce ac Generoſe Dne, Dne mihi Graſſime. Poſt mei ipſius, ac ſervitiorum meorum
„ humillimam recomendationem. Noverit Vra eadem M. D. Qualiter intellexi comiſionem V.
„ M. D. ut ego venirem ad Labacum, & adſtarem ibidem aliquo judicio. Quare ſciat Vra M. D.
„ quod libenter venirem, ſed modo non poſſum, quia hæc cauſa eſt: Videlicet ut frater carnalis,
„ nomine Petrus, nunc nimium infirmatur. adò ut de die in diem Thurcas exſpectamus; quia di-
„ cunt (ut ſine dubio veniunt) ad occupandum & expugnandum arces confines. Et ſignanter,
„ ſic intellexi ut veniunt ſub arcem meam (*a*) aut ſub arce mea in vado, aliam arcem ſeu Ca-
„ ſtellum ædificabunt, & multa alia negotia habeo. Nihilominus tamen miſi ad V. M. unum
„ *Procuratorem* (*b*) qui in perſona mea judicio adſtabit. Quare rogo humiliter V. M. ob in-
„ tuitu ſervitiorum meorum, ut dictum negotium noſtrum, ſeu judicium Vræ eidem M. ſit
„ commendatum; quia Vra eadem M. bene novit, ut nos orphani Vræ M. ſumus. Nam &
„ pater meus Vræ M. bonus ſervitor fuit. Item ſciat V. M. D. quia ſæpius rogatum habui,
„ pro ſubſidio a M. Vra pro ſuſtentatione arcis meæ, quæ eſt in magno periculo, omnibus
„ iſtis provinciis Croatiæ, cœteriſque. Quia illum vadum, ſub dicta arce Vra M. bene no-
„ vit, & qualis eſt. Quare iterum rogo V. M. D. ut Vra M. erga me, pro ſubſidio arcis pro-
„ videre velit. Quia ſi aliquid contigerit huic arci, quod Deus avertat, ne dicat V. M. D.
„ ut erit cauſa mea. Et rogo V. M. D. ut hos familiares meos, Vra eadem D. præſentare
„ velit, videlicet ut illis, una mecum ſalarium dare velitis; ſicuti cœteris ſtipendiariis Re-
„ giæ Mattis. Et Vra M. D. bene novit, quia pater meus ſemper fuit Regiæ Matti fidelis ſer-
„ vitor; & ego ero, ac etiam Vræ M. D. Nam habeo litteras a Regia Matte, in quibus
„ promittit ſua Majeſtas, ut quandocunque aliquos ſtipendiarios ſua Mattas ſuſcipiet, aut
„ ordinabit, ex tunc & nos aſſociabit una cum familiaribus noſtris; & ſalarium præſtet,
„ ſicuti ex litteris Mattis ſuæ Vra eadem D. intelligere poterit, quas ad Vram M. mitto.
„ Et eandem V. M. D. feliciter valere opto; & me, una cum fratre meo Vræ. M. D. humil-
„ liter recommendo. Datum in *Klokoch*, feria 3. proxima poſt Feſtum Pentecoſtes. 1531.
„ Georgius Kobazych de Bryzovicza, ſervitor Vræ M. D.

a) Familiæ ſuæ arcem Kobazych vocatam, intelligit. [b] Procuratorem, accipere videtur pro mandatario potius, quam advocato.

Ex Epiſtolis præmiſſis metiri potes lector optime, quo in ſtatu fuerat Regnum Sclavoniæ? Nunc reſidua quædam Regni hujus ſuperſunt. Itaque

I. Quamvis Illm. Ritterus fateatur, ſemet in Camera Aulica Viennenſi legiſſe, de anno 1533 *contra Simonem Eppum Zagrabienſem* Regales litteras, Item Joannis Regis de anno 1534 *Protectionales* pro *Margaretha Szekely* de Ormoſd, relicta Joannis Banffy de Alſolendva, ne illa in univerſis bonis *Thomæ Montor* ubivis in Comitatu Szaladienſi exiſtentibus, & per defectum ejus, ipſi collatis, turbetur; cum nihilominus neutras legiſſemus, num? & qualem eruditionem ſuppeditent? dicere nequimus. Ex Iſthvanfio diximus, *Joannem Banffi* in Comitijs habitis, a Rege Joanne anno 1530, Palatinum dictum fuiſſe. Quem etiam Simon: Ep. Zagrab. epiſt. 2 ſuperius Palatinum vocat. Hoc titulo diu gaviſus non fuerat, dum 1534 *Margaretha* vidua ſua exprimitur.

II. Rebus intra Ferdinandum atque Joannem de Zapolya accommodatis, teſtantibus *conſtitutionibus in Congregatione Generali univerſitatis Dominorum & Nobilium Regni Sclavoniæ, pro Feſto Epiphaniarum Domini Anno 1538 Criſii celebrata editis*, & corpori juris inſertis, in nova hac periodo, ſequens deducitur gubernandæ Sclavoniæ ratio. 1. In uſu Congregationum Generalium relictam fuiſſe, conſtitutiones teſtantur. 2. Confiniorum, Artiumque finitimarum adminiſtrationem, proviſionemque penes Status Ordineſque Regni Sclavoniæ remanſiſſe, fatæ demonſtrant conſtitutiones. Enimvero Art. 7 Qualiter Arces perluſtrandæ? diſponitur. Articulo 9. *cætera verò quæ ad fortificationem Confiniorum, ad excubias, ad vigilias, & cuſtodiam Regni pertinere, & non manifeſtanda videbantur, commendavimus Dominis Banis.* Articulo 15 ordinantur victualia pro Confiniis.

Arti.

Digitized by Google

Art. 14 Loca depoſitionis ordinantur. 12 & 13 de curubus pro commeatu deducendo providetur; prouti & XI. de cura victualium. Articulo 6. de vectura machinarum bellicarum diſponitur. 3. Quod officium Banorum? quod Capitanei Regni? hac ætate fuerit rectè deducitur. *Ad Regni Capitaneum* gentes quæ a bonis dabantur, congregare, iiſdemque præeſſe, atque in limitibus ad Turcarum excurſiones invigilare pertinebat. Clara hæc ſunt, ex articulis memoratis. Articulo II. *Unuſquiſque Dominorum ac Nobilium de ſingulis 36 Jobagionibus ſeu fumis - - pro cuſtodia & tuitione Regni, ſingulum unum equitem bene armatum, galeatum, loricatum, clypeatum, & haſtatum, per integri anni revolutionem in confinibus penes Capitaneum Regni, ubi Dñi Bani juſſerint, continuo conſervare debeant & teneantur.* Nulluſque ab his equitibus eximitur, ibidem. Art. 3. Quod omnes Dñi Magnates, *gentes de bonis eorum* - - ſub Capitaneum Regni dare debeant & teneantur. Art. 4. Quod Nobiles & Regnicolæ paratos ſe continuo ad bellum teneant, & juxta iſthic deſcriptas neceſſitates, ipſi viritim, vel cum una quinta parte ſuorum ruſticorum vel pleno numero, *armati inſurgere, ac penes Capitaneum Regni, illo quo opus fuerit, & quo Domini Bani juſſerint, ſine mora proficiſci debeant & teneantur.* Art. 5. Dum neceſſitas inſurrectionis acceſſerit, D. Capitaneus Regni, accepta informatione, & commiſſione DD. Banorum, curet ad ſingulum Judicem Nobilium, unum ſpecialem, ad idque idoneum hominem mittere, ut gentes per omnia remedia leventur. *Quas idem homo Dñi Capitanei, ad loca neceſſaria ducere debebit.* Horum conſideratione, illa Matthiæ Regis diſpoſitio pag. 283 relata, mutata fuerat. *Banorum officii erat*, quorumvis diſpoſitio atque ordinatio, ut fati demonſtrant Articuli. 4to. Contributio Regi oblata eſt Art. I. *de omnium bonis*, ita ut Rex dicare valeat: *Ut ſi ſuæ Matti viſum fuerit, faciat denuò Regnum aicare.* Et demptis villicis ac præconibus, illiſque, qui in domibus, allodiis, & curiis dominorum Nobilitaribus ac Nobilium reſidentiam faciunt, nemo immunis ſit. Art. autem 25 pro diverſis negotiis Regni, *Caſſa privata & extraordinaria* conſtituitur, pro exolvendis debitis contractis, Oratoribus, Aſſeſſoribus item & Judicibus Nobilium, atque hæc: *de omnium tam dominorum, quam Nobilium bonis, ac etiam a Nobilibus unius ſeſſionis, juxta numerum noviſſimæ dicationis exigantur, Et ad manus DD. Vicebanorum adminiſtrentur.* Itaque Vicebani hac ætate, *Perceptores* caſſæ fuere. Ordinantur plura cœtera, in articulis videnda. Reliqua inter ratiocinium de priori contributione, die & loco per D. Banum præfigendo, *quô & Regia Mattas, hominem ſuæ Mattis miſſura eſt.* Monetæ valor art. 26 deſignatur, & rebus precium.

Quia verò, ſub Vladislao adhuc Rege, intra Clerum & Sæculares, *cauſa contributionis*, graviores emerſiſſent diſcordiæ, nunc quoque has renovare incoârunt. Juvat Articulum 16 exſeribere: *& quia tempore proximæ expeditionis, Perſonis etiam Eccleſiaſticis parcere non poteramus, ſed in eos quoque contributionem impoſueramus, quam ad privatas Regni neceſſitates exponendam deputaveramus; Nunc autem intelligimus Regiam Mattem, Dominum noſtrum gratioſum, ipſam Contributionem Perſonarum Eccleſiaſticarum, aliter erogandam commiſiſſe. Quare ſupplicandum eſt Regiæ Matti, ut ſua Mattas dignetur contributionem illam, nobis exigendam, & ad Regni neceſſitates exponendam, concedere gratioſè. Interim autem donec a ſua Matte exinde relationem veram obtinuerimus, univerſi Presbyteri ac Plebani, & aliæ Perſonæ Eccleſiaſticæ, contributionem ipſam penes ſe conſervare debeant.* Vetus hæc, perenniſque diſſenſio, Regno huic pernicioſiſſima eſt. Quis tot ejus deſcribat vulnera? ſub prætextu expeditionis, impoſita erat Perſonis Eccleſiaſticis contributio, quæ nihilominus ad privatas neceſſitates fuit deputata, haud verò ad publicas. Hinc Clerus, ut ſub protectione Apoſtolici Regis ſui, illam Cleri contributionem, ad Regis & publicum commodum errogandam exoraverat. Nunc etiam contribuit Clerus, ad erigenda reparandaque Præſidia. Regi in neceſſitatibus ſubvenit. Tot tantæque extant pro publico commodo, factæ a Clero fundationes, Familiæ plures elevatæ; Perſonarum Eccleſiaſticarum facultates, ad ſanguine junctos tranſeunt, nihilominus! - - -. Leges Eccleſiaſticas Perſonas, iiſdem gaudere definiunt Privilegiis, quibus cœteri Nobiles; ſi contribuere non repugnat Perſonas Eccleſiaſticas? neſcio qualiter ſalvari poterit de Nobilibus. Illa Cleri contributio, qualiter olim diſpenſata fuerit? Acta teſtantur publica, Egóve tacere mallo ac referre. Sane Ferdinandus de quibuſvis informatus, non ſolum contributionem illam Cleri, nôn admiſit, ſed videns, quod pro Regni ſalute, calices cœteraque Baſilicæ auri argentique, Zagrabienſis Eccleſia ſibi ſubmiſiſſet, relatum pag. 303 Vladislai Regis privilegium. à Ludovico II Budæ in Feſto Pentecoſtes Anno 1519 renovatum confirmatumque, ipſe quoque tranſumpſit ſuiſque confirmatoriis innovavit conſtabilivitque, ubi ſequens concluſio: *Datum per manus Rñi in Chriſto Patris, Dñi Nicolai Olahi Archi-* eppi

eppi Eccl. Metropolitanæ Strigonienſis, locique ejuſdem Comitis perpetui, Primatis Hungariæ, Legati nati, ſummi & Secretarii Cancellarii, & Conſiliarii, ac Compatris Noſtri; Fidelis nobis ſincerè dilecti. In Civitate noſtra Archiducali Vienna, 2da die Menſis Novembris, Anno Dñi 1558. Regnorum noſtrorum, Romani 28; aliorum verò 32. VVlbbus in Chriſto Patribus, eodem Nicolao Olahi Archieppo Strigonienſi (Colocenſi ſede vacante) Antonio Verantio Agrienſi: Matthia Brumano electo Zagrabienſi; Paulo Bornemiſza Tranſilvanienſi, Franciſco Forgacs electo Varadinenſi, Georgio Draskovich Quinque Eccleſiarum, Paulo Gregoriancz Jaurinenſi, Andrea de Kötves Veſprimienſi, (Chanadienſi ſede vacante) Blaſio de Varadino Petro Vacienſi: Præfato Paulo de Bornemiſza Nitrienſi (Boſnenſi ſede vacante) Joanne de Wylliak electo Tinienſi, Eccleſiarum Eppis, Eccleſias Dei feliciter gubernantibus. Item Spectabilibus & Magnificis, Comite Thoma de Nadaſd, Regni Noſtri Hungariæ Palatino, Judice Cumanorum Noſtrorum, ac in Hungaria Locumtenente Noſtro, nec non Comite perpetuo terræ Fogaras. Andrea de Bathor, Judice Curiæ noſtræ; Stephano Dobo de Ruzka Vaivoda noſtro Tranſilvanienſi, & Siculorum Comite. Petro Erdöedy de Monyorokerek Comite Montis Claudy, ac Regnorum Noſtrorum Dal. Croat, & Sclavoniæ Bano; Nicolao Comite de Zrinio Tavernicorum; Franciſco Tahy Agazonum; Stephano Banffi Dapiferorum; Joanne Deſeffi Curiæ Noſtræ; Petro Macedoniay Cubiculariorum; Ladislao Banffi de Alsö Lendva Janitorum; & Chriſtophoro de Batthyan Pincernarum noſtrorum Regalium Magiſtris. Comite Echio a Salmis & Nerobrorgh Comite Comitatus Poſonienſis, cœteriſque quamplurimis Regni noſtri Hungariæ, Comitatus tenentibus & honores. Ferdinandus m.p. (loco ſigilli) Nicolaus Olahus Archiep. Strigonien. m.p. Joannes Liiſthius m.p.

III. In memoratis conſtitutionibus *Banorum* eſt mentio. Poſt *Joannem Torquatum*, Andreas Eppus Tinninienſis, Regius Banalis fuit Locumtenens, *Franciſcus* autem *de Batthyan* Banus. Reſignavit Franciſcus 1535, quia art. 50 anni 1536 habet: *Item in Regno Sclavoniæ, pro ejuſdem Regni defenſione & tranquillitate publica reſtituenda, & ut ibi quoque omnia ſuo ordine gerantur, Mattas Regia curabit maturè de Bano præficiendo providere.* Error itaque eſt in Chronica Croatica, quæ reſignationem ejus ponit ad annum 1537. Quô *Thomas de Naddſd*, & *Petrus Keglevich* ad Banatum ſunt elevati, ut ideo in articulis Regni Sclavoniæ 1538 Banorum ſit mentio. *Nadaſdius 1538* Jeſzenoviczium recepit. Anno autem 1540, ad dignitatem Judicis Curiæ tranſiit, poſtea etiam Regni Hungariæ Palatinus effectus. *Keglevichius vero*, violens occupator bonorum effectus, Banatu privatus eſt, quin art. 43 anni 1542 proſcriptus. Succeſſit in Banatu *Nicolaus Comes a Zrinio*, anno 1541, qui *Csaktornja* Petrum Keglevichium 1546 expulit, & 1550 Inſulam illam donatione Ferdinandi Regis obtinuit. Zrinio in Banatu ſucceſſit 1557 *Petrus Erdoedy* de Monjorokerek. Deplorari ſatis nequeunt hæc tempora, quibus mutuæ vigebant cædes, bonorum occupationes; Turca interim Sclavoniam deſtruente, occupanteque ut ex Iſthvanffio, Cronica item Croatica, aliiſque videre eſt. Simon Eppus Zagrabienſis poſt reconciliationem cum Ferdinando bellabat cum Zriniis ad Vinodol, Keglevichius cum aliis, omniſque privatis rebus ſtuduit, Patriæ & Regno conſuluit nemo. En avaritiæ! invidiæque effectum. Teſte Cronica Croatica *Simon Eppus Zagrabienſis*, obiit 1543 Chaſmæ, Zagrabiam delatus, ſepultuſque in Cathedrali. Quare illud Hiſt. Eccl. Zagr. pag. 221 *Simon obiit, ſed ubi ignotum? Prout & de ſepulturæ loco?* corrigendum emendandumque. Interim facta ſuperius de recepto Turcis Jeſzenoviczio, quam ex litteris *Petri Erdöedij* Bani, accepimus notitiam, eam deſcribimus. *Expoſitum eſt nobis in perſonis Egreg. Michaëlis Zempthei de Zempthe, nec non Generoſæ Dñe Barbaræ conſortis Egr. Stephani Kapitanffi de Dreſnicze, filiæ vero condam Joannis Zempthei fratris Carnalis & ſenioris, jam fati Michaelis Zempthei. Qualiter, cum his ſuperioribus diſturbiorum temporibus, videlicet poſt infelicem cladem Mohachienſem, ac in anno 1536 tranſacto, caſtrum dicti Michaelis Zempthei --- Jeſzenovacz vocatum, inter flumina Savi & Un appellata, in Cottu Criſienſi exiſtens, conſtructum, per Uſumbegum Boſnienſem Baſſam, per vim expugnatum, & occupatum extitiſſet. Tandem circa Feſtum B. Colomani Martyris in anno D. 1537 nunc tranſacto præterito, egregii olim Joannis Subniſzky in Ujvar, & alter Joannes Sidovalich vocati, in Zobotky caſtris nuncupatis, ſimiliter dicti Michaelis Zempthey exponentis - - ipſorum Caſtellani & officiales per ipſos tunc ibidem, conſtituti, nec non miſeri coloni eorundem, tum in pertinentiis Caſtri Jezenovacz vocati, jam per ipſos Turcas occupati & intercepti; quam etiam in tenutis & terris pertinentiiſque nuncupatorum caſtrorum eorum Ujvar, ac Zabotky tunc commorantes cum Egregiis Andrea Zolthay proviſore, & Nicolao ſimiliter Zolthay, tunc Caſtella-*

nis

nis Magnifici condam Thomæ de Nadaſd, ac Generoſæ & Magfcæ Dñæ Urſulæ Kaniſay conſortis ejuſdem Thomæ Nadaſdy, Velika vocati in prædicto Cottu exiſtentis habiti, per eoſdem ibidem conſtitutos, ac etiam cum Egregio Marco Thomaſſovich, & condam Petro ſimiliter Thomaſſovich, aliiſque quam pluribus familiaribus ſervitoribus, nec non etiam populis & colonis eorundem D. Thomæ Nadaſdy ac Dñæ Urſulæ Kaniſay conſortis ejuſdem in oppido eorum ſimiliter Velika - - commorantibus, mutua inter ipſos habita intelligentia, ad eliberationem & reobtentionem a præfatis Turcis dicti Caſtri - - Jeſzenovacz, ad partem communem, ſub hac condicione, videlicet: ut omnes res, & quæcunque bona Deo auxiliante in eliberatione & reobtentione dicti Caſtri Jeſzenovacz vocati, capere & conſequi poſſent, in duas rectas & æquales partes dividentes, quarum unam, ipſis D. Thomæ Nadaſdy, & Dnæ Urſulæ Kaniſay conſorti ejuſdem; alteram vero fato Michaeli Zempthei & fratribus ſuis cedere & dare deberent, ſimul conjuråſent - - - ſicque ſimul conjunctis viribus, ſtipato milite, uno & concordi animo, dictum Caſtrum Jeſzenovacz, tunc apud manus Turcarum habitum, viriliter aggreſſi; Deoque juvante & fortuna comite de manibus ipſorum Turcarum eripuiſſent, ac adepti & conſecuti fuiſſent; ibidemque plures Turcas captivåſſent & compræhendiſſent, inter quos duos ſpecialiores & potiores Turcas, videlicet Thurhambegh Vilich, & Kivan Vaivoda vocatos, Præfectos ſcilicet ejuſdem Caſtri captivaſſent, &c. Narrat deinde mox dictos Turcas pro ſui eliberatione Nadaſdio dediſſe 3000 fl. auri puri Thurham Beghum, Kivan vero Vaivodam 500 fl. Hungar. a quibus portio pactata Zemptheis non obtigiſſet. lineæ - - - notæ ſunt omiſſorum a nobis verborum, quæ ad hiſtoriam nil conferunt.

IV. Quamvis Ferdinandus, arces confiniaque Sclavoniæ ſtatibus, providenda gubernandaque admiſiſſet; videns nihilominus eorum diſcordias atque avaritias; Turcarum item progreſſus & depopulationes, accedentibus etiam Sclavoniæ precibus, confinia erexit, providendaque ſuſcepit. Itaque *Capronczam*, *Gyurgievecz*, *Cſaſmam* &c. implevit militia, poſitumque fundamentum Generalatui, dicto poſtea Varaſdinenſi. Hæc poſt annum 1546 eveniſſe credo. Confinia illa ſub Regni fuiſſe proviſione & cura, articuli 1538 evincunt, ubi *Veröcze* & in *Velika* depoſitoria Regni ſtatuuntur. Articulus quoque 43, anni 1542, perhibet demonſtratque Capronczam a Keglevichio occupatam fuiſſe, quia ipſe 1546 a Nicolao Zrinio, & Luca Szekell caſtigatus fuiſſet, receptione occupatarum arcium, puto poſt annum hunc, Præſidia iſthic Regia erecta. Sane in extractu monumentorum Regni lego: *1550 Mandatum Ferdinandi, ad Georgium Tompa Quinque Eccleſienſem, Matthiam Zaberdinum Tinninienſem Epiſcopos; Lucam item Szekell de Kevend, gentium Provinciarum Stiriæ & Carinthiæ in Regno Sclavoniæ Capitaneum; Paulum de Patka Vice Comitem Comitatus Varaſdinenſis directum, ut finitis metarum rectificationibus* (virtute videlicet articulorum 63. 1548 & 44 ac 45. 46, anni *1550*) *atque completis differentiis, tam Nobilium campi Zagrabienſis, quam Comitis a Zrinio Bani, ratione Caſtri Lukavecz, faſſiones teſtium recipiant, ubi una Nobilibus campi Zagrabienſis, adverſus dictum Banum ſalvumn conductum tribuit.* Proinde dum 1550 Lucas Szekel Capitaneus fuit Gentium Provinciarum Stiriæ, & Carinthiæ (quod nempe ab his Provinciis ſolverentur Præſidiarii) *in Regno Sclavoniæ*, concludo: poſt 1546 Confinia illa inchoåſſe. Evincit hoc 43 anni 1546, quem in confirmationem anteriorum pag. 332 ex Jovio relatorum *de induciis*, deſcribimus. *Quod Majeſtas Regia defenſioni Regni Sclavoniæ mature proſpiciat, & inter cætera, tum D. Bano ſolutionem ſubinde fieri curet, ut ipſe cum ſuis gentibus præſto ſemper ad defenſionem, quocunque opus fuerit, eſſe queat. Tum verò aliis quoque Dominis ac Nobilibus Croatis, quibus in confiniis bona ſunt, necpropter excurſiones continuas Turcarum, quas ſub præſentibus induciis* (NB.) *crebriores quam antea faciunt, agros colere, vel ſeſe aliter ex propriis redditibus ſuſtentare poſſunt, de ſolutione aliqua provideat, ut & hi in defenſionem illorum Regnorum præſto ſint.* Profectò ad hæc tempora, refferri debere, *Capronczenſem Capitaneum*, demonſtrant Civitatis Lib. Reg Capronczenſis documenta, quæ Magiſtratus illius, in res litterarias propenſione, ut accepimus; ita eruditis doctiſque communicamus. Itaque.

I. „ Nos Ferdinandus Divinâ favente clementiâ Romanorum, Hungariæ, Bohemiæ,
„ Rex, ſemper Auguſtus; Infans Hiſpaniarum, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ &c.
„ Fideli noſtro Magnifico Lucæ Sekell de Köwend, Libero Domino in Ormoſd, & *Præfe-*
„ *cto noſtro in Kaproncza* moderno, futuriſque pro tempore conſtituendis, ſalutem & gratiam.
„ Expoſitum eſt Matti noſtræ, in perſonis fidelium noſtrorum circumſpectorum Civium &
„ incolarum, oppidi noſtri Capronсza: Quomodo Tu, terras tam cultas, quam incultas,
„ & prata, hoſpitalis Kapronczenſis; ac Sacelli B. Mariæ Virginis, in eodem oppido fun-

Digitized by Google

„ datorum, in ſuſtentationem pauperum, & Rectoris Altaris ejuſdem Sacelli, deſtinatas; pro te, & ad *Caſtellum noſtrum Caproncza*, in præjudicium ipſorum Civium occupâſſes, atque tolli feciſſes, fructumque earumdem, *iam ab aliquot annis* percepiſſes, & nunc quoque perciperes: paratum tamen te offerres, ut ad commiſſionem noſtram, in ipſo negotio, ſicut & in aliis id ageres, quod tibi faciendum committeremus; cum & oppidum & Caſtellum ipſum, cum omnibus pertinentijs, ad nos directe pertineat. Quare cum juſtum ſit terras arabiles & prata, cœteraque ad præfatum hoſpitale, & Rectoratum Altaris pertinentia, in eum uſum convertere, in quem ſunt donata & deputata: Ipſique *Cives jus patronatus* habere dicantur; Fidelitati tuæ, harum ſerie firmiter comittimus & mandamus: quatenus acceptis præſentibus, præſcriptas terras arabiles & prata, cœteraque eo pertinentia, memoratis Civibus, & ad manus eorundem, dare & aſſignare, ſine ulteriori dilatione, debeas. Commiſimus autem Civibus ipſis firmiſſimè, ut fructum & utilitatem dictarum terrarum, & aliarum pertinentiarum, non in proprium commodum, ſed in uſum Rectoris, hoſpitatis & Saeelli præfati, ac pauperum, pro ratione proventuum, ſuſtentationem, convertere debeant. Quod ſi ipſi fortaſſe facere negligerent; Tibi, & futuris Præfectis committimus; ut nos ſuper ea re, informare debeatis. Secus non facturi. Præſentibus perlectis, exhibenti reſtituendis. Datum Viennæ 16 die, Menſis Martii, Anno Dñi 1556.

II. „Nos Ferdinandus &c. (*ut in ſuperiore*) Fideli noſtro Magnifico Lucæ Szekel de Köwend, Libero domino in Ormoſd, & *Præfecto ac Capitaneo noſtro in Kaproncza*, ſalutem & gratiam. Expoſitum eſt Matti Noſtri in Perſonis fidelium noſtrorum circumſpectorum Civium & inhabitatorum oppidi noſtri Kaproncza, quomodo Tu, & Caſtellanus Tuus, quem in Caſtello noſtro Kaproncza haberes, præfatos Cives prohiberetis, ne ligna tam ad focum, quam ædificia apta, ex Caſtrenſibus ſylvis, & aliis quoque vicinis, ſecare, & vehere auderent. Itemque præfatos Cives *a piſcatione foſſæ Civitatis, in cujus reparatione, pro tertia parte ipſi quoque laborâſſent;* contra antiquam eorum conſuetudinem & libertatem, ſub pœna prohiberetis. Itemque certas ſeſſiones Civiles, in ipſo oppido exiſtentes, & terras ad eaſdem pertinentes, ad caſtrum præfatum occupari feciſſes; cenſum nihilominus ratione earundem ſeſſionum provenire debentem, exigi faceres. Item quod terras extirpatitias in quibus ſylva Civitatis præfuiſſet, in præjudicium ipſorum Civium occupatas, ad caſtrum poſſideres. Supplicatum itaque eſt Matti noſtræ, in perſonis omnium Civium & inhabitatorum prædicti oppidi noſtri Kaproncza; ut eiſdem ſuper præmiſſis articulis, de opportuno juris & juſtitiæ remedio clementer providere dignaremur. Cum autem in ſingulis præſcriptis articulis, præfati Cives juſtum petant; Nobiſque placeat, ut ipſi Cives requiſito Caſtellano, ex ſylvis tam Caſtrenſibus, quam aliis vicinis, tam ad ignem, quàm ædificia, pro eorum uſu libere utantur; modo ne ligna ipſa divendant, aut diſſipent: Item cum illud quoque juſtum ſit, ut ipſi a piſcatione foſſæ Civitatis non prohibeantur, Placet nobis, ut ea pars foſſæ, quæ caſtrum circumdat, caſtrenſibus integra relinquatur; reliqua vero pars, ſcilicet ea, quæ oppidum ambit, ſolis civibus piſcanda relinquatur. Item cum illud quoque Nobis probetur, ut ratione ſeſſionum Civilium, ad caſtrum præfatum occupatarum, Cives ipſi nihil contribuant; ſed in ea parte Cenſus ordinarius diminuatur, & ipſi Cives ſupportentur. Poſtremo cum terras quoque extirpatitias ad ipſos pertinentes, remittere æquum ſit; ut videlicet ipſi tanquam legitimi poſſeſſores, fructus & utilitates ex iiſdem provenientes, capere poſſint; Fidelitati Vræ harum ſerie firmiſſimè committimus & mandamus: quatenus ſupradictis omnibus articulis, noſtræ præſcriptæ voluntati ac deliberationi, omni excuſatione poſtpoſita, te accomodare, eamque obſervare debeas & tenearis. Secus non facturus. Præſentibus perlectis, exhibenti reſtitutis. Datum Viennæ 16. Martii, Anno Dni 1556.

III. „Ferdinandus Divina favente clementia &c. (*uti ſuperius*) Fideli noſtro Magnifico Lucæ Szekell de Köwend, ſalutem & gratiam. Expoſitum eſt Matti Noſtræ, in perſona fidelium noſtrorum, circumſpectorum Judicis, & juratorum Civium, totiuſque communitatis oppidi noſtri Kaproncza; Quomodo ſuperioribus temporibus, juſſu Sereniſſimi Principis Maximiliani, Regis Bohemiæ &c. Filii noſtri chariſſimi, claves portarum prædicti oppidi Kaproncza, per ipſos cives ab antiquo conſervatas, Tu adimi feciſſes; & per Caſtellanum in Caſtello conſervari etiamnum faceres; idque ſine ipſorum præjudicio & infamia quadam, fieri non poſſet: neque id ipſum commeruiſſent, cum à principio felicis noſtri Regiminis, ſemper cum ſumma fidelitate & conſtantia Matti noſtræ ſerviviſſent; prout nunc quoque in cuſtodiendo illo oppido non ſine damnis eorum ſervirent. Propterea ſupplicatum eſt Matti noſtræ, quod dignaremur, conſiderata ipſorum fidelitate prædictas claves, denuò ad manus eorum dare, & conſignari facere. Cum autem non ſit iniquum eos con-

ſerva-

Digitized by Google

„ ſervare claves, qui portarum quoque cuſtodiæ de die curam habent, & hactenus ſemper „ fideliter eas claves conſervarunt, Fidelitati Tuæ harum ſerie firmiter committimus & „ mandamus: quatenus acceptis præſentibus, præfatas claves portarum dicti oppidi Ka- „ proncza ad manus Judicis & juratorum, prout antiqua conſvetudo fuit, dare & aſſigna- „ re debeas; ita tamen quod ipſi cives, hora conſveta & commoda, prædictas portas claude- „ re, & apperire curent. Cui quidem clauſioni & apertioni portarum, ut unus ex Caſtren- „ ſibus ſervitoribus adhibeatur, & ne ſine homine per Caſtellanum ad id deputato, portæ „ aperiantur vel claudantur, committimus. Secus non facturus. Præſentibus perlectis, ex- „ hibenti reſtitutis. Datum Viennæ 17 die Martii, Anno Dñi 1556.

Conſtitutiones reſolutioneſque Regiæ, in tribus relatis reſcriptis contentæ, Anno 1558 Die 29 Aprilis per ipſum Ferdinandum I ſunt confirmatæ, & in formam Privilegii redactæ, per expeditionem Excel. Regiæ Cancellariæ Hungar. Per manus Rmi in Chriſto Patris Dñi Nicolai Olahi Archieppi Eccl. Strigonienſis, cum Prælatorum Baronumque Regni inſertione. Qui quia idem eſſent, qui ſupra pag. 362 in Privilegio Eccleſiæ Zagrabienſis; ideo iterum eos non exſcribimus. Differentiam unice notamus. Hic, poſt annos Regnorum, additum: *Electionis verò noſtræ Imperialis, Primo.* Item *Paulo Bornemiza Tranſilvanienſi, & gubernatore Nitrienſi.* Franciſco Forgach additum *de Gimes.* Palatino Nadaſd, poſt terræ Fogaras: *ac Comite Caſtri Ferrei.* Hæc præmiſſa, confirmata ſunt, per Reges Maximilianum, Rudolphum, Leopoldum. Demonſtrant autem, quæ ſuperius commentabamur, nempe: poſt 1546 Præſidiariam militiam, Capronczam & per Criſienſem Comitatum eſſe introductam, Confiniaque illa inſtituta, poſtquam Status providere nequiviſſent. Addimus hic Matthiæ II reſolutionem.

„ Matthias Dei gratia Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Comes Tyrolis &c. Uni- „ verſis & ſingulis Generalibus, Capitaneis, & Vice Capitaneis, præſentibus & futuris, in „ Civitate Kaproncza conſtitutis, & conſtituendis, præſentes viſuris, ſalutem & grati- „ am. Informati ſumus, eſſe non nullos, inter milites ſuæ Mattis Cæſareæ, Capitaneatui „ & ductui veſtro ſubjectos, qui quamvis domos, agros, prata, fœnilia, hortos, & alia bona „ civilia, in fundis ipſius Civitatis habeant; nulla tamen onera Civilia, eorundem fundo- „ rum ratione, in medium Civium præſtare aut contribuere volunt. Quia vero communis „ omnium ea eſt juſtitia, & obſervata ubique lex & conſuetudo, ut quicunque dominorum „ & Nobilium, aut alterius ſtatus hominum, bona ejuſmodi civilia, in aliqua Civitatum „ habeat, ratione eorundem onera quoque civilia, ſubire debeat. Idcirco hortamur vos & „ requirimus, *ac authoritate Sacræ Cæſareæ Regiæque Mattis, qua fungimnr, vobis* „ *committimus & mandamus*: ut omnes & ſingulos, qui talium Civilium fundorum, qua- „ cunque ratione aquiſitorum, poſſeſſione gaudent; ad ſingula etiam & quævis onera, & „ juriſdictionem quoque Civilem, ratione eorundem fundorum, ferenda & ſubeundam, co- „ gere & compellere debeatis & teneamini. Secus non facturi. Præſentibus perlectis, exhi- „ benti ruſtitutis. Datum Poſonii, 9 Die Menſis Martii, Anno Dñi 1595. *Matthias m.p.* „ Locus Sigilli, *Lippay m.p.*

Hujus decreti juſtitiam agnovit S. R. I. Comes *Æneas de Caprara*, Campi Mareſchallus, & Generalatus Varaſdinenſis Supremus Commendans, qui extradato Civitati decreto, Varaſdini Die 25 Novembris 1688 emanato, Præſidii Caproncenſi Commendantibus, hoc obſervandum ſtrictiſſimè committit. Cœterum ſub Ferdinando I. *Præfectum Capitaneumque tantum* Capronczæ fuiſſe, ſuperiora teſtantur, ſub Rudolpho autem, jam & *Generales*; ait enim Matthias: *Generalibus, Capitaneis, & Vice Capitaneis - - in Civitate Kaproncza conſtitutis.* Proinde Varaſdinum, anno 1596 occupatum, ut hiſt. Eccl. Zag. pag. 305, Kaproncza fuiſſe putamus.

V. *Nicolaus Zrinius Banus*, Statim atque Inſula Muraköſz potitus fuerat, *Fluvium Dravum* per terras aliorum ducere procuravit, ut Inſulæ territorium extendat. Facto hoc controverſiam necdum terminatam, *moleſtamque Dicaſteriis Regiis*, vicinis item ibi Comitatibus, cauſavit. Hæc ex communicato nobis, a quodam privato, authographo, a nobis viſo, examinato, ac ſincerè hic deſcripto, paterent. Eſt autem tenoris ſequentis:

„ Ferdinandus Divina favente clementia, Romanorum, Hungariæ, Bohemiæ &c. Rex, „ ſemper Auguſtus. Infans Hiſpaniarum, Archidux Auſtriæ &c. Fideli noſtro, Spectabili „ & Magnifico Comiti Nicolao de Zrynyo, Regnorum Noſtrorum Dalmatiæ Croatiæ & „ Sclavoniæ Bano, ſalutem, & gratiam. Expoſitum eſt Majeſtati noſtræ, in perſonis No- „ bilium Pauli Brepich, Joannis Crywlay, Nicolai Petthaky, Joannis Budor de Atthak; „ Stephani Georgii, Blaſii de Bogachowcz, Joannis Chyrka, Akaczy Breſtoezi, alterius A- „ kaczy de Chanyowcz, Dominæ Claræ relictæ quondam Nobilis Viti de Emrehowcz,

„ Joannis Benkowych, Dorotheæ relictæ quondam Nicolai Kerenzky, Franciſci Kizelycza de Chanyowcz, relictæ Dominæ Margarethæ de eadem Chanyowcz, Nobilis Mathiæ Haramya, ac aliorum certorum Nobilium penes *Flumen Dravum* commorantium, gravi cum quærella: Qualiter tu, non curata ipſorum exponentium antiqua libertate & prærogativa, quibus veri Nobiles ubique in Regnis noſtris uti ſolent; miſſis & deſtinatis quam pluribus hominibus tuis, & inſtrumentis ad id neceſſariis, qui, *fluminis Dravi* vehementiſſimi, curſum ac meatum per reſidentias colonorum, præfatorum exponentium; propter Tuum, & colonorum tuorum, futurum commodum; ipſorum autem exponentium damnum magnum, derivare & dirigere deberent. Nunc quoque iterum novo mandato generaliter ad univerſos intra *Drawum & Muram fluvios* commorantes colonos tuos, dato ipſis ſub poena amiſſionis omnium bonorum, ſerio id ipſum commiſiſſes; & ipſis præcepiſſes, ut in alio certo loco per te illis deputato, ejuſdem fluminis Dravi curſum, meatumque; recta ad eorundem exponentium terras ac bona, tranſmitteres; in præjudicium & damnum libertatis ipſorum exponentium, maximum. Cum autem ex debito noſtri Regii officii teneamur: fidelium ſubditorum noſtrorum antiquis libertatibus & prærogativis ſuis, clementer providere; fidelitati tuæ committimus & mandamus firmiter: quatenus acceptis præſentibus, & præmiſſis ut præfertur ſtantibus & ſe habentibus; a præfati fluminis Dravi, certi ſui curſus derivatione, quæ ipſis exponentibus, & colonorum ipſorum victui, maximum & irreparabile damnum inferre poſſit, & Tu te ipſe abſtineas, & tuos prohibere omnino debeas ac tenearis; dictoſque Nobiles exponentes, contra eorum jura ac libertates damno afficere nullatenus præſumas. Secus non facturus, præſentibus perlectis, exhibenti reſtitutis. Datum Viennæ, decima octava die, menſis Junii; Anno Domini Milleſimo Quingenteſimo Quinquageſimo primo. *Ferdinandus M. P.* Sigillum impreſſum Regium. *Nicolaus Olahus E. Agrienſis m. pp.*

VI. Ferdinandus accepta Confiniorum cura, inferiore item Sclavonia amiſſa, cum arctatam vidiſſet ſuperiorem Sclavoniam, cognoviſſet item hanc Hungariæ ab olim fuiſſe conjunctam, atque illius Ducatum anno 1548, Sclavoniam ad Dietam invitat Hungaricam, ita enim extractus: *1548. Regales Ferdinandi, ut ad celebrandam Feſtô S. Georgii Diætam, e ſui medio aliquos cum plena informatione mittant, hortatur.* Hæc Diæta prorogata fuerit, cum decretum publicum ad Feſtum Lucæ celebratam teſtetur. In eadem art. 46 conſtituitur, ut *tam in Sclavonia quam in Hungaria*, caſtella noviter erecta diruantur. In ſequentibus quoque Diætarum articulis, de Sclavonia ordinationes legere eſt; Verum *Croatiæ* nulla mentio. Hoc tum inde evenit, quod repleta fuerit milite, confiniariaque effecta: hinc a militari præfectura dependebat; cum &; quod pars ejus reſidua, quæ confiniis applicata non fuerat, potiſſimum Frangepaniorum dominiis conſtabat; Hi autem, ſecundum immunitates Regum Hungariæ veteres, quamvis Banorum juriſdictionem deprecabantur, inhærebantque veteri uſui, ſe ultra Dravum ire non obligari. Sane Croatiæ nuncios ad Diætas Hungariæ, anteriori etiam Periodo, aliquando iviſſe, non eruimus. Comites Croatiæ, ut membra Diætis adſtitiſſe, ſæpiuſque cauſâſſe moleſtias, certum eſt; Verum *Regni Croatiæ* nomine, ut corporis Reipublicæ, nuncios aliquando in Diætis fuiſſe, eruere nequivimus. Hac porro Periodo, vel vocatos extitiſſe Croatas, Diætales articuli nullum præbent, arguendi argumentum, memoratus enim art. 43. anni 1546, ubi Nobilibus Croatis dandum ordinatur ſtipendium, ad preces Nunciorum Croatiæ, quod conditus fuerit, non exprimit. Quin Epiſtolæ ſuperiores, ut *Georgii Kobâſych*, *Stephani Deshazij* prima, *Andreæ* Eppi Tininienſis pag. 340, tertia; *Simonis* quoque Eppi Modruſſienſis a pag. 338, documentum denique pag. 291 exſcriptum, evincunt manifeſtè, etiam in privatorum cauſis, *in Croatia*, aliam fuiſſe Ferdinandi diſpoſitionem, hancve hæreditariis Provinciis ſuis, quodammodo vel adjectam fuiſſe, vel addici quæſitam. Sane Croaticas illas oras, jam Labaci in Carniolia, jam Græcii, jus juſtitiamque quæſiviſſe, extra dubitationem eſt. *In rebus* nihilominus *publicis*, quandam connexionem, partes illas Croatiæ cum Sclavonia coluiſſe, dubitari non poteſt; hoc enim & *Joannis Torquati* epiſtolæ evincunt, & diſpoſitio *Sclavoniæ Statuum*, de illis Croatiæ partibus. Anno 1567 (ut Hiſt. Eccl. Zagr. p. 263) ad munitionem Caſtri oppidique *Czettin*, item caſtri *Terſact* diſpoſitiones in comitiis Sclavonicis factæ ſunt, immo, *Nicolaus Kerchelich in Vice Comitem* partium illarum, fuit conſtitutus. Reſidua Ferdinandi, *ut publicum* reſpiciunt, ex Iſthvanſſio, Velejo Urſino, aliiſque petenda, haud neglectis *Decretis ſuis publicis*, in corpore juris contentis; ut vero *privatos* attingunt, etiam in his Regionibus, cum inſtituti non ſint noſtri, perlubenter ab aliis deſcribenda, illuſtrandaque, relinquimus.

§ 4.

Digitized by Google

§. 4.

Præmiſſis quibuſdam Reflexionibus, Ferdinandi I, Gubernationis Sacræ Regni Coronae; epiſtolæ quædam; inſtrumenta Item impignorationis XIII oppidorum Scepuſienſium cum acceſſoriis; Donatio quoque Joanni de Maroth elargita; ad illuſtrandam Hungariæ hiſtoriam, doctis eruditiſque viris communicantur.

IN nova hac Hungariæ Regni Periodo, quod qualéve ſiſtema? adeoque gubernandæ Reipublicæ *fundamentalis ratio*, quæ introducta aſſumptáque extiterit? contendendum eſſe, ut cognoſcatur; ab omni confuſionum in Republica oſore, admittendum credo. Nos, ex decretis Ferdinandi publicis, cœteris quoque adminiculis, *Siſtema hoc fundamentale* confecimus quidem; attamen cum hæc, quivis præſtare poſsit, cum ideo; tum etiam ex motivis aliis, ſiſtema hoc non refferimus, Reflexiones nihilominus ſequentes, ob ſcriptores noſtros, Diætaleſque ipſos articulos, ponere viſum eſt. Itaque I. Ferdinandum, *Majeſtatem Regiam* (quæ ſub Vladislao atque Ludovico, quo loco fuerit? Decreta eorundem demonſtrant) debito reſtituiſſe ordini, Decreta Ferdinandi evincunt. Omiſſis decretis primis, tanquam a parte illa, quæ Ferdinando devota erat, profluentibus; Anni 1542 art. 9. manifeſtum hoc reddit. Si dixeris, nec anno 1542 coaluiſſe ſtatus, teſtantibus articulis 1. 11. 17. 25. &c. ego non contendam. At mihi indubitatum eſt, ab anno 1547, Ferdinandum ab omnibus habitum fuiſſe, pro vero indubitatoque Rege. Enimvero fati anni art. V. oratur Majeſtas ſua, ut vel ipſa in Ungaria maneat, vel Maximilianum ſui loco relinquat, motivum precum exponitur; *Nam cum ſeſe ordines & ſtatus Regni non ſolum Majeſtati ſuæ, ſed etiam ſuorum hæredum imperio & poteſtati in omne tempus ſubdiderint, non minori fide, ſtudio atque obſervantia ab omnibus ordinibus & ſtatibus, illi in Hungaria permanenti parebitur, quam ipſi perſonæ ſuæ Mattis.* Anni 1548 art. 14. *debitam ab omnibus obedientiam præſtari debere*, Regiæ Matti agnoſcitur, ac ut inobedientes Mattas Regia, *tanquam verus Rex Ungariæ, ordinaria authoritate ſua, pro merito cujuſque puniat*, ſtatuitur. Anno quoque 1550 art. 1. Iidem *Ordines & ſtatus Regni ea, quâ fideles & obedientes ſubditos decet humilitate & ſubmiſſione - - ingenteque proſequuntur gratiarum actione, ac ſeſe vitam & fortunas ſuas pro ſua Matte, ejuſque ſereniſſimis liberis, in omne tempus profundere offerunt paratos.* Ut ex his, cœteriſque; conſtaret ab anno 1547, Ferdinandum pro vero Rege, ab univerſis ſtatibus Ordinibuſque habitum fuiſſe, *Tranſilvania cum reliquis Regni partibus inferioribus*, quod poſt annum 1550, a Ferdinando recepta ſit, Art. 1. anni 1552 docet, *Regnum omne ad unionem* reductum affirmando, itaque caret dubio Majeſtatem Ferdinandi, ab omnibus S. Coronæ ſubjectis agnitam fuiſſe ab anno 1552. Porro Quiſquis Articulorum tenores metiri voluerit, Ferdinandum Majeſtatica poteſtate fuiſſe uſum reperiet, Diætas pro veteri more permiſit, Decreta nihilominus ſtatuum, anno primum 1543 confirmata ſunt, cum modificatione, uti & anni 1545; ubi cœtera inter: *Videtur Sacræ Regiæ Matti, proventibus ſuis Regiis aut Reginalibus non conveniens, neque opus eſſe publico decreto præficiendum Theſaurarium, aut Sereniſſimæ Reginæ in redditibus ſuis, præter ejus voluntatem uſurpandis, injuriam eſſe faciendam: quam ut alius quiſpiam, ita ambæ Majeſtates merum jus & poteſtatem ſuorum redditųum & officialium, ſuper illis conſtituendorum habere velint & debeant.* Ex confirmatione item Articulorum anni 1547, ſubſequentibuſque articulis, *Majeſtatis* ſervatam fuiſſe, tam a Ferdinando, quam & ſtatibus rationem, intueri eſt.

Sane juramenti Ferdinandei formula, Decretis ſuis antepoſita, ſatis præmiſſa roborat, ubi reliqua inter *Omniaque alia faciemus, quæcunque pro bono publico honore & incremento omnium Statuum, ac totius Regni noſtri Ungariæ, juſte facere poterimus.* Articulo autem 29 anni 1537 ad preces Statuum pro confirmandis & obſervandis totius Regni libertatibus & Privilegiis, reſpondit: *Omnes libertates, conſuetudines & privilegia publica, per hos annos ex temporis injuria utcunque lacerata, poſteaquam Deo authore, in ordinem priſtinum reducere poterit, ut pium & juſtum decet Principem inviolabiliter obſervabit.*

II. Diætas a Statibus qualiter celebrandas permiſerit teſtari videtur art. 21 anni 1536. Hinc conſtitutiones annorum 1527. Item 1528, cœteræque ad annum 1546 an pro Decretis Diætalibus, hoc eſt publicis haberi valeant? ad juriſprudentiam cum pertineat, non diſputamus. Profecto in ipſo juris corpore *Conſtitutiones* ſcribuntur, quæ ex ſtatuum congregationibus profluxerunt. Quædam nec a Ferdinando ſunt firmatæ. Illa vero quæ per *Regales*, Ferdinandi permiſſu ſancita fuêre, *Decreti* nomine exprimuntur, ſic ſtatuta anni

Digitized by Google

„ Joannis Benkowych, Dorotheæ relictæ quondam Nicolai Kerenzky, Franciſci Kizelycza de Chanyowcz, relictæ Dominæ Margarethæ de eadem Chanyowcz, Nobilis Mathiæ Haramya, ac aliorum certorum Nobilium penes *Flumen Dravum* commorantium, „ gravi cum quærella: Qualiter tu, non curata ipſorum exponentium antiqua libertate & „ prærogativa, quibus veri Nobiles ubique in Regnis noſtris uti ſolent; miſſis & deſtinatis „ quam pluribus hominibus tuis, & inſtrumentis ad id neceſſariis, qui, *fluminis Dravi* „ vehementiſſimi, curſum ac meatum per reſidentias colonorum, præfatorum exponentium; propter Tuum, & colonorum tuorum, futurum commodum; ipſorum autem exponentium damnum magnum, derivare & dirigere deberent. Nunc quoque iterum novo mandato generaliter ad univerſos intra *Drawum & Muram fluvios* commorantes colonos tuos, dato ipſis ſub pœna amiſſionis omnium bonorum, ſerio id ipſum commiſiſſes; & ipſis „ præcepiſſes, ut in alio certo loco per te illis deputato, ejuſdem fluminis Dravi curſum, „ meatumque; recta ad eorundem exponentium terras ac bona, tranſmitteres; in præjudicium & damnum libertatis ipſorum exponentium, maximum. Cum autem ex debito noſtri Regii officii teneamur: fidelium ſubditorum noſtrorum antiquis libertatibus & prærogativis ſuis, clementer providere; fidelitati tuæ committimus & mandamus firmiter: „ quatenus acceptis præſentibus, & præmiſſis ut præfertur ſtantibus & ſe habentibus; a „ præfati fluminis Dravi, certi ſui curſus derivatione, quæ ipſis exponentibus, & colonorum „ ipſorum victui, maximum & irreparabile damnum inferre poſſit, & Tu te ipſe abſtineas, „ & tuos prohibere omnino debeas ac tenearis; dictoſque Nobiles exponentes, contra eorum „ jura ac libertates damno afficere nullatenus præſumas. Secus non facturus, præſentibus „ perlectis, exhibenti reſtitutis. Datum Viennæ, decima octava die, menſis Junii; Anno Domini Milleſimo Quingenteſimo Quinquageſimo primo. *Ferdinandus M. P.* Sigillum „ impreſſum Regium. *Nicolaus Olahus E. Agrienſis m. pp.*

VI. Ferdinandus accepta Confiniorum cura, inferiore item Sclavonia amiſſa, eum arctatam vidiſſet ſuperiorem Sclavoniam, cognoviſſet item hanc Hungariæ ab olim fuiſſe conjunctam, atque illius Ducatum anno 1548, Sclavoniam ad Dietam invitat Hungaricam, ita enim extractus: *1548. Regales Ferdinandi, ut ad celebrandam Feſtô S. Georgii Diætam, e ſui medio aliquos cum plena informatione mittant, hortatur.* Hæc Diæta prorogata fuerit, cum decretum publicum ad Feſtum Lucæ celebratam teſtetur. In eadem art. 46 conſtituitur, ut *tam in Sclavonia quam in Hungaria*, caſtella noviter erecta diruantur. In ſequentibus quoque Diætarum articulis, de Sclavonia ordinationes legere eſt; Verum *Croatiæ* nulla mentio. Hoc tum inde evenit, quod repleta fuerit milite, confiniariaque effecta: hinc a militari præfectura dependebat; cum &; quod pars ejus reſidua, quæ confiniis applicata non fuerat, potiſſimum Frangepaniorum dominiis conſtabat; Hi autem, ſecundum immunitates Regum Hungariæ veteres, quamvis Banorum juriſdictionem deprecabantur, inhærebantque veteri uſui, ſe ultra Dravum ire non obligari. Sane Croatiæ nuncios ad Diætas Hungariæ, anteriori etiam Periodo, aliquando iviſſe, non eruimus. Comites Croatiæ, ut membra Diætis adſtitiſſe, ſæpiuſque cauſâſſe moleſtias, certum eſt; Verum *Regni Croatiæ* nomine, ut corporis Reipublicæ, nuncios aliquando in Diætis fuiſſe, eruere nequivimus. Hac porro Periodo, vel vocatos extitiſſe Croatas, Diætales articuli nullum præbent, arguendi argumentum, memoratus enim art. 43. anni 1546, ubi Nobilibus Croatis dandum ordinatur ſtipendium, ad preces Nunciorum Croatiæ, quod conditus fuerit, non exprimit. Quin Epiſtolæ ſuperiores, ut *Georgii Kobâſych*, *Stephani Deshazij* prima, *Andreæ* Eppi Tininienſis pag. 340, tertia; *Simonis* quoque Eppi Modruſſienſis a pag. 338, documentum denique pag. 391 exſcriptum, evincunt manifeſtè, etiam in privatorum cauſis, *in Croatia*, aliam fuiſſe Ferdinandi diſpoſitionem, hancve hæreditariis Provinciis ſuis, quodammodo vel adjectam fuiſſe, vel addici quæſitam. Sane Croaticas illas oras, jam Labaci in Carniolia, jam Græcii, jus juſtitiamque quæſiviſſe, extra dubitationem eſt. *In rebus* nihilominus *publicis*, quandam connexionem, partes illas Croatiæ cum Sclavonia coluiſſe, dubitari non poteſt; hoc enim & *Joannis Torquati* epiſtolæ evincunt, & diſpoſitio *Sclavoniæ Statuum*, de illis Croatiæ partibus. Anno 1567 (ut Hiſt. Eccl. Zagr. p. 263) ad munitionem Caſtri oppidique *Cʒettin*, item caſtri *Terſact* diſpoſitiones in comitiis Sclavonicis factæ ſunt, immo, *Nicolaus Kerchelich in Vice Comitem* partium illarum, fuit conſtitutus. Reſidua Ferdinandi, *ut publicum* reſpiciunt, ex Iſthvanffio, Velejo Urſino, aliiſque petenda, haud neglectis *Decretis ſuis publicis*, in corpore juris contentis; ut vero *privatos* attingunt, etiam in his Regionibus, cum inſtituti non ſint noſtri, perlubenter ab aliis deſcribenda, illuſtrandaque, relinquimus.

Digitized by Google

§. 4.

Præmiſſis quibuſdam Reflexionibus, Ferdinandi I, Gubernationis Sacræ Regni Coronæ; epiſtolæ quædam; inſtrumenta Item impignorationis XIII oppidorum Scepuſienſium cum acceſſoriis; Donatio quoque Joanni de Maroth elargita; ad illuſtrandam Hungariæ hiſtoriam, doctis eruditiſque viris communicantur.

IN nova hac Hungariæ Regni Periodo, quod qualéve ſiſtema? adeoque gubernandæ Reipublicæ *fundamentalis ratio*, quæ introducta aſſumptáque extiterit? contendendum eſſe, ut cognoſcatur; ab omni confuſionum in Republica oſore, admittendum credo. Nos, ex decretis Ferdinandi publicis, cœteris quoque adminiculis, *Siſtema hoc fundamentale* confecimus quidem; attamen cum hæc, quivis præſtare poſsit, cum ideo; tum etiam ex motivis aliis, ſiſtema hoc non refferimus, Reflexiones nihilominus ſequentes, ob ſcriptores noſtros, Diætaleſque ipſos articulos, ponere viſum eſt. Itaque I. Ferdinandum, *Majeſtatem Regiam* (quæ ſub Vladislao atque Ludovico, quo loco fuerit? Decreta eorundem demonſtrant) debito reſtituiſſe ordini, Decreta Ferdinandi evincunt. Omiſſis decretis primis, tanquam a parte illa, quæ Ferdinando devota erat, profluentibus; Anni 1542 art. 9. manifeſtum hoc reddit. Si dixeris, nec anno 1542 coaluiſſe ſtatus, teſtantibus articulis 1. 11. 17. 25. &c. ego non contendam. At mihi indubitatum eſt, ab anno 1547, Ferdinandum ab omnibus habitum fuiſſe, pro vero indubitatoque Rege. Enimvero fati anni art. V. oratur Majeſtas ſua, ut vel ipſa in Ungaria maneat, vel Maximilianum ſui loco relinquat, motivum precum exponitur; *Nam cum ſeſe ordines & ſtatus Regni non ſolum Majeſtati ſuæ, ſed etiam ſuorum hæredum imperio & poteſtati in omne tempus ſubdiderint, non minori fide, ſtudio atque obſervantia ab omnibus ordinibus & ſtatibus, illi in Hungaria permanenti parebitur, quam ipſi perſonæ ſuæ Mattis.* Anni 1548 art. 14. *debitam ab omnibus obedientiam præſtari debere*, Regiæ Matti agnoſcitur, ac ut inobedientes Mattas Regia, *tanquam verus Rex Ungariæ, ordinaria authoritate ſua, pro merito cujuſque puniat*, ſtatuitur. Anno quoque 1550 art. 1. Iidem *Ordines & ſtatus Regni ea, quâ fideles & obedientes ſubditos decet humilitate & ſubmiſſione - - ingenteque proſequuntur gratiarum actione, ac ſeſe vitam & fortunas ſuas pro ſua Matte, ejuſque ſereniſſimis liberis, in omne tempus profundere offerunt paratos.* Ut ex his, cœteriſque; conſtaret ab anno 1547, Ferdinandum pro vero Rege, ab univerſis ſtatibus Ordinibuſque habitum fuiſſe, *Tranſilvania cum reliquis Regni partibus inferioribus*, quod poſt annum 1550, a Ferdinando recepta ſit, Art. 1. anni 1552 docet, *Regnum omne ad unionem* reductum affirmando, itaque caret dubio Majeſtatem Ferdinandi, ab omnibus S. Coronæ ſubjectis agnitam fuiſſe ab anno 1552. Porro Quiſquis Articulorum tenores metiri voluerit, Ferdinandum Majeſtatica poteſtate fuiſſe uſum reperiet, Diætas pro veteri more permiſit, Decreta nihilominus ſtatuum, anno primum 1543 confirmata ſunt, cum modificatione, uti & anni 1545; ubi cœtera inter: *Videtur Sacræ Regiæ Matti, proventibus ſuis Regiis aut Reginalibus non conveniens, neque opus eſſe publico decreto præficiendum Theſaurarium, aut Sereniſſimæ Reginæ in redditibus ſuis, præter ejus voluntatem uſurpandis, injuriam eſſe faciendam: quam ut alius quiſpiam, ita ambæ Majeſtates merum jus & poteſtatem ſuorum redditium & officialium, ſuper illis conſtituendorum habere velint & debeant.* Ex confirmatione item Articulorum anni 1547, ſubſequentibuſque articulis, *Majeſtatis* ſervatam fuiſſe, tam a Ferdinando, quam & ſtatibus rationem, intueri eſt.

Sane juramenti Ferdinandei formula, Decretis ſuis antepoſita, ſatis præmiſſa roborat, ubi reliqua inter *Omniaque alia faciemus, quæcunque pro bono publico honore & incremento omnium Statuum, ac totius Regni noſtri Ungariæ, juſte facere poterimus.* Articulo autem 29 anni 1537 ad preces Statuum pro confirmandis & obſervandis totius Regni libertatibus & Privilegiis, reſpondit: *Omnes libertates, conſuetudines & privilegia publica, per hos annos ex temporis injuria utcunque lacerata, poſteaquam Deo authore, in ordinem priſtinum reducere poterit, ut pium & juſtum decet Principem inviolabiliter obſervabit.*

II. Diætas a Statibus qualiter celebrandas permiſerit teſtari videtur art. 21 anni 1536. Hinc conſtitutiones annorum 1527. Item 1528, cœteræque ad annum 1546 an pro Decretis Diætalibus, hoc eſt publicis haberi valeant? ad juriſprudentiam cum pertineat, non diſputamus. Profecto in ipſo juris corpore *Conſtitutiones* ſcribuntur, quæ ex ſtatuum congregationibus profluxerunt. Quædam nec a Ferdinando ſunt firmatæ. Illa vero quæ per *Regales*, Ferdinandi permiſſu ſancita fuère, *Decreti* nomine exprimuntur, ſic ſtatuta anni

Digitized by Google

1546, *Ferdinandi Imperatòris Decretum* ſunt, finiuntque *concluſione.* Sic anni 1548. 1550. &c. Anni porro 1547 Conſtitutiones vocantur. Articuli demum 1559 an intra Decreta? aut conſtitutiones recenſeri debeant *Ictis* relinquimus, Sane tam *Conſtitutiones* in Generali congregatione Statuum factæ; quam etiam Decreta publica Ferdinandi, multa *Singularia* novæ hujus Periodi continent. *De Dicis* conſulatur 33. 1536 & articuli plures anni 1557. Conſtitutiones fatæ, qualiter in Decreto 1546 ſint acceptæ, docent ar. 6. 7. &c. Multiplicem quoque militiam ſub Ferdinando fuiſſe, Decretorum articuli evincunt. Erat *Militia Regia* ex art. 19 *Conductitia* ex 20 22 23. articulo anni 1546. *Confiniaria*: firmantibus art. 19 & 20 anni 1547 *Banderialis*: vide art. I. anni 1528. Item 8. Articulo 44. an. 1536 inter cœtera quæruntur Status & Ordines adverſus *Mariam Ludovici Viduam, de 200 equitibus armatis per ejus Majeſtatem Reginalem conſervandis.* Ratione utique Caſtrorum quæ tenuit teſtantibus 10 & 11 anni 1542 & 8. 1543. Accedit 16. 1545. *Reginalis Mattas, ratione bonorum & proventuum ſuorum in Ungaria habitorum, Banderium, ſuum habeat.* Clerus intuitu Decimarum gentes non tenuit, uti 35 anni 1542, ad has tamen intertenendas obligatur per 17 1545 & 16 1546. Erat præterea militia *Expeditionis*, atque hæc duplex *Generalis* (vide articulos 2 & 3 1553.) & *Particularis* uti 4 1553 item 10. pluresque alii tum in Conſtitutionibus, ſignanter 1545; cum & decretis, ut 1556. art. 21 & 22. Porro, cum articulus 26 Anni 1536 eruditus eſſet, viſum eſt eum exſcribere: *Olim in ſervitiis Regum & Regni, ex ordine equeſtri nemo admitebatur, majorem equitum habere numerum, qui ad minus uno aut duobus menſibus proprio ſtipendio militandi non habeat facultatem, Nam alioquin ſi aliquando ut potentiſſimis etiam quibusque Imperatoribus contingere ſolet, ſtipendium debitum exercitui in Regno defeciſſet, Provincialium lachrymis viverc coactus fuiſſet; quemadmodum id jam nobis quaſi in conſuetudinem venit. Nihil enim præter nudum corpus, illudque diris affectum verberibus, miſeræ plebi relinquitur. Itaque ad reprimendam hujuſmodi licentiam militarem, pro Mattis Regiæ & Regni commodo, viſum eſt: Quemlibet juxta bonorum & facultatum ſuarum quantitatem, competenti equitum numero, ad ordinem equeſtrem de cœtero fore aſſociandum.* Hujus Statui obſervantia, articulo ſequente, ſub pœna privationis vitæ, conſtituitur: *placuit ſine gratia capite plectendum fore.* Præmiſſa memoravimus ideo, quod ſæpe dubitari obſervaverimus de geſtis tot bellis Coronæ Hungaricæ, a ſcriptoribus recenſitis, ob defectum ut arguebant militiæ. Vel relatorum autem conſideratione, adjecto etiam tot olim Caſtrorum populo, bella ab Hungariæ Regibus geri valuiſſe, conſit.

III. In rebus Eccleſiaſticis ſtatutorum, plena Decreta ſunt, cumprimis vero Decretum anni 1548 & 1550. Prioris decreti Art. V. Cultum Divinum & Religionem ad priſtinam normam eſſe redigenda, tollendaſque undique hæreſes ſtatuitur. Art. VI. 8. 9. 10. 11. 12. modi rei hujus præſcribuntur. Art. 13 ſupplicatur Regiæ Matti, *ut tam ſua,* quam *Sacræ Cæſareæ Mattis authoritate* agat pro Generali Concilio, cum clauſula: *Quod ſi Sanctitas ſua id differet, Majeſtas Cæſarea dignetur modum adhibere ne celebratio Concilii diutius protrahatur.* Art. 60 Decimas in ſpecie exigendas indulget. Decreto anni 1550 per Art. 12. Unio cum Sancta Romana Eccleſia præſcribitur, nulla commemoratione Bullæ Silveſtrinæ, verbis ſequentibus: „ Enitendum eſſe omnibus modis ut Sancta & Catholica fides ac Religio, Deique Optimi Maximi cultus, juxta veterum Sanctorum Patrum Doctrinam, longo tempore per univerſum orbem Chriſtianum recepta atque approbata, ubique in Regno reſtituatur; evulſiſque undique hæreſibus, & impiis doctrinis Sanctæ Romanæ & Catholicæ Eccleſiæ, quæ unica eſt, & ſibi perpetuo conſtans, errare non poteſt, omnes ex omnibus Ordinibus & Statibus Regni perpetuo adhæreant, ac velut membra in unum corpus conglutinentur. Ut ſic vera & ſolida animorum conjunctio unioque in Regno, & exinde Dei Optimi Maximi miſericordia, indies magis augeatur. „ Sane vel hinc patet, de Fide & Religione, per Status eſſe diſpoſitum, nequaquam *ut medium eſt æternæ ſalutis*; hoc enim Eccleſiaſticæ poteſtatis eſſe agnoverint; verum ut eſt medium ſervandæ in unione Reipublicæ. Art. 31 officia Epiſcoporum ſtatuuntur. Art. 14 recognoſcitur *Annatas* cauſam eſſe, quod pietas & Religio peſſumdetur. Quare ad has tollendas, petendaque ſubſidia art. 15 orator ad ſuam ſanctitatem deſtinatur. XVI. ut ſæculares ſe non opponant Epiſcopis ſtatuitur, relinquendaſque eſſe quæſtiones, & reformationes *Generali Concilio.* Interea autem: *Veteribus Sanctæ Eccleſiæ Catholicæ inſtitutis inſiſtendum.* Decimæ, Proventus, Bonaque Eccleſiarum, etiamſi inſcripta, vel oppignorata eſſent, ut reſtituantur, ſtatuitur art. 17, Ferdinandique eatenus Decretum, ad annum 1560, inter cœtera Decreta, eſt collocatum. XVIII ut Rex quævis majora minoraque beneficia confe-

rat,

rat, ſupplicatur. Hoc eodem Articulo recognoſcitur de Archiepiſcopatu Strigonienſi: *Qui jam inde ferè ab ipſis Chriſtianæ Religionis in Ungaria primordiis, caput* (NB) *ſecundum Regiam Majeſtatem, in Regno omnium Eccleſiarum fuit, ex quo, Religionis cultuſque Divini, in toto Regno, vel tuendi, vel augendi præcipua ſemper ratio dependet.* 19 De Bonis & Proventibus deſertarum Eccleſiarum, Conventuum, Capitulorum conſtituitur, ut nempe ex his, erigantur Scholæ, docti ſuſtententur Viri, qui bonas, haud ergo Metaphyſicas, & æquivocationum tradant litteras. Provocatur hic ad articulum 7. 1545, quo, ut Regia Mattas provideat, *iis, qui in Gymnaſiis bonis litteris operam dant,* conſtituitur. Aliud eſt *doctos, bonoſque* Magiſtros eſſe; aliud *bonas utileſque* ad ſalutem æternam & Reipublicæ, litteras, a Doctoribus & Magiſtris tradi.

Cætera quoque Ferdinandi Decreta, ejuſmodi in rebus Eccleſiaſticis, ordinationes faciunt manifeſtas. Sic 1552 art. 25 *Executio* judiciorum Eccleſiaſticorum per cenſuras, invocato auxilio brachii ſæcularis ordinatur, nequaquam autem *judicia ipſa*; enimvero art. 7. anni 1553 ad propoſitionem Dominorum Prælatorum, referunt ſe ad Decretum 1548. addendo: „ Si qui autem contra ipſos Prælatos, & Concionatores ab eis delectos, auſu te„ merario palam inſurgere, & ipſos vituperiis, contumeliis verberibus, aut nece afficere, „ vel Eccleſias Dei in contemptum Divinæ Majeſtatis deſtruere, diripere, prophanare & „ ſpoliare, imagineſque in Eccleſiis frangere, aut incendere præſumerent, tales comperta „ rei veritate (obſerva nullam eſſe cenſurarum mentionem) pro delicti merito, jure mediante „ per Majeſtatem puniantur, modo & ordine ſuper his in articulis - - 1548 expræſſo. „ Prætendentes *jus Patronatus* ut hoc coram ſua Matte doceant, articulo nono ordinatur. Uſus Canonum art. 22 ita declaratur: *Judicia etiam ſpiritualia, continuè ſecundum Canones, quibus ab antiquo* (obſervanda hæc) *Eccleſia uſa eſt, continuentur in omnibus cauſis forum Eccleſiaſticum concernentibus,* Indubie autem, Eccleſiaſtici judices, publicorum decretorum regni obliti fuerint; ideo art. 40 anni 1559 ſtatuitur, ut Eccleſiaſtica judicia, *juxta continentias Decretorum Matthiæ & Vladiſlai Regum, & aliorum quoque - - adjudicentur.* Art. 24 *de libris hæreticorum,* diſtinguere videntur inter lectionem atque editionem, priorem enim ſilentio prætereunt; „ de editione autem, Status & Ordi„ nes ſupra ea re pro parte ipſorum nil ſtatuere potuerunt, cum in eorum bonis nuſquam „ id fieri ſibi conſtare affirment. „ Lectionis autem prohibitionem, an ad Regem pertinuiſſe cenſuerint? dum officii Regalis eſſet, ut in Gymnaſiis *bonæ utileſque* litteræ floreant; aut ad Epiſcopos? quibus cura utilium verorumque Concionatorum commiſſa eſſet, definitum ſancitumque non eſt.

Articulus X anni 1557 eſt: „ In negotiis ſpiritualibus & Eccleſiaſticis, hoc imprimis „ juſtum ac neceſſarium eſſe videtur. ut ſicut privilegia & libertates omnium regnicolarum „ obſervari & inviolata eſſe debent, ita etiam libertates & immunitates Privilegiaque Ec„ cleſiaſtica ab omnibus inviolabiliter obſerventur. - - - ſignanter autem viſitatores, Archi„ diaconi &c. in viſitandis Eccleſiis & Diœceſibus progredientes, libere ubique admittan„ tur, ut ſuum officium exercere cum omni facultate & juriſdictione Eccleſiaſtica ſecundum „ priorum Diætarum conſtitutiones poſſint & valeant &c. „ ibi legenda. Daturque facultas *Annabaptiſtas* eliminandi, tum „ Plebanis etiam & aliis Eccleſiaſticis Perſonis, cujuſcun„ que ſtatus, libertas ſua in omnibus obſervetur: ac inter alia, ne poſt mortem illorum pro „ ſe occupent, vel accipiant Patroni res & bona illorum, ſive teſtati, ſive inteſtati deceſſe„ rint; ſed neque etiam Prælati; fratribus ſuperſtitibus eorum qui deceſſerint, bona hujuſ„ modi pro ſe occupent, „ XI Datur facultas Parochis juridicè bona Eccleſiarum occupata quærendi. XII Præcipitur Prælatis, ut decimas decimarum, quartas & ſedecimas earundem, ad quos ſpectant dare teneantur, & *alia quæ aliena ſunt, ſibi ipſis non uſurpare, aut violenter retinere prohibentur.* Articulo 41 monentur officii ſui, Epiſcopi; ut „ Ar„ chidiaconos ſuos ad viſitationes peragendas emittant, ſynodos celebrent, aliaque ad eo„ rum officia ſpectantia in rebus Eccleſiaſticis obire non omittant. „ Plebanos ut nemo retinere auſit, ad comparendum ſynodis *pro accipienda ſalutari doctrina.* Denique ut „ Sa„ cra Majeſtas Cæſarea pro tutandis, conſervandis & manutenendis libertatibus & juribus „ Eccleſiaſticis, munus & officium Principis Chriſtiani, quod ſuæ Matti ut Regi Ungariæ „ incumbit (quemadmodum ſe gratioſe obtulit) peragere & exequi dignetur. „ Decretum Ferdinandi Anni 1560, ab Eccleſiaſticis legi meretur. Ex combinatione articulorum 51, anni 1536; cum 7. an. 1546 atque aliis, an *Bula Cœnæ*, in Eccleſia particulari Hungariæ acceptata, uſitataque fuerit? cui lubet indaget.

Cur porro de præmiſſis Eccleſiaſticis per decreta ordinatis conſtitutionibus, reflectendos lectores exiſtimaverim, refferendum cenſui; perſuaſum enimvero habeo, futu-

Digitized by Google

ros plurimos, qui aſſerent, exmittenda fuiſſe. Verum præterquam, quod ſecundum operis hujus ſiſtema, mitti nequiverint, ut videatur nova hac quoque Regum noſtrorum Periodo, non ſolum de veterum more in Eccleſiaſticis rebus, immutatum nil eſſe; at conſtabilitam, atque in Legem publicam relatam, *unionem* particularis Eccleſiæ Hungaricæ, cum Sancta Apoſtolica Romana ſede eſſe. Præterea indicare volui, pro commodo Eccleſiaſtici Status, *Fontes*; ex quibus peti debent Eccleſiaſtica jura, ſi quis unquam compilator eſſe velet, propriorum Eccleſiæ noſtræ Canonum. Diſt. XI cap. 8. habetur: „ Privatis conſtitutionibus & propriis informationibus, unaquæque Eccleſia pro locorum varietate, „ prout cuique viſum eſt ſubſiſtit & regitur, Cœleſtinus autem Epiſcopos per Apuliam mo- „ net: *Nulli Sacerdotum ſuos liceat Canones ignorare.* Hinc fons Canonum noſtrorum, Decreta quod ſint, prioribus demonſtrare volui; apperire item ad evitandas confuſiones, unde nobis Sacerdotibus, Canones noſtri petendi ſunt. Dolendum a tot ſæculis, reperiri nullum potuiſſe, qui *Juris Canonici noſtri*, hoc eſt particularis Eccleſiæ Hungaricæ, vel ſpecimen quodpiam edidiſſet. Quæ ex defectu neceſſarii ejuſmodi operis perſæpe cauſatæ ſunt confuſiones, non eſt ut referam. Olim meæ curæ primæ fuerunt cognitionis Canonum noſtrorum, plurimaque in adverſariis habui, ſed ea infelicitate, ut vix preces ponere fidam, pro cura, & labore operis ſumme neceſſarii atque utilis. Neque facile quiſpiam ſeſe moveri ſinat, ad operis utiliſſimi elucubrationem, ob vim præjudiciorum; quam ab alio ſuperatum iri, deſpero; ac ab eo quem Apoſtolici Regis Zelus, Regia protectione muniverit. Interim ſummo ſolatio intellexi, ſummum Virum D. *Paulum Joſephum de Riegger*, ab editis lucubrationibus Juris Canonici optime meritum ac immortalis memoriæ; opus ſimile non ſolum incoâſſe; verum partem aliquam etiam edidiſſe. Quo præeunte, monteſque præjudiciorum rumpente, ſpero materiam hanc, ulterius illuſtrandam.

IV. Multa præterea ſunt, in conſtitutionibus Decretiſque Ferdinandi, quæ quiſquis combinare dignabitur, in nova hac Periodo, ſiſtema Reipublicæ, in ſingulis publicis reperiet. De reformandis Decretis plures ſunt articuli. Metis erigendis & commiſſionibus cum vicinis tenendis plurimi, lege ea, ut 45. 1550: *Quantum ad metas non tam de uſu, prout hactenus externi contenderunt, ſed de proprietate verarum metarum tractent & concludant.* Ut vel hinc ſperem labores hos meos, quà media, ad finem legis hujus, haud culpandos. Combinatione ſimiliter articulorum 73 & 77, Quæſtiones *Indigenatus* claræ ſunt. *Fridericus Malateſta* 73 fit indigena, quod in Ungaria fere continuo manſerit, linguam Ungaricam & mores Ungaricos didicerit -- *Decretaque ipſa Regni aliquot annis conſcripſerit.* Proinde olim ex utilibus litteris, mereri poterant, plane Indigenatum. Singulariora obſervare licuit 1. in art. 15 anni 1546. verba hæc: „ nec deroget Majeſtas ſua veteri „ conſvetudini & libertati Regni, ac piorum Regum prædeceſſorum ſuæ Mattis, qui nun- „ quam in negotiis Regni, minoribus & quaſi annularibus ſigillis, uſi ſunt, ſed majori ſi- „ gillo ſecreto. Ac propterea Majeſtas ſua dignetur ſigillum ſecretum ſuum majus Dño „ Cancellario ſuo dare -- tum pro majori authoritate dignitatis ſuæ Majeſtatis, tum ne „ ſuccedente tempore, ulla litis occaſio præbeatur, de litterarum vel donationalium vel ali- „ arum quarumcunque ſub ipſo minori ſigillo confectarum, vigore. „ Hæc non ſolum doctis eruditisque viris; ſed & præſtantiſſimis Juriſtis, præbent commentariorum occaſionem. 2. in art. 22. anni 1557 Capitulo Veſprimienſi executio admittitur, verbis his: *Sigillum autem eis reformetur, & rurſum eis aſſignetur, quô uti poſſint.* Eccur hæc reformatio? in quo item? nos latet. 3. ſunt etiam plures articuli de reſtituendis litteris & privilegiis ut 26 1553. Item 24. 1557; ſingularia nihilominus ſunt verba art. 71 anni 1548: *Privilegia etiam, ſuper libertatibus* (NB) *Regni Hungariæ, Joanni Kaczianer in arce Scepuſienſi per manus Derecheni tradita, quæ nunc ſunt in arce Poſonienſi Majeſtas ſua dignetur revideri facere, & poſtea de illis reſtituendis gratioſe deliberare.* Privilegia hæc ſuper libertatibus Regni, an olim Scepuſii ſint ſervata, vel alibi? qualiter item ſervabantur? an ſint reviſa, reſtitutaque? præbetur ex articulo diſſerendi occaſio. 2 anni 1547 firmat quæ ſupra de *Martoloſijs* diximus, meretur que perpendi. Puto ego haud parum de Republica meriturum illum, qui Decreta Ferdinandi, illuſtrare dignaretur, ſunt enim Periodi modernæ radix & fundamentum. Jam, quæ obtinuimus, ad illuſtrandam Hungariæ hiſtoriam communicamus.

Epiſt. Pauli Archiepiſcopi Strigonienſis.

Sigillum majus, diſtincte non cognoſcitur. Titul. *Magnifico Dño Joanni Kothzyanner, Equiti aurato, & Conſiliario R. Mattis, nec non Carinthiæ Capitaneo ſupremo, Dño & amico obſdño.*

„ Magnifice Dñe, amice nobis honorande. Venerat ad nos nomine Magf. Vræ, Egre- „ gius D. *Andreas Capitaneus Caſtri Comaromienſis*, rogans nos, in perſona ejuſdem

„ dili-

Digitized by Google

„ diligentius, ut decimas noſtras anni præſentis, cultelli, Comitatus majoris Nitrienſis ei-
„ dem M. Vræ pro uſu & conſervatione *Caſtri Trenchinienſis* in arendam dare vellemus.
„ Et licet alii quoque domini, puta Magf. Dñus *Thurzo & Franciſcus de Rewa* pro de-
„ cimis eyſdem, ipſis arendandis, apud nos egerint; ſintque ſingulares amici noſtri, quo-
„ rum deſideriis non reſpondere, non ſatis officioſum eſſet. Nihilominus pro ſingulari M.
„ Vræ erga nos, & Eccleſiam hanc noſtram benevolentia & humanitate, & antea ſæpe oſten-
„ ſis, & in futurum quoque oſtendendis; parati ſumus eidem, in quo poſſumus correſpon-
„ dere. Et diſtrictus *Wihel Cheythe*, ac *Zakolcza* in Comitatu eodem exiſtentis, eidem,
„ pro florenis mille & quingentis arendare. Qui quidem diſtrictus alias flor. 1600 (a) aren-
„ dari ſolebant. nunc autem, quia in diſtrictu præſertim Wihel, aliquid damni, non tamen
„ magni momenti per *Turcos* illatum fuit, *ex eo pro minori ſumma, D. Vræ exarenda-*
„ *mus.* (b) Et quoniam expenſis ad præſens, ſupra modum neceſſitati ſumus, optamus:
„ ut ejuſdem dimidium ſaltem ſummæ præſcriptæ, ex nunc nobis remittat. Pro reſiduo verò
„ parati ſumus, eandem, ad Feſtum Purificationis BSS. Virg. Mariæ proximè affuturum
„ expectare. Diſtrictum vero *Baijmotz* Dno Thurzoni: & *Nagh Thapolthan* D. Fran-
„ ciſco de Rewa, quia petendo prævenerant, & ne fruſtra apud nos pro decimis eiſdem egiſ-
„ ſe videantur, arrendavimus. Habeat itaque arendam M. Vra, ut dimidia ſaltem ſumma
„ arendationis hujuſmodi, infra 15 dierum ſpatia, a die datarum præſentium computanda,
„ nobis omnino remittatur. Pro reſiduo autem debiti mittat Eadem litteras ſuas obligato-
„ rias, ſecundum formam & tenorem copiæ litterarum arendæ, præſentibus introcluſarum.
„ Et eandem bene valere optamus. Ex Arce noſtra Strigonienſi, feria tertia proxima ante
„ Feſtum Aſcenſionis Dñi, Anno ejuſdem 1531. *Paulus* (c) *Archiepiſcopus Strigonienſis*
„ *manu pp.* (d)

(a) Bene apparet, ſcriptum fuiſſe mille octingentos. Ab eadem manu deletum, ſuper inſcripto numero] 1600. (b] verba hæc; ex eo &c, manu ſubſcribentis intra lineas adſcripta ſunt. (c) de Varda (d) ad latus ab aliquo adſcripta & notata epiſtolæ ſumma, quam omittimus.

2. *Joannis Horváth Præpoſiti Scepuſienſis.* Sigillum at contritum. Titul. *Magnifico Dño Johanni Kaczianer, Equiti Aurato, & Mattis Regie Conſiliario, Dño mihi plurimum honorando.*

„ Magfce Dñe, mihi plurimum honorande. Poſt mei & ſervitiorum meorum commen-
„ dationem &c. Conſtare poterit D.V.M. dum eadem in his partibus noſtris ſuperioribus, u-
„ nà cum exercitu Regio conſtituta, quædam bona poſſeſſionaria, cujuſdam Nobilis *Fre-*
„ *derici de Berzelwijcze*, ob infidelitatem ejuſdem, litteris ſuis mediantibus, mihi contu-
„ lerat. In cujus Frederici domum, dum eo tempore hominem meum locâſſem, idem aſ-
„ ſumptis quibuſdam complicibus ſuis, dictum hominem meum, è præfata domo propulit,
„ diverſis mihi minis minitando. Quo tandem percepto, eundem tanquam infidelem capti-
„ vaveram, ipſumque ad Caſtrum Scepuſienſe, manibus ibidem *Chriſtophori Perver* cu-
„ ſtodiendum tradideram. Qui, fermè in annum uſque illic detentus, poſtremo ad cautio-
„ nem fidejuſſoriam dimiſſus eſt. Hic itaque Fredericus, varia nunc ob bonorum ſuorum
„ occupationem, quæ Vra D.M. mihi contulit, in me molitur, litibuſque me una cum a-
„ micis ſuis, circumvenire nititur. Ut itaque hujuſmodi intentioni ſuæ contravenire, & pro-
„ poſito ſuo reſiſtere poſſim, V.D.M. tanquam Dñum meum gratioſum, peto & rogo ean-
„ dem, intuitu ſervitiorum meorum, *Mandatum* quodam ſuum, *Litteratorium generale*;
„ quô eadem mihi facultatem & authoritatem ad captivandos & detinendos Regiæ Mattis
„ infideles dediſſe videatur, ſub dato illius temporis, quo D.V.M. nobiſcum fuit, mihi mit-
„ tere velet & dignetur; timeo enim, ſi, & in quantum iſtud non habuero, ne donatio D.
„ V.M. infringatur; curaque & ſolicitudo tandem mihi major exinde ſuboriatur. Quod, er-
„ ga D.V.M. totis viribus inſervire conabor. Cum his eandem, feliciſſime valere deſidero.
„ Ex monte S. Martini Scepuſienſi, XII Septembris, Anno Dñi 1531. *Johannes* Horváth
„ Præpoſitus Eccles. Scepuſienſis m. p.

3. *Balthaſaris Banffi.* Sigillum non dignoſcitur. Titulus: *Generoſo ac Magfco Dño Joanni Kotczijaner, Equiti Aurato, ac Capitaneo Provinciali Carniole, Dño nobis obſervan.*

„ Generoſe ac Magnifice Domine nobis honoran. Salutem cum affectu complacentiæ. Præ-
„ ſentavimus litteras DVM. Dño *Valentino Therek*, qui gratuitè accepit, D. Vræ gratum
„ in litteris ſuis oſtenſum animum; & commendavit D. Vræ omnem ſuum fraternalem ob-
„ ſequium, Feria 2da afutura, figit iter in quadam feſtina ſua cauſa; & tranſibit huc in
„ *Sempthe* aut in *Selye*. Si D.V.M. poſſet die Dominico conſtitui hic *Thirnaviæ*; ex tunc

„ *nos intelligemus.* Interim Budæ abire habet ipſe Ds Valentinus, & poſſet conſtitui cum „ eodem; Noſque ibimus erga Dn. Valentinum Therek die Dominioo in obviam. Cœterum „ locuti ſumus Dn. Thurzou pro parte etiam unionis, medio DD. Vrarum, hic, eidem. Qui „ paratus eſt ut DD. Vrarum ſinguli, duos probos eligant homines pro ſe; & deliberent lo- „ cum & diem, quò, poſſint DD. Vræ congregari; ubi inter utraſque partes negotium DD. „ Vrarum revideretur & difiniretur; prout hactenus D. Vram induximus ad idem, & jam „ tandem ipſum D. Thurzo. Melius enim videtur & D. Vræ ſic incoare concordiam, quam „ & Regiæ Matti, qui multis eſt negotiis intricatus. Ex hinc meam, a DD. Vris repen- „ dendam, plurimum faciant. Eandem interim feliciter valere optamus. Thirnaviæ, feria „ Quinta poſt Lucæ, Anno Dñi 1531. *Balthaſar Banffi de Thallotz* m. p.

4. *Thomæ Delazcano.* Sigillum annulare attritum. Titul. *Generoſo & Magnifico Dño Joanni Kazianer, Ssñi Roma: Hungariæ, Bohemiæque Regis, Supremo Stiriæ & Carniole Capitaneo, Dño ſuo gratioſiſſimo.*

„ Generoſe & Mſce Dñe, ſalutem cum debita ac humili ſervitiorum recommendatione. „ Veſtræ Magtiæ notificamus de ſanitate & proſperis ſucceſſis Vræ D. M. una cum M. Dño „ *Nicolao de Turri* ſummo ac hilari animo intellexi. Atque omnino decrevi, ex quo Mat- „ tas Regia induoias annuales cum Vayvoda concluſerit, me ad Vras Magnificentias, ad „ partes illas conferre, ac per aliquot tempus cum Vris M. decurrare. Vræ D. nova alia „ pro nunc ſcribere non valeo, quam ut litteræ ad me de Mgſco Dño *Regyndorff* venerunt, „ ut Caſtrum Trinchinii peditibus meis ſubvenirem Quod certe licitè me excuſare potuiſ- „ ſe, ex quo iam in decem menſes, nulla ſolutio a Matte Regia allata ſit. Atque in quam „ plurimis ſervitiis Mattis ſuæ me honoratum abſque ſolutione, neminem peditum meorum „ poſſe cogere ad eundum. Sed dum ſcio caſtrum! cum V, liberè abſque aliqua excuſatione, „ peditibus meis nunciavi, ac propria clenodia impignoravi; prædictis ſubveni ad aliquot „ dies. Rogatam etiam habeo, ut ſcribat Regimini, ut prædictis ſubveniant. Nam & primi „ qui pro cuſtodia erant deputati, ob malam ſolutionem diſceſſerunt. Me una cum meis M. „ Vræ, ac Mgſco D. Nicolao de Turri commendo, atque ad omnia ſervitia V. M. para- „ tum, offero. Ex Ternavia. 25 Maij, 1531. M. V. *Servitor Thomas DelazCano m. ppr.* (a)

(a) puto Thomæ hujus Laſcani, eſſe mentionem ar. 50, 1542. ubi laudatur a conſervata arce Strigonienſi, cujus fuerat Capitaneus. Ob id Martinus Laſcano, donatur indigenatu, Meminit Hiſpanorum art. 55. anni 1545. quem vide,

5 *Omnium ſub Vexillo Leſcani.* Indicia ſunt Sigilli. Titulus: *Magnifico ac Generoſo, Strenuo & Egregio, Dño Joanni Cazianer, Equiti Aurato, Carniæque Provinciali Capitaneo Digſſmo, Dño Gratmo. Viennæ vel ubi ſit*

„ Magnifice ac Generoſe Eques. Strenue Egregieque Carniæ Provincialis Capitanee „ Dñe Gratioſiſſime, Salutemque plurimam, perpetuamque proſperitatem. Credentionales „ litteras, per noſtrum *D. Craizer*, a M. D. V. accepimus. Quibus, & a D. Craizer, nos „ omnes intelleximus, D. Vram, de inſolentiis nobis falſe appoſitis, non poſſe ſatis admi- „ rari. Unde multo magis nos omnes admiramur, quanta animi audacia & falſitate, talia „ de nobis D. Vræ allata fuerint. Et D. Vram etiam, prius a proprio ſuo Trincinienſi Ca- „ pitaneo; & a probis omnibus, qui nunc ſunt, noluiſſe informari; quam tam falſo, & „ perpetuo mentitori, fidem adhibere. Et de his, quæ per litteras D. V. nobis apponunt, „ plene ad Magſcos Dños Viennæ Conſiliarios & Regentes ſcripſimus; & D. Vræ proprium „ ſui Trincinii Capitaneum, & probos omnes qui hic ſunt, pro parte noſtra & veritate tu- „ enda, teſtes & judices exhibemus. A quibus omnibus, procul dubio, ſciet D. Vra nos „ penitus obnoxios & inculpabiles eſſe; annunciatoremque illum falſiſſimum & perpetuum „ mentitorem exiſtere. Bene, valeatque &c. Ex Caſtro Trincinii Die XVI Septembris, „ 1531. M. D. V. perpetui ſervitores, *Joannes Lops Alferis, & omnes ſub vexillo Magſci D. Leſcani.*

6. *Eraſmi Catzianer.* Caret ſigillo, apparetque copia ſcriptarum ad Török, communicata Joanni Catzianero. Titulus: *Spectabilis ac Mngſce Dne & amice honoran. Poſt ſalutem, ſervitiorumque noſtrorum commendationem.*

„ Quæ M. D. V. nobis medio ſervitoris ſui, ex parte pertinentiarum *Caſtri Sancti Benedicti* nunciarat, intelleximus. Aliam relationem dare non poſſumus, quam Mgſcum „ D. noſtrum Johannem Catzianer eſſe pro nunc temporis apud Regiam Mattem. Capella- „ nus igitur ille, qui in curia ejus Mattis eſſe debeat, ipſum in facto præfato, coram Re- „ gia Matte requirere poteſt; Nam ſine ejus commiſſione, in noſtra poteſtate non eſt, per-

tinen-

Digitized by Google

„ tinentias prædictas cedere. M. D. V. bene optamus valere. Datum Trenchinii, Decimo Au-
„ guſti. Anno 1531. *Catzianer, Arcis Trinchinii Capitaneus.* (a)

(a) ad Latus notatum : Ad D. Valentinum Therek de Ensing &c.

7. *Caſparis Dominitz.* Adſunt ſigilli indicia. Tit. *Magnifico ac Generoſo Dño, Dño Johanni Koczianer, Equiti Aurato; ac ſupremo Capitaneo Stiriæ, Carinthie, atque Croatiæ, Dño mihi ſemper gratioſiſſimo.*

„ Magnifice ac Generoſe Dñe, Dñe mihi ſemper gratioſe. Poſt ſervitiorum meorum
„ commendationem. De veſtris erga me benevolentiis, quam ingentes gratias reffero, ſcri-
„ pſimus M. Vræ. Sane intellexi; quibus M. Vra intimat ac mandat, me omnimodè unà
„ cum tota familia mea, proxime feria adà, in Trenchinio conſtitui debere. Ubi M. Vræ
„ bene conſtat & notum eſt, & me viciſſim a gubernatoribus Regni jam licentiam accepiſ-
„ ſe. Et ego in modum hunc ad caſtrum veniendo, omnibus ſervitoribus meis, equos pro-
„ prios habentibus, licentiam dedi. Et ego proprios equos paucos habeo: Nam quinque
„ equi ſunt mihi accepti per Dñum *Koſtka*; & tres, per D. *Podmaniczky*. Ac tamen, iſtis
„ temporibus! ſolus in perſona mea fui apud D. Koſtka, qui mihi ſpopondit equos meos
„ reſtituere; & famulos meos quos captivaverat, jam tres dimiſit, ſub hac tamen conditione:
„ Quod ego Polonos iſtos, quos in *Bijelus* captivavi, qui & nunc adhuc apud M. V. in Trenchi-
„ nio ſunt, è converſo dimittere debeo. Et quartum Notarium meum adhuc dimittere non
„ vult, quouſque iſti Poloni dimiſſi non fuerint. Quapropter M. V. rogo tanquam Dnum
„ meum, ut M. V. hos Polonos liberos permittat; & ipſos fide obliget, ut iſti ſe,
„ apud me iſthic conſtituerent. Ubi autem M. Vra ſcribit: ut ego in perſona ſolus ad M. V.
„ venire debeam; ſciat M. V. quod quidam boni amici mei, mihi conſilium dederunt, ut
„ poſt depoſitionem caſtri hujus, me in terris hujus Regni reperiri non debeam. Quod &
„ ſolus timeo, ne me illud contingat, quod michi diu minaverant, me velle collo privari.
„ Ac tamen M. Vræ bene conſtat, me ſecundum poſſe meum, ſemper fideliter ac realiter
„ Sereniſſime Matti ſuæ ſerviviſſe. Licet ego a Matte ſua Regia, aliam ſolutionem melio-
„ rem hac, expecto. Ideo ad M. Vram pro nunc venire auſus non ſum, quouſque litteræ
„ Regiæ Mattis michi ſecuræ non venerint, ut ego liberè ac ſecurè ad Mattem ſuam ve-
„ nire poſſem. Tamen M. Vra bene ſcit, quod & Viennæ magnam infamiam paſſus ſum
„ per profuſones, qui me per Civitatem hinc & hinc conducebant. Ideo majora timeo, ne
„ me contingant. Etiam auribus meis intonuit: Quod M. Vra villas D. *Roſen*, quas mi-
„ chi dederat, e converſo ſibi reſtituit; ideo neſcio an aliquam gratiam a M. Vra expecta-
„ re iam debeam; licèt in M. V. omnem meam ſpem pono. Et M. Vræ indubitanter con-
„ fido, ut M. V. pro me intercedet, ad SSrmam Regiam M. & ego etiam perſonaliter R.
„ M. agrediam; & de meis negotiis illum certiorem faciam, quod & commendo: quod M.
„ ſua Regia michi meliorem ſolutionem ſervitiorum meorum recompenſabit. Item M.
„ Vræ mitto famulum meum Valentinum, quem M. V. conſtituere juſſit, quod cum
„ ipſo M. Vra actura ſit, ipſum præ manibus habebit. Tandem me M. V. commendo. Da-
„ tum in Arce noſtra Hryezow. Die Sabati, ante Galli Feſtum. 1531. *Caſpar Dominitz*
„ *ſupra Hryezow m. ppr.*

8. *Gregorii Markhazji, & Wolffg-Jioſa,* In Sigillo anchora viſitur. Titul: *Magnifico Dño Dño Johanni Koczian, Dño & Fautori nobis gratioſiſſimo.*

„ Item Comitatus Nobilium *Caſtri Komaron*, talibus ſcriptis conqueritr V. M. Quod
„ imprimis *Egregius Wolphangus Jioſa*, qui iobagiones quoſdam Egr. Dni Ambroſii
„ poſſidet. Item in *Pregont Ekes* D. Wolphang Jioſa habet quatuor jobagiones, & illos
„ arreſtavit, & fecit ſervire ad Caſtrum Komaron, tanquam fuiſſent præſenter illic aſtricti,
„ & in præſenti fecit eoſdem ſervire, ad eandem arcem. Item univerſi Nobiles Comitatus
„ ejuſdem Caſtri, qui obligati non fuerant, iobagiones eorum facit ſervire ad caſtrum eun-
„ dem, tanquam fuiſſent perpetuo obligati. Et jobagiones Egregii Dñi *Jacobi Kolos*, fe-
„ cit, & nunc quoque facit ſervire eos tanquam proprios iobagiones, una cum Unda Danu-
„ bii, ad manus ejuſdem Dñi *Andreæ Perghokar* cum omnibus proventibus ſuis. Item
„ machinas vexit; & dum à Buda exercitus aſcendit, cum nobilibus trahi fecit ad *Caſtrum*
„ *Ovar*, per noſtras fatigas & expenſas. Item ſilvas Nobilium Dominorum, ad pontes & ad
„ Caſtrum Komaron, violenter portare fecit. Hæc fideles V. M. D. fideliter conſcripſimus.
„ Datum Nagh Megyer, feria IV ante Demetrii Martyris, Anno Dñi 1531. *Gregorius*
„ *Markhaſy, & Ambroſius Comes, C. dicti. Wolphangus Jioſa, fideles ſervitores. M. D. V.*

Petri Koſtka de Sedlo Poloni, Partium Zapollianarum, duæ Epiſt.

I. In utraque Sigillum. Parte inferiore Crux ſupra columnam, tum elmus cum obeliſcis, ſuperiore plumæ iſtar U. litteræ: P. K. Titulus; *Ad manus Joannis Kotzijaner. Vel ejus Locumtenenti in Caſtro Trinchinenſi, perferantur.*

„ Ea quæ nobis ſcribitis optime Kotzianer, intelleximus. Quod nos violentas manus in *Hritznow & Ilavia*, atque aliis in locis; ac vim maximam combuſtione, tum aliis iniquis viis & modis, in ſubditos hujus Comitatus exercuiſſemus & intuliſſemus: contra factas Principum inducias. De quo vos admirari non poſſe ſcribitis. Verum & nos admiramur vehementer, qui talia adverſus nos mentiri, & vobis ſignificare non verentur. Cum nos, ſemper noſtri honoris memores: ac Regiæ Mattis Dñi noſtri clementiſſimi mandatorum: etiam induciarum inter principes ordinatarum; non ſolum cum illis de Hritzow, verum cum omnibus aliis obſervare ſtuduimus. Neque contra fidem & compoſitionem pacis aliquid egimus, niſi quantum probo deceat. Quod autem ſcribitis, adminiſtrationem iſtius Comitatus juſtitiæ, ſub juramento vobis eſſe commiſſam à Domino veſtro; nobis quoque à regnante Domino meo clementiſſimo, iſtarum partium omnium ſuperiorum, protectio: & inſimul etiam juſtitiæ adminiſtratio, auctoritate Domini noſtri Regis, non minus commiſſa & demandata eſt. Et prout ſcribitis, vobis meritoque viſum eſſe: hujuſmodi violentiam & inimicitiam contra concluſam pacem, a nobis fore factam, ferre & pati. Nos enim nemini aliquid violentiæ & inimicitiæ, quæ pacem & fœdus inter Principes rumpere & infringere viderentur, intulimus. Solum ea, quæ ante priores trium menſium inducias, violenta militari manu occupavimus, ea, uti & poſſidere volumus. Nam *Illavia* quamvis per *Nicolaum de Thurri* fuit occupata; tamen poſt diſceſſum illius Nicolai de Thurri ab obſidione *Caſtri Lethava*, iterato illud Caſtrum reoccupavimus: ſimul & pertinentias *Caſtri Hritzowa*, quod eo tunc obſideramus, uſque ad ordinationem & edictum priorum induciarum. Sed ſub aliqua compoſitione cum Caſpare innita, ut nobiſcum, prout nobis vovit, bona vicinitate frueretur; illius caſtri pertinentiis uti admiſimus. Sed pertinentias caſtri Illova, a tempore diſceſſus præfati Nicolai de Thurri, hactenus cum omnibus ſuis proventibus; Decimas, uſque huc a tribus annis poſſedimus & exegimus, prout omnibus iſtius Comitatus, præſertim Proceſſus ſuperioris, notum eſt. Quibus, evidenter probari poterit. Si quid vero illis de Hritzowo in hoc contrarium viſum erat, non vi, ſed ut in articulis continetur, coram dominis Commiſſariis procedere debuerunt. Nam in iiſdem articulis continetur, quidquid aliquis ex utraque parte occupavit, ſub eiſdem, induciis durantibus ea pacificè poſſidere, & uti valeat. Ideoque iſtis diebus præſentibus, Capitaneum noſtrum, non cum exercitu, ſolum cum 30 Equitibus, ſpe bonæ vicinitatis; non hoſtilitatis; pro exigendis decimis, quæ iuxta induciarum articulos nobis pertineant, expediveramus. Præfati verò de Hritzowo, in eiſdem pertinentiis, decimas, nolentes nobis exigi permittere; ſuos homines ultro tercentos congregantes, adverſus noſtros ſervitores, cum curribus & armis muniti, irruerunt. Sed Dei adjutorio profligati ſunt, Unus eorum Capitaneus, illic interiit; alter vero, ut & quartus, in noſtram captivitatem adductus eſt. Et quamvis *Georgius Dominitz*, frater Caſparis de Hritzowo, nobis ſcribit, id non de voluntate ſua, ſed iſtorum Capitaneorum proprio motu, factum eſſe; iſti tamen fatentur, omnia de ſua voluntate feciſſe. Ex hoc itaque, ab omnibus aperte conſiderari & intelligi poterit, utrum noſtra cauſa? & occaſione? iſta acta ſunt. A nobis quidem unis, nulla inimicitia agitur, neque fœdus Principum violatur. Si quid tamen vobis moleſtum videtur; id, tum in re coram Dominis Comiſſariis; tum armata manu, contra nos procedat. Et prout nobis ſcribitur: vim neceſſariam, veſtra vi repellere. Profecto quamvis potius, amborum Principum concordiam, & omnium Chriſtianorum pacem & uniformitatem optaremus; attamen ſuperbiæ & potentiæ Vræ cedere nolumus. Sed ea omnia & proventus quos hactenus occupavimus & poſſidemus, exigere & poſſidere, defendereque modis omnibus volumus. Datum 6ta, eſperi finita, in Die Franciſci. Anno 1531. Petrus Koſtka de Sedlov, in Lethava, Regiæ Majeſtatis Hungariæ Conſiliarius, ac partium ſuperioris Regni Hungariæ Capitaneus Generalis. m. ppria. (a)

(a) Neſcio a quo ſuperinſcriptum; Rdis Patribus Societatis monſtrandæ, ex quo fors *Beato Stanislao* ſanguine junctus fuiſſet. - - - nam ex *Polonia* prope Hrizov, hæ exaratæ ſunt Labacum 1531. At ſi de relata intelligit Epiſtola, erravit, cum notetur: perceptas fuiſſe Trenchinii, 7 die, tertia pomeridiana.

Titul. *Magnifico Dño Joanni Caczianer, in Trenchin, amico nobis obſervando.* tum infra notatum: *Redditæ Trenchinii 7 Octobr. 3 pomer.*

„ Magnifice Domine, amice obſervande; ſalutem. Intelleximus adhuc ex prioribus Vræ D. M. litteris, adventum ejuſdem. Quod tamen de violentis gravaminibus & combuſti-

„ buſtionibus, aliiſque direptionibus per nos illatis, nobis ſcribit, ſcire vellit. Nos nil agere, quæ contra inducias ab utroque Principe edictas, eſſe deberent. Uſus tamen ante inducias nobis provenire & aſſignare ſolitos, ex quo aliqui, temeritate ſua nobis adminiſtrare nolebant, coacti ſumus tales punire, & uſus noſtros juſtos, nobis adminiſtrari facere. De conventione noſtra mutua, quemadmodum Vra D. M. nobis ſcribit, quomodo eſſent de Vra M. nobiſcum aliqui tractatus, qui ambobus Dominis, hoc eſt: Regiæ Matti Domino noſtro, & alteri R. Matti Dno veſtro, ac toti Chriſtianitati profuturi eſſent? Profecto nos, quantum in nobis eſt, & honori noſtro convenit, quæ præſertim nos ad utilitatem Sacræ Mattis Regiæ Dñi noſtri gratioſiſſimi accommodata eſſe perpendimus, paratiſſimi ſumus omnia facere. Quemadmodum enim D. V. M. Sereniſs. Regi ſuo ſervat fidelitatem, nos itidem facere non dubitet. Faceremus id grato animo, & cum D. V. M, conveniremus. Verum expectamus indies oratores Regiæ Mattis Dñi noſtri; qui, ad Poloniæ Regem, & ſimiliter Romanum Regem, Dominum Vræ D. M. ituri ſunt; cum quibus nobis opus eſt his diebus convenire. Nihilominus ſi quæ utilia D. V. Mgfca ſenſerit, quæ ad totius Chriſtianitatis commodum vergerentur; rogamus D. V. M. velit nobis, per ſuum ſervitorem fidelem ſignificare. Qui ſervus ad nos venire poterit, ex quo, dum intellexerimus, ſi quæ talia forent, quæ medió utriuſque noſtrum concludi, pro bono Chriſtianitatis poſſent, geremus omnem curam, & inſerviemus fatæ Matti, Dño noſtro gratioſiſſimo, pro omni poſſe. Quod *Balthaſar Banffi* in nos aliquid attentare voluit, nos nullam illi occaſionem dedimus. Si quid temere Banffi Balthaſar facere voluerit, profecto habebit in nos talem amicum, qualem ſe nobis exhibuerit. Si quid injuriarum a nobis habet, poteſt nos in præſentia Dñorum Commiſſariorum utriuſque R. Mattis reconvenire. Ubi tandem ad omnia relationem à nobis habebit. Nos profecto nemini occaſionem dabimus, quæ ad violationem induciarum eſſe debeant. Faxit Omnipotens Deus! ut fiat inter Principes pax. Quemadmodum D. V. M. ſe amico nobis commendat obſequio: idem de nobis ſentiat, quæ cum honore noſtro facere poſſumus, obſequi illi & inſervire, paratiſſimi erimus. In reliquo D. V. M. bene valere optamus. Datum in arce noſtra Hretzwo. Feria VI poſt Feſtum B. Franciſci, Anno 1531. *Petrus Koſtka de Sedlov & Lethava, Capitaneus ſuperiorum Partium R. Mattis Hungariæ M. ppr.* (a)

[a] Adnotandum, notari: Contra Banffium Balthaſarem extant litteræ a *Petro* Koſtka ex Stregon exaratæ, Capitaneo *Partium* Regni Hungariæ ſuperioris. At ubi extent? tacetur. anteriores vero decem, a nobis ex originalibus exſcriptæ fincere etiam cum earundem Grammaticalibus erroribus, habentur, cum de ſcriptis antea, in Tabullario Regni Sclav. *Zagrabiæ.* Addere prioribus viſum eſt ob elegantiam & exempli raritatem, olim impreſſam, orationem ſequentem, Ratisbonæ in Comitiis Imperii ſub Carolo *V.* 1531 dictam,

Oratio D. Franciſci Comitis de Frangepanib. Archiepiſcopi Collocenſis, &c. oratoris Regis Vngariæ ad Cæſarem, Electores & Principes Germaniæ.

„ Etſi natura mea ſemper abhorruit à turbidis conſilijs & ſtrepitu armorum, voluptate honeſti ocij perpetuo quodam inſtituto meo à ratione ſuſcepti, tamen hæc temporum calamitoſa conditio cogit me una cum his collegis meis, invictiſſime, & Clementiſſime Cæſar, & domini illuſtriſſimi Principes Electores, cæterique ſacri Romani imperij utriuſque Clariſſimi principes & ſtatus, veſtros animos, in maximis Reipublicæ Chriſtianæ periculis nimium rebus quietis deditos, ad bellum commovere neceſſarium, certantibus Barbaris nobiſcum de poſſeſſione Hungariæ, immo verius univerſæ Chriſtianitatis. Licet enim prius magis nobis, quam alijs Chriſtianis immineant Turcica arma: univerſæ tamen Europæ vult Solimannus frenum imponere, niſi conciliati Deo pietate, atque innocentia, confugiamus ad iuſta ac neceſſaria præſidia armorum, vindicemuſque orbem Chriſtianum à ſummo diſcrimine, audendo fortiterque pugnando. Nam non immerito veremur, (utinam ſimus falſi vates) ne per hujuſmodi negligentiam, has etiam reliquias brevi amittamus. Quod ut melius intelligere, ac tota de re accuratius deliberare poſſitis: formam, ſtatum, & pericula Hungariæ quam breviſſime poterimus, vobis exponemus.

„ Igitur Hungaria ex omni parte plana eſt, raras munitiones habet, nec uſquam montes eam ab alijs regionibus dirimunt, niſi qua Poloniæ & Tranſilvaniæ committitur. Antea Danubio, ac Tibiſco tuta fuit Hungaria: Sclavonia vero, quæ Panoniæ quondam pars erat, Dravo & Savo fluminibus defendebatur. Amiſſo deinde Belgrado: captoque Sirmio, cuncta flumina claſſe hoſtium enavigata, & ipſi portus in poteſtatem Barbarorum redacti ſunt. Titulio arcem ad Tibiſcum, Ezeko ad Dravum firmatis, atque communitis, Hungariæ tanquam compedes impoſuere, nam Danubius non procul à Buda per deſertum labitur, quatenus hoſtes non colunt. Inter Savum & Dravum adeo progreſſi ſunt

„ in intima Sclavoniæ, ut propemodum in veſtibulo Stiriæ ſint, & Carnioliæ iam impune „ conſtratis pontibus exercitum tranſmittant, ac in partem quam libuerit Hungariæ prædabundi debachentur. Ipſamque Hungariam partim magnis copijs, partim excurſionibus „ quotidianis, adeo iam vaſtarunt, ut magna ex parte omni humano cultu deſerta videatur. Reſtiterunt aliquando ſummo conatu viribus hoſtium Hungari, ſtrenueque patriam tutati ſunt. Cæterum vis vi maiore victa, & paucitas à multitudine opreſſa eſt. „ Poterant ſine dubio Barbari totam Hungariam intra breve tempus ſuæ ditionis facere, ſi „ captam bis Budam opportunis præſidiis firmaviſſent, cuius erroris principem Turcarum „ vehementiſſime pœnitet. Atque idcirco Ibraym Baſſam chariſſimum ſibi, ac pene ſocium „ quod iſtud illi ſuaſerit, interemit. Nunc demum intelligit quantæ opportunitatis ſit, regnum Hungariæ tenere, vel ad tutellam partium ſuarum, vel ad ulteriora Chriſtianorum „ vexanda atque occupanda loca, haud ignorat ex Hungaria facilem eſſe per plana atque „ pervia decurſum in Germaniam, deinde in Galliam, in Italiam, nullis impedimentis interpoſitis, quæ impetum eius morarentur, vix uno aut altero flumine interlabente. Ad „ capeſſendam autem hujuſmodi provinciam magnopere eum incitant veſtræ inteſtinæ diſcordiæ, contentioneſque intempeſtivæ, & animi prorſus abhorrentes à belli gloria commodiſque publicis. Sed profecto crediderim providentia Dei factum eſſe, quo minus Buda ſit „ in poteſtate hoſtium, ut vos proprijs periculis excitati, conſurgeretis aliquando ad communem libertatem: ac religionem tuendam. Hactenus Hungaria vobis cæteriſque Chriſtianis pro vallo atque aggere fuit. Ea integra licebat vobis in utramque aurem quieſcere: iam agitur utrum hoc anno tota Turcarum ſit, an veſtro auxilio liberetur à periculo. Quippe ſi hoſtis potietur Hungaria, quod proculdubio futurum eſt, niſi ei occurratur cum validiſſimo exercitu, quæſumus quid cogitatis de ſalute veſtra? quo pacto libertatem tuebimini? quum pro foribus habueritis hoſtem præpotentem, ferociſſimumque, „ & ad imperium orbis terrarum anhelantem? videte ne cum flamma ſeſe tam late diffuderit, tarde ad incendium reſtinguendum accurratis, ac idem vobis accidat, quod Græcis, „ Bulgaris, Raſcianis propter lenta conſilia accidit & proinde dicantur Germani ſerò, ut „ Phryges, ſapere.

„ Si in animo vobis eſt Turcam à Germania prohibere, cur meliore occaſione, minori „ periculo nunc iſtud non facitis? Nam poſtquam Hungariam adeptus erit, multo graviorem experiemini. Aut igitur in Hungaria barbaris reſiſtendum eſt, fortiterque pro libertate dimicandum, aut quocunque receſſu deprehenſis per partes pereundum. Sicut enim „ plurium gentium viribus in unum contractis, non parvum momentum eſt ad res bene gerendas: ita contra ſolutis & in partes abeuntibus, ſervitutem aut mortem imminere certum eſt. Quod ſi nunc Turcarum vires vobis formidandæ videntur, cavete ne Hungarica militia illis adiungatur, quæ per ſe ſola temporibus patrum noſtrorum, & Turcis „ & aliis nationibus formidabilis fuit. Quæ omnem fortunam in patrio ſolo potius experiri, quam extorris per orbem vagari ſtatuit. Credimus vos in civitatibus munitis ſpem „ collocaviſſe, at nulla quidem munitio Barbarorum furori obſtat, qui Pylas amanicas, „ Boſphorum, Propontidem, Helleſpontum, Danubium, tot montes pertingentes in cœlum, „ tot altiſſima flumina, ſubactis fortiſſimis gentibus ſuperaverunt, à quibus innumeræ civitates captæ ſunt ac everſæ. Exiſtimatis eos extimeſcere turrita veſtra mœnia? non inficiamur, hanc in munitionibus hujuſmodi commoditatem exiſtere, quod plerumque differunt excidium patriæ, ad ſummum vero, belli adverſus validum ac pertinacem hoſtem „ non admodum proſunt; armatos oportet obijciatis, ut ſalvi ac incolumes in patria maneatis. Si tantum de imperio certarent cum noſtris nationibus, ſi domitis populis moderate „ imperarent, ſi tributo vectigalibuſque impoſitis victos legibus ſuis atque moribus uti permitterent: adhuc tamen generoſi animi totis viribus conarentur, alienam dominationem à „ ſuis cervicibus repellere. Nunc autem cum eo hoſte nobis res eſt, qui iura & leges in ſua „ libidine habet, qui corporibus illudit, opes adimit, pernicies quædam & labes nobilitatis, „ bonarumque artium, & antiquitatis, omnes exequat ac in unum ordinem miſerrimæ ſervitutis redigit, colendo agro, paſcendoque pecori facit obnoxios. Conſtat hodie quoque „ ſupereſſe in Turcia, ſtirpem eorum, qui Conſtantinopoli imperarunt, ſed in tanto ſqualore, & egeſtate, ut conſiderantibus eorum veterem fortunam, lachrimas excutiant. Eſt „ autem id longe gravius, neque Chriſtiano cuiquam tolerandum, quod barbara feritas fidem Catholicam everſam velit, animaſque Chriſto authoratas parat interficere, propoſitis „ donis atque honoribus iis, qui ad eorum impietatem defecerint, quod plurimi ex noſtris „ faciunt, qui ſcilicet imbecilliores ſunt ad perferenda mala duriſſimæ ſervitutis. Horum „ omnium interitus vobis imputabitur, quod neque tutandos eſſe adverſus Barbaros, neque „ iam oppreſſos, exiſtimatis eripi a ſervitute oportere.

„ Fal-

Digitized by Google

„ Falluntur illi vehementer nec ſunt audiendi, qui in omni rerum varietate, divinam duntaxat opem implorandam cenſent, & eam tantum expectant, nec ad reprimendos hoſtium conatus alia nituntur via: quæ omni ætate apud prudentes tam pios, quam ethnicos ridicula fuerunt. Sed ob brevitatem miſſa faciemus ethnicorum exempla, pauca piorum recenſebimus, præſertim cum eorum, Chriſtianis verba facimus. Quid ſanctius, quid manſuetius Moyſe, quis unquam Deo familiarior? nempe qui in omnibus ſuis conſiliis ac actionibus a numine divino regebatur, & tamen hic non ſolis precibus, ſed ferro, ſibi, & populo Iſraelitico viam per hoſtes ad terram promiſſionis aperuit. Dum vinceretur bello Amalech, Moyſes quidem manibus in cœlum protenſis, ferventer orabat: ſed Joſua cum ſuis ferrum in hoſtes fortiter ſtringebat. Regnante Joſaphat rege Juda, licet Deus pugnaſſet pro populo ſuo contra Moabitas, Amonitas & alios hoſtes, noluit tamen, ut tunc Judæi quieſcerent, ſed inſtructi armis ſtarent in acie parati ad prælium. Ita & nobis Deus proculdubio aderit, ſed vigilantibus, ſed bene conſulentibus, ſed ſtrenue pugnantibus: ubi ſocordiæ atque ignaviæ nos tradiderimus, nequicquam Deum imploramus iratum. Sed eſto ſitis obliti veteris gloriæ majorum, nihil commoveant vos Chriſtianorum clades conniveatis ad pericula Reipublicæ Chriſtianæ, tanquam ad vos nihil iſta pertineant, iam non poſtulamus ut ſuccurratis labenti Hungariæ (iam pridem exaruerunt veſtræ lachrymæ, alienos animos geritis a miſericordia) num de ſumma rei periclitaturi furentis hoſtis impetum in domibus veſtris torpentes expectabitis? non opinamur. Quid igitur? non accingitis vos ad bellum? urget enim extrema neceſſitas, & iam præ foribus adeſt. Multum refert vel ad victoriam obtinendam, vel ad calamitatem depellendam, ſi in alieno ſolo congrediamini cum hoſte, incolumi Hungaria: an ea amiſſa præferoces beluas intra veſtos penates accipiatis. Nam plerique falluntur, qui differendam expeditionem putant, & interim cum Barbaris de pace agi debere, quod quidem non improbaremus, ſi æquam, ſi conſtantem, ſi diuturnam haberemus. Nunquam autem Turca ad pacem inclinat animum, præſertim is, quem nondum fortuna fefellit, niſi ex ſuo commodo ſit: atque in eam ſi quando conſentit, graviſſimis conditionibus onerat: nunquam tamen intermiſſio fit rapinarum clandeſtinis deprædationibus. Scimus equidem nonnullas regiones fuiſſe pacis quam belli tempore vehementius evaſtatas. Turcæ enim à primæva eorum origine rapto ſunt aſueti vivere, eumque morem in hodiernum uſque diem tenaciſſime obſervant. Nullæ tantæ opes externæ, nulla tam opulenta regna ſitim eorum explere poſſunt: ne cum hominibus quidem ejuſdem fidei, ullam pacem propter nephariam cupiditatem habere volunt.

„ Habent autem in præceptis ab eorum legislatore, uti ſuam fidem armis tueantur, & devictas gentes ſuæ impietati adiungant, quo fit, ut captivos, qui ad Mahumeticam impietatem pertrahi nequeunt; omnibus injuriis atque contumeliis afficiant. Ad hæc non defuerunt, qui Turcas quaſi molles, & Aſiaticos contemnerent, ſed longe ſecus eos ſumus experti. Nam & robore animi excellere, artibuſque belli peritiſſimos eſſe, non ſolum teſtatur Hungaria, quæ per annos circiter centum quinquaginta cum Turcis varia fortuna certavit, ſed etiam aliæ nationes bellicoſæ, quæ Turcarum iugum armis victæ acceperunt, maxime reliquis gentibus Chriſtianorum documento ſunt. Invicti tamen non ſunt. Quamobrem vos obſecramus ac per Deum obteſtamur, liberate afflictam & iam ruentem Hungariam, & manus ſupplices ad vos protendentem, ſuſcipiatis defendendam, fiat pax in turribus noſtris, in virtute veſtra. Imitemini Romanorum virtutem & magnanimitatem, in quorum locum, ſucceſſiſtis, qui ſocios, amicos, vicinos, ſæpe ob ſolam gloriam liberarunt magnis ſumptibus à Tyrranis oppreſſoribus. Imponite tandem modum domeſticis diſcordiis, inutiles iſtas & importunas diſſenſiones vel prorſus omittite, vel in aliud tempus reſervate. Saltem in hoc graviſſimo periculo contentiones veſtræ obmuteſcant, quanquam Chriſtianæ manſuetudinis eſt, tollere in perpetuum quod offendat inter fratres. Utique diſcordiæ fratrum olim quietiore tempore componentur. Nunc vero niſi concordibus animis, nerviſque omnium communibus veſtram propriam, ac totius Reipublicæ Chriſtianæ ſalutem defenderitis: veremur ne poſtmodum nullus locus his contentionibus relinquatur. Noſtis opinamur apologum, quo pacto Milvius, dum certant inter ſe Mus & Rana, utrumque arripuerit. Habetis in hac expeditione veſtros & noſtros Principes, feliciſſimum Carolum Imperatorem, ſacratiſſimum Ferdinandum Cæſarem, ſic animatos, ut ſua omnia, & ſe ipſos ſuper impendere pro animabus noſtris ſint parati. Quos ſi vos ampliſſimi Principes, & vere Romano Imperio digniſſime ſenatus, ſequi (ut par eſt) ad hoc ſacrum & neceſſarium bellum volueritis, proculdubio & Deus ipſe, cujus cauſa agitur, aderit. Quo duce & totam Chriſtianam Rempubl. profligatis Barbaris, magno metu liberabitis, & conſervatæ Hungariæ gloriam, penes vos perpetuo habebitis, ita ut non deficiat laus veſtra de ore hominum uſque in ſempiternum.

Digitized by Google

Poſt Decreta Regis Sigiſmundi, ſequens in corpore Juris *nota* eſt; *Ultra præſcripta Sigiſmundi Imperatoris ſex Decreta, propoſitiones de modo exercituandi, ſine die, anno & loco ſcriptæ. Donatio Joanni de Maroth Bano Machovienſi, in Eccleſia Nitrienſi ſepulto, facta: & opignoratio Civitatum Tredecim Comitatus Scepuſienſis ſub nomine Sigiſmundi Imperatoris, extant. Quæ cum ad conſtitutiones Regni nihil faciant, hic inſerere non fuit operæ precium.* Verum ſi tot tantaque inſerta ſunt, ut ante Sigiſmundi Decreta, *forma & ſtylus* novarum Collationum Donationumque; *Grationales* item: ac in favorem Cleri Decretum Ferdinandi anno 1560, pluraque cætera; eò magis Tabulæ illæ pignoris tredecim Civitatum, relinquendæ non fuerant, quod indefinitis prope articulis, oppignoratarum illarum Civitatum redemptio petatur, renoveturque. Quare eas inſerrere operæ erat precium, fuiſſentque majoris roboris, ſi ex Decretis omiſſæ non fuiſſent. Mirum Decreta noſtra, a privatis, ſine publica fide, & reimpreſſionis examine edi, pro lubitu hæc exmitti, illa corrigi, quin gloſſari; dum nihilominus ex his, quævis tribunalia cognoſcere determinareque deberent. Quam varient editiones, ſi quis combinare voluerit, animadvertet. Tabulas illas, quæ neſcirem cujus culpa & facto neglectæ ſunt, plures Cl. Viri, hactenus ediderunt. Eſt nobis etiam, harum apographum exemplar, quod deſcribere & comunicare, tum ideo viſum eſt, quod hoc eſſet integrum; illud autem præter notabilem lacunam, etiam lectione differat, quod Clar. P. Pray annal. P. 2. a pag. 237 ex Codice MSS. ut ibi retuliſſet, comunicavit; cum etiam, quia hoc noſtrum, Anno 1717 ad Dñm Comitem *Virmond*, per CAROLUM VI. (ac ut infra teſtabitur comiſſio Regia) *ex authentico inſtrumento*, fuiſſet tranſmiſſum. Itaque

,, Nos Sigiſmundus DEI gratia Romanorum ſemper Auguſtus, ac Hungariæ, Dal-
,, matiæ, Croatiæ, &c. Rex, recognoſcimus tenore præſentium quibus expedit univerſis.
,, Ratione veri mutui, nos a Sereniſſimo Principe, Domino Uladislao Rege Poloniæ, ejuſque
,, Prælatis ac Baronibus, triginta ſeptem millia *ſexagenarum latorum groſſorum* novæ
,, monetæ, & numeri Bohemicalis, boni & juſti ponderis habuiſſe, & cum effectu recepiſſe.
,, Quem quidem Dominum Wladislaum Regem Poloniæ, ſucceſſoreſque; Prælatos & Baro-
,, nes ipſius, in reſtitutione earundem pecuniarum adſecurare cupientes, & prout juſtum eſt,
,, in ſolutione ipſum reddere volentes certiorem; ſibi & ejus ſucceſſoribus, Prælatis, & Ba-
,, ronibus, terras, videlicet caſtrum noſtrum *Lublo*, alias Lublaw, cum oppido; & oppidum
,, *Podolinacz* cum fortalicio, ac villis ad ea ſpectantibus: nec non oppidis ac civitatibus
,, infraſcriptis, in terra noſtra Scepuſienſi, Diœceſis Strigonienſis ſituatis, videlicet; *Ghniſ-*
,, *ſam, Bela, Leubicz, Riſtorff, Duranſdorff, Menharſdorff, Matthiſdorff, Georgenbergh,*
,, *Tülka, Teütſchendorff, Michelſdorff, Neundorff, Kirchdorff, Walendorff* nuncu-
,, patis, cum eorum omnibus appertinentiis, cenſibus, fructibus, redditibus, proventibus,
,, juriſdictionibus temporalibus, poſſeſſionibus, agris, pratis, lignis, piſcinis: lacubus, ſil-
,, vis, nemoribus, mellificiis, piſcaturis, paludibus, aquis & aquarum decurſibus, molen-
,, dinis & emolumentis; quercetis, pinetis, virgultis, gaijs, miricis, aucupationibus, vena-
,, tionibus, exactionibus ordinariis, obventionibus, attinentiis & appendiis univerſis, qui-
,, buſcunquè nominibus nuncupentur, aut vocitentur; nihil poſſeſſionis aut utilitatis, pro
,, Nobis & ſucceſſoribus noſtris in eiſdem reſervantes. Obligavimus & in vadium poſui-
,, ſuimus, & obligamus tenore præſentium; mediante voluntate Prælatorum & Baronum
,, noſtrorum ad hæc ſpecialiter attendentium, ita: quod omnibus utilitatibus & proventibus
,, hic deſcriptis, ſine alicujus uſuræ ſcrupulo, idem Dominus Wladislaus Rex Poloniæ,
,, ſuique ſucceſſores, uti, frui valeant & gaudere. Cui etiam omnes cives & incolæ terræ,
,, Civitatum & villarum prædictarum, tanquam nobis obedire; & de ſingulis cenſibus,
,, proventibus & obventionibus, interim, quoad ab ipſo, vel eorum aliquo, redimemus ter-
,, ras, caſtra & oppida, civitates & villas eaſdem, reſpondere tenebuntur. Quas quidem
,, terras, caſtra & oppida, civitates & villas, prædictus Dominus Wladislaus Rex Polo-
,, niæ, ſucceſſoreſque; Prælati & Barones ejus tenebunt & poſſidebunt; & habebunt tam-
,, diu, quouſque ſibi, aut ejus ſucceſſoribus, prælatis & Baronibus, per nos, aut per ſucceſſo-
,, res noſtros, prædicta triginta ſeptem millia ſexagenarum latorum groſſorum Bohemica-
,, lis monetæ, boni & juſti ponderis aut in valore eorundem, in auro vel argento fuerint
,, efficaciter perſoluta. Promittimus inſuper bona fide, & in verbo noſtro Regio, terras
,, eaſdem, Caſtra, Civitates, oppida & villas, ab omnibus injuriis & impugnationibus quo-
,, rumcunque intraneorum, ac ſi eas per nos poſſideremus, quamdiu idem Dominus Wladis-
,, laus Rex Poloniæ, & ſucceſſores ipſius, eaſdem tenuerint; defendere & tueri. Non mi-
,, nus etiam: quod ſi aliquis de Regno noſtro Hungariæ, eaſdem terras, Caſtra, civitates
,, oppida & villas, ſub eodem Domino Wladislao Rege Poloniæ, ſucceſſoribus, Prælatis

,, & Ba-

Digitized by Google

„ & Baronibus ipſius, receperit, aut aquiſiverit; ipſas, ſine dolo & fraude reaquirere, & „ ipſis eas reſtituere tenebimur & debebimus. In caſu autem, quo ipſas reaquirere non poſ- „ ſemus; ex tunc, ſibi & ſucceſſoribus, Prælatis & Baronibus ipſius, prædicta triginta ſep- „ tem millia ſexagenarum reddere & perſolvere promittimus bona fide, vel hujuſmodi bo- „ na, aut alia conſimilia, & ejuſdem valoris, ſibi & ſuis ſucceſſoribus, in eiſdem obligare. „ Si autem hoc facere non curaverimus, aut neglexerimus; ex tunc ad omnia damna, quæ „ ex incomplanatione promiſſorum votorum noſtrorum, in præſenti littera expræſſorum, „ prædictus Dominus Wladislaus Rex, ſucceſſoreſque, Prælati, Barones, & Regnum ip- „ ſius perceperint; nos, una cum Prælatis & Baronibus noſtris reſarcienda, refundenda & „ ſolvenda promittimus. Pro quibus etiam, Regni noſtri homines, cujuſcunque conditionis, „ dignitatis & præeminentiæ fuerint, bona ipſorum arreſtare, captivare, terraſque noſtras „ invadere & ſpoliare libere, idem Dominus Wladislaus Rex Poloniæ, ſucceſſoreſque Præ- „ lati & Barones, ac Regnum ipſius, valeant, abſque omni reſiſtentia & contradictione „ noſtra & noſtrorum, tamdiu, quouſque ſibi ſuiſque ſucceſſoribus, Prælatis & Baroni- „ bus, ac Regno ſuo, per nos, aut noſtros ſucceſſores, Prælatos & Barones, omnibus in „ præmiſſis, fuerit integre ſatisfactum. Dum autem prædictas terras, caſtra, Civitates, op- „ pida & villas, ab eodem Domino Wladislao Rege Poloniæ, ſucceſſoribus, Prælatis & „ Baronibus ſuis redimere & liberare voluerimus; ex tunc litteram noſtram ſub ſigillo Ma- „ jeſtatis noſtræ pendente, ad eundem Dominum Wladislaum Regem Poloniæ, vel ejus „ ſucceſſores, Prælatos & Barones Regni ejus, ſcriptam; debebimus per notabiles duos con- „ ſules, unum videlicet de *Lewczova*, & alium de *Caſſovia*, ipſis in Liblaw dirigere, & „ eam, ſibi facere præſentare; ac ſignificando intimare: quod ipſas terras, caſtra, civitates, „ oppida & villas, infra duos menſes continuos, volumus ab eodem Domino Wladislao „ Rege Poloniæ, vel ejus ſucceſſoribus, Prælatis & Baronibus, liberare. Si autem nos dece- „ dere contigerit, tunc duo Prælati, & totidem Barones majores, Regni noſtri Hungariæ, „ ſigillis eorum pendentibus, in hoc caſu facere debebunt. Et a die inſinuationis, vel aſſigna- „ tionis litterarum hujuſmodi, triginta ſeptem millia ſexagenarum latorum groſſorum bo- „ ni & juſti ponderis, in auro aut puro argento, infra eoſdem duos menſes, ad caſtrum Du- „ nawczene duci debebunt; & ibidem per homines dicti Domini Wladislai Regis Poloniæ, „ ſucceſſorum, Prælatorum & Baronum ejus, quos ad id duxerint, debitum numerare; & „ numeratum, ſub ſalvo, ſecuro, & ſufficienti conductu noſtro, ſucceſſorum, Prælatorum „ & Baronum noſtrorum, in caſtrum *Czornſtein* importari & adduci. Interim autem in „ caſtro Dunajacenſi prædicto, quatuor Poloni de terra Cracovienſi, & de Zandecenſi; vel „ alter eorum, quos, vel quem Rex Hungariæ, vel Barones, ipſius Regni nominaverint, „ vel delegerint, videlicet die intimationis, pro ſolvendis pecuniis, & redemtionis pigno- „ rum prædictorum facien[illegible], permaneant & perſiſtant: Ita tamen, ut præſentes eligantur, „ in Regno Poloniæ ubicunque exiſtentes; non impediti tali infirmitate aut impotentia, quod „ venire non poſſent. Qui autem impediti eſſent, illo non obſtante, alii loco impeditorum „ tranſmittantur. Et per ipſum Dominum Wladislaum Regem, ſucceſſores, Prælatos & „ Barones prædictos, in obſtagium, eodem in Caſtro Dunajacenſi reponantur, nec abinde „ recedere debeant, donec caſtrum prædictum Liublo; nec non aliæ civitates, & oppida „ prædicta, nobis & ſucceſſoribus noſtris, ſive Prælatis & Baronibus, integre fuerint re- „ ſtituta. Nulla etiam deceptione, excuſatione, contradictione, vel occaſione obſiſtente. Ha- „ rum, quibus noſtrum, & Prælatorum noſtrorum ſigilla ſunt appenſa, teſtimonio littera- „ rum mediante.

„ Et nos Joannes Archiepiſcopus Strigonienſis, Joannes Epiſcopus Jaurinenſis: Et Ni- „ colaus de Gara Regni Hungariæ Palatinus, Comes Simon de Rozgon Judex Curiæ Re- „ giæ, Joannes de Pelſcvcz Magiſter Tavernicorum Regalium, Ladislaus de Uijlach Ba- „ nus Machovienſis, Joannes Banus de Maroth, Petrus de Perén Comes Ujvarienſis, E- „ mericus de Peren Secretarius Cancellarius Regiæ Mattis, Joannes de Rozgon Theſaura- „ rius Regiæ Majeſtatis, Mathæus de Palocz Comes Borſodienſis, Wladislaus de Pel- „ ſövcz filius quondam Emerici Vajvodæ, Joannes de Bohemia, Benedictus Zudar de Ma- „ koviez: Prælati, & Barones Regni Hungariæ, promittimus bona fide, pro nobis & no- „ ſtris ſucceſſoribus. omnia prædicta, per Dominum noſtrum Regem, de voluntaté & pla- „ cito noſtris, facta & diſpoſita ac promiſſa, inviolabiliter ſervare. In quorum omnium fi- „ dem & teſtimonium, una cum ſigillo dicti Domini noſtri Regis, ſigilla noſtra præſenti- „ bus ſunt appenſa. Datum Zagrabiæ octava die omnium Sanctorum, Anno Domini mi- „ leſimo CCCC. duodecimo, Regnorum autem noſtrorum Hungariæ XXVI. Roman. vero III.

In *Sigiſmundo* Rege ſuperius, litteras has omittendas cenſuimus, quod ſæpe editæ fue- rint. Viſa vero & horum lectionis varietate, ac quod ex *authentico inſtrumento*, in litteris

Caroli VI, exſcriptæ ſignificentur; eas communicandas duximus, ideo etiam: quia art. 33 anni 1552 ſtatuéretur: *De tredecim quoque oppidis, ad Regnum Poloniæ inſcriptis - - vel per majeſtatem ſuam, vel per Ungaros aliquos ex conſenſu ſuo Mattis redimendis Majeſtas ſua ut clementer obtulit, cum ſuis Conſiliariis Ungaris, tractare & concludere dignetur.* An ante Ferdinandum I, de redimendo hoc pignore, actum aliquid fuerit? eruere non potui. Perpenſis iis, quæ ſupra in Sigiſmundo, Alberto &c. relata ſunt, temporum circumſtantiæ non ferebant, ut agi potuerit. Ferdinandus autem, Regno Hungariæ reunito, non ſolum Pignoris hujus, in nova Periodo monebatur; ſed teſtimonio Decreti, pignus anno 1552 continuaſſe, nec in aliam ſpeciem fuiſſe mutatum, providentiâ Statuum ejus temporis, habemus. Dehinc quoque, rehabendi 13 illa oppida perſeveraſſe vota Statuum Coronæ, tot numero articuli Diætales evincunt. An? & quis Regum noſtrorum, pro oppidis illis egerit? ſolicitus licet, non comperi. Ab amico quodam, & jurium Sacræ Coronæ ſtudioſo, CAROLI VI eatenus conatus, ad me perſcripti ſunt. Hos ſepeliendos non cenſui, verùm ad *Magni Caroli* memoriam, eas ſincerè comunico. Itaque *Copia ſub Nro I.*

„ Spectabilis ac Magnifice, Dilecte, fidelis. Notificandum tibi habeo: Quod poſteaquam „ Deo operante, in hæreditarii Regni Hungariæ, faſces & gubernacula ſucceſſi; mox primariæ paternæ curæ meæ fuerit: quò, non ſolum præſentis rerum ſtatus, conſervationi; verum etiam ejuſdem Regni ampliationi, & partium quovis modo avulſarum; aut præ manibus aliorum, quocunque tandem obligationis, ſeu impignorationis titulo exiſtentium, redintegrationi, atque recuperationi, omnimodam vigilantiam ac ſolicitudinem adjicerem. „ Inter quæ, poſt plurimorum negotiorum tam Politicorum, quam Cameralium præhabitum examen, varia ſingillatim revolvendo, comperi: Tredecim illa ſuperioris Hungariæ, „ ſic dicta oppida Scepuſienſia, à quondam piæ memoriæ prædeceſſore meo, Domino Sigiſmundo Romanorum Imperatore, ac Hungariæ Rege, ex capite mutui, Principi Domino Uladislao Regi Poloniæ, ejuſdemque Regni Prælatis ac Baronibus, ergà „ triginta ſeptem millia ſexagenarum latorum groſſorum, novæ monetæ, & numeri Bohemicalis, boni & juſti ponderis, fuiſſe redemptibiliter oppignorata, ſub conditionibus & modis, *in adjacente authentico inſtrumento*(a) *fuſius expreſſis.* A quibus oppidis hypothecam, „ mediante effectiva mutui ſolutione, nunc tandem devolvendi, eademque oppida & loca reluendi; & Hungariæ Regno, prout olim fuerant; deque iis quoad procurandam redemptionem, in omnibus hactenus celebratis Diætis mentio habetur, denuo incorporandi, & in priſtinum ſtatum reſtituendi, firmam concepi voluntatem. In tuam fidelitatem & perſpectum zeloſum tuum agendi modum, atque dexteritatem, hujus momentoſi negotii initium, ceu primum motum clementer reclinans, deſidero: ut poſt ſufficienter hauſtam ex *accluſo litterali inſtrumento*, rei tunc geſtæ notitiam, tu, occaſione tuæ, ibi in Polonia ſubſiſtentiæ, meam dictorum oppidorum reluitionis conceptam mentem atque voluntatem, „ erga unum vel plures ex Primeriis, prudentiæ tuæ, atque circumſpectioni, quam optime exploratis, atque in rei effectuationem præpolentibus, aperire: & quidquid poſt adhibitum omne virium tuarum conamen, ſecutum: & judicio tuo, factu, ulterius hoc in paſſu neceſſarium, viſum fuerit; omne illud ad me, pro poſſibili celeratione, ſcriptotenus ſignificare vellis, ac tenearis. In reliquo Cæſareis Regiis gratiis, tibi propenſus, permaneo. Viennæ 12 Novembris, Anni 1717. *Ad Dominum Comitem Virmond in Polonia nunc ſubſiſtentem.*

(a) Sub Nro 2, eſt inſtrumenti illius, copia: ſupra à me ſincerè relata, & propoſita, ad Virmond autem in authentica expeditione fuit ſubmiſſa.

Valorem *Sexagenarum* expreſſarum, examinari, fecit Carolus, ut ſequentia docent producta, fato Comiti cum memoratis, expedita. Scimus privatorum eatenus comentarios; celebrioreſque deduco: Clar. Celeberrimique Schwartii, quem ſane maculat, gravis illa, in Patrem Pray, quin ipſe auditus fuerit, cenſura. Viri hujus eam eſſe diligentiam (Annales ipſi teſtantur) ut Societatis Scriptores de rebus Sacræ Coronæ, ſuperaverit; meritaque ſua in Patriam, damnari nequeunt. Aliud eſt, de re quadam diſſertationem edere; aliud tam copioſos Regum Annales, colligere conſcribereque. Apud eundem Pray, Parte II eſt de hoc argumento Drobneriana diſſertatio. Ego mox deſcribendis, neutri bellum promulgo. Verum ſi eorum privati labores, edi meruerunt, hæc quoque ab Excelſis Aulicis Regiis Dicaſteriis, tam in iſtorum laboris comendationem; quam *Magni Caroli*, cognoſcendas eatenus curas, legi audirique poſſunt. Juſti, doctive lectoris, variantes de valore *Sexagenarum* opiniones, ſubſternimus. Neque enim ultra Hiſtorici, munus, in quæſtione hac exequimur.

Itaque

Digitized by Google

Itaque *ſub Nro 3.* neſcio an Excelſæ Aulicæ Cameræ? aut Excel. Reg. Aulicæ Cancellariæ, ita habet inſtrumentum.

Reductio, monetæ antiquæ Bohemicæ, ad valorem modernæ pecuniæ currentis Hungarico-Aulicæ „ *Decem* Sexagenæ, faciunt Hungaricæ monetæ, florenos viginti no-„ vem. *Centum* ſexagenæ faciunt Hungaricæ monetæ fl. ducentos quadraginta. *Mille* Se-„ xagenæ, faciunt Hungaricæ monetæ flr. Bis mille quadringentos. *Decem millia* Sexage-„ narum, faciunt Hungaricæ monetæ viginti quatuor mille, florenos. *Viginti millia* Sexa-„ genarum faciunt Hungaricæ monetæ florenos 48 millia. *Triginta ſeptem millia* Sexage-„ narum, faciunt Hungaricæ monetæ fl. Rhen. 88800. Quod ſi vero, groſſos ſingulos, ad „ tres denarios Hungaricales cum dimidio, id eſt ad ſeptem *Babkas* ſeu *obellos* placeat „ redigere, prout nempe tempore illo cucuriſſe perhiberetur; tunc detrahendo ſingulis ex „ groſſis, triginta ſeptem millium Sexagenarum, unam Babkam, conſtituunt detractæ Babcæ „ ſeu obelli, undecim mille & centum florenos Hungaricos. Manebunt 78700 floreni. Et „ hæc erit inſcriptionis ſumma Poloniæ Regno debita, ſive in auro, ſive in argento. Ne-„ que requiritur neceſſario, ut in groſſis Bohemicalibus deponatur; prout clarum eſt ex In-„ ſcriptionibus.

Nro 4to. Wienneriſchen Münz-Ambts Außrechnung, welche dem Hoff-Cammer Referath wegen Retuirung derer Zipßer Städten beygeleget, und wornach 37000 Schock Bömiſchen Groſchen vor 86333. fl. 20. x. jetzigen Wehrung Calculiret worden seynd. Ein alt durchgeſchlagener Bömiſcher Groſchen wägt ſambt dem Schmutz in Wienner Gewicht $2\frac{1}{8}$ d. gehen alſo auf die roche Wienner March $126\frac{8}{17}$ Stuck.

Calculatio Wiennenſis domus numariæ, quæ Cameræ Aulicæ referatur, ratione reluitionis Scepuſienſium Civitatum adjecta, & ſecundum quam 37000 cumuli Bohemicorum groſſorum pro 86333 fl. 20 xr. moderni valoris calculati ſunt. Antiquus tranſcuſus groſſus, appendit cum adhærentibus ſordibus $2.\frac{1}{8}$ Den. Wiennenſis ponderis, pergunt itaque ad unam rudem Wienenſem markam $126.\frac{8}{17}$ groſſi.

Nro 5to. Extractus M.S. Vol. XXII. ſpecies facti ſuper abalienatione des Zipßer Landes. Daß nemblichen Weyland Kayſer Sigiſmundus als König zu Hungarn, ſub octava aller Heiligen in der Croatiſchen Haupt Stadt Zagrabien Anno Chriſti 1712. an dem König Vladislaum, und die Republic Pohlen, erſagtes Zipßer Land, und Sieben und dreyßig tauſend Schackh breite bömiſche Groſchen (welche zu heutigen valor der Müntzen, ungefehr 86333 fl. 40 xr. außmachen) Antichreſtice, alſo, und dergeſtalten verſetzet, ſolche 13. Städte an Intræſſen ſtatt zu beſitzen, und zu genieſſen, biß die Reluition oder Außlöſung erfolgen möchte ꝛc. ꝛc. Und ſo weiters à fol. 447. biß ad fol. 480.

Extractus MS. Voluminis 22. ſpecies facti, ſuper abalienatione Scepuſii. Quod videlicet - - - Cæſar Sigiſmundus, ut Rex Hungariæ, ſub octava Omnium Sanctorum, Zagrabiæ in Croatica Regia Civitate Anno Chriſti 1412 Regi Vladislao & Reipublicæ Polonicæ, præfatum Scepuſium 37000 cumulis latorum Bohemicorum groſſorum (qui ſecundum valorem modernæ monetæ circiter 86333 fl. 40 xger. efficiunt) Antichreſticè, ita & hoc modo oppignoraverit, has 13 Civitates intereſſe loco ut poſſideant, & fruantur donec reluitio ſive exemptio ſequatur &c. &c. & ſic ulterius à fol. 447 uſque ad fol. 480.

Donatio Joanni de Maroth Bano Machovienſi facta à Sigiſmundo. Hiſtoriam rerum geſtarum tum, exprimens.

Nos Capitulum Eccleſiæ Budenſis, Memoriæ commendamus tenore præſentium ſignificantes, quibus expedit univerſis. Quod providus Dominicus de Illös, inhabitator Civitatis Peſthienſis; nomine & in perſona Gregorii Gubachy de Kerekegyhas noſtram veniendo in præſentiam, exhibuit nobis quaſdam litteras, quondam Sereniſſimi Principis Domini Sigiſmundi, Dei gratia Regis Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. ſecretoque Sigillo in Margine conſignatas. Petens nos inſtanter, ut tenorem earundem noſtris conſcribi & tranſumi faciendo, eidem Gregorio de Kerekegyhas dare dignaremur. Cujus quidem litteræ exhibitæ tenor talis eſt.

„ Sigiſmundus Dei Gratia Rex Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Marchioque Bran-„ deburgicus, Sacri Romani Imperii Vicarius Generalis, & Regni Bohemiæ Gubernator. „ Memoriæ commendamus, tenore præſentium ſignificantes, quibus expedit univerſis. Quod „ nos ita Divina ſuffragante clementiâ, ſceptra gubernamus Regalia, & eorum Principatui „ auſpice Deo præſidemus feliciter; cunctorumque noſtrorum fidelium, fidelitates ac actus

„ ſtrenuos, provida conſideratione penſamus: ipſiſque ex innata nobis Regia liberalitate condigna prœmia ſolemus elargiri, Recenſentes & in Regalibus præcordiis reſolventes, præclaras fidelitates, & laude digna obſequia, ac ſinceras & virtuoſas complacentias fidelis noſtri dilecti, viri magnifici *Johannis de Maroth Bani noſtri Machovienſis*, quibus idem, Celſitudini noſtræ, in pluribus noſtris, & Regni noſtri agendis, proſperis & adverſis, ſub diverſitate locorum & temporum, per ſuorum operum laudabilium, efficacem & indefeſſam ſollicitudinem, multimodè ſtuduit complacere. Signanter dum olim, *Johannes filius Petri de Horvathi;* & alter *Johannes Crucifer Prior Auranæ*, noſtri notorii infideles, cum cœteris noſtris infidelibus ipſis adhærentibus; Sereniſſimas Principes: *Dominas Eliſabeth matrem; ac Mariam conthoralem*, noſtras chariſſimas, dictorum Regnorum noſtrorum Reginas, felicium recordationum; prope *Civitatem Gara* (a) vocatam, in conflictu eorundem perſonali, ibi cum noſtris fidelibus commiſſo: & interemptione plurimorum noſtrorum fidelium prædictorum; contra eoſdem Johannem Horvathy, & alterum Johannem Cruciferum, ipſorumque ſequaces, in defenſione dictarum Reginarum, ferventer dimicantium, captivâſſent. *In qua quidem captivitate, ipſa Domina mater noſtra* (b) *proh dolor! per eoſdem miſerabiliter extitit interempta.* (c) Præfatus Johannes Banus, ideo, ut ipſis Dominabus Reginis, matri; & conthorali, noſtris chariſſimis, alicujus defenſionis ſubſidium impendere potuiſſet, in area ipſius certaminis, & conflictus, ab ipſis noſtris infidelibus, graviſſima ad ſe, læſionis ſuſcepit vulnera, uti etiam per eoſdem detentus extitiſſet. Tandem vero, dum fideles noſtri: Vir Magnificus *Nicolaus de Gara* tunc *Banus Machovienſis,* (d) & *Stephanus de Loſſontz*, juxta oppidum *Cſervég*, cum eiſdem Johanne de Horvaty noſtro infidele, & ejus ſequacibus conflictum commiſiſſent perſonalem; tunc etiam idem Johannes Banus, non formidans ſuæ perſonæ periculum, conflictu in eodem contra eoſdem noſtros infideles, cum ſui ſanguinis effuſione & vulnerum ſuſceptione, Nobis, idem, fideles exhibuit famulatus.

„ Inſuper dum nefandiſſimi Crucis Chriſti hoſtes, utpote Turci, valido eorum cum exercitu *Comitatum noſtrum Syrmienſem* hoſtiliter ſubintrâſſent: tunc idem Johannes de Maroth Banus, *cis civitatem Hagolaz*, cum eiſdem, pro noſtri Regii honoris incremento, conflictum commiſiſſet; in quo etiam conflictu *Dionyſium fratrem* ſuum uterinum, iidem noſtri hoſtes captivâſſent, & captum abduxiſſent: ubi dictus Johannes Banus cum detentione ipſius fratris ſui, & non ſine ſuorum familiarium periculo & nece, ac ſui ſanguinis effuſione, noſtræ fideliter ſervivit Majeſtati. Animadvertentes etiam, quomodo dum alias fallerata cohors Turcorum, in ſua pluralitate confiſa, iam dictum Comitatum noſtrum Syrmienſem, utpote vice iterata hoſtiliter invaſiſſet; & in eodem, ſpolia, incendia homicidia, & detentiones noſtrorum Regnicolarum utriuſque ſexûs non modicas commiſiſſet, tunc etiam memoratus Johannes Banus, pro noſtri Regii honoris exaltatione, cum eiſdem, *penes Civitatem Nagy-Ingh* conflictum perſonalem viriliter commiſiſſet; & in eodem ſtragem non modicam feciſſet: uti non ſine duorum lethalium vulnerum plagis, & quam plurimorum familiarium ſuorum periclitatione, noſtræ claritati fidelia obſequia curavit exhiberi.

„ Præterea, dum nefandiſſimus Crucis Chriſti, immo totius orthodoxæ fidei hoſtis & perſecutor, *Baizath*, Dominus Turcorum, capitalis noſtræ Majeſtatis æmulus, cum valido ipſorum exercitu Turcorum, & aliarum barbararum nationum caterva fulcitus, partes noſtras Tranſalpinas hoſtiliter ſubintrâſſet, eaſdem fere in majori parte devaſtando & depopulando, *Caſtrum noſtrum minoris Nicopolis a Merche Vajda* (e) familiari noſtro vi obtinuiſſet; & in eodem gentem ſuam pro conſervatione reliquiſſet: Nóſque per cepta hujuſmodi annotati Bayazat tyranica ſævitate, noſtra valida cum potentia, ad obviandum temeritati ipſius Bayzath; & ad defendendum ipſas partes noſtras, præſertim prædictum Caſtrum minoris Nicopolis de manibus ſuæ gentis expugnaſſemus; in qua quidem expugnatione ipſius caſtri, idem Johannes Banus, ſe dictis Turcis opponendo, cum ſui ſanguinis effuſione, & lethalium vulnerum ſuſceptione, *Nobis cernentibus*, noſtræ Matti ibidem, ad vota noſtra, ſimiliter fideles exhibuit famulatus. Cœterum, dum noſtra Celſitudo, temporibus retrolapſis, reſtaurato validiſſimo noſtro exercitu, ad *Regnum noſtrum Bulgariæ*, cis fluvium Danubii, ubi Paganorum, nobis, & Regnis noſtris inimicantium pullulabat multitudo, ſe trantuliſſet, & caſtrum minoris Nicopolis obſediſſet, prædicto Bayzath Imperatore eo tempore in *Thirno*, cum validiſſima potentia ſua Turcorum exiſtente: tunc idem Johannes Banus, de noſtro mandato, ad explorandam potentiam ipſius Bayzath, non formidans periculum ſuæ perſonæ, ſed in ſuæ ſtrenuitatis confidens audacia, properando, & ad noſtram Celſitudinem redeundo, de potentia ipſius Bayzath

zath

„ zath noſtram Serenitatem certiſſime informavit; ubi cum interemptione cujuſdam ſui familiaris & ſanguinis proprii effuſione, noſtræ fidelia obſequia exhibere curavit, Majeſtati.

„ Item etiam itinere in eodem, dum circa caſtrum prædictum, ipſa noſtra Majeſtas, cum Bayzatho prædicto, conflictum inniviſſet perſonalem; tunc præfatus Johannes Banus, ſuis, fidelitate & ſtrenuitate ſuffultus, non nullos prædictorum Turcorum viriliter interimendo; cum plurimorum familiarium ſuorum nece & periculo, ſæviſſimas vulnerum plagas, conflictu in eodem ſuſtuliſſe non formidavit. Ubi etiam præfatus Dionyſius frater ipſius Johannis Bani, per ipſos Turcas extitit interemptus.

„ Præterea dum valida potentia Turcorum, cum cœteris perſecutoribus Chriſtianorum, gente utpote Boſnenſi, *Fluvium Sava* transfretâſſet, & *Diſtrictum de Poſſega* hoſtiliter ſubintrâſſet: tunc idem Johannes Banus, aſſumpta ſibi ſua valida potentia, adverſus eoſdem viriliter properando, cum eiſdem conflictum perſonalem iniviſſet; tunc ſtragem inter eoſdem (non ſine proprii ſangvinis effuſione, ac periculo & nece plurimorum conſangvineorum ſuorum & familiarium) in area ipſius conflictus commiſit & perpetravit.

„ Poſtremo fortuna nobis ſiniſtrante proh dolor! dum nonnulli Prælati, Proceres, & Barones Regni noſtri, prius capta & detenta noſtræ Majeſtatis perſona; regimine & ſolio dicti Regni noſtri, nos privari voluiſſent: tunc idem Johannes Banus, valido ſuo exercitu aggregato; non parcendo perſonæ, poſſeſſionibus & bonis ſuis, ſe, fortunæ caſibus pro eliberatione noſtræ perſonæ, & honoris noſtri incremento, ſubmittendo, ipſam Noſtram perſonam, per hujuſmodi fidelia obſequia & virtuoſa opera liberando, ad regimen dicti Regni noſtri, rurſum ſua peritiâ & induſtriâ mediante ſublimavit.

„ Tandem vero, nobis in Regno Bohemiæ pro Sacri Romani Imperii, & Noſtri Patronatus honore laborantibus; dum nonnulli Prælati, Magnates, Proceréſque Noſtri, ingrati & immemores beneficiorum à celſitudine noſtra copioſè perceptorum, rebellionis calcaneo ducti, a ſinu noſtræ clementiæ ſe abducere, acceptando; Et in crimen læſæ Majeſtatis noſtræ, inito fraudulento conſilio, ſimul conſpirantes; alium eis ignotum Regem, utpote *Ladislaum filium condam Caroli de Duracio*, in hoc Regnum noſtrum in opprobrium noſtri culminis, introducere voluiſſent: *Emericusque Bubek Prior* Auranæ, qui fere totius rebellionis & diſſenſionis origo fuerat & cauſa efficiens, recepta ſibi & aggregata plurima potentia; (f) Fidelem noſtrum, Virum Magnificum *Paulum Byſſenum de Ezgede*, *Dalmatiæ*, & Croatiæ prædictorum, & Sclavoniæ, Regnorum noſtrorum Banum, qui ſe ſuæ exquiſitæ doloſitati opponere diſponebat, fraudulenter captivâſſent; captumque præfato Ladislao filio Caroli, pro encenio deſtinâſſet: tunc idem Johannes Banus ſuæ fidelitatis laudabilem conſtantiam conteſtando, elevato ſuo vexillo proprio, & totali ſua potentia inſtaurata; & adverſus annotatum Priorem, ſuæ fidelitatis audacia, properando: *Eundem Priorem de Regno noſtro Sclavoniæ, ad Regnum Boſniæ* ſimul cum ſuis ſequacibus & fautoribus, expulit & aufugavit: quoſdam ad eum pertinentes, & contra Majeſtatem noſtram rebellantes terribiliter opprimendo; & quoſdam ad viam veritatis reducendo. Ipſoque Priore Auranæ ſic expulſo & aufugato, volens pro noſtri honoris exaltatione, magis in ſuis fideliſſimis actibus inſudare, quoddam *Caſtrum* annotati Prioris, *Thornow* vocatum, de quo multa mala, incendia, damna, & deprædationes noſtris Fidelibus irrogabantur, cum ipſa ſua potentia obſedit, & convallavit. Ubi in expugnatione dicti caſtri per noſtros infideles in eodem exiſtentes, ictu teli fuit lethaliter in caput vulneratus, ita, quod fere quatuor annis elapſis vel citra, ferrum ipſius teli, de capite ejuſdem exiviſſet.

„ Demum vero, & immediatè præfati Prælati, Magnates & Proceres Regni noſtri, ut præmiſimus, malo freti conſilio, ſimul conſpirantes, *Nos Diademate noſtro Regio, & Corona*, quibus Regna noſtra prædicta, fere annis ſedecim tenueramus; privare: & de eiſdem excludere ſatagentes; præfato Ladislao, filio quondam Caroli, ut eorum vota valerent adimplere, *ad civitatem noſtram Jadrenſem* conductum præbuerant; Eundem, *quodam ſerto fictitio coronantes* (g) ac prædicta *duo Regna noſtra*, videlicet *Dalmatiæ & Croatiæ*, manibus ejuſdem Ladislai filii Caroli, cum caſtris, diſtrictibus, & terminis aſſignantes: propter quæ, per eoſdem in dictis Regnis noſtris, nobis & fidelibus noſtris, ſpolia, incendia, & interemptiones plurimorum Regnicolarum noſtrorum, & alia quam plurima & irreouperabilia damna ſunt perpetrata. Sed ſuffragante nobis divini auxilii remedio, qui ſuos, ſolo nutu ſalvare ſolet & conſervare: interveniente etiam nobis & aſſiſtente, valida potentia ipſius Johannis Bani, qui ut præmiſimus, necem propriam, ac fratrum & familiarium ſuorum non formidans, nec curans pericula rerum & poſſeſſionum ſuarum, ipſis noſtris infidelibus ſub Banderio ipſius Ladislai filii Caroli proceden-

„ tibus, diverſis eorum præliis devictis, viriliter obviavit. Itaque, ſi præmiſſa fidelia ſervitia & virtuoſa: induſtria, operaque, ac valida potentia ipſius Johannis Bani, nobis, non adfuiſſent: dubium fuiſſet nobis, priſtina gubernacula Regni noſtri readipiſci. Ad quæ quidem gubernacula, Rege altiſſimo annuente, per fidelia ſervitia & virtuoſa opera ipſius Johannis Bani, ipſis noſtris infidelibus invitis, rurſus fuimus ſublimati, & nunc in regimine & ſolio ipſius Regni noſtri feliciter gloriamur, Tandemque conſulti fuimus per fideles noſtros: ut univerſaliter infidelibus noſtris, ſuper ipſorum delictis perfidiæ, gratiam & miſericordiam faceremus. Quod & gratanter facimus, *moti Regia pietate* ita: quod ipſi, per datam ipſis, gratiæ factæ, deinceps a nocumentorum ac damnorum & ſpoliorum illatione, deſiſtere; in noſtri conſpectu pro hujuſmodi corroboranda gratia ſe præſentare deberent. (h)

„ Cum autem *Stephanus* filius Pauli de *Gyantha*, unà cum *Johanne* filio Domini de *Sambok; Georgius* filius Stephani de *Bodon* & *Stephanus* frater ejuſdem; cum *Thoma alias Epiſcopo Eccleſiæ Agrienſis*; & *Stephanus* filius Ladislai dicti *Hempze de Gomba*; ſimul cum *Nicolao filio, Johannis Bani de Horvathy*, noſtris notoriis infidelibus; his proxime præteritis diſturbiorum temporibus ſub nomine & vexillo prædicti Ladislai filii condam Caroli Regis de Duracio per Regnum noſtrum, in ipſius & Regnicolarum devaſtationem & incommoda, hinc inde diſcurrendo, prædaſque ſpolia & indicibiles enormitates temere in crimen læſæ noſtræ Mattis committendo & perpetrando incurrere non erubuerunt, & veluti in reprobum ſenſum dati, in profundumque malorum merſi, non expaverunt: *Mattko autem de Szent-Marton*, cum Turcorum Imperator ſæviſſimus Bayzath Regnum noſtrum hoſtiliter ſubintraverat, inter alia ſua nefaria facta, *Civitatem noſtram Regalem Száva Szent-Demeter nominatam*, ad manus ipſius Bayzath proditorie tradiderat, qui etiam in ſua infidelitate prædicta perſeverando tranſivit cum Bayzath ſupradicto. iidemque hujuſmodi nota infidelitatis offuſcati non curantes gratiam, ſed potius in ſuſcepta perfidia perſeverantes, malum malis accumulando, præmiſſa, poſt præmiſſum tempus gratiæ patrare non formidârunt.

„ Unde nos de conſilio & unanimi decreto, tam fidelium Prælatorum & Baronum, Nobiſcum ab initio degentium; quam ad gratiam ſuſceptorum, pronunciavimus & decrevimus: Præfatos Stephanum filium, Pauli de Gyantha, Georgium filium Stephani de Bodon, ac Stephanum fratrem ejuſdem; nec non Stephanum filium Ladislai dicti Hempze de Gomba, ac Matko de Szent Márton, in priſtina nota infidelitatis permanentes, ipſoſque perſequi debere, velut Sacræ Coronæ noſtræ proditores. Quapropter eoſdem Univerſis poſſeſſionibus & portionibus poſſeſſionariis eorum, ubicunque in *Comitatu de Valko, Syrmienſi, Bachienſi, Bodrogienſi*, & *Peſthienſi* vocatis; habitis & exiſtentibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, & per eoſdem à dudum poſſeſſis, privantes & deſtituentes: ipſaſque ad manus noſtras Regias applicantes, de manibus noſtris Regiis novæ Donationis titulo, cum omnibus earum utilitatibus & pertinentiis, videlicet: Eccleſiarum Patronatuum juribus, libertatibus, nundinis, tributis, terris arabilibus, cultis & incultis, fœnetis, campeſtribus paſcuis, molendinis, aquis, aquarumque decurſibus, piſcinis, ſtagnis, lacubus, arundinetis, ſylvis, nemoribus, arundinibus, pratis, promontoriis, villis, prædiis, ac ſitibus villarum, cœteriſque & univerſis aliis & ſingulis utilitatibus, utilitatumque integritatibus, intra curſus metales & antiquas limitationes univerſarum poſſeſſionum & portionum poſſeſſionariarum, vel aliquam ipſarum, exiſtentibus; quolibet nominis vocabulo vocitatis, præfatorum noſtrorum infidelium ſuperius nominatorum, quibus eædem per earum detentores, infideles ſcilicet noſtros ſupradictos & alios earum poſſeſſores, tentæ fuiſſent ac poſſeſſæ: Et omni eo iure, quo, præmiſſo modo noſtræ incumbit collationi: Præfato viro Magnifico *Johanni, filio Johannis de Maroth, Bano noſtro Machovienſi*, pro præmiſſis ſuis multimodis ſervitiis, licet à nobis multo majoribus præmiis attolli mereretur, tamen in aliqualem recompenſationem eorundem ſervitiorum ſuorum, prænarratas univerſas & ſingulas poſſeſſiones, & portiones poſſeſſionarias, antedictorum noſtrorum infidelium, cum univerſis earumdem juribus & pertinentiis ſuperius ſpecificatis: Et per Eum, ſuis hæredibus, hæredumque ſuorum ſucceſſoribus & poſteritatibus univerſis, dedimus, donavimus & contulimus, immo damus, donamus & conferimus, jure perpetuo & irrevocabiliter tenendas, habendas, & poſſidendas, harum noſtrarum teſtimonio litterarum (ſalvo tamen jure alieno, Noſtræ duntaxat fidelium Majeſtati) præſentes dum Nobis in ſpecie fuerint reportatæ, in formam Noſtri privilegii redigi faciemus. Datum Poſonii, Feria ſexta proxima poſt Feſtum Paſchæ, Anno Domini Ejuſdem, Milleſimo Quadringenteſimo quarto. (i)

Nos

Nos itaque petitiones ejusdem Dominici, & in perſona dicti Georgii Nobis exhibitas, juſtas & juri conſonas agnoſcentes, tenorem præſcriptarum litterarum; nihil addendo, nihilque diminuendo, litteris noſtris conſcribi facientes, ſigilloque noſtro pendenti munientes, eidem Gregorio, ad juris ſui cautelam duximus concedendas. Datum in Feſto Annunciationis Virginis Glorioſæ, Anno Domini Milleſimo Quadringenteſimo Quinquageſimo.

a) Plura hoc ipſum docent Regum monumenta. Quare pag. 141. Hiſt. Eccl. Zagr. deſcriptum ex aliis errorem, patrata nempe fuiſſe prædicta ad Diako. corrigimus, emendarique oramus, Civitas olim Gara, hodie Garjavicza, eſt nunc in territorio Generalatus dicti Varasdinenſis, adeoque ſub Militari jurisdictione,

b) Intelligit Eliſabeth Socrum ſuam, matrem Mariæ; quam pro uſitato nunc etiam more, vocat exprimitque matrem,

c) Thuroczy narratio, Eliſabeth ad amnis Bozutha aquas, fuiſſe demerſam, tum ex Coævis, ut Paulo de Paulis &c. tum hinc etiam erroris convincitur. Quin eſto Paul. de Paulis in captivitate mortuam ſcribat, tacendo mortis cauſam, hæc ex verbis donationis patet, interemptam videlicet fuiſſe in captivitate.

d) Vide hinc Joannem de Maroth, tum Machovienſem Banum non fuiſſe, at ſucceſſive; conſequenter licet donatio facta ſit, qua Bano, ſervitia tamen illa omnia fecit ante Banatum. Illud quoque obſervandum: Nicolaum de Gara, filium Palatini, interempto Nicolao de Gara Palatino illico non ſucceſſiſſe in Palatinatu.

e) Contracte acceptum Vajda, pro Vajvoda.

f) Potentia illa erat Tuartci Bosnenſium Regis, aliorumque ſupra à pag. 247. indicatorum.

g) Dubium hinc, an Ladislaus Jadræ coronatus ſit corona ſubmiſſa a Papa? aut alia, Quæcunque ſit ſertum ficticium habitum fuiſſe in Hungaria, hinc conſtat.

h) Decretum hoc gratiæ, eſt in Juris corpore. (i) Donationem relatam, diligentiſſime examinavimus. Cohæret cum ſcriptoribus Coævis. Fides Budenſis Capituli eam roborat, & quidem tranſumpti poſt annos 46, conſequenter memoriæ haud antiquatæ. Inſuper initio litterarum ſuarum teſtatur Capitulum, Secreto Sigillo fuiſſe conſignatas, adeoque juxta regulam art. 15, anni 1546, nec iſtud defuit. Accedit olim Decreta inter publica, donationem fuiſſe hanc, credibilius; teſte memorata ſuperius nota, in legum Codice. Ut quorumvis horum conſideratione, pro inſtrumento legitimo haberi debeat donatio. Si ficta præterea eſſet, tot quæ exprimit, fuiſſent exmiſſa. Inter reliqua illud: Coronam Papalem, ſertum ficticium fuiſſe &c.

Demum ne te lateat; deſcriptum inſtrumentum ex Tranſilvania, a Doctiſſ. Eruditoque Viro, Dño *Daniele Cornides*, ex datis ad me litteris unice noto, cum aliis pluribus eruditis notitys, atque diplomatum apographis, me habere. Sane Virum hunc, epiſtolæ ſuæ quas ad me dedit, in rebus litterarys eruditisque, non ſolum à latinitate, librorum notitia, rerum diligenti examine, judicio recto, commendant; ſed ſingulari eſt humanitate, animique dotibus egregie ornatus, neque tantum ſibi doctus ſtudioſusque, verum ab experientia dico, communicando ſua, ardens utilium litterarum extenſione; dignusque ſententia mea, qui ad promovendas utiles ſacræ Coronæ litteras eruditas, deſtinari poſſet. Fateri candide debeo: eſto plures Eruditiſſimi viri, me ſuis litteris honorare dignati ſint, ſecundum eſſe nemini Danielem, quocum utilius, ad aquirendas tot rerum notitias, communicaſſem. Quare ſpero ego a Viro hoc, jura ſacræ Coronæ in Bulgariam, Moldaviam, Valachiam, Parteſque illas, cum tot cœteris illuſtranda, Proinde pro memorato inſtrumento, cæteris item alibi reſſerendis, gratias illi habeo maximas; ac a lectoribus habendas eſſe, fateri; orandumque cenſui.

Diem annumque mortis Ferdinandi, cum digniſſimo elogio, quia Iſthvanffius lib. 21. pag mihi 269. deſcripſiſſet, lectorem ad eundem relegamus. Ad rerum à Ferdinando geſtarum cognitionem, tot inter ſcriptores, illa quoque legi poſſunt, quæ à pag. 215. Hiſtor. Eccl. Zagr. inſerta ſunt.

MAXIMILIANUS.

Status Ordineſque Coronæ ſingulariter propendiſſe ad Maximilianum Art. V. item VI. anni 1550; ſimiliter 32. Anni 1552. quo plena Regalis authoritas Maximiliano attribuitur, teſtatum faciunt. In conſtitutionibus ſuis propriis Anni 1559. art. 42. ingredienti primo *Mariæ*, ejus Conthorali *Univerſi ſtatus & Ordines* verba ſunt articuli, *hilari primum & læto animo ſuæ Majeſtatis apud eosdem præſentiam cernentes, eandem honorario munere - - Eandem excipiendam decreverunt, atque concluſum eſt: Ut ad primum terminum - - - ex omnium tam Dominorum & Nobilium, quam Cæterorum Regni ſtatuum & Ordinum bonis pro hac una vice contribuantur atque Majeſt. Reg. aſſignentur &c.* Propoſito etiam ſi Majeſt. Reginali videbitur, eatenus eidem perceptore. Quin articulo 64. Anni 1563. Donationes, gratiæ, litteræ, &c. *tam in publicis Regni, quam etiam quibuscunque privatis negotiis, intra & extra Regnum* emanatæ *tam in judiciis, quam alibi ubivis locorum & temporum ab omnibus ratæ habeantur & firmæ, plenoque & integro ſerventur in vigore.*

Digitized by Google

Anno 1563. *Maximilianus* in Regem Hungariæ, Maria autem in Reginam coronantur. Vide de his Illm. Iſthvanffium lib. 21. à pap. 261. Coronationis hujus art. 2. Anni memorati eſt memoria, verbis his: *In hac felici ejus* (Maximiliani) *coronatione* - . ac infra *ſuſceptaque feliciter hujus Regni Corona - - pari cum ſua Matte Cæſarea ardore & diligentia, curæ ſibi, impoſterum quoque habere dignetur:* Diplomatis occaſione hac elargiti, nec Iſthvanf. meminit; nec in Decretis legitur. Deſideratur in his juramenti à Maximiliano depoſiti formula; nec eſt *electionis* memoria; quin Palatini vacans officium, ſenex *Bathyan Franciſcus* quod ſuppleverit, Iſtvanff. ſcribit. Quare conſideratione horum, effectu firmatur articuli V. Anno 1547. textus ille pag. 367. ſuperius relatus. Ex his profecto elucet: *Rationem ſtatus* Reipublicæ, ſuis certiſque temporibus, anteferi oportere, quibusvis etiam fundamentalibus prætenſionibus. Si hæc *ſtatus Ratio* ſervata extitiſſet, à Ludovici II. morte; clades, tot tantasque jacturas corpus Reipublicæ Sacræ Coronæ declinaſſet. Verum cum mortuo Patri Ferdinando, Maximilianus Anno 1564. ſucceſſiſſet, incommoda ex parte Tranſilvaniæ à Turcis item paſſus eſt. De his, libro 22. ſcribit Illm. Iſthvanffius, firmanturque generatim *Litteris Regalibus*, quibus Maximilianus ad Diætam Anni 1566. invitabat ſtatus. In his omiſſis Cæteris exprimitur: *excipientibus attamen nos ſtatim a morte ſuæ Majeſtatis, genitoris noſtri feliciſſimæ memoriæ; in ipſo quaſi, captæ gubernationis noſtræ limine gravibus turbis & tumultibus, ab æmulis & adverſariis noſtris concitatis, his ante omnia componendis atque ſanandis ſtudentes, conventus ipſius celebrationem, in aliud commodius tempus differre oportuit. Beneficio tamen Divino, hiſce motibus per nos jam hucusque repreſſis atque Sedatis, hoſtiumque noſtrorum adverſis conatibus in irritum cadentibus, haud intermittendum duximus, quin univerſos Regnicolas noſtros, indicta illis generali Diæta convocaremus &c.* Conſtitutiones Diætæ hujus, Decretum Anni 1566. continet; proinde in eodem videndæ. Memoriæ Item cœteræ, Sclavoniam Croatiamque illuſtrantes, cum à Nobis, P. 1. Hiſt. Eccl. Zagr. Tomo I. attactæ ſunt, tum à pag. 243; cum & ex Actis Regni Sclavoniæ publicis, annorum ſerie à p. 261, relatæ ſint; eas non repetimus. Adere viſum eſt Maximiliani mandatum pro Capitulo Zagr.

„ Maximilianus II. Dei gratia electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac „ Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ Rex &c. Fideli noſtro Spectabili & Magnifico Petro Er„ dödi de Monyorokerek, Comiti perpetuo Montis Claudy, ac Regnorum noſtrorum Dal„ matiæ Croatiæ & Sclavoniæ Bano, Conſiliario noſtro, Salutem & gratiam. Expoſitum eſt „ Matti noſtræ, in perſonis fidelium noſtrorum, honorabilium Capituli Eccleſiæ Zagrabien„ ſis: Quod licet Bona ipſorum exponentium, à Solutione *pecuniæ fumalis*; ex antiqua li„ bertate & conceſſione per Divos quondam Hungariæ Reges, prædeceſſores noſtros, feli„ cis recordationis, ipſis exponentibus, & Eccleſiæ eorum facta, exempta eſſent & ſuppor„ tata, prouti id litteræ eorum privilegiales teſtarentur; Tu tamen non curata ejusmodi ip„ ſorum libertate, à certis ipſorum Bonis, nomine dictæ pecuniæ fumalis, 105. Flor. exigi „ feciſſes, injuria,& damno eorum manifeſto.Supplicando propterea Nobis humillime: digna„ remur eis ſuperinde de opportuno remedio gratioſe providere. Quorum ſupplicatione cle„ menter exaudita, Nolentes ipſos exponentes & Bona eorum, contra antiquam & legiti„ mam libertatis & exemptionis eorum prærogativam, ſolutione & exactione præmiſſæ pe„ cuniæ fumalis impediri. Fidelitati tuæ harum ſcire firmiter committimus & mandamus: „ quatenus acceptis præſentibus, & præmiſſis ſicut præfertur ſtantibus, præſcriptos 105. Fl. „ a Bonis ipſorum exponentium, ratione præmiſſæ pecuniæ fumalis, tuo ut dicitur juſſu „ exactos, eisdem, ſtatim ſine ulla difficultate, reddere, & reddi facere: nec impoſterum „ ipſos, & Bona ipſorum, exactione dictæ pecuniæ fumalis, contra præattactam eorum „ libertatem, impedire & moleſtare debeas & tenearis. Secus non facturus. Præſentibus per„ lectis, exhibenti reſtitutis. Datum Viennæ Die ſexta Septembris, Anno Domini 1565. Ma„ ximilianus M. ppria - Nicolaus Olahus Strigonienſis m. ppr. Joannes Lyſthyus m. pria. L. „ S. Regii „ *Banus* accepto mandato Regio, ſequens dedit intimatum.

„ Petrus Erdoedii de Monjorokerek, Comes perpetuus Montis Claudii, ac Regnor. Dal„ mat. Croat. & Sclavon. Banus &c. Univerſis & Singulis Comitibus ac Vice-Comitibus, nec „ non Judicibus Nobilium Comitat. Zagrab.& Varasdinen. Salutem cum favore. Noveritis nos „ ſtrictiſſimum mandatum a Sacratiſſima & Reg. Maj. Domino videlicet & Princ. noſtro cle„ mentiſſimo, recepiſſe ſuper eo: Quoniam Reverendi Domini Capitulum Eccleſiæ Zagrabien„ ſis; nec non Bona, ac coloni,& jobagionalis conditonis homines ipſorum, a Divis olim Re„ gibus Hungariæ, & Eccleſiæ; exempti ſemper fuerint & immunes ab omni ſolutione fu„ malium pecuniarum in medium Regnicolarum contribuentium. Mandat igitur ſua „ Majeſtas Sacratiſſima Nobis ſerio, ut nos præfatos Dominos, Capitulum, ac Eccleſiæ Bo„ na, & colonos, ac jobagionalis conditionis homines ipſorum, in dictis libertatibus ac

„ immu

„ immunitatibus ipſorum conſervare & tueri; ac per eos quorum intereſt conſervari facere, „ debeamus & teneamur. Volentes igitur ſuæ Ssmæ Matti in omnibus ut tenemur ſimiliter „ obedire; Vos, & Veſtrum ſingulos harum ſerie hortamur & requirimus, ac nihilominus „ authoritate noſtra, qua in præſentiarum fungimur, Vobis committimus & mandamus; ne „ Bona, aut colonos dictorum dominorum Capituli Zagrabienſis, ad requiſitionem cujuscumque, ob non Solutionem quarumcumque pecuniarum fumalium, in rebus vel perſonis, *non obſtantibus articulis Dominorum Regnicolarum*, damnificare præſumatis, nec ſitis „ auſi modo aliquali. Secus non facturi. Præſentibus perlectis exhibenti reſtitutis. Datum „ in Noſtra Kereſztinecz: 20 Die Januarii, Anno Domini 1566. Idem Banus m. pria. Locus Sigilli.

Hodie ſubjecti Eccleſiæ, has *fumales*, coeterasque contributiones exolvunt. Interim præmiſſa mandata, & Divorum Regum Hungariæ pietatem teſtantur; & de pecuniis fumalibus lumen præbent, prouti etiam: *Vladislai II.* permiſſas gubernationis habenas, ſub Maximiliano, in Sclavonia ſaltem, reviviſcere, quæſitum procuratumque fuiſſe, verba illa *non obſtantibus articulis dominorum Regnicolarum*, indicare videntur. Cœterum ſive ab exemplo, Privilegiorum Eccleſiaſticorum, ſive quod bonus lucri odor eſſet, ad Inſtantiam officia obtinentium, Anno 1567. reſcribit Maximilianus (ut extractus monumentorum Regni) ad Præfectum Cœterosque Conſiliarios Cameræ Hungaricæ, Comites item, Vice-Comites, ac Judices Nobilium Comitatuum Regni Sclavoniæ: ne a colonis Vice-Banorum, Proto- & Vice-Prothonatoriorum, Vice-Comitum, Judicum Nobilium, Comitatuum Regni Sclavoniæ, tributa, taxas, aliosque cenſus publicos exigant, ita tamen, *ſi talis antea viguiſſet conſvetudo.* Et quia facile ab iis recognita fuiſſet conſvetudo, quorum erat intereſſentiæ, pag. 250 Hiſt. Eccl. Zagr. memorata mala ſunt conſecuta, ut art. 2. Anni 1574. ejusmodi avaritiam ſufferre oportuerit. Sed incurabilis avaritiæ affectus, dum vias alias, obtinendi æris quæſiviſſet, Anno 1582, *Radeczius* Agrienſis Epiſcopus, qua Regius per Hungariam Locumtenens ordinat datis mandatis ad *Caſparem Druskoczi Vicebanum*, & Nobiles Varasdinenſis Criſienſisque Comitatus, ad inſtantiam Magnificorum *Balthaſaris de Batthyan* Magiſtri Dapiferorum; & *Nicolai Iſthvanffii* Regni Hungariæ-Pro Palatini, ne ſubditos eorundem, in contributione extraordinaria Fl. duorum, ultro gravent, quam in quantum communibus Statuum & ordinum Regni Hungariæ votis concluſum haberetur; cum & alioquin ſubditi eorundem exponentium & lamentantium, verſus arcem *Caproncza & Dernye*, pro defenſione patriæ multum contuliſſent. Mandatum hoc, extat in Reg. Tabullario. Denum *Maximilianus* in quibusvis, ſe II. exprimit. Hoc haud a Regibus Hungariæ, verum ab Imperatoribus deſumptum, ſupra relatus titulus evincit. Maximilianus alter ex pactis cum Wladislao initis, Titulo Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ Regis, uſus quidem eſt, ſed Reges illos, quibus *Tituli* unice ex fœderibus permiſſi fuère, uti in ſerie Hungariæ Regum non eſſent; ita nec Maximilianum hunc, intra Hungariæ Reges *alterum* ſive II. numerari debere, cenſeo; verum Maximilianus I. inter Reges Hungariæ, venit collocandus. Hæc relatis in Hiſt. Eccl. Zagr. Tom. I. addere de Maximiliano hoc, viſum eſt. Quare.

§. I.

Conſectaria, ex deſcriptis in IV. prioribus Periodis, de Regnis Dalmatiæ, Sclavoniæ & Croatiæ, ſunt ſequentia.

I. Arbitrarie prorſus aſſeri; *Dalmatiam ab Auguſto fuiſſe extenſam ad Savum, aut Dravum, vel Muram, aut Danubium fluvios*, atque hanc extenſionem ad Sæcul. VII. imperturbate perſeveraſſe. *Auguſtus* Italiæ limites, ad Polam, & Aquileam extendiſſe legitur, quod ipſum ſucceſſive mutatum extitiſſe, prima alterave teſtatur Periodus. Dalmatiam fuiſſe aliquando magnam Provinciam, e veteribus demonſtrari nequit. Vatinius apud Ciceronem, oppidis 20. eam ambit. Ptolemæus lib. 3. ad finem, excludit Iſſam, Tragurium, Phariam &c. a Dalmat. dum ſcriberet: *Dalmatiæ vicinæ jacent Inſulæ* (obſerva haud eum dicere in Dalmatia) *Iſſa etiam Urbs*, *Tragurium etiam urbs*, *Pharia etiam urbs*, *Corcyra nigra.* Hanc *Gnidiorum* fuiſſe Coloniam Strabo lib. 7. ſcribit. Plinius autem lib. 3. cap. 26. teſtatur inter Corcyram & Melitam fuiſſe Illyricum, *Corcyra* inquiens *Melæna cognominata cum Gnidiorum oppido, diſtat XXV. M. paſſuum, inter quam, & Illyricum Melita.* Quare ſi quispiam, vetuſtatem ſequi velit, is Illyricum a Dalmatia diſtingvendum habet. Neque extenſionem Illyrici a Romanis factam, ex ratione tributorum; Dalmatiæ applicare poteſt. Florente decreſcenteque Romanorum Imperio fuiſſe diſtinctas Provincias, Dalmatiam, Mœſiam, Myſiam, Daciam, Pannoniam, Noricum, Japydiam, Liburniam, Iſtriam ſi ſcriptoribus Romanorum fides, monumentis item, Inſcriptionibus, numis, extra dubitationem eſt; ut proinde ſuſtineri nequeat, Venetorum ſcriptorum, atque ex his deſcribentium aſſertio,

Digitized by Google

tio, ad VII. usque ſæculum, amplificatam a Romanis fuiſſe Dalmatiam ad memoratos ſupra fluvios. Scriptores Venetos excuſat erga Rempublicam eorum obligatio, at Noſtros quid a culpa eximat? ipſi viderint. Profecto dum ſui legitimi indubitatique juris, Dalmatiam eſſe credunt Veneti, ex *ratione ſtatus*, eam extendunt amplificantque, ut ratione hac jura prætenſionesque eorum augeantur. Arte omni, litteras litteraliaque inſtrumenta ex his oris colligunt, ſummaque felicitate obtinent, ut in futuris fors occaſionibus, talibus uti valeant. Eccleſiæ hujus Zagrabienſis litteras plurimas, deſcripſit olim Raphael Levakovich, quæ huic defuere, circa annum 1720. liberaliſſime deſcribi factæ ſunt pro *Riceputtio*, Paduamque ſubmiſſæ. Doctiſſimus Farlatus Tomo V. Illyrici ſacri, Hiſtoriam etiam Eccleſiæ Zagrabienſis daturus eſt, cujus prætextu, monumenta accepit Levakovich, & Riceputti. Hæc refferenda ideo cenſui, ut conſtet poſteritati, qualiter? quove titulo? monumenta illa Eccleſiæ Zagrabienſis, ad ſtatum Venetum, aut Venetias deveniſſent, ut ſi aliquando ex iisdem, jus, in has Sclavoniæ oras prætenderetur, ſciri poſſit, quo ſub colore iſthic reperiantur. Patet ex ſuperioribus, Lucium ex Inſigniis, Conſulatu, variis item ambiguis inſtrumentis, quin quibusdam etiam falſis, jura sereniſſimæ Reipublicæ deducere; ideo ne idem eveniat ex iis, quæ titulo conſcribendæ Hiſtoriæ Eccleſiæ Zagrabienſis, providentia & Zelo ſubditorum ſereniſſimæ Reipublicæ illac delata ſunt, monendum volui, eo magis quia Doctiſſimus Farlatus, Dalmatiam legitimi ſuæ Reipublicæ juris, ut rem certam ſupponeret, hancque inde ab Auguſto, conſtanter ad VII. usque ſæculum extenſam fuiſſe ad Dravum Danubiumque ſcriberet, ut hinc Sclavonicas Croaticasque Eccleſias, cum Dalmaticis conjungendo, arguere objicereque videatur, has quoque, intra Dalmaticas, conſequenter juris ſereniſſimæ Reipublicæ, venire. Hoc ille, ita clare, nullibi vel aſſerit; nihilominus ut quodam conſectarium ex doctiſſime a ſe ſcriptis prodit; non ſolum ex relata harum Eccleſiarum cum Dalmaticis conjunctione; verum etiam, ex aſſerto ſuo arbitrario, dum Eccleſias Sclavoniæ Croatiæque omnes. intra Suffraganeos Eccleſiæ Spalatenſis collocat. *Segnienſem*. *Corbavienſem*, *Modruſſienſem*, certa ætate atque tempore, Spalatenſis Eccleſiæ fuiſſe Suffraganeas, negari nequit. At veterem *Siſcienſem*, *Sirmienſem* ac ut actu *Diakovienſis* habetur pro Boſnenſi, *Bacſienſem*, *Zagrabienſem* item, fuiſſe aliquando Spalatenſi Eccleſiæ ſubjectas, doceri debet. Sane Farlatus ipſe, nullibi exhibet documentum aliquod, vel appellationis, vel ſententiæ, aut cujuscumque ordinationis Archieppi Spalatenſis in præfatis Eccleſiis, ſed neque mihi tale, reperire aut legere accidit, ex quo fatas Eccleſias Suffraganeas aliquando Spalatenſi fuiſſe, argui valeat. Hæc diſſimulare in Siſtemate meo non poteram, dum Scriptores Veneti, ex Eccleſiarum Subordinatione, jura Reipublicæ ſuæ deducerent, ut ſuperius reflеximus.

II. *Pannoniam ſub Romanis fuiſſe ſemper a Dalmatia diſtinctam Provinciam; atque hanc pro arbitrio Imperantium, diviſam fuiſſe, primo: in Primam & ſecundam ſeu ſuperiorem inferioremque, tum & ſubdiviſam, attributis eidem, aliis quoque nominibus, ut Valeriæ, Saviæ &c. Quin jam arctatam extenſione Norici, iam amplificatam aditione partis ſaltem, Veteris Japidiæ atque Liburniæ.* Patent hæc, ex I. Periodo.

III. *Irruentibus ad Romanas Provincias barbaris, ſeſeque mutuo perſequentibus, Abares ſive Humos in Pannoniis atque Dalmatia, ſedes ſuas collocaſſe, ac in poſſeſſorio, ſeſe firmaviſſe, ut Sclavis conjunctis ſibi, Pannoniæ olim ſaviæ ac etiam primæ, loca territoriaque, Longobardorum permiſſo ceſſerint.* Itaque poſt Romanos, etſi aliæ quoque gentes Pannonias tenuerint, demum attamen in hac, *Sclavi* ſeſe firmarunt; ut ideo his in Regionibus, *Sclavonia* Pannoniæ veteri, ſucceſſerit, ſitque amplificata per veterum olim Japidiam, Liburniam, Iſtriam, Carantanum, ac in Parte Mœſiam, Dardaniam &c. Hæc Sclavorum, Sclavoniæque ſucceſſio, atque extenſio, quaſi generale communeque nomen reliquit, ut ſcriptores Veneti, aliique frequentius, nomen hoc *Sclavi & Sclavoniæ* ſervarint, quin mare Adriaticum *Sclavonicas undas* expræſſerint.

IV. *Cum Heraclius ad ejiciendos e Dalmatia Abares, Croatas ad ſe venientes, ea lege recepiſſet: Ut ejectis inde Abaribus, territoria Dalmatiæ, Croatarum redderentur, ſæculo VII. in Dalmatia ſedes Croatarum uti ſucceſſit; ſic & Croatiæ illis in oris nomen.* Quod Croatiæ quoque nomen ſucceſſerit, vide textum Porphyrog. pag. 39. relatum quo: *Chrobati poſt acceptum Baptismum - - juraverunt.* Sed Porphyrog. ipſe cap. 29, uti memoratum pag. 43. pro Dalmatia, *Croatiæ* nomen ſucceſſiſſe fatetur, ſcribendo: *ſuntque etiamnum in Chrobatia* (in Dalmatia veterum, quam tamen Dalmatiæ nomine non exprimit) *Abarum reliquiæ.* Servios quoque idem Heraclius induxit, ut pag. 37.

V. *Sclavis obtentum territorium extendentibus, nihilominus ſub ſeniorum gubernatione ſuique Rectoris conſtitutis, cum pars Croatarum, e Croatia ſive Dalmatia ſeceſſiſſet, a Sclavis*

Ja-

Japidiam Liburniamque aquiſiverunt, Croatiamque ad Cettinam usque fluvium his ex oris extenderunt, & ſubinde per Forum Julii, ac verſus Septemtrionem ad Laiben, quibus tamen poſtremis ex locis, amoti iterum fuêre.

VI. Sæculo VIII. conſtitutis variis pluribusque Ducatibus & Ducibus, Sclavicas quoque inter gentes Duces Ducatusque varii conſtituti ſunt, ut Carantanorum, Fori Julii, Sclavoniæ, Avariæ in Pannonia, Croatarum in veteri Liburnia, Item Croatorum in Dalmatia. Sed Francis ſuperioribus evadentibus, relati Ducatus, ad Francos devenerunt.

VII. *Sæculo IX. Mortuo Carolo, rebus autem Bulgarorum florentibus, Sclavi Bulgaricos accepêre Rectores, ac ſeſe ſub Ludovico Bulgaris conjunxerunt. Croatæ Dalmatici, ab Imperio Orientali defecêre, horumque Dux Tirpimirus, cum Rege Italiæ Pipino amicitiam coluit. Ab horum exemplo, Croatæ quoque Liburnici, jugum Francorum excuſſerunt.* Ex his conſectariis, reflectendum lectorem cenſui, unde fluit prætenſa Dalmatiæ extenſio, a ſcriptoribus plerumque uſurpata. *Croatæ* cum Heracly donatione Dalmatiam primo obtinuiſſent, Croatiæ invecto nomine & Regione, cum quidam Baptismum ſuſcepiſſent, pars autem in paganismo perſeveráſſet, hi a baptizatis illis Croatis ſeceſſerunt, Liburniamque atque Japidiam, Sclavis acceperunt, ſemet in his Regionibus ſtabilientes, Ducem proprium habuêre. Hinc quia duo fuiſſent Ducatus Croatici; ſcriptores, Croatas illos Dalmaticos, reaſſumpto veteris Romanæ Provinciæ nomine, Dalmatas vocavêre, territorium illorum Dalmatiam, Ducesque illorum Croatarum, Duces Dalmatiæ expræſſêre, ut ſic eos a Liburnicis Croatis diſtinguerent. Porphyrog. ipſe: *Omnis Dalmatia defecit.* Item clarius: *qui Dalmatiæ oppida incolebant* (nempe Croatæ) *ſui juris facti, neque Romano Imperatori, neque cuipiam alteri ſubjecti.* Tirpimirus attamen Ducem ſe Croatorum inſcribebat; *Tirpimirus Dux Croatorum.* Scriptores Francici, ſive eruditionis geniô; ſive quod credibilius, ob Dalmatiæ prætenſionem, dum Jadram unice, Nicephoro olim permiſſam fuiſſe a Carolo, dicerent; *Dalmatiæ* nomine totum illud territorium acceperunt, quod ſub poſſeſſorio fuit Croatarum, & dum e Dalmatia Croatæ ſeceſſiſſent, ad occupandum Liburniæ veteris Japidiæque territorium, quævis Dalmatiæ nomine conſiderârunt. Quare ſi Dalmatiæ extenſio ſuſtinenda eſt, hæc, Romanis tribui nequit; verum Croatis. Romani quoque Pontifices, Italiæque ſcriptores, *Dalmatiæ* nomen ſervarunt. Hoc ſive ad ſervandam antiquitatem; ſive quod Dalmatia, Senatus olim Romani fuerit Provincia, hinc ad modernorum quoque Romanorum prætenſiones ſuſtentandas, convenientius videbatur *Dalmatiæ* nomen, præcipue cum Croatæ illi, qui ejectis Abaribus Dalmatiam ab Heraclio obtinuerunt, occaſione Baptismi juraverint Papæ: a ſe aliorum terras non invadendas. Hinc quia Baptismum Roma accepiſſent, & Eccleſiæ Romanæ ſeſe conjunxiſſent, juráſſentque. Vetus Dalmatiæ nomen, ob hos etiam novos incolas, & Veteris Dalmatiæ aquiſitores, a Romanis mutatum non eſt. Scriptores Veneti æque Dalmatiæ ſervant nomen, præcipue *in Jadra atque Inſulis Adriæ;* In Civitatibus continentis variant, jam Croatiæ, jam Sclavoniæ ſub appellatione, eas exprimendo. Diplomata vero aliaque monumenta, veritatem rei, per quasvis epochas demonſtrant, ut ſuperioribus Periodis eſſet deductum.

VIII. *Croatis Liburnicis, jugum Francorum excutientibus, & ſucceſſive baptizatis, cum hi, propriam erexiſſent Rempublicam, finesque accepiſſent ad Cettinam fluvium: quod infra eſt, Sclavoniæ, jam Ducatui, jam ſucceſſive Regno obtigit, fuerêque diviſi Ducatus, ſuperioris inferiorisque Sclavoniæ* Vide quæ a pag. 76. ſcripſimus.

IX. Hunnis, ſive Ungaris ad finem ſæculi IX. e Scythia in Pannoniam reverſis, atque ad Spalatum uſque excurrentibus; Croatæ, illis, ſemet aſſociaverant: Sclavi autem plane conjunxerant, quod olim quoque Abaribus uniti extiterint. Ut ideo *Sclavoniam*, Ducatum ſuum Hungari habuerint. Hungaris per plurium Ducatuum everſionem, Regnum proprium ſic ſtabilientibus, ut ab utroque Imperio agnoſceretur, *Dircislaus* a Conſtantinopolitanis Imperatoribus coronam obtinens, Regnum quoque effecit *Croatiam.* Neque, Jadra excepta (ob utiliſſimum portum) ſub protectione Conſtantinopolitanorum reſervatum fuiſſe aliud apparet. Sclavoniæ ſuperioris pars a B. Stephano, *Creſimiro Croatiæ Regi* ceſſa deducitur, ſed ab *Andrea I. recuperata*, temporibus Geyſæ & S. Ladislai ad *Zvónimirum* Demetrium venit, qui Regem Croatiæ, tum & Dalmatiæ ſe effecit.

X. Zvonimiro mortuo S. Ladislaus, Sclavoniam ſuperiorem recepit, conſtituto in ea Epiſcopatu Zagrabienſi; Croatiam ſimiliter aquiſivit, creato in ea *Almo* Rege. Poſt motus varios.

XI. Colomannus Rex Hungariæ, Sclavoniam ſacræ Coronæ plene reſtituit. Croatiam Spontanea Croatarum acceſſione conſtabilivit, eſtque in Regem Dalmatiæ Croatiæque coronatus. Dalmatæ quoque, ſibi, & ſacræ coronæ ſe ſubjecerunt. Et dum Jadrenſes tumultuaſ-

ſent, hos armis coercuit, & anno 1111. Dalmatia tota potitus eſt. In poſſeſſorio Dalmatiæ Croatiæque, ſucceſſores Colomani perſeveràſſe ex periodo III. conſtat.

Quamvis porro Veneti, conati ſint primum Jadram, tum Dalmatiam reliquam, cum maris Adriatici dominio, ſui juris reddere, taleque jus per ſcriptores ſuos orbi objicere, quo attamen loco ſtet? quibusque innitatur fundamentis, ſupra conati ſumus demonſtrare. Ipſi, variis titulis & reſpectibus, ſenſim ac per partes in poſſeſſorium ſubintrârunt Dalmatiæ. Sub Ferdinando I. circa 1540, totius Dalmatiæ, ac in parte Croatiæ, ſunt conſecuti poſſeſſorium; ſed jura Sacræ Coronæ, & Apoſtolicorum noſtrorum Regum, in Venetos translata fuiſſe, legitur nuſpiam. Legitima vero eſſe, ſacræ Coronæ & Regum Hungariæ, in Dalmatiam Croatiamque jura, Periodo III. docuimus. Eapropter, quamvis Hungariæ Reges, Dalmatiæ nomen ſervaverint, & hoc nomine Inſulas maris Adriatici, Jadram, Tragurium &c. acceperint.

Errant 1mo qui *Dalmatiam* Segniæ, atque adjacentibus mari Adriatico exiguis oris affigunt; Quin integram *Morlachiæ* Provinciam ibi ſomniant. Sunt quævis illa Croatiæ, nihilque ibi Dalmatiæ aut Morlachiæ eſt. *Errant* 2. qui ſuperiorem Sclavoniam a Croatia non diſtinguunt, & tribus Sclavoniæ ſuperioris Comitatibus, Croatiam arctant, in ſummum ſacræ Coronæ, & Apoſtolicorum Regum præjudicium. Croatiæ Regnum olim amplum erat, & ad Serviam uſque extendebatur, ex diviſionibus, filiorum Regum, Raſcia, Boſnia, ſucceſſive ad Regnum elevata, Herczegovina, ſive Ducatus Sancti Sabæ prodiverunt, quin certa ætate Servia ipſa, Croatia conſiderabatur. *Errant* 3 qui Comitatus integros, Caſtra, Caſtella, verbo quævis illa, quæ nunc ſub Turcarum ſunt imperio, *Boſniam* habent, aut Serviam; dum certiſſimum eſt, maximam Croatiæ partem, ſub Turcarum eſſe Dominatu; partem vero hujus, Venetis eſſe obnoxiam, partem, Carnioliæ eſſe applicatam. *Licca*, *Corbavia*, Oraque continentis ad mare Adriaticum, ad fluvium uſque *Rechina ſive Fiumera*, cum Grobnik, Brod, intermediisque territoriis, veræ ſint Croatiæ. Dalmatiæ nil hodie poſſidetur à Regibus Hungariæ ac ſacra Regni Corona. Quare in obſequium prætenſionum Venetarum, excogitata Dalmatiæ diviſio, in Dalmatiam Auſtriacam, Venetam, Turcicam, erronea eſt. Sclavoniæ pars poſſidetur a Provincia Stiriæ; Inſula Muraköſz Comitatui Szaladienſi obtigit, partem magnam Turca occupavit & retinet. Sed ut hodie conſideratur Croatia, Sclavoniaque, infra narrabimus.

§. II.

Tabulam Sambuci; Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, &c. apud Abrah. Ortellium; erroneam falſamque eſſe, demonſtratur.

Joannes Sambucus, quamvis Hungarus, Anno 1572. Die 25. Octobris, Vienna; Abrahamo Ortellio miſit, reliquas inter, Illirici quoque, Geographicam tabulam, ab Ortellio ad vota Sambuci, operi ſuo inſertam. In hac Sambucus, *Carnitiam ſive Carinthiam*, ad Dravum uſque extendit, parte vero ab altera ad Muram fluvium, ut hinc Marpurgum, Secoviam &c. in Carinthia collocet. *Stiriam* a Mura, & a *Græcio Stiriæ* (quod in limitibus Carinthiæ poſuit) duxit Muræ fluxu, ad oppidum *Legrad* comitatus Szaladienſis. A *Caniſa* initium Hungariæ facit, per Dravi defluxum. *Carnioliam* locat a *Gradiſca* per Timavum Sontiumque ut ait fluvium, ad Savi originem; inde ad Dravum, & per hunc Varasdinum uſque, ac per *Oſtercz*, ad Krapine amnem ad Szomſzedvar ſive Szuſzed; a Szuſzed regrediendo per neſcio quæ loca, ad Mreſnicze fluvium, parte ex illa Carnioliam extendit; & ad *Ledenicze*, *Novi*, maris Adriatici littore, eam circumſcripſit. *Duyn*, *Tergeſtum*, *Capo d'Iſtria*, *Pigmentum*, *Bakar*, *Hrelin*, *Griſan*, *Czirquenicze*, *Modruſſium*: *Ogulin Carloſtadium*, *Samoborinum*, *S. Annam*, *Petrovinam* & quævis intermedia loca, Carnioliæ dedit. *In Croatia* collocat: *Segniam Otochacz*, *Oſtroviczam* utramque, verbo parte ab una, eam ad Vunnam fluvium duxit, uſque *Jeſzenovecz*; a Jeſzenovecz per ſavum retrograde, ut *Siſcium*, *Novigrad*, *Selin*, *Brezovicza*, *Okich*, *Belai*, *Mons Capella*, Croatiæ ſint. *Dalmatiæ*, adſcripſit *Bribir*, *Zvonigrad*, &c. *Boſniam* à Vunna & montibus Licanis per Savum ducit, ut, hodiernum *Brod*, Kobaſs, &c. in Boſnia ſtatuat. *Sclavoniam* a Jeſzenovecz cis ſavum Dravumque collocat, ut *Poſegam*, *Captol*, *Straſeman*, *Valpo*, *Szlatina*, *Sopia* ad Veroviticzam uſque, Sclavoniæ ſint. Intra hanc & Carniolam, ex parte Dravo, ex parte vero Savo incluſam, *Vindorum Marchiam* conſtituit. Hanc ducit a *Varasdino*, per oppidum Krapina, ad Szuſzed, & huic Vindorum Marchiæ tribuit: *Zagrabiam*, *Boſakovinam*, *Campum Lonienſem*, *Moſzlovinam*, hoc eſt *montem Claudium*, *Chaſmam*, *Ivanichium*, *Criſium*, *Capronczam*, *S. Georgium*, vulgo Gyurgievecz, *Ludbreginum*, quin trans Dravum *Prelog*, *totam Muraköſz inſulam*, *Fridaviam*, ſive Ormosdinum, *Petovium*, & quævis intermedia loca & oppida.

Erat

Digitized by Google

Erat Joannes Sambucus Hungarus, Maximiliani Imperator. Hiſtoricus, hinc in ſuppoſito doctrinæ, eruditionisque ſolidæ, adeoque ſecundum Regulam in ſcholis decantatam, *non eſt ſupponendum*; pro evidentia & veritate, quævis ab eo ſcripta, opinari debebit, præcipue cum a Cenſoribus ſua approbata ſint, editaque: *cum Imperatoriæ Regiæque Majeſtatis privilegio.* At his non obſtantibus, cuperem ego, ſi viveret Sambucus, haſque perluſtraret partes Regioneſque, quas vivens haud viderit; incredile mihi eſt, quin eum non puderet, revocaretque ſubito palpabiles errores ſuos. Profecto memoratarum Provinciarum Regionumque, eſſe illos, quos ille conſtituit limites, nullis monumentis demonſtrare poſſet; ſed neque docere ætatem & tempus, quibus ſic definiti erant Provinciarum limites, ut ille ſtatuit. Quin cum ubivis gentium mos ille ſit, ut Provinciarum regionumque limites, complexu quodam ambiantur, complura loca ſunt Sambuci, quæ Provinciis integris, a Regione ſibi aſſignata, diſtant. *Segniam* in Croatia conſtituit, loca eidem adjacentia Dalmatiæ; Carnioliæ adſcripſit. Si Regionum harum incolis, in re ipſis cognita & patente, fides haberi non poteſt: ſi Regum decreta, & monumenta publica, poſtponi poſſunt Sambuco, eorum interpello fidem, qui his in Regionibus aliquando vixerunt, & vel ſerviverunt vel ſerviunt Apoſtolicis Regibus in militari ſtatu, fateantur & recognoſcant, num pro vera haberi poſſit, Sambuci tabula. Sed Sambucus ipſe, in tenebris a ſe confectam fuiſſe Cartham illam Geographicam agnoſcere videtur, dum ſcribit Ortellio: *ſi qui errores ſint, dies certiora docebit.* Demum, ad Legum præſcripta, Joanni Sambuco fides adhiberi non poteſt, cum variet, ſitque teſtis ille, qui ſeipſum adulationis mancipium prodidit, dum in ſubmiſſa ad eundem Ortellium anno 1579. Tabula Hungariæ, *Sereniſſimo Principi D. Carolo Archiduci, Maximiliani II. Fratri dicata* (qui Gubernator erat Stiriæ, Sclavoniæ, Croatiæque) novos Provinciarum poſuit terminos. In priore Tabula, Carnioliæ ſtuduit; at in hac poſteriore, quam ait, a ſe recenter emendatam, indubie ut Carolo blandiatur, Stiriam amplificavit, dum hanc extendit ultra *fluvium Raba* ad Veſprimium & lacum Balaton; & abinde per *Baboczam*, ad *Gareſzniczam fluvium*, Stiriam ad Savum uſque amplificando. Quin locorum ignarus, trans Savum etiam, dum poſt Zagrabiam, etiam *Turovopolie*, liberaliſſime Stiriæ dedit. Horum conſideratione, quid de Tabulis illis Sambuci cenſendum ſit? juſtitiæ amans lector definiat.

Hæc ut puto, quamvis ſatis aperire videantur, Sambucum ſine rerum examine, neglecta prorſus veritate, limites Provinciis pro ſuo lubitu conſtituiſſe; attamen erroris falſitatisque eum convincere viſum eſt. Sane perſvaſum habeo, neque Inclytas vicinas Provincias Stiriæ Carnioliæque, Carthas Sambuci probaturas, dum adeo is ex lubitu, quod antea dederat Carnioliæ, poſt annos ſeptem Stiriæ attribuit. Neque dubito Inclytis Hungariæ Comitatibus, Szalladienſi videlicet, Caſtriferrei, Sopronienſi &c. ea eſſe documenta, quibus malevolentia, Sambuco ad occulum demonſtretur. Quare de iis, quæ matri Patriæque ſuæ Hungariæ ademit Sambucus, eominus dicturus ſum, quod Decreta Regum publica, falſitatem ejus demonſtrent.

Quod Sclavoniam Croatiamque attinet, limites illi a Sambuco poſiti, cujus oro ætatis ſunt? Credo ego, nec ad Vetus Romanorum Imperium; nec ad Sclavorum Croatarumque Periodum; ſed neque ad Hungariæ Regni exordia & progreſſum, terminos illos Sambucus reponet; quia ignarum ſe Patriæ ſuæ & ſacræ Regni Coronæ hiſtoriæ teſtaretur. Profecto ſi ad quamcumque e primis tribus ſupra deſcriptis Periodis, Tabulæ Sambuci refferantur, eas manifeſtæ falſas eſſe, deſcripta memorataque in iis monumenta demonſtrant. Itaque ad Periodum IV. Tabulas illas ſpectare credimus. Verum quo fundamento? videamus.

Fuerat quidem Ferdinando I. anno adhuc 1522. ceſſa per Ludovicum II. Croatia, ſed quod hæc, Carnioliæ per Ferdinandum fuiſſet unita, ſcriptum eſt à nemine. Immo quis credat, Croatiæ Regnum Provinciæ uni eum addicere voluiſſe, rectiusque Provincia Regno adjuncta fuiſſet, quam Regnum Provinciæ. Quid eſt Joannem Torquatum, ſervatum fuiſſe Croatiæ Banum ad annum 1531, quo mortuus eſt? quid quod Torquato mortuo Epiſcopum Tinninienſem Andream Tuſzkanich Locumtenentem Regium in Croatia fecerit? Quid quod religioſiſſimus Ferdinandus I. Regnum conſecutus Hungariæ, juramento ſe obſtinxerit: *fines, Regni noſtri Hungariæ, & quæ ad illud quocumque jure aut titulo pertinent, non alienabimus, nec minuemus; ſed quoad poterimus, augebimus & extendemus.* Si Croatiam, Sclavoniamque arctavit, extendendo ſive Carnioliæ, ſive Stiriæ Provinciam, per territorium Croatiæ Sclavoniæque, damnare eum perjurii oportet; ego vero potius Sambucum arguam falſitatis, quam Ferdinandum perjurii, cum religioſiſſimum Regem, tam conſtitutiones ſub ipſo editæ, quam & Decreta ſua publica, vindicent a tanto crimine. Quævis item, tam ſupra in Ferdinando, quam in Hiſtor. Eccl. Zagr. relata, adverſus Sambucum ſunt, totque ejus mandata, ad Sclavoniæ ſtatus data, Sambucum falſitatis convincunt. In nova

Digitized by Google

hac Regum Hungariæ Periodo, ea fuit ſi non ſingulorum, plurimorum certe providentia quod litteras a Divis Hungariæ Regibus habitas renovari confirmarique procuraverint. Deum teſtor, nullas me vidiſſe, aut reperiſſe, in quibus Croatiæ Sclavoniæque loca, ſive Stiriæ ſive Carnioliæ eſſe, exprimerentur. Neque eſt, quod indicantibus Superioribus ad *Kaczianerum* datis litteris, qui Carnioliæ ſupremus erat Capitaneus, ipſe ſub Ferdinando ad Regni quoque Croatiæ Sclavoniæque negotia influxerit, & ſupremam prope adminiſtrationem habuerit. Iſtud enimvero in bellicis militaribusque accidit. Aliud præterea eſt, Regnum Croatiæ Sclavoniæque, a Ferdinando aut Maximiliano, vel Rudolpho diminutum fuiſſe, contra juramenti Sanctitatem; aliud Regnum tale, hoc aut illi ſubdito adminiſtrandum credere. Sambuci Tabulæ, creditæ adminiſtrationis fines non recenſent, ſed Regnorum Provinciarumque limites. Verum Imperatori & Regi Rudolpho, in quæſtione hac, majorem eſſe fidem quam Sambuco, ab omni admittendum credo; ſic autem ille, in elargitis a ſe Carloſtadienſibus litteris, a Ferdinando III. recognitis & confirmatis.

„ Nos Ferdinandus III. Dei gratia electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac „ Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæque, Rex. Archidux „ Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carnioliæ, ſuperiorisque & inferioris Sileſiæ; Marchio Moraviæ, ſuperiorisque & inferioris Luſatiæ; Comes Haubſpurgi, Tyrolis, & Goritiæ &c. Memoriæ commendamus tenore præſentium ſignificantes, quibus expedit univerſis. Quod pro parte & in perſona fidelium noſtrorum militum & incolarum, „ cœterorumque inhabitatorum Fortalitii, ſive Civitatis novæ *Carloſtad* infra Caſtrum Dubovacz, in dicto *Regno noſtro Croatiæ conſtructæ*, exhibitæ ſunt nobis & præſentatæ certæ quædam litteræ, ſereniſſimi condam Principis, Domini Rudolphi II. alias Romanorum Imperatoris, *& Regis Hungariæ;* confirmationales Privilegiales, in pargameno patenter confectæ, ac ſecreto ejusdem Sigillo, quo, *ut Rex Hungariæ utebatur*, impendenti communitæ. Quibus mediantibus, idem condam Imperator & Rex, certos quosdam articulos, ſuper libertatibus & immunitatibus præfatorum Civium Carloſtadienſium, a Sereniſſimo condam Principe Carolo, patruo videlicet ſuo, iisdem Civibus Carloſtadienſibus, factis & conceſſis: ſignanter vero binis nundinalibus prærogativis; nec non uno foro hæbdomadali, „ emanatos; ratificaſſe atque confirmaſſe dignoſcebatur, tenoris infraſcripti. Supplicatum itaque extitit Matti noſtræ, pro parte & in perſona prælibatorum militum, univerſorumque Civium & inhabitatorum dictæ Civitatis Carloſtadienſis, debita cum inſtantia humillime: quatenus prætactarum binarum nundinarum, unas; hactenus quidem in Feſto B. Margarithæ, hoc eſt XIII. Die Menſis Julii; prout & forum hæbdomadale, ſingulis diebus Sabathi in eadem Civitate celebrari ſolitum & conſvetum, ex eodem Feſto S. Margarithæ, „ ad Dominicam Ssmæ & Individuæ Trinitatis; forum autem hæbdomadale, ex die Sabbathi „ ad diem Jovis, ſingularum ſeptimanarum, benigne transferre: ac inſuper unas adhuc nundinas pro Feſto S. Bartholomæi quotannis, in eadem Civitate perpetuo celebrandas gratioſe ſupperaddere: In reliquo vero, prædeclaratas litteras confirmationales, omniaque & ſingula in iisdem contenta, ratas, gratas & accepta habentes, litterisque noſtris Privilegialibus, inſeri & inſcribi facientes, approbare, roborare, & ratificare; ac pro antelatis militibus & incolis, cœterisque inhabitatoribus, Sæpe tactæ Civitatis Carloſtadienſis, ipſorumque poſteris & ſucceſſoribus univerſis, innovandas, perpetuo valituras, gratioſe confirmare dignaremur. Quarum quidem litterarum tenor talis eſt „

„ *Rudolphus II.* Dei gratia electus Romanorum Imperator ſemper auguſtus; ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæque Rex. Archidux Auſtriæ, „ Dux Burgundiæ, Marchio Moraviæ, Comes Tyrolis ac Goritiæ &c. memoriæ commendamus, tenore præſentium ſignificantes, quibus expedit univerſis. Quod cum ſereniſſimus „ Princeps Dominus *Carolus*, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carnioliæ, Comes Tyrolis &c. *Patruus noſter chariſſimus, ad defenſionem Regni noſtri Croatiæ, quod ipſius Provinciis inſtar Clypei, ſeu Muri eſſe dignoſcitur*, contra Turcas nominis Chriſtiani hoſtes, ſuis & Provinciarum ſuarum ſumptibus, certam munitionem ſeu fortalitium inſtar Civitatis, infra Caſtrum Dubovacz, *in dicto Regno Croatiæ ſitum*, ædificaverit; & eundem locum de ſuo nomine *Carloſtadium* nominaverit, cœterisque libertatibus & Privilegiis ac immunitatibus, noſtro ac ſuo nomine donaverit, militesque ac alios inhabitatores ejusdem, „ de ipſarum immunitatum ratificatione, *per Nos, veluti Hungariæ & partium ei ſubjectarum, legitimum Regem fienda, aſſecuraverit; requiſivit nos* debita cum inſtantia, ut eisdem militibus, ac cœteris inhabitatoribus ejusdem oppidi Novi Carloſtadii; eorumque ſucceſſoribus, „ certos articulos, ſuper dictis libertatibus & immunitatibus ipſorum, a præfato ſereniſſimo „ Patruo noſtro, tam ſua; *veluti ſupremi in partibus illis noſtris, Locumtenentis;* quam noſtra

„ Re-

„ Regia authoritate additos & conceſſos, benigne acceptare; & de Regiæ noſtræ poteſtatis „ plenitudine, gratiaque ſpeciali, confirmare dignaremur. Qui quidem articuli, ſeu capita „ immunitatum ipſorum, ſequuntur in hunc modum: I. Quod quilibet miles, ſive Germanus, „ ſive Hungarus, ſive Croata fuerit aut alterius Nationis, ſive inter equites, ſive pedites, „ qui juxta Zonam ſeu dimenſionem ſine digreſſione in fundo, ſeu area Viridi ædificaverit; ta- „ le ædificium ſeu fundus, ipſi & hæredibus ſuis, proprius & hæreditarius eſſe & manere debeat; „ quem ipſe vel hæredes ſui, una cum ſuperædificata domo, vendere, legare, vel dono dare, & „ de illo juxta placitum ſuum, tanquam de re propria diſponere, & ordinare poſſit; hac tamen „ conditione: quod ſemper noſtri, ſeu Sereniſſimi patrui noſtri milites, ibidem in præſidio Sti- „ pendia merentes, præ aliis emere poſſint. Sin vero contingeret, quod per mortem & deceſſum „ unius vel alterius militum, una vel plures domus hæreditariæ, ad illius, vel illorum conſan- „ gvineos devolverentur, qui in Stiria vel Carinthia, *illisque annexis Provinciis*, domos, ſeu ali- „ quam hæreditatem non haberent; & vel *in illis confiniis dicti Regni noſtri Croatiæ* non milita- „ rent; ex tunc illi hæredes ſine ulla contradictione, teneantur & ſint adſtricti, cuilibet militi il- „ lius præſidii, qui illa opus haberet, dictam domum prævia juſta & tollerabili honeſtorum vi- „ rorum æſtimatione, pro ipſius ſolutione vendere; vel juxta Præfecti illius loci diſpoſitionem, „ domuſque ipſius capacitatem & commoditatem, aliquod ibidem ſervientes milites, in illam re- „ cipere. *Item* poſtquam nos, de Regiæ noſtræ poteſtatis plenitudine, *ad inſtantiam præfati Sere-* „ *niſſimi* Patrui noſtri, dictam Civitatem novam Carloſtadium, libertate & prærogativa ſpeciali „ ornandam duximus, omnes qui proprias domus in ea habent, aut habuerint, libertatibus com- „ munibus utentur, fruentur: Et viciſſim incolæ & habitatores omnes, ea omnia quæ ad con- „ ſervandam Politiam, & retinendam diſciplinam pertinebunt, quovis tempore firmiter ob- „ ſervare debeant. Domos & plateas, ac quæcunque ad familiæ ſuſtentationem commoda erunt, „ mundo bonoque ordine ſervabunt. Ignem cuſtodient ne damnum faciat, ſicuti tales, & id „ genus regulæ in aliis civitatibus obſervari ſolent. *Item* in Suburbibus: domum, horreum, „ foſſas, hortos, pomarios, cellaria, foveas, ſepimenta, & ſimilia quæ in detrimentum „ fortalitii, ſeu Civitatis vergere poſſent, inter fortalitium videlicet, & montem ac colles, „ ubi nunc excubiæ tenentur; nemini cujusvis ſtatus & conditionis homini, liceat erigere aut „ extruere, neque cuipiam permittatur. Verum horti pro caulibus, ac aliis culinæ neceſſariis, „ ita tamen ut 200 ulnis a fortalitio longis, abſint, prævia dimenſuratione concedantur, & „ tales horti, ſepimento transparente claudantur. *Et* ſuper hæc omnia, pro meliore fortalitii „ præfati Carloſtadienſis, in eoque degentium militum incremento, conſultum neceſſarium- „ que viſum eſt: ut ſingulis annis binæ nundinæ; unæ, in Feſto D. Caroli, hoc eſt 28. die „ Januarii: alteræ vero, 13. die Menſis Julii, hoc eſt in Feſto B. Margarethæ (ea ſiquidem „ die, Civitas ipſa extrui cepta eſt:) ad diuturnam rei memoriam, juxta bonum ordinem, „ & diſpoſitionem Præfecti, celebrentur, ſine tamen nundinarum, cæterorum vicinorum „ locorum, præjudicio. Et per totum annum ſingulis diebus Sabbathi, ſolitum forum hæb- „ domadale interteneatur. Verum hujusmodi nundinæ, & Forum hæbdomadale extra For- „ talitium, juxta Præfecti demonſtrationem, in loco commodo adminiſtrari, celebrari- „ que debebunt.

„ Nos igitur, qui commodis & permanſioni fidelium *noſtrorum Regnicolarum, præfati* „ *Regni noſtri Croatiæ, & conſequenter præfato fortalitio Carolſtadio*, quod propter illius de- „ fenſionem extructum eſſe dignoſcitur, quam optime conſultum & proviſum eſſe cupimus; „ Requiſitione & poſtulatione ſupradicti Sereniſſimi Domini Caroli Archiducis, patrui no- „ ſtri Chariſſimi, facta; benignè accepta & admiſſa, præfatos articulos, ſuper libertatibus, „ privilegiis, & immunitatibus dictæ Civitatis novæ Carolſtadii, infra Caſtrum Dubovacz, „ *in Regno noſtro Croatiæ*, de novo conſtructæ, editos & emanatos; præſentibusque litteris „ noſtris ſupra inſertos & inſcriptos: ac omnia & ſingula in eisdem contenta, eatenus, qua- „ tenus eidem rite & legitimê exiſtunt emanati, ratos, gratos, & accepta habentes, pro „ prænominatis militibus ac incolis, & coeteris inhabitatoribus dicti Fortalitii ſeu Civita- „ tis, ipſorumque poſteris & Succeſſoribus, in præfato Fortalitio pro tempore degentibus, „ perpetuo valituras approbavimus, ratificavimus & confirmavimus, *Salvis ſemper antiquis* „ *legibus, & conſvetudinibus Regni noſtri Hungariæ, & partium ei ſubjectarum*, permanen- „ tibus. Immo approbamus, ratificamus, & Confirmamus, harum noſtrarum, quibus ſe- „ cretum Sigillum noſtrum, *quo ut Rex Hungariæ utimur*, eſt apenſum, vigore & teſtimo- „ nio litterarum. Datum in Arce noſtra Regia Pragenſi, XXIV. Die Aprilis, Anno Domi- „ ni 1581. Regnorum noſtrorum, Romani ſexto: Hungariæ & aliorum Nono: Bohemiæ „ vero anno ſimiliter ſexto.

Digitized by Google

„ Nos itaque humillima ſupplicatione, pro parte præfatorum militum & incolarum „ univerſorumque Civium dicti Fortalitii, ſive Civitatis novæ Carolſtadienſis, Noſtræ, mo„ do quo ſupra, porrecta Majeſtati, Regia benignitate exaudita, clementer & admiſſa, „ prælibatas nundinas Feſti S. Margarethæ, ex eodem Feſto, in diem Sabbathi Dominicæ, „ Sanctiſſimæ & Individuæ Trinitatis, alioſque idem Sabbathum immediatè præcedentes, „ ad id videlicet aptos & ſufficientes dies: Forum item hæbdomadale ex die Sabbathi, „ ad prætactum diem Jovis, transferendum: Unas inſuper nundinas pro Feſto S. Bartholo„ mæi quovis anno, omnino ſub iisdem libertatibus & prærogativis, quibus nundnæ liberæ, „ ſeu fora annualia libera, aliarum liberarum Civitatum noſtrarum, oppidorum & villarum „ celebrantur. perpetuo ſervandas, & in eadem Civitate nova Carolſtadienſi celebrandas, „ absque tamen præjudicio nundinarum, ſeu Fororum annualium, liberorum aliorum quo„ rumcumque locorum circumvicinorum, ſuperadendas; & præmiſſis binis annualibus „ nundinis, prout & hæbdomadali foro, gratioſe addiciendas duximus. De cœtero au„ tem præinſertas litteras confirmationales privilegiales non abraſas non cancellatas, neque „ in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio ac ſuſpicione carentes, præſentibus „ noſtris litteris privilegialibus, de verbo ad verbum ſine diminutione & augmento ali„ quali inſertas & inſcriptas, quoad omnes earundem continentias, clauſulas & articulos, „ eatenus quatenus eædem ritè & legitimè exiſtunt emanatæ, viribusque earum veritas ſuf„ fragatur; ac in quantum iidem cives & inhabitatores Carolſtadienſes in hujusmodi li„ bertatum & prærogativarum continuo uſu hactenus perſtitiſſent, perſiſterentque etiam „ de præſenti, ratas, gratas, & accepta habentes, approbavimus roboravimus & rati„ ficavimus, ac pro iisdem Civibus Carolſtadienſibus, ipſorumque poſteris ac ſucceſſori„ bus univerſis perpetuo valituras, gratioſè confirmavimus; immo transferimus, ſuperadi„ mus, & acceptamus, approbamus, roboramus, ratificamuſque & confirmamus: ſalvo „ jure alieno, harum noſtrarum Secreto Sigillo noſtro, *quo ut Rex Hungariæ utimur*, in „ pendenti communitarum, vigore & teſtimonio litterarum. Datum per manus fidelis no„ ſtri, nobis dilecti, Reverendi Georgii Lippaii de Zombor, Epiſcopi Eccleſiæ Agrien„ ſis, perpetui Comitis de Heves, Conſiliarii noſtri, & Aulæ noſtræ per Hungariam Can„ cellarii. In Civitate noſtra Vienna Auſtriæ. Die 26. Menſis Julii, Anno Domini 1629. „ Regnorum noſtrorum Hungariæ III; reliquorum XIV, Bohemiæ vero anno XII. Fer„ dinandus M. ppr. Georgius Lippaii Epiſc. Agrienſis m. ppr. Laurentius Ferenczffi manu„ propr. L. Sigilli. „ *Collationatum cum originali, Carolſtad. Die 19. Maj, 1753. L. S. M. H. General. Auditor Lieut.*

Anno 1577. Carolſtadium erigi a Carolo, *veluti ſupremo in partibus illis noſtris* (nempe Croatiæ Sclavoniæque) *Locumtenente* ut ſupra teſtatur Rudolphus, incoatum eſt; neque *in univerſum* Caroli ſuarumque Provinciarum Sumptibus; cum acta publica Regni Sclavoniæ teſtentur: anno 1582. valla circa Carolſtadium à transcolapianis extructa & poſita eſſe. Ob Turcarum continuas tum excurſiones, Sclavoniæ ſtatus, tuenda munienda que plura Caſtra habuiſſe ex Hiſt. Eccl. Zagr. patet; Vicinas Provincias, moroſiores ad ſuccurendum extitiſſe, ſupplicatio Statuum Sclavoniæ pag. 272. Hiſt. Eccl. Zagrab. relata (ut nempe Specificata ibi loca vel Regno incorporentur: vel ad minus opem ferant in muniendis Regni Præſidiis) evincit. Sane Croatiæ Regnum, inſtar Clypei Vicinis Caroli Provinciis, Rudolphus perhibet; quod ſecundum Sambuci Tabulam verum non eſſet, cum juxta has Tabulas Croatia inter eas conſtituatur. Præterea ſumptus illi a Carolo ſuisque Provinciis facti, qualiter conſiderandi, omnis ille perſpiciet, qui intelligit, quid ſit in alieno ſolo, ſuæ ſecuritati proſpicere, beneficium nempe fuiſſe Vicinis Provinciis, maleficium autem Croatiæ, quæ in Suis limitibus vim Turcarum experiendam Suſcepit, providendoſque eos, qui Fortalitum tuerentur. Communitas Nobilium Draganich ad annum hunc 1767. experta eſt, quæ ab anno 1591, fœnilia ſua depaſcenda à militaribus tollerare debuit. Cœterum, Carolus Archidux ſub fratre ſuo & Rege Maximiliano, in res Coronæ Hungaricæ multum influxit. Enimvero teſte art. I. anni 1566, Diætæ præfuit. Anno 1567. ut Art. I. Regi Maximiliano: *unà cum ſereniſſimis Principibus, Dominis Ferdinando, & Carolo* commendatur cura, pro retundendis Turcarum conatibus. Anno 1572. coronato Rudolpho, ipſe, in gubernatione præfuit. Mortuo Maximiliano 1576. Rudolphus Rex, Carolum patruum ſuum, Locumtenentem Regium in Croatia Sclavoniaque edixit, ut viſitatis his Regnis anno 1577. Carolus Carloſtadium incoaverit. Anno vero ſequente 1578, *Erneſtum* Hungariæ, (teſte articulo 15.) *Carolum* vero Croatiæ & Sclavoniæ, in rebus bellicis præficit, acceptanturque pro Vicesgerentibus Regiæ Mattis, ea tamen quoad Carolum conditione: *Archidux Carolus eam cum Domino Bano Croatiæ & Sclavoniæ intelligentiam habeat.*

Digitized by Google

beat, ne quid ſequatur inconveniens, & libertati Regni contrarium, ut appareat, qualiter Carolus in Croatiam Sclavoniamque influxerit. Profecto Rudolphus ipſe ſuperius, Regna hæc, vel annexa Stiriæ Carnioliæque fuiſſe; vel in Stiriam Carnioliamque mutata non exprimit; quin; ubivis *in Regno Noſtro Croatiæ*, ait: & *ad Inſtantiam Caroli, qua Locumtenentis ſui Regii*, dari à ſe Privilegia Novæ Civitati Carolſtadio, exprimit, *Salvis ſemper antiquis legibus & conſvetudinibus, Regni noſtri Hungariæ, & partium ei Subjectarum.* Quorſum hæc clauſula? ſi Carolſtadium, ut Sambucus fingendo ſupponit, eſt in Carnioliæ Provincia? Eccur Rudolphus ſigillo ſuo Secreto, *quout Rex Hungariæ utimur*, eas munivit litteras, ſi partes illæ ſunt Carnioliæ? Eheu quo adulatio Sambucum perduxit! ut fors exprimere volens, quæ per Art. 15. anni 1578. credita fuere adminiſtrationi Caroli, ipſe talia illico, Provinciis Stiriæ, Carnioliæque attribuerit. Aliud eſt regi: ab aliquo Regnum vel Provinciam; aliud Provinciam vel Regnum minui, ac in aliud tranſire. Sambucum falſitatis convincit Rudolphus, cujus erant Regna & Provinciæ, diſpoſitionesque quas in horum gubernatione fecit, cognitas habuit, proinde dum Rudolphus Carolſtadium in Regno ſuo Croatiæ eſſe exprimit, Sambuci Tabulæ ad fabulas rejiciendæ. Sed illud quoque Sambuci teſtatur examen ac judicium, quod in Tabula anteriore, Marchiam Sclavonicam, a Varasdino per Crapinam Zagrabiamque ſomniaverit; in poſteriore autem, poſt ſeptem annos confecta, totam anteriorem ſuam Marchiam, Stiriæ ceſſerit. Quæ nunc dicitur *inferior Sclavonia*, tum parebat Turcis; mirum eſt Sclavoniæ tum Auſtriaco Ungaricæ, eum oblivisci potuiſſe, cujus tamen mentionem in Decretis Ferdinandi, Maximiliani, Rudolphi exprimi, legerit. Si ſic accuratus in conſcriptorum a ſe, examine, fuit Joannes Sambucus; ut in his Geographicis tabulis, quantus fuerit? qualemque fidem mereatur, facile metiri eſt. Vixit illis temporibus, in aula erat Maximiliani, nihilominus ab humanis affectibus victus, veritatem deſeruit. Eſt res Sacræ Coronæ miſerrima, dum ejus ſcriptores & filii, jura Coronæ, hujusque Regum, in obſequium aliorum, frequentiſſimè debilitant, & Sectatores ſortiuntur.

Sunt mihi præ manibus ex autographis, deſcripta apographa plurima, quæ ſi integra exhiberem, juſtum volumen efficerent. Hæc Sambucum condemnant, de Croatia Carnioliæ attributa. Ferdinandus I. confirmans donationem *Klokoche* relatam pag. 190, ad preces Georgii Woikffi, & Chriſtophori Otmich, per manus *Nicolai Olahi* Eppi Agrienſis, compatris & Conſiliarii, ac in Regno Hungariæ Cancellarii, Auguſtæ Vindelicorum Die 14 Menſis Septembris Anni 1550, *Klokoche* in Regno ſuo Croatiæ exprimit. *Oghulinenſibus* ratificavit certos novem articulos Ferdinandus II. confirmavit Ferdinandus III. Leopoldus bis, poſtreme, anno 1692, per manus *Blaſii Jaklin Eppi Nitrienſis*, Subſcribente quoque Stephano Tenturich. *Joſephus* Die 21. Septembris, anno 1706, Subſcribentibus: Joſepho Imp. & Rege, Ladislao Adamo Comite Erdődii, electo Eppo Nitrienſi, & Cancellariæ Regiæ Aulico-Hungaricæ Primario aſſiſtente; & Ladislao Huniiadyi. *Carolus*, Die 10 Auguſti 1721. Subſcribente poſt Carolum, Comite Nicolao Illesházy Cancellario, & Joſepho Koller. Qui omnes, Oghulinum in Regno Croatiæ & Epiſcopatu Modruſſienſi exprimunt. Quis anteponet Sambucum? tot Imperatoribus & Regibus Hungariæ. *Bacur* ſub Ferdinando I. Caczianerus ipſe in Croatia eſſe agnovit, ut videre eſt, ex documento pag. 291. exſcripto. Sed inſuper ſuperius exhibitæ diverſorum epiſtolæ, partes illas Croatiæ eſſe, nequaquam Carnioliæ, evincunt. Neque vel concipi poteſt, qualiter tot numero Diætalibus articulis, de rectificandis Regni Croatiæ limitibus, Status ordinesque Coronæ egiſſent, ſi Croatia, Garnioliæ fuiſſet adjecta. Qualiter de trans Colapianis Art. 25. Anni 1578. diſponere? Quod Sclavoniam attinet, quam 1572. Marchiam Slavorum fecit Sambucus, anno autem 1579. Stiriam; annuas illas Regni Sclavoniæ conſtitutiones illi opponimus, quas Hiſt. Eccl. Zagr. à p. 261. exhibemus. Quarum fides in Actis Regni Sclavoniæ nunc etiam eſt. His addantur Decreta Regum publica, ſub Maximiliano & Rudolpho edita. Sane Decreto 1574. Art. I. de hodierna inferiore Sclavonia, utpote Turcarum tum captiva, diſponi non potuit: *ut hoc quoque Anno tam in Ungaria, quam Sclavonia nova portarum connumeratio fiat &c.* Art. II. de Stiria diſponi nequiviſſet: ut Vicebanus, Vice-Protonotarius, Vice-Comites &c. Dicam Regiam e bonis ſuis adminiſtrent. Præterea memorata officia viguiſſe aliquando in Stiria, necdum legi. Art. 16. qua ratione diſponi potereat? ſi Zagrabia Stiriæ eſt, ut bis in anno in Civitate Montis Græcenſis judicia celebrentur. Hoc art. 7. 1572. ordinatur etiam, &c. &c. ex Decretis publicis videnda.

Inſulam quoque Muraköſz, oppidumque *Legrad*, Sacræ Coronæ eſſe, tot articuli Diœtales evincunt. Præterea Comites à Zrinio Præſidii *Legrad* hæreditarii fuere Capitanei, quod ſervavit Comes Adamus deficiens, qui anno 1690. hunc exprimit Titulum:

 Co-

Comes Adamus perpetuus a Zrinio. Sſmæ Cæſ. Regiæque Matis Conſiliarius. Camerarius, Comitatuum Szaladienſis & Simigienſis ſupremus Comes, Præſidii Legrad, totiusque Inſulæ Murakőſz ſupremus ac hæreditarius Capitaneus, Agazonum Regalium per Hungariam Magiſter, ac Legionis Capratianæ Vice-Colonellus.

Puto ego, Sambucum poſteriorem illam Geographicam Cartham in anno 1579. confeciſſe, ob Articulum V. anni 1575. quô, reliqua inter, ſtatus ordinesque Hungariæ, memorata ibi loca, ut ajunt: *per Auſtriacos violenter occupata* reſtitui petunt; nequid mali contingat. Ad generandam in poſteris opinionem aliam, continendos autem eo tum ſupplicantes, cum vidiſſet factum ſuum à Rudolpho, Erneſto, atque Carolo protegendum, Provinciis limites poſuit. Ut attamen Concivium evitaret animadverſionem, conſcientia facile motus, vulgare per ſe Cartas noluit, at Ortellio vulgandas ſubmiſit, ut culpa errorque extraneo indulgeri queat. Sed Ortellius ſic eas edidit, ut auctorem illarum aperiat, remque alienam, ſuam eſſe, credi noluit. Idem olim cum Celebri Silveſtrina Bulla accidit, hanc *Levakovich*, ſibi traditam a *Georgier*, tradidit Inchoffero evulgandam, *Inchofferus* autem juſtus ac perſpicax, cum relatione unde eam obtinuit, recenſuit. Culpari ipſe nequit, at Levakovichius, cujus qualitercunque pius dolus, cum ſubmiſſa relatione & Cronologia Antonii Verantii, Hungariæ Primatis; Conciliari nequit, ut à Verantio ex Tabullario Traguríenſi deſcribi potuerit: finxiſſet melius Levakovich, a *Georgier* aut alio, ſubtractam archivo fuiſſe. Verum dum Hungariæ Primatem immiſcuit, authoritate hujus, religioſiorem dolum quæſivit.

§. III.

Sclavoniæ, Croatiæ, Dalmatiæ, Quæ? & unde confuſio, & acceptio, a temporibus Maximiliani.

Quæ hic dicemus, ex Decretis Regum, multis ex cauſis deſumere viſum eſt. Itaque Imo. Quamvis Ferdinandus adhuc, Præſidia ſive Caſtra milite impleta ſervaverit, ſtipendia largitus ſit legionariis; tamen *confiniarium* ut vocamus *populum* auctum, & dilatata confinia potiſſimum ſubſequê ſunt. Militaris autem juriſdictio, per *Locumtenentiam Caroli*, & Ferdinandi II. eſt ſtabilita, Banorumque militaris anterior juriſdictio in Croatiæ partibus, per relatas Locumtenentias Regias annis pluribus perdurantes, ſuaptè quaſi evanuit, præcipue cum Art. 15. 1578. ſervanda tantum cum Banis correſpondentia, præſcripta fuerit. Poſt Locumtenentias illas, *Generales* a Carolſtadio vocati, confiniis illis Croaticis præfuêre & præſunt, ſecundum Aulæ Regiæ ordinationes. Tota Croatia, militaris neque tum fuit; neque actu eſſet. Dominia Frangepaniana & Zriniana, pro eorundem Privilegiis, ab illis regebantur. Ab horum defectu, pars militaribus attributa; pars vero Cameræ Aulicæ vendita, ab Hungarica Camera, novas juriſdictiones prætenſionesque cauſavit, nunc quoque ut infra vigentes. Illud quod a Juriſdictione militari relictum erat, *Partes Transcolapianas* appellavêre, ut Art. 25. 1578. aliique docerent. Parteſque illæ, videntes Magiſtratum Croatiæ ſublatum, ad Sclavoniam vel acceſſere, vel Maximiliani adhuc arbitrio datæ ſunt; ut ideo teſtetur memoratus Articulus, preces illorum per Nuncios Regni Sclavoniæ propoſitas extitiſſe, diſpoſitumque: ut Vicebanus cum dicatore, ad loca illa proficiſci debeat, & ad conſcientiam quos dicandos cenſuerit, dicare, facta relatione Cæſareæ Matti. Vide hic pag. 263. Hiſt. Eccl. Zagr. relata, videbiſque de partibus transcolapianis, in Regni Sclavoniæ commitiis fuiſſe diſpoſitum. Neque ex Silentio Croatiæ in Diætalibus articulis, inferendum ab aliquo, Sambuci Carthas probabilitatem ſortiri. Enimvero Neque in Decretis Regum III. Periodi, Croatiæ eſt memoria, nihilominus certum eſt, eam, ſub Regibus Hungariæ fuiſſe. Croatæ ut Regni ſui conſervarent memoriam, ad Diætas Hungariæ Nuncios aliquando miſiſſe non leguntur, licèt Comites Magnateſque Croatiæ ad Tabulam Procerum iverint, *Regni* attamen *Croatiæ nomine*, eos aliquando acceſſiſſe non reperio. Colomanus, ultra Dravum eos ire non obligavit, hocipſum plurimis Regum confirmantibus; hinc ne derogaretur eorum privilegiis, ſubjectioque arguatur, vel cauſas ſuas revidendas in Hungaria habeant; neque ad Diætas; communi Reipublicæ nomine veniebant, ut ſic libertatem, ſuaſque conſvetudines firmius obſervarent.

2. Sclavonia hæc ſuperior, hac ætate (inferiór enim parebat Turcis) pro Sclavonia, Regni Regumque Hungariæ conſiderabatur ac erat. Neque pro Regno habebatur Croatiæ. Demonſtrant hoc Decretorum articuli ſic 1572. art. 7. *In Sclavonia vero judicia publica: bis in anno in Civitate Zagrabienſi montis Græcenſis celebrentur - - Tranſmiſſiones autem ex Sclavonia deductæ, revideantur hic Poſonii more antiquitus obſervato.* XV. anni 1575. habet:

de

Digitized by Google

de munitione arcis Kapronсza, *nuncii Regni Sclavoniæ refferunt ſe ad generalem Statuum i llius Regni congregationem &c.* 25. anni 1578: *accolas citerioris Ripæ fluvii Colapis* - . *nuncii Regni Sclavoniæ à dica eximendos petunt.* 7. 1582: *Regnum quoque Sclavoniæ conqueritur de ſuis limitibus.* &c. Anno 1587. confundi partes Croatiæ cum Sclavonia ſuperiore inceperunt, articulo enim X. *Commiſſarii* - - *quadrifarium conſtitui debent*, *una pars eorum*, *a maritimis uſque ad Dravum*, pro una itaque S. Coronæ parte acceptum, quod a partibus maritimis, ad Dravum eſt, hinc quod Croaticarum erat partium, jurisdictioni militari non ſubjectarum, Sclavoniæ additum fuiſſe videtur, præcipue dum eodem articulo ſtatuitur: *ad quam quidem commiſſionem nominati ſunt pro Sclavonia ii*, *quos illi Regnicolæ cum D. Bano electuri ſunt in ſuo conventu.* Hæc ſub Sclavoniæ Regni nomine firmata ſunt art. 16. anni 1595, & 45. anni 1596, ubi *Petrinæ* cura commendatur. Anni autem ſequentis art. 15. Sclavoniæ *Petrina & alia transcolapiana Caſtella* attribui videntur; attamen ſub cujus protectione Petrina eſſe debeat? conſtituendum ſuæ Matti permittitur. Atque ita conſtanter per omnes articulos, qui unâ demonſtrant, temporibus his, ſummam unionem Sclavoniæ cum Hungaria fuiſſe.

Quamvis porrò uti retulimus, 1587. Sclavonia ab oris maritimis ad Dravum uſque conſiderata fuerit, tamen ob Articuli 16. anni 1595. diſpoſitionem, ut nemo ſemet opponat conſtitutionibus Statuum Regni Sclavoniæ, taleſque Banus coerceat ac puniat pœna ibi conſtituta: cum *Zrinii*, hæc, ægrius tuliſſent ob violationem privilegiorum veterum, & ad Diætam anni 1596, comparuiſſet *Georgius Zrinius*, cum lamentis adverſus Ferdinandi Officiales; credibilius vel aſſentientibus, vel tacentibus Nunciis Sclavoniæ, littoralia illa Croatica & maritima, *pro Dalmatia* ſumpta ſunt, & art. 32. expreſſa. Sic articulus: *D. Comes a Zrinio conqueſtus eſt*: *ſe habere in Dalmatia citra littora maris Adriatici*, *certas arces*, *ut Grobnyk*, *Bakar*, *Hrelin* - - in fine pro motivo ponunt: *hanc violentiam limitibus ac fœderibns Regni* præjudicare. Sed cujus Regni limitibus? & quibus fœderibus? niſi fors illis, dum Ferdinando I. ceſſa fuit Croatia, ego explicare nequeo. Hoc attamen videtur extra dubitationem eſſe, a Sambuco primum, Dalmatiam in oris illis collocatam, deinde citato articulo a Statibus agnitam, 20 poſt Sambuci Carthas anno. Hinc ut puto triplex nata eſt Dalmatia, Veneta videlicet, Turcica & Auſtriaca. Hinc ad Segniam formatæ a Venetis prætenſiones, quâ Dalmatiæ, partem; hinc tot ſucceſſivè confuſiones, obfirmatumque præjudicium, ut illarum partium incolæ, pro Dalmatis ſe inſcribant. Quod qualeque vulnus hoc ſit, legitimis Sacræ Coronæ juribus, ac Apoſtolicorum Noſtrorum Regum, ſuperiora noſtra, Regumque diplomata ſatis evincunt. Confuſiones hæ, ex ſubtilitatibus atque affectibus variis ex ingenio natæ, nec veritati nixæ, nec ſequellas prævidentes, Eheu, quæ incommoda! quos Sumptus? cauſaverunt. Quin damnum illud, ut Dalmatia in poſſeſſorio Venetorum, poſt *Vegllienſem* pacem remaneat, exiſtimeturque nil juris Sacræ Coronæ in Dalmatia eſſe; &, cum jura Regum Hungariæ in Dalmatiam, tum & titulos, quibus gaudent, *Dalmatiæ* nempe *Croatiæque Rex*, aliquod oppidis contineri. Obſervari quoque debet (ob abſentiam facile Zrinii) in Diæta anni ſequentis 1597, quævis nomine *Sclavoniæ* exprimi, ad annum uſque 1608.

Anno 1608 quo inter Rudolphum & Mathiam II. habitæ diſcordiæ componebantur, & Mathias in Regem Hungariæ eſt coronatus, ea eſt *de Regnis Dalmatiæ*, *Croatiæ & Sclavoniæ confuſio*, ut quævis anteriora confirmari videantur. *In pacificatione Viennenſi ad Nonum & Decimum* exprimitur: *Sacr. Cæſar. & Regia Mattas*, *Hungariam & partes ei annexas*, *Sclavoniam videlicet Croatiam & Dalmatiam, per Hungaros nativos*, *& Nationes ei ſubjectas & ánnexas poſſidebit* quam pacificationem Ferdinandus cum Stiria ſubſcripſére. Adeoque nil juris, Stiriæ Carnioliæque eſſe, ad Dalmatiam, Croatiam Sclavoniamque agnovêre; nihilominus eſto Art. XI. ante *Coronationem* mox fata Regna exprimantur, XII. attamen *Segnia* in Dalmatia eſſe exprimitur. In articulis porro *poſt Coronationem*, articulo 27. eſt quidem memoria confiniorum, Dalmatiæ, Croatiæ & Sclavoniæ Regnorum, renovatur tamen factum tempore Ludovici II. quod per pacificationem Viennenſem emendatum fuerat, dum ſtatuitur: *Requiratur ſua ſerenitas* (nempe Ferdinandus II.) *tam per litteras & Speciales Nuncios*, *ac Commiſſarios Regiæ Majeſtatis*, *quam Regnicolarum infra denominatos*, *ut ſua ſerenitas annotatorum Confiniorum*, *tanquam antemuralium*, *& certiſſimæ cuſtodiæ Provinciarum Suarum*, *ea conditione aſſumat adminiſtrationem*, *ut Dominus Banus* -- *poſt ſuam Serenitatem*, *amodo deinceps plena & omnimoda ac vetuſta authoritate præſit &c.* fato articulo legenda. Articulo 28. Bani introductio ſtatuitur cum plena authoritate & Banderio

rio Regio, *ne Regna illa in bellicis quam & juridicis, capite carentia, ulterius detrimentum capere cogantur, uti hactenus cum maximo eorum diſpendio contigit.* Tandem 62. 65. anni 1609. quævis nomine Sclavoniæ accipiuntur. Anni 1613. art. 39. Regnorum *Sclavoniæ & Croatiæ* eſt mentio, uti & 32. 1618.

Anno 1630. memoratæ hactenus, in præjudicium jurium Sacræ Coronæ hujusque Regum, confuſiones; articulis plane publicis per Reges confirmatis, ex defectu bonarum utiliumque litterarum, atque Proto-Notariorum hujus temporis ignorantia, expræſſæ; incoarunt emendari. Enimvero IX. Art: conſtitutum: *Porrò de inderdicto illo Cameræ Styriacæ, per quod queſtura & pulſio bovum indigenis Croatiæ & Sclavoniæ prohibita erat, decretum eſt ut tollatur, atque impoſterum prænotatis indigenis ejusmodi quæſtura intra proprios Coronæ Hungaricæ terminos, libera ſit.* Art. 23. *ne per tractatus externarum Provinciarum libertati & limitibus Regni, ac maxime Sylvis Alpibusque Segnienſibus, Arcique Terſact, ac portui Buccari - - præjudicetur, ſed omnia Salva & integra Regno - - permaneant.* Hic, in Dalmatia hæc loca eſſe, non exprimuntur. Quin 22. anni 1638. rectè *Caproncza, Dernije, Szent Györgii* in Regno Sclavoniæ; Segnienſes autem partes, Maris Adriatici, dicuntur. Anno autem 1647. quævis rectè ſunt aſſumpta & poſita, anterioresque defectus ſublati, ab Articulo 46. incluſivè ad 56. Diſtinguntur rectè jurisdictiones Militaris & Politica, in Regno Sclavoniæ. Ab hoc, Regnum Croatiæ hujusque partes, nam articulo 55. *Ultra Colapiani in Regno Croatiæ* agnoſcuntur, partes quoque maritimæ, Civitasque Segnienſis in Croatia collocantur articulo 50 verbis: *in partibus quoque maritimis & Croaticis* &c. Valachorum ſumbergenſium in Stiria obtentæ exemptiones 52. art. Seponuntur. Æque per articulos anni 1649 reſiduosque omnes, rectè quævis ſunt obſervata. Prodit quoque ex iisdem articulis, Tabulas illas Sambuci, ſuis modis in effectum ponere Vicinas Provincias laboráſſe, dum tot articulis ſufferuntur, elargitæ exemptiones & ſtatuta impoſita ab iisdem, quin Valachorum privilegia in præjudicium Sacræ Coronæ elargita, caſſata toties ſunt. Poſt art. 12. 1608; ad annum 1681. *Dalmatiæ* in Decretis Regum non occurrit mentio, ſed tum art. 71. in vero ſenſu acceptam fuiſſe, textus articuli evincit, nempe: *Ut Bona Frangepano Fiſcalia, tam maritima, quam Croatica & alia quævis intra Limites Regni Dalmatiæ, Croatiæ, & Sclavoniæ exiſtentia - - a Sacra Corona, & jurisdictione ſolita Regni non avellantur; neque per ullum cum præjudicio & derogamine ejusdem Coronæ & Regni poſſideantur - - determinatum eſt.* Hic dum maritima & Croatica a Dalmaticis diſtingvuntur, pro *Dalmaticis* inſulæ ſunt acceptæ. Demum 1687 per art. 23. in Regnis Dalmatiæ Croatiæ & Sclavoniæ, Capaces bonorum, ſoli Romano Catholici declarantur.

3. Cum a Turcis inferior Sclavonia, ſuperioris quoque pars major, prouti etiam Croatiæ; occupata retentaque fuiſſent, amplificata quoque militari in Croatia, Sclavoniaque ſuperiore, jurisdictione; ab anno circiter 1587. partes Croatiæ & Sclavoniæ ſuperioris, in unum Magiſtratum corpusque coaluerunt, & ſub Sclavoniæ Regno diutius conſideratæ habitæque ſunt, ut memorati demonſtrant articuli. Sæpe partium Croatiæ, Sclavoniæque; ſæpe Regnorum eorumdem ſub nomenclatura venerunt. Corpus tamen Magiſtratus atque Reipublicæ unum ſervárunt, evincentibus hoc articulis Diætalibus, & horum Regnorum conſtitutionibus, præterea etiam art. 76. anni 1681. quo: *ut Magiſter Proto-Notarius Regni Croatiæ & Sclavoniæ, ac ſui in eodem officio Succeſſores, non ſolum in publicis Diætis, verum in judiciis octavalibus ordinariis & extraordinariis - - votum, locum & diarium adinſtar aliorum Proto-Notariorium habeat,* ubi ſic jam unitæ fuêre hæ partes, ut unum habuerint Proto-Notarium, unumque Vicebanum. Poſtquam *inferior Sclavonia* recuperata extitiſſet, hæc pro Sclavonia haberi vocarique incepit; *ſuperior* autem ob partes quas tenet Croatiæ, pro Croatia accipitur auditque. Hoc ita uſu obtinet; obtinuitque, ut Sclavoniæ ſuperioris, vetus appellatio, exiguis nota ſit, opinenturque plurimi, Zagrabiam, Varasdinum, Criſium, Capronczam Croatiam eſſe, adeoque tres hos Comitatus, nempe Zagrabienſem, Varasdinenſem, Criſienſem. In re hac, neſcio quod arcanum Dii collocant, mihi illud nec videre, nec aſſequi datum eſt. Sane ſi Sclavonia his in oris deſiit, qua ratione explicabuntur, non ſolum memorati, cœterique in Decretis articuli, ſed & anni 1715. In his quis explicabit articulos 118. quo ad preces Regnorum Croatiæ & Sclavoniæ, reincorporatio *Inferioris Sclavoniæ* petitur, ſi ſuperior Sclavonia deſiit? 119. *ut inter Regna Croatiæ & Sclavoniæ, vicinasque ipſi* Provincias vini inductio fiat. Cœteros item ordine ſequentes. In Decreto anni 1723. art. 17. neſcio qua ſubtilitate, uſitata Sclavoniæ Superioris, in Croatiam mutatio, inſinuata inſertaque videtur, verbis illis: *Circa Styriam ex parte Croatiæ & Carniolia* (denominati Comiſſarii ad metarum reviſionem) quibus verbis, illud & *Carniolia* qua ratione ſit conjunctum *Croatiæ*, non aſſequor, cum nihilominus Superiori Sclavoniæ

ad-

Digitized by Google

advicinaretur Stiria. Sclavonia nomine Croatiæ hic primo expreſſa cernitur. Sed litem dirimunt Art. 18. & 50. anni 1741. quibus *inferior Sclavonia* regulatur, & ſuperiorem innueret. Anno 1751. dum art. 23. neo-erectis inferioris Sclavoniæ Comitatibus, ſeſſio in Diæta conſtituitur. Superior Sclavonia art. 26. *pro Croatia* exprimitur, in commiſſariorum deſignatione, dum: *Verſus Styriam ex parte Croatiæ*. Cœterum poſt annum 1687, ſive ob Regum, Banique titulos; ſive ad indicanda jura Sacræ Coronæ, ſtatus hi Sclavoniæ *Regnorum Dalmatiæ, Croatiæ & Sclavoniæ* exprimuntur. An porro partes hæ & Regna, Hungariæ *ſubjecta?* vel *annexa* ſint? aliis definiendum relinquo. Rudolphus more veteri, *Status & ordines Regni noſtri Hungariæ & partium ei ſubjectarum* exprimebat. Mathias II. Anno 1608. habet: *ut Regnum hoc ſuum Hungariæ cum Cæteris Regnis & partibus eidem annexis* - - inferius vero *Status denique & ordines præfati Regni ſui Hungariæ, Regnorumque & partium ei Subjectarum & incorporatarum.* Anno 1609. *& partium eidem ſubjectarum* exprimit. Æquè Decreto IV. anni 1618. Ferdinandus II. in Decreto I. anni 1622. *& partium ſubjectarum* ponit; in Diplomate elargito & iſthic art. 2. inſerto, *initio: partibusque eidem annexis*, in Undecima autem Conditione, *metas Regni Hungariæ & partium ei ſubjectarum.* Similiter in Decreto III. anni 1630. Ferdinandus III. annexarum modo, modo ſubjectarum partium habet *Leopoldus* quoque, teſte Decreto 1659. Decreto autem III. anni 1681. *& partium eidem annexarum*, prouti & Decreto IV. anni 1687. exprimitur, ſervaturque ab anno 1681. nunc etiam, in Decretis & Reſcriptis Regum.

§. IV.

Dalmatiam præſcriptionis jure & titulo, a Sacra Corona avulſam eſſe, prætendi nequit.

Amici cujusdam votis, hac Quæſtione ſatisfit. Cui, lectis meis enatum eſt dubium, ex partis I. Titl. 23. quod cùm ab anno 1540. nulla pars, nullaque Dalmatiæ particula, Sacræ Regni Coronæ, Apoſtolicisque Regibus ſubjecta ſit, an non Sereniſſimæ Venetorum Reipublicæ, tam diuturno poſſeſſorio, jus præſcriptionis ſuffragari valeat? Hæc ad Juriſtas Legumque peritos pertinent, nequaquam ad Hiſtoricos. Quia nihilominus, jura Regum noſtrorum & Sacræ Coronæ illuſtranda ſuſcepiſſem, negligendum hoc dubium non cenſui. Itaque pro debilitate mea, qua in jurisſcientia me verſari agnoſco, reſpondebo, ſperans firmiter præſtantiſſimos Magiſtros, Illuſtriſſimosque ſupremorum tribunalium Judices, ea ſuppleturos, quæ in meo reſponſo deerunt.

Ex Juris juſtitiæque fontibus, mihi perſvaſum cértumque eſt: Sicuti de uſus firmitate, ex mera conſvetudine non eſt judicandum (cum ſecus *abuſus* nulli eſſent, ſed examinandas eſſe conſvetudines, an ſint *rationabiles?* &c. & ſi tales per diligentiſſimum examen reperiuntur; definiendum pro juſto legitimoque uſu eſſe) ita in *præſcriptione*, nequaquam arithmetico numero annos, eſſe conſiderandos, verum fundamenta & radices legalis legitimæque præſcriptionis, quæ dum reperta fuerint, tum ſecundum legum præſcripta, anni examinari ponderarique debent; accedentibusque utrisque, tum demum præſcriptio eveniet: ſecus, nec Sæculorum Sæcula, legalem præſcriptionem efficient: Multis hoc firmari poſſet exemplis. Sufficiat Divini Magiſtri, Salvatoris videlicet Noſtri doctrina, qui allegatam a Judæis, in Polygamia & libello repudii inde a Moyſe præſcriptionem, rejecit; quod fundamento primisque principiis caruerit, dum Deus unam non plures, dedit uxorem Adamo: quod item Deus conjunxit, homo non ſeparet. Profecto *ratio legem ipſam commendat*, hinc ſi in ipſis legibus, irrationabile quid invenitur, quis legem agnoſcet? quis corrigendum non eſſe errorem illum, tuebitur? ſi hoc, in Univerſum eſt de legibus, ſentio ego, intra Legulæos omnes ſingulósque illos eſſe referendos, qui præſcriptionis juſtitiam, ex numero arithmetico, ſpecificatorum in legibus annorum metiuntur.

Quare ad juſtitiam præſcriptionis, ut radices fundamentumque, requiri ſequentia, certum eſt. Imo, ut res quæ præſcripta prætenditur, ex natura ſua præſcribi valeat. 2. ut poſſeſſorium, quod pro baſi præſcriptionis ſervit, fundetur non ſolum in juſto legitimoque titulo, ſed inſuper apto ad transferendam proprietatem. 3. Ut continuetur bona fide, hoc eſt: cum ignorantia juris alieni, quod alter habet ad rem poſſeſſam. 4. Ut interrupta nunquam fuerit, per reclamationes veri proprietarii. Hæc radicata in juris regulis atque Principiis, primo ſunt in præſcriptione, a probo juſtoque judice attendenda, quibus repertis, anni legibus præſcripti ſubeunt computandi; ſi autem præmiſſorum legalis præſcriptionis fundamentorum, deſideratur aliquod, nulla annorum Sæcula, juſtitiam præſcriptioni adferent, dum ruente fundamento, ſuperædificata corruerent. Jam ſcriptores Ve-

Digitized by Google

netos, *juſtum Legitimumque poſſeſſorii* ſereniſſimæ eorundem Reipublicæ demonſtrâviſſe Titulum, deduci ex eorum monumentis non poſſe, Periodo III. docuimus, ubi quævis ab Excell. D. Laurentio de Monacis, Dandulo, atque Lucio ſcripta productaque, examinata ſunt, jurisque prætenſi eorundem diſcuſſa radicalitas. Sed neque *aptus ad transferendam proprietatem modus*, ex ſcriptoribus Venetis erui potuit, *nomine* enim *Regis Colomani* Brundusium & Monopolim Apuliæ Civitates primo, ſic tenuerunt, ut eas occupari ſiverint. *Jadram* deinde per Cruce ſignatos everterunt, excommunicationis vinculo ideo caſtigati. Deinde prætextu ſocietatis, amicitiæ, protectionis, Jadram cœterasque Dalmatiæ Inſulas & Civitates involverunt, qui omnes tituli, modus aptus non ſunt ad transferendam proprietatem; præcipue dum Reges noſtri, quà *Corpus* Reipublicæ conſervare obligati, ex fundamentali lege, quinimo natura omnis Reipublicæ, ſine Statuum Ordinumque conſenſu, cedere, abalienare nil poſſunt, ut modus *aptè transferendæ in alterum proprietatis*, non ſit, niſi mutuus intra Regem Statusquæ Coronæ conſenſus. Iſtud obſervatur quoque in Eccleſiaſticis, Monaſticis, ubi æque mutuus Epiſcopi & Capituli, aut Generalis & hujus Definitorii, ad abalienationem requiritur Conſenſus. Similiter in Imperio: ac in ipſa Sereniſſima Republica. Porro adimpletum hoc fuiſſe, ſcriptorum Venetorum nullus aſſerit. Neque *Chizolla* titulo hoc, in Commiſſione memorata uſus eſt.

Poſſeſſorium quoque illorum bonæ fidei, hoc eſt cum ignorantia juris alieni eſſe per ſcriptores Venetos demonſtratum non eſt. Et qui unquam demonſtrabitur? dum ſciunt: Emanuelem ab Hungaris obtinuiſſe Dalmatiam, eoque mortuo hanc ad Hungaros eſſe revolutam. Dum ſciunt: Jadram feudali jure a Bela IV. eis datam fuiſſe: Marinum Ducem & ſereniſſimam Rempublicam, jus apertum & Notorium in Dalmatiam, ſub Carolo fuiſſe confeſſos. Sub Ludovico Rege, *uſurpatis* ut ipſi ajunt *titulis & juri*, Solenni juramento renunciaſſe. Dum ſciunt: ſub Sigismundo occaſione ſedandi ab eo in Eccleſia ſchismatis, Dalmatiam ab iis invaſam, ſpecie exoratarum ſæpius induciarum, penes ſe remanere. Dum denique ſciunt: renovatum ab iis ſub Julio Papa juramentum, ſub Wladislao II. a Chriſtianis Principibus agnita fuiſſe Regum Hungariæ in Dalmatiam jura, eumque eatenus monitum. Neque Papam Alexandrum, aut alium quemcunque jura aliena in eos, transferre potuiſſe; nec Bononienſe illud fœdus, ſciente influenteque Hungaria interceſſiſſe: minus Rabattam, juri Sacræ Coronæ & Hungariæ Regum præjudicare potuiſſe. Hanc ſcientiam iis eſſe, ab eorundem ſcriptoribus productæ ſcripturæ evincunt.

Quarta etiam Conditio ad juſtitiam præſcriptionis requiſita, quod deſit Sereniſſimæ Reipublicæ, notorium eſt. Neque eſſe poteſt difficultas, de Regibus Periodi III. Verum neque de Auſtriacis; ob eorundem Diplomata juramento firmata, ut quivis intuebitur. Tituli quoque illi, *Dalmatiæ Croatiæque Regis*, quem Reges Hungariæ etiam Auſtriaci obtinent, ab ipſa Sereniſſima Republica, & Europæ totius Monarchis & Principibus, Romana etiam curia non negati; quid ſunt, niſi publica reclamatio verorum proprietariorum. Profecto Auſtriacos Hungariæ Reges, proprietati illi, quam cum Corona conſequuntur, ceſſiſſe, doceri nequit. Quin dum coronantur: Dalmatiæ vexillum, præſentibus Legatis, etiam Sereniſſimæ Reipublicæ, uti extra dubitationem eſſet, præferri: ita juris proprietatem renovaret. Proinde ex annorum numero, Juſtitia poſſeſſorii, adeoque præſcriptionis legalitas, concludi nequit. Econverſo Regum Hungariæ & Sacræ Coronæ juris radicalitas in Colomano Rege demonſtrata eſt, firmata poſſeſſorio legitimo, renovata a Dalmatis illa juris proprietas ſub Ludovico, eoque mortuo in Maria, dum primi Dalmatæ, Succeſſioni fœmineæ, ſubſcripſêre. Neque ipſis ſolisque Regibus, verum Sacræ Coronæ, ſive Reipublicæ Hungariæ ſemet ſponte ſubjecêre, ut ſine hujus conſenſu, nec cedi, nec transferi jura Coronæ in alios potuerint.

Neque Werböczii Part. I. tit. 23. aſſertio, quod malæ fidei poſſeſſor adverſus jura Regum præſcribat, attendi debet, nunquam enim doctrina ejus, decretali lege firmata eſt, & corrigendum eſſe illum Werböczii errorem, Divina, Gentiumque, Canonica item jura evincunt. Præterea ipſe, Tit. 78 habet: *allegatio* (præſcriptionis) *non ſimpliciter eſt intelligenda, ſed recto moderamine diſcutienda*, quod autem moderamen rectius? quam *malæ fidei poſſeſſorem non præſcribere*? Scimus quoque, ex viſis lectisque Regum ſententiis, Werböczium malè doctrinam illam inſeruiſſe. Reliqua quæ dici poſſent, cum ſuperius ſuis locis a nobis ſint explicata, non eſt ut repetamus.

§. V.

§. V.

Status actualis, Sclavoniæ Croatiæque, cum ejus acceſſoriis relatio.

I. *A Sclavonia inferiore*, ut memorati legum articuli eam exprimunt, ordior. Hæc ab oriente reſpective Hungaria, reſpectivè Superiore Sclavonia, a Septemtrione conſequenter Hungaria, a meridie terris nunc Turcarum, ab occidente vero Confiniis Banalibus & reſpective Comitatu Criſienſi: reſpective vero militari Generalatus dicti Varasdinenſis limitibus, terminatur. *Seu* ab Oriente infra *Pitomacham* ſignis metalibus poſitis, uſque ad fluvium Drava, & ab inde, per eundem fluvium ad *Almas* pagum, ubi Dravus a Danubio recipitur, inde per Danubium ad Zemlin uſque, atque Belgradum, ubi Savus ad Danubium influit, & ibi a Septemtrionali plaga: verſus meridiem, Savo nunc terminatur, cum trans Savum Turcarum ſit dominatus: pergitque Savi fluxu, uſque ad *Gradiſcam*, infra quam Sztruga fluvius, minor majorque dictus; ad Savum labitur, ubi per defluxum majoris Struga limes pergit (ut Jeſzenovacz confiniis Banalibus relinquat) venitque ad Savum, a quo Sztruga petit originem, & paulo infra, *Packra* fluvius, & Treebeſſ prope conveniendo, Savum ingrediuntur, terminatur: ut quod cis fluvium *Lonja*, ubi is cum *Illova* fluvio convenit, & inferius uno alveo in Savum deferuntur (reſpectivè ad Zagrabiam) eſt, Superioris ſit Sclavoniæ, nomine Croatiæ acceptæ, quod *trans* Lonjam, dominiumque Kuttinja efficiens; intra amnes *Lonja*, & in parte *Trebeſſ* ac *Illova*, inferioris ſit Sclavoniæ.

II. In Sclavonia hac, Triplex eſt jurisdictio, nempe *Eccleſiaſtica*, *Militaris*, & *Regnicolaris* ſive Politica. Duplex eſt *Eccleſiaſtica*, videlicet Orientalium Græci ritus a Romana Apoſtolica ſede diſſidentium; & Chriſtianorum Romani ut ajunt Ritus, adeoque cum ſede Apoſtolica conjunctorum. Illorum numerus, in militari præcipue jurisdictione eſt. Habent ſuum Archiepiſcopum proprium, *Metropolitam* ab iis vocatum, cujus ſedes Carloviczium in ſirmio eſt. Hic non ſolum in Sacris præeſt ſuæ religionis hominibus, ſed hoc etiam ſibi uſurpavit, quod in quibusvis aliis etiam Civilibus, *Raſcianum* ut vocant populum, protegere, providere illi, prævidereque; orare exorareque varia privilegia, ſui eſſe officii credatur. Sunt in Sclavonia diſſidentium horum, duo Epiſcopatus, unus Metropolitæ, ad Eſſechinum porrectus; alter *Pacraczini*. Habent ſua monaſteria, Parochias, clerumque copioſum, templa; nunc etiam Scholas, ſuntque iſthic majoris conſiderationis. Metropolita iſte, à quo Patriarcha dependeat? mihi ignotum eſt. De eo plura inferius.

Catholicorum in Sclavonia hac, duæ Epiſcopales ſedes ſunt, videlicet Epiſcopi *Sirmienſis*, qui reſidentia caruit diutius. *Ladislaus Szörenii* hanc Petro-Varadini primus procuravit, ibidemque ſedes illi eſt aſſignata. Caret Cathedrali Eccleſia, Capitulo. Quin ſua jurisdictio, aliquot Catholicorum Parochiis conſtat. Epiſcopus ſedis hujus nunc eſt, *Illm. D. Joannes Bap. Paxi*, qui Reſidentiam Eppalem Petrovaradini erigeret, quamvis Varasdini habitaret, cauſa Regii Conſilii, in quo eſſet Conſiliarius. Tum in *Diakovar* ſedes eſt Boſnenſis Epiſcopi. Modernus Eppus Illmus *D. Joſephus Antonius Chiolnich*, nobilem e muris erexit Epiſcopalem reſidentiam, Eccleſiam Cathedralem reparavit, Parochias Catholicorum auxit. Capitulo tamen deſtituitur. Uterque horum Epiſcoporum ſuffraganeus eſt Archiepiſcopi olim *Bacſienſis*, nunc Colocenſis. Epiſcopus Præterea *Quinque Eccleſienſis*, ſub jurisdictione ſua, ſuique Epiſcopatus, 20 habet Parochiales Eccleſias, *Vicariumque Foraneum*. Zagrabienſis demum Epiſcopi ampliſſima eſt per Inferiorem Sclavoniam jurisdictio, cum in Statu, ſive jurisdictionibus Militari, & Regnicolari, 40 Parochias obtineat actu. Harum nomina ſunt *Megyureche*, *Lipovlane*, *Jazavicza*, *Neogradiſca*, *Vetusgradiſca*, *Mitrovoſzello*, hoc eſt S. Demetrii pagus, de quo ſuperius ſuis locis. *Oruibicza*, *Sziche*, *Oriovacz*, *Kobaſs*, *Dubochacz*, *Brod*, *Szvilaii*, *Samach*, *Kopanicza*, *Gerchin*, *Verhovina*, *Dubovik*, *Zagradgye*, *Podvinje*, *Szibin*, *Verovitiсza*, *Poſega*, *Pleternicza*, *Verchindoll*, *Szeſzvete*, *Kutievo*, *Kaptol*, *Velika*, *Sztraſeman*, *Vuchin*, *Orahovicza*, *Szopie*, *ad S. Eliam*, *ad S. Lucam*, *Szladojevczi*, *Pacraczinum*, *Szkenderovczi*, *Czernik*, *Naſſicze*. Hæ Parochiæ adminiſtrabantur a PP. Franciſcanis Provinciæ antea vocatæ Boſnenſis, nunc autem S. Joannis Capiſtrani; quod ſub poſſeſſorio anteriore Turcico. Catholicorum in Sclavonia exiſtentium dicti Fratres curam habuerint, Sacramenta iisdem adminiſtrando; eratque ex iis unus, Legitimorum Epiſcoporum, *Vicarius Foraneus*. Verum quia poſt recuperatam a Turcis 1687 & 1688. Sclavoniam, annis integris 76. nullam templorum Parochialium curam, adminiſtratores hi demonſtraſſent, at ſuorum monaſteriorum unicè fuiſſent ſtudioſi, & Parochias, ut alodia ſuorum monaſteriorum conſideraſſent; erudiendi quoque populi ſolicitudine defeciſſent, abuſusque a barbaris acceptos, cum diſciplina

Digitized by Google

orthodoxæ fidei conjungi tolleràſſent, ob plurimos magnoſque in Religione defectus, & inconvenientias; immortali Apoſtolici Zelus *Reginæ Mariæ Thereſiæ teſtimonio*, Epiſcoporumque Catholicorum ſtudio, Fratres illi ad monaſteria ſunt detruſi, & Eccleſiaſtici ad quos cura ovium, ex Chriſti inſtitutione pertinet Anno 1753. ſubſtituti, ut nunc ex memoratis Parochiis, *Czernik*, tantum *Velika, Vetero Gradiſca, Naſſicze* & *Verovitiсza*, per Franciſcanos adminiſtrentur. Obſequium hoc Deo exhibitum ab Apoſtolica Regina & Epiſcopis, quam ſalutare ſit, Benedictio Dei evincit. Videtur nunc, populus non ignorare Dei Sacramenta, ad hæc ſuſpirare, accedere. Barbari abuſus ſublati plurimi, erecta plurima templa, ſacrique Catholicorum introducti ritus. Triviales florere Scholæ, videntur; Quin *Poſegæ* crevit Philoſophiæ & moralium ſtudium, *Eſſechini*, uti & *Petrovaradini* erectæ ſunt humaniores ſcholæ, noviſſimè. Pietate Excellmi & Rſſimi Epiſcopi Zagrabienſis *Franciſci Thauſzy*, (Die XI. Januarii anni 1769, Zagrabiæ hora quinta pomeridiana mortui) erectum Poſegæ Clericorum Seminarium, quod ſua liberalitate providebatur. Communi autem ſtudio, nempe *Reginæ Mariæ Thereſiæ*: quæ Caſarnarum ut ajunt, lapides contulit; Civitatis Poſeganæ, quæ Vecturas dedit; Epiſcopi item Zagrabienſis, qui ſumptus æsque ſubminiſtravit, de novo erectum eſt Poſegæ, Parochiale nobile templum ſub titulo *Sanctæ Thereſiæ*, in memoriam monumentumque Magnæ Reginæ noſtræ Thereſiæ, quæ Sclavoniæ excolendæ providam maternamque gerit curam; copioſa nobilique Sacra ſuppelectile, ut Calicibus, caſulis, albis &c. templis proſpexit; Scholas erigit, Parochos protegit, *Poſegam* inter Liberas Regiasque Civitates collocavit; Sclavoniam munit, totque alia eidem præſtat, ut matris conjunctim & Reginæ officia, liberaliſſimè expleat. Intra exiguos hos annos, populi Sclavonici culturæ, læti vidimus libellos iſthinc plures prodiviſſe. *Mathias Antonius Relkovich* Procenturio Legionis Brodenſis, inter militaria ſua ſervitia verſu Sclavonico elegantiſſimo, ſub nomine *Satyri*, abuſus Sclavoniæ ludit, Sclavoniamque inſtruit. Franciſcanus quidam temerè, invidensque æducationi Sclavoniæ, conſequenter curam magnæ Dominæ, ac Epiſcoporum damnans, adverſus Relkovichium inconcinè ſcribere præſumpſit. Sed apud vulgum omnem ſeipſum proſtituit, ut invidia ſua, temeritasque probetur nemini. Breviter ei reſpondit *Relkovich*, copioſius amœno anapeſtico Verſu R. *Vitus Doſſen*, Parochus Dubovicii, ut hæc ipſa æmulatio, jucunda ſit & delectet, in exordio incoatæ, plebis illius per annos 76. neglectæ, culturæ. Cœterum fatus D. Pro-Centurio Relkovich, ad perennem ſui memoriam, & erga ſe Patriæ ſuæ obligationem, *Grammaticam Sclavonico-Germanicam* Anno 1767. edidit vulgavitque. Qua, propoſita primum Ortopraphia Sclavonica, ea quæ Grammaticæ ſunt accuratè exponit, addita Syntaxi, & Vocabulario. Primus ſane eſt (& miles quidem, militaribusque exercitiis ſervitiisque occupatus) qui neceſſario hoc opere proſpexit Patriæ, præbuitque exemplum ac facilitatem, ut ab aliquo Croaticæ juventuti, ſimili opere conſulatur. Vidimus quoque a memorato Parocho *Vito Doſſen* conſcriptum de Virtutibus opus, quod ob Typographiæ his in regionibus neglectum, edi nequit. Hæc tacenda non cenſui, ad Auctorum tantæ mutationis ſolatium, gentisque illius, pronam ad quævis bona utiliaque voluntatem; ac ſi continuatus hic fervor, cultivandæ Sclavoniæ fuerit, ad indicandum: quam creſcere aſcendereque valeat.

Vicarius ille olim Foraneus, a defuncto Zagrabienſi Epiſcopo ſublatus eſt; verum Vicaria poteſtas data, *Præpoſito Chaſmenſi*, qui ex Canonicis Zagrabienſibus eſt, partiumque illarum Sclavonicarum, duorum Archidiaconatuum, de *Gueſche* videlicet & *Sziche* nuncupatorum, *natus Archidiaconus*. Poſegæ ſuum habet Conſiſtorium, cujus in abſentia, Præſes eſt, Poſeganus Parochus, Conſiſtoriales autem, viciniores ibi Parochi.

Eſt quoque Primatis Hungariæ, *Eſſechini* juriſdictio, illudque Præſidium a Strigonienſi dependet. Olim plures fuère Abbatiæ, ut S. Hellenæ de Podborje, de Rudina, de Gotho &c. Nunc prima Sæculariʒata eſt, quamvis ſecundum Vota Leopoldi, per Cameræ Commiſſarium bona ejus Abbati reſignata fuerint, docentibus litteris quas habemus. *De Rudina* combinatione litterarum Abbatiæ hujus, olim Patronatus Præpoſiti S. Petri de Poſega, commixta nunc eſt cum Abbatia de Gottho, quæ hodie *Kuttjevo* dicitur, & *Babich Joannis* ceſſione, Regio conſenſu firmata, a Collegio Jeſuitarum Poſegano, ad arbitrium Regiæ Majeſtatis, ob adimpletam conditionem poſſidetur. Collegiatum Poſeganum Capitulum, reſtitutum nondum eſt, quod an Poſegæ? aut in *Captol* olim reſederit? cui lubet indaget. *Præpoſituram* S. Petri de Poſega olim Epiſcopi Zagrabienſes conferebant, & *Petrus Chernkovich* anno 1703. menſe Februario mortuus, ex horum collatione, ultimus eam tenuit. *Georgio Patachich* poſtea Boſnenſium Epiſcopo, a Rege collata eſt, cum clauſula, demonſtrandi juris ab Epiſ. Zagrab. quod Servatum fuit etiam in Collatione facta, *Franciſco olim Vernich*. Sed in Subſecutis collationibus, *Gabrieli* nempe condam *Patachich*, ac

Digitized by Google

ac hujus ſucceſſoribus, clauſula illa, donec Eppus Zagr. jus Patronatus docuerit, omittitur.

Collegium Jeſuitarum *Poſegæ* tantum eſt. Docent inferiores Scholas, Philoſophiam; ac ut ajunt *Caſus*. Miſſiones ut vocant, habent *Eſſechini*, & in Sirmio: *Petrovaradini*, quibus in locis inferiores Scholas docent a biennio. *Franciſcani* per Sclavoniam hanc vigent plurimum, habent enim Conventus plane Tredecim, videlicet: *Vetero Gradiſcæ*; in *Czernik: Poſegæ: Velika: Naſſicze: in Brodt, Diakovo: Eſſechini, Valpo: Valcovarini, Szta ringrad: Illöok*, & *Petrovaradini*. In quibus conventibus, uti relatum habeo, amplius Tercenti vivunt, pertinentque ad Provinciam antea Boſnenſem, nunc ab anno 1758. *S. Joannis Capiſtrani* vocatam. *Capucini*, Zemlinii tantum ſunt & Eſſechini. Atque hæc, de ſtatu & Juriſdictionibus Eccleſiaſticis.

Status & Jurisdictio in Sclavoma Militaris.

Recuperata a Turcis Sclavonia, in ejus Præſidiis miles ut fieri debuit & conſvevit, in ea relictus eſt. Tum veteri more, ad hæc præſidia (ſive ut olim Caſtra) vicinior populus aggregatus eſt, qui domos, terras, Vineas, prata &c. certasque imunitates, & privilegia, de Regum noſtrorum clementia providentiaque obtinet; ac in vicem *urbarialium ſervitiorum* obventionumque, militaria ſervitia præſtare obligatur; & quemadmodum pro facultatibus Provinciales tributa ſolvunt, ita hi pro facultatibus ſuis, unum duos aut etiam tres militiæ directe inſcriptos, è domo familia proviſa, habent. Cum porro eveniat, ut minore familia præditus, copioſiores terras tenutaque poſſideat, ideo ad ſervandam æquitatem, ne deſertæ remaneant terræ; néve graventur populoſiores, in ſubſidium horum, illi quibus minor familia eſt, ſecundum æquum prudenſque ſupremi Præfecti judicium, conferunt ſubſidia, ſeſeque hac ratione ſublevant. Vocantur autem *Confiniarii*: tum quod in limitibus, ſive confiniis alterius potentiæ ſint, & *veteres Marchas* repræſentent, confinia ſui Principis defendendo; tum & ob loca quædam, in quibus ob defectum Præſidiorum, ſuis vigiliis, atque corporibus hæc ſupplere debent. Cum enim per totum limitem cum Ottomana potentia ſint extenſi, neque hi limites, ubivis aquis definiantur, ſed per terram, certis metarum ſignis, quas *Uncas* vocamus, diſtinguantur; oportet cauſa ſecuritatis, tranquillitatiſque publicæ, noctu diuque per totum limitem, inceſſanter ſervare vigilias, ut Sclopi ictu, vigilia una, ab altera non diſtet, ad quas Vigilias Confiniarii obligantur. In locis certis, magisque tranſitui obnoxiis, habentur vel muratæ, vel ligneæ turres; quas *Cſerdakas*, ſeu *Kullas* appellamus, ad has major ſólet eſſe cum officiali, vigilum numerus, ſolentque in his, ex Stationibus ſuis commutari. Sæpe hiſtoria teſte, graviores cum inimicis vellicationes, & conflictus, ad ejusmodi *Cſerdakas*, hoc éſt locis ad tranſeundum opportunioribus, commiſſæ ſunt. Quinquaginta & fors ultra annis, confiniarius iſte populus neglectus fuerat, uniceque ad memoratas *uncas* præſtabat vigilias, certamque a reſpectivis Præſidiorum ſuorum, a quibus denominabatur, Præfectis; obſervabat dependentiam, pro horum Præfectorum mancipiis ſæpe habitus, ut ideo frequentiores evenerint in Confiniis tumultus. Adverſus Turcas quoque bellare obligabatur. *Præſidia*, pro Confinii ratione, per conductitium militem ſervabantur, fuerit is aut Germanus, ſive domeſticus, *nomine Haramiarum* deſignatus; neque enim credere Præſidia populo huic, majori ex parte ut dicimus Raſciano, tutum credebatur, quod Orientalium Græci Ritus eſſet, & a Bulgariæ Primate, Clerus illorum dependeret: quodve e Turcia adveniens, iſthicve in Confiniis illocatus, in avitis ſedibus, agnatos, cognatos, affines haberet. Incredibili dein a Romanis Sacris averſione eſſet, experientiaque teſte, non ſolum parti illi, ad quam inclinaret victoria, ad accedendum pronus foret; verum eam obſervaret ad ſui conſervationem, Politiam: ut plerumque pars, uni bellantium Principi adhæreat, altera alteri, ut ſic a victore Principe, pars Victoris, parti Victæ indulgentiam gratiasque mereatur. Ex his itaque aliisque motivis credebatur e re eſſe Reipublicæ, ut populus natura aſtutus, in ruditate, neglectus remaneat; ſuis ſtet conſvetudinibus, a ſuis regatur *Kneziis* ſive ſenioribus, & Clero. In pœnalibus & vindicativis, erat Præfectorum juriſdictio, qui miſerorum mulctis, ſuam explebant avaritiam, hos nunc in exilium relegando, eorumdemque tenuta & facultates vel occupando vel vendendo; hos proſcribendo, condemnando, gratiam attamen vitæ, mercando; ut in furtis, rapinis, prædociniis, barbarie verbo, plebem illam verſari vivereque oportuerit. Neque fuit ulli ſecuritas, ad Confinia veniendi. Accuſabantur Turcicorum morum, diſciplinæ omnis incapaces: naturalemque eſſe populo barbariem. Creditum attamen, eventuque mutationis comprobatum: has confiniariorum accuſationes, moresque priores eorundem perditos, Præfectorum ex avaritia, prouti & aſtutia ad eliberandum ſeſe a Cenſoribus ſuſtentatos, prædicatosque fuiſſe.

Evenit, ut circa annum 1733. occaſione belli in Italia geſti, e populo hoc Confiniario, quædam Centuriæ legerentur, ac erga militare Salarium, ipſis a Principe inſtar aliorum militum ſuppeditandum, eorſum exmitterentur. Ibi, non ſolum utilia, Regi ſuo exhibuêre ſervitia; ſed judicio tam domeſticorum Generalium, quam & extraneorum, Hiſpaniæ videlicet, Sardiniæ ac Italiæ, pro gente armorum capaciſſima judicati; accuſatores, Officiales videlicet ſuos ſic confuderunt, ut apparuerit falſa quævis eſſe, quæ ab iis repræſentabantur ſupremis Cæſareo Regiis Dicaſteriis. Quare Anterioribus quibusvis Populi Confiniarii officialibus, caſſatis, depoſitis, caſtigatisque plurimis, Populi hujus culturam Carolus VI. incoavit, illique & Regnis ſuis, providè conſuluit; Viſaque rei incoatæ ſequentibus bellis poſt Caroli mortem utilitate, filia ejus *Regina Maria Thereſia*, omni ſtudio & benignitate, culturæ populi hujus intendit. Hæc in Univerſum de Confiniis, Sclavonicis, Banalibus, Croaticis intelligi debent. Particularia ſuis locis memorabimus. Itaque.

I. Inferioris Sclavoniæ confinia, poſita primò ſunt a Generali olim *Caprara*, poſt recuperatam videlicet Sclavoniam. In his occurrunt primo loco Præſidia, quorum ab arte & fortificatione Principem locum obtinere dicitur *Petro-Varadinum* in Syrmio: a loco autem & reſidentia ſupremæ Præfecturæ ſive adminiſtrationis militaris, *Eſſechinum* ſatis beneque munitum, Primum habetur. Hoc ad Dravum, illud ad Danubium eſt. Per Savi deinde fluxum & circuitum, Præſidia ſunt *Zemlinum*, Belgrado proximum; tum *Cupinova*, *Ratſcha*, ubi *Drinus* fluvius ad Savum influit, & paulo infra Ratſcham, Boſut æque flumen, a Savo reicipitur. Tum cis Savum ſunt excubiæ militates ſive *Cſerdakæ*, ad Caſtellum *Gruſvicza*, penes quod *Boſna* fluvius ad Savum defluit. Sequuntur rurſus excubiæ, *Brodium* uſque, quod habetur pro Præſidio; protenduntur Brodio excubiæ ad Palankam, *Doboſchaz*, inde ad Caſtellum *Kobaſs*, tum ad *Sviniar*, atque hinc ad Præſidium *Veteris Gradiſcæ*, ubi fluvio *Struga* ſeparantur hæc confinia, a Banalibus confiniis, uſque ad *Treebeſs*, abhinc per fluvium Illova, infra *Megyureche* loco a metis nominato, quia *megiia* limitem denotat, per alveum ex *Illova* formatum, limitem confiniorum, & Regnicolaris jurisdictionis. In memoratis Præſidiis, manent Vigiliæ, eorumdemque commendantes.

Poſt hæc ſequuntur confinia, ſive Populus Confiniarius, jurisdictionis militaris, intra Regnicolarem jurisdictionem & limitaneam conſtitutus. Eſt iſte in tres Legiones diſtinctus, quarum Duæ ad Savum, tertia Syrmienſis. Quævis legio Conſtat quater mille pedeſtribus militibus. Habet ſuos Tribunos, Protribunos, ſupremos Vigiliarum Præfectos, Centuriones, Procenturiones primarios, ſecundarioſque; Vexilliferos, Vigiliarum Magiſtros, Decuriones, Auditores, Syndicos, Chyrurgos &c. Centuriones vulgo Capitanei, reſident cum ſubalternis, in pagis centuriæ ſuæ. Reſidui autem Qui *Stabi* ſeu ſtabalium nomine veniunt, in deſignatis ſtationibus. Ordiendo a *Trebeſſ* & *Struga* per Illovæ fluvium alveumque ſupra memoratos: *Prima legio eſt Gradiſcana*, cujus Stabales in loco noviter erigi incoato, appellatoque *Nova Gradiſca* reſident. Legio hæc olim dicebatur *Pars Confiniorum ſuperior*, nunc a fluento *Struga*, diverticulo ejus memorato limitatur, a Regnicolari jurisdictione, veniendo ad fluvium *Pakracz*, hunc, infra pagum *jagne* tranſeundo, metis poſitis, ducit ad memoratum *Illovæ* alveum penes Parochiam Megyurechje, & hanc confiniis includendo, alveo eodem venit ad *Illovam*, & per hanc ad *Trebeſs* & *Strugam*, *Kralievam Velikam* (diſtinguitur a dominio *Velika*) quævis confiniis includendo, per metas conſtitutas, a Comitatu Poſegano diſtinguitur, prope *Czernik*; indeque metis poſitis infra *Pleterniczam*, alveo quodam penes *Kobaſſ*, ad Savum influente, à legione altera diſtinguitur, ut ſic a ſeptemtrione reſpective & oriente Comitatu Poſegano, a meridie Brodenſi Legione, & ab occidente Savo, dictoque fluvio Struga terminetur. Eſt in Legione hac, ſic vocata *Valachia minor*, Abbatia *Belaſztena* &c.

Sequitur contermina huic, *Brodenſis Legio*, Cujus Stabalium ſedes in *Vinkovczi* ad fluvium *Boſut*, actu fixa eſt. Hæc legio prioribus temporibus, *Pars confiniorum media*, Ratſchæ vero proprinquior, *ſuperior* vocabatur. Legio hæc, Gradiſcana legione parte ex una terminatur, tum per poſitas metas dominio *Diakovar*, Comitatus Veroviticenſis, per quas venit ad flumen *Biſch* aliter Boſſut, inter quem & Savum poſtea collocata manet. Intra has Legiones pedeſtres, ſunt Pirobolarii, & equitatus Centuriæ, a pedeſtribus diſtinctæ. Fluvii, *Illova*, *Boſut*, *Verbas* qui a *Banialuka* defluens ad *Sviniar* in Savum illabitur, ac alii ſupra memorati.

Tertia legio in *ſirmio eſt*, Petrovaradinenſis nuncupata, cujus fines, cum ignorem, & nec probabiliter relatos habeam, eosdem nec attingo. Dominium Zemlinenſe, recentiſſimè majori ex parte Confiniis illis eſt attributum; prouti & Mitrovicenſe cum opido Co-

Digitized by Google

Cæterum ordinatione moderna dependent directe quævis ab Excelſo Regio Aulæ Bellico Conſilio. *Adminiſtratio* major & ſuperintendens, relatorum Confiniorum *Eſſechini* eſt, tum in quavis Legione ſubalterna adminiſtratio, quæ *in Militaribus*, a Colonellis ſive Tribunis potiſſimum ſtat. Ea vero quæ Gubernationis ſunt populi, ut in Confiniis degentis, & terras aliaque tenuta poſſidentis ab adminiſtratione Eſſechinenſi ordinantur.

Status & Jurisdictio in Sclavonia Regnicolaris.

I. Cum *Leopoldus* Sclavoniæ recuperator, benemeritos in eadem donâſſet, denatariique ſua erexiſſent dominia: Fiſcus quoque ad reſarciendos bellicos ſumptus territoria quædam vendidiſſet; adeoque tertia *dominalis Jurisdictio*, facto Regum in Sclavonia fuiſſet ena ta: Anno 1697 Leopoldus conſtitutis ſupremis Comitibus, erectiſque tribus Comitatibus, Poſegienſi, Veroviticenſi,& Valcovarenſi; hos Regno Sclavoniæ incorporaverit(uti infra in deſcriptione Confiniorum Banalium demonſtraretur) At Regia reſolutione ob illorum temporum circumſtantias effectuari nequeunte; *Status Ordinesque*, fuêre ſoliciti, ut Sclavon a Sacræ Coronæ ab antiquo membrum, eidem per legem reincorporaretur. Anno igitur 1715, articulo 118 eatenus eſt proviſum conſtitutumque. Verum ſive ob commiſſionem *Neoaquiſticam*; ſive quod de effectu ſtatutorum articulorum, in quantum Politiam Reipublicæ attingunt, cura diſpoſitioque non eſſent, ut hinc ſtatutorum articulorum, perpetua ſit renovatio, ſummaque privatis ſatisfactio, ſi decretali quopiam articulo, res petita inſerta ſit, tametſi executio non ſequatur, uti ex indefinitis videre eſt articulis. Sclavoniæ conſtituta fato articulo, per Comitatuum erectionem reincorporatio, ad annum 1741 negligebatur. Sub *MARIA THERESIA* anni 1741 articulus 18 in fine, habet: *Diſtrictus — Sirmienſis & inferioris Sclavoniæ, ut primum res in magis tranquillum Statum repoſitæ fuerint, Regno pari modo reincorporentur, & ejuſdem juriſdictioni ſubmittantur. - - - Et ex parte Regni iſtius* (nempe Hungariæ) *Commiſſarios pariter Dominus Comes Palatinus nominabit, ex parte vero Sclavoniæ* (nempe ſuperioris) *Dominus Regnorum Dal. Croat. & Sclavoniæ Banus, cum Statibus & Ordinibus eorundem Regnorum. Qui in præatactis - - - Sirmienſi & inferioris Sclavoniæ diſtrictibus, nec non aliis partibus finitimis; Terrenum pro Regulandis Confiniis aptum & ſufficiens deſignabunt, Confiniariiſque ad habitandum, & obeunda inibi munia, ita aſſignabunt: ut in finibus non permixti aliis contribuentibus ſubſiſtant. Atque terreno hoc modalitate prævia exciſo & aſſignato, reſiduum juriſdictioni Comitatuum, in omnibus de pleno ſubiicient: ſuaque Regia Maieſtas, Comitatibus Regni in partibus illis ſitis, ſupremos Comites præficere dignetur.* Exſcribenda hæc cenſuimus, ad demonſtrandum Confinia illa ſtabilita lege eſſe, tum & ad intelligenda poſteriora. Cum ex his, & art. 50 verbis: *Illud quod - - - ex inferiori Sclavonia juriſdictioni Sacræ Coronæ reincorporabitur; juriſdictioni Regni & Bani - - - ſubordinabitur*, natæ quæſtiones profluant. Rebus in tranquilliorem ſtatum poſitis, & primo cum Ottomana potententia limitibus anno 1743 accommodatis, & *Dubicza* trans-Vunana, *Kozara* item, aliiſque vicinis, Turcæ reſignatis; ad effectum memoratorum articulorum anno 1745 itum eſt. Commiſſarius erat Comes *Alexander Patachich*, Supremus Comes Comitatus Szimeghienſis, & ad Regiam Aulicam Cancellariam Hungaricam Conſiliarius, aliique eidem additi. Erecti hac occaſione ſunt inferioris Sclavoniæ tres Comitatus, videlicet: *Veroviticenſis, Sirmienſis*, & *Poſeganus*, poſiti horum Magiſtratus. Sed quia vel firmati non fuiſſent inter novam hanc, & militarem juriſdictionem limites, vel ſufficiens pro Confiniis deſignatio non credebatur; ideo Anno 1749 *Excellmus D. Comes Antonius Graſſalkovich Aulicæ Hungaricæ Regiæ Cameræ Præſes* &c. Titulus, Generalis item *ab Engelshoffen*, cum aliis quos inter ego quoque fueram, a Majeſtate Regia miſſus; ea quæ vel probata prioris comiſſionis non fuêre, vel erant corrigenda, debitum reduxit in ordinem, limiteſque prædictarum jurisdictionum conſtituit. Ita inducta, firmataque Regnicolari & Comitatuum juriſdictione, cum oblatum ab his Comitatibus caſſæ eorundem ratiocinium, Status Regni Sclavoniæ aſſumere renuiſſent, conſequenter Poſonium ad conſilium Regium Locumtenentiale, ſubmiſſum fuiſſet; cum item occaſione Diætæ anni 1751, ex illis neoerectis Comitatibus neminem, intra Regni nuncios collocare voluiſſent; ſed vota eorum rejecta ideo extitiſſent: quod ex Caroli VI. inſtructione, datæ Tabulæ judiciariæ Zagrabienſi, per eum erectæ: *Cauſæ violentiales*, contra ſupremos Comites,aut Vice-Comites movendæ, ab eadem judicari deberent, non autem a Vice-Comitibus,& tum, contra ejus temporis Supremum Comitem, plures motæ fuiſſent, hinc quia ex ViceComitibus illis, non credebatur reperiendus, qui ad vota Supremi Com itis Comitatuum Zagrabienſis & Criſienſis, preces in Dieta anni 1751.(abrogandi illius puncti inſtructionis Carolinæ, urgeret,) prouti articulo 36 eſt abrogatum) ideo vota precesque illorum,

kkkkk de

de eligendo aut adjungendo ex illis aliquo, Regni Sclavoniæ Nunciis; audiri nequivere. Quare cum in Diæta illa, de augendo contributionali quanto ageretur, & facto Statuum Sclavoniæ, Rationes eorum, Conſilio Locumtenentiali ſubjectæ eſſent: intuitu quoque aliorum gravaminum, Nunciis ablegatis, cognitione rerum, partiumque illarum carentibus, inferiores illi Comitatus, ſuos miſerunt Oratores; ex quorum propoſitionibus, quæſtio ſuſcitata agitataque eſt, num ad Status Regni Sclavoniæ? aut vero Hungariæ pertineant. Diſputationi ab utrinque fundamentum præbuerunt, memorati articuli anni 1741. Porro cum idem fuerit Regni Sclavoniæ Proto-Notarius, in utraque Diæta, feliciſſimuſque fuiſſet, ad ponenda quæſtionibus ſubſtrata, eaſque ambiguitates, per quas partibus ſatisfeciſſe cenſebatur, ille articulo 23, ſuum roboravit Magiſterium, ſatisfaciendo Hungariæ & Sclavoniæ, dum - - *Concluſum eſt: ut Comitatus Syrmii, Veroczenſis, & Poſeganus, per ſuam Mattem ſacratiſſimam, poſthac ad Diætales Regni concurſus evocandi, intra reliquos Regni hujus* (nempe Hungariæ) *Comitatus ſeſſione & voto poſtliminio* (obſerva) *gaudere poſſint, Salva in reliquo Regni Hungariæ* (excluſum ergo Sclavoniæ Regnum) *& Banali juriſdictione.*

Ex his ambiguitatibus, atque arte ſtudii, cuivis ſatisfaciendi, promanat: ut fati Comitatus, utrique Regnicolari juriſdictioni ſubſint, ordinationesque accipiant. Tributa inſtar Hungaricorum Comitatuum ſolvunt, ac in Diætis, *quantum illorum* deciditur. Rationes dant *Conſilio Locumtenentiali*, intra Comitatus Hungariæ, votum ſeſſionemque habent, Banaliſque illa in ſalvo relicta juriſdictio, reducta eo cernitur: ſi ad Congregationes Statuum Regni Croatiæ & Sclavoniæ invitentur, & *Regia Reſcripta* ipſis etiam a Bano ſignificentur; præterea quod Foris Tabularibus Regni Sclavoniæ, pro caſuum proceſſuumque exigentiis ſubſint. Cœterum memorati Comitatus, quemadmodum inſtar Hungaricorum contribuerent, regulatique haberentur; ita Quarteriis militiæ ut dicunt vagæ, ſive conductitiæ in ſuis juriſdictionibus obnoxiantur, habentque pro equeſtri militia *Caſarmas*, ſive hoſpitia? pedeſtres quoque in locis oportunis locantur. Hinc *Commiſſariatus* Regni Hungariæ *Provincialis*, ad hos quoque Comitatus extenditur, eſtque *Commiſſarius Sclavoniæ Inferioris*, Eſſechini nunc reſidens. Quare ſub utriuſque Regni ſunt juriſdictione, *in Judiciariis* ad Regnum Sclavoniæ; in cœteris ad Regnum Hungariæ pertinent. Illis beneficii ex quæſtione hac obvenit, quod poſtulata illorum, utraque via ad Majeſtatem Regiam deveniant. Habent demum etiam Urbaria regulata, ac adinſtar cœterorum Comitatuum, Officiales Comitatus.

II. *Comitatus Verovíticenſis*, ab Oppido Veroviticza, ſive Verocza appellatus, cis Dravum, proximusque Hungariæ eſt, qui Dravus, a Septentrione eum dividit ab Hungaria, *ab Almaſs* vero Danubius, extenditurque ad fluvium *Vuka*, ubi hic Danubium influit, ac abinde Sirmienſis inchoat Comitatus, qui Veroviticenſi Orientalis eſt. A meridie partim juriſdictione militari, partim Poſegano Comitatu diſtinguitur. Ab Occidente demum *Generalatu dicto Varaſdinenſi*, metis poſitis, ad Dravum uſque. Comitatus hic, in ſuo complexu, continet *Turnaſſiczam* ac ab inde pagos cæteros, Veroviticenſe dominium oppidumque, in quo Conventus PP. Franciſcanorum *Provinciæ S. Ladislai* Sclavoniæ, qui Parochiam unà adminiſtrant. Proximus Dravo eſt, *Turanovecz*, poſſeſſionesque aliæ, tum Dominium *Valpo* eodemque loco oppidum cum Franciſcanorum Conventu, & equeſtris militiæ Caſarma. *Redſalu*, & Præſidium *Eſsech* quod reſidentia eſt ſupremæ præfecturæ militaris. Eſt inſuper Cameræ juriſdictio in Civitate, quæ inferior ſuperiorque dicitur. Monaſteria ſuperius memorata. Eodem loco ut plurimum ſedes eſt Comitatus Magiſtratualis, quamvis Veroviticzæ etiam Congregationes quandoque celebrentur. Tum *Almaſs* ubi Dravus a Danubio recipitur, *Dominium Erdöd*, Paguſque in limitibus ad *Vukam* amnem *Borova*, flectendoque per eundem fluvium per orientalem plagam, intra Eſſech & Erdöd, *Cſepin* continendo, poſt pagum *Topſin* Vukam tranſeundo, Dominium *Diakovar* Epiſcopi Boſnenſis ſedem, complectitur, ejuſdemque dominii metis, redit ad Vukam, dominiaque *Naſſiczæ*, *Orahovicza*, & *Vuchin* ſuis limitibus ambit. *Primus* Supremus Comes erat, *Ludovicus Comes Patachich* de Zajezda, tum adminiſtrator Excellent. D. Epiſcopus Quinque-Eccleſienſis *Georgius Klimo*,, deinde Comes *Joannes Patachich*, officium Supremi Comitis in locum patris conſecutus, ſed huic poſtea ad Comitatum Criſienſem tranſlato, ſucceſſit in officio Supremi Comitis, Comes *Chriſtophorus Niczki de eadem* &c. Titul.

II. *Poſeganus Comitatus*, ab occidente & Septentrione, Veroviticenſi Comitatu terminatur, ac ex parte Criſienſi & Generalatu Varaſdinenſi: a meridie & oriente Gradiſcana & Brodenſi legionibus; continetque ſuo ambitu, *Kuttinam*, cui in parte vicinatur Comitatus Criſienſis, in parte Generalatus Varaſdinenſis, & a meridie legio Gradiſcana, tum *Szirach*, *Pakracz* cum *Podborje*, *Sztraſemon*, *Velika*, *Kuttjevo*, *Pleternicza*, *Blasko*, *Czernik*,

Digitized by Google

nik, *Breſztovacz*, *Captol*, *Poſegam*. Porro a *Poſega* libera Regiaque nunc Civitate, Comitatus denominationem accipit, in eaque ſedem ſervat. Civitas hæc ad *Orlovam* amnem eſt. Arcem habet vetuſtam in monte, ſed deſertam. Collegium Jeſuitarnm, cum Scholis memoratis, Franciſcanorum Conventum, Eppi Zagrabienſis conſiſtorium. Oppidum *Pakracz*, ſedes eſt Epiſcopi Græci Ritus Orientalium, habet tamen etiam Parochum Catholicorum, Caſſarmas militares, Thermas item, debilitate nervorum laborantibus ſalubriores. *Kuttievo*, Abbatia de Gotho eſt, a Poſegano Jeſuitarum Collegio poſſeſſa, ubi etiam Caſſarmæ, prouti *Pleternicza*. Demum Captol Præpoſituræ S. Petri de Poſega eſt. quam ex Collatione Regia obtinere ſolent, actuque obtinet Illmus D. Epiſcopus Syrmienſis. Occaſione erecti hujus Comitatus, Adminiſtratorem ejus egit D. Liber Baro *Ladislaus Vajay*, Cameræ Regiæ Aulicæ Poſonienſis Conſiliarius. Dein Officium Supremi Comitis fuit collatum, Comiti *Petro Keglevich*, quo vita functo 1748. collatum fuerat Excellmo D. Comiti Ludovico ab Erdöedy; poſt hujus anno 1753 mortem, Illmo D. Epiſcopo Boſnenſi, *Joſepho Antonio Chiolnich de Chiolka*. Titul.

III. *Sirmienſis Comitatus*, a Sirmio nomen obtinuit, a fluvio *Vuka* inchoat, & per Danubium protenditur, ad *Zemlin* uſque, ubi Savus ad Danubium influit, abindeque Savo terminatur, vel rectius militari confiniaria juriſdictione, quæ Savo adjacet. Juriſdictioni Comitatus ſubſunt, Dominia *Nuſtar*, *Vukovar*, *Illok*, *Carlovicz*, pars quædam Dominii *Zemlin*, quia pars militari jurisdictioni eſſet attributa; cœteræ item poſſeſſiones & loca. Ex his celeberrimum eſt *Petrovaradinum*, Præſidium nobile, ubi Epiſcopi Sirmienſis eſt nunc reſidentia. Trans Danubium Regia liberaque civitas *Neoplanta*, ſedes Epiſcopi Orientalium Græci Ritus, Parochus quoque Ritus Romani, juriſdictioni Archiepiſcopi Colocenſis ſubjectus. *Carloviczii* ſedes eſt Metropolitæ Raſcianorum, conſideraturque ut Civitas, habetque quædam prædia propria. Eſt iſthic etiam Catholicus Parochus, Epiſcopi Sirmienſis. *Vukovarini* Sedes eſt Magiſtratus Comitatenſis. Sunt ibi quoque Caſarmæ equeſtres, & plura Monaſteria *Calugyerorum*, hoc eſt Monachorum Græci Ritus non unitorum ſive diſſidentium, videlicet: in *Burkovacz*, *Peſchenovo*, *Vernik*, *Jaſek*, *Opova &c.* Erat antea Dominium *Mitrovicza*, & in eo *Rума*, ſed per commiſſionem anni 1749. ad Confinia venit, conſequenter militarem juriſdictionem. Poſt Petrovaradinum, cis Danubium eſt Salankamen ubi *Tibiſcus* a Danubio recipitur.. Regio eſt fertilis & abundans. Cœterum Familia Principum *Odeſcalchi*, Titulum, habet *Ducatus Sirmienſis*, cum & olim Duces ab hac Provincia, tum omnino ampliore, fuerint denominati. In erectione Comitatus,officii ſupremi Comitis Comitatus Sirmienſis egit adminiſtratorem D.L.Baro *Marcus Pejaceſevich*, poſtea officium ipſum conſecutus. Quo demortuo ſucceſſit in officio Supremi Comitis. *D. Franciſcus de Paula L.B. Balaſſa* de Balaſſa Gyarmath Titul. Accedit quoque Cameralis juriſdictio, non ſolum ob loca quædam, ſed etiam ob Triceſimas & ſalis depoſitoria. *Triceſimarum* loca ſunt. *Eſſechini*, *Petrovaradini*, *Szalakamen*, *Rajovoſzelini*, *Zemlinii*, *Metrovicze*, *Brodii*; *Gradiſcæ*, *&c.* Salis depoſitoria, in mox dictis locis, ac inſuper *Verovitiezæ &c.*

SCLAVONIA SUPERIOR.

MOnu'mus ſuperius, hanc pro *Croatia* hodie haberi atque accipi, maximo præjudicio (quemadmodum ex ſuperioribus noſtris, Regum item diplomatis, & Reſcriptis apparet) jurium Sacræ Coronæ, hujuſque Apoſtolicorum Regum. Quare cum duobus tantum articulis, errore vel ignorantia compilatoris eorundem, pro *Croatia*, reliquis autem omnibus *Sclavonia* exprimatur; ego Regionem hanc, tot articulorum Diœtalium fide, Diplomatum item Regiorum authoritate, a Croatia diſtinguo. Amabo, ſi Sclavonia hæc Superior, Croatia eſt? qua ratione tot Regum diplomata, Regno elargita Sclavoniæ, *applicari* Croatiæ poterunt? Qualiter ſalvari articuli veteres, qui rectificandas intra Sclavoniam Stiriamque metas orant, ſi Regio hæc Croatia eſt. Itaque Sambuci Tabulæ canonizandæ erunt, ut ſic Stiria Sclavoniæ valeat conterminari. Sed hæc, quo vulnere jurium Sacræ Coronæ fient! quis non videt. Verum ſi qui ſunt, qui ſequenda ultro volunt præjudicia, & nequaquam *qua eundum eſt*, *ſed qua itur* inſiſtere volunt, cum leges non ſcribam, ſed veritatis ſemitas indicem, ad conſervanda jura Sacræ Coronæ Apoſtolicorumque noſtrorum Regum, per me inſiſtant liberrime. Ego facti mei, mox relatis, cuivis rationem aſſignare volui. Itaque

I. Sclavonia ſuperior, hodie ſequentes habet limites, quamvis olim amplior latiorque fuerit, uti dicta prioribus periodis teſtarentur. Nunc ab Oriente inferiorem habet Sclavoniam ſibi vicinam, à Dravi fluxu, ſupra *Breſzniczam* deflectendo, penes pagum *Gradetcz*, metiſque poſitis intra *Turnaſſiczam*, per metas Generalatus dicti Varaſdinenſis, qui ad

Sclavoniam hanc pertinet, venit ad *Lonjam* inde *Trebeſs*, ac abinde ad Savum, ac per hunc ad *Siſcium*, ubi Colapis a Savo recipitur, tum a meridionali parte, per dictum fluvium *Colapis* conſequenter ſupra Caroloſtadium, uſque ad fluvium *Kamenicza*, ubi is Colapi conjungitur, ibique deflectit fluvio *Camenicza*; intra pagos Kermacha & Zelezna Dominii *Mötling*, a Provincia Carnioliæ poſſeſſi; & *Vivodinam* Sclavoniæ in limitibus: verſus partes occidentales, per eundem Kameniczæ alveum, a quo deflectit & fine montium Sihelsburgenſium alias Sumbergenſium procedendo, penes Bona *Jugorje* ſuis metis continuando venit ad montis verticem *Sztraſe*, inde per verticem montis ad Templum S. Gertrudis, per eosdem montes ad *Sanpetkam*, *Oſzunje*, atque inde ad fluvium *Bregane* ubi is ad Savum ingreditur, eodemque fluvio Bregane a Provincia Carnioliæ ſeparatur. Quia porro, eodem ferè loco fluvius *Sutla* in Savum illabitur, ideo *Sclavonia hodierna*, occidentalem ſuum limitem ibi a *Sutle* in Savum influxu continuando, eundem per ejuſdem Sutlæ alveum habet, eodemque a *Stiria* ſeparatur; tum per montem *Maczell*, qui Sclavoniæ eſt, venit intra *Trakoſtayn* arcem Comitum Draskovich, ad alveum quendam metalem, intra pagum Stiriæ *Kollari* vocatum, ac abinde metis ſuis intra *Klenovnik*, ad Viniczam, & Kriſovlyan loca Sclavonica, abindeque ſuis metis per campum venit ad *Dravum*, per quem ſeptentrionali parte ab Hungaria ſeparatur, idemque Dravus facit Sclavoniæ hujus limitem, ad locum ſuperius memoratum.

II. Intra ambitum itaque modernæ Sclavoniæ tres ſunt Comitatus, videlicet *Zagrabienſis*, *Criſienſis*, & *Varaſdinenſis*. Generalatus item Varaſdinenſis, & *Diſtrictus Sumbergenſis*. *Zagrabia*, *Capronczа*, *Criſium*, *Varaſdinum*, Liberæ Regiæque Civitates. Campus Nobilum Turopolia. Communitates liberæ *Domagovich*, *Czvetkovich*, *Draganich*. Oppida *Petrovina*, *Jaſztrebarſzko*, alias Jaſca; *Szamobor*, *Krapina*, *Vinicza*, *Dernje*, *Gyurgyevecz*, *Chaſma*, *Ludbreg*, *Siſcium*, cœteraque in ſuis juriſdictionibus refferenda. Diſtrictus varii, plerique à Dominiis vocati, ut *Ratkaiſzko*, *Czeſsarſzko*, *Poſzavje*, *Sziſzek*. *Podravje*, Moſzlovina, ſeu *Mons Claudius*, *Podgorje* &c. &c. Fluvii majores ſunt: *Savus*, qui ad *Szamobor* ubi amnes memorati *Bregane* & *Sutla* ad Savum defluunt, ex parte utraque in Sclavonia eſt, & per hanc defluit, uſque ad *Siſcium*, ubi Colapi recepto, in parte Sclavoniam ſervat, parte vero ex altera, limes eſt partis Croatiæ, Confiniorumque Banalium, uſque ad *Lonjæ* fluvii ad Savum influxum. Abinde ut dictum ſuperius, idem Savus inferiorem dividit Sclavoniam ab Ottomanorum dominio. Poſt Savum eſt *Colapis*, vulgo *Kupa*, qui meridionali ex parte Croatiam nunc a Sclavonia dividit. Minores fluvii ſunt, *Plitvicza*, *Bednja*, *Lonja*, *Chasma*, *Glogovnicza*, *chernecz*, *Jellenſzka*, *Grachenicza Odra*, *Lomnicza*, *Krapina*, *Kupchina*, *Reka*, &c. Amnes ubivis tot tantique. Habet montes & planitiem. Abundat vineis, vina montis Claudii, Kalnicenſia, Zagrabienſia, Okichenſia celebriora ſunt. Mineris abundare videtur, unde enim Romani tantum æs, totque monetarias *Siſciæ* olim habuiſſent? nunc quævis neglecta. *Szamoborini* unice cupreæ mineræ coluntur, ferreæ item recentius ibi repertæ. Thermas habet ad Varaſdinum *Toplicenſes* vocatas, Item *Sztubiczæ*, *Sutinſzkæ*, *Krapinenſes quoque*. *Acidulæ* ad Jamniczam ſunt repertæ. Sed quævis hæc neglecta ſunt. Si *Bottanicen* vel rudis eſſet cognitio, herbas radiceſque ſingulares reperiri, fatentur illi, qui hæc intelligunt, ipſeque mirabar quaſdam viſas. Antiquitatibus Romanis, ſi harum aliquando fuiſſet cura, abundare poterat. Verum ruinatæ quævis ſunt, aut aliorſum ablatæ, ut nunc non niſi caſu effoſſæ occurrant inveniantur que. Superſunt plurimis in locis nunc etiam vetera rudera, quæ, quid olim fuerunt? ignoratur. Caſtrorum deſertorum multa ſunt loca, & nunc quoque reliquiæ. Marmor habet varii generis, & in diverſis partibus, ſi excoleretur, beneficiaque a natura plurima, quæ defectu utilium litterarum ignorantur. Nulla hic ſunt præſidia, & quæ horum nomine veniunt (*Capronсza excepta*) meræ ſunt nomenclaturæ, ut *Ivanich*, *Gyurgyevecz*, &c. verum ſitu ſuo tota hæc Sclavonia munitur. Cum enim intra tot fluvios, amnes, fluentaque varia ſit, cingaturque montibus, citiſſime aquis impletur tota, ut caſtra exercitumque figere, & ſuſtentare prope ſit impoſſibile. Hinc eſto Turcæ, excurſiones ſæpe fecerint, damna cauſaverint, in Sclavonia hac nihilominus, ut illa eſt cis Colapim, Savumque, ac Dravi ambitu memorato, ſemet firmare ſtabilireque nequiverunt, ob aquarum repentinas inundationes, a quibus fuga præcipite, ſæpe nec ſalvare ſe poterant. Sane hæc incredibilia apparent exteris, quos contingit ſiccitatis tempore, has perluſtrare partes; Vera nihilominus eſſe, evincit experientia, ut frequentiſſimè ob has exundatioues nec pago, ad alterum acceſſus pateat. Ad *Siſciam* vis moleſque aquarum potiſſimum defertur, ibidemque pluribus etiam menſibus detineri ſolet. Partes quoque quas *Poſsavanas* ſive Ciſſavanas, appel-

Digitized by Google

appellamus, longis aggeribus, agros campoſque ſuos munire debent, accreſcentibuſque aquis hominum millia noctu dieque vigilare, aggeres obſervare, munire; ne ab aquis diſrumpantur, quos etiam frequentius rumpi accidit. Magna præterea eſt, aquarum exoneratio in *Campo Lonjenſi* vulgo *Lonſzko polye.* Ubi parte aliqua, ſtagnare ſolent, faciuntque piſcationem uberem, ut exſiccati piſces, vendi valeant. Sicciore autem æſtate, pars campi illius, falcari arrarique ſolet, uberi ſemper procreatione.

III. Juriſdictio hic etiam triplex, nempe Eccleſiaſtica, Regnicolaris, & Militaris. *Eccleſiaſtica* triplex plane eſt, videlicet Catholicorum Romani Ritus: Græci ritus unitorum cum Romana Eccleſia. Demum Græcorum diſſidentium, ſive ritus Orientalis. de quibus occurrunt ſequentia.

Juriſdictio Catholica Romani Ritus.

I. Hæc ab Eccleſia Zagrabienſi deſumitur, quæ in hac Sclavonia, ſola & unica eſt. Epiſcopatus vero iſte, fundatorem veneratur Sanctum Regem Ladiſlaum I. ſedes eſt Zagrabia, cum nobili Cathedrali Baſilica. Juriſdictio ampliſſima, limeſque *Diœceſis* extenſus per Croatiam etiam, ut hodie conſideratur, quin pars quædam Turcis paret; immo Comitatuum Szimeghienſis, & Szaladienſis partes, ſub Diœceſana habet juriſdictione, ut ideo ad Hungariam quoque extendatur. Conſideratione hujus, ſæculo illo XI. Sclavoniam hos habuiſſe limites, veroſimile multum eſt. Per inferiorem quoque Sclavoniam, Eccleſiæ hujus extendi Juriſdictionem, ſupra retulimus. Diœceſis diviſa eſt in XIV. circulos, ſive Archidiaconatus nunc. Ex his Præpoſito Zagrabienſi, dicto Majori, Archidiaconatus duo ſic uniti ſunt Regio conſenſu & determinatione, ut illorum *Natus Archidiaconus* habeatur. Sunt autem *Gorenſis & Zagorianus.* Iſte in Sclavonia ſuperiore totus eſt, habetque actu Parochias 20, quaſdam omnino amplas & diſſitas. Sunt autem his in locis, a quibus etiam denominantur, videlict: *Pregrade: Deſzinich: Koſztel, Konoba,* In *termis Krapinenſibus, Oppidi Krapina, Mihovljan, Radoboj. Machje, Zlatar, Lobor, Bellecz, Komor, Zabok, Zachretje, Konſchina, Zajezda, Viſnicza, Bednja, Kamenicza,* quæ omnes in Comitatu ſunt Varasdinenſi. In Gorenſi ſuo Archidiaconatu, hoc eſt trans Savum, & cis Colapim ſunt: *Saſin, Goricza minor, Szella, Martinſzka Veſz, Siſcium.* Trans Colapim, *Szunja, Koſztanicza, Zrinium, Chultich, Petrina, Hraſztovicza, Gore, Viduſſevecz, Szrachicze, Thopuſzka.* Chultich & Hraſztovicza per Franciſcanos adminiſtrantur. Sequuntur Archi diaconatus *Gveſche & Sziche* æque Præpoſito minori ſeu Chaſmenſi per Stephanum II. Epiſc. Zagrab. addicti, de quo jam diximus. Tum eſt *Zagrabienſis dictus Cathedralis Archidiaconus.* Habet iſte curam Parochiarum 48. quarum quædam cis Savanæ, quædam trans Savum ſunt. Ciſſavanæ his in locis ſunt *Zagrabiæ* quatuor, Nempe Givitatis Regiæ Montis Græcenſis Zagrabienſis, in Capitulari territorio *Novovillanus* ad S. Joannem Baptiſt. & Areæ Capitularis. In Epiſcopali autem Juriſdictione *Vicolatinus.* Hos ſequuntur: In *Vrabcſe, Sztejnevecz, Berdovecz, Puhcha, Biſztra* alias Jablanovecz, *Sztubicza* inferiore, alter in ſuperiore *Sztubicza, Biſztricza, Kaſſina, Marocha, Zelina* ad S. Nicolaum. *Boſjakovina* ad S. Brictium, & *ibidem* ad S. Martinum. *Narth, Reſznik, Czerje, Vugrovecz, Szeſzvethe, Graneſſina, Chucherje, S. Simonis, Seſtine.* Transſavanæ ſunt: *S. Claræ* in Zaprutje; *S. Marci* in Spinis, In *Odra, Goriczæ, Schitarjevo, Oborovo, Novochiche, Sztarechiche, Pehchenicza, Kravarſzko, Sziſzinecz, Pokupſzko, Dubranecz, Jamnicza, Kupchina, Kupinecz, Okich B. V. M. ſub Okich* S. Martini, oppidi *Szamobor, Kereſztinecz,* ad SS. Trinitatem, *Brezovicza, Sztupnik.* Olim *Archidiaconus Dubicenſis* 48 Parochias habuit, quæ nunc partim Schiſmaticorum ſunt; partim ſub Turca. Hodie duas habet in Banalibus Confiniis, nempe in *Jeſzenovecz,* ac *Dubicza. Camarcenſis Archidiaconus* in Juriſdictione Regnicolari, habet Parochias: in *Szuhodol, Martianecz,* S. Georgii *in Spinis, Ludbreg, Kuzminecz, Bukovecz, Imbrikovczi Caproncze,* & *Thurnaſſiczæ* Comitatus Veroviticenſis. Item in Militari Generalatus Varasdinenſis Jurisdictione. In *Pitomacha, Kloſter, Gyurgyevecz, Molve, Dernye, Virje, Miholanecz, Camarchæ, Ivanecz.* Archidiaconus *Goricenſis Parochias habet,* partim in Sclavonia, diſtrictu Podgorje; partim trans Colapim, conſequenter in partibus Croatiæ. Sunt vero Ciſcolapianæ *Pleſſivicza, Turan, Jaſzterbarſzko* ſeu Jaſca, *Petrovina, Kraſſich, Verhovacz, Sipek, Hernetich, Dubovacz, Rechicza, Pribich, Ozaly, Tergh, Zaverſsje;* Transcolapianæ: *Carolſtadium* per Franciſcanos adminiſtratur, *Mreſnicza* utraque Militaris Juriſdictionis, tum *Mekuſsje, Mahichno, Novigrad, Lipnik, Boſziljevo, Szlavetich.* Archidiaconus *Kemlek* in militari & Regnicolari territorio, ſuas habet Parochias. Regnicolares ſunt: S. Joannis in *Zelina. Bedeniczæ, Hraſchina, Magyerovo, Viſzoko, Biſzag, Rakovecz,* alias Rakonogh, *Verbovecz, Lovrechina, Preſzeka, Raven, Dubovecz, Miholcz, Orehovecz, Glogoncza*

Hiſtor. Balthaſaris Kercſelich.

goncza: Gyurgyicz, *Criſium*, *Kalnik*, *Reka*. In Militari autem territorio: *Chverſztecz*, *Topolovecz*, *Czirkveno*, *Sabno*, *Trem*, *Nevinecz*, *Troiſztvo*, *Capella*, *Racſa*, quæ diſtingui debet, a Præſidio ad Savum Inferioris Sclavoniæ. *Archidiaconus Vaska* trans Dravum in Comitatu Szimeghienſi, obtinet Parochias: in *Vizvar*, *Babocſæ*, *Berzencze*, *Chorgo* & penes noviter erectam in *Taráin*. *Kaniſienſis* autem controvertitur cum Epiſcopo Veſprimienſi. Veteres carthæ docent eam eſſe Epiſcopatus Zagrabienſis, per quem etiam poſtquam Caniſâ Turcæ ſunt remoti, quod erecta ſit, & adminiſtrationi Franciſcanorum tradita, eorundem docent carthæ. *Chaſmenſis* in militari territorio habet Parochias: *Chaſmæ*, *Draganecz*, *Steffanje*, *Szamariczæ*, in *Ivanſzka*, *Ternoviticzæ*, *Thomaſſitzæ*, *Gareſſniczæ*, ad S. Crucem in *Obed*. In Regnicolari autem Juriſdictione *Kuttinæ* Comitatus Poſegani. *Oſzekovo*, *Ludinæ*, *Ivanichii*, *Gradecz*. Archidiaconus *Bexin*, trans Dravum Muramque eſt, adeoque in Comitatu Szaladienſi. Pars trans Dravana, inſulam *Muraköſz* complectitur, & has Parochias: *Cſaktornjæ*, *S. Georgii in aquis*, *Stridonii*, *Pomurje*, *Szelnicza*, *Bellicza*, *Szoboticza*, *Nedelihche*, *Prelog*, *Podturen*, *S. Georgii in Spinis*, *Vidovecz*, *Legrad Oppidi*, *& ad S. Michaelem in monte Legrad*. Trans Muram vero, *Lendve*, *Ballatinecz*, *Turniſche*, *Lenthii Dobronag*, *Cheſtreg*, *Szechiſzigeth*, *Paka*, *Szent-Miklos*, *Szemenje*, *Becz*, *Banok Szent-György*, *Totſzentmarton*, *Szöpetnek*, *Bagonja*. Porro in his Transmuranis partibus, & ſub fatis Parochiis, ſunt quoque religionis Proteſtantis poſſeſſiones plures & loca, quædam plane articulis firmata. *Varasdinenſis Archidiaconus*, ſequentes habet Parochias: *Varasdini*, *Sabnik*, *Kriſovljan*, *Petrianecz*, *Vinicza*, *Vocſa*, *Maruſſevecz*, *Ivanecz*, *Bela*, *Toplica*, *Biskupecz*, *Vidovecz*, S. Eliæ *in Obreſſ*. Demum Archidiaconus *Urbocz* verſus Stiriam fluviumque *Sutla*, Quinque habet Parochias, nempe: *in Roſzgo*, *Tuhelii*, *Kis-Tabor*, *Szella*, & *Jezero*. Itaque ſunt actu Dioeceſis hujus Zagrabienſis, ſub Zagrabienſi Epiſcopo Parochiæ 256. Harum quædam ampliſſimæ ſunt, ut ideo Parochorum exigui ſint, qui Cooperatore ſive Capellano deſtituerentur; quidam vero duos, pluresque tenerent. Sed inſuper ob conventus Franciſcanorum, per Dioeceſim locatos, ab his quoque juvantur, hoſque in ſubſidium vocare ſolent. Eſt quoque ſciendum: ex relatis Parochiis, plurimas eſſe, quæ ſub ſuæ Parochiæ limitibus, alterius juriſdictionis pagos villasque haberent, in Sacramentorum enim adminiſtratione non attenditur temporalis juriſdictio, neque huic, Spirituali illa præjudicatur, ſed Chriſtiani populi, ſive neceſſitas Spiritualis, ſive explendæ religioſæ Obligationis commoditas.

II. Habet fata Zagrabienſis Eccleſia, Tria ſtatus Clericalis Alumnorum Seminaria. *Zagrabienſe* vulgo Chernaſzkola vocitatum, ubi humaniores quoque Scholæ ab Eccleſiaſticis Presbytheris docentur. *Viennenſe* vulgo *Collegium Croaticum* appellatum: *Bononienſe* quod ibi Collegii Hungarici nomine venit. *Poſegæ* item fundatione carens, at Epiſcopali pietati ſubſtratum. Eminentiſſimorum S. R. E. Cardinalium gratia, ad *Collegium S. Appollinaris* Romam plures ex hac Dioeceſi ſuſcipiuntur, ut univerſim in his Seminariis, centum incirca juvenes, ſoleant provideri. Sed cum Dioeceſi non ſufficerent, ex Zagrabienſi Academia, Univerſitatum item aliarum ſtudioſis, ad Statum Clericalem aſſumi conſueverunt. Eſt quoque proviſio pro deficientibus Sacerdotibus, quæ *domus deficientium* Zagrabiæ ſita eſt, ſicque audit.

III. Eſt Capitulum duplex. Cathedralis videlicet Eccleſiæ Zagrabienſis, actu conſtans ex 28. Canonicis, qui in Prædiis optionibuſque ordinem ſeniumve promotionis attendunt. In Capitulo, quatvor ſunt dignitates, nempe *Præpoſitus*, Collationis Regiæ; *Lector* cujus eſt expeditiones ritè facere, hiſque invigilare. *Cantor* ea quæ Chori ſunt dirigit. *Cuſtos* Cathedralis Baſilicæ curam habet. Hos ſequitur Præpoſitus minor, ſive Chaſmenſis. *In Choro* autem & ſtallo, hic Præpoſitus præcedit Cuſtodem, Quin & Archidiaconi, quorum majores dicuntur, *Cathedralis*, *Dubicenſis*, & *Camarcenſis*, reliqui minores appellantur videlicet: *Goricenſis*, *Kemlek*, *Vasca*, *Chaſmenſis*, *Bexin*, *Varasdinenſis*, *Urbocz*, hunc intra ſe ordinem ſequentes. Sequitur hos Cuſtos, hunc 13. Canonici *Magiſtri* vocati. Olim habitu quoque diſtinguebantur, ſed ex Brevi *Clementis XII.* nunc omnes Prælatitio æqualiter fruuntur, appellanturque Proto-Notarii Apoſtolici. Olim *Archidiaconi* in ſuis diſtrictibus habitabant reſidebantque, ut oculus Epiſcopi, & Vicarii nati, hinc Magiſtri Canonici, & Epiſcopo fuere ad latus, & cum Dignitatibus Capituli, rebus hujus, atque Eccleſiæ conſulebant. Hodie Zagrabiæ omnes ſunt, demptis Bonorum Præfectis, & Rectoribus Bononienſis Vienenſiſque Collegii. Ipſum Capitulum Collegii inſtar, muris cinctum eſt, duas habens majores portas, ac ad has ſubditorum ſuorum Vigilias, alteram Verſus meridiem, ad Septemtrionem alteram. Minores portæ duæ ſunt, ad Orientem una, qua itur ad Epiſcopalem reſidentiam, & Cathedralem Baſilicam; ad occidentem eſt altera

Digitized by Google

ra, viam breviorem præbens, ad Civitatem Regiam *Montis Græcenſis Zagrabienſis.* In ambitu cincturæ hujus, ſive inter ſepta hæc, Canonicorum Collegii, ſunt ordine ſuo 26. Canonicales Reſidentiæ, atque intra has parte ex una *Seminarium Clericorum* cum Scholis; parte vero ex altera Conventus cum templo PP. Franciſcanorum Provinciæ S. Ladislai, ubi *ſtudium* ut illi vocant *Generale 1mæ Claſſis*, Philoſophicum ſcilicet, ac Theologiæ jam melioris. Ab Eccleſia hac Franciſcanorum, Spatium ſemitaque eſt, diſtinguens & dividens a Canonicorum reſidentiis, Plateam *Oppatovina* ſive Abbatialem vocatam. Hæc intra muros Collegii Canonicorum eſt verſus occidentem & reſpectivè meridiem poſt templum Conventumque Franciſcanorum. Sunt in ea domus variorum neceſſariorumque artificum, tum *Domus Sacerdotum deficientium*, Templum Parochiale B. V. M. quod olim erat *Abbatia* Ciſtercienſium *de Campo Zagrabienſi vocata*, & ſub Mathia I. Rege, ob latas leges derelicta, ac Succeſſivè Seminario Clericorum applicata, Regia beneficentia, licèt Abbatiæ hujus Bona, utpote Sæcularizata, perexigua nunc Seminarium poſſideat. Eſt Comitis *Joannis Patachich* domus, Parochi ædes, & aliquod Civium domus ad portam meridionalem. Forum, ad latus hujus ædes olim publicorum congreſſuum. Poſt muros Capitulares, ſunt ædes, quæ *Civium Capitularium* dicuntur intra quas Xenodochium pro pauperibus *Capitulare* vocatum. Illi vero qui in *opatovina* ſunt, ſive intra muros. Cives *areæ Capitularis* vocantur. Habent ſuum judicem, Notarium & quatvor juratos. Appellatio ab his eſt ad Capitulum ut *dominos terreſtres*. Fluvius *Czirkvenſchak* alias etiam *Medvednicza*, dividit jurisdictionem Capitularem a Civitatis Montis Græcenſis territorio.

Capitulum vero Zagrabienſe, qua tale, ſuam debet nativitatem *Prodano I.* qui Zelinam novumque Prædium empta, pro Capitulo applicuit. Tum Andreas II. Rex, *Vratche* & *Zaverſzje* donando, quatvor fundavit Canonicos. *Stephanus I.* Zagrab. Epiſcop. *Bona Eccleſiæ* antea communia diviſit, partem horum Capitulo applicando; partem reſervando pro Epiſcopis. *Capitularia* adminiſtrabantur in communi ad annum 1326. quo pars illorum, ut pag. 124. Hiſt. Eccl. Zagr. in portiones ſive prædia Canonicorum eſt diviſa; pars autem ſub communi relicta, Præfectorum & Decani adminiſtratione. In his, temporalem etiam, ſive dominalem exercet Capitulum jurisdictionem, & ſecundum elargita Regum privilegia, ſubditi Eccleſiæ, ab aliis jurisdictionibus ſunt immunes. Verum a Capituli ſententiis, ad Regem qua Patronum, ſuo modo fieri debet appellatio vel provocatio.

Idem Capitulum, curam gerit Collegiorum, Xenodochiorum, Cathedralis Baſilicæ, fundatorum perpetuorum Sacrorum, obligationum in diverſis per Diœceſim Parochiis, ac in ipſo Capitulo: quod ipſum fundus eſt, *Piarum Summarum* ut vocamus, quibus providetur neceſſitati & conſervationi Regnicolarum. A tempore Franciſci Erghelii Epiſcopi, Conciones Dominicis Feſtisque diebus, in Cathedrali Canonici ſuo ordine obeunt, demptis dignitatibus Capituli, & Chaſmenſi Præpoſito. Archidiaconi: Cathedralis, Goricenſis, Bexin & Urbocz, in quavis Concionum ſerie, duas habent, cœteri in quavis ſerie unam.

Aliud Capitulum collegiatum eſt Chaſmenſe. Hoc antiquiſſimum eſſe monumenta evincunt. Ejus olim ſedes Chaſma erat. *Stephanus II.* Eppus Zagr. *de genere Sol.* novam condendo Cſaſmam, hoc quoque Capitulum anno 1232. reſtauravit. Eſt autem *Chaſma*, nunc ſub jurisdictione Generalatus Varaſdinenſis, in Regno Sclavoniæ Comitatuque Criſienſi. Capitulum hoc, habuit olim iſthic ſuam Eccleſiam, Præbendarios, Altariſtas. Conſtabat 12 Canonicis, ac inſuper Præpoſito, qui eſt unus ex Canonicis Zagrabienſibus, ut ideo qua extraneus, ad res Chaſmenſis Capituli, nullum habeat influxum, nec ab eiſdem recognoſcitur ultra titulum. Verum *Lector Capituli* omnia diſponit, eſtque primus in Capitulo. Tum *Cantor*, *Cuſtos*, cæterique Canonici ſecundum promotionis ſeriem. *Ladislaus Poſthumus* anno 1453 in favorem Capituli hujus, dedit plenam facultatem, quibusvis Regni Nobilibus poſſeſſionatis, uſque ad vires 50 ſeſſionum, Capitulo huic liberè donandi, vendendi & legandi. Ad *Bottinovecz* anno 1422 ſunt ſtatuti. Mathias I Rex anno 1481 ſigillum eiſdem reſtituit. Anno 1521 per Balthaſarem de Batthyan & Joannem Cheſmicze, fuère ſpoliati, quam ob rem contra eoſdem tum facta anno 1522 extat inquiſitio, fuèreque 1523 evocati. Sed Ludovico II mortuo, cum Simon Eppus Zagrabienſis Joanni Zapolyæ adhæſiſſet, ipſi quoque, conſiderabantur a Ferdinandeis ut Ferdinandi inimici; hinc Ladislaus Kaniſai & Georgius de Kapolna, quædam bona Capituli hujus impetraverant, ipſum vero Capitulum ab uſu ſigilli fuerat exturbatum. Vivente Simone Epiſcopo ad annum uſque 1543, res Capituli hujus debiles fuère. Mortuo autem Epiſcopo, Ferdinandus I. anno 1544 *Zvibovecz*, Buttinovecz, aliaque loca iisdem reſtituit, ac inſuper 1550 uſum ſigilli. Regia hac gratia diu eiſdem frui non licuit, equidem anno 1553 Ulamanes Turca (vide Iſthvanffium) has regiones devaſtando, Chaſmam obtinuerat, quam tametſi reliquiſſet,

quiſſet, ob continuas Turcarum excurſiones in deſertum venerat, ut mediis vitæ deſtituti Canonici, anno 1569. in publica Regni Sclavoniæ Congregatione, teſtantibus actis publicis, ob inopem vitam ſuam, authenticum Capitulare ſigillum reſignare voluerint, ſeſeque ad aliena Eccleſi. ſervitia conferre. At Regnicolaribus ob jura ſua & Reg. recipere Sigillum nolentibus, clementiæ Maximil. fuère commendati: a quo Præpoſituram B. V. M. Glogoncza, per Præpoſitum adminiſtrandam obtinuerant. Sed Præpoſiti ſuis commodis ſtudioſiores fuere, quam Capituli; ideo *Joannes Monoſzlaii Eppus Zagrabienſis*, cauſa etiam ſecuritatis (cum Monoſzlo ſive montem Claudium Turcæ tenuiſſent) idem Chaſmenſe Capitulum Zagr. tranſtulit, ubi hodiedum manet. In Capella Epiſcopali B. V. M. armare unum pro tabullario habent. Poſſeſſionem Bottinovecz in Criſienſi Comitatu unicè retinent. Bona illorum Cœtera, ſub jurisdictione Generalatus Varasdinenſis ſunt, adeoque militaria. Pro his egerunt toties, & anno 1628. per Octavalis fori ſententiam, ſunt illis adjudicata: Vetus Chaſma cum pagis Byenik, Piſzulinecz, Glogovecz, Caſtelloque Zviboucz, excepto præſidio. Quam ſententiam confirmavit Leopoldus anno 1700. Die 17. Septembris. Sed in effectum non venit, quod diverſa eſſet jurisdictio, videlicet Militaris, a jurisdictione judicis adjudicantis. Articulo etiam 113. anni 1715. intra reliquos, Capitulo quoque Chasmenſi: aut ſuorum reſtitutio, aut bonificatio ſpondetur. Attamen quamvis aliis facta ſit, Capitulo huic nil obtigit. Præpoſitura autem Glogoncenſi hac via orbati ſunt: Caſpar Ztankovachkii ex Præpoſitura Chaſmenſi Epiſcopus Zagrabienſis factus, hanc retinuit penes Epiſcopatum: Poſt Vincentii Mislenovich 1609. mortem, *Simon Bratulich* ut fuerat Eccleſiaſticis infenſus, cum ſuis temporibus Jeſuitæ Zagrabiam veniſſent, ut his mediantibus Locumtenentiam Banalis officii obtinere valeat, ſuſtentarique apud Ferdinandum, Præpoſituram dictam, In Zagrabienſe collegium Patrum Societatis Jeſu transtulit. Hac de re Tom. 2. Hiſt. Eccl. Zagr. copioſe cum circumſtantiis ſcribimus. Itaque, hodie Chaſmenſe Capitulum caret bonis, Eccleſia, & quibusvis Sacris functionibus, demptis duntaxat iis, quæ illi ut loco authentico ob Sigillum, ex legum præſcripto competunt, poſſeſſione item memorata *Bottinovecz*. Et cum redditus Canonicales perexiguos habeant, ſolent ab Epiſcopis Zagrabienſibus, beneficiis aliis proviſi, puta Parochialibus vel Præbendis, ad hos titulos, Canonici Chaſmenſis promoveri. Quorum ut ſupra dictum rebus, *Lector* præeſt. Ad Congregationes Regni Sclavoniæ veniunt, & ad Diætas, per *Regales* vocantur, utrobique voto & ſeſſione gaudent.

IV. Sunt quoque præter memorata Capitula, Præbendarii Cathedralis Eccleſiæ Zagrabienſis Nro duodecim, qui *Collegium Præbendariorum* vocantur. Hi olim erant *Altariſtæ*, ut nunc etiam Præbendæ illorum, ab aris denominationem habeant, videlicet: *S. Barbaræ*, *Ss Fabiani & Sebaſtiani*, *S. Michaelis*, *S. Eliſabeth*, *S. Mariæ Magdalenæ*, *S. Georgii*, *SS. Coſmæ & Damiani*, *S. Catharinæ*, *SS. Gervaſii & Protaſii*, *S. Jacobi*, *S. Dorotheæ*, *S. Urſulæ*. Succeſſivè ob Canonicorum Zagrabienſium occupationes, præcipue: quod olim Archidiaconi in ſuis Archidiaconatibus reſediſſent, Canonici autem ſatisfacere quibusvis nequirent, a Capitulo ſunt fundati, excisaque illis prædia; reſidentiæ aſſignatæ, obligationes Sacrorum perpetuorum datæ, ea ſub obligatione: ut Canonicos in Cathedrali Eccleſia ſuppleant. Hinc eorum eſt officii: Horas Canonicas cum alumnis in Cathedrali decantare, Matutina ſacrificia abſolvere, & quidem Miſſam de B. V. M. Cantatam, de Ssma autem Cruce, & S. Rege Stephano, lectam. Tum pro Canonicis, ut vocamus *Aſſiſtantias* obire, dempto eo, dum ordinarius ageret Pontificem. Sacra item ferialia, & certorum feſtorum. Ipſi ad Aram majorem Miſſas Conventuales, pro Canonicis peragunt. Cum porrò a Capitulo fundati eſſent, hujusque acceſſorium, ad horum vacantia beneficia, Capitulum *jus patronatus* exercet, Capituloque ſubſunt, ut Hiſt. Zagr. pag. 93. Ipſi intra ſe vivunt collegialiter, habentque *Decanum ſuum*, apud quem, dum opus eſt congregantur, diſponuntque de ſuis. Vocantur quoque Canonicorum *Capellani*, quod eos in Eccleſia ſuppleant. Olim in ipſis Statutionibus ſupplebant, hoc nunc non obtinet. Hos Præbendarios etiam ex Concivibus multi (Sic rerum domeſticarum pollent notitiis) confundunt cum Chaſmenſibus Canonicis, ac pro iisdem accipiunt putantque; cum nihilominus diſtinguantur. Cauſa confuſionis eſt, quia ex his Præbendariis quidam, ſunt etiam Canonici Chaſmenſes, ob archivum & expeditiones, ac de præſenti quatuor tantum ex Præbendariis ſunt Chaſmenſes Canonici. Præbendariorum domus & reſidentiæ ſunt illico poſt portam Septemtrionalem Capituli, in Vico Capitulari *Novavilla* vocato. Singulus ſuam habet domum cum acceſſoriis, horto nempe &c. ſunt ordine ſuo collocati. Poſt illos Cives Novovillani, ſuo gaudentes judice, intra quorum fundos, ſunt æque Canonicorum Zagrab. allodia. *Parochus* ad S. Joannem Baptiſtam *Novovillanus* Juris Patronatus Capituli, anno

1347.

Digitized by Google

1347. *a Joanne Archidiacono de Guercſe*, immortalis memoriæ Viro, fundatus; ut docent litteræ Capituli in Vigilia B. Laurentii Martyris 1347 expeditæ. In quibus: *Pro loco ipſius Eccleſiæ, pro ſignis infraſcriptis, terram in dotem & pro uſu Plebani ejuſdem Eccleſiæ, pro tempore conſtituti, cum decimis omnibus, in blado quocunque vel grano totius territorii Novæ villæ prædictæ deputavimus in perpetuum & donamus. Quæ quidem terra incipit a parte occidentali a fluvio Czirkvenſchak vocato, & protenditur ultra magnam viam verſus orientem, uſque terras Domini noſtri Epiſcopi, ad vicum latinorum pertinentes; cujus latitudo occupat & dicitur continere ubique 200 brachia ad menſuram pannorum.* Jacobus II Epiſcopus Zagrabienſis, de dato 6. menſis Decembris anno Nativitatis Dñi 1337, fundationem Parochiæ hujus indulſit, *jus patronatus* Capitulo tribuendo. En quædam verba ex litteris Epiſcopi. *Et ut honor noſtræ Eccleſiæ augmentetur; & commodum procuretur, præcludatur in quantum eſt poſſibile malefactorum aditus, honorabilis vir D. Joannes Archidiaconus de Guerche nobis humiliter ſupplicavit: quatenus Eccleſiam in honore ejuſdem glorioſi præcurſoris ædificandam de novo, ipſius Archidiaconi laboribus & expenſis, in loco decenti, in territorio fratrum noſtrorum Zagrabienſis Capituli, in loco villæ de novo congregandæ, ſupra vicum eorundem fratrum noſtrorum verſus orientem, dignaremur aliqua ſpeciali prærogativa decorare. Cujus nos devotis precibus inclinati, de eorundem Fratrum noſtrorum conſilio, tenore, præſentium concedimus, ut ipſius Eccleſiæ ædificandæ, per tempora in futurum exiſtat, & vocetur Plebanus, & illa libertate & prærogativa gaudeat, qua cæteri Plebani in noſtris, & Eccleſiæ noſtræ tenutis præfulgent. Salvo, quod jus Patronatus ejuſdem Eccleſiæ, ad eoſdem Fratres Zagrabienſe Capitulum pertineat pleno jure. Quibus quidem Fratribus noſtris concedimus, quod ipſam Eccleſiam ædificandam poſſunt, & valeant dotare, prout eiſdem videbitur expedire &c.* Nicolaus vero I. Parochos Novovillanos Epiſcoporum Capellanos, anno 1351 conſtituit, ut ideo *nati Capellani*, Epiſcoporum Zagrabienſium dicantur. En officii honoriſqe hujus documentum.

„ Nicolaus Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus Zagrabienſis, univerſis præſen-
„ tium notitiam habituris, ſalutem in Domino ſempiternam. Ea quæ in augmentum hono-
„ ris noſtræ Eccleſiæ, & ad ſupportandum officii noſtri debitum poſſunt diſponi utiliter,
„ ſunt proculdubio ſagaciter advertenda. Perpendentes igitur quia ubique ad hæc tempo-
„ ra, per noſtros Prædeceſſores non invenitur proviſum fuiſſe, de certa perſona idonea,
„ quæ in Miſſis celebrandis in noſtra Eccleſia majori, juxta ordinationem antiquam ſup-
„ portaret Epiſcopalem perſonam, ſed invitabatur quandoque unus, & aliquoties alter,
„ & interdum inſufficiens Sacerdos, ad ſervandas hebdomadas Epiſcopales in Miſſæ offi-
„ cio, quæ nobis minime placuerunt. Ideo nos volentes, honori Epiſcopali provide con-
„ ſulere in hac parte, diſcretum virum Dominum Blaſium, primum Plebanum Eccleſiæ
„ SSmi Joanni Baptiſtæ de Zagrabia, in noſtrum ſpecialem recepimus Capellanum, ipſum-
„ que & ſuos ſucceſſores per tempora, tali prærogativa inter cœtera duximus honoran-
„ dos: quatenus ipſe Blaſius Plebanus, & ſui ſucceſſores, pro ſpecialibus Capellanis Præſu-
„ lum Zagrabienſis Eccleſiæ, de cœtero habeantur, ipſaſque hebdomadas Epiſcopales, quo-
„ ties occurrerent, providendas in Miſſæ officio, teneantur cum devotione debita obſerva-
„ re. In quorum præmiſſorum teſtimonium, præſentes duximus concedendas. Datum 17
„ Menſis Maji Anno Dñi 1351." Ob hanc prærogativam Capellanatûs, Parochus iſte in ſupplicationibus publicis intra Canonicos locum habet, primuſque Parochorum habetur. Hinc quia Epiſcopum ſuppleret, ut Præbendarii Canonicos, ejus quoque meminiſſe voluimus.

V. *Præbendarii* olim fuêre in diverſis per diœceſim Eccleſiis, ut teſtantur memoriæ, ac veteres Diœceſis deſcriptiones. Hodie ſunt in Parochia Civitatis montis Græcenſis Zagrabienſis tres, Varaſdini unus, *Jaſcæ* ſive Jaſzterbarſzko duo. Hi Parochos in rebus Divinis peragendis adjuvant, eiſque adſtant. Quondam pſalendo canendoque, Divina officia peragebant, ut mox relaturi.

VI. Cathedralis nunc Baſilicæ meminiſſe voluimus. Hæc in medio reſidentiæ Epiſcopalis ſita eſt, adeoque intra muros arcis Epiſcopalis. Tota eſt ex lapide ſecto & perpolito, Regum, Epiſcoporum, Capituli aliorumque Benefactorum liberalitate conſtructa. Longitudo ejus 219 pedum eſt, latitudo 98, altitudo autem 72. Ad ingreſſum portæ majoris, utroque in latere turris olim fuerat. Utraque ab Hiſpanis ſub Ferdinando I. & Simone I. Eppo Zagrabienſi, ruinata fuerat, quarum ſucceſſive unam, *Franciſcus Erghelius* exſciſſo politoque lapide repoſuit, altera ultra templi fornicem non aſcendit. Internè, per medium Choro dividitur, ut externam internamque Eccleſiam merito vocare poſſis. *Externa*, populi eſt, Ritu ſi non Græco, profectò veteri. *Interna* quatuor ferreis cratibus & portis ſub choro

clauſa, proprie Cleri eſt. Hæc in tres naves dividitur. *Pars media* Cleri eſt, ubi intra portas duas, quibus clauditur, eſt Epiſcopi *Status*, cum genuflexorio ex lapide ſciſſus; aditus ex utroque eſt latere, duobus gradibus elevatus. *Baldachinum* ligneum affabre inciſum, quatuor columnis ligneis ſuſtentatum, paries a dorſo tabulis contectus, cum inſignibus *Petri Domitrovich Epiſc. Zagr.* anno 1618 poſitis. Superne floribus ligneis pyramidalibus, inſignibuſque fati Epiſcopi exornatum. Ex parte utraque eſt feneſtra ad exteriorem Eccleſiam, tum porta. Ante Epiſcopi ſedem, eſt chorus Alumnorum Præbendariorumque, cum pulpitis libriſque choralibus. A porta utraque, ex utroque latere, elevatiores Canonicorum affabre formati Stalus lignei cum ſedibus, ſpatium habentes, ut commodius aſcendantur. Intra quos pulpitus, *liberque Antiphonarum & Gradualium*, ad quæ Canonici conveniunt. Poſt Canonicorum Stalus, ſpatium aditusque ad laterales internas Capellas; directe autem, marmorei gradus ad *Sanctuarium*, *Aramque majorem*, quæ eminent. *Sanctuarium* ſpacioſius, tum marmoreæ columnellæ, cum menſula protracta, & in medio porta, ad Aram majorem. In fine harum collumellarum ex latere utroque Ara marmorea, ex eleganti optimoque marmore albo, una *Cœnæ Domini*, altera *S. Lucæ*. Intus Ara major, magnifica altaque; ſuis ſtatuis & picturis ad clauſuram, ſive portas aptata ſub Patrocinio tituloque: *Aſſumptæ V. Mariæ*, & *S. Regis Stephani*, ut ideo *Szveti Kraly*, hoc eſt Sancti Regis vocetur. Aram hanc Franciſcus Erghelius Epiſ. Zagrab. poſuit. *Navis Septentrionalis* ſive a cornu Evangelii, ſanctuario hoc inferior, & a Canonicorum Stalis patens, continet *Aram S. Regis Ladislai*; tum ex utroque latere Stalos inſtar Canonicalium, ac poſt hos Aras laterares; *S. Pauli Apoſtoli*, & *Omnium Sanctorum*, infra quas ſunt Stalus; & in medio porta, ex ferreis cratibus. In hac navi, ſeu Capella, ſepulturæ ſunt communes Canonicorum. Ad latus navis hujus eſt *Sacriſtia duplex* exterior videlicet, ubi etiam ara *SS. Petri & Pauli Apoſtolorum*, & ex hac, *Sacriſtia interior* primo, ubi *Ara S. Luciæ*, & conſervatorium ſuppellectilis precioſioris, ac ſacrarum Reliquiarum. Tum gradus ad Tabullarium, portaque minor pro exitu. *In Navi vero meridionali*, ſeu a cornu Epiſtolæ, quæ Capella etiam Epiſcopalis vocatur, quod publicæ ordinationes, cœteraque Epiſcopalis miniſterii peragi iſthic aſſoleant, Ara major eminentiorque eſt *BSS. V. M.* Capituli Chaſmenſis pro Archivo armare, Stalus, & poſt hos aræ marmoreæ *SS. Coſmæ & Damiani* parte ex una; ex altera autem *SS. Gervaſii & Protaſii*, iterum Stalus, ac in horum medio porta. In Capella hac ſingulis ferialibus diebus, & mane *Miſſa cantata de B. V. M.* & per Adventum *Rorate*. Aque hæc eſt pars templi hujus interior, quæ ſuperne ſat amplo choro, ab uno Baſilicæ pariete ad alium, ſeparatur & clauditur. Porro *Chorus iſte* parte ab utraque ſupra columnellas menſis clauditur. A ſeptremtrione, organum majus minuſque habet, quo ſeparato, ſervit advenientibus. In medio eſt *Crucifixus*, ad populum verſus ad quem ejuſdem populi eſt devotio, ob gratias quas conſequuntur. Ad finem partis meridionalis eſt ara *SS. Trium Regum-* Salvatorem noſtrum adorantium, portaque minor ad Epiſcopi reſidentiam. Sunt gradus limaces inde ad exteriorem Baſilicam, ubi ſubtus chorum, Aræ quinque, nempe: *S. Achatii ſociorumque MM. S. Hieronymi, SSmæ Crucis marmorea*, ad quam aram feſtis dominiciſque diebus cauſa populi, cantatum de B. V. M. Sacrum abſolvitur, *S. Franciſci*, *S. Dorotheæ*. Tum per medium, ad columnas fornicem ſuſtinentes aræ elegantes ſunt *S. Catharinæ*, *S. Barbaræ*, *S. Emerici*, *SSmæ Trinitatis*, & hæ marmoreæ. *S. Eliſabeth*, & *S. Nicolai*, operis plaſtici. Ab his aris ſpatium eſt, correſpondens, navibus ſupra memoratis, & in medio hujus ſpacii, ara elegantis marmoris *S. Michaelis*, tum verſus partem meridionalem ad parietem ara marmorea *S. Mariæ Magdalenæ*. Sacellum *S. Joannis Baptiſtæ*, ara *S. Urſulæ*, demum *S. Jacobi Apoſtoli*, intra has aras *S. Pœnitentiariæ* confeſſionalia ſunt. Ex hac parte introitus ad turrim eſt, ab ara S. Nicolai. A ſeptemtrionali ora, ſub choro prope aram S. Dorotheæ, eſt porta minor ad Eccleſiam, tum in parte illa, aræ *S. Georgii M. & Auguſtini Eppi Zagrab. marmorea. S. Joannis Nepomuceni, SS. Fabiani & Sebaſtiani.* Eſt ingreſſus ad turrim, quæ necdum repoſita eſt. Et abinde ad aram S. Michaëlis veniendo, quæ intranti prima ſe objicit, ſunt Stali ex parte utraque, ad portam uſque majorem, in medio collocatam. Structura totius Baſilicæ elegans artifque eſt. per totum 18 columnis conſtans pro fornice ſuſtinendo. Hinc ſuas habet intermedias ligaturas, & pro templi diſpoſitione, hic altior, hic demiſſior. Admirari obſervavi a peritis, ligaturas illas, quæ ſunt a Columnis ad parietes extenſæ ac inæquales, & ſine ferro. Ad Columnam intra aras S. Catharinæ & Emerici, eſt *ambo*, *ſive pulpitus marmoreus*, pro ſacris Concionibus, quæ mane poſt horam ſunt ſeptimam, peractamve elevationem conſecratæ materiæ, incoat concio, Pontifexque reſiduum Sacri, legendo abſolvit. Hæc eſt ſimplex relatio Baſilicæ hujus, cujus in ſingulis hiſtoria, volumen efficeret.

Habet

Habet particulares Ritus: Miſſale, Breviarium, Graduale, Antiphonarium, ac ut ajunt Rituale Miſſali adjunctum. Hæc omnia, ab Eccleſia olim *Goricenſi* accepit, de qua Eccleſia, altiſſimum eſt apud Scriptores noſtros ſilentium. Hæc in ipſa Baſilica hodie quoque obſervantur, verum in Sacris Conventualibus Miſſæ, in choro autem Breviarium. Olim per totam Diœceſim ſervabantur. Sed defectu horum, cum non reimprimantur, Miſſale Breviariumque Romanum ſubintroducta ſunt, quamvis in Tridentino permiſſa fuerint, & in Synodis nationalibus tutata conſervataque. Ut hodie omnino per Diœceſim, Romano Miſſali, Breviarioque utamur, *unice in Cathedralis Eccleſiæ choro, proprium Zagrabienſe obſervatur.*

Chorus autem prope perpetuus eſt, nam mane intrant cum Præbendariis Alumni, incoantque a Sacro cantato de B. V. M. poſt hoc, hora prima abſolvitur. Hæc major eſt ac in Romano, præcipue diebus Dominicis. Feſtiſque diebus à *Prima* incoant, tum Miſſa Solennis, Concio. Ferialibos autem diebus poſt *Primam*, ſi ſint anniverſaria defunctorum, abſolvuntur. *Hora nona* intrant Alumni, Præbendarii; abſolvuntque *Tertiam*. Canonici quoque adveniunt, eſtque Sacrum Conventuale, pro ratione feſti, ſæpe cum Proceſſione poſt *Aſperges*, intra vel extra Eccleſiam. Poſt hanc ſacrum cantatum, & hoc finito, abſolvitur *Sexta*. Hæc Feſtivitatum ſolenniis, ultra horam undecimam aguntur. Hora iterum 2da, aut in æſtate 3. intratur; & decantata nona, incoant Veſperæ, ſecundum rubricas (hæc in quadrageſima poſt Miſſam Conventualem ſunt.) Tum ſi non ſit feſtum ſolenne, & occurrant Veſperæ defunctorum; abſolvuntur. Poſt *Completorium*, cum Antiphona conveniente *Salve Regina*, aut &c. Incoat ſequentis diei *Matutinum* cum Laudibus, quæ majoribus feſtivitatibus ad horam ſextam & ultra protrahuntur. In Vigilia Nativitatis Domini, hora *noctis undecima* intratur, durantque Cæremoniæ & Cantus, cum Sacro, ultra horam 2dam. *Sexta* hora propter primam intratur, duratque devotio cum concione ad octavam. A *Nona* ultra horam undecimam, Sacrum ſummum eſt. Ab hora prima, Veſperæ Nativitatis, tum de ſequenti, Completorium; alterius diei Matutinum. Quævis hæc cantu chorali, & ſæpe cum organo. Æque in Vigilia Paſchatis. Olim plura erant ejuſmodi Matutina, ut *Epiphaniæ* &c. quæ hodie non ſunt in uſu. Horum conſideratione, deſcripta memorataque ab *Hieronymo Emſero* in vita S. Bennonis Epiſcopi Miſnenſis, continua illa pſallendi conſuetudo, iſthic ab inſtitutis Presbitheris *Acæmetaris* vocatis, neſcio an hic non vigeat? Hæc eſt antiquiſſima, & olim in hac Eccleſia erat continua, officii conſideratione. Interim videtur eſſe differentia, quod Emſerus, *Miſnenſis Eccleſiæ* morem, ad Regum ſepulchra refferat, quod olim etiam penes ſepulchra Croatiæ Regum obſervatum, deducit Farlatus, ut ſicuti hæc pſalmodia fuit pro mortuis; ita *Acæmetari* ob Cæmiteria, Cantores ſunt appellati. In hac verò Zagrabienſi Baſilica, ad laudem & honorem Omnipotentis Dei, cum continua ſint in cantu Divina officia, hæc peragentes, *Præbendarii* vocantur. An Monaſticus, chorus ille nocturnus, ab his *Acæmetariis* emanet, aliis inquirendum relinquo. Exiſtimo ſane, ſi quis Ritus, Eccleſiæ hujus Zagrabienſis Veteres deſcribendos ſuſciperet, cum combinatione Rubricarum, non ſolum de hac Eccleſia, ſed ab orbe erudito, multum mereretur.

Archivi demum meminiſſe voluimus, quod in Cathedrali Baſilica aſſervatur. Hoc *quadruplex* invenio. *Capituli ut eſt fidei dignitas* ex legum diſpoſitione, 2. ut eſt ipſius Capituli. 3. Chaſmenſe. 4. Archidiaconorum, ſeu Parochiarum Diœceſis, in armari penes Aram Joannis Nepomuceni collocatum. *Raphael Levakovich* in ſuis adverſariis hæc notat, ſcripſeritque Romam; *Canonicorum Archivum videre, nedum luſtrare licuit. Ex quo ut fertur multa pro hiſtoria; plura pro informatione, ſtatus & amplitudinis Eccleſiæ Zagrabienſis, plurima pro bono Epiſcopi haberi poſſent. Supplicandum eſſet Sanctiſſimo, dignetur adigere Capitulum, permittere luſtrare omnia monumenta & privilegia quæ in eorundem medio ſunt in ſecrario ſuperiori & inferiori, atque ut ſcripturarum paria dare - - quæ Eccleſiæ jura concernunt. Quæ proventus Eccleſiæ Eppatus Zagrabienſis concernunt in alio faſciculo, ex urbario ejuſdem Eccleſiæ per me compillato, affatim patent. Vide ibi. Ex Archivo Epiſcopali, atque majori ex parte ipſis Authographis Regum, & aliorum Collegi, atque ut plurimum in compendium redegi, ego Fr. Raphael Croatus Fr. Min. Obſer.* Utrum porro idem Levakovich, mandato juſſuque Pontificis, Canonicorum archivum perluſtraverit, plurimaque exſcripſerit (quorum quædam ad me ſunt devoluta) vel ad hoc permiſſus ſit, poſtquam obtento Samandrienſi Epiſcopatu, a Benedicto Vinkovich, Canonicus Archidiaconuſque Cathedralis fuiſſet conſtitutus, necdum erui. Hoc indubium eſt, memorandum iſtum terræ ſanctæ Commiſſarium, tam Romam quam & Venetias plurima ſubmiſiſſe. Ab illo taxas illas *annatarum* in Cancellaria Romana notatas, promanare, quas ex Impræſſa Romæ inſtantia anno 1748. duorum millium floren. iſthic eſſe adſcriptam,

tam, diſcimus, ita enim ibi: *come la ſudetta Chieſa di Zagabria, che nel' ſecoli andati era una delle principali Chieſe del Regno d'Ungheria, di maniera, che ne' libri della Rev. Camera Apoſtolica ritrovaſsi taſſata in fiorini 2000*, conſequenter ſecundum acceptionem Romanam, ad minus fl. 30 millibus, noſtratium florenorum valoris.

VII. De Epiſcopis Zagrabienſibus in opere *Hiſtor. Eccl. Zagr.* Satis commentamur, proinde lectorem eo relegamus. Ejus juriſdictionis eſt, *Vicus Latinorum*, ubi Parochialis Eccleſia, cum pauperum Xenodochio S. Martini. Fons a S. Auguſtino Epiſcopo occaſione ſiccitatis, ut habet traditio & recentiores ſcriptores, effoſſus benedictusque. In hoc aquam non deficere, experientia convincimur, vocari ſolet *pod Gradom* hoc eſt infra arcem. Arx ſive reſidentia Epiſcopalis, ad quam ex Orientali parte eſt currulis introitus. Hæc ab Epiſcopo *Georgio Braniugh* de novo e fundamentis eſt erecta. Verſus occidentalem partem eſt Bibliotheca, ab Epiſcopo Alexandro Mikulich erecta, rariſque plena libris & Mſſ. ſed quæ nec augetur, nec eſt publica. Habet Epiſcopus præter Spirituale forum, forum diſtinctum quoad Eccleſiæ ſubditos, cum vigore privilegiorum ſolius Epiſcopi ſubſint judicio. Hæc judicia, ab Epiſcopi juſtitiæ & æquitatis amore ac intelligentia, plerumque ſtant. Eorum qui Abbatiæ de Topuſzka ſunt, judex *Comes Curialis* vocatur. Qui vero ſunt Bonorum Epiſcopalium, *a Vicario temporaneo* judicantur, in Civilibus Criminalibusque. De foro hoc & Capitulari, ſunt fueruntque ab olim controveſiæ multæ, præcipue quod ad Comitatum ut *à foro dominali* non appelletur, videaturque *juriſdictio mere Privilegialis*, a Legali, quæ eſt Comitatuum & Tabularum diſtincta, ut hinc omnes promanent controverſiæ, dum pars, Legalem tuetur juriſdictionem; pars altera *Privilegialem* Regiæque Clementiæ, ex quo fonte, etiam Legales derivarentur juriſdictiones. Hinc Quæſtione in hoc ſubſiſtente & radicata, Reges tuiti ſunt ſemper & tuentur, Privilegialem hanc juriſdictionem, ut Regiæ poteſtatis teſtimonium.

VIII. Olim in Sclavonia hac, *Templarii* a Prodano I. Epiſcopo *Glogonczæ* fundati, multa tenuere. Extinctis his, *Cruciferi* SS. Sepulchri ſub regula S. Auguſtini florebant. *Ciſtercienſes*, tam in Toplica, nunc Thopuſzka, quam & Zagrabiæ erant. *Benedictini* ad S. Benedictum in *Alſo Batina*, hodie Botinecz in Parochia Sztupnik, ut conſtaret ex inſtrumento Cap. 7. deſcripto in Notitiis Quinque Eccleſienſibus, fueruntque ibi anno adhuc 1462. An autem hæc ipſa fuerit vocata Abbatia S. Egidii ad Savum, aut diſtinguebatur a priore, necdum erui: prouti & Abbatia S. Jacobi, cujus olim fuerit? mihi ignotum eſt. Benedictini in pluribus quoque fuère locis. *Præmonſtratenſes* quoque, Chaſinæ olim fuiſſe inſtrumenta docent. *Auguſtiniani*, Item *Dominicani* ſua in diverſis locis habuère domicilia. Zagrabiæ ad S. Nicolaum, olim fuiſſe Dominicanos, res certa eſt. *Moniales* ordinis Præmonſtratenſis, ample Ivanichii fuiſſe fundatas, extra dubium eſt, & nunc ab iis pagus *Opatinecz* appellationem ſervat. Fuere ſimiliter in *Remetinecz*, ac in locis pluribus. Omnes hi a Mathia I. partim ut non neceſſarii ſublati ſunt; partim ob leges a pag. 296. *ultra hæc* &c. loca ſua deſerere malluerunt, quam Regum ordinationibus parere. Addere viſum eſt, a nobis ex judiciali tranſumpto ſincere deſcriptas litteras Cruciferorum, quarum Originale, habent nunc etiam Planinenſes. Præbent tantarum rerum cognitionem.

„ Nos Nicol. Præpoſitus S. Mariæ Virginis de Golgoncza &c. Philip. Plebanus S. Mariæ
„ de Kalecz, Thomas Plebanus de Planyna, Mathias Senex Sacriſtanus, Dionyſius,
„ Mathias Niger, Nicolaus Organiſta, Dincus, Petrus Senex; totusque Conventus Cru-
„ ciferorum Sacroſancti Sepulchri Hyeroſolimitani ſub regula Sancti Auguſtini. Ne
„ temporum Succeſſione, quod per viros peritos & diſcretos publicè definitum eſt,
„ poſtea valeat recenſiri; congruum eſt vivaci litterarum patrocinio commendari. Unde
„ nos memoriæ commendantes, tenore præſentium ſignificamus univerſis & ſingulis qui-
„ bus expedit: Quod fideles & dilecti noſtri *Emphiotici* ulgariter *Purgari* in Planyna ad
„ nos accedentes, nobis, ipſorum magnam & ineffabilem retulerunt damni quærimoniam.
„ Quomodo per quoſdam tyrannos & maleficos homines temporibus quibusdam ipſos mi-
„ nus juſte regentibus & poſſidentibus eſſent Spoliati, & deprædati, & anihilati. Ne igi-
„ tur impoſterum ipſis & hæredibus ſeu Succeſſoribus prædictorum hominum Noſtrorum,
„ talia mala, ſeu pejora contingant, Noſtra larga conſonaque miſeratione definivimus,
„ & pleno conſilio deliberavimus (a) prætactis Noſtris hominibus emphioticis, & Suc-
„ ceſſoribus ipſorum, ut præfertur in Planyna, emphitozim in vulgo Purgarii, libertatem
„ & prærogativam talem & tantam donantes & conferentes: ut ſi quis præfatorum no-
„ ſtrorum hominum in prænominata Planina, propter aliquam diſplicentiam noluerit,

„ ſive

(a) Migratio libera Sancita fuit art. 14. ann. 1405. Sed, cum Conventuales ſe ſtringi legibus municipalibus non crederent; ideo ea quæ legis erant, ſuæ liberalitatis eſſe, inventarunt.

Digitized by Google

„ ſive non potuerit commorari & permanere; ex tunc habeat liberam & ſecuram volun-
„ tatem recedendi, quocunque voluerit tempore, & in quemcunque locum, Salva ta-
„ men ſatisfactione, ſi quid nobis, vel poſteris noſtris tenuerint in debito ſubſcripto; ſi-
„ ve vicinis ſuis, vel noſtris hominibus ibidem morantibus. Nec non etiam, ut non diſ-
„ cedat de territorio & dominio noſtro, donec non locaverit, vel relinquerit alium in lo-
„ co ſui (b), nobis & poſteris noſtris; nec non & vicinis, bene volentem (c) ne bona
„ noſtra ſint deſerta & deſolata. Prænotati igitur emphiotici purgari tenentur & debebunt
„ nobis, & Succeſſoribus noſtris in perpetuum Solvere datiam, quilibet per ſe de fundo,
„ *centum novos denarios* id eſt Vienenſes annuatim; diviſim videlicet, & pro Uno-
„ termino ad Feſtum S. Georgii 50. denarios: & pro 2do termino videlicet ad Feſtum
„ S. Michaelis 50. denarios: & tria munera annuatim diſtinctim, videlicet ad Feſtum Aſ-
„ ſumptionis B. M. V. quilibet per ſe tenetur & tenebitur unum pullum, & unum pa-
„ nem pro Uno denario. Ad Feſtum Natalis Chriſti debent & tenentur dare unum capo-
„ nem, unum panem pro uno denario quilibet per ſe. Ad Feſtum Paſcæ tenebitur qui-
„ libet dare & Solvere tria ova, & unum panem pro uno denario, & adhuc unum de-
„ nar quilibet pro agniculo. Quilibet etiam tenebitur dare nobis & Succeſſoribus noſtris
„ annuatim duas menſuras de Caſtaneo. Decimas autem nobis & ſucceſſoribus noſtris per-
„ petuo de Tritico, de avena, de Spelta quod dicitur in vulgo *Pyra*, de Siligine, de
„ Ordeo: decimam partem de apibus, illius anni exortis, denarium. De capreolis illius
„ anni, de quolibet unum *filarzonem*: de porcis quod dicitur *Syrovina* (d) de quolibet
„ porco, ſeu Schropha generata ante nativitatem Chriſti, tenetur de qualibet quatvor
„ denarios, excepto uno qui dicitur *Kolednyak*, pro quo non tenetur Solvere. Decimam
„ Vini, ſicut moris eſt, decimum cubulum (e). *Mardurinas autem ſicut antiquitus non ſol-*
„ *vebant, ita nobis & Succeſſoribus noſtris non tenentur Solvere.* (f) His autem
„ prætactis, per nos ordinatis & diſpoſitis, affuerunt boni & probi viri fide digni, *Ber-*
„ *nardus Præpoſitus Zderazienſis*, (g) Clemens Sacerdos de Criſio, quondam Plebanus.
„ Thomas Vaida in prædicta Glogoncza; Nicolaus, frater ipſius Thomæ Vajda, Geor-
„ gius judex in Glogoncza, *Blaſius dictus Chatana* (h) cœterique boni & condigni viri.
„ Ut autem præſens ſcriptum, ratum & ſtabile permaneret, nec quiſpiam auſu temera-
„ rio retractare attentaret, Sigillis noſtris, videlicet domini Præpoſiti ſuperius nominati,
„ & Conventus; ſub appendenti fecimus communiri & confirmari. Datum & actum, ut
„ ſupra in Glogoncenſi Monaſterio S. Mariæ Virginis, Anno Dni 1425. Die Dominico
„ poſt Feſtum Purificationis Beatæ Mariæ.

Has litteras *Valentinus Napuli* Cuſtos & Can. Zagr. ac Præpos. Glogoncenſis in Caſtello Golgoncza, Feſto S. Mathiæ Apoſt. Anno 1551. ſuis confirmationalibus, cum ſolito Stylo: *non abraſas non concellatas* &c. inſeruit. Anno autem 1596. Die 22. Menſis Maii in arce Epiſc. Zagr. utraſque confirmat & tranſumit Ztankovachki, cum titulo: *Nos Caſpar Zthankovachki, Dei & Apoſt. Sedis gratia Epiſcopus Eccleſiæ Zagrabienſis, Ssmæ Cæſar. Regiæque Mattis Conſiliarius, ac Regnorum Dalmatiæ Croatiæ & Sclavoniæ Banus, nec non Præpoſitus Eccleſiæ Bſſ. Virg. Mariæ Galgoncenſis &c. memoriæ commendamus. &c.*

IX. Hodie antiquitate & monaſteriorum numero, cum PP. Franciſcani præeant, hos primos, recenſere placuit. Horum in Sclavonia antiquitas, ab ipſo eorundem fundatore S. Franciſco narratur, & in Zagrabienſi conventu, qui omnino antiquus eſt, Sacellum exſtat, in quo S. Franciſcus hoſpes fuiſſe dicitur. Succeſſive ob caſus varios, diminutis Franciſcanorum domiciliis, cum Provincia Hungariæ S. Mariæ, erant conjuncti. Anno 1656. ab illa Provincia ſunt ſeparati, effecti've infra memorati Conventus, propria *Cuſtodia.* Demum 1661. & reſpective 1662. *Provincia Sclavoniæ S. Regis Ladislai.* Et quia Succeſſive aucta fuiſſet hæc Provincia, *Szigethano*, *Szikloſſienſi*, *Quinque Eccleſienſi*, *Caniſienſi*, *Criſienſi*, *Hraſztovicenſi* Conventibus; Reſidentiis item *Koſtanicenſi*, *Hadad*, & in *Gyud*; ideo a Regnante MARIA THERESIA, anno 1743. novas Provinciæ ſuæ Confirmatorias impetravit. Illas Leopoldi Regis, exſcribere hic voluimus, non Solum ad noſcenda Provinciæ hujus modernæ primordia, primosque illius conventus; verum ob ſerva-

(b) iſtud fuit contra legem, ut alium ſui loco relinquat. (c) Innanis fuit ob hanc conditionem libertas, reiici enim potuit inventus, quod Conventui ac vicinis non eſſet bene volens. (d) hoc eſt glandinatio. (e) ratione decimarum harum, lites fuiſſe Eccl. Zagr. relatum in Hiſt. Eccl. Zag. Patetque hinc, nec Joannis XXIII. depoſitionem, nec Conſtantienſis Concilii decreta, curâſſe Conventuales. (f) Mardurinæ olim ſolvebantur a Nobilibus ut 12. 1351, a quibus ibi eximuntur hinc videntur poſtea introductæ fuiſſe ad ignobiles. (g) ubi hæc Præpoſitura? me latet. (h) Catana equitem Significat. Videtur fuiſſe miles, Georgius.

Hiſtor. Balthaſaris Kercſelich.

Digitized by Google

tum rectum juſtumque ordinem, dum Bullam Pontificis, a Rege Sclavoniæ Leopoldo *confirmare* fecerunt, utrique Poteſtati Satisfaciendo. Quod ſi a quibusvis obſervaretur, plurimæ ceſſarent confuſiones, quæſtionesque *poteſtatis*. Ideo ad exemplum aliorum, intelligendumque illud Werböczy: *Papa confirmat*, dum hic, Rex *Papales confirmaret* litteras, Leopoldi communicamus diploma.

„Nos Leopoldus Dei Gratia Electus Romanorum Imperator, Semper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, Ramæ, Serviæ, Gallitiæ, Lodomeriæ, Cumaniæ, Bulgariæ &c. Rex. Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carnioliæ. Marchio Moraviæ. Dux Lucemburgæ, ac Superioris & Inferioris Sileſiæ, Wierthembergæ & Thekæ, Princeps Sueviæ. Comes Habspurgi, Tyrolis, Ferreti Kiburgi, & Goritiæ, Landgravius Alſatiæ. Marchio Sacri Romani Imperii Supra Anaſum, Burgoviæ, ac Superioris, ac Inferioris Luſaciæ, Dominus Marchiæ Slavonicæ, Portus Naonis & Salinarum.

„Memoriæ Commendamus tenore præſentium Significando quibus expedit univerſis. Quod pro parte, & in perſonis fidelium noſtrorum Devotorum, & Religioſorum Fratrum Patrum Ordinis S. Franciſci, in annotato Regno noſtro Sclavoniæ degentium, & Deo famulantium exhibitæ ſunt nobis & præſentatæ Certæ quædam litteræ, Beatiſſimi in Chriſto Patris Domini Alexandri Papæ VII. in pargameno patenter Confectæ, Sigillo ejusdem Conſueto roboratæ, quibus mediantibus. Octo illos Conventus Cuſtodiales, utpote Zagrabienſem, Varasdinenſem, Criſienſem, Remeticenſem, Jvanicenſem, Crapinenſem, & in finibus Provinciæ noſtræ Styriæ Ormosdinenſem, quemadmodum etiam alios duos ſimilier Conventus, nempe Caprocenſem & Chaktornenſem, poſt Subſecutam diviſionem inſtitutos, unum præterea Sanctimonialium Ord. S. Claræ ſub Titulo Ssmæ Trinitatis itidem Zagrabienſium, Omnino in præfato Regno noſtro Sclavoniæ Situatum, ac eidem ordini ſubjectum; Gubernio, & jurisdictioni a Provincia S. Mariæ Hungaricæ ſegregatos, inque Cuſtodiam novam ſub titulo, & Patrocinio S. Ladislai Regis, cum Conſvetis ejusdem Sacri Ordinis titulis, & præcedentiis Superioribus non ita pridem evolutis annis diviſos & ſequeſtratos, *Titulo novæ Provinciæ*, itidem cum Conſuetis dicti Ordinis Titulis & præcedentiis exornatos eſſe dignoſcebatur, tenoris infraſcripti. Supplicatum itaque exſtitit Majeſtati noſtræ nominibus & in perſonis præſpecificatorum Fratrum Patrum Franciſcanorum, quatenus easdem litteras ſive Bullam Pontificiam, ſuper dicto Titulo novæ Provinciæ S. Ladislai emanatam, omniaque & Singula in eisdem Contenta, ratas Gratas & accepta habentes, præſentibusque litteris noſtris inſeri, & inſcribi facientes, acceptare, roborare, approbare, ratificareque, ac pro iisdem Fratribus Patribus ſupra præſpecificatis, novæ Provinciæ Tituli erectione, Privilegiales; proque prælibata S. Ladislai Provincia perpetualiter conceſſas, *Gratioſe Confirmare* dignaremur. Quarum quidem litterarum, ſive Bullæ Pontificiæ tenor talis eſt.„

ALEXANDER PAPA VII. Ad futuram rei memoriam. Ex Commiſſi nobis Divinitus Paſtoralis Officii debito, ad ea propenſis ſtudiis, jugiter intendimus, per quæ Religioſorum honorem, qui relicto Sæculo, Dei Obſequiis ſeſe manciparunt, ſtatui & felici directioni conſulitur, ut ſecundum laudabilia Ordinum ſuorum inſtituta, Gratum Altiſſimo impendentes famulatum, proſperiores indies, Benedicente Domino, proficiant, incrementis. Alias ſiquidem pro parte dilecti Filii Lucii a S. Juſto tunc temporis Commiſſarii Generalis Curiæ, Ord. Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia nuncupatorum, nobis expoſito, quod antea, poſtquam Congregatio tunc exiſtentium S. R. E. Cardinalium, negotiis, & Conſultationibus Epiſcoporum & Regularium præpoſita, Zagrabienſem, Varasdinenſem, Ormosdinenſem, Criſienſem, Remeticenſem, Jvanicenſem, & Crapinenſem Conventus Ordinis prædicti in Sclavonia conſtitutos, nec non Monaſterium Ssmæ Trinitatis Zagrabienſium Monialium Ord. S. Claræ, curæ primodicti Ordini ſubjectum, in novam Cuſtodiam ad præſcriptum Conſtitutionum Ordinis hujusmodi, cum prærogativis, titulis, & præcedentiis Conſuetis, erigi mandaverat; dilectus pariter Filius Paulus de Tauris, Fr. expreſſe Profeſſus Provinciæ Auſtriæ dicti Ordinis, Vigore mandati ſibi ſuper hoc a Dilecto etiam Filio Sebaſtiano a Cajeta Cismontanæ familiæ prædicti Ordinis Commiſſario Generali, dati; ſeptem Conventus, & Monaſterium hujusmodi; prævia illorum Separatione, a Provincia Hungariæ ejusdem Ordinis in novam Cuſtodiam ſæpe dicti Ordinis juxta diſpoſitionem Decreti dictæ Congregationis ſuper præmiſſis emanati erexerat. Nos ſupplicationibus dicti Lucii nomine, Nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati, erectionem ſupra dictorum ſeptem Conventuum ac Monaſterii, in novam Cuſtodiam Ordinis præfati, a memorato Paulo ſicut præfertur factam, Authoritate Apoſtolica Confirmavimus & approbavimus, & alias prout in Noſtris in ſimili forma Brevis litteris die 20. Junii MDCLVI. deſuper expeditis, quarum

teno-

Digitized by Google

tenores præſentibus, pro plene, & ſufficienter expreſſo haberi volumus, uberius Continetur. Cum autem ſicut dilecti Filii Fres Cuſtodiæ præfatæ nobis nuper exponi fecerunt, ipſi, eandem Cuſtodiam quæ (ut aſſerunt in novem Conventibus Fratrum) adjunctis ſcilicet ad ſupradictos ſeptem: Capronczenſi ſub Titulo S. Antonii Paduani, & Chaktornienſi Conventibus, ſub Titulo S. Nicolai Epiſcopi, nec non prædicto Sanctimonalium Monaſterio, ad præſens Conſiſtit, pro majori illius decore, in novam dicti Ordinis Provinciam a nobis erigi Summopere deſiderent. Nos Specialem ipſis exponentibus Gratiam facere volentes & eorum ſingulares perſonas, a quibusvis Excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliisque Eccleſiaſticis Sententiis, Cenſuris & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione vel Cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad Effectum præſentium dumtaxat, conſequenter harum Serie abſolventes, & abſolutas fore Cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, eandem Cuſtodiam, in novam memorati Ordinis Provinciam, cum omnibus & ſingulis prærogativis, præeminentiis, privilegiis, juribus, Gratiis, & indultis, quibus aliæ ejusdem Ordinis Provinciæ, de Jure, uſu, & Conſuetudine, & alias quomodolibet utuntur, fruuntur, & Gaudent, ac uti, frui, & Gaudere poſſunt, ac ſolent, & debent, Anthoritate prædicta tenore præſentium, ſine cujusquam præjudicio, perpetuo erigimus. & inſtituimus. Decernentes easdem præſentes litteras ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere & fore, ſuosque plenarios, & integros effectus Sortiri, & obtinere, ac illis ad quos Spectat, & pro tempore Spectabit pleniſſime Suffragari. Sicque in præmiſſis, per quoscunque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum & inane, ſi ſecus ſuper his, a quoquam quavis Authoritate ſcienter vel ignoranter Contigerit attentari. Non Obſtantibus præmiſſis, & Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non quantum opus ſit dicti Ordinis, & aliis quibusvis etiam juramento, Confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & Conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis in Contrarium præmiſſorum, quomodolibet conceſſis, Confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & Singulis illorum tenores præſentibus pro plene & Sufficienter expreſſis habentes, illis, aliis in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus cœterisque Contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, ſub annulo piſcatoris, die 16. Julii 1661. Pontificatus noſtri Anno Septimo. S. Vgolinus. „ Nos itaque Singulari in Deum pietate, Zeloque & affectu, erga in„ crementum Religionis Catholicæ, & Sacri Ordinis Seraphici, lucrique animarum in iſto „ Regno noſtro Sclavoniæ, & emolumentum, ejusmodi Apoſtolicæ Provinciæ erectionem „ acceptamus, ratam habemus, ac in perpetuum duraturam *Benigno Conſenſu noſtro Regio* „ *& Diplomate hocce roboramus*, ac ut tam tempore felicis noſtræ Gubernationis & re„ giminis memorati noſtri Regni Hungariæ, partiumque & Regnorum eidem annexorum, „ quam etiam Succeſſorum noſtrorum legitimorum utpote *Hungariæ & Sclavoniæ Regum*, „ ab omnibus & ſingulis, quorum intereſt, ratum, firmum & validum habeatur, Beni„ gne, & firmiter habere volumus, Statuimusque, & decernimus. In quorum robur, & „ firmitatem, haſce litteras noſtras, Secreto Sigillo noſtro quo ut Rex Hungariæ utimur, „ impendenti communitas, dandas duximus, & Concedendas. DATUM per manus fide„ lis Noſtri nobis ſincere dilecti Reverendiſſ. in Chriſto Patris Domini Georgii Szelepche„ ni Colocenſis,& Baczienſis Eccleſiarum Canonice unitarum Archieppi, Epiſcopatus Nittrien„ ſis Adminiſtatoris, locorumque, ac Comitatuum eorundem, Supremi, ac perpetui Comi„ tis, Conſiliarii Noſtri intimi, ac per dictum Regnum noſtrum Hungariæ, Aulæ No„ ſtræ Cancellarii, in Arce noſtra Regia Poſonienſi die 27. Menſis Julii Anno Domini „ 1662. Regnorum noſtrorum Romani Quinto, Hungariæ & reliquorum Octavo, Bohe„ miæ vero anno Septimo, Reverendiſſimis, & Venerabilibus in Chriſto Patribus, & „ Dominis Georgio Lippay de Zombor, Metropolitanæ Strigonienſis: & dicto altero „ Georgio Selepcheni denotatarum Colocenſis, & Baczienſis Eccleſiarum Canonice uni„ tarum Archi-Epiſcopis. Thoma Palffi ab Erdeod, Electo Agrienſis, Petro Petretich „ Zagrabienſis. Prænominato Georgio Selepcheni Adminiſtratore Nitrienſis, Joanne Palf„ falvay Electo Varadienſis, Georgio Szecheny Electo Jaurienſis. Franciſco Szeghedy „ Electo Tranſilvanienſis, Stephano Sennyey de Kis Senye Electo Weſprimienſis, Fran„ ciſco Szentgyorgy Electo Waczienſis, Hiacyntho Macripodari Electo Chanadienſis, „ Fre Joanne Salix Quinque Eccleſienſis, Petro Mariani Segnienſis & Modruſienſis, Fre „ Paulo de Tauris Electo Sirmienſis, & Joanne Baptiſta Barſotty Electo Roſonenſis Ec„ cleſiarum Epiſcopis, Eccleſias Dei feliciter Gubernantibus. Item Spectabilibus ac Mag„ nificis Comite Franciſco Veſſeleny de Hadad, perpetuo in Murani mentionati Regni „ noſtri Hungariæ Palatino, Comite altero Franciſco de Nadaſt, perpetuo terræ Fog-

„ haras, Judice Curiæ noſtræ Regiæ, Comite perpetuo; Nicolao a Zrinio annotatorum
„ Regnorum noſtrorum Dalmatiæ, Croatiæ & Sclavoniæ Bano, Comite Stephano de
„ Chiak Tauernicorum, dicto Comite Nicolao a Zrinio Agazonum, Comite Georgio Er-
„ deody de Monyorokeregh Cubiculariorum, Comite Nicolao Palffi a memorata Erdeod
„ Janitorum, Comite Georgio Illieshazy perpetuo a Trinchin Dapiferorum, Comite Ada-
„ mo Forgach de Giemes Pincernarum, Comite Paulo Eſterhazi, de Galantha Curiæ
„ noſtrorum Regalium in Hungaria Magiſtris, ac mentionato Comite Nicolao Palffi a
„ præfata Erdeod Poſonienſi, Cæterisque quam plurimis Sæpe fati Regni noſtri Hun-
„ gariæ Comitatus tenentibus, & honores. Leopoldus. Georgius Szelepcheni Archi-Ep-
„ piſc. Colocenſis M. pr. Stephanus Orban m. pr.

X. Præter memoratam Sclavoniæ Provinciam, ſunt etiam in Sclavonia hac, Conventus *Provinciæ SSmæ Crucis in Croatia & Carniolia* vocatæ, ſequentes: in *Klanecz*, *Goricza* alias Berdovecz, *Szamobor*, *ad S. Leonardum* in Sylvis, & in *Jaſzterbarſzko*. Trans Colapim autem ſive in Croatia, *Carolſtadii*, *Segniæ*, *Terſacti*. Conventus illi quinque Sclavonici, intra ſe advicinantur, ut commode intra diem obiri valeant. Horum origo ex Chronica Croatica, ex publicis actis, atque aliis litteris, eſt ſequens. Circa annum 1451 *Martinus Frangepanes*, dicitur quædam bonorum ſuorum Deo voviſſe. Anno autem 1453 Templum Terſactenſe cum Monaſterio ædificare incoaſſe, quod Fratribus minoribus S. Franciſci *de obſervantia Vicariæ Boſnæ* tradendum decreverat. Anno 1514, ut refert Chronica noſtra, Aſiſiis in Generali fratrum Capitulo, Boſnenſis Provincia diviſa eſt, in Boſnenſem Argentinam, atque Croaticam, ideo quia Turcæ noluiſſent ſubditos alterius Potentiæ, in ditionibus per ſe occupatis, ob metum communicationis tollerare. Sed ob progreſſus devaſtationesque Turcarum, Fratribus fugere debentibus, ex occupatis Croatiæ partibus, cum ob ſecuritatem, idiomatiſque connexionem, ad Sclavoniam adventâſſent, a diverſis ex pietate fuêre recepti. *D. Petrus Siley* alias Selul, in *Goricza* ſive Berdoviczii, pro Franciſcanis his, e Boſnia ad Sclavoniam profugis, ut in fata eſt Chronica, circa 1527 Monaſterium conſtruxit, eoſque Berdoviczium collegit. Vitæ media fuêre mendicatio, ſubſidia quædam ex Provincia Stiriæ, ac demum *Parochia SSmæ Crucis* in Berdovecz, ipſis permiſſa. Cum vero ſucceſſive, Turcarum excurſiones occupationeſque creviſſent, neque Berdovicenſis Conventus fuiſſet ſufficiens, Familia Comitum *ab Erdöedy* eorum miſerta, tres eis Conventus extruxit, nempe: *ad S. Leonardum*, ob fodinas iſthic, fodinarumque cultores; in *Klaniecz* & *Jaſcæ*; aſſignato annuo ſubſidio ex ſuis eorum locorum, Dominiis. Ad *Szamobor* quoque aſſumpti ſunt, & ſucceſſive Caroloſtadium. Illam *SS. Crucis in Berdovecz Parochiam* ad tempora *Benedicti Vinkovich Eppi Zagrab.* tenuerunt, qui licet propenſus erga Franciſcanos fuerit; nihilominus mortuo *Antonio Vitellio*, Parochiam illam, univit cum altera *S. Viti in Berdovecz*, quacum nunc quoque eſt conjuncta. Antonii Vitellii ſequens eſt memoria, in altari memoratæ Eccleſiæ SS. Crucis: *Hoc Altare erexit Confraternitas S. Joan. Bapt. ad honorem ipſius anno 1640. Rſſimo Patre Antonio Vitellio Epiſcopo Temnenſi, Parocho exiſtente, O. S. F. ſub Rectoribus Michaele Vtiſeuch. Joan. Radakovich. Petro. Kablar. M. H. Pictor. V. S. V.* Quamvis vero, memorati Fratres fuerint *de Obſervantia*; tamen dum *S. Ladislai in Sclavonia*, recenſiti Conventus, a Provincia S. Mariæ diviſi fuiſſent propriaque effecti *Cuſtodia*; dumque cuſtodiæ hujus Conventus, in Provinciam Sclavoniæ elevari quæſiverunt, nulla ratione, ad Provinciam hanc, ob ſubſidia quæ a Provincia Stiriæ recipiebant, accedere voluerunt. Et dum Fratres hi, lucri hunc odorem, non expoſuerunt; verum ad hunc obtegendum, ſuæ renitentiæ eas *Petro Petretich Eppo Zagrabienſi* expoſuiſſent rationes, quæ Regno Sclavoniæ, & toti Sacræ Coronæ conſequenter, præjudicabant; teſtantibus actis publicis, incommoditates ſumptuſque Regno cauſarunt, effectaque eſt, ex quæſtione Monaſtica; quæſtio Politica & juriſdictionis, atque intra vicinas Provincias limitanea. Opportuit ergo, Oratores mitti ad Regem, atque Romam, non ſolum tum, ſed & anno 1693, ut acta demonſtrant publica, dum limitanea quæſtio emerſerat, & tam Fratres hi, quam & Provinciæ volebant, totum eſſe vicinarum Provinciarum, ubi hi ſunt & mendicant, vocata in adjutorium Joan. Sambuci tabula. Fratres memorati, ut triumphent contra Ladislajanos obſervantes, maluerunt *Reformatorum* aſſumere inſtitutum. Ut porro ſalventur, metus involutionis, & quævis ſubſumptiones, fata SSmæ Crucis Reformatorum, *Provinciæ Croatiæ & Carnioliæ* nomen eſt conſecuta. Demum ut ſervaretur memoria, eorum adventus e Boſnia, in ſigillo ſuo habent: *Vicaria Boſnæ.* Occaſione memoratarum anni 1693 excitatarum per eos quæſtionum, illud *Provinciæ Croatiæ & Boſniæ*, exmittere incoabant. Hinc ne juribus Sacræ Coronæ & Apoſtolicorum Regum præjudicent, anno 1707 in congregatione Zagrabiæ 4. Maji celebrata folio Protocoli 443.

Pro-

Provinciali & Franciſcanis ſub comminatione ejectionis imponitur, ut titulum Provinciæ Croatiæ, & Regni, ab olim uſitatum, ſed per eos modo intermiſſum, reaſſumant. Unde autem ſit, quod dicta SS. Crucis Provincia, eſto in Sclavonia quinque, in Croatia vero tres Conventus habeat, ac in his perſonæ circiter 200 bene proviſæ ſint & interteneantur; attamen ex Sclavis Croatisque, ad ſuum inſtitutum non facile ſuſcipiant, ad eorum autem dignitates nullum admittant, ego dicere neſcio. Iſtud ſcio: Eppum Zagrabienſem *Franciſcum Xav. Klobuſiczki*, illis aperuiſſe: niſi ex his quoque Regionibus, ſuſceperint juvenes, auctoritate Epiſcopali, conciones, & Sacramentorum adminiſtrationem ipſis ſuſpendenda, cum vim hujus idiomatis ignorarent, facerentque confuſiones, dialecto Carniolica. Acturum inſuper apud Status Regni, & Reges Apoſtolicos, ut mendicationis fructu careant, dum filios patriæ, negligunt. Hinc proceſſit, ut tum ſubito plures ſuſceperint. Vix nihilominus, etiam nunc e Sclavis & Croatis, in fata SSmæ Crucis Provincia, erunt ſedecim.

XI. *Paulinorum* iam monaſteria, veniunt referenda. Origo horum, ex terræ fertilitate, & laborandi pigritia, in veritate promanat. Veſtigia nunc etiam videmus, tot tantorumque, qui ad diverſa Sacella, induta toga, vivunt ſine labore otioſi, collectores perpetui, rerumque collectarum venditores. Quos ſi de eremitica vita, oratione mentali, cœteriſque virtutibus interroges, tantum ſciunt, quantum quotidiani agrorum cultores. Opinio tamen veſtisque aſſumpta, Barbæ item neglectus, magnam facit in pleriſque ſanctimoniæ opinionem. Hi ſunt, priorum ſæculorum reliquiæ. S. Auguſtinus, pro Eremitis ſcripſit regulam. In Hungaria vero, *Bartholomæus* Eppus Quinque Eccleſienſis, hujuſmodi, ſuo nutu viventes, ex *Paſtorali officio* primus collegit, eisque leges vivendi præſcripſit circa annum 1225. Irruentibus ad Hungariæ Regnum Tartaris, cum deſolatum fuiſſet; eremitoria quoque ceſſaverant. Sed cura Belæ IV. Regnis refloreſcentibus, cum plurimi Tartaricam illam perſecutionem, Dei caſtigationem accepiſſent, adeoque ad pœnitendum accenſi vere fuiſſent; eremitoria eo magis creverunt, quod eremiticam vitam *Euſebius*, ante Strigonienſis Canonicus, fuiſſet amplexatus. Viri hujus exemplum, auxit eremitas numero, & doctrina præſtantiores. Itaque cum is admirationem feciſſet, ſub ejus clientella, cæteri quoque fuerunt; magnamque ab Euſebio conſequebantur venerationem. Ex Tartarorum quoque Tyranide, cum priores Monachi fuiſſent dilapſi, monaſteriaque ruinata, conati ſunt, ſub Euſebii directione, corpus quodam monaſticum ſe efficere, quin & pro talibus conſiderabantur. Res ut firma ſit, ab Urbano IV, regulam S. Auguſtini a ſe obſervandam, ſibi concedi orârunt. Hoc Urbanus petentibus non negavit, ſi Epiſcopis Diœceſanis videbitur, ad quos, eoſdem remiſit, eorundemque diſpoſitioni, ordinationibusque ſubjecit, ita enim *Paulus Epiſcopus Veſprimienſis*, in extradatis litteris ſuis, 1260, in annalibus Paulinorum inſertis: *Ad univerſorum &c. Quod accedens ad pedes SSmi Patris ac D. N. Urbani, Dei gratia Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Summi Pontificis.-. Provincialis -- ac fratres Eremitæ diverſorum locorum noſtræ Diœceſis, ſupplicarunt ut eis regulam B. Auguſtini, ad quam de cultu Eremitico ſe transferre cupiebant, concedere dignaretur. Quorum precibus miſericorditer annuens, nobis -- dedit in mandatis, ut eis dummodo facultates haberent, de quibus ſuſtentari poſſent, regulam ipſam obſervandam ab eis, authoritate concederemus Apoſtolica, ſi videremus expedire, ſine præiudicio juris alieni.* Hinc de conſilio etiam ſui Capituli, indulget: *ut in eiſdem domibus in quibus nunc ſunt, tanquam licita Collegia* in cultu eremitico, *ſalvis decimis & aliis iuribus Epiſcopo Diœceſano debitis* famulentur. Teſtatur inſuper: *cum nec certa Divina officia, aut jejunia, aut alias obſervantias, quæ omnes eremi cultores univerſaliter aſtringant, a Patribus antiquis, relicta inveniantur*, conſequenter ut ſuperius meminimus, fuerint, inſtar hodiernorum otioſè commodeque viventium. Eos in manu ſua promiſiſſe, a ſeſe ſtatuta ibi deſcripta obſervanda. Inter reliqua: *Provincialem quem pro tempre elegerint, præſentabunt Diœceſano Epiſcopo confirmandum. Item ad Synodum Epiſcopi Diœceſani -- venire teneantur, ſuſcepturi & obſervaturi ejuſdem Synodi ſalutaria monita & ſtatuta. Item numerum locorum quæ inhabitant augmentare non poſſunt*, quibus enarratis concluditur: *Qui vero in aliis locis, in noſtra Diœceſi, ſub habitu prædictorum fratrum inventi fuerint, excommunicationis ſententiæ ex nunc volumus ſubiacere.*

Ladomerius quoque Strigonienſis Archi-Epiſcopus, & Primas Eccleſiæ Hungaricæ, regulas eisdem præſcripſit, quas Andreas Epiſc. Agrienſis anno 1297. ut Annal. lib. 2. C. 5. a pag. 91. easdem Primatis regulas, ſuis litteris inſerendo, in Diœceſi ſua præſcribit obſervandas. Ex quibus regulis firmatur iterum eorum origo, dum: *Item quia multi ſunt, qui propter ſolam ſuſtentationem ſui corporis, ventrisque ingluviem - - tanquam acephali circumeunt & diſcurrunt, ideo ea ipſa authoritate poſſint eum vel eos - - captivare, & in carcerare, aut habitum auferre, ſi deputata loca non habuerint.* &c. Manſerunt ergo ſub Diœce-

Digitized by Google

ceſanorum jurisdictione, vocabanturque *Fratres Sanctæ Crucis de eremo Hungariæ.* Hæc veritas, ut pateat omnibus, confundanturque ſomniatores illi ac præjudiciorum tauri, qui regulas eorum ab eremita Thebæo Paulo (de quo an ſcribere ſciverit eſt demonſtrandum) conſcriptas exhibent, eosque eſſe de veteri S. Pauli eremitæ diſciplina & diſcipulos, hocve nomine & titulo ſemper in Hungaria veniſſe. Exſcriptas in eorum annalibus Litteras videamus. Fr. Gentilis, Cardinalis & Apoſtolicæ ſedis Legatus, in litteris anni 1308. habet: *Fratribus S. Crucis de Eremo per Hungariam conſtitutis* nulla mentione injecta S. Pauli, eisque indulget: ut de cultu eremitico, tranſire valeant ad regulam S. Auguſtini, regulariumque normam. Joannes item Pontifex, anno 1323, eosdem, brevi ſuo commendans Hungariæ Archiepiſc. ne paterentur eos moleſtari indebite, ab aliquibus Religioſis, vel Sæcularibus clericis, habet: *Fratres S. Pauli primi eremitæ alias dicti de S. Cruce in eremo per Regnum Hungariæ, & circumvicinas partes.* Quare Idem Cardinalis Gentili, cum eis regularem ſtatum indulſiſſet, & in Ordinem eos redegiſſet, ordini huic novo, S. Pauli primi eremitæ, appellationem attribuit, ſic enim in ſuis ad eos litteris (quibus indulget, ut ſtatuta facere poſſint, ad laudem Dei, & honorem Sanctæ Romanæ matris Eccleſiæ) *Priori Provinciali, & fratribus Sanctæ Crucis de eremo*, veterem apellationem iterum exprimendo, *Ordinis S. Pauli primi Eremitæ per Hungariam conſtitutis.* Ordo itaque novus a S. Paulo eſt vocatus, dehincve nomen iſtud ei adhæſit. Vereor ego, ſiniſtre accipiendam hanc a me veritatis deductionem, ob præjudicia. Deum habeam vindicem, ſi nocere intendo; nec video quid in nomine valeat collocari? Quin cum multorum ſit opinio, a *Paulo Epiſc. Veſprimienſi*, Paulinos vocari, hanc tolli procuro. Paulus Apoſtolus, *de Cruce D. N. Jeſu*, ſemet gloriari confitetur; credo nil injuriæ adferri, Inſtituto Paulino, quod demonſtratum ſit, olim eos, *fratres de S. Cruce*, fuiſſe vocatos, malluntque credo, *Sſmæ Crucis* eſſe ſectatores, quam vel Pauli Thebæi, vel Corvi illius, quem in ſuis inſigniis gerunt.

Quamvis porro Cardinalis Gentilis, relata feciſſet, *Epiſcopi* nihilominus, juribus ſuis inſiſtebant, hinc anno 1319. Rege Carolo uti exponitur commendante, a Joanne 22. fuit eisdem fratribus conceſſa regula S. Auguſtini, facultasque data eligendi proprium generalem, immunitasque ad comparendum ad Synodos Diœceſanas, prouti & a decimis *de terris & Vineis quas propriis manibus præfati fratres excolunt.* At quia ad horum uſum venire nequiviſſent, idem Papa Joannes in anno 1323. ad Hungariæ Archieppos ſcribit, defenſionem dictorum fratrum ſic committens, ut expreſſe deroget Bonifacii VIII. Conſtitutionibus, fratresque jurisdictioni Archiepporum ſubmittit, ut nempe horum Authoritate, jurisdictio Epiſcoporum debilitetur. Credo ego Hungariæ Primatem hæc rejeciſſe, ſi legitimum eſt breve, anno 1327. ut in annalibus exhiberetur, ad preces Caroli, ad Archieppum Colocenſem miſſum: ut de conditionibus, ſtatu & facultatibus fratrum, & eorum circumſtantiis plene informaret. Renovant illi denuo preces, pro recenſitis immunitatibus, & anno 1352. *Clemens VI.* Epiſcopo Veſprimienſi, eorum preces detegit, elibertationis nempe ab onere decimarum, a terris & Vineis, quas propriis manibus colerent; ac inſuper: ut eorum Sacerdotes poſſint *familiarium ſuorum, neceſſariorum, propter hoc non quæſitorum, nec etiam admiſſorum, confeſſiones audire, eisque miniſtrare Sacramenta Eccleſiaſtica, prout liceret Rectoribus Parochialium Eccleſiarum, infra quorum Parochias ipſi conſiſtent.* Et quia hoc eſſet fundamentum, tot, etiam Scandaloſarum contentionum, quas Paulini cum Parochis, & Signanter *Stridone* ſeu in Strigovo Inſulæ Maraköſz haberent, prætendendo *Colonos*, eſſe in Claſſe *neceſſariorum*, & de eorum *Grangiis*, eſto non ſint intra ſepta monaſterii, ideo quam inique uſurpent ibi Parochorum jurisdictionem, ex Brevi illo pateret, ubi Clemens relatis precibus: *Nos itaque qui eisdem ſupplicantibus, in iis ſic eſſe cupimus liberales, quod aliorum jura minimum vero lædamus, ipſorum in hac parte cum præfatæ rationis moderamine, ſupplicationibus inclinati, Fraternitati tuæ, de qua in his & in aliis, gerimus in domino fiduciam Specialem, per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus: quatenus de præmiſſis omnibus diligentius te informans, ſi per informatorem hujusmodi inveneris præmiſſa, ſine magno aliorum præjudicio poſſe fieri, ſuper quo tuam Conſcientiam oneramus, hujusmodi poſtulata, prædictis Priori & Fratribus in perpetuum Authoritate Noſtra concedas; Generalis & Viennenſis Conciliorum, & aliis Conſtitutionibus & ſtatutis, nec non Conſvetudinibus contrariis, non obſtantibus quibuscunque. Jure Parochialium Eccl. & aliorum quorumlibet in aliis, ſemper ſalvo.* Sententia mea, nullatenus tuti ſunt in Conſcientia Paulini, in ſua prætenſione & factis; nam præterquam quod damnata ſit ab Apoſtolica ſede opinio illa, quod in adminiſtratione Sacramentorum ſequi liceat, minus ſecuram tutamque ſententiam, relicta tutiore, Clarum eſt: eam fuiſſe Clementis mentem, ne jura alterius, & Signanter Eccleſiarum Parochialium lædantur.

2. Pe-

Digitized by Google

2. Petita Paulinorum miſſa fuere, pro informatione tantum, adeoque Papalis Conſtitutio non ſunt. 3. Docendum eſt, Breve illud fuiſſe acceptatum, ab Univerſa Eccleſia Hungariæ. Quid eſt quod Metropolitano nulli fuerit directum? Quid quod in nulla Synodo, pro acceptato exprimatur &c. Sane Urbanus V. 1364. ſatis inuit, Monachos ipſos, in hoc inſtituto firmos non fuiſſe, dum ſcribit ad Archieppos & Epiſcopos, ut requiſiti, cogant per cenſuras, aſſumptum Paulinorum habitum, ab aſſumentibus ſervari. Et dum Orta fuiſſet dificultas, quod factum Cardinalis Gentili, Joannes 22. nuſpiam *confirmaviſſet*, idem Urbanus 1368. tam Cardinalis, quam & Prædeceſſoris ſui, facta ratificat approbatque. Demum Gregorius XL anno 1371. dictos Fratres in Protectionem D. Petri & ſuam ſuſcepit, ſequentia dando privilegia. 1. ut ſint ſub Regula S. Auguſtini. 2. ut quæcunque bona & domus, *juſte & canonice poſſident*, ſint iis, firma. 3. A *novalibus* hoc eſt iis quæ propriis manibus colerent, & a quibus decimam non Solviſſent, eos eximit 4. Indulget, quod tam Clericos quam Laicos liberos, e Sæculo fugientes, ad Converſationem recipere, retinereque poſſint. 5. Prohibet Profeſſis, tranſitum ad aliud inſtitutum. 6. A Synodis Diœceſanis eos eximit. 7. æque a Sæculari judicio, de ſubſtantia vel poſſeſſionibus 9. Prohibet in eorum Conventibus, publicos Conventus indici celebrarique. 10. electiones Priorum a nemine impediendas ordinat 11. De ſubjectione Epiſcopis debita, his verbis diſponit: *Priores ipſi, Epiſcopo, Salvo ordine ſuo, obedire debeant, & contra ſtatuta ordinis ſui, nullam obedientiam facere compellantur.* 12. Pro functionibus Epiſcopalibus, prohibet aliquid ab iis exigendum, alioquin a quocumque Eppo, dummodo ſit in gratia & Communione Romana, talia ipſis impendi poſſint. 13. ſede vacante, per Vicinos Eppos quævis iis, præſtari poſſe, lege ea ut ex hoc nullum propriis Epiſcopis præjudicium generetur. 14. Indulget ut ab advenientibus ad eos Eppis, & in gratia R. E. exiſtentibus, benedictiones, & Altarium Conſecrationes, recipere valeant. 15. In Generali interdicto clauſis Jannuis, & campanis non pulſatis, eos poſſe Divina abſolvere 16. Ordinationes a Diœceſanis ſtatuit peragendas, ſi ſunt in communione ſedis Romanæ 17. Capellas & Oratoria vetat erigi etiam in locis Monachorum, ſine conſenſu Diœceſanorum *Salvis Privilegiis Pontificum Romanorum.* 18. Novas & indebitas exactiones ab Archieppis, Eppis, Archidiaconis, Decanis, & quibusvis Eccleſiaſticis, & Sæcularibus, ab ipſis fieri prohibet. 19. Sepulturas liberas in eorum Eccleſiis concedit, demptis tamen excommunicatis, interdictis, & Uſurariis publicis, *Salva item juſtitia illarum Eccleſiarum a quibus corpora mortuorum aſſumuntur.* 20. a Laicis decimas illis pendi vult, & immunitates ſi quæ eſſent, ut authoritate Papali, per illos revocentur. 21 vult eligi Generalem ſine ſubreptionis aſtutia. 22. Prohibet intra eorum clauſuras, ne auſint, rapinas, furta facere, ignem apponere, ſangvinem effundere, hominem temere capere, interficere, violentias exercere. 23. Generatim omnes libertates antea conceſſas confirmat 24. Prohibet poſſeſſiones eorum auferre, retinere, minuere, ſed ut ipſis omnia conſerventur, *Salva ſedis Apoſtolicæ authoritate, & Diœceſanorum Epiſcoporum Canonica juſtitia; & in ſupradictis decimis, moderatione Concilii Generalis* 25. ſi quæ Eccleſiaſtica vel ſæcularis perſona his contravenerit, & 2do, 3tiove commonita non reſipuerit, *honoris careat dignitate, reamque ſe divino judicio excommunicationi exiſtere, de perpetrata iniquitate dignoſcat, & a Sſmo Corpore & Sangvine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extrema exterminatione diſtrictæ ſubjaceat ultioni.* Domibus autem Paulinis, *ſua jura ſervantibus* ſit pax D. N. Jeſu Chriſti. Clauditur triplicato *Amen*, ſequitur ſubſcriptio Papæ, & Omnium Cardinalium.

Hæc Bulla, cum ſupra memoratis eſt in iisdem Annalibus, Proinde Origo & progreſſus Paulinorum ex eisdem deſumptus ab iis controverti nequit, niſi agnoſcant confiteanturque, falſas a ſe litteras publico eſſe exhibitas. Ego ab earum ſinceritate præſcindo. In his poſtremis, præter inſolitum ſtylum & contrarietates, miror: Papam ſic ſemet ſubſcribentem: *Prædictus Sanctiſſimus Pater propria manu ſe ſubſcripſit, ſignum ſecum apponendo, & omnes Dni Cardinales etiam propriis manibus ſe ſubſcripſerunt, ad majorem efficaciam, & certitudinem conceſſionis. Item Gvido Portuenſis* &c. Deeſt: *Apoſtolicam Benedictionem*, & cœtera plurima. Similiter in aliis. Si adeo pompoſam Bulam, 1371. Idem Gregorius fuit largitus, mirum mihi, quod 1377. nulla facta mentione, prioris Bulæ, ſtylo formaque conſvetis, ad Ludovici Regis preces, monaſteria Paulina: *a juriſdictione & dominio ac poteſtate Diœceſanorum, & quorumvis ordinariorum Judicum, authoritate Apoſtolica* eximat, & totaliter liberet - - - - & *Monaſteria, Prioratus, loca - - ac Perſonas*, ſibi & Apoſtolicæ ſedi immediate ſubiiciat. Præfecto, ob Regis Ludovici Conſenſum, uti ab anno 1377. nullæ referuntur intra Paulinos & Epiſcopos ratione juriſdictionis quæſtiones, ita plene ſtabilitum fuiſſe eorum inſtitutum, conſequitur.

In Sclavonia hac noſtra ſuperiore, Eremitas olim fuiſſe, uti in Hungaria, tot demonſtrant litteræ, ubi Eremitarum eſt mentio. Eorum ſaluti & collectioni tardius hic, ob bella quæ fuerunt mortuo Ladislao IV. proſpici potuit. Quare B. Auguſtinus Gazottus, ſubſcripſiſſe videtur, Cardinalis Gentili diſpoſitioni. *Ladislaus II.* Epiſ. Zagr. movit Capitulum, ut pro fundando Monaſterio *Remetenſi*, terras, Vineas, nemora, Siilvas iisdem exſcinderet, confectis ſuper eo litteris anno 1347. memoratis pag. 128. Hiſtor. Ecc. Zagr. Acceſſit *Joannis & Philippi Pariis*, hæreditatis propriæ collatio coram Stephano Sclavoniæ Duce, *Margarethæ* Item Viduæ Ducis Stephani, poſſeſſionis Priſtavchina; *Ludovici dein Regis*, 35. jugerum collatio. Hoc eſt primum & fundamentale monaſterium in Sclavonia Paulinorum. Crevit adeo Regulare hoc inſtitutum: ut Generalis eorundem anno 1608. art. I. poſt Coronat: poſt Eppos Præpoſitos & Abbates, inter Regni Prælatos ſit collocatus, en verba art. *ſic Generali quoque ordinis Divi Pauli primi Eremitæ una vox conceditur.* Erat tum Generalis Paulinorum, ſimul & Epiſcopus Zagrabienſis *Fr. Simon Bratulich*, qui fors ideo duplex ſuffragium prætenderit, ob verba, *una vox conceditur.* Crevit præterea, ut 1701. ſcindi in Provincias valuerit; Monaſteriaque hæc Sclavonica, ab Hungaria ſe ſepararunt, cum Monaſteriis Auſtriæ, una effecti Provincia; Eodem anno Cſaktornenſi Conventu, novæ huic *Germano Croaticæ Provinciæ*, Cardinali *Tanara* refferente, Die 6. Septembris Romæ adjudicato. Verum Anno 1710. Auſtriaci a Croatis ſe ſepararunt, diſtinctæve ſunt Provinciæ Auſtriaca, a Croatica, quam rectius Sclavonicam appellaſſent. *Huic itaque Provinciæ Croaticæ vocatæ*, ſequentes obtigerunt Conventus, Et primo Diœceſis Zagrabienſis, *Cſaktornenſis*, *Lepoglavienſis*, *Remethenſis*, *Criſienſis*, *Szveticenſis*, *Kamenſzkenſis*, ac in Diœceſi Labacenſi, *Ulimienſis.* Quamvis vero *Rhemetenſis* eſſet antiquiſſimus, tamen *Lepoglavienſis*, Provinciæ caput decuſque conſideratur. Habent in eo ſuorum ſtudia Univerſitati Viennenſi ſubordinata, ab Univerſitatis attamen doctrina, exhoreſcentia. *Cſaktornenſis* 1374. a Stephano Vaivoda Tranſilvaniæ fundatus ſcribitur. Ad hunc pertinet conventum, ultra horam remota & diſtans *Capella S. Hieronymi in Strido*, pia Leopoldi liberalitate iis attributa, ubi volunt natum Magnum Hieronymum, atque ideo, Dalmatiam extenderunt, opere edito a Patre *Joſepho Bedekovich.* Et quia cum Parocho Stridonenſi ob jurisdictionem contenderent, relato jam ſuperius uno eorum fundamento ex Clementis VI. Brevi: aliud Leopoldinum hic adnectimus.

„ Nos Leopoldus &c. Memoriæ commendamus, tenore præſentium ſignificantes quibus „ competit univerſis. Quod nos, cum ad nonnullorum fidelium noſtrorum humillimam ſup- „ plicationem, noſtræ propterea factam Majeſtati; tum verò moti pietate, & ſingulari noſtro „ quo erga religioſos devotosque fratres, ordinis S. Pauli Primi Eremitæ ferimur affectu ac pro- „ penſione: *Deque authoritate juris Patronatus noſtri Regii*, quod generaliter in omnibus Regni „ noſtri Hungariæ, partiumque eidem annexarum, Eccleſiis & beneficiis, inſtar prædeceſſo- „ rum, Divorumque condam Hungariæ Regum, *optimo jure habere & exercere dignoſcimur*, to- „ talem & integram Capellam S. Hieronymi, in Inſula Muraköſz, Comitatuque Szaladienſi „ exiſtentem & habitam; in cujus poſſeſſo ac dominio iidem Religioſi fratres, Prædeceſſores „ ſuos, *ante aliquod annos* præſtitiſſe, divinaque ibidem munia exercuiſſe; prout ſe quoque nunc „ perſiſtere, ac eadem munia ſibi incumbentia, *defectu ſine omni continuare, peragereque aſſerunt*, „ una cum aliquod colonis, tribus vineolis, terris item arabilibus cultis & incultis, aliisque per- „ tinentiis, obventionibus, fructibus, & emolumentis quibuslibet, ad eandem de jure & ab an- „ tiquo ſpectantibus, & pertinere debentibus, memoratis Religioſis fratribus, dicti Conventus „ S. Helenæ ſupra Cſaktornjam Ord. S. Pauli primi Eremitæ ipſorumque Succeſſoribus univer- „ ſis, novæ noſtræ donationis titulo, dedimus, donavimus, & contulimus. Ita tamen: ut ipſi „ non ſecus deinceps quoque ſemper, uti hactenus omnia munia & ſervitia divina in præfata „ Capella diligenter ac ſedulo obire, conſuetaque Miſſarum onera & officia, pro piis Fundato- „ ribus perſolvere debeant ac teneantur. Immo damus, donamus & conferimus, ea qua præ- „ miſſum eſt ſub conditione, jure perpetuo & irrevocabiliter, tenendam, poſſidendam pariter „ & habendam, harum noſtrarum vigore & teſtimonio litterarum, quas in formam Privilegii „ noſtri redigi faciemus, dum nobis in ſpecie fuerint reportatæ. Datum in Civitate Noſtra „ Viennæ Auſtriæ XII. Menſis Auguſti, Anno Dni 1671. Regnorum noſtrorum Rni 14. Hun- „ gariæ & reliquorum 17. Bohemiæ vero 15. Leopoldus m.p. L.S. Thomas Palffy Epiſc. Ni- „ trienſis. Stephanus Orban „ Has, A.R.P. *Nicolaus Benger* Provinciæ hujus quater Provincialis, & Ordinis Scriptor, ad me miſit, dum ſupplens vices Archidiaconi Bexin, Parochi juribus proſpicere ſatagebam. Scripſit donationales dein eſſe ſubſecutas, cum ſtatutione peracta, præſente Capitulari exmiſſo. *Statutio* pertinet ad Colonos & vineas, haud vero ad Parochi jurisdictionem, & Sacramentorum adminiſtrationem. Rex Leopoldus, vigore juris ſui Patronatus,

Digitized by Google

tus, & potuit & attribuit illis Capellam, ſed quod Parochum ſuis juribus privâſſet, aut ſuſtuliſſet, ne mentio quidem in ſuis collationalibus; & aliunde *ſalvo jure alieno & Eccleſiarum Dei*, inſeri debet, legum diſpoſitione clauſula. Quis etiam credet, Leopoldum parte alia non audita, Parochum atque Epiſcopum juribus ſuæ juriſdictionis privare voluiſſe. Profecto nec in recitato inſtrumento, nec in donatione ſtatutioneque eſt mentio, Capellam adimi vel eximi a juriſdictione Epiſcopi, eamque tradi juriſdictioni, ſive P. Generalis, ſive Provincialis Paulinorum, Poſſe autem iſthic a Paulinis Sacra peragi, juxta ordinationem diſpoſitionemque Ordinarii, indubium eſt. Immo Epiſc. incumbit videre, legum diſpoſitione per Canonicam viſitam, an ſatisfaciant conditioni a Rege impoſitæ. Poſſe ſalvari Parochi officia, Parochiamque; exemplo ſunt tot loca, & Civitates, ubi ſunt monaſteria cum Parochiis, Illud autem admirari ſatis non poſſumus, ſi nihilominus verum eſt, quod Inclytus Comitatus Szaladienſis, perſuaderi ſibi paſſus ſit, olim iſthic fuiſe Abbatiam, detque Priori Chaktornenſi Abbatis titulos, & hunc qua Abbatem S. Hieronymi ad ſuas congregationes invitet. Prætenſæ hujus Abbatiæ, nullibi ſunt veſtigia. In brevi illo indulgentiarum, quod *Bombardi* exhibet in ſua Topographia, nulla Abbatiæ eſt mentio, quamvis ſit de anno 1447. Leopoldus quoque. Abbatiæ non meminit, neque iſtud tum a Paulinis vel aſſertum eſt. Proinde, uti ex Bombardio colligeretur, a P. *Paulo Szupſzky* videtur hæc Abbatia inventa. Sed detur Abbatiam iſthic olim fuiſſe, docendum eſt: *exemptam extitiſſe*, & cum exemptionis jure, ad Patres Paulinos eſſe devolutam. Perſuaſum tandem habeo: Inclytum Comitatum Szaladienſem, diſpoſitionem art. I. anni 1608. non ignorare, quo ſtatuitur: *eos qui nulli immediatè Epiſcopatui ſubjacent*, intra ſtatus cenſeri. Quare Prior Cſaktornenſis, haud qua Abbas, ſed qua poſſeſſionatum Nobilem repræſentans, & extenſione legum, gaudens Nobilium prærogativis, ad Comitatus Congregationes, ſi non erro, invitabitur, haud verò ut Abbas S. Hieronymi.

Initia reſiduorum Conventuum ſunt. *Szveticenſis*: locus ille olim *Szmolcha* vocabatur, a quo etiam Nobilis *familia Szmolchich*. Erant in eodem ſacella tria, videlicet *Annuntiationis Bſſ. V.M. S. Catharinæ, & S. Margarethæ*. Hinc *Szveticze*, hoc eſt *Sanctarum*, appellationem receperat. *Catharina Terſachki* fundaverat ibi beneficium pro Eccleſiaſticis, qui vulgari-Sclavonica, Divina peragerent, vocati ideo *Glagolitæ*. Pro horum victu, villam *Breznik* cum 12. colonis attribuerat. *Petrus Domitrovich* Eppus Zagrabienſis, qua tutor Nicolai & Petri Zrinii, anno 1627. Eccleſiaſtico illo beneficio ſuppreſſo, ex tutellatorum ſubſtantia, Paulinos in *Szveticze* fundavit, eosque 2. Julii fecit introduci, ac *Joanni Zaicz* Generali Paulinorum, per ipſum Tutorem locus eſt reſignatus. *Nicolaus Zrinius* facto Tutoris, ut diſſipationem redolenti, contradixit. *Petrus autem Zrinius*; cui Ozaly in diviſionem obtigerat, dicitur factum Tutoris, die 19. Junii 1640. ratificâſſe, *Ulimje* Gurcenſis Epiſcopi olim Feudum, cum ad familiam DD. Comitum ab Erdoedy deveniſſet, ab hac *Joanni Zakmardi* Mgro Proto-Notario & Vice-Comiti Cottus Varaſdinenſis, partim pro pecuniis, partim pro fidelibus ſervitiis ceſſum fuerat. Idem *Zakmardi* anno 1662. die 22. Octobris, coram Capitulo Zagrabienſi, *Ulimje Martino Borkovich* Generali Paulinorum, pro fl. Rh. 12. mille, certoque Miſſarum onere ceſſit. Anno ſequente 1663. conſenſu obtento tam Mattis Regiæ, quam & Principis Gurcenſis *Sigismundi Franciſci* qua feudi domino, Die 2. Aprilis 1663. Paulini intrarunt, cum dependentia a Priore Lepoglavenſi. Obtenta dein, erigendi iſthic conventus, *ab Ottone Friderico ex Comitibus a Pucheimb* Epiſcopo Labacenſi, ſub dato Obenburgi 6. Februarii 1664. decurrente ibidem tum Synodo, facultate, Die 20. Martii, monachi 4. intrarunt. *Simone Bogovich* primo Priore conſtituto, Zakmardio autem fundationem adaugente. *Criſienſis Conventus* hæc ſunt initia. Fatus *Joannes Zakmardi*, fratrum ſuorum Michaelis, Item Georgii Vice.Comitis Criſienſis, deficientium; facultatibus itior, cum & ipſe careret hæredibus cum Conthorali Anna Zvirchich, a *Nicolao Makar* Vice-Colonello Criſienſi fundum civilem emit; a ſyndico autem Franciſcanorum poſſeſſionem Kapellanſchicza vulgo Majurczi, quæ olim erat pro Capellanis Criſienſis Parochiæ floren. Rhen. 1800. Atque hæc, uti & curiam *Diankovecz* cum portionibus annexis: *Drobkovecz* item cum vineis obreſſ; ſeſſiones colonorum cum jure montano in Viſzoko & Rakonog: poſſeſſiones in Spirancz & Scherbakovecz; Portionem item in Bogachevo & Orehovecz, ac demum in Hraſchina colonos 24. a familia Erdoedii obligatos, jure eo quo ipſe poſſedit, nempe inſcriptitio, faſſione coram Capitulo Chaſmenſi die 27. Auguſti celebrata anno 1665. in Patres Paulinos, pro erigendo conventu transtulit. Conſenſu Leopoldi impetrato, ſub dato 9. Septemb. anni præmiſſi. Anno dein 1667. die 25. Aprilis *Neoſolii* defecit Zakmardi, inde ad Cathed. Baſilicam Zagr. delatus ad tumulum, ſepultusque XI. Junii in Sacello S. Joan. Baptiſt. Civitas Criſienſis Conventui huic Scholas humaniores, a ſe fundatas adjecit, confirmante Leopoldo anno 1675. *Kamenſzko* demum (ubi initio Sæculi XV. conventum fuiſ-

Digitized by Google

ſe Annal. Paulin. refferunt) ita ſurrexiſſe invenio: Anno 1699. per terræmotum conventus Szveticenſis, damna tulit ruinasque. Metu territi fratres, fugerunt ad Kamenſzko, pertinencias ruinati conventus. Poſtquam etiam Dña *Barbara Sidonia Peranſzki*, Comitis Franciſci Chriſtophori Delliſimunovich conjux, ruinatum Szveticzenſem Conventum, datis clenodiis monilibusque ſuis, Bono quoque *Treſcheno*, reparâſſet, *Dorothea item Gubaſſoczi* Stephani Szily conjunx, bis mille fl. Rh. Szveticzenſibus dediſſet, pars fratrum Szveticzam reverſa eſt; pars manſit in Kamenſzko. Anno 1707. Prioratus iſthic erat conſtitutus. Atque hæe de initiis Regularis hujus inſtituti, Provinciæ item Croaticæ vocatæ, ejusque Monaſteriis. Generalis illorum anno 1699. ut acta publica, Magnates omnes, Titularesque Epiſcopos quod in publicis Regni Congregationibus, atque alias præcedat, palam contendit; & 1700. in Congregatione Varasdini 8. Martii celebrata, negativam accepit ſententiam, ut ideo ad Congregationes non veniat. Quin occaſione quæſtionis de præcedentia intra Canonicos Chaſmenſes & Paulinos, anno 1766. per articulum eſt ſtabilita poſt Chaſmenſes ſeſſio Paulinorum in Regni congreſſibus.

XII. Patres *Societatis JEſu* in Superiore hac Sclavonia, duo ſolum Collegia habent, videlicet *Zagrabiæ*, *ac Varaſdini*. Inſtitutum hoc, in Regno Hungariæ inviſum fuiſſe, 8. anni 1608. ante Coronationem docet, ubi: *Articulus de Jeſuitis in vigore ſuo permanet, nimirum ut ipſi nulla in Regno Hungariæ bona ſtabilia & poſſeſſionaria habeant, & poſſidere valeant.* In Sclavoniam autem anno 1606. per liberam Regiamque Civitatem Montis Græcenſis Zagrabienſis fuêre recepti. Multis ante annis fata Civitas inſtitit, pro Jeſuitarum introductione, ut inferior docet inſtantia, verum propter Hungaros, directa reſolutio obtineri non potuit, quare *Miſſionum* titulo, anno præmiſſo, duo Zagrabiam venêre, ea ſui commendatione, ut anno 1607. Status Regni Sclavoniæ, Oratoribus ſuis ad Rudolphum Pragam miſſis, *Balthaſari videlicet Napuly & Nicolao Malenich*, reliqua inter 6to loco commiſerint: *Ut Patres Societatis JEſu, conſenſu totius Regni advocati, a Sua Majeſtate Zagrabiæ fundentur.* Obtinuerant tum a Civitate, locum illum, ubi nunc ſunt Capucini, cum *beneficio SS. Fabiani & Sebaſtiani* in templo Parochiali S. Marci. Item tenuta *Fraterſchicza* vocata, de quibus ſucceſſivè ſæpe fuêre controverſiæ, & ſub Eppo *Martino Borkovich* proceſſus. Quædam item veteris Dominicanorum Conventûs. Anno 1609. mortuo *Vincentio Miſlenovich* Præpoſito Chaſmenſi & Glogoncenſi, Simonis Bratulich Epiſcopi Zagrabienſis propenſione, Præpoſituram quoque illam, cum Tkalecz & Planina, Mathia Rege confirmante obtinuerunt, ut in *Simone Bratulich* cum circumſtantiis deſcripſimus. Porro poſt Dominicanorum receſſum, quos Mathias Rex ad Civitatem Regiam tranſtulerat, dato iis templo S. Catharinæ reſidentiæ veterum Sclavoniæ Ducum Sacello, cum fundi tam Ducales, quam & Conventus Dominicanorum cum horto, vacui ruinatique fuiſſent, pro impetrandis his, Patres Miſſionis Zagrabienſis, Ferdinando, ut a morte Patris ſui Caroli, Sclavoniæ unà cum Stiria cæterisque Provinciis gubernatori, ſequentes miſerunt preces, quas ex copia per Patres olim, occaſione quæſtionis pro *Fraterſchicza*, cum pluribus hiſtoriæ ſuæ extractibus, Memoriali item Georgii *Dobronoki* 1630. conſcripto, *Georgii Turkovich*, *Joannis Schottner*, & *Nicolai Sartory* Rectorum, cum quibusdam Dominicanorum Privilegiis, & Sixti IV. de anno 1473. Brevi, translationis Dominicanorum ad S. Catharinam &c. producta, ſincerè deſcribimus.

Par ſupplicis libelli ad Sereniſſimum Archiducem Ferdinandum pro templo & Monaſterio Sanctæ Catharinæ.

„ Sereniſſime Princeps, ac Dñe Dñe Clementiſſime. Orationum in Dño devotarum ſuffragia, „ Serenitati Vræ humillime comendamus. A longo iam tempore Cives Zagrabienſes apud „ Sacram Cæſaream Regiamque Mattem, intervenientibus etiam Serenitatis Vræ; nec non Sereniſſimi Principis ac Dni Dni Maximiliani Erneſti Fratris Serenitatis Vræ chariſſimi, commendationibus, pro obtinenda in hac Regia Civitate Societatis noſtræ ſolida Collegii fundatione, laborârunt. Quam cum hactenus obtinere minime potuiſſent, aliam introducendæ Societatis in hanc Civitatem liberam inierunt rationem; pro incoanda miſſione Societatis noſtræ, a Superioribus aliquot impetratis Patribus, qui prima jacerent in hoc Regno Sclavoniæ Societatis noſtræ initia. Cum autem locum habitationi noſtræ accomodatum, ubi noſtra munia ſeparati ab externorum tumultu exercere poſſemus, non habeamus: Monaſterium vero D. Catharinæ (cujus poſſeſſionem Cives Societati introducendæ iam pridem ordinaverant) in principio hujus bellici tumultus, neſcimus quorum conſilio & auctoritate penitus everſum, & in uſus profanos converſum ſit. Ideo Serenitati Vræ humillime ſupplicamus: dignetur pro hac ſingulari in DEUM & loca religioſa pietate, domum diruto monaſterio vicinam, exiguam quidem illam, noſtro tamen paucorum numero commodam, quam nunc Joannes

Caro-

Digitized by Google

„ Carolus, Serenitatis Vræ armamentarii Cuſtos inhabitat, noſtrorum uſui & habitationi „ clementer offerre: Monaſterium quoque ipſum penitus dirutum, & in uſus profanos con„ verſum, in priſtinum Dei obſequium (vaſis bis cocto refertis, & armis Italorum ibidem „ collocatis, in vacuas Civitatis terras,translatis,ubi & dictus Serenitatis Veſtræ armamentarii „ cuſtos, pro ſuo uſu commodam habitationem habere poterit) reſtitui facere. Et quia in „ dicto diruto monaſterio, non nulla ſuperflua ligna; aſſeres, catena pro puteo ad rationem „ Serenitatis Vræ aſſervantur, pro iiſdem Serenitati Vræ noſtro uſui attribuendis humillime „ ſupplicamus.Præterea licet non ignoremusSerenitatemVram maxima in Societatem noſtram „ contuliſſe beneficia, præcipue autem in propriis ac hæreditariis Provinciis; nihilominus „ Sclavoniæ quoque (cujus hactenus in rebus bellicis, paternam curam vidimus) ejuſdem eti„ am in promovendo & erigendo Divino cultu, non minorem rationem, Serenitatem Ve„ ſtram habituram confidimus. Quod autem compendioſiori modo id fieri poſſit, pro prima „ occurrenti extraordinariam gratiam, ad reſtaurationem templi, noſtrorumque magis com„ modam habitationem extruendam, primam Serenitatis eleemoſynæ benedictionem, huic „ applicandam, Serenitati Vræ humillime ſupplicamus. Quam nos & ſucceſſores noſtri aſſi„ duis precibus, & quotidianis ſacrificiis, pro feliciſſimo ſtatu Serenitatis Vræ; nec non Se„ reniſſimi Principis Joannis Caroli, filii ejuſdem Serenitatis Vræ incolumitate, apud Divinam „ Majeſtatem promereri conabimur. A Serenitate Vra clemens & benignum per præſenti„ um tabellionem expectamus reſponſum. Serenitatis Vræ, humiles ac devoti ſervi in Chri„ ſto, Patres Societatis Jeſu in Miſſione Zagrabienſi conſtituti.

Quamvis vero res ipſa ob poſſeſſorium teſtetur, exauditas fuiſſe preces a Ferdinando, tamen in recenſitis ſupra deſcriptis productis, eſt: *Ex Hiſtor. Collegii fol. 9.* „ dum hoc agi„ tat pater, & omnia circumſpecte diſcutit, evenit domus a porta Capitulari quarta prope Ci„ vitatis mœnia, uni turrium prope contigua, ad quam etſi fatiſcentem & rimoſam Sereniſſi„ mus Ferdinandus Archidux, nunc Cæſar, ſui armamentarii præfatos impoſuerat inquilinos. „ Hæc ut dixi rimarum licet eſſet æque plena ac altera, nihilominus quia ſitu erat opportu„ niſſima, ſpemque dabat non dubiam fore, ut contiguæ etiam domus Ducales accederent, „ totuſque tractus ille qui Sanctæ Catharinæ parietinas cingebat, ac e mœnibus in Capitu„ lum ac plagam Turopolienſem proſpectum præbebat longe jucundiſſimum, in noſtrorum „ veniret poteſtatem, uti & venit. Quapropter plenus ſpe Pater, Sereniſſimum Principem „ Græcii tunc agentem eique Societatis amantiſſimo Patri, ſuſcepti itineris cauſam explicat, „ quid Croatiæ ſimul ac Regiæ urbi, noſtrorum adventus attulerit commodi, edocet; aliaque „ promit, quæ inſtituto ſuo opportuna; Principem ad poſtulata flectere poterant. Non fuit ei „ multis ſuadendum, qui ad bene de Societate merendum ſuaptè natura habitus a puero, ſem„ per fuerat propenſiſſimus. Itaque Patrem voti compotem facit, *ædes donat ſuas*, ſimul„ ad Senatum Zagrabienſem mandatum expedit, ut Patres Societatis in eas introducat, ju„ reque perpetuo manſuros ibi ſtabiliant.„ Credo ego, ſucceſſive Regio conſenſu præmiſſa eſſe roborata, cum Ferdinandus tum Rex Hungariæ non fuiſſet, qua gubernator autem ſine Regio conſenſu, ſimilia diſponere nequiverit, quod & leges docent; & ſupra deſcriptum a pagina 392 Caroloſtadienſium diploma, ubi Caroli immunitates, Rudolphus Rex Hungariæ confirmat.

Cæterum præmiſſa, domus annonaria non fuerunt, at ſcholarum titulo, Civitas reſidua, ipſis contulit, ſic enim productum Collegii, ex eadem hiſtoria fol. XL. „ Cæterum etſi ea, quæ „ diximus, in cenſu ac ædibus noſtrorum tollerabili jam eſſent loco, nihilominus quia ſchola„ rum occupationes ampliora requirebant ſpatia, adiit Senatum P. Superior, eique propoſuit, „ ut ſi publico bono conſulturus, ſcholas habere deſideraret, de commodo earum loco prius di„ ſpiceret, ac erigendas ſuſciperet. Ille quamvis voto Patris optima proponentis magnopere „ cupiebat ſatisfacere, tamen quia nihil expeditum occurrebat, anceps aliquantulum hæſit, do„ nec optimam explicandi ſe nactus eſt viam. Erat domui noſtræ ab Archiduce donatæ, vici„ num S. Catharinæ templum, quod militaris pietas, eo tempore quo Petriniam Turca occu„ pabat, in annonariam penum converterat. Templum hoc ſat male materiatum, una cum „ adjuncto Dominicanorum monaſterio, ruderibus deformato, ac pene jam ob vetuſtatem ſo„ lo æquato, item cum annexo ejuſdem horto ſat ſpatioſo, Magiſtratus P. Zanitio confert in „ perpetuum, ut ibi ſcholæ excitentur. „ Laudataque Magiſtratus munificentia, ex folio 13. proſequitur: *Utque ſuum erga Societatem ſtudium clarioribus argumentis exprimeret, addidit beneficium SS. Fabiani & Sebaſtiani cum Sacello in templo S. Marci exiſtente, quod ex Conſenſu A. R. P. noſtri Claudii Aquavivæ, noſtri acceptárunt, donec de plena & ſufficienti fundatione Collegii provideretur. Onus autem huic Sacello nullum eſt annexum, niſi ut ſingulis ſeptimanis ſemel a quopiam Patrum, Sacrum ibi legatur.* Hoc beneficium, aliud eſt à Fraterſchicza. Progreſſum Collegii hujus

Digitized by Google

hujus, in libello *memoria beneficiorum a Collegio Zagrabienſi acceptorum*, quia videre eſſet, non immoramur, dum hujus non ſcriberemus hiſtoriam, verum initia tantum. Adminiſtrant Seminarium S. Joſephi, olim dictum Frangepanianum, poſt horum notam, a nomine S. Joſephi audit. Quamvis autem tantorum effuſæ ſint in hoc Collegium munificentiæ, Collegii attamen fundatio, P. Ignatio Thonhauſen adſcribitur. Gloriari autem hoc poteſt Collegium, quod Sclavoniæ Regno iſtud recipiente, protegente, ac intra Status Regni adnumerante, occaſio, haudque parva cauſa extiterit, ut Patres Societatis per Regnum Hungariæ extenderentur, & articulo 20. anni 1687. reciperentur, ſenſuque 73. anni 1715. voto ſeſſioneque in publicis Regni Comitiis gaudeant. Pertinet ad Provinciam Auſtriæ, cujus olim, ex his Regionibus plures fuère Provinciales.

Varasdini eſt etiam Collegium. Quo anno? qua item occaſione? eò venerunt Jeſuitæ, non comperi. Anno jam 1649. fuiſſe iſthic reſidentiam acta publica docent, cum notetur: *pro Scholis Varasdinenſibus*, contributio colonorum tam *Reſidentiæ Varasdinenſis*, quam Collegii Zagrabienſis per triennium relaxata eſt. Collegii iſtius Fundatores Familiam Thonhauzen, ſcribit Szent-Ivanius. Adminiſtrant Seminarium, Zakmardianum vocatum, docentque ſcholas humaniores, Provinciæ Societatis Auſtriacæ obnoxii. Cæterum anno 1693. in Congregatione Regni, Zagrab. habita die 22. Junii. Ob promerita huic Regno præſtita à Patribus Societatis, Aulicis; Rector Collegii Zagrabienſis ſuique Succeſſores, ad Congregationes Regni vocandus conſtituitur, & Jeſuitæ in gremium Regni, juraque quævis Regnicolarum ſunt acceptati. Hoc extenſum eſt ad Collegium Varasdinenſe, illiusque Rectorem; *in conferentia* Ludbregini, Præſidente Bano, D. *Adamo Comite de Batthyan* die 26. Januarii Anno 1697. ſub conditionibus: ut Collegiorum memoratorum Rectores, *ad Tabulam, poſt alios Eccleſiaſticos & Religioſos Viros ſeſſionem habeant, ita: ut quilibet eorum votum habeat perſonaliter comparens; Subſtitutus autem voto careat; & Coadjutor* (ſive intra eos ſpiritualis, ſive temporalis) *nec locum habeat ad Tabulam.*

XIII. Patrum Capucinorum bini quoque Conventus ſunt, Provinciæ eorum Stiriacæ adſcripti, nempe Zagrabiæ ac Varasdini. Circa annum 1628. eos Zagrabiam evocatos credo, arguoque ex præfato producto, ubi ſequentia: *Ex eadem Hiſtoria Collegii fol. 40.* „ Hoc eodem „ anno non tam Regnicolarum, quam Civium quorundam privato, maxime vero Italorum, affectu ac ſtudio Zagrabiam evocati ſunt Patres ex Ordine S. Franciſci, quos phraſi, uſu jam „ canonizata, Capucinos nominamus. Iſtis ad erigendum monaſterium cum templo collatus „ eſt fundus ille, qui olim Monialium erat. In hoc eodem tractu eſt etiam templum illud B. „ Virginis, quod a Monialibus relictum vacuum, retulimus ſupra fol. 13. §. 8. Societati fuiſſe „ collatum. Cum itaque Patres dicti pro ſui inſtituti forma, templum in aſſignato ſibi fundo „ erigere commodè non poſſent, niſi nos cederemus loco, placuit bonis illis Patribus adire „ Rſſmum, apud eundemque precibus agere, quà ſummis, quà infimis, ut ipſo deprecatore, „ nos ædis ſacræ poſſeſſione cederemus, qua hactenus uſi fueramus; animumque adjiceremus, „ vel ad reformandam ac reſtaurandam S. Catharinæ Eccleſiam, quæ nobis erat longe vicinior, vel vero ea funditus everſa, templum aliud uſibus noſtris aptius, intra collegii „ noſtri ambitum, fundumque aſſignatum excitaremus. Ad idem a nobis impetrandum, „ excitârunt etiam ipſam Civitatem cum Magiſtratu, qui ut nobis facilius perſuaderet id „ quod ſuadebat, pro ſubſidio novi, noſtri templi, promiſit ſe daturum fornacem unam „ latere coctili, alteram vero calce plenam. Erat tunc Provincialis *Runner* Hungarus, cui „ cum Rſſmi Civiumque poſtulata fuiſſent propoſita, re prius cum Adm R. Patre no- „ ſtro Generali communicata, conſenſum præbuit, una cum collegii Rectore, ut tunc, cum „ noſtrum templum finiretur, cederemus e templo Beatæ Virginis. „ Erat his temporibus Rector Collegii, P. *Georgius Dobronoky*, ut Planinenſibus anno 1628 elargitæ ab eo litteræ docerent, qui etiam ſuis ſucceſſoribus reliquit pro memoria. *Ex Memoriali R. P. Georgy Dobronoki conſcripti anno 1630 Num. 142* „ Si ſequenti anno, abſoluto templo no- „ ſtro contingat noſtros cedere templo B. Virginis, ſuaderem duo præſtanda. Primo qui- „ dem, ut altero ſtatim poſt dedicationem die, ſolemniſſima proceſſio inſtitueretur e templo B. „ V. ad noſtrum S. Catharinæ templum, & ſtatua illa B. V. cum parvulo, tanquam tutelaris „ Patrona & veteris & novæ noſtræ in ſacris reſidentiæ, geſtaretur manu, defereturque per „ P. Rectorem ad novum templum; cum toto RR. Patrum & Fratrum choro linteato, ſicque „ valediceremus templo B. Viginis. Alterum ut hæc ceſſio cautè fiat, ne ſcilicet dum templo „ cedimus, putent homines nos beneficio etiam annexo templo cedere; quod nequaquam facimus, ac proinde tunc erit bona occaſio petendi confirmationem ſuper beneficio Beatæ Vir- „ ginis de quo ſuperiore paragrapho. Poſſet enim aliquando Civitas objicere, quod prata illa, „ ſylvæ, coloni, &c. pertineant non ad S. Catharinam, ſed ad B. V. Unde cujus eſt templum, „ ejusdem eſſe & beneficia templo annexa, quorum quia non ſunt capaces Capucini, in ſua eſ-

„ ſe

„ ſe poteſtate, cui ea vellint conferre. „ In actis autem publicis, in prima Regni Congregatione Anno 1634. Zagrabiæ XI. Januarii celebrata, *Patribus Capucinis Zagrabienſibus quotannis fl. Rh. 40. ordinantur*, condito eatenus articulo. Atque hæc, de Conventus hujus initiis reperi. Patres hi, nendicatione graves ſunt nemini, quin ſpontè delatis, & Miſſæ Sacrificiorum eleemoſynis unicè vivunt Zagrabiæ.

Varasdinenſis eorum Conventûs, petendum eſt exordium ad annum circiter 1697. Anno adhuc 1696. Varaſdinum Capucinos introducendos voluiſſe Regnum, anni ejus acta teſtantur, ſic enim extractus: *Pro aquirendo Romæ indulto, pro Capucinis Varaſdinum introducendis, contra indecentem Franciſcanorum oppoſitionem, ad neceſſarias Romæ expenſas, obtulerunt ſponte, ſinguli Comites 4. aureos, Barones tres, Nobiles duos, Armaliſtæ unum, Nobiles unius ſeſſionis Imperialem unum, Civitates pro ſua diſcretione.* In actis Regni pag. 228. Anni autem 1697. continetur: Canonicus Gotthal, & Vice-Comes Illiaſſich exmiſſi per conferentiam, ad PP. Franciſcanos, ſine procurandi ipſorum conſenſus pro inductione Capucinorum Varaſdinum, retulerunt: ipſos tandem in id annuiſſe. Quibus dein Regnum mille floren. Hungaricales in Capitulo elocandos obtulit, & felicioribus temporibus, totidem ſuperaddere promiſerunt. Quo factô, Vidua Comitiſſa Draskovichiana, fundatrix Capucinorum, manum operi admovere, habita licentia Romana, appromiſit. Anno dein 1707 notatur: *PP. Capucinis Varaſdinenſibus ordinati annuatim pro lignis titulo eleemoſynæ fl. Rh. 40.* Iſte tamen Conventus, quandoque mendicationem exigit.

XIV. Patres *Piarum Scholarum*, vulgo Piariſtæ, ſua domicilia recentiſſimè in Sclavonia ſortiti ſunt, videlicet *Bellovarini*, loco nempe ſtabalium Generalatus Varasdinenſis. Anno 1755. indignè tumultuantibus, ejus Generalatus hominibus, poſtquam creditum fuiſſet, motus illos ob *Marcſam*, locum unitorum, enatos etiam, dum Reginæ noſtræ pietas, Schiſmaticos ab eo loco arceret, prætextu erigendarum iſthic Scholarum, *Marcſa* Piariſtis eſt reſignata, ipſique in Regnum hoc, ex Auſtriaca eorundem Provincia, ſunt tum primo introducti *Marcſam*. Liberalitate & ſumptibus, Reginæ Mariæ Thereſiæ, erexerunt ædes, repararunt templum. Quia verò *Marcſa* locus eſſet Sylveſtris, neque iis proviſus, quæ requiruntur ad juvenum Scholas frequentantium proviſionem, ut videlicet, hoſpitia obtinere valeant, cœteraque neceſſaria; ideo dicti Patres *Bellovarinum* ſunt tranſlati, *Marcſa* vero iis relicta, qua Bonum fundationale, unde neceſſitatibus Patrum provideretur. *Carolſtadium* quoque Regni Croatiæ, Diœceſis autem Zagrabienſis Anno 1764. ex eadem Auſtriæ Provincia, vocati ſunt collocatique. Utrobique in his locis, humaniores tradunt Scholas, & Regia munificentia providentur. Hæc ſunt, cognita nunc omnibus, his in Regionibus initia Piariſtarum, Progreſſum horum notet poſteritas. Mirum eſt Patres hos, ſuæ ad Regnum ſuſceptionis, apud ſtatus ordinesque Regni firmitatem, quamvis legibus præſcriptam, negligere.

XV. Sunt quoque pro fœminis, duo Monialium conventus. *Zagrabiæ* inſtituti S. Claræ, ſub cura PP. Franciſcanorum. Conventus hujus initia ex eodem conventu, communicata ſic habeo: Comite *Caſparo Draskovich*, ac Eminentiſſ. Primate Hung. & Cardinali *Petro Pazmano* agentibus, poſtquam Provinciales Franciſcanorum fortiter ſe oppoſuiſſent, pro erigendo Zagrabiæ in Sclavonia Monialium clauſtro; *Poſonio* ſex Profeſſæ, ac duæ pro monaſterio æducatæ virgines ſunt ſubmiſſæ, videlicet mater *Eliſabeth Marianna Nagy*, Poſonii Prioriſſa, *Urſula Cæcilia Draskovich* Soror Comitis fati, *Maria Thereſia Dobroſovſzki*, & *Beatrix Magaſparti*, atque *Eliſabeth Hortulana Perſich* profeſſæ & Chorales. Poſt has *Catharina Febronia Varasdy* laica. Virgines vero non profeſſæ, *Catharina Roſalia Keglevich*: ac *Catharina Emerentiana Megyurechky*. Hæc in ſuo ad Sclavoniam 1645. die 5. April adventu, in *Klenovnik* fuere receptæ, ibidemque Maria Thereſia Dobroſovſzky obiit, Ormosdini ſepulta. Zagrab. inde tranſlatæ 1646. Die 11. Aug. hoſpitium habuere in domo n unc Regnicolari, tum vero *Dorotheæ Vragovich*, poſt mortem Gabrielis Cſernkoczy; tum conjugis, D. Capitanei *Joannis Voikovich*. Poſitisque actualis Conventus fundamentis 6. Maii 1647. ad conventum novum 1650. 15. Junii tranſiverunt. Templum ſub titulo SS. Trinitatis incoatum eſt erigi 24. Julii 1658. ſub Eppo Petro Petretich, quod 1669. terminatum, conſecravit Epiſc. Zagr. *Martinus Borkovich* die 26. Octobris 1670. Quia vero vitæ mediis indiguiſſent, fatus Comes Caſparus Draskovich, in vivis inſcripſit Conventui Bona ſua *Vukovina Mikchevecz*, & *Kupchina*, hæcve illis aſignavit, lege: deponendæ certæ Summæ ab illo, qui ex familia rehabere hæc bona vellet. Inſuper vita Comite, tritico, frumento, Vino, aliisque neceſſariis, Moniales ſuſtentabat. obiit 22. Maji. anno 1662. *Georgius item Draskovich Epiſcopus Jaurinenſis*, tria mil. fl. Rh. vivus conventui applicuit.

cuit. Moriens autem (mort. 26. Novemb. 1650.) in teſtamento legavit penes Familiam 30. mil. fl. Reh. lege illa, ut ab his Legalem cenſum annis Singulis conventui exolverent. Sed in 12. tantum mill. fl. Reh. depoſita fuiſſe notantur. Attamen Conventus iſte, Familiam DD. Comitum *Draskovich pro fundatoribus agnoſcit veneraturque*. Anno 1674. die 25. Junii conventus cum templo totus, igne conſumptus eſt, Monialesque in domo Parochi Novovillani, fuere ad 15. diem Julii hoſpites. Translatæ tum *Remeticzium*, ubi *Cæcilia Voikovich*, & *Juſtina Orehoczi* mortuæ ſepultæque. Reparato conventu 1675. die 2. Maji rediverunt. Iterum anno 1706. in univerſali urbis Zagrabienſis incendio, fuere quibusvis orbatæ. Per *Alexium Buzjakovich*, Provinc. Franc. S. Ladisl. Sclavon. receptæ fuerant ad Conventum Franciſcanorum. Inde translatæ ad *Zidanicze* Seminarii Clericorum hortum, dein receptæ a *Canonico Vukmerovich* ad Canonicalem domum, quæ nunc a me incollitur & poſſidetur, hoc eſt primam, a porta Capituli Novovillana, intranti ad Capitulum, a dextris; paratisque in Conventu Franciſcanorum interea, pro hoſpitio Monialium neceſſariis, poſt reparatum earundem in Regia Civitate Conventum anno 1709. die 4. Januarii, ad monaſterium ſunt reductæ. Hoc autem illud eſt monaſterium, quod quarumvis illuſtrium, Nobiliumqne in hoc Regno familiarum filias, alumnas monialesque habuit, ut ex illarum, familiarumque pateret ſcripturis. Hoc, ex quo Summa commoda, in tot promanarunt familias, dum pro leviſſima dote, olim 200. aut 500. florenorum, frequentius autem absque ulla, pauperiorum Nobilium filias ſuſcipiebant. Quamvis vero exigua dos fuerit, quia nihilominus, erga obligatorias ſolvendumque annuum cenſum, pactatam dotem relinquere aſſolebant, apud familias, factum eſt: ut Moniali mortua, nec cenſus ſit Solutus; dosque negata, vel involuta ſive ſubſecutis interceſſisque diviſionibus, quod onus illud nulli condividentium obtigiſſet; ſive paſſivorum debitorum prætextuato onere; ſive legulæorum impietate. Quare Conventus iſte, 30. circiter Moniales ſuſtentans, ſurgere non potuit. Et ne plane per maleverſationum mancipia pereat, Epiſcopus *Georgius Braniugh* ob aucta rebus pretia, reparationes neceſſarias, proviſionem tantorum &c. dotem cujusvis, fl. Rh. mille, aut ante profeſſionem deponendorum; aut vero cautione ſufficienti communitorum, conſtituit; quæ dos Conventui cederet, atque ad hujus neceſſitates. Reſiduum autem quod daretur filiæ, a genitoribus, agnatis &c. *parapherni* inſtar conſideraretur, ad Virginis intrantis diſpoſitionem. Poſt hoc Epiſcopale Decretum, monaſterium tectum eſt, pluraque reparata. Status quoque Regni publicus; perpenſa tam monaſterii hujus, Regnicolis utilitate, quam & tantorum damnificantium illud impietate, anno 1706. in congregatione Regni Zagrabiæ 12. Aprilis celebrata conſtituit: *Decreverunt ſtatus, ex quo hactenus Conventus Monialium Sſſmæ Trinitatis Zagrabienſis, Abbatiſſæ aut Prioriſſæ in cauſarum proceſſibus, ob ſexus ſui imbecillitatem nimium damnificatæ fuiſſent, quod impoſſerum in quibuſcumque cauſis, judicialiter etiam interrogatæ, vel admonitæ reſponlere non teneantur, donec prius, cum probo jurisperito viro, ac etiam Syndico ſuo, ejusmodi negotia ſua non conferant, triduoque talia negotia conferre & examinare debeant, quo elapſo reſpondere tenebuntur.* Ita extractus lib. 4. Protocolli Regni, folii 409. ſed cum a verboſitate, *opinioneque ſua*, probitatem cum juris ſcientia conjunctam communi fœminarum vitio, metiri incoaſſent, in Lupos vulpesque impingendo, ſtatutum fuerat: ut Syndici Conventus hujus, per publicum approbentur. Qua ex re patet, publicum, Singularem Conventus hujus curam demonſtraſſe. Hoc indubium eſt, pauperibus tam civibus, quam ſtudioſis, eſſe monaſterium hoc, ſuſtentationis eorundem refugium; multisque proſpici, de vitæ mediis. Cujus conſideratio, movit *Eppum Klobuſiczki*, dum accuſarentur prodigalitatis, ut eas in diſtributione hac, ob tot pauperes relinqueret. Præterea patriæ Nobilium puellas, ſub conventus habitu, leviſſimo precio, aliquando ſuſcipiunt æducandas. Hæc erga patriam Conventus hujus gratitudo, & memoratas ſtatuum proviſiones cauſavit; & erga hunc Conventum, ſingulorum affectum merito excitare, meretur.

Varaſdini Urſulinarum eſt Conventus: Hæ Poſonio ſunt evocatæ, hoc XVIII. ſæculo. *Gregorius Subarich* Canonicus Zagr. & poſt Hunc *Sigiſmundus Sinerſperg* Eccleſ. Zagr. Præpoſ. e primis illarum Benefactoribus ſunt. Varaſdinenſis Civitas, fundos illis aſſignavit. Servant puellarum ſcholas, tam communes; quam interiores, ut vocant *Convictricum*, a quibus exigunt colliguntque ſummas notabiles. Quamvis autem in Sclavonia vivant, hujuſque fruantur Beneficiis, Moniales domeſticas, ſive Patriæ filias, hactenus elevari ad Abbatiſſæ officium non admiſerunt: quin dotem a domeſticis majorem exigunt, ac ab extraneis, & puellarum domeſticarum pauperum, nulla apud Moniales has eſt Conſideratio. Reguntur a Presbytero Eccleſiaſtico ordinario earundem Confeſſario, & a PP. Societatis Jeſu Collegii Varasdinenſis.

Ju-

Digitized by Google

Juriſdictio Græci Ritus unitorum Epiſcopi.

Sclavoniæ Croatiæque locis deſolatis deſertisque per Turcarum excurſiones redditis, poſtquam ad deſerta hæc impopulanda, Raſcianos, vulgo *Vlahi* vocatos evocâſſent illocaviſſentque, eorum ſaluti erat conſulendum. Facili negotio ad Sacra ritusque Romanos deduci poterant, immò a noſtris Parochis Sacramentis providebantur, templa frequentabant noſtra, ipſeque *Petrus Domitrovich*, ad Epiſcopatum plane Zagrabienſem pervenit. Verum Roma hæc difficultante, pronioreque ad indulgendum ut e ritu latino, ad Græcum quis tranſeat, ac ut è Græco ad Latinum, ingens cauſata eſt confuſio, plebsque arguere incepit, tutiora ſanctioraque eſſe debere Græca, quam Latina Sacra, cum Græcis non admitteretur ad latinos ritus tranſitus. Et qui tranſierant, reddire cogebantur, eo effectu, ut non pauci ex Latinis, ad Græcos tranſiverint, qui in ipſis Legibus *Predaucy* vocantur. *Petrus Domitrovich* Eppus Zagrabienſis, parentibus Græcis ortus, ex ditionibus Ottomanicis Fratrem quendam Ord. S. Baſilii *Simeonem Vrattanja* obtinuit, cui ex Bonis Epiſcopalis menſæ *Ivanich* vocatis, metis poſitis excidit territorium *Marcſa*, ubi olim *Abbatia eſſe S. Michaelis* dicebatur; eoque, ut ipſe in ſuis litteris ait, Romanæ Eccleſiæ *adunito*, fecit: ut Ferdinandus II. Hungariæ Rex, uti etiam Paulus V. Romanus Pontifex, hæc firmarent. De his copioſè, & cum quibusvis circumſtantiis ſcribimus in Epiſcopo *Petro Domitrovich.* Vrattanja non ſolum Abbatis titulum eſt conſecutus, ſed & *Epiſcopi Svidnicenſis.* Feliciſſimæ erat calliditatis, ſciens omnibus ſatisfacere. Romæ in Epiſcopum fuit conſecratus, ſed poſt eam conſecrationem, etiam ab Archieppo Bulgariæ. His in Regionibus pro Catholico reputabatur; in Ottomanicis autem, pro Schiſmatis Apoſtolo. Monachos ſibi ſubjectos, tam Lepovinenſes, quam & Marcſenſes nefandis excoluit doctrinis, ut examen poſtea eorum, collectáve inquiſitio demonſtrant. Verbô fundamentum poſuit tantarum ſucceſſivè Regibus, Papis, & Epiſcopis incommoditatum. Graviſſimè accuſat, reumque facit Domitrovichium, *Petrus Petretich Epiſc. Zagrab.* in ſua Marcenſi hiſtoria MSS. teſtis quorumvis de ſcitu & viſu. Mortuo Simeone, Succeſſor ejus, relicta Cancellaria Aulica Hungarica, militarium opera, per Dicaſterium aliud, Epiſcopatum eſt conſecutus, ſub titulo ex anteceſſoris cognomine formato *in Confiniis*, ex Vratanja enim formavit *Vkranje*, hoc eſt in confiniis, obtentaque expeditione, coram Apoſtolico Nuncio Profeſſionem fidei elicuit. Petiit Romæ conſecrari, ſed Zagrabienſi Epiſcopo, vigore Canonicarum Legum prohibente, quod cum Confinia ſuæ eſſent Diœceſis, duo autem Epiſcopi ad unum eundemque titulum conſecrari nequirent, enata eſt plurium annorum lis, eo difficilior, quod Roma informari voluerit, de *Svidnicenſi Epiſcopatu*, Græcus nempe vel Latinus olim extiterit? Quæſtio hæc, fatigavit incommodè ipſa Excelſa Regia Dicaſteria, quæ auctoritate ſua, ob agnitum in Simeone Vratanja hunc titulum, conſervandum volebant, Roma repugnante. Eheu! quæ Orthodoxæ Religioni, cauſata ſunt hinc vulnera! plebs firmata eſt in ſchiſmate, Monachi Romana Sacra deteſtati, Epiſcopus à Bulgarico conſecratus metropolita. Quin hujus obrepſit auctoritas, ut viſitationes obiret, pecunias aufferet, Epiſcoposque confirmaret. *Gabriel Miakich* graviſſimam excitando rebellionem, Regemque Confiniorum ſe inſcribendo, Leopoldi Regis excitavit pietatem, qui damnato ad perpetuos carceres Epiſcopo Miakich, cum comperiſſet tam Ferdinandi II. quam & ex Pauli V. litteris, proviſionem fuiſſe pro Unitis, Schismaque natum ex innanibus quæſtionibus, *Paulum Zorchich* dixit Epiſcopum, qui titulo eſſet *Svidnicenſis*, & Colocenſis Metropolitæ ſuffraganeus; Roma vero ſi ad hunc titulum conſecrandum noluerit, alium quem lubet titulum eidem largiretur, ita ut Conſecratione, ſit tituli Romæ tribuendi, in Regno autem Hungariæ *Svidnicenſis.* Adjunxit Zagrabiæ pro his ſeminarium, donando eidem *bona Pribich* vocata. Diſpoſitio hæc Apoſtolici Regis Leopoldi duravit ad annum 1737. quo *Simeon quidam Filipovich* prævie cauſato tumultu, Marcſam expoliavit, diruit, Monachos quosdam occidit, quosdam coegit ad ſchiſma. Epiſcopus Zagrabienſis *Georgius Braniugh*, qui ab exemplo prædeceſſorum, Epiſcopos hos Svidnicenſes ut *Vicarios ſuos in ritu Græco* Unitorum habuit, multa egit, inſumpſitque. Verum reſtitutionem Marcſæ obtinere non valuit, quamvis *Teophilus Paſſich* in Epiſcopum *Svidnicenſem*, reſolutus fuerit, conſecratusque ad titulum Epiſcopi *Platenſis.* Verum quia Paſſich ob mores notoriè Scandaloſos, per Apoſtolicum Nuncium *Pauluzzi* in jus vocatus, per ſententiam *ad monaſterium* in Polonia Leopolitanum *detruſus fuiſſet*, nec parrere voluiſſet ſententiæ; at latitando, interpræetes fautoresque habuit, quoadusque & ſumptus, rigorem abrogatorum veterum Canonum, mitigatum eſſe, nec *detruſione ad monaſterium*, vacare ſedem; ideo ob novam hanc quæſtionem, Unitorum Græci ritus profeſſio, extincta ruinataque prope evaſerat. *Marcſa* poſſidebatur a Schismaticis; Monachi non fuerant, demortuisque Parochis, ex defectu Epiſcopi, qui Ordinare potuiſſet, Parochiæ ipſæ ad Schisma-

Digitized by Google

ticos ſunt devolutæ, plebsque eo facilius ad Schiſma inclinata, quod prædicatum fidei Unitorum neglectum, memoratis eventibus viderit. Quare palam Romanum Pontificem deteſtabantur, quod curam Salutis eorum abjeciſſet. Alumni illi, qui in Zagrabienſi Græcorum ſeminario excolebantur, abſolutis humanioribus, ad Schiſma omnes reddibant, perſecutoresque erant Sacræ Unionis. Tres remanſerunt Conſtantes & firmi, nempe *Simeon Bulich* Monachus Marchenſis, anno 1737. Salvatus, qui ad Bona *Pribich* ſe conferens, eorum & Zagrabienſis Seminarii, egit Curatorem. *Gabriel Palkovich*, & *Baſilius Boſichkovich*, Romæ tum erant alumni. Audito ſuorum caſu, Sacros ibi ſusceperunt ordines, Gabrielque Palkovich in Sclavoniam redeundo, in diſtrictu ſilesburgenſi, ſeu Sumbergenſi, egit Miſſionarium, populumque illum, iu Unione conſervavit: ipſe unicus Parochias omnes diſtrictus illius, diu noctuqe circumeundo adminiſtrandoque, ac efficiendo ut in Canonem Romani Pontificis nomen reponerent. Erat vir Singularis manſvetudinis & Charitatis, & ob virtutes in amore omnium. Alter *Baſilius* nempe *Boſichkovich*, ordinatione quoque [Romanæ ſedis, in Poloniam conceſſit, ubi Philoſophiam, & Theologiam expoſuit, ſeſeque adeo reddidit commendatum, ut Romam pro *Generali procuratore* unitorum, miſſus fuerit, cujus Illm. Aſſemanus reminiſceretur. Interea anno 1748. die 28. Aprilis obiit *Georgius Braniugh* Zagrabienſis Epiſcopus, dato eidem illico Succeſſore Franciſco Xaverio Klobuſizki, quem cum in Tranſilvania remanere oportuiſſet, præfati Unitorum caſus, a me, tum Viennæ conſtituto, fuere narrati. Fateri debeo exhorruiſſe omnes, Regiæ Aulicæ Hungaricæ Cancellariæ Conſiliarios, voluiſſeque in Religionis hac materia fundate informari. In patriæ rebus, & præcipue Eccleſiaſticis (a quibus, abſolutis Theologicis Studiis, cognitiones ſortiri, ſumma infelicitate incoaveram) peregrinus non fueram rudisque omnino. Hinc ex conſcriptis ob Epiſcopo Petro Petretich notitiis, à Rmò olim Georgio Marcellevich habitis, originem fataque Marcſenſium excerpſi. De ſequentibus, ex Nuncy Apoſtolici Viennenſis Cancellaria, plenam obtinui informationem; ex præfato autem Simeone Bulich, authenticè plane, tot tantorumque animarum ruinam. Exhibita itaque nomine electi Epiſcopi (per quem reſolutus pro Canonico a latere fueram) humili inſtantia, laudari ſatis poterit a nemine, fervor ille, Zelusque Religionis, quem Excelſa Aulica Cancellaria Hungarica demonſtavit exhibuitque. Sane, facta Relatione, negotii hujus Religionis, Apoſtolicæ Dominæ & Reginæ noſtræ *MARIÆ THERESIÆ*, tenerum in Religionem Orthodoxam cor, commotum vehementer extitiſſe, ejus Apoſtolica proviſio atque cura, ad perenne exemplum ac memoriam demonſtrant. Ea jubente, Excelſa Dicaſteria ſua, negotii hujus rectius evasêre procuratores, quam judices. Res cum Nuncio Apoſtolico, nunc S.R.E. Cardinale, Fabritio *Serbelloni* acta eſt. Latitans Paſſich, in Poloniam conceſſit, Benedictus vero XIV. de quibusvis genuinè informatus, ne fidei Religionisque, adeoque ſalutis æternæ negotium, per innanes quæſtiones, ſepultum remaneat, ab Apoſtolica Regina, vigore juris Patronatus ſui, reſolvendum voluit Epiſcopum, qui ſub titulo *Vicarii Apoſtolici*, rebus mederetur. Subito admonetur Anno 1750. Epiſc. Zagrab. *Klobuſiczkius*, ut Auguſtæ & Apoſtolicæ Dominæ, quosdam repræſentaret, e quibus unus, ad *Svidnicenſem Epiſcopatum* poſſit elevari. Tres illi ſuperius memorati, fuêre ſubſtrati. Ex quorum numero, *Gabrielem Palkovich* viſum eſt ſuæ Majeſtati eligere. Renuebat electi modeſtia onus hoc, tantasque in fletu adducebat rationes; quæ tamen exauditæ non fuêre, quod populus eundem amaret, virtutesque exigerent. Quare 1751. mittitur Zagrabienſi Epiſcopo mandatum Regium, ut *electum Gabrielem Palkovich*, quo citius Viennam venire jubeat, ad ſuſcipiendam Epiſcopalem animarum curam. Ivit ut erat Miſſionarius, pedeſter & lacer, univerſorum iſthic, virtutibus ſuis affectum meritus. Piiſſima Domina & Regina, Veſtes, Crucem, quævisve neceſſaria cœtera, liberaliſſimè eidem ſubminiſtravit, providit, ſumptusque omnes elargita eſt, primitivæ Eccleſiæ inquiens, ſe intueri in Gabriele Epiſcopum. Conſecratus fuit ad titulum *Druſiparenſis* Epiſcopi in partibus, partesque has adminiſtrandas ſuſcepit, ut *Vicarius Apoſtolicus*. Explicari ſatis nequit, gaudium illud, quod erat populo. Hinc ut in rei hujus memoriam, in Canone, *Magnæ Reginæ MARIÆ THERESIÆ nomen exprimatur*, *Benedicti item Romani Pontificis*, populus ipſe oravit. Et quia defectus fuiſſet ordinandorum, Sacerdotum item, oportuit Epiſcopum, Silisburgenſem diſtrictum adminiſtrare. Primæ illi curæ fuerunt, juventutis æducandæ; hinc Romam, tam ad Collegium Græcum, quam & *de propaganda* plures ſuſcepti fuêre juvenes, ad claſſes plane elementares. Zagrabienſe Seminarium, per unum Româ miſſum, regendum fecit. Obtinuerat autem quosdam, unionem profeſſos, per quos Parochiæ providebantur. Pro Capellanis Caſtrenſibus duos exmiſit. Regina *Maria Thereſia*, Marcſam ei 1753. reſtitui fecit, fuitque in eam introductus, atque in hujus poſſeſſorio biennio integro. Cum porro creditum fuerit, tumultum in Generalatu Varaſdinenſi an-

no

no 1755. ſecutum, etiam ob introductos Marcſam unitos profluxiſſe, eſtò rebellantes, Patri non nocuiſſent, immo poſitis vigiliis, locum ſint tuiti; & Schiſmaticis jus nullum producere valentibus, Reginæ providentia locum illum *Piariſtis* attribuit, Bonaque *Preſzeka* tum Fiſcalia, cambii titulo, ad ſervandam juſtitiam, Palkovichiò, ſive unitorum Epiſcopo, contulit. Videns autem Epiſcopus, viribus quotidie ſe deficere, egit Romæ, ut memoratus P. *Baſilius Boſichkovich*, Ordinis S. Baſilii iſthic Procurator Generalis, reddire debuerit, quem Vicarium dixit, eique progreſſum commendavit. Paulò poſt Caroloſtadii, ſummâ conſecutæ Cœleſtis gloriæ opinione, mortuus. Profecto ab omnibus deflebatur, ſuæque prædicabantur virtutes, & nunc etiam celebrantur.

Intellecta ejus morte, dictus RSS. *Baſilius Boſichkovich*, Epiſcopatum Svidnicenſem eſt conſecutus, conſecratusque ad titulum Epiſcopi *Diocletiopolitani*, cum poteſtate Vicarii Apoſtolici. Hic Anteceſſoris ſui inſiſtit veſtigiis, magnaque cura & fatigiis, opus Sacræ Unionis provehit promovetque. Vir virtutibus & doctrina præditus, in quorumvis eſt amoribus & veneratione. Apoſtolicæ Dominæ & Reginæ noſtræ, is zelus eſt, quem ſatis deſcribere nemo valet. Ferdinandus olim, Abbatiæ Marcſenſi Epiſcopi dedit titulos. Leopoldus Seminarium fundavit Zagrabiæ, horum hæres nepoſque *Maria Thereſia*, nunc ſuis ſumptibus piaque liberalitate ruinatum illud Leopoldinum Seminarium, Zagrabiæ è fundamentis erigit. *Criſii* quoque ordinavit, erigendum ſuis ſumptibus monaſterium pro Baſilianis unitis, cum templo ac ſcholis, exolutisque fundis, neceſſaria operi præparantur. Parochorum quoque ædes erigit, templa item, ſcholasque triviales. Ex unitis elevantur ad militaria officia, quin ob amplexatum Sacræ Unionis ritum, Clementiæ Regiæ effectum, convicti quidam, ſunt conſecuti, eoque gaudent. Apoſtolicus iſte Magnæ Reginæ Zelus, excitat quoque, Dicaſteria quævis, Comitatus, Civitates, ut quæ poſſunt conferant, ad promovendam Sacram Unionem. Et cum juvenum quidam, bene culti, ſanctisque inſtituti Principiis, Româ redeant, ſpes eſt, ut DEO benedicente, Apoſtolicorum Regum noſtrorum auſpiciis, excoli incoata vinea Domini, viaque ſalutis, ad optatum finem, ſuamque perfectionem perveniat. Populi propenſio magna eſt, qui ubi legere didicerit, ſi boni utilesque libri editi fuerint, quibus doceantur, quid ſit eſſe unitum cum Apoſtolica Sede? quid ritus? pax perpetua, conſenſioque ſequentur. Puto ego, ſi Privilegia quæpiam Regia, pro unitis elargirentur; ſi Vicario huic Apoſtolico, intrà Epiſcopos noſtros locus; ſi Nobilitas, ſi reſpectus in promotionibus acceſſerint, media hæc futura, ad obtinendum eum finem, quem ſuſpirat, quærit, procuratque, Reginæ Apoſtolicæ Zelus. Studendum quoque, ut ſimiles quærantur Epiſcopi, qui horum duorum veſtigiis gradiantur, ſintque Epiſcopi, haud autem Epiſcopatûs poſſeſſores. Hæc quæ retuli, ſunt Epiſcopatus hujus, dicti *Svidnicenſis*, exordia, fata, reſurrectio. Copioſius de hujus initiis, Tomo 2. Hiſt. Eccl. Zagr. Scribo in Petro Domitrovich, cum litterarum productione. Item in Georgio Braniugh. Reſidua partim per me tractata; partim nunc publica notoriaque, ad poſteritatis memoriam recenſui.

Nunc memorata juriſdictio Epiſcopi unitorum Græci ritus, exigua eſt, & diſtrictu fere Sumbergenſi continetur, ubi quatuor ſunt hodie Unitorum Parochiæ. Aliquorum item, qui intra diſſidentes, habitatione collocati, Sacram profitentur Unionem. Olim ac ante annum 1737. in Juriſdictione Generalatus Varaſdinenſis, plures habuit Parochias, uti & in Regnicolari juriſdictione, quæ ob recenſita fata, diſſidentes ſuſcepêre Paſtores. Inſtituto autem ac origine ſua, Reſolutionibus item Regiis, univerſi Græci ritus, per Croatiam, Sclavoniamque hanc Superiorem, ſuæ juriſdictionis ſunt. Sed qualiter? quibusve modis avulſi, partim ex ſuperioribus elici poteſt, partim ex mox dicendis conſtabit.

Juriſdictio Græci ritus diſſidentium Orientalium.

I. Variis nominibus hodie exprimuntur. Hi *Vlahos*, *Vlachos* vocant; hi vero *Raſcianos*, aut *Serblos*; quidam, *Albanenſes*, *Boſnenſes* appellitant. Ipſi attamen *Raſcianorum* nomen potiſſimum uſurpant, ut ſic fide veterum Privilegiorum, decretalium item articulorum uti Mathiæ Decr. V. Art. 3. & 4. &c. Vladis. 2. Art. ultimo &c. antiquitatem ſuam in Regno tueri poſſint. Sunt nihilominus, & diligenter quidem, diſtinguenda tempora, ætatesque, cum ab orbe condito, quævis ſic ſtetiſſe, fuiſſeque in Republica ordinata, ut nunc ſunt, non niſi inſanus ſentiet. Doctiſſimus Ritterus reliqua inter, habet etiam extractum Privilegiorum Raſcianorum veterum, quæ utrum ſibi applicare valeant, poſt partium illarum recuperationem, legalium Fororum judicio relinquo. Ex his extractibus quorundam meminiſſe voluimus, ad Hiſtoriæ illuſtrationem.

Anno 1412. Sigiſmundus titulo novæ Donationis Cives Civitatis *Kewe* jubet ſtatui in

prædiis deſertis Walvanis & Mekenot vocatis. Idemque Rex confirmat libertates Civitatis *Kewe* anno 1428. immunitando ab omnibus cenſibus & exactionibus, demptis duobus centenariis ceræ, Feſto Circumciſionis pro munere ſtrenarum Regiæ Matti dandis. Imponit quoque iis cuſtodiam *portus Regii*, ibi ſervandam. Confert Villas Balvani & Zkorenovcz, honoremque liberæ Civitatis impertitur. Anno autem 1435. Civitatem Kewe & villas ad eam pertinentes, Balvanos & Zkorenovcz ab omni ſolutione Triceſimarum, de rebus etiam mercantilibus eximit. Anno 1450. *Ladislaus Rex*, jubet eos in quibusvis privilegiis conſervari. Anno autem 1455. indulget: *Ut ipſi Cives noſtri Raſciani tamdiu, quouſque ad Civitatem noſtram Hominienſem in partibus inferioribus, ac metis Regni noſtri Hungariæ exiſtentem, de qua iidem propter metum Turcorum præteritis diſturbiorum temporibus, ad præſcriptam noſtram inſulam Chæpel advenissent, ceſſante ſcilicet hujusmodi metu Turcorum redire valuerint, in eadem villa noſtra Kyskevy, pacifice permanere; ac terris campis & portu in oppoſito ejusdem villæ, in fluvio Danubii exiſtentis, cunctisque aliis utilitatibus ejusdem villæ Kyskeve; ſed & omnibus illis libertatibus, & libertatum prærogativis, quibus Prædeceſſorum noſtrorum, ac etiam noſtris temporibus, primitus in præſcripta Civitate noſtra Kovinienſi &c. uſi fuiſſent & gaviſi, uti frui & gaudere valeant.* Anno 1464. VIII. Idus May *Rex Mathias* confirmat Prædeceſſorum Regum Privilegia, donec ceſſante metu Turcico ad prævium locum ſuum *Kewy* redire poſſint; indulgendo liberam lignationem in tota inſula *Cſepel*. Annis quoque 1473. 1474. 1489. largitur Raſcianis privilegia nova; uti & *Beatrix Regina* anno 1477. Quæ *Vladislaus* confirmavit. *Anna quoque Regina* Hung. 1503. Joannes denique de Zapolja, 1536.

II. In Croatia & Sclavonia Raſcianorum initia ſunt ſub Ferdinando, ut ſuperiores docent epiſtolæ. In Generalatu autem Varaſdinenſi, ab anno 1595. Initio carebant Eccleſiaſtica ſua jurisdictione, verum a latini ritus Parochis providebantur. Roma iſtud vetante, *Simeon Vrattanja* uti memoravimus *Græci ritus* in his regionibus, ſub *unionis* pallio, aſſumptaque obligatione; jurisdictionem incoavit. Sed eo mortuo, ex narratis circumſtantiis, & ad ſalutem æternam otioſis quæſtionibus, jurisdictio Græca Orientalium diſſidentium, obrepſit. Licet porrò in Regnis Hungariæ eſſent, mortuo Domitrovichio Epiſc. Zagr. *Euthymius Conſtantinopolitanus*, *Archiepiſcopus Sophienſis & Valachorum*, avaritiâ Officialium confinii ſubintravit. Marcſenſes & Lepovinenſes Monachos, ſuos effecit, & Franciſco Erghelio de *dato Beslevich*, die 12. Martii anni 1631. ſcribit, ſignificans reliqua inter: ſe, ad viſitandam & perluſtrandam Provinciam ſuam, nempe *Crainam* Ivanicenſem, è domo ſua contuliſſe, populumque ad ſe illico accurriſſe. Exhibetur hæc Epiſt. in *Erghelio Tom. 2. Hiſt. Eccl. Zagr. MSS.* Conſtabilivit iſte, præfatam jurisdictonem Græcorum diſſidentium, ſub patrocinio Officialium confinii. In *Paulo Zorchich* per quem, Jurisdictio Unitorum, juxta rei inſtitutæ initia, fuit reſtituta; ob *Lepovinenſes* ſchiſmati inhærentes, in integrum reponi non potuit, partim ob bella cum Turcis geſta, partim ob informationes militarium, avaritiam ſuam, politicis reflexionibus tegentium. Hinc *Lepovinenſe* monaſterium, diſſidentem jurisdictionem ſuſtentabat, ſecutumque eſt; *Marcſenſe* autem ad unitam reverſum Unitorum; ob quam, in Generalatu Varaſdinenſi, Epiſcopatus diſſidentium erigi non potuit. Atque hæc genuina cauſa eſt, quæſitorum modorum, ut *Marcſenſe* illud monaſterium deſinat, malueruntque tradi illud *Piariſtis*, ac ut per illud Archiepiſcopi, & diſſidentium Græci ritus Orientalium jurisdictioni decedat.

III. Magno illo Leopoldo, Hungariæ, Sclavoniæ, Croatiæque Recuperatore, & potentiæ Turcarum vindice, cum recuperata Inferiore Sclavonia, ad populum cæterum, Sacræ Coronæ olim membra, ſuas ut ajunt *Patentes litteras* exmiſiſſet Anno 1690. *Arſeniusque Chernovich*, cum copioſo populo, ad gratiam Leopoldi confugiſſet; hæc *Orientalium Græci Ritus* jurisdictio, ob *Archiepiſcopalem dignitatem* firmata eſt in Sclavonia, & Croatia; quin crevit indies, ut præter Epiſcopatus in inferiore Sclavonia, in Croatia æquè duos Epiſcopatus habeant. De quibus, antequam dicamus, Lectori erudito, *Patentes illas Leopoldi* cum ejus acceſſoriis, communicandas duximus, quod hæ inſtituto noſtro ſerviant, confirmentque & doceant Sacræ Regni Coronæ, Regumque noſtrorum Apoſtolicorum jura. Itaque, *Patentales.*

„ Nos Leopoldus Divina favente Clementia, electus Romanorum Imperator ſemper Au-
„ guſtus; ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, Boſniæ,
„ Serviæ, Bulgariæ &c. Rex. Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, ac Superioris & Inferio-
„ ris Sileſiæ, Wirtembergæ, & Theckæ, Princeps Sveviæ, Marchio S. Rom. Imperii, Bur-
„ goviæ, Moraviæ, Superioris & Inferioris Luſatiæ. Comes Habſpurgi, Tyrolis, Ferretis,
„ Kyburgi, & Goritiæ: Landgravius Alſatiæ; Dominus Marchiæ Slavonicæ, portus Nao-
„ nis, & Salinarum. Omnibus populis & Provinciis, ab *hæreditario noſtro Hungariæ Regno*
„ *dependentibus: & quibuscumque aliis*, præſentes lecturis aut audituris, imprimis vero *po-*
„ *pulo Albanenſi*, gratiam noſtram Cæſaream Regiamque, & omne bonum.

„ Notum ſit vobis, quod bellum Turcicum, ad quod fœdifragè & injuſtè provocati ſumus, pro munere noſtro Cæſareo & Regio in protectione Divina, & cauſæ noſtræ juſtitia, confiſi *proſequamur*, eo fine: *ut populos nobis jure ſubjectos, & jure à memorato noſtro Hungariæ Regno dependentes*; omnesque alios Chriſtianos, immani Turcarum ſervituti ereptos, priſtinæ libertati, priſtinis privilegiis, priſtinæque, cum corpore à quo dependent, unioni; abuſu omni ſublato, reparatoque defectu per tyrannidem Turcicam introducto; & reddito unicuique jure ſuo, reſtituamus. Quapropter omnes populos, per univerſam *Albaniam*, *Serviam*, *Myſiam*, *Bulgariam*, *Siliſtriam*, *Illyriam*, *Macedoniam*, *Raſciam*, conſtitutos; aliasque Provincias *à prædicto Regno noſtro Hungariæ dependentes;* omnesque alios populos, ſub jugo Turcico gementes, benignè hortamur: ut pio & paterno noſtro deſiderio correſpondentes, in hac tam favorabili occaſione, attritis tot cladibus per victricia arma noſtra Turcarum viribus, pro ſua Salute & liberatione, Religioneque Chriſtiana promovenda, omnes, ad partes Noſtras accedant, contra Turcas arma ſumant, copiis Noſtris pro opportunitate & neceſſitate, ad mandata Noſtrorum belliducum & Generalium, qui juſto numeroſoque exercitu proximi in campo comparituri ſunt, ſe adjungant; iisdem pro poſſe annonam, cœteraque neceſſaria pro eorum conſervatione ſubminiſtrent; & promptas in quibuslibet occaſionibus contra hoſtem communem ferrant ſuppetias; dictis Belliducibus Noſtris, iisdem protectionem omnem contra Turcarum impetus impertituris; exactamque ubilibet, prout ſerio demandavimus, militarem diſciplinam ſervaturis. Et *Legitimæ noſtræ dominationi, voluntarie ſe reſtituant, ſi gratiam & Clementiam noſtram experiri velint.* Promittimus vobis omnibus prædictis populis & Provinciis, *Nobis qua Regi Hungariæ de jure Subjectis*, & *legitime Subiiciendis*: Servata imprimis Religionis ſuæ, eligendique Vaiivodæ libertate, privilegiis & juribus, exemptionem ab omni onere publico, & contributione (exceptis tamen antiquis & ſolitis, ante omnem Turcarum invaſionem, Regum & Dominorum juribus) ſublato etiam in iis omni abuſu per dominium Turcicum introducto, niſi in caſu neceſſitatis bellorum, in quibus pro veſtra propria ſalute ac defenſione, per modum gratuitæ contributionis, pro poſſe neceſſaria ſubſidia concedetis, quibus copiæ noſtræ poſſint conſervari, defendi Provinciæ, & onera belli ſuſtineri. Excuſſo autem jugo Turcico, omnia in formam ſtabilem, & ordinem debitum pro futuro, ad votum & ſatisfactionem veſtram redigemus; & cuilibet juribus ſuis, libertate Religionis, privilegiorum & immunitate redditis, cunctis & ſingulis juſtitiam adminiſtrabimus; Univerſis gratiæ, clementiæ, benignitatis, & paternæ Noſtræ protectionis, documenta uberrima præbituri. Promittimus inſuper, donamus & concedimus omnib. & ſingulis, liberam bonorum ſive mobilium ſive immobilium, quæcunque Turcis, in Confinibus ſuis ademerint poſſeſſionem. Agite igitur pro Deo, pro Religione, pro ſalute, pro Securitate Veſtra reſtauranda. Intrepide ad partes noſtras accedite, lares Veſtros, culturamque agrorum non deſerite, ſocios veſtros, ad ſequenda veſtigia veſtra invitate, & occaſionem hanc a Deo, & nobis oblatam, vobis, & nunquam amplius redituram accipite: ſi vobis, ſi filiis veſtris, ſi denique dilectæ patriæ & ſaluti, conſultum velitis. Dum vobis in reliquo univerſim, & ſingillatim; gratiam noſtram Cæſaream & Regiam luculenter offerimus. Datum in Civitate Noſtra Viennæ, Die ſexta Menſis Aprilis Anno 1690. Regnorum noſtrorum Romani 32. Hungarici 35. Bohemici vero 34. *Leopoldus m. p. T. H. A. Comes de Strattman, m. p.* Locus ſigilli appenſi. Ad mandatum Sacr. Cæſar. Regiæque Mattis proprium, *Stephanus And. de Werdenburg.*

Memoratas Provincias *jure* ad Hungariæ Regnum Spectare, ab eodemque dependere Leopoldus agnovit, Dicaſteriumque ſuum, ut teſtaretur Dicaſterialium ſubſcriptio. An vero *Patentes hæ*, pro radicali diplomate haberi debeant, modernorum Græci Ritus diſſidentium orientalium, præcipue cum ad Sclavoniam Croatiamque directæ non fuerint utpote armis Leopoldi ante recuperata Regna, verum ad eas Provincias, quæ nunc quoque ſub Turca ſunt, nempe Bulgaria, Servia, Boſnia, Raſcia, Macedonia, Albania; Neque ſpontanea acceſſione populi hujus, ad Regnum Regesque Hungariæ devenerunt rediveruntque: Apoſtolicorum noſtrorum Regum interpraetationi, in devotione relinquo.

Patentalibus relatis, ſtatim ab earum publicatione, uti ſcivit *Arſenius Chernovich.* Qui, cum quibusdam ſuorum, ad inferiorem Sclavoniam, Sirmiumque ſe contulit, *ex Ducatu Sancti Sabæ*; *ſive Herczegovinâ*, miſſoque oratore ad Leopoldum, Auguſto menſe, ſequens obtinuit diploma.

„ Leopoldus Divina favente clementia, electus Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus; ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, Boſniæ, Serviæ, Bulgariæ &c. Rex. Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ,

Digitized by Google

„ Carinthiæ, Carnioliæ, Lucemburgi & Superioris ac inferioris Sileſiæ, Wirtembergæ, „ & Theckæ, Princeps Sveviæ, Marchio Sacri Romani Imperii, Burgoviæ, Moraviæ; „ Superioris & inferioris Luſatiæ; Comes Habſpurgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi & Goritiæ; Landgravius Alſatiæ, Dominus Marchiæ Slavonicæ, Portus Naonis & Salinarum. Honorabili devoto, Nobis dilecto, *Arſenio Cſernovich* Orientalis Eccleſiæ ritus „ Græci Raſcianorum Archiepiſcopo: Epiſcopis, omnibusque aliis Eccleſiaſticis & Sæcularibus ſtatibus; Capitaneis, Vicecapitaneis; Toti denique communitati, ejusdem Græci ritus, & Nationis Raſcianorum, per *Græciam*, *Bulgariam*, *Raſciam*, *Herczegovinam*, „ *Dalmatiam*, *Podgoriam*, *Jenopoliam*, cœteraque annexa loca; & quibuscumque aliis præſentes lecturis, inſpecturis, vel audituris, gratiam noſtram Cæſaream Regiamque, & „ omne bonum.

„ Non ſolum ex demiſſo libello, Nobis, veſtrum omnium nomine per ablegatum ad „ nos *Epiſcopum Jenepolitanum Iſaiam Diacovich;* verum & verbali ejusdem expoſitione luculentius clementiſſime percepimus, demiſſam gratiarum actionem veſtram, quod vos e „ faucibus barbaræ Turcarum tyrannidis ereptos, priſtinæ reſtituerimus libertati, obligationemque perpetuam, qua nobis ob tanti beneficii exhibitionem obſtrictos vos, poſterosque veſtros profitemini; debito quidem veſtro, Noſtra tamen eo majori Satisfactione, *quod agnito jure noſtro*, vos in Sinum gratiæ, Clementiæque noſtræ, *qua domini & Regis Veſtri legitimi* proiicientes, ſub umbra protectionis noſtræ, poſthac vivendum „ vobis & moriendum eſſe, laudabili animi fortitudine declaretis. Cujus nobis perquam acceptæ conteſtationis & exhibitionis veſtræ intuitu, vos univerſos & ſingulos, in tutelam „ noſtram Cæſareo Regiam Clementiſſime non tam ſuſcipimus; quam ad egregium propoſitum animis Veſtris figendum, & filiis inculcandum, perpetuo omnibusque in occurentiis, realibus documentis, magis magisque confirmandum. Arma proinde contra inſenſiſſimum Chriſtiani nominis hoſtem, & perſecutorem Veſtrum ſub auſpiciis noſtris noſtrorumque Belliducum directione, ſumenda, propulſandasque injurias, calamitates ac miſerias vobis iniquiſſime crudeliſſimeque hactenus illatas, paterne hortamur. Viciſſim „ ut libertatem ac dulcedinem Imperii dominatusque Noſtri, in ipſo limine ſentiatis, petitionibus Veſtris pietate nobis connaturali annuentes, benigniſſime decrevimus: ut juxta „ Orientalis Eccleſiæ Græci ritus Raſcianorum conſvetudinem ac normam, veteris Calendarii, libere conſervemini; & prout hactenus, ita deinceps, a nullis Eccleſiaſticis vel „ Sæcularibus Statibus, ulla afficiamini moleſtia: *liceatque vobis* inter vos ex propria facultate, ex natione & lingva Raſciana *conſtituere Archiepiſcopum*, quem Status Eccleſiaſticus & Sæcularis inter ſe elliget; isque *Archiepiſcopus liberam habeat facultatem diſponendi cum omnibus Orientalibus Græci ritus Eccleſiis*, Epiſcopos conſecrandi, Sacerdotes in monaſteriis diſponendi, templa ubi opus fuerit, propria facultate exſtruendi, in „ Civitatibus & villis Raſcianos Sacerdotes Subordinandi; verbo, ſicut hactenus Græci ritus Eccleſiis, & ejusdem profeſſionis communitati, præeſſe valeat; & propria authoritate Eccleſiaſtica, vigore privilegiorum a *Prædeceſſoribus Noſtris Divis condam Hungariæ Regibus* vobis conceſſorum, in tota Græcia, Raſcia, Bulgaria, Dalmatia, Boſnia, Jenopolia & Herczegovina: *nec non in Hungaria & Croatia ubi defacto exiſtunt;* & quatenus: & quamdiu: *Nobis Univerſi & Singuli fideles & devoti erunt*, facultate diſponendi gaudeant. Statibus porro Eccleſiaſticis velut Archiepiſcopo & Epiſcopis, Monachis, „ omnisque generis Sacerdotibus ritus Græci in monaſteriis & templis moneat propria facultas diſponendi ita: ut nemo in prædictis monaſteriis, templis, & reſidentiis veſtris „ violentiam exercere valeat; verum in decimis, contributionibus, & quartiriis, antiqua „ immunitate gaudeant: *Nec ſuper Eccleſiaſtico Statu*, *ullus Sæcularium præter Nos*, *poteſtatem habeat*, arreſtandi, vel incaptivandi aliquem; ſed Archiepiſcopus tales a ſe dependentes Eccleſiaſticos, pœnam aliquam iucurrentes, jure Eccleſiaſtico ſeu Canonico „ punire queat. Conferimus etiam & confirmamus Græci ritus templa, monaſteria, & ad „ hæc Spectantia, *prouti etiam Archiepiſcopum & Epiſcopos concernentia bona*, qualiacunque „ illa ſint, iuxta collationem prædeceſſorum noſtrorum poſſidenda. Quæ autem templa „ Chriſtiani nominis hoſtis Turca, vobis ademit, ea quoque recuperata, manibus Veſtris „ reſignari demandabimus: Archiepiſcopo denique, vel Epiſcopis Veſtris, neceſſitate ſic „ exigente, monaſteria & Eccleſias in Civitatibus, aut pagis viſitantibus, vel etiam Parochos, & communitatem inſtruentibus, a nemine tum Eccleſiaſtico, tum Sæculari moleſtiam inferri patiemur. Quam munificentiſſimam Clementiſſimamque conceſſionem Noſtram, a vobis omni conatu & viribus demerendam, fidemque ac devotionem Veſtram „ inviolabiliter obſervandam continuo, nullisque procellis concutiendam fore, nobis firmi-

„ ter

Digitized by Google

„ er promittimus. Et in reliquo vobis univerſim & ſingillatim gratiam Noſtram Cæſa-
„ ream Regiamque Clementiſſime confirmamus. Datum in Civitate Noſtra Viennæ, Die
„ 21. Auguſti, Anno 1690. Regnorum Noſtrorum Romani 33. Hungariæ 36. Bohemici
„ vero 34. *Leopoldus M. P. T. A. Hen: Comes a Srattman.* L. S. appenſi. *Ad mandatum*
„ *Sacræ Cæſar. Regiæque Mattis proprium Stephan. And. de Werdenburg.*

Confirmarunt relata Regia reſcripta, *Joſephus I.* ad preces Arſenii Czernovich Patriarchæ & Archieppi, totiusque populi Raſciani, de dato Vienna VII. Menſis Auguſti Anno 1706. Regnorum ſuorum Romani 17. Hungariæ 19. Bohemiæ Secundo, ſubſcribentibus *Joſepho Imp. & Rege. Item Joan. Frider. B. a Seilern, Phil. Ludov. C. a Sinzendorff.* cum Sigilli appenſione, & ad mandatum S. C. Rque Mattis proprium, *Jacob Erneſt. Nob. de Plocknern* Eq. *CAROLUS* item VI. (mox fatis in Joſepho, Dominis ſubſcribentibus) quævis priora tranſumendo, ſuisque confirmationalibus inſerendo, ad preces *Vincentii Popovich* Archiepiſcopi & Metropolitæ Raſcianorum, totiusque gentis, cum Sigilli appenſione, de Dato Viennæ II. Die Menſis Auguſti, Anno 1713. Regnorum ſuorum Rni II. Hiſpaniæ X. Hungariæ & Bohemiæ III. Uterque autem horum Regum & fratrum, in ſua confirmatione, ſequentem inſerit clauſulam: poſt *confirmamus. Reſervantes inſuper Nobis pleniſſimam facultatem, easdem deinceps immunitates, prærogativas, & Privilegia, ulterius explicandi, ac in meliorem pro temporum conditione formam redigendi; ſimul & propenſiſſimum noſtrum, in gentem Illyricam animum amplius demonſtrandi, prout ad Noſtram Regnorumque noſtrorum & Provinciarum, atque adeo ipſiusmet populi Illyrici utilitatem & bonum, conducere videbitur.* Præmiſſa vero, in forma libelli, nitide copiata, cum aliis quibusdam, ut putamus pro directione Raſcianis his Croatiæ hoſpitibus in anno 1730. extradata, ut vendens nobis affirmabat, in anno 1751. eruditionis hiſtoriæque amore, aureis aliquot, à Knezio quodam emimus, & ſincerè ſupra deſcripſimus.

Sunt relatæ Regum litteræ, radix fundamentumque Jurisdictionis Græci ritus Orientalium non unitorum Raſcianorum, adeoque horum Metropolitæ, ac Epiſcoporum. Quæ etſi in verbis illis: *nec non in Hungaria & Croatia ubi de facto exiſtunt*, ad hæc quoque Regna extenſæ ſint; quia attamen *Sclavoniæ* nullibi eſſet mentio, ob antiquiorem illum Epiſcopum *Svidnicenſem ſive unitorum*, ideo ſi poſteriores non habent litteras, memoratas ad Sclavoniam applicare non poſſe videntur. In veritate, in Superiore hac Sclavonia, nullum habent Epiſcopatum, ob impotentiam applicationis Privilegii; hinc Epiſcopus eorum *Koſtanicenſis*, tanquam in Croatia degens, ad Generalatus Varaſdinenſis Sclavonici Raſcianos, curam gerit; alter vero qui in *Plaſco* eſt, parte quoque Croatiæ; connari non omiſit, ſi ad diſtrictum Sclavoniæ Sihelspurgenſem ſubingredi quiret. Hoc eſt: ut Unitorum Epiſcopum, ſublatum extingvendumque procurent, ut ceſſante hujus jurisdictione, Metropolitæ poteſtas creſcere poſſit. *Marcſam* aliquando a Rege quopiam Hungariæ iis fuiſſe collatam, docere nequeunt. Credo autem Archiepiſcopum, in bonis quæ poſſidet Statutum eſſe. Cœterum reflectendum volui lectorem, Superiora diplomata eſſe, de *jurisdictione tantum Spirituali*, ſcimus enim, teſtantibus etiam Diætalibus Decretorum Articulis, hoſpites hos Sclavoniæ Croatiæque, à Rudolpho, aliisque Leopoldi Prædeceſſoribus, immunitates & privilegia obtinuiſſe. Sed illa cum ad Hiſtoriam Raſcianorum pertineant, quam ſcribendam non ſuſcepimus, miſſa facimus. *De jurisdictione Spirituali* unicè hic agere voluimus, ob tot quæ ſæpe occurrunt, difficultates atque incommoda. Reſidua ad rem hanc pertinentia, Par. Imæ Tom. II. Hiſt. Eccl. Zagr. ſi in lucem aliquando prodiverit, lector leget. Infra item, ubi partes modernæ Croatiæ deſcribentur. Addere Viſum eſt, *Iſaiæ Diakovich* Metropolitæ Inſtantiam, quæ magni eſt luminis & anteriorum ſupplementi; notitiarum item tantarum, ut lecturus animadvertet.

Auguſtiſſime, Invictiſſime Imperator, Rex & Domine, Domine Clementiſſime. Perceptis benignis Sacræ Cæſareæ ac Reg Mattis Vræ mandatis, quibus ad generalem Regni Ungariæ Diætam inter reliquos eiusdem Regni & Partium eidem annexarum Status & Ordines, etiam Univerſitas Syrmienſis & Bachienſis Diſtrictuum, comparere jubetur. Jis igitur benignis mandatis homagiali ex obligatione ſatisfacturi, duos ex ſingulo præfato diſtrictu eo deſtinavimus, debite comparituros. Occaſione autem eiusdem Generalis Diætæ ſequentia, Nationem noſtram concernentia, puncta Majeſtati Vræ humillime repræſentamus.

Primo, Siquidem iam Anno 1694. ea erat benigniſſima Auguſtiſſimi Cæſaris Leopoldi, Mattis Vræ Genitoris glorioſiſſimæ recordationis, mens & voluntas, ut Nationi noſtræ ſeparatum excindi debuiſſet Territorium Quod autem eo tum effectui mancipatum non eſt Mattas Vra Ssma eatenus clementiſſime providere dignabitur. Jam vero benigniſſime notum erit Matti

Vræ Ssmæ; qualiter in nuperna per eandem ad Nationem noſtram facta Deputatione per Univerſum Populum in Metropolitam Orientalis Eccleſiæ Ritus Græci; per Provincias Mattis Vræ Unanimi omnium voto electus & publicatus fuerim. Ut itaque pro.

Secundo Eccleſia noſtra & Eccleſiaſtici, utpote ego Metropolita, Epiſcopi, Monaſteria & Parochi, in Metropoli Kruſſodolenſi (à qua omnes noſtri Eppatus & Eppi actuales & futuri, totaque Natio in Provinciis Cæſareo, Regiis, ad victorioſam usque per Glorioſa Vræ Mattis arma, Sedis noſtræ Patriarchalis Ippekienſis recuperationem, dependere debeant) Scilicet Syrmienſis & Eſſökienſis Diſtrictus, cum eidem adjuncto Epiſcopatu Jenapolitano & Monaſterio Gerketekienſi, & ad hoc ſpectantibus pago Neradim, & deſerto Bankovacz, aliisque ejusdem appertinentiis, vigore donationis Mattis Vræ Cancellariæ Ungaricæ Anno adhuc 1691. Menſe Auguſto Clementiſſime elargitæ, ex poſt 15. Octobris 1702. per Commiſſionem Cameralem: Demum Anno 1706. die 18. Septembris, vigore ſub A. accluſarum parium recenter confirmatæ, & incluſo Oppido Daly, Cameraliter collato, cum appertinentiis æſtimatis, poſt mortem meam, una cum tota Subſtantia mea (quod etiam de Succeſſore in Succeſſorem intelligendum eſt) ad hanc fatam ſedem Kruſſendolenſem & Eccleſiam perpetuo & irrevocabiliter; ſede autem vocante, alter Metropolita per Populum eligendus ſuccedat, jam fatæ Metropolis & dictarum appertinentiarum, ille per Populum & Nationem conſtituendus Epiſcopus Adminiſtrator eſſe. Præterea, ſi Metropolitam vita decedere contingat, ut is vivente adhuc Metropolita usque ſubſecuturam Nationis electionem conſtituendus, vigore Solumodo Decreti Coeſarei, Authoritate ſua, & Privilegiis noſtris iam emanatis, & in ſuturum elargiendis potiri: deinde Epiſcopi in eorundem Epiſcopatibus, Callugeri in Monaſteriis, & Plebani una cum ſuis domibus & familiis in ſuis Parochiis, uſitata iam antiquitus de ritu noſtro receptaque conſvetudine, in quocunque religionis & fidei noſtræ actu, viſitatione diœceſeos & perceptione ab inde cedentium proventuum, ad mentem etiam Privilegiorum noſtrorum (nemine quocunque & cuiuſcunque Status huic obſtare valente) liberam & ad inſtar Romanæ Eccleſiæ imperturbatam, ſecundum Græcum Ritum noſtrum, & in hoc receptum modum, authoritatem & jus habere: neque populus noſter in Civitatibus, Oppidis & pagis, ad Celebranda feſta Romanæ Eccleſiæ & Proceſſiones (cum per duplicia feſta, præter diem Dominicalem maximum Nationi noſtræ accreſcat damnum & taliter ſubſiſtere nequeat) compelli; ſed noſtra ſola, ſecundum vetus Calendarium absque ulla turbatione & impedimento celebrare poſſit.

Tertio In caſum (quod Deus avertat) ſi iam fata Metropolis hoſti cedere, liberam ſibi ubicunque iu Provinciis Mattis Vræ habitationem ſumere, isque ſolus Eppos noſtros, ab ipſo ſolo, & nullo alio dependentes, conſecrandi plenitudinem habere: Eppus e contra Eppatum ſuum in vivis alteri cedere, donare, abalienare, aut etiam Teſtari nullo modo contra Ritus noſtri conſvetudinem & Metropolitæ Authoritatem, neque ſine habitis ſuper conſecratione ejusdem, aut etiam alterius cujuſcunque Eccleſiaſtici Metropolitæ Patentibus, confirmari poſſit. Quod autem ſi ex ſiniſtra contingeret informatione, nullius ſit vigoris.

Quarto: Si verò Metropolitam, Eppum quempiam, aut Eccleſiaſticum noſtrum Romanæ Eccleſiæ ſe unire contingeret, talis ipſo facto Metropoli, Epiſcopatu & officio ſuo (ad avertendam inter populum & in Eccleſiæ noſtra confuſionem) privetur, Populoque alium Metropolitam, & Metropolitæ alium Eppum, aut Eccleſiaſticum, propria authoritate fas ſit eligere.

Quinto: Ut Milatares Officiales & Milites noſtri affulgente Pace, in charactere & dignitatibus ſuis conſerventur, iisdemque de ulteriore perſiſtentia (ne ad ruſticitatem adigantur) benigniſſime provideatur.

Sexto: Ut non minus Nobiles & Cives Nationis noſtræ in Comitatibus & Civitatibus Regiis ad inſtar Germanorum & Ungarorum promovendi, & ad Congregationes, Senatusque cum Libero Eccleſiæ, Religionisque eorundem exercitio, intuitu tantorum pro Regno, per eandem Nationem preſtitorum ſervitiorum, ſanguinisque effuſionis, & familiarum noſtrarum perditionis, promiſcue accipiendi admittantur. Neque ullus ex noſtris cujuscunque Status, & ubicunque degens, in quibuscunque occurrentiis, præ Germano aut Ungaro magis aggravari permittatur; Neque mercatores noſtri Nobiles aut ignobiles, ad majorem Germanis & Ungaris exolutionem Triceſimæ, aut Telonii, adſtringantur.

Septimo: Quod ſi contingeret Incolas cujuscunque Loci Nationis noſtræ cum Dominis ſuis Terreſtribus Contractus arrendationis inire; ut in iisdem irrevocabiliter conſervari debeant: ne tales contractus arrendatitios bona fide innitos ex poſt, in maximum Incolarum detrimentum, aut revocatos aut eosdem aggravatos experiri debeamus.

Octavo: Ut ad Publicas Regni Ungariæ Diætas, & partium eidem annexarum, Natio quoque noſtra vel in perſonis Prælatorum & Baronum ſuorum invitetur, Sedemque in illis & vocem habeat; Quemadmodum anterioribus Temporibus quibus necdum eas Regiones Turca occupa-

Digitized by Google

cupaverat, habuiſſe dignoſcuntur; ubi Raſciæ Deſpotus *inter primarios Sacræ Coronæ Ungariæ Barones cenſitus*, per Literas proprias Procuratorem conſtituendi facultatem habuit: *Teſte parte 2da Tit. 13. Idemque* Deſpotus cum viris Eccleſiaſticis Banderiatis exercituare, ſeu Militare tenebatur cum Huszaronibus mille. *Vlad: decr: 3. Art. 22. Anni 1498. ut nullum omnino dubium ſit, Stabiles, amplasque eundem Despotum & Nationem ſuam Raſcianam in Ungaria & Sclavonia habuiſſe poſeſſiones. Extant innumera ſcriptorum, Hiſtoricorumque non Nationalium dumtaxat, ſed vicinorum, Auſtriacorumque (uti Wolff. Laczii, & ejusdem ævi ſcriptoris Thomæ Ebendorffii) omni exceptione majora monumenta, quod Georgius Raſciæ Deſpotus Albam ſuam Civitatem, vulgo Belgrad, communiter Albam Græcam dictam, pro multis aliis Caſtris, Civitatibus & Oppidis in Sclavonia & Ungaria exiſtentibus, cum Alberto II. Rom. Imperatore, ac Ungariæ Rege, felicis Reminiſcentiæ concambiarit; quæ diligens Matthiæ Regis I. Ung. Hiſtoricus Anton. Bonfinius inter alia, hæc recenſet:* Zalankamen Bechiem, Kelpen, Vilagosvarum, Tokaium, Munkaczum, Thallian, Regezum, Oppida vero Zattmar Bezermen, Debrezin, Thurvaſan, & pleraque alia: Budæ autem Magnificas ædes, quæ Regiæ Loco haberi potuiſſent. *Eademque Maurus Orbinus Patritius Raguſinus Abbas Melitæ, Joannes item Leunclavius, & plerique alii commemorant. Quin & ipſe Albertus Aug. Decr. 6. Art. 35, affirmat;* Quod Deſpotus Raſciæ Dominia vel Poſſeſſiones, Caſtra, Fortalicia, Civitates, Oppida, & alia Bona, in hoc Regno habuerit & poſſederit. *Ex his probabile omnino eſt, quod in ſimilibus Regni Diætis Nationales quoque noſtri ſedes ſuas de charactere & officio eisdem competentes, occupaverint; quod ipſum autem, ſi aliquo tempore, ob habitam majori ex parte per turcas Ungariæ Poſſeſſionem, non obſervatum fuiſſet: jam vero cum Populus noſter tantorum millium animarum in Ungaria, eidemque annexis partibus, Stabilitus eſſet: rogamus humil'ime ut nobis aliunde etiam per ſe Regnicolis, ſedes tum Eccleſiaſtico, cum Sæculari Statui de comptenti Officii eorundem, in quibuscunque Regni Diætis in perpetuum concedatur, ut eatenus Privilegiis & Juribus noſtris, ibidem obveniendis, invigilare valeamus*

Nono: Ut Liberum ubique Religionis noſtræ exercitium, adinſtar aliarum in Ungâria, Partibusque eidem annexis; Diætaliter reſolvatur, & articulariter obſervandum demandetur permittaturque, ut inter nos Eccleſiaſticos & Sæculares, juxta morem noſtrum & antiquam conſvetudinem Liberam (occurente quotiescunque neceſſitate) Congregationem inſtituere & habere valeamus.

Decimo: Ut populus noſter vigore Patriæ Legum, utpote Matth: Dec: 5. Art. 3. & 4. Vladis: Decr. 2. Art. ult. & Privilegiorum noſtrorum antiqua & articulariter recepta Decimarum immunitate (quæ Decimæ Eccleſiæ & Clero noſtro cedere debeant) gaudere poſſit.

Undecimo: Ut Privilegia noſtra, per Divum Mattis Vræ Genitorem Sanctæ recordationis, Nationi noſtræ Anno 1690. die 6. Men. Apr. & 21. Aug. per intimam Cancellariam, & per Ungaricam Anno 1690. 11. Decemb. Anno 1691. 20. Aug. & Anno 1695. 4. Mart. per Cameram vero Aulicam 1695. die 10. Septemb. collata, & hiſce ſub B. C. D. E. F. G. *adiacentia, articulariter una cum jam impetrandis inſimul, absque omni clauſula, non tantum recipiantur, Ue um de puncto in punctum infallibiliter, & ſub gravi animadverſione Regia, obſervari demandentur.*

Pro quorum omnium benigniſſimo effectu, intuitu tantorum Nationis noſtræ Matti Vræ fideliter & ſemper conſtanter præſtitorum, & in perpetuum præſtandorum ſervitiorum, demiſſiſſime imploro, & cum Tota Natione emorior.

Sacræ Cæſ. Regiæquæ Mattis Vræ Humillimus perpetuoque fidelis ſubditus Iſajas Diakovich Metropol. Raſcianorum & Cæsar. Conſiliarius.

IV. In hac ergo Superiore Sclavonia, Orientalium non unitorum diſperſæ domus habitationesque ſunt, non ſolum per militarem jurisdictionem, verum & Comitatuum. In Comitatu Criſienſi, Dominiis Montis Claudii, Ludbreg &c. ad 180. domus horum circiter erunt. In Generalatu Varaſdinenſi quintam circiter partem eorum eſſe dicunt. Horum curam, uti meminimus *Koſtanicenſis* Epiſcopus habet. In *Lepovina* Monachorum Schiſmaticorum monaſterium eſt. Parochias horum, reſcire non potui.

Jurisdictio Regnicolaris.

I. *Regnicolaris* jurisdictionis nomine accipio, corpus quodam Rempublicam exhibens, quod *Status Ordinesque* Regni vocamus. Horum antiquitas in ſuperioribus periodis eſt demonſtrata. Sub Romanis olim, ac in Pannonica Periodo, non ſolum Breucorum Regnum deductum eſt; ſed & *Reſpublica Andautonia*. Periodo Sclavorum, *Sclavos* per Seniores, Rectoresque eorum regi, ibi deduximus, adeoque Rempublicam ab iis ſervatam fuiſſe conſequitur.

 Perio-

Periodo III. idem fuiſſe obſervatum, ſuperiora teſtantur, ubi Congregationes Sclavorum, ſtatuta, variasque diſpoſitiones retulimus. Eadem in IV. Periodo ſervata eſſe ex ſuperioribus, uti & Hiſt. Eccl. Zagr. Par. I. conſtaret. Initiô, corpus hoc fuiſſe videtur Democraticum, ac ita unum, ut nec diviſum in Supanias, ſive Comitatus fuiſſe deducatur. Nec Banorum Sclavoniæ eruere eſt memoriam, niſi poſtquam *Croatæ*, arctâſſent Sclavorum territorium, veteris Liburniæ Japidiæque partes occupando, orasque illas in Supanias dividendo, Banumque conſtituendo; à quorum exemplo, puto *Banos Sclavoniæ* exortos, & poſt hos, veterem Democratiam, in Ariſtocratiam deveniſſe. Corpus Reipublicæ Sclavonicæ, ex Sacerdotibus, Magiſtratibusque conſtitiſſe ex Scriptoribus veterumque chartis deducitur, in quibus Sacerdotum Epiſcoporumque nomina expræſſa legimus. Magiſtratus erant, ut eſſe debent in omni Republica, varii. Cum enim ſaluti Civium conſulatur per Reipublicæ corpus, ſalus autem horum depoſcat varia, diverſos magiſtratus eſſe, neceſſum eſt. Nempe ad ſervandam Rempublicam, *Politicum*; qui *rationem ſtatus* habere debet pro objecto, ſecundum temporum ac ætatis circumſtantias, hinc leges ipſas, ſub ſua habet poteſtate. *Civilem* qui privatis proſpicit, æqui juſtive adminiſtratione, effectuve eorum, quæ Magiſtratus Politicus conſtituit. *Militarem* qui inimicos hosteſque repellat, propulſet, vindicet Reipublicæ, eandemque extendat, tueatur, defendat. *Æconomicum* qui æconomiam Reipublicæ adminiſtret, conſulatque Civibus, ut cura publica, publicum ſit ærarium, hujusque emolumenta; quin opus ſit pro ſingulis Cives onerare, excogitatis contributionum nominibus: demonſtreturque Civibus, eos non eſſe Reipublicæ Rectores, qui ſua providentia & cura, ærario inferre aliud neſciunt, nec huic providere, quam ſubditorum ſudores, lachrymas, inventaque alia ex aliis novarum contributionum nomina. Ex his Magiſtratibus, conſit Corpus Reipublicæ, Regnique nomen. In noſtra hac Sclavonia, Magiſtratum Politicum, in unum congregati *Status Ordinesque* conſtituere videntur. Sunt autem hi, *Prælati*, ſive Eccleſiaſticus Status, *Magnates*, Nobiles, non ſolum officia gerentes, ſed & cæteri, vigore Nobilitatis, in publicis Comitiis gaudentes ſuffragio. *Milites* ſive horum majores Officiales, qui ad annum uſque 1753. ad Comitia publica comparebant, Liberæ item Regiæque Civitates. *Perceptores*, olimque *Triceſimatores & Publicani*, hoc eſt publicorum onerum incaſſatores, ad Regnicolares Congregationes vocabantur & comparebant. *Bani autem olim Conventus hos publicos* indicebant, in materia publicum concernente, vel ad illud pertinente, modo, proprio nutu; modo Rege mandante vel permittente, pro temporum varietate, & ſtatu Reipublicæ. Jam ſine Regiis Commiſſariis, jam iis præſentibus, Statuum hæ Congregationes erant. *Vocantur Generales*, quod nominati Magiſtratus ad eas comparebant, conſiliisque unà agitatis, leges, ordinationes, diſpoſitiones, etiam ad ſingulos Magiſtratus pertinentes, horumque regulativas, aut rerum ad officia eorum pertinentium, communi mutuoque conſenſu ferebantur. Hæ leges, ut ſpontanea obligatio, & communi conſenſu roboratæ, olim confirmatione non indigebant. Succeſſivè ad earum valorem, obligandique vim, confirmatio eſt præſcripta, uſuque roborata. Porro *Regnicolaris* hujus juriſdictionis, ſive Politici corporis & ſtatus, poſt ennatos Ducatus, jam hæc, jam illa erat ratio capitis, atque *Caput*. Modo fuère *Sclavoniæ Duces* proprii, Regum etiam titulis illuſtrati, modo *Bani*, atque hi jam unus, jam plures; pro temporum circumſtantiis, Regumque arbitrio. Jam fuère ad Regis placitum pro tempore; jam diuturniores: modo poteſtatis proventuumque majorum; modo honoris purè, arctiſſimæque poteſtatis, uti horum demonſtraret hiſtoria, ſi quis eam ſcribendam ſuſciperet. A me nihilominus dicta, publicorum Decretorum articuli demonſtrant.

Regnicolaris Jurisdictio, pro temporum ratione, erat æquè latior ampliorque, ſecundum Sclavoniæ in ſuperioribus Periodis memoratam extenſionem, fuit item reſtrictior, pro ſervatæ unionis atque concordiæ, intra membra ſive Magiſtratus ratione. Quorum ſupra ſuis locis æque meminimus. In miſeriam autem degeneravit, dum *Salus publica* Civium, ex privatorum lucris atque avaritia cepit metiri, quod ſub Vladislao II. prope *Principii loco* habitum, in legem conſuetudinariam venerat. Utilium bonarumque litterarum neglectus, opinione mea, malum hoc peperit. Metaphiiſicis paſcebamur nutriebamurque ſiliquis, neque de Republica, ſtudiis Politicis, militaribus, œconomicis, aut jure publico, vel meminiſſe licebat. Hæc ſtudia hæretica eſſe prædicabatur, hac quoque ætate, & ſingulorum memoria. Sufficiebat vulgaris Grammaticæ uſus, ſcire loqui, & contradicere clamâreque, in quæſtione ignorati *ſtatus*, ejusdem. Quin a plerisque virtutis precium ac natura, in dolo collocantur, ut multi palam ſemet jactitare non erubeſcant: *quomodo alterum decepi*, ac in ſuis malitiis, ac turpitudinibus glorientur. Hoc emolumenti eſt, ex ſcholaſticorum argutiis. *Homo*, ex creatis rebus, *primum quid eſt*. Agazonem, paſtorem pecorum, Vinicolam ad hæc officia non admittimus, ſi nec agnoſcat equum, non diſtinguat pecudes, vites a ſe nunquam viſas affirmet, hominum

au-

Digitized by Google

autem Rectores, eos eſſe optimos exiſtimandum prætenditur, qui nunquam dederunt operam diſciplinis iis, ſine quibus nec homines regi poſſunt, nec geri Magiſtratus. Diſtinguuntur eſſe leguleum & politicum, quemadmodum privatum a publico. Aſt ſufficiat mihi, eſſe Jeremiam; dum in hujus imitatione, mea collocata eſt conditio. Hæc Regnicolaris jurisdictio, propemodum agonizans, ut reſanetur, teſtantibus actis publicis, anno 1655. credebatur ſufficere, ſi ſpecioſo nomine Regnorum, *Dalmatiæ*, *Croatiæ* & *Sclavoniæ* fulciretur. Datur itaque ad eam Diætam Regni Ablegatis, inſtructionis puncto altero: *Ut in diplomate novi Regis* (videlicet Leopoldi) *loco partium annexarum*, *Dalmatiæ*, *Croatiæ*, *Sclavoniæ*, *nomina inſerantur*, *prout Art. I. Vladisl. anno 1492. habetur.* Erat *Joannes Zakmardy* Proto-Notarius hoc tempore, adeo zelans publicum bonum, ut *granario* indigens, hoc ſub ſpecie neceſſarii publico armamentarii, publicis laboratoribus & expenſis, ſibi extructum fuerit, quo abſoluto, ipſe in articulum retulit: *Proto-Notario Regni Zakmardii admiſſum fuit in armamentario per ipſum, ex gratuitis laboratoribus ædificato, frumentum ſuum, ſalva munitione Regni, conſervare.* Innumera ſunt in publicis Regni actis, ſimilis publici boni, jurisdictionisque Regnicolaris exempla, quæ plane Art. 117. anni 1655. vetarentur, ut ideo eodem anno, ſed terminata Diæta, Zakmardy ſibi providere voluerit. Interim vel per Ablegatos, inſtructionis præmiſſæ, punctum propoſitum non fuerat; vel ſi fuit, non eſt exauditum, ut combinaturus inveniet. Quin Articulo X. Confiniorum proviſio, Regi ceſſa eſt, uti & 73. pluraque cætera. Quæſitum tum *nomen*, anno primum 1687. ſunt conſecuti, ut Status Regni Sclavoniæ ſub titulo & nomine Dalmatiæ, Croatiæ & Sclavoniæ exprimantur. Vide a pag. 398.

II. *Civilis Magiſtratus*, Juſtitiæ adminiſtrationem reſpicit. In Sclavonia plures ſubit claſſes. Prima eſt *Banalis Tabula*, quæ in Legibus, Sedes Banalis & Magiſtratus exprimitur, ſic 58. anni 1655. *Banus - - eundem ad Sedem ſuam tanquam Magiſtratus peremptorie citari faciat.* &c. Appellantur huc cauſæ, a foris infraſcriptis. Incoantur vero, quæ *fori Octavalis* dicuntur. *Banus* Sedis hujus Præſes eſt, valetque ſui loco ſubſtituere alterum. Aſſeſſores ſunt ex ſtatu Magnatum, Cleri, tum Vicebanus, Proto-Notarius, & tres alii per Regem nominandi. *Vicebanus* a Bano nominatur, expiranteque Bani officio in poteſtate ſucceſſoris eſt, vel alium nominare, vel priorem reponere. Proto-Notarius a Statibus eligitur, atque ideo Regni Proto-Notarius vocatur, ſimul & Banalis, ob conſervationem Sigilli Banalis, & quia ex Candidatis a Bano eligeretur. Tres reſidui Aſſeſſores a Rege nominantur.

Tabula alia *Judiciaria* vocatur. Hujus Præſes, Aſſeſſores, Notarius, a Regia Majeſtate nominantur. Cauſæ illæ, quæ ad Tabulas Diſtrictuales in Hungaria pertinent, in hoc foro tractantur. Erecta eſt per *Carolum VI.* anno 1725.

Tertius Civilis Magiſtratus, ſunt *Comitatus*. Horum jurisdictio, diffuſa copioſaque eſt. Conſtituunt enim quaſi corpus, minoris privatæque Reipublicæ. Hinc ſtatuta quoque intra ſe condere poſſunt. Mirum hæc nunquam edi, neque a Regibus, aut Publico ſtatu approbari. Sæpe nihilominus ex incognitis his ſtatutis, feruntur ſententiæ etiam gravatoriæ, ac ut olim Proto-Notariorum juſtitia ſita erat in conſvetudinum aſſertionibus; ita nunc ſæpe, in liberis Regiisque Civitatibus, Comitatibus, in incognitorum ſtatutorum aſſertione, fundatur juſtitia, heu ſæpe ex arbitrio! ac erga perſonam affectu, ut ſæpe favens uni ſtatutum, alterum opprimat. Sunt Forum ordinarium, atque reviſorium. Revident enim cauſas, *in partibus* ut ajunt latas, nempe Vice-Comitum, Judicum Nobilium, & Dominalium fororum. Primæ autem Inſtantiæ forum, ſunt in cauſis lege præſcriptis. Hoc Comitatus Forum, olim hic in Sclavonia Sedes *Vice-Banalis* vocabatur, quod Vicebani jam alterutrius, jam utriusque Comitatuum, Criſienſis nempe Zagrabienſisque Supremi Comites, ut putabatur *Nati*, fuerint. Sed anno 1756. dempto Vicebanis hoc officio, *Vicebanalis* Sedes non vocantur, verum *Sedria*, hoc eſt Sedes Judiciaria Comitatus. Non ſolum autem in Civilibus cauſis; verum & vindicativis, vulgo criminalibus, eſt Comitatuum jurisdictio. Olim in Sclavonia, Sclavonici hi Comitatus, *Congregationes* ſuas proprias non habebant, hinc nec diſponere quidpiam in rebus Politicis poterant, verum quæ ipſis, in publico Statuum Ordinumque Regni Conventu imponebantur, exequendum habuère. Quare eorundem reſtaurationes, in Conventu publico Statuum abſolvebantur. *Banus* ut vocamus Candidatos propoſuit, eligebanturque per Status Vice-Comites, Judices &c. Suos proprios Perceptores non habebant. Comitatuum Zagrabienſis & Criſienſis, unus idemque erat Notarius: ſedes *Vicebanalis* ſive judiciaria, una. Acta tabullariumque idem. *Varaſdinenſis* Comitatus, Sedem Judiciariam habuit diſtinctam, ſeparatumque Notarium; quia & Supremum Comitem a Vicebano alium. Inſuper ſtatuta ſua, habuit ſingularia. Supremus Comes ex arbitrio ſuo, pronunciabat Comitatus Officiales. Vice-Comitum ſubordinatus alter alteri eſſe noluit, hinc inſcribebant ſemet ex lubitu, jam Vi-

Digitized by Google

ce-Comes *Primarius*, jam ſecundarius aut *alter*; illud autem *Subſtitutus* Vice-Comes, non ferebant. Contigit etiam, ut pars Comitatus Campeſtris, diſtincta ſervaret fora, vel conventicula, a parte Montana ſive Zagoriana; his, unus; illis alter præeſſet Vice-Comes, ne alter alteri ſubſtitutus ſubordinatusque videatur. Accidit etiam, ut mutuè, quævis acta, ſtatuta, judicata, alter alterius damnaret, annularetque in ſuo præſidio. Hæc plurimaque alia nunc ſciuntur ab omnibus, ut iſta pro ſecutura ætate atque poſteris à me recenſeantur, cauſa intelligendarum tot tantarumque ſententiarum, actorum item, quæ in ſede *Vicebanali* acta invenientur, in complexu item, memoratorum duorum Comitatuum, aut Vicebani poteſtate; aut in Comitatu Varaſdinenſi, oppoſitorum ſibi actorum, & a ſenſu explicationeque Legali Vice-Comitum alienorum: néve ex ejusmodi ambitioſis quæſtionibus ac animoſitatibus, ſecutura ætas exiſtimet, in præjudicium Sacræ Coronæ jurium, Zagorianum Comitatum, his temporibus fuiſſe diſtinctum a Comitatu Varaſdinenſi.

Anno 1756. ſuæ legali jurisdictioni Comitatus hi ſunt reſtituti. Dati cuivis a Regnante Majeſtate, Supremi Comites, indulta Legalis reſtauratio, Tabullaria ſeparata, Congregationes eorundem particulares incoatæ, poſiti in ſingulo Comitatu Perceptores, data poteſtas in ſuo cuivis circulo, diſponendi ordinandique Politica etiam, Comitatus ſui nomine repræſentandi reſpondendique, ut hinc ſigilla quoque, ſingulus obtinuerit, verbô, ad normam Hungariæ Comitatuum regulati ſunt. Et cum in Regno Hungariæ, *Conſilium Regium Locumtenentiale* eſſet, medio cujus agerent Comitatus, agereturque cum ipſis, æque in Sclavonia anno 1767. die 20. Auguſti inſtitutum eſt, ſub titulo, *Conſilii Regii in Regnis Dalmatiæ, Croatiæ & Sclavoniæ*, cujus Præſes, Banus eſt. Hujus Conſilii tametſi ignota eſſet inſtructio, tanquam Statui publico non communicata, nec cum eodem concertata, ex conſequentibus iſtud, jurisdictionis illius Regnicolaris, quod allatura eſt ſublevamen, ventura demonſtrabunt tempora.

Eſt etiam *Magiſtratus Civicus*, hoc eſt liberarum Regiarumque Civitatum. Sunt hæ, Statuum Regni membra, quartusque modò ſtatus. Horum Magiſtratus ſtatuta condit, habetque ex lubitu. Cauſas omnes promiſcuè judicat, leges habet ſpeciales, quæ *Tavernicales* vocantur. Quædam Civitates appellatione ſubſunt Tavernico; quædam *Perſonali Præſentiæ*. In œconomicis ſubſunt Cameræ Aulicæ Hungaricæ. Olim quærebant idonæos pro gerendo Magiſtratu Viros, & ideo florentes fuêre. Præter autem hunc *Privilegiatum* Magiſtratum, ſunt quoque alii, ut Nobilium Campi Turopolja, ſuum habens Comitem Terreſtrem & Aſſeſſores 12. ex quibus unus Notarius eſt, Capitaneus alter, Perceptor, aliisque titulis Communitatis hujus, gaudentes. Suum habent forum & jurisdictionem etiam vindicativam, ſuos Conventus in *Lukavecz*. Appellatur a ſententia Comitis terreſtris, ad Sedriam Comitatus. Per Regales, ad Diætas plane vocantur. Inter Privilegiatos hos Magiſtratus, eſt etiam Epiſcopi Capitulique Zagrabienſis *Judicatus*. Iſte ad Eccleſiæ Zagrabienſis ſubditos extenditur. Epiſcopus duos ſervat, ille, qui Epiſcopales audit homines *Vicarius temporaneus*; qui vero Abbatiales, *Comes Curialis* vocatur. Pendet ab Epiſcopi nutu & electione. Convocatos quos volunt habent, Bonorum proviſóres, inquiſitiones, cæteraque ad judicium neceſſaria peragunt. Habent multa ſpecialia, omnes hi privilegiati Magiſtratus. Conſvetudo & uſus, uti olim Proto-Notariorum teſte art. 6. 1498. radix judiciorum plerumque ſunt. Judicia generalia Szokolodom vocant. Capitulum verò Judici ſuorum, *Comitis Curialis* nomen attribuit. Ab horum ſententiis ad *Curiam Regiam* appellare oportet. Olim quoque fuerat, Nobilium ſeſſionis unius Magiſtratus, ſub Kalnik, Zelinæ &c. ſed jam dudum exſpiravit, ſubſuntque Judicibus Nobilium & Vice-Comitibus. Illi ſub Kalnik, ſingulari gloriantur privilegio, quod videlicet arrogare, adoptareque in nomen atque familiam quosvis ex lubitu valeant, adeoque Nobilitare per fundi poſſeſſorium, ſine conſenſu Regio & ſtatutione, contra Verbóczy doctrinam P. I. ttl. 8. Sunt quoque Magiſtratus quorundam Oppidorum, ut in *Szamobor, Jàſzterbàrſzko, Petrovinæ, Dràgànich &c.* Qui ſigilla propria ex Privilegiis habent, territoria ſua, ſuosque Magiſtratus. Ab horum ſententiis, ex ſucceſſivis contractibus, plerumque ad fora dominalia appellatur. Denique quisvis poſſeſſionatus Nobilis, reſpectu ſubditorum cenſualiſtarumque ſuorum, *Màgiſtràtus eſt*, ob forum Dominale. De hujus fori origine, ſi quis Juriſtarum ſcribere dignaretur, inutile opus non eſſet. Werbóczius p. 3. tt. 25. in conſvetudine Regni dudum approbata iſtud radicavit, dans ſive atteſtans, cauſas plane ſacras, ſpiritualisque fori, in tribunali hoc judicari; appellari dein ad forum Eccleſiaſticum. Hoc an ex Canone quopiam, vel Papæ alicujus privilegio, aut Regio placeto promanet, non exprimit; ſi nihilominus, in dominali foro, cauſæ Eccleſiaſticæ cognoſci judicarique poſſunt, mirari nemo debet, de tot latis legibus, diſciplinam Eccleſiaſticam regulantibus, in legum corpore. Interim de dominali foro, quod ſit legale judicium? art. 22. anni 1647 declarat & docet.

Juris-

Jurisdictio in Sclavonia Superiore militaris.

III. *Magiſtratus Militaris.* Magiſtratum hunc antiquiſſimum in Regno Sclavoniæ eſſe, demonſtrant ſuis locis relata ſuperius. Hodie duplex eſt, conſiſtens videlicet, in *Generalatus* dicti *Varaſdinenſis* juriſdictione ac territorio, & *Banalibus* ut vocamus *Confiniis*. Notandum porro generatim eſt. I. Diſtingui in quibusvis his confiniis, *Perſonale* militiæ ſervitium ſeu militaria, a *territorialibus*. Perſonæ militiæ adſcriptæ a ſuis dependent officialibus, ut in quavis regulata Legione, ſubſunt auditoriali judicio, appellationibus conſuetis. In *territorialibus* verò, varius ab olim uſus erat. Condam a caſtrorum Comitibus horumque Caſtellanis dependebant, ita ut Comites hi & Caſtellani, Regnicolaris jurisdictionis pars & membra ſtatuum fuerint, ad Regni comitia comparere obligati, ac una cum cœteris Statibus pro Principis ſervitio, bonoqne publico conſulebant, eratque intra Confiniarios & Regnicolares hac ratione unio, atque mutua invicem ſubſidia dabantur. Judicia de his territorialibus, ſecundum legem Sacræ Coronæ abſolvebantur. Succeſſive mutatis officiorum appellationibus, & pro caſtrorum Comitibus, ſuccedente *Generalium* nomenclatura, à *Generalibus* regebantur quoad territorialia, quin & militaria. Habebant Generales, quorundam diſtrictuum Commendántes ſibi ſubordinatos, videlicet Capronczæ, *Criſii*, *ad S. Georgium* vulgo *Gyurgyovecz*, *Ivanichii*, *Petrinæ*, *Chaſmæ*. *Generales* tamen abſoluta prope poteſtate utebantur; nam minora conferebant officia, donabant pro lubitu vendebantque territoria, immunitabant quos libuit, occupabant vicinorum loca, taliaque certo tempore ut confiniis vel præſidio neceſſaria prædicando, poſſidebant, vendebant deinde, aut ſuum, ſibique ut dicebant *culinare*, ab exemplo art. 21. anni 1500. & 14 anni 1517, reddebant, hæc vel immunitando, vel legando, vendendo, quaſi proprietaria. Vitæ dabant gratias, verbo cuncta ex arbitrio ordinabant. II. Poſteaquam *Generales* ex Illuſtrioribus fuiſſent familiis, præcipue ob illam, quæ erat a Sereniſſimis olim, *Carolo*, *Mathia*, *Maximiliano*, *Ferdinando II.* dependentiam, Congregationes Regni Sclavoniæ, prioremque illum unionis nexum, deprecari inceperunt, causà potiſſimum *Præſidii*. Cum enim Sclavoniæ Banus, *Præſes* publicorum ejuſmodi commitiorum eſſet, videbatur auctoritati eorum derogare, ſi ſub Bani ſtarent præſidio. Quare congregationes has, vel negligebant; vel minores quoſpiam ſubmisêre, qui concludere nil poterant; vel demum ſi gravior urſiſſet neceſſitas, ſive reparandorum Præſidiorum, ſive reſiſtendi excurſionibus Turcarum, ut *Commiſſarii Regii* aderant. Qua re, animis irritatis, in ſeparationem ab utrinque itum eſt, ut demum diſtincta corpora, Magiſtratusque non uniti evaſerint. Quin in territorialibus Confiniorum, leges Regni municipales negligi ab Officialibus militaribus occeperunt, & quævis ex arbitrio, per varia decreta conſtitui deliberarique; hæc ipſa decreta caſſari, rejici pro lubitu, non ſolum a ſucceſſoribus in officio, verum ab ipſis decreta ſubſcribentibus, ut art. 56 An. 1647 ſtatutum fuerit: jus & juſtitiam in Sclavonicis Confiniis adminiſtrari debere. Quamvis porro, ad medendum tot injuriis *Auditores* introducti fuerint, hi ipſi nihilominus, municipales leges ſepoſuerunt, ut in comixtione, Jurisdictionis, territorii, legum, ſubordinationis Dicaſteriis diverſis, conſequi neceſſum ſit intra partes, diſcordias. Carolus VI. per Sereniſſimum Principem Saxoniæ *Joſephum Fridericum ab Hildburghauſen*, poſt anni 1734 Generalatus Varaſdinenſis tumultum, in eodem Generalatu incoavit Confiniorum Sclavoniæ Croatiæque, ut ajunt reformationem. Abuſus anteriores ſublati ſunt, Officiales militares introducti; Confinia in Legiones partita, Legiones in centurias, verbô *Militare Perſonale* officium, inſtar regulatarum ut vocant legionum, diſpoſitum ordinatumque. *Territorialis* autem adminiſtratio, a lubitu Generalium ſubtracta, *Culinaria* ut vocabant, illorum, pro *Invalidis* converſa, ac quævis optimè fuêre diſpoſita, & Conſilio Aulæ Bellico ſubjecta. Profecto cura induſtriaque ſua, memoratus Sereniſſimus Princeps, æternum memoranda poſuit ſervitia, Regi atque Patriæ. *Regi*, ob redditum tot, tantumque utilium militum numerum, habendumque è terris ſuis ſervitium, quo carebat antea, dum confinia meſſis erant privatorum avaritiæ, ac adverſus Turcas unicè, aliquod ſubſidium: *Patriæ*, non ſolum ob culturam tot millium hominum, expurgatam barbariem; verum ob tot officia, ad quæ applicari, accommodarique poſſunt, tanto numero homines, qui quia mererentur a Rege ſtipendia & exolverentur, Patriæ ſic conſuluit & proſpexit, ut ſatis efferi nequeat, æternamque meruerit memoriam. Recordamur viventes omnes, quis ſtatus erat Sclavoniæ Croatiæque, ante incoatam Confiniorum regulationem? Poſt hanc, non ſolum ſurrexêre Civitates, at ruri plane videntur murata ædificia, aſſurrexêre pagi ac oppida, templa, monaſteria; expuncta a tot familiis, paſſiva

Digitized by Google

earundem debita, æducatio juventutis utilior nobiliorque. Amictus perſonarum alter, verbô, mutata quævis in commodius meliuſque. Auctæ quidem ſunt contributiones, aſt adaucta & harum media. Publici, privatorumque ratio, in univerſum mutata in melius. Sed jam de his Sclavoniæ Superioris Confiniis ſequentia particulatim refferimus.

1mo. Hodie parte ab una, nomine *Generalatus Varaſdinenſis*, Confinia hæc conſiderantur; parte ex altera *Diſtrictu Sihelsburgenſi.* Quod Generalatum Varaſdinenſem attinet, iſte appellationem hanc ſortitus eſt, ab anno 1597, quo per Generalem *Herberſtein* Varaſdinum fuerat occupatum, ſedeſque Generalis effectum. Sane Generalatus Varaſdinenſis, nulla ante præfatum annum reperitur ullibi memoria, expoſt vero, cum in Regni Sclavoniæ actis publicis, reſcriptis item Regiis; tum & in Diætalibus Regum Decretis. Quare Appellatio *Generalatus Varaſdinenſis*, diſtingui debet a *Conſiniis Sclavonicis*, hæc enim eſſe antiquiora, quin antiquiſſima, non ſolum leges municipales, ſed tot monumenta evincunt; confinia autem fuiſſe ad limites cum vicinis ſita, ex ſuperioribus clarum eſt. Reſcripta ordinationeſque Ferdinandi I a pag. 363. exhibita, evincunt *Caproncenſem Capitaneatum.* Hujus antiquitatem firmare volui ſequentibus, quæ inſuper plurima, a nobis ſuperius memorata confirmarent. Itaque.

„ Nos Stephanus Dei gratia totius Sclavoniæ Croatiæ & Dalmatiæ Dux, memoriæ „ comendamus tenore præſentium ſignificantes, quibus expedit univerſis. Quod Petrus „ Villicus, Ambroſius Notarius, & Wyth filius Nicolai, Cives noſtri de Kaproncza, „ Noſtræ Majeſtatis adeundo præſentiam, nobis declarare curârunt, quod dicta Civitas „ Noſtra Kaproncza, ſylva pro uſu & utilitate Civium & hoſpitum noſtrorum de eadem, „ neceſſaria plurimum indigeret. Supplicantes exinde Noſtram humillime Majeſtatem: „ ut in hac, ipſos remedio opportuno dignaremur confovere. Nos itaque ſupplicationibus „ ipſorum Civium & hoſpitum noſtrorum, Ducali benignitate inclinati, duximus ex eadem annuendum: Quod amodo deinceps de lignis Silvarum *Caſtri Noſtri Kukaproncza* pro ædificiorum, domorum, & eorum uſibus, niſi venditioni non expoſuerint, abſque prohibitione & perturbatione quorumlibet Caſtellanorum Noſtrorum, excindendi & recipiendi habeant facultatem, Cives noſtri annotati. Propterea Vobis Magiſtro „ Thomæ, filio Ladislai, Caſtellano Noſtro de Kukaproncza nunc conſtituto, & aliis in „ futurum conſtituendis, firmo Ducali ſub edicto damus in mandatis, quatenus dictos Cives & hoſpites Noſtros de dicta Kaproncza, ratione uſuum, utilitatum, dictarum ſilvarum ipſius Caſtri Noſtri, perceptionis; moleſtare agravare, vel aliqualiter perturbare „ non audeatis. Sed easdem ſilvas Noſtras, ipſis Civibus & hoſpitibus Noſtris, modo præmiſſo ad utendum per Noſtram Majeſtatem datas & conceſſas, uti, &,percipi facere permitatis abſque omni exactione aliquali, aliud non facturi in præmiſſis. Datum Zagrabiæ „ Die Feſti Epiphaniarum Domini. Anno ejusdem 1354.

„ II. *Margaretha Dei gratia totius Sclavoniæ Croatiæ & Dalmatiæ Duciſſa.* Fideli „ ſuo Ladislao filio Petri de Kapruncza, nunc conſtituto & aliis Caſtellanis pro tempore „ *in eodem Caſtro* conſtituendis ſalutem & gratiam: Præſentaverunt Nobis univerſitas Civium & hoſpitum Noſtrorum de Kapruncza, quod vos contra libertatem eorum, quam „ Dominus Stephanus Dux, quondam Conthoralis noſter ipſis contuliſſet, ac contra eorum „ conſvetudinem, ipſos nimium moleſtaretis, ita quod ſilvas & foeneta, quibus prius & „ ex antiquo uſi fuerant, uti ipſis non permittatis, eos frequenter prohibendo de eisdem. „ Cum igitur dicta Civitas Kapruncha, ita ſicut ipſum Caſtrum, noſtra fore cenſeretur; „ ob hoc, ipſos, in eorum libertatibus volumus conſervare; fidelitati Vræ firmiter & diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus dictos Cives & hoſpites Noſtros de Kapruncza „ in eorum libertate, quam ipſe Dominus Dux, Dominus noſter, ipſis dedit & contulit „ pacifice permittatis: & vos amodo dictam libertatem ipſorum de dictis ſilvis & fenetis „ prohibere non audeatis, & non præſumatis. Datum Budæ, Feria ſecunda proxima, poſt „ Feſtum S. Georgii Martyris Anno Domini 1355." Adeſt Sigillum (chartæ Autographi, ex quo deſcripſimus utrumque) parte averſa impræſſum, in cæra rubra ovale. Ubi primo orbicularis circulus, ac in eo Monaſtici Caracteris epigraphe, continens ob vetuſtatem & atritum lacunas, legitur tantum, *Regnorum Sclavoniæ* - - - Sequitur Circulus alter, ubi ad latus, dextrorſum annulare Sigillum, Sagittam cuſpidatam; Siniſtrorſum aliud annulare, ramos arboris vel flores exhibens. In medio demum ovale ſcutum, linea media diviſum, ubi dextrorſum duæ faſciæ fluvios refferentes, tum Taſilli, anteriore linea tres, duo poſteriore; ſiniſtrorſum vero, primo taſilli, tum infra faſciæ. Utriusque mandati autographa, habentur in Tabullario Civitatis Lib. Reg. Caproncenſis, uti & ſequentia.

„ III.

„ III. *Nos Wolphardus dictus Kapuſtaner*, *Caſtellanus Caſtri Kuwar* memoriæ com-
„ mendamus tenore præſentium ſignificantes quibus expedit Univerſis. Quod *Elka* & *Elpua*
„ filia quondam Gregorii villici de *Caſtro Kuwar* ab una: parte vero ab altera, *Erricus*
„ villicus filius Georgii dicti *Woth* de eadem in noſtri præſentia perſonaliter conſtituti;
„ Eadem *Elka* in ſua, & Georgii mariti ſui perſona; & *Elpua* conſors Errici, filii Lauren-
„ tii, quandam vineam ipſorum dictam *Ohlauchaka*, ſitam & habitam in monte *Cameno*
„ exiſtentem ad duos Akones, inter Vineas Thomæ filii Kwvavch Prædialis de Popovth,
„ & filiis quondam Georgii Elpontanii, de conſenſu & permiſſione Vicinorum ſuorum &
„ Commetaneorum ſimul advocatorum, cum omnibus uſibus, utilitatibus & pertinentiis
„ univerſis, pro 21. *Marcis Denariorum novorum Regalium*, pro tempore curentibus, di-
„ xerunt & confeſſæ ſunt vendidiſſe, plene depoſitis habitis & receptis, prælibato Errico
„ villico in perpetuum, ſuis hæredibus, & poſteritatibus ſuis, vel cuicumque placuerit
„ ſuæ voluntati jure perpetuo & irrevocabiliter poſſidendam, tenendam; pariter & haben-
„ dam. Litteræ vero antiquæ, ſi quæ in proceſſu temporis, per quempiam, contra has
„ præſentes præſentaverit, tales ſint caſſæ, vanæ, & omnibus Viribus carituræ. Huic au-
„ tem venditioni, ſeu *victimæ bibicionis* interfuerunt probi viri, videlicet Joannes dictus
„ Crunar - - - „ (nomina teſtium, quæ omittimus - -) „ jobagiones ſeu Cives de ſub Ca-
„ ſtro Kuwar, Valentinus filius Jalech, condam villicus de Hermanovczi; Andreas vil-
„ licus de prædicta Lauch, & alii quamplures ibi viciniam habentes. In cujus rei memo-
„ riam, firmitatemque perpetuam, præſentibus, ſigillum noſtrum duximus appendendum.
„ Datum in dicto Caſtro Kuwar, Feria V. proxima, videlicet in Dominica Epiphaniarum
„ Domini. Anno Domini 1424. „ Adſunt pendentis Sigilli veſtigia in filis albo ſubnigris,
Littera in Pargameno.

Multa ſunt, quæ relata inſtrumenta, vel docent vel confirmant. Placet quorundam meminiſſe. I. *Stephani Ducis* Sclavoniæ, prouti etiam *Margarethæ* coniugis ſuæ, quorum mentio ſuperius pag. 147. &c. Item in Hiſt. Eccl. Zagr. Par. I. Tom. I. pag. 132. firmari memorias. Qualiter vero Dux, Stephanus, ſemet *Majeſtatem* exprimat? non examino. 2. Ex Margarethæ viduæ mandato confirmamur, Ducem Stephanum anni 1355. primis menſibus obiiſſe. 3. Ex Sigillo Duciſſæ, errare convincuntur ii omnes, qui pro Inſigniis Regni Croatiæ, taſillos a Regibus Ungariæ Auſtriacis promanare opinantur, aut ſcripſere. Si incredulis, intueri & palpare lubet ſuperius deſcripta, Civitatis Caproncenſis archivum adeant, errorem depoſituri. 4. Caſtrorum firmatur vetuſtas. Ad hæc non ſolum perſonas pertinuiſſe, ſed etiam territorialem jurisdictionem habuiſſe, adeoque moderna confinia, ſive dicere mallis Generalatus, antiquitate gaudere. 5. Ætate hac, ſive Regis Ludovici I. Caſtrorum Comites, prout olim fuere, deſiiſſe; fuiſſeque jam *Caſtellanos*, dum iisdem mandatur, ne Civibus Caproncenſibus ſint moleſti; ac dum *Wolphardus* Caſtellanus, litteras expedivit. *Villicos*, quorum iſthic mentio, utrum interpræter pro æconomicis officialibus, aut in pagis, plebis ſenioribus, quos vulgo *Knezios*, ad notitiam nunc viventium appellabant, conſtituendi deſtituor fundamento. Explicet, ut cui lubet. 6. Intra populum Caſtrenſem, diſtinctionem fuiſſe, nempe Cives, Prædiales, &c. Caproncenſes ipſi, Cives Regiæ Majeſtatis exponuntur, qui deinde, ſive Anno 1356. (vide Dipl. pag. 242.) intra *Capitales Regales Civitates* ſunt collocati. Ab exemplo hoc fors ſucceſſive *Carolſtadium* Civitate eſt donatum, quod Civitatis militaris, ut olim Caproncza nomine venit, tametſi necdum ſit intra liberas Regiasque Regni Civitates, neque inarticulatum ut vocamus. 7. Caſtrum *Kuwar* ne putes, eſſe diſtrictum, cujus mentio in art. 18. anni 1741. Verum fuerat Caſtrum Sclavoniæ prope Capronczam, uti ex pag. 165. Par. I. Hiſt. Eccl. Zagr. videre eſt. An porro *Kuwar* & *Kukaproncza*, ſive vetus Caproncza idem ſint? aut diſtincta extiterint Caſtra, cum Caſtrorum non examinemus hiſtoriam, miſſum facio. Demum verba illa *Denariorum novorum Regalium*, demonſtrant art. 18. anni 1405. in effectum iviſſe, ſublatisque in Sclavonia *monetis Papalibus*, Regias fuiſſe ſubſtitutas. Cujus rei, plenam diſſertationem, aliis devovemus. Litteris poſtremis Caſtellani Wolphardi, firmantur plura legum. *Victima bibicionis*, nunc quoque vulgo *Aldomaſſ* vocatur obſervaturque. Eſt autem potus Vini, aut alterius liquoris, in teſtimonium ſpontaneæ venditionis ac facti, ut controverti nequeat, ſponte deliberateque actum talem intra partes interceſſiſſe. De hujus cæremoniæ origine, uſu, exemplo, ſi cui de moribus gentis hujus ſcribendi eſt animus, indaget.

2. Hæc Regni Sclavoniæ confinia, ſub Bani jurisdictione, & cum corpore Reipublicæ Regni Sclavoniæ conjuncta extitiſſe, ſuperiora noſtra, (recole ſi lubet pag. 360.) le-

Digitized by Google

geſque ipſæ demonſtrant. Anno 1546. confinia hæc Ferdinando ceſſa fuiſſe, a pag. 363. deductum eſt, hoc roborantibus art. 10. & 73. anni 1655. Poſtquam *inferior Sclavonia*, per Regem Ungariæ Leopoldum revindicata a Turcis extitiſſet, Regni Sclavoniæ Status, ſupplicare non omiſere Leopoldo, pro confiniorum horum, ſive Generalatus Varasdinenſis, his ex oris translatione, aut hujus (Confiniis Sclavoniæ inferioris & Generalatu Eſſechinenſi firmatis) deſtructione, caſſationeque, motivis ex multiplicibus; quæ ex porrectis precibus non deſcribimus. Qualiterannuerit Leopoldus, *Inſinuatum* eatenus Regium demonſtrat. Eſt autem tenoris ſequentis.

„ Sacratiſſimæ Cæſareæ Regiæquæ Mattis Inclytæ Cancellariæ Hungco Aulicæ præſentibus Amicè Intimandum; Poſteaquam modo ſumme dicta ſua Sacrma Cæſarea Reg. Mattas ſuper illa, tam ratione Jurisdictionis Teritorialis, quam & dependentiæ Militaris, nec non Translocationis & reſpective Caſſationis Sclavonicorum atque Petrinienſium confiniorum inter Inclytos Regnorum Dalmatiæ, & Sclavoniæ Status, ordines ab una, nec non itidem Inclyta Auſtriæ Interioris Dicaſteria, ab altera partibus, ſuborta lite, & Controverſia rite complananda, primo quidem certam Commiſſionem ſuam ad facies locorum (quatenus inibi, mediante oculari Inſpectione meram atque veram eorundem confiniorum ſituationis conſtitutionem, nec non exacta Inquiſitione peragenda, genuinam adductorum gravaminum ſeriem melius erueret) hinc Clementiſſime delegaſſet; Deinde ſuper ejusdem exmiſſæ Commiſſionis humillime ſuppeditata Relatione cæterisque per eatenus cointereſſata, & Aulica & Provincialia Dicaſterialia, ſimul atque Status, videlicet Excelſum hoc Cæſareo Regium Conſilium Bellico Aulicum, nec non Excelſam Intimam Auſtriacam Cancellariam itidem Aulicam, prout & Inclyta Interioris Auſtriæ Intimi & Bellici Conſiliorum pariter Aulicorum Gremia, neque minus antelatos Croatiæ, & Styriæ Status Inclytos, pro & contra ſubmiſſis, & introporrectis Informationibus atque Deductionibus, novam hic Viennæ Commiſſionem Miniſterialem Aulicam inſtituiſſet, ac tandem ad ulterius tam ſcripto, quam oretenus in pleno factam, ab hacce delegata Miniſteriali Commiſſione, omnium, & ſingulorum ſecundum acta, & probata Cauſæ hujus punctorum, circumſtantiarum, atque Motivorum uberiorem propoſitionem, & omnimodam Relationem pro finali Deciſione Benigne reſolviſſet; quatenus.

„ I. Totum & omne Colapim inter & Unnam fluvios ſituatum Juſtiſſimis, ideoque Victricibus crebrius Summe dictæ Mattis Sacrmæ Armis, ab immani Chriſtiani Nominis Hoſte Turca, recuperatum territorium cum omnibus, & ſingulis in eodem reperibilibus modernis atque futuris Inhabitatoribus, & Incolis (quos inter & Stipendiary Milites, qui propriæ commoditatis, & convenientiæ ſuæ cauſa, jam dictis in locis ultroneâ ſponte ſuâ degentes, ſua domicilia fixerunt, etiam intelligendi, & computandi ſunt) quoad proprietatem, & Dominium utile (quatenus illud Fiſcale eſſet, aut fieret) huic Cæſareo Cameræ Aulicæ, verum quoad Jurisdictionalia, & Spiritualia duntaxat Inclyto Croatiæ Regno, & Ejusdem Banali poteſtati cedere, & reſignari, perindeque totum illud (excepto ſolo pro Confiniis neceſſario) Neo-Recuperatum Territorium, una cum ſtatim levandis atque caſſandis Warasdinenſis Generalatus, locis Præſidiariis, & eo pertinentibus Diſtrictibus, ad meram Cæſareo Regiæ Cameræ hujus Aulicæ, Diſpoſitionem omnino transferendum, rite conſcribendum, & in Dominia ſubdividendum ſit, quæ nempe Dominia vel divenditione fienda, vel alio quovis meliori modo, in Bonum, atque commodum Summe Titulatæ Sacrmæ ſuæ Majeſtatis Regii ærarii convertenda, nihilòminus ſub collectatione, & Jurisdictione Ejusdem Regni, atque Bani (Salvis tamen quibusve aliis Juribus Regiis, atque Conſvetis ſummis legalibus toties Altefatæ Sacrmæ Matti competentibus per expreſſum reſervatis) ad Contributionem, & præſtandorum præſtationem cæteris Regnicolis parem, atque Communem proportionaliter attrahentur;

„ Quapropter eum in finem, & omnimodam hujuſce benigniſimæ reſolutionis effectuationem ab Excelſa Cancellaria hacce Aulica, medio Inclytorum Interioris Auſtriæ Dicaſteriorum modernis Commendantibus, cœterisque Warasdinenſis, Caproncenſis S. Georgii, Cſaſmenſis, Criſienſis, & Petrinienſis Præſidiorum officialibus indilate, quidem ſerio demandandum foret, ut in iisdem partibus degentem populum, directe vel indirecte contra Banale Dominium, quovis modo animare, ſeu concitare, vel alios eidem contrariandi modos ſuggerere non auſint, multominus ipſos Inhabitatores aut Incolas ad ſe ſuasque partes inducere intendant, quin potius, quod ſi unus vel plures illorum eo recurrerent, querelas, aut alia peracturi, attunc eundem, vel eosdem a ſe ſe abigere, & ad Dnum Banum, ejusdemque inſtantias, ſimpliciter remittere teneantur. Neque minus ſupremo Petrinienſi Capitaneo firmiter iniungendum eſſet, quatenus ſuos Coſztaniczæ exiſtentes ſtipendiarios Petrinienſes, ſive quoscunque alios ibidem haberet Milites, abinde mox avocet, ſeque pariter cum iisdem eductis edu-

eens

„ cendis, ſtatim inde proripiat, caſu autem, quo vel ipſe, vel ipſi Petrinienſes reſpectu „ prætenſi iſtius propria Authoritate, & potentia mediante, occupati, & hactenus uſuati „ Territorii, meliorem, quam Epiſcopales Donationales in ſe continerent titulum, ſe ſe habere, „ & docere poſſe exiſtimarent, per Conſequens Epiſcopum, & Capitulum eatenus infeſta- „ re & in Cauſam attrahere volentes, ut tum hujusmodi prætenſa Jura ſua (poſteaquam „ utraque pars intereſſata ſuperinde ſuos Titulos hic Viennæ coram inſtituta ſic dicta Neo- „ Acquiſtica Commiſſione Aulica reſpectu Intereſſentiæ Fiſci Regii produxerit) via Juris „ ordinaria coram Dno Bano tamquam in realibus Actionibus ibidem competente Judi- „ ce proſequi; Interea vero ab omni ejusdem retentione, propriaque uſuatione, ſeu alia „ quacunque violentia prorſus abſtinere debeant, ſintque obligati. Præterea ſupra mentio- „ natis Inclytis Auſtriæ Interioris Dicaſteriis foret imponendum, ut Petrinianos inſtigato- „ res, ad alia, quoquo poteſt fieri modo remotiora confinia illico transferant, modernos- „ que viarum ductores & ſignanter quidem illos ſic nominatos Janko Borogovics, Bu- „ nyan, & Dubrek, ſimul & reliquos omnes officiales ſuperiores (utpote quos impoſterum ſo- „ lus ipſe Dnus Banus, ad præhabitum nihilominus & ſemper requirrendum Excelſi hu- „ jus Cæſ. Regii conſilii Aulico-Bellici conſenſum, denominandi, & inibi conſtituendi „ facultatem haberet) inde mox amoveant, nec ullos præſertim Trans Collapiano-Unna- „ nos adhibeant, aut inibi diutius commorari patiantur, neforte (prout metuendum eſt) „ ibidem permanentes, omnis generis fomites, hinc inde ſeminando, inter populum di- „ ſturbia quædam aut motus periculoſos excitent. Similiter cum Altæ-Memoratæ ſuæ „ Matti Sacrmæ relatum exſtitiſſet, certas quasdam ab Ejusdem Grali Locumtenen- „ te Principe Ludovico Marchione Badenſi iisdem Walachis impertitas Protectionales Cæſ. „ Regias, ab iisque Dno Comiti Erdődii conſignatas, nec minus Inventarium Coſtaniczen- „ ſe, ſimul atque Dnorum Bani, Vice Bani Reverſales præ manibus Inclyti Interio- „ ris Auſtriæ Conſilii Aulico-Bellici etiamnum ſupervacantes jacere, alibi magis neceſſa- „ rias, præſertim quia (Coſtaniczam quod concerneret) hocce fortalitium una cum omni- „ bus prærepetitis Colapim inter, & Unnam adjacentibus, ſicut & Jaſzenovecz, pariter „ cum eo ſpectantibus confiniariis, cœterisque locis cis Savano Præſidiariis, iam antea to- „ ties per ſummetitulatam ſuam Mttem Sacrmam, Banatui Sclavonico benigniſſime collatum „ atque confiſum eſſet, quæ omnia ſiquidem nunc & in futurum ab hoc Excelſo Cæſ. Re- „ gio Conſilio Aulico-Bellico dependerent, Eidem quoque prærecenſita quatuor Inſtrumen- „ ta Litteralia, mox con & aſſignanda fore, determinatum, ac mediante Excelſa intima „ Cancellaria Auſtriaca Aulica, crebrius dictæ Interioris Auſtriæ Bellico itidem Aulico Con- „ ſilio efficaciter ordinandum eſſet, perindeque.

„ II. Quod non ſolum ipſe Generalatus Waraſdinenſis, & Præſidia S. Georgii, & „ Ivanicſienſe, ſed etiam Caproncenſe, Cſaſmenſe, Criſienſe, & Petrinienſe, adeoque in „ differenter omnes Commandæ Waraſdinenſes cum integro ſuperiore ſtatu Ejuſdem mili- „ tari, quaprimum inde removeri, atque caſſari: è contra autem Gregarii Waraſdinenſes „ & reliqui milites Præſidiarii, quotquot eorundem neceſſarii, ſe ſeque eò transferre in- „ tentionati fuerint, præ cæteris ad alia tam conſtituta, quam adhuc conſtituenda exte- „ riora loca, ſeu præſidia confiniaria ex beneplacito, & diſpoſitione hujus Cæſ. Regii Con- „ ſilii Aulico-Bellici translocari poſſint, ac debeant. Capronceſe Fortalitium verò, ſiqui- „ dem hoc ipſum adhuc in bono defenſionis ſtatu reperiatur, quaſi in Sclavonici illius „ Territorii meditullio ſituatum, pro aliquo receptaculo, vel patriæ iſtius Aſyllo etiam- „ num in ſtatu quo, ſed tamen ſub Gubernio, Commanda, atque Juriſdictione Dñorum „ Bani, & Vice-Bani, totiusq[illegible] Sclavoniæ, Regni, ſed & cum ſuprema hujus „ Excelſi Cæſ. Regii Conſilii Be[illegible] [illegible]tione, omninò conſervetur, & quia,

„ Sæpementionata illa exterio[illegible] loca Confiniaria, Territoriali a juriſdictione haud be- „ ne ſeparari quirent, ipſa Præſidia in futurum Banalia pariter cum omni per Incly- „ tum Regnum, atque Dnum Banum inibi collocata, atque ſtipendiata, ſeu Generalatu „ Waraſdinenſi juxta crebro mentionati hujus Conſilii Aulico Bellici, diſpoſitionem pro „ exigentia rerum, forſan adhuc extrahenda, atque deſumenda uberiore militia, nec non „ cæteris Diſtrictuum eorundem inhabitatoribus, ac incolis, ipſoque territorio ſignan- „ ter & cunctis in ſupra fato Warasdinienſi quondam Generalatu adjacentibus locis, mo- „ dalitate prærecenſita Regni Juriſdictioni, ac Gubernio conſtanter incorporentur, adeoque „ & hæc, & hæc & reliqua Collapim inter, & Unnam fluvios ſituata Confiniaria æque „ ac cætera omnia, & ſingula in toties memorato prius Generalatu Waraſdinenſi reſidua „ loca, ex iisdem Principiis & Cauſis Eidem Banatui conſtanter, imperturbate ſubjaceant. „ In militaribus autem quoad ſupremam Directionem prædictus Comes Banus cum ſuis ſub-

 „ al-

„ alternis ab Excelſo hoc Cæſareo Regio Conſilio Aulico Bellico plane dependeant, un-
„ de Benigniſſimas ſæpius Altiſſime depredicatæ ſuæ Sacratiſſimæ Cæſareo Regiæ Maje-
„ ſtatis Reſolutiones, & Ordines obſequenter accipiant, & exequantur.

„ Quod ipſum prælibatæ Inclytæ Cancellariæ Regiæ Hungarico Aulicæ, ad notitiam,
„ & dirrectionem ſuam, eumque ſimul in finem præſentibus Amice inſinuandum erat,
„ quatenus ſuperinde quoad paſſus; Regio Politicam, atque Provincialem Jurisdictionem,
„ atque Gubernium concernentes, ad loca debita congruas Expeditiones emanari facere non
„ gravetur. Cui in Reliquo Camera Aulica ad exhibenda quævis Humanitatis officia ſem-
„ per prompta & addicta manet. Ex Comiſſ. deleg. Miniſteriali Aul. Viennæ 6. Junii
„ Anno 1703. Franciſc. Joſeph. a Thia m. pr. „

Relata mox benigniſſima Reſolutio Regia, ſive ob motus Rakoczianos, ſubſecutumque cum Turcis ſub Carolo bellum, ſive ex altioribus reflexionibus aliis, in effectum non venit. Quinimo confinia hæc Sclavonica, ſive Generalatus Varasdinenſis, per ſucceſſivam regulationem, & ſui extenſionem firmata videntur.

3. Hodie in Legiones duas Generalatus iſte diviſus eſt. Altera vocatur Criſienſis, S. Georgii altera. Quævis conſtat 4000. Viris, ſeu militiæ adſcriptis, ſuisque officialibus. Sunt quidam, etiam equeſtres, ultra pedeſtrium numerum. Supremus Generalatus Præfectus, ab anno 1597. ſedem habuit Varasdini, quæ dein Capronczam erat translata. Poſtquam anno 1756. *Bellovarinum* erigi incoaſſet, ſuprema adminiſtratio, conſequenter Generales, cœterique ut vocant ſtabales, Bellovarinum conceſſêre. Limites memorati Generalatus, venirent recenſendi; verum cum de his conſtituendis, ab anno jam 1764 per repetitas Commiſſiones ageretur, nec eſſent publicati, hos omittere mallo, quam manifeſtandi erroris argui. Nunc dicere aliud nequeo, ac Generalatum hunc, reſpective Inferioris Sclavoniæ Comitatuum, reſpective confiniorum illorum limite, ab Oriente terminari. A meridie vero & Occidente Comitatus Criſienſis limite, a Septemtrione Dravo. Porro cum mixta eſſent quædam territoria, intra has jurisdictiones; limites determinari, per Commiſſiones Regias procurantur. Nominatiora tandem loca, Generalatus hujus ſunt, Præſidium *Capronсza*, *Gyurgyevecz*, *Dernje*, *Chaſma*, *Virje*, *Præſidium Jvanich*, aliud ab Epiſcopali curia, *Pitomacha*, *Camarcha*, *Kloſter*, *Racſa* ubi numi & monetæ veteres Regni Sclavoniæ ſolent inveniri, diſtinguiturque ab illa Ratcſa, quæ eſt in inferiore Sclavonia. *Bellovarinum*, *Czirkveno* &c. &c.

4. Pars alia confiniorum Sclavoniæ ſuperioris, Diſtrictus Sihelsburgenſis vulgo *Sumberg* eſt. Pars hæc montoſa eſt, habetque ab occidente vicinam nunc ſibi Carnioliam, & cum advicinaretur Confiniis Croaticis, ſive Generalatui hodie dicto Carolſtadienſi, diſtrictus iſte, Generalatui huic eſt annexus, militesque ab eodem dependent. Cœterum Caſtrum diſtrictumve *Sumberg* ad Regnum Sclavoniæ, conſequenter Sacram Regni Hungariæ Coronam pertinere, Par. I. Hiſt. Eccl. Zagr. a pag. 25. deduximus. Sed inſuper Tabulæ concordiæ intra Fridericum & Maximilianum cum Vladislao II. Rege Ungariæ anni 1491, apud Illus. Doctiſſimumque D. Adamum Kollar in auctario Diplom. Urſini Vellii pag. 253. Nro. 30. hoc ipſum demonſtrant, ubi: *ipſe Rex Wladislaus infra annum -- de quinque milibus florenorum inſcriptis ipſi Domini Thobiæ* (de Thſchernohora, ſeu de monte nigro) *per ipſum Mathiam Regem ſuper Caſtro Sonberg - - - Solvat.* Sane ſi Caſtrum hoc, ad S. Regni Coronam non pertineret, nec Mathias Rex, hoc inſcripſiſſet Thobiæ, neque Fridericus cum Maximiliano, in iis controverſiis, obligaſſent Vladislaum, ad illa ſolvenda millia. Quin *Chernomel* a fato Montis nigri Thobia, nomen accepiſſe, credere nil prohibet. Succeſſive ob Turcarum motus (de quibus ſupra) & partium illarum depopulationes, locis illis deſertis redditis, populus Raſcianus partim ex Boſnia fugiens, partim vero Segnia, ſive illi celebres Morlachi, deſerta illa incoluere, amplectendo Ritum Græcum unitorum. Hic populus, partim ſvaſu Franciſcanorum (vide pag. 420.) partim ut libere per Carnioliam Stiriamque ſalem, cujus cambio potiſſimum viveret, pro frumento aliisque commutare valeat, quædam privilegia a vicinis Provinciis obtinuit. Hæc attamen caſſata annulataque eſſe, art. 40. anni 1635. pluresque cœteri evincerent, Et nominatim de Sombergenſibus 52. anni 1647. &c. Sed tametſi caſſata non haberentur; limitibus & territorio Sclavoniæ, conſequenter juri Sacræ Coronæ obeſſe nequeunt, ab exemplo Venetorum, Raguſeorumque &c. qui, ſine præjudicio ſuorum limitum, habent ab Imp. Conſtantinopolitano Privilegia, liberioris commercii; Quin Græci, Ottomani &c. quamvis ſubditi alieni, per Hungariam Sclavoniamque ſive ex publicis fœderibus, ſive ex elargitis a Regibus noſtris privilegiis, pagos, Oppida civitates circumeunt variis quæſturis: per hæc nihilominus, limitibus Regnorum Provinciarumque decidendis, fundamentum non ſunt. Quare videtur incredibile in Commiſſione Regia Carolſtadienſi, anni 1767, dum populus iſte exponeret, per Triceſi-

ma-

Digitized by Google

matores ſe taxari haberique, ut extraneum a Sacra Regni Corona, & huic nullatenus ſubjectum, deciſum haberi. Ob aliquod groſſorum vectigal majus, eos, partem membrumque eſſe Carnioliæ, haud autem Sclavoniæ Sacræque Coronæ, conſideratione Privilegiorum illorum, ex Provincia Styriæ acceptorum. Incredibile inquam iſtud mihi videri, tum relatorum conſideratione, cum etiam quod Commiſſio illa, limitanea intra Sacram Regni Hungariæ Coronam, hujusque jura decidenda, cum Vicinis Provinciis haud fuerit; Neque ſine iſto, ſive ex Sclavonia, ſive e Vicinis Provinciis, quiſpiam adfuerit. Præterea Articulo 16. anni 1765. per Regnantem Mattem Diætaliter, Commiſſio Regia & Commiſſarii diſtincti, ad limites cum Vicinis Provinciis decidendos, denominati haberentur. Si nihilominus audita deciſio, fidei opinionique meæ adverſaretur, fuiſſetque ſecuta, exceſſu Triceſimatorum ſummo, quia juribus Sacræ Coronæ præjudicante, lucro Cameræ Aulicæ Hungaricæ, ob miſeriam Sumbergenſium exiguo, controverſiæ, futurarumque repræſentationum, deciſio talis fomes futurus, a me creditur.

IV. *Magiſtratus æconomicus.* Pertinere hunc ad regulatæ Reipublicæ rationem, admittendum a peritis cenſeo. Hujus attamen curam, quæ *publicum corpusque Reipublicæ Sclavoniæ* reſpiceret, nullam comperio in diplomatibus, inſtrumentis, actis publicis, Mſſ. uſque ad finem Sæculi evoluti XVII. Tum *ad exolvendum armorum jus*, in confiniis nunc Regni Banalibus, ſub publica cura, ratio æconomiæ videtur fuiſſe inſtituta; non ſolum aſſumptione fodinarum Samoborienſium, at melis cæræ vini, uti ex rationibus *Joannis Baronis a Mollnſtern* ſupremi Regni perceptoris de anno 1697 viderem; in Lucro item panni, ob veſtitos olim, ſic dictos *Haramias*, ſive milites præſidiorum ex partibus Regni conductitios. Magiſtratus hujus æconomici ad annum 1697. erectio, cum inſtructione in actis publicis Regni eſt. Præſes fuerat *Baro Stephanus Cſikulinii*, Conſiliarii: Præpoſ. *Zagr. Paulus Cheskovich*, Protonot. Regni *Georg Plemich*, Vice-Comites *Chernkoczi* & *Illiaſſich.* Item *Mathias Patachich* & *Joannes Domjanich.* Poſt hos Secretarius, ac perceptor Ludovicus Bedekovich, Salaria horum ordinaria, fuere annua ſex prope mill. floren. ac inſuper promiſſum ſingulis *gratiale.* Singulare eſt inſtructionis punctum 4. quod nempe, impoſitionem quanti contributionalis *politice* habeant. Aſt æconomia hæc diuturna non fuerat, variaque publico, ſucceſſive cauſavit incommoda, præcipue in fodinis Szamoborienſibus. Ratio itaque tota æconomica, conſtitit *in Caſſa* ut vocamus. Hujus vero ratio, ſive introitus *ex fumis*, ſive portis, Fumorum autem ex Dicis, dicationibusque; ut ideo etiam Fumalis pecunia, ſæpe exprimeretur. Hæc fumalis pecunia, ad Caſſam Regni Sclavoniæ quod pertinuerit, Regnoque ceſſa ſit, conſtat ex pag. 302. Item ſub Ferdinando I. ex pag. 361. Quin a moderna Regnante ut art. 54. 1741. Ex hac publica Regni caſſa, ſolvuntur Officiales Politici omnes, tam adminiſtrandæ aliis Juſtitiæ, quam & Comitatus. Ante regulationem Confiniorum Banalium, ſolvebantur æque Militares in iis Confiniis officiales, ac Haramiæ. Ab anno autem 1750. in ſubſidium exolutionis eorum officialium certa ſolvitur annue Summa pecuniaria. Pertinent ad Caſſam hanc 1. Fumales, ſive Contributionis pecuniæ. 2. Media Triceſima, ex tot numero legibus. 3. emolumenta Confiniorum Banalium, hoc eſt utilitas e Sylvis, harumque dum evenit glandinatione, ex locorum illorum telloniis, navlis Fiſcalitatibus terrenorum, aliiſque ejusmodi iſthic evenientibus, uti & æducillis, variiſque ut vocamus exarendationibus. 4. æque Dubicenſia emolumenta. 5. occaſione vacantis cujuſpiam Politici officii, rata intermedia, ad Succeſſoris denominationem. 6, Taxæ a publicatione Armalium litterarum.

Officialatus muneris hujus ſunt: caſſæ Regni exactor, ſive Perceptor, qui olim dicas ex ſingulis comitatibus incaſſabat. Plures aliquando fuiſſe, Acta Regni & articuli Diætales docent. Hodie regulatis Comitatibus, ſingulo ſuus Perceptor eſt, incaſſatque Dicas ſui Comitatus, exolvendo etiam Magiſtratuales Comitatus. Illud quod Tabularum Aſſeſſoribus, & quibuſdam aliis dandum eſſet, prouti etiam ſummam illam, pro Banalibus Regni Confiniis debitam, Regni Perceptori aſſignant, cujus eſt, cum bellico Commiſſario rationes inire. Idem Regni Perceptor incaſſat, è Triceſimis, maritimiſque partibus ex contractu obvenientia. Recipit prædicta Confiniorum emolumenta. Porro *Dubicenſia* colligit Canonicus ille, qui Dubiczæ eſt Commendans & Vice Colonellus, Banoque ipſi, ratiocinium ſuum ſubſternit. Qui vero reſiduorum in Confiniis locorum ac diſtrictuum, *Commiſſarius Regni* vocatur, datque Regno rationes.

Olim, meaque ac tot aliorum memoria, erat *Supremus Triceſimarum Adminiſtrator.* Iſte cum capitalium Triceſimarum exactoribus & Adminiſtris, ad Regni Congregationes Generales comparere obligabatur. Vectigalia in his ſubſternere, publicationi acceptationique.

que. Ordinationibus, quemadmodum in Diætis, Regni obedire, de Exceſſibus reſpondere. Neque ullam ut ajunt filialem Triceſimam, ſine Statuum conſenſu erigere poterat. Hinc *taxationes* rerum, lege præſcriptæ, inſtitui, ſuumque effectum ſortiri poterant. Nunc a morte *Franciſci Suvich*, ſupremo adminiſtratore, nullo ſuccedente, nec Vectigalia ſciuntur; neque ob continuam horum variationem, *taxæ* rebus conſtitui poſſunt; haud ſine pauperum, & publici, legumque ipſarum præjudicio. Sunt autem in ſuperiore hac Sclavonia, Regiarum Triceſimarum loca, hodie ſequentia, videlicet: *Zagrabiæ*, habens filialem in *Odra. Varaſdini* cujus filiales in Vinicza & Dobrava. *Klanjeczii*, ſubſunt filiales in Bratikovecz & Kraljevecz. *Crapinæ*, *Berdoviczii*, *Szamoborini*, *Jaskæ*, quæ capitales vocantur. Dependent nunc directè, a Camera Regia Aulica Poſonienſi, adeoque in his eſt fatæ Cameræ, in Regno hoc Sclavoniæ juriſdictio. Servat eadem, pro cauſarum eventu, unum, qui Regius Cameralis Fiſcalis appellatur, ſubeſtque cauſarum Regalium per Hungariam Directori.

Comitatuum ſuperioris Sclavoniæ deſcriptio Geographica.

Varaſdinenſis.

INcipit hic Comitatus hodie, a Dravo; adeoque Hungariæ a Septemtrionali plaga proximus eſt, ac ab hujus, Szaladienſi Comitatu, Dravo eodem ſeparatur. Deinde infra *Martinecz* Orientem verſus deflectendo, per fluvium *Bednja*, a Criſienſi ſeparatur Comitatu; tum a Meridie, a fluvio *Lonya*, Zagrabienſi vicinatur, a quo reſpective fluvio Krapina, reſpective vero fluentis aliis dividitur. Ab occidente vero fluvio *Sutla*, ſeparante eum tractu longiſſimo a Provincia Stiriæ; ac a monte *Maczel*, ab eadem Stiria, ſeparatur per Varaſdinenſem campum, ad Dravum uſque. Dividitur in duas præcipue partes, quarum altera vocatur *Tractus Zagorianus* ſive *Zagoria*; altera *pars Campeſtris*, & a quibuſdam *Cis Dravana*. Habet in complexu ſuo, *diſtrictus* ſeu *Proceſsus* ut vocant quatuor, videlicet *Zagoriæ ſuperioris*, hoc eſt Ratkaiſzko & Czeſzarſzko. *Zagoriæ inferioris*, ſive Proceſſum Krapinenſem. Item in parte Cis Dravana, Proceſſum *Vinicenſem*, ac demum *Varaſdinenſem*. Hæc Comitatus hujus conſtitutio, uti ſuperius reflex imus, reſpective a Mathia I Rege, reſpective a Ferdinando II ſtat. Fluvii potiores ſunt; *Dravus*, *Bednia*, *Plitvicza*, *Krapina*, *Horvatczka*, *Lonja*, minores vero plurimi. Montes nominatiores, *Maczel*, *Ivanchicza*, *Ocſura*, *Taborſzko*, *Krapina &c.* Vina celebriora ſunt, *Vinicenſia & Toplicenſia*. Pars Zagoriana abundat lignis, palliſectiis. Habet paſcua optima, & fœnilia ampla, atque fertiliſſima, ut quandoque ter falcari queant. Hinc boves ſaginare ſolent, taleſque ad vicinas vendere Provincias. Butyrum, mel, præ aliis partibus obtinent. Triticum purius nobiliusque aquirunt, & precio cariori emitur. *Thermæ* in Comitatu hoc ſunt triplices, nempe *Krapinenſes*, quæ præferri ſolent. *In Szutinſzka* neglectæ, ac demum *Toplicenſes* de quarum virtute ac præſtantia anno 1709 *Joannes Leopoldus Payer* Phil. & Medicinæ Doctor, edidit diſſertationem. Jam potiora ſingulorum proceſſuum recenſenda.

Proceſſus Varasdinenſis. Eſt in eo *Varaſdinum* Libera Regiaque Civitas. Vide a pag. 188. Interiori ambitu exigua eſt, ſuburbiis amplioribus proviſa. Sita eſt in planitie, ambitque eam foſſatum, in quod, Dravum olim immitti potuiſſe narratur. In Civitate ſunt: Parochiale templum, Conventus Franciſcanonum, Collegium Jeſuitarum, cum ſcholis ut ajunt humanioribus. Moniales item Urſulinæ. In ſuburbio PP. Capucini. Erat olim domus Generalis Varasdinenſis, quô Capronczam tranſlato, domoque deſerta, propeque ruinata, per Regiam recentem Commiſſionem, fundus ille pro erigenda comitatûs domo, dicitur reſignatus. Anno 1767 die 20 Auguſti, ob Excellmi Dñi Comitis actualis Bani iſthic habitationem, in ea eſt *Regium in Regnis Dalmatiæ Croatiæ & Sclavoniæ conſilium.* Quinimò Regia ſingulis annis diſpenſatione ac indultu, eſtò Banalis Tabula, per memoratas ſuperius Leges, *Zagrabiæ* haberetur affixa, ab anno 1750 Varaſdini hactenus erat celebrata. Ad latus Civitatis meridiem verſus, eſt *Arx dicta Varaſdinenſis*, ſua habens valla. Hujus Arcis Familiæ DD. Comitum *ab Erdoedy* hæreditarius eſt *Capitaneatus*, ſeniorque de familia, hoc gaudere conſuevit. Vigilias arcis ad annum 1768, ſubmiſſi e Generalatu Varaſdinenſi milites obibant, curam quoque armamentarii habendo. Pertinent ad arcem ſuburbanæ domus multæ, ad S. Florianum & circa, vocatæ. Pagi item quidam & territoria, quæ Dominali juriſdictioni ſubſunt. Civitas ipſa, certa anni die, ex quodam contractu, ſummam quandam deponere obligatur. Civitatis porrò territorium amplum eſt, vetuſque *Kheene*, nunc Kneginecz, ad eam pertinet. Servat ſuum Magiſtratum cum juriſdictione. Incolæ ſeu hoſpites, ut plurimum ſunt Sclavi. Germani poſt hos. Exiguo numero quæſtores Raſciani, inqui-

Digitized by Google

inquillini rectius ac incolæ. Comitatui a Caſtro data videtur appellatio, ex pag. 192. Hinc ſedes Congregationeſque ſuas, quin Archivum & carceres, in ſata arce ſervavit.

Ad Dravum occidentem verſus, muratum Caſtellum *Steffanecz* eſt, ſpectans ad Viduam Nob. Antonii olim Bedekovich, ubi colligitur herba quædam, vulgo *Voihcs*, purgandis ligneis vaſis idonea, ſtanneis item &c. hæcque ab incolis vendi ſolet, ducique per nundinas. Sequuntur Caſtri *Mellen* diruti appertinentiæ, intra congenerationales diviſæ, ubi *Vidovecz* Caſtellum D. Comitis Franciſci Patachich. *Sent-illia* &c. Parte vero ex alia, ſunt murata egregiaque Caſtella *Ivanecz*, ubi olim ferreas mineras cultas narrant. *Czerje*, vetus denique *Caſtrum Bela*, quæ DD. Comitum Erdöedy ſunt. Anno 1754 cum partes has luſtrâſſem, in *Bela* reperiri lapides precioſiores, refferebant. *Toplicza* Capituli Zagrabienſis arx murata & dominium, ubi *Thermæ* dictæ Toplicenſes, frequentioreſque nundinæ. *Caſtrum* vetus *Martianecz* vocatum, cujus pag. 35 meminimus. Caſtellum denique muratum *Szent-Erſebeth*, pluresque Nobilium Curiæ & diverſorum veterum caſtrorum appertinentiæ. Qui pagorum Dravo ſunt viciniores, ex *aurilotura* etiam adjuvantur.

Proceſſus Vinicenſis ſequitur. Eſt ſubmontanus, ac ab occidente Stiriæ advicinatur. Ex Varaſdinenſi campo ſpectatus, jucundiſſimum præbet conſpectum, ob tot muratas curias, quibus ambitur. Olim *Vinicza* Caſtrum erat. In Parochiali templo, plures vidi inſcriptiones. Pagus *Babinecz* quod vetus *Anicium* putatur, plures hactenus ſuppeditavit antiquitates. Loca celebriora ſunt: Caſtellum *Kriſovlian* prope Dravum, Nobil. D. Pauli Bakich, *Komar* & *Zelendvor* ad Familiam DD. Comitum Draskovich ſpectantia. *Mariaſſevcz* vulgo Maruſſevecz arx murata cinctaque profundiore foſſato, poſſidetur nunc a Nob. D. *Georgio Petkovich*. Eſt ibi vicinum Caſtellum *Cſalinecz*. Sequitur arx Nobilis, DD. Comitum Draskovich, *Klenovnick*; ubi repoſitas eoque latas, veteres inſcriptiones plures videre eſt. Tum eſt *Lepoglava* Eremitarum a S. Paulo vocatorum nobile Monaſterium cum templo, Princeps Provinciæ eorum Croaticæ habetur. Arx *Trakoſtein*, a qua *Prædicatum* habet Familia Comitum Draskovich. Eſt hic piſcina quædam ampla, & fornax vitriaria. In Proceſſu hoc, ſunt plures Nobilium Magnatumque Curiæ, quas omittimus.

Proceſſus Zagorianus inferior: ſive Krapinenſis, memorabiliora continet. Caſtrum vetus *Mellen*, nunc deſertum. Caſtella *Zajezda*, a quo Prædicatum Familiæ DD. Comitum Patachich, poſſideturque a Comite Joanne. *Gothàlovecz*, ubi fluvius Krapina ſuam habet originem. *Bellecz* dicuntur hic pulveres Pyrii olim facti. *Caſtrum Konſchina*, ubi veteris fortificationis veſtigia. *Oſtercz* vetus dirutumque Caſtrum, intra tot diviſum. Pertinet ad iſtud *Zlatar Velleskovecz* &c. Sequitur *Lobor*, olim ut narratur Templariorum, nunc Comitis Joſephi Keglevich, ubi album nigrumque marmor comperiri dicitur. In monte eſt quædam planities, proceritate urticarum memorabilis. Sunt item murata Caſtella plurima, diverſarum familiarum, uti *Szveti Kris*, ſeu ſanctæ Crucis, *Mirkovecz*, *Kumor*, a quo Prædicatum Familiæ Bedekovich, *Orahovicza* &c. Caſtrum cum oppido *Krapina*. Hinc ſcribunt quidam, *Lehum*, *Chehumve* egreſſos Regna Bohemiæ, Poloniæque condidiſſe. Caſtrum nunc pertinet ad Comitem *Julium Keglevich*, ubi nobile celarium ex petra exciſum. In Oppido eſt Conventus Patrum Franciſcanorum, Provinciæ Sclavonicæ S. Ladislai. Oppidanus Magiſtratus, ex quodam ut ajunt contractu, dependet à foro Dominali.

Proceſſus Zagorianus ſuperior, potiſſimum conſtat caſtris veteribus, *Koſtel*, *Czeſzarvar*, *Thabor*. Priora duo deſerta ſunt. In dominio Pertinentiiſque Koſtel, Caſtella minora plura ſunt, præcipua habentur: *Beſanczi*, *Dubrava*, *Goricza*, *Szvedroſje*, &c. ſunt hic Thermæ illæ Krapinenſes vocatæ, vulgo *Toplicza*. Caſtrum Dominiumque *Czeſzarvar* DD. Comitum ab Erdoedy, nunc deſertum, Caſtellum principalius habet *Novidvor*. Tum eſt Oppidum *Klanjecz*, ubi frequentes nundinæ, Regia Triceſima, & Conventus Franciſcanorum reformatorum, Provinciæ Croatiæ Carnioliæ. *Razvoi* ad amnem Sutla, *Herpenia*, cœteræque plurimæ Curiæ, Familiarum Nobilium. *Thabor* alias Taborſzko, D. Comitis *Joſephi a Ratkay*, nunc etiam conſervatur. Dividitur in majus minusque *Thabor*, ubi Caſtellum. Eſt quoque muratum amplumve Caſtellum a fluvio *Horvatczka* vocatum. Item *Millan*, plurimæque Nobilium curiæ, quas omittimus. Memoratum ſuperius: ampliſſimum olim diſtinctumve fuiſſe, Zagoriæ Comitatum, fuiſſeque diſtinctum, ob ſuas prærogativas. Sed hic, moderna deſcribentes, antiqua non recenſemus. Quare

Comitatus Criſienſis.

SEptemtrionem verſus, ſeparatur Dravo a Comitatu Szaladienſi; ab oriente Confiniis Sclavonicis Generalatus Varasdinenſis, & in parte Comitatu Poſegano; a meridie reſpe-

Digitized by Google

ſive Zagrabienſi Comitatu, reſpective confiniis; ab occidente demum fluvio *lonja*, Comitatuque Zagrabienſi. Denominari a Civitate Criſienſi dicitur.

In Comitatu hoc, Liberæ Regiæque Civitates ſunt, *Criſium* vulgo *Kriſevczi.* Creditur eſſe antiquiſſima Civitas, & locus olim Sclavoniæ Principalis, utpote S. olim Stephani Regis, ac Ladislai. Ego attamen, nulla ejus vidi Privilegia, quæ per Sigismudum audio eſſe renovata confirmataque. Olim ſemet diviſerat, eratque Superior inferiorque, diverſorum Magiſtratuum. Sed poſt plures Diœtales articulos, demum ſub Regina MARIA THERESIA coaluit, uniusque eſt Magiſtratus. Foſſato in ruinam eunte cingitur. Interne præcipua ſunt, Conventus Paulinorum, domus Comitatus Criſienſis, ædesque Generalis Militaris, ſeu Legionis dictæ Criſienſis. In Suburbio Conventus elegans Franciſcanorum Provinciæ Sclavonicæ. Deſignatus quoque eſt locus, pro erigendo, Liberalitate Auguſtæ & Apoſtolicæ Reginæ, monaſterio Græci ritus unitorum, cum templo & Scholis. Ad portas Civitatis, vigilias obeunt milites e Sclavonicis Confiniis.

Altera Civitas *Kaproncza eſt*, in planitie, locove opportuno. Habet Præſidium, haud negligendum; in quo Domus Generalis, Parochiale templum, Conventus Franciſcanorum, Domus Magiſtratus Civilis. &c. Extra præſidium, fluvio Caproncza una vallatum, per ſuburbia domus ſunt Civium. De hac Civitate, & Veteri ejus Caſtro, Superius ſuis locis, fecimus mentionem, plurimaque exſcripſimus, eruditarum notitiarum. Ab utraque memorata Civitate, ad Magiſtrum Tavernicum appellatur.

Erat quoque Liberum Privilegiatumque oppidum *Czirkveno.* Hoc poſt defectum Familiæ Kerecſeni, a Generali *Joſepho Herberſtein* libertatem emerat, Rege Hungariæ conſentiente, tribuenteque privilegium, inſtar Civitatis Zagrabienſis. Sed ob Sylvas, viciniamque Confiniis Sclavonicis, his eſt attributum anno 1768. & a Regni Comitatusque juri dictione cecidit.

Comitatus Criſienſis multis Sæculis cum Zagrabienſi erat conjunctus. Anno 1756. Separati ſunt, datusque Comitatui Supremus Comes, Comes *Joſephus Caſimirus Draskovich de Trakoſtheyn*, Generalis Peditatus, Camerarius &c. Quo mortuo Succeſſerat, Comes *Ludovicus Patachich* de Zajezda, translatus ex Comitatu Verocenſi. At ob ægram valetudinem, ſuumque ſenium, impetravit: ut filius ſuus D. *Comes Joannes Patachich* de Zajezda, Suæ Mattis Apoſt. Camerarius, & tum Tabulæ Judiciariæ Regnor. Dal. Croat. & Sclavoniæ Præſes, in Supremum Comitem reſolveretur. Hunc Genitor ſuus introduxit, reſignando eidem Comitatum, quem provide & prudenter, magna ſui commendatione gubernaret, eidemque præeſſet.

Duos habet *Proceſſus*, Comitatus iſte, videlicet *Caproncenſem* & *Criſienſem.* Proceſſus Caproncenſis incoat a Toplica, protenditurque ad Dravum. In eo loca celebriora ſunt: Caſtrum cum Oppido *Lubreg* de quo Hiſt. Eccl. Zagr. Par. I. pag. 209. *Raſzinya* Caſtrum, cum oppido in loco amœno. Narratur hic, templum SS. Crucis Templariorum fuiſſe olim. Haud multum diſtat, arx vetus *Opoi* dicta, & ruinata. *Bukovecz* Caſtellum muratum, ad quod pertinet poſſeſſio *Szent-Peter*, ubi antiquitates varias nunc et am erui, incolæ 1754. teſtati ſunt. Urbis olim majoris veſtigia in ruderibus Vidi. *Lunkovecz* æque, antiquitatibus variis fertile eſt. Apparent arte facti, amœni colliculi, ad quatuor partes collocati, præſidii inſtar. Incolæ credunt *Attilæ* fuiſſe urbem delitioſam. At quis hoc edoceat? Nobis credibilius eſt fuiſſe iſthic Caſtellum *Lonka*, quod art. 29. anni 1471. demoliendum ſtatuitur. *Kuſzminecz*, *Goricza*, *Szlanje*, *Attak* Legradino proximum, ubi vetus controverſia de limitibus, ob Dravi defluxum. Vide pag. 365. a V. Fluvii in Proceſſu hoc, *Bednia*, *Plitvicza*, *Segovina.* &c.

Proceſſus Criſienſis amplior eſt. In cujus complexu a Bednja fluvio, Caſtrum Vetus dirutumque *Greben*, infra *Remetinecz* ubi Conventus PP. Franciſcanorum. Dein *Huum*, *Cſanievo*, *Kys-Kemlek* vulgo *Reka*, arx antiqua & diruta, in cujus ruderibus, Vidi inſignia, in quibus inferne, parte ex una Faſciæ tres, ex altera flores, qui & ſuperne eſſent, ac ſupra hos, Corona; a qua dependentiæ, plenæ floribus. Supra Coronam Leo erectus, cum vexillo; Litteræ latterales M. L. Hodie *in Reka eſt* Caſtellum muratum, & in Parochiali templo, Inſignia Corvini. Arx *Nagy Kemlek* vulgo Kalnik in altiſſimo monte ſita, & ad hunc collocata. Olim Sigismundi Regis & Barbaræ Reginæ domicilium, ob quod exciſum ex petris cubiculum majus, nunc etiam *Kralievſzka Palacha*, ſive Palatium Regium audit. Eſt hic ſubterranea ingens Spelunca, canalis inſtar, cujus extenſio ignota. Intus petræ excavatæ, & immanes deſcenſus. Ad latus, Petra ex mero Silice, hic quoque arcem olim fuiſſe refferunt. In montibus his falcones reperiri ajunt. Parte ex altera montis Kalnik, eſt, mons *Lubell* & pagus *Lubeſchicza.* Caſtellum *Guſcherovecz* muratum eſt.

Mi-

Digitized by Google

Miholez oppidum Eppi Zagrab. *Glogoncza* Præpoſitura olim, nunc pertinet ad Coll. Jeſuitarum Zagrabienſe, prouti etiam *Tkalecz*. *Opatovecz* olim, Abbatia, Collegii Jeſuitar. Varasdinenſis eſt. *Lourechina* Muratum Caſtellum, tum *Gradecz*, *Dombro Ivanich* Epiſcopi Zagrabienſis fundationalia Dominia. *Verbovecz* & *Rakovecz* olim Rakonog, hæreditaria Comitis Joannis Patachich dominia. Caſtellum *Biſzag*, penes *Loniam* fluvium, plurimaque loca alia, Curiæ Nobilitares, ut *Raven*, *Preſzeka*, *Velika*, *Dianeſſ*, *Negovecz*, *Novomeſzto* &c. &c. ſunt inſuper Nobiles Unius Seſſionis vocati, plurimi, Prædiales, Libertini. Populus Sclavonicus, Romanique ritus. Sunt quidam pagi etiam Græci Ritus non unitorum, ut Bolffan, Radoihche, Lukovo, Lipnicza &c. Fluvii in hoc Proceſſu Majores *Lonja*, *Chernecz*, *Glogovniza*, *Chaſma* &c. Kalnicenſia Vina tam rubra, quam & alba palmam obtinent.

Montis Clandii vulgo Moſzlovina diſtrictus, ad hunc Proceſſum Comitatumque pertinet. Olim Jeſzenovecz, pluraque loca, nunc confiniis applicata ad hunc pertinuiſſe Comitatum, monumenta teſtantur. Pertinet diſtrictus iſte, ad Familiam DD. Comitum Erdoedii de Monyorokerek, ſolentque *Montis Claudii*, & Comitatus Varasdinenſis inſcribi *Comites Supremi*. Hoc qualiter? eruere non potui. *Montis Claudii* extitiſſe in Sclavonia Comitatum, diligentiſſime indagens, nec in aliquibus reperi litteris, nec in ullo ſcriptorum. Ad Comitatum Criſienſem, Montem hunc Claudium olim atque hodie pertinere, docent litteræ, uſus tam appellationis cauſarum, quam & Contributionis exolutio. Quare cum iſthic olim Caſtrum extiterit, puto ego hæreditarium eſſe, Familiæ huic Illuſtriſſimæ, & de Rege, ac Patria optime meritæ, Caſtri illius Capitaneatum, conſequenter ſcribendum fore *Arcis Varasdinenſis*, & *Montis Claudii hæreditariis Capitaneis*. Niſi fors ea ratione Comitatus *Montis Claudii* acciperetur, intelligaturque: Sicuti olim Zagrabienſes Epiſcopi, *Dombra*, *Ivanich*, *Garich*, Comitatus ſuos vocabant, haud ex ratione Legalis, uſitatæque Comitatus ſub Sacra Corona acceptationis, verum ex cujusdam obligationis indicio, atque ideo certæ exemptionis ſignificatione: vel, quod mihi veroſimillimum. familia DD. ab Erdoedii, *Comites Montis Claudii* ſunt pro more veteri (ſic Familia DD. *Eſzterhazy Comites perpetui de Frakno* &c.) creati. Succeſſive autem, ex rerum harum, ſtudiorumque neglectu, additum *Supremus Comes* Montis Claudii. Firmantur priora Titulo Comitis Petri Erdoedy pag. 386. *ubi Supremum Comitem* Montis Claudii ſe non inſcribit. Sed quidquid ſit, quo ex fundamento Excelſæ Familiæ Titulus, *Supremi Comitis Montis Claudii* tribuatur, Diſtrictus iſte intra Confinia ſituatus, poſſeſſiones 27. ac in his hoſpites amplius 800. continet. Habet partem Montanam, ac Campeſtrem, populumque Romani, ac Græci ritus non Unitorum. Ex his 70. circiter erunt domus, reliqui ſunt Romano Catholici, Arx moderna elegans quadriangularis eſt, noviterque extructa. Parochiæ in dominio hoc, Catholicorum in *Oſzekovo* & *Ludina*; Græci ritus non unitorum Orientalium *in Miklovſzka*. Fluvii majores: *Chaſma*, *Jellenſzka*, *Gracheniza*, *Voloder*, * alii minores plures. Vinum Montis Claudii eſt celebre. Unde autem hanc obtinuerit denominationem? eſt incertum. Sunt qui authument a *Clavdio Cæſare*, tanquam a loco ſuæ vel Nativitatis vel habitationis, appellationem remanſiſſe. Alii veroſimilius, relatorum pag. 4. hanc appellationem credunt antiquiorem. Undecumque demum ſit arcis locique denominatio, cum partes illas luſtraſſem, ſequentia memorabiliora, in hoc reperi dominio. I. Pagum *Muſztaſſina Klada* vocatum, cujus nominis cauſam, hanc mihi pagi hujus incolæ retulerunt: Quod dum locus, ſub Turcico fuiſſet dominio, Diſtrictus & Provinciæ Gubernator, *Muſtaſſa* nomine, ibidem ad fluentum, poſt deambulationem in trunco conſidens, per inſidias ex vicino nemore, a juveno quodam, ictu Sclopi occiſus ſit, cujus caſu perteriti Turcæ, *Thomæ Erdöedio Bano*. (vide Hiſt. Zagr. P. I. pag. 280,) arcem tradidiſſent, & in rei memoriam, pago illi nomen hoc eſſe tributum. Refferebant truncum illum, arboris decuſſæ, memoria ſeniorum extitiſſe, annisque evolutis, cauſa pontis, iſthic extructi, eſſe cum radicibus extirpatum amotumque. II. Ad pagum *Hruſzkovicza*, & Rivulum *Podgorſzka*, in agris reperi: Pagi aut oppidi cujusdam amplioris, muratique veſtigia, quin ad vallem, turrim integram, ac eminentem, cum Veſtigiis amplioris conventus ac templi. Incolæ teſtari aliud nequivere, ac ad templi Parochialis Ludinenſis, e fundamentis erectionem, ruinatas eſſe veteres illas ædes & Conventum, & per eos quoque, lapides illos *Ludinam* eſſe translatos. Ex denominatione *Podgorſzka*, Item Benedicti Vinkovich Eppi Zagrabienſis deſcriptione ac notis, oppidum *Podgorſzka* anno 1408. celebre iſthic ſtetiſſe arguo. De Franciſcanorum Conventu teſtatur Vinkovich, & Tabulæ aliæ. An autem Paulinorum quoque monaſterium in oppido illo extiterit? Vocatum ſub

yyyyy *Ga-*

* *Hiſtor. Balthaſaris Kercſelich.*

Garich, aſſerendi careo fundamento. In loco *Peruſſich* vocato, deſerti alicujus monaſterii eſſe Veſtigia, relatum accepi. III. Non procul a Podgorſzka, eſt arx nunc diruta *Jellen*, *ſive Cervus*, a qua, hujusque proprietate, Gentilitia inſignia Familiam Erdoedinam habere volunt. Parte ex altera eſt arx vetus *Koſſuticza* quaſi Cerva, quam nunc incolæ *Koſſechka* vocant. *Garich* non multum diſtat inde, arx olim, nunc diruta in monte, ſubtus quam Oppidum erat. In *Kuttiniczæ* colliculo inſtar turris muratam reperi columnam, quæ fueritne Vigiliarum? vel templi? diſtinguere nequivi. In *Sztruſecz* olim Minſzent, Veſtigia muratæ ſunt Eccleſiæ veteris, cujus lapides translatos eſſe, ad templi Parochialis in *Oſzekovo* ædificium, homines ibi fatebantur. Demum in latere occidentali ad Savum, in Pago *Okole* vocato, reperi foſſata ampliora, atque Savi Chaſmæque fluviorum deductioni commoda; Latitudo prope ad 50. orgias eſt, eſto nunc luto Cænoque, caricetis item, & arboribus repleta foſſata ſint. Ex ſitu loci, credo olim præſidium iſthic fuiſſe, ad tutandas partes tranſavanas. Okolenſes examinati, quia recentius illocati, reſſere aliud nequivere, ac locum foſſatis cinctum, eſſe ampliorem, & dum ſubarrant terras, diverſa ferramenta ſæpe erui. Latericiarum fornacum in plerisque locis ſunt Veſtigia. *Campus demum Lonenſis* nominatiſſimus eſt, quod Copiam det piſcium, qui exſiccati, venduntur plane. Si æſtas ſiccior occurrat, fertilis eſt tam in inſeminaturis, quam in paſcuis, & foeni collectione. Accolæ putant, ibi urbem olim fuiſſe, terræ motu abſorptam. At ſitus conſideratio, ex ſoli declivitate, & plurium aquarum inundationibus, naturale eſſe beneficium apparet.

Comitatus Zagrabienſis.

Ampliſſimus iſte eſt Comitatus, utpote a fluvio Lonja, ad mare usque Adriaticum hodie protenſus. Inæqualis eſt tam in Longitudine, quam & latitudine. Complectitur continetque in ſe hodie, partes Trans Colapianas, inquantum ſunt jurisdictionis Regnicolaris, adeoque eas Croatiæ partes, quæ Sacræ Coronæ, Regibusque noſtris Apoſtolicis Subſunt. Hinc a fluvio Lonja, ad mare uſque Adriaticum, extenditur, hujusque Longitudo, conſiderata a *Lonja* fluvio & diſtrictu *Huum* vocato: prouti etiam a *Szuvoi*, ubi Lonja a ſavo recipitur, ad *Segniam* vel *Terſactum*, 30. milliarium erit. Conſiderata autem a memorato diſtrictu Huum, ad fluvium *Bregane* quo a Carniolia ſeparatur, aut ad *Sutlam*, quo nunc cum Stiria inferiore, ad *Szenkovecz* dividitur, milliarium novem erit. *Latitudo* ob Confinia Croatica, & Banalia maxima eſt, ad *Thopuſzko* uſque, & *Sztenichniak*, ubi ad terras & metas Turcarum poſſeſſorii attingit. Cœterum a Septemtrione Comitatui Varasdinenſi, & reſpective Criſienſi: Ab oriente Criſienſi Comitatui vicinatur. A meridie confiniis in parte Banalibus in parte fatis Turcicis limitibus, tum Jurisdictione & territorio Generalatus dicti Carolſtadienſis, ſive Confiniis Croatiæ; ab occidente *Mari Adriatico*, & ex hoc fluvio *Rechina*, *ſive Fiumera*, a Carniolia per Colapim, usque ad *Kamenicza*, inde deflectendo per memoratos pag. 407. Sclavoniæ hodiernæ limites, ad fluvium Bregane; abinde per flumen Sutla, æque verſus occidentem, Provincia Stiriæ, deflectendoque a *Sutla* ad Septemtrionem a Comitatu Varasdinenſi ſeparatur. Comitatus iſte ſeptem ſat amplos habet Proceſſus, videlicet *Selinenſem*, *Zagrabienſem*, *Podgorienſem*, *Tranſavanum*, *Poſſavanum*, *Tranſcolapianum*, & *Maritimum*. Poſtremi duo ex integro, partium Croatiæ ſunt. In Sclavonicis autem Proceſſibus, memorabiliora occurrunt.

Proceſſus Selinenſis. Incipit iſte, progredienti Varasdino Zagrabiam, a fluvio *Lonja*, jacetque intra Varasdinenſis Criſienſisque Comitatus limites. Occurrit primo *Hraſchina*, deine *Bedenicza*, *Selina* utraque. Nobilium unius ſeſſionis locus. In loco Selinæ S. Joannis Baptiſtæ, vulgo *pri Szvetom Ivanu*, locus diſtractioni opportunus eſt. Sequitur Selina *Szent-Miklos*, ſeu ad S. Nicolaum. Ad latus Orientale eſt, *Szent-Illona*, ſeu S. Hellena, tum ad meridiem, amplum dominium *Boſako* ſeu Boſakovina, a templis Parochialibus, *S. Brictii*, & *S. Martini* nuncupata, & quaſi diviſa. Poſt hæc poſſeſſio Epiſcopi Zagrab. *Lupoglav*, alias ut volunt olim *Govnek* à paludibus vocata, Lampretarumque ferax. *Proſorje*, *Szella*, & *Kozinſchak* huc pertinent. Parte ex alia Szent Miklos, ſunt Caſtellum *Paukovecz*, *Ladomer*, *Bellovar*. Verſus Septemtionem Proceſſus hujus, eminentiores montes ſunt, Vitibus referti, ac Diſtrictus Veteris olim Caſtri *Pzer* vocati, hodie *Pſarjevo*. Monumenta teſtantur, fuiſſe iſthic olim *Præpoſituram SS. Coſmæ & Damiani*, ipſumque Caſtrum *Pzer* Regale fuiſſe, Reginarum enim, ac Duciſſarum Sclavoniæ, plures reperiuntur litteræ. *Sigismundus Rex*, donationibus ſuis, providit pluribus, & tam horum quam & illorum ſub *Kalnik* Nobilium, munificus auctor. *Marocſa* vulgo Moravche ſequitur Caſtelum vetus & muratum. Biſztricza demum ubi Bſſ. V. M. nobile templum, a de-

Digitized by Google

devotione fidelium, eo ex remotis locis & Regionibus concurrentium, ac a Deo gratias petitas obtinentium, locus eſt clarior,

Proceſſus Zagrabienſis. Incoat ab occidente a Fluvio *Sutla*, limitibuſque Stiriæ, ubi vetus ruinatumque caſtrum *Szenkovecz*, à Szomſzedvar olim diſtinctum. Eſt diſtrictus *Berdovicenſis* vocatus, ubi caſtellum muratum *Luſnicza*, pluresque Nobilium curiæ. *Puſcha* diſtrictus, ad limites Comitatus à ſeptemtrione Varaſdinenſis, tum *Biſztra* caſtellum Nobile, *Jakovlje* item, *Sztubicza* ſuperior, inferiorque; ubi Caſtella, Primò Arx Sztubicza in ruinam vergens, dein *Oroſzlavje* Caſtellum nobile, *Miketynecz* alias ſuperior Sztubicza, quæ attamen Caſtri *Zomzedvar* vulgo Szuſzed, in amæno loco ſiti, appertinentiæ dicuntur. Porrò *Szuſzed* cis Savum eſt, locuſque oppido aptus. Eſt ibi Sacellum *S. Martini*, ubi Eremiticam vitam S. Martinum duxiſſe, olim fuiſſe creditum, litteræ Abbatis de campo Zagrabienſi, tribus ſæculis antiquiores, recenſent: dum habent: ubi *S. Martinus Eremiticam vitam duxiſſe fertur.* Locus Eremo opportunus eſt, viſiturque nunc etiam congruum convenienſque eremitorio antrum. Nobili dein campo ad Savum uſque, meridiem verſus Proceſſus continuat. In cujus medio, Parochiale templum *Sztenjevecz* vocatum, cujus meminimus pag. 5. Eſt verſus ſeptemtrionem muratum caſtellum *Stanjevecz*. Adjacent Prædia canonicalia olim *Brache*, nunc *Vrabche* cum Zaverſsje vulgo Cuſtoſſia, tum territoria reſpectivè Caſtri *Medwe*, ſeu Medwewar olim, nunc *Medved*; reſpective verò Liberæ Regiæque Civitatis Montis Græcenſis Zagrabienſis. *Medwe* arx hodie deſerta, in ruderibus tamen ſuperſtes. Hujus loco, Caſtellum hodie *Szeſztine*, à vini præſtantia, & variis fructibus, fungiſque nominatum. Tum Zagrabienſes montes, ad Capitulum Zagrab. ſpectantes, hujusque per prædia Canonicalia diviſi pagi, cum Parochia iſthic *S. Simonis*, Et infra hanc, Conventus Paulinorum *Rhemetenſis* vid. pag. 424. Dein ſequitur *Chucherje*, Vugra, alias *Vugrovecz* ad Epiſcopum Zagrabienſem pertinens, pluriumque iſthic Prædia. *Planina* olim Præpoſitura vide pag. 416. *Caſſina*, ubi neſcio qua ætate, Caſſandram Civitatem fuiſſe volunt. *Caſſina* ad Capitulum Zagrab. pertinet, eſtque Prædiorum Canonicalium portio. Tandem Sequitur in planitie *Kraljevecz*, cum hujus ad Savum appertinentiis, & pagis intra quos, Pagus *Narth*, *Ivanja Reka*, *Szeſzvethe* alias *Mint-Szent*, *Reſznik*, &c. pagi ſunt nominatiores. Quædam ad communem Capli, per Decanum Capitularem adminiſtrationem ſpectant; quædam habentur diviſa, intra Canonicorum prædia. Sequitur *Campus latus*, vulgo *Sziroko polye*, a diverſis multiſque poſſeſſus. Tum ſequitur *Vicus Latinorum* ſive Epiſcopalis *Civitas*, deinde Capitularis ut a pag. 410. relatum haberetur. Demum *Civitas Libera Regiaque Montis Græcenſis Zagrabienſis.*

Civitas hæc Regia, Sclavoniæ totius Metropolis eſt: olim ſic una erat, ut reliquæ Civitates, inſtar hujus privilegia ſint conſecutæ, fuitque capitalis. Populoſior eſt cœteris, Sacrarium item juris, cum ex citatis ſuperius legibus, fora juſtitiæ adminiſtrandæ, illi affixa ſint, Religionis item, ob Epiſcopalem Cathedram, a qua ampliſſima regitur Diœceſis. Nec deſunt illi, ornata internè externeque ædificia. Eſtque Cuſtos Archivorum, Regni, Tabularum, Comitatus, Civitatis. Præterea in opportuno eſt loco, ad Sclavoniam totam, cum inferioris quoque Sclavoniæ Comitatibus commodior, viciniorque ad eam ſit acceſſus. Ad Croatiam quoque, oraſque maritimas, Confiniis item Regno Banalibus. Vicinis quoque Provinciis, pro communicatione opportunior. Denique ob Savum Calapimve fluvios navigabiles, pro promovendi comertii, commoditate, directione, proviſione, removendiſque obſtaculis vel impedimentis, etiam ob ſecuritatem, cum ſit cis Savum, ſitu naturaque accomoda. Toti Nobilitati ad congreſſus publicos commoda, ut experientia teſte, frequentiſſimæ ſint Zagrabiæ Congregationes Regni, Varaſdini autem concurſu carentes. Si publici ratio, ſi debitum Regi ſervitium à ſingulis promovendum conſiderentur; communis eſt opinio, hæc ſemper Zagrabiâ, citius commodiuſque præſtari. Hinc Reges olim Hungariæ, uti ex periodo III videre eſt, ob hanc cauſam, urbem hanc prætulêre. Memoriæ ejus, quia ſuperioribus Periodis relatæ haberentur, eas non repetimus. Ab incolis vocatur *Zagreb*, à Latinis *Zagrabia*, ab Italis *Sagabria*, à Theutonicis *Agram*. Eſt in jucundo monticulo *Grecs* olim vocato, ex quo Civitas *Montis Græcencis* Zagrabienſis audit. Muris cincta eſt. Proſpectum habet jucundiſſimum, planitiem nempe fertileſque campos verſus meridiem, ad Savum uſque; à quo media diſtat hora. Intra muros in medio fori Parochiale tempum eſt S. Marci. Ad latus unum, Clauſtrum Monialium, ad aliud Jeſuitarum Collegium, ad 3tium Capucinorum Conventus. Domus a potiori ſunt Illuſtrium Nobiliumque Dominorum. Portas majores habet tres, minorem quartam. Et quia Bela IV. Caſtrum Regium in ea collocaſſet, ideo in murorum ſuorum circuitu, turres plures numerat. Eſt inſuper pro juventutis æducatione, Seminarium Frangepanianum à S. Joſepho compellatum. Academia item, ſive Scholæ pu-

blicæ, in qua PP. Societatis Jeſu, non ſolum humaniores tradunt ſcholas, ſed Philoſophiam, Caſuiſticam, Canones, & Speculativam ſcholaſticam Theologiam. Philoſophiam meus Proavunculus *Nicolaus Dianeſevich* Præpos. Zagrab. fundavit. Theologiam *Thomas Auguſtich* Zagrab. Canonicus. Imper. & Rex *Leopoldus*, Academiæ privilegium eſt elargitus, graduſque Academicos conferendos conceſſit. Occaſione publicationis Regii Privlegii (uti Acta Regni Anni 1671. hoc acceptatum *Salvis Regni juribus & libertatibus*) Urgebant Jeſuitæ, ut Status Ordineſque Regni Sclavoniæ, a Generali illorum orent confirmari Privilegium Regium. Quod quia in Regiæ Mattis præjudicium Status noluiſſent, Gradus non conferuntur. Extra Civitatis muros, ſuburbia ſunt, *Manduſſevecz* vulgo etiam *Harmicza*, ob fori amplitudinem, nobilius eſt. In his Xenodochium pauperum, ſacræ ædes, *Ssmo Salvatori*, pietate fidelium claræ. S.Margarethæ olim templum Parochiale. S. Joannis Nepomuceni. Cives Romano-Catholici omnes, Idioma viget Croaticum. Raſciani, Turcæ, Raguſei, mercari permittuntur. Inter reſidua erga publicum merita, eſt, quod antiquiſſimam habuerit Typographiam. *Ortellius* inter authores quibus uſus eſt, habet: *Hermagoras Craſt ab Obenburgo edidit tabulam Peregrinationis D. Pauli; Zagrabiæ 1527, teſtis Bibliotheca Geſneri.* Sed hæc neglecta deſtructave ſucceſſivè fuit. Ritterus miſertus patriæ ac publici, hanc reſtaurare ſtuduit, acceptis a Regno fl. mille. Verum ut ipſe ſcriberet, Clero obſiſtente progreſſum non habuit. Per anni 1706 incendium, typus erat diſſolutus. Volebant Patres Societ. Jeſu, hanc erigere; ſed & hos cedere oportuit. Hinc ejus defectus atque miſeria, opera mea ſtiterunt. Anno hoc 1769 Zagrabienſe Capitulum, Veteres Canonicos ſequi nollens, providit ſuccuritque, ut in ejus territorio Typographia erigeretur, cauſa publici, ac juventutis, quæ ſcholaſticis libris deſtitui incepit, ex defectu Typographiæ. Pro carthacea quoque mola, eſt ſollicitum, idem Capitulum.

Proceſſus Poſſavanus. Ampliſſimus hic proceſſus, recentius eſt partitus. Continet nunc partes oraſque intra *Lonjam* ad Savum; quin trans Savum etiam ab oriente, metaturque in parte territorio Generalatus Varaſdinenſis, in parte Comitatu Criſienſi; trans Savum ex inferioribus partibus, Banalibus Regni Confiniis, prouti & trans Colapim iisdem Confiniis meridionali parte, uſque ad Glinam; ubi ab occidente, *Proceſſus trans Savanus*, metæ hujus ſunt, a Septemtrione Savus. Loca poſſeſſioneſque in diſtrictu cis Savano plurima ſunt, celebriora: *Rugvicza*, *Oborovo*, *Precsno*, *Brebrovecz*, *Dubravchak*, ubi via ad Ivanich, locusque commerciali depoſitorio idoneus, *Zeleſno*, *Luka*, *Trebarjevo*, *Martinſzka Veſz*, *Mahovo*, *Czetuſs*, *Tiſſina*, *Palaniek*, *Hraſztilnicza*, *Galdovo*, *Topolovecz*, *Preloſchicza*, *Szuvoj*, ubi *Lonja* in Savum cadit. Hic occupat partes trans Savanas juriſdictionis Regnicolaris, nempe *Szuniam*, & Capitulare terrenum, ubi *Komarovecz* & *Blinja*, uſque Siſcium, Colapiſque ad Savum influxum. Ibi partes transcolapianas complectitur quas inter *Moſchenicza*, *Taborſzko*, *Budichina*, *Hraſztovicza*, *Gore* ad fluvium Glina. Partes item Ciſcolapianas, ac reſpectu Zagrabiæ trans-Savanas: Dominia nempe *Sziſzeg* ſeu Siſcium, adeoque in ripa Colapis pagos ciſcolapianos, uſque Farkaſſich. Intra vero, pagos *Odra*, *Greda*, *Duſicza*, *Lekenik*; *Peſchenicza* ad fluvium uſque *Buna*. Tum Dominium *Selin* & *Szavo ujvar* vulgo Novigrad, *Veznik* cœteroſque amplos copioſoſque pagos, *Liublanicza*, *Sztreleczko*, *Böok* &c. Proceſſus iſte intra aquas totus eſt, hinc cis-Savani ageribus territoria ſua habent munienda, muniuntque magnis fatigiis. Ad Siſcium plane menſibus ſtagnare ſolent aquæ, præter minores fluvios, varioſque alveos, ut creditur a Romanis olim ductos, in Proceſſu hoc fluvii majores ſunt: Savus, Colapis, Odra, quam in vivam, mortuamque diſtingvunt, Lonja, Buna, &c. Pars Cis & Tranſavana hæc, vineis caret. Paſcua bona habet, quæ attamen fœnum dant exiguum. Terrarum habendarum eſt avidiſſimus populus, hoc in proceſſu, atque cordatus, Sclavoniæque cenſetur adverſus Turcas in eo ſecuritas. Hoſpitalis, diligens, concordans, ut in pleriſque domibus 30, 40 perſonas invenias. Potui non ſunt dediti, ſed induſtrioſi, neve ab aquis rumpantur aggeres, nocte diuque dum metus eſt vigilant. In fœminis harum partium ſingularia ſunt. 1. Quod mundiciem colant, ſintque laborioſæ ac induſtriæ, pudicitiæque amantes. 2. Textrices omnes, ut maritari nequeat, quæ texere ignoraret. 3. Capaciſſimæ ad quævis condiſcenda, velociſque inſtructionis, ſaltui deditæ, ac ſaltatrices non ineptæ. Filatura lini (quod ſingulare his in partibus creſcit) textura item ſibi provident de quibuſvis, amantque ornatum. Hoſpiti ab eis electo, domeſtici obediunt. Iſte conſilio ſeniorum, ordinat labores, domus caſſæ perceptor cuſtoſque eſt, & neceſſaria domui emit, vel exolvit. Evoluto anno convocatis omnibus, accepta errogataque exponit, quæ ſuperſunt, æqualiter intra omnes virilis ſexus, eſto in cunis vagiat, dividit. Fœminæ excluduntur, gaudentque tantum victu ac toga. Sed linum & canabes illarum ſunt, & inter has dividuntur. Rebus Sacris populus eſt addictiſſimus, præcipue in offerendo ſacrificio Deo, & verbo Dei audiendo. His

in

Digitized by Google

in locis triviales ſcholæ eſſent faciles. *Proceſſus Trans-Savanus.* Reſpectu Zagrabiæ directe trans Savum eſt, limitibus prioris Proceſſus ab oriente, & transcolapim Banalibus Confiniis in parte, ſeparatur. A meridie limitibus Turcicis, ab occidente reſpective Proceſſu Trans-Colapiano, & territorio Generalatus Carolſtadienſis, reſpective Proceſſu Podgorenſi limitatur. Trans Savum occurrit primo, *Mlaka, Obreſs, Zaprudje* ad S. Claram. Territorium communitatis Nobilium campi *Turovo polje*, ubi Caſtellum eorum muratum *Lukavecz*. Poſſeſſiones celebriores, *Lomnicza* duplex, *Kurilovecz, Goricza* frequentioribus nundinis clarus locus. *Mlaka Pleſs, Mraczlin, Buſſevecz* &c. Hæc pars campeſtris vocatur. Fæminæ ex filis hic, tibialia & chirothecas texunt, lucro convenienti. Suntque alatilium ſtudioſæ, quæ Zagrabiæ vendunt. Pars montoſa, Parochia in *Dubranecz* eſt. Campeſtris æque pars Proceſſus hujus ad Orientem, ſunt, *Vukovina, Chiche, Sſitarjevo* ſeu Kutell, Item *Chernkovczi, Chjehi* &c. Ad Fluvium *Bunam* deſinit, & montanum diſtrictum *Kravarſzko* complectitur, ubi pagus clarior *Czerje, Szilakovina* &c. Tum extenditur ad partes dictas Ciſcolapianas, tot Prædiorum Epiſcopi Zagrabienſis, ubi *Hruſſevecz, Auguſtanovecz* &c. Parochiæ verbô, *Pokupſzko, & Sziſzinecz.* Tum *Berkiſſevina*, aliaque Ciſcolapiana loca & territoria, dein *Jamnicza, Kupchina*, ad Mekuſje. Transcolapim tum procedit, habetque *Szredichko*, & loca trans Colapiana, Abbatiæ Topuſzkenſis, quæ ad limites Turcicos extenditur. Horum, quia infra in partibus Croatiæ reminiſcemur, hic miſſa facimus.

Proceſſus Podgorjenſis ſive *Submontanus*. Eſt Trans Savum etiam a limitibus Stiriæ Carnioliæque, ac Sumbergenſi Militari diſtrictu ab occidente: Ad ſeptemtrionem Savo terminatur, ab oriente memorato trans Savano Proceſſu. A meridie demum territorio Generalatus Carloſtadienſis. Hujus Proceſſus ſunt memorabiliora: Arx Oppidumque *Szamobor*. Arx in monte alto eſt, olim ſub Bela IV, occaſione belli cum *Ottocharo* geſti, per Bohemos poſita, & nunc quoque culta. Donata fuerat Comiti cuidam *Vratislao*. Devenit ſucceſſive ad *Petrum Tarnok de Maclikos* Capitaneum Segnienſem, a quo Mathiæ I Regi Ungar. an. 1488 fuit vendita. Hanc Rex eodem anno, *Barbaræ* conſorti Duimy comitis de Frangepanibus pro Caſtro *Ormoſd* cambiavit, & *Barbara* ſtatuta eſt non ſolum in arcem hujuſque appertinentias, ſed in oppidum ipſum, quamvis Oppidi nulla ſit mentio in Regio ſtatutorio mandato. Fata Barbara anno 1492 Arcem cum appertinentiis, oppidum item cum tributo ibidem exigi ſolito, nec non jure Patronatus Eccleſiarum, coram Capitulo Zagrabienſi *Joanni Henningh* de Szomſzedvara, vendit perennaliter; fatuſque emptor 1493 nemine contradicente, ad mandatum Vladiſlai ſtatuitur. Anno 1495 fati Joannis Henningh conſors *Sophia*, cum filio ſuo Andrea, *Elizabethæ* conſorti Nicolai Terſatchky de Frangepanibus, quævis uti ſupra vendidit, ad mandatum Joannis Corvini Ducis, ſtatuta. Sed anno ſequente *Elizabeth* pro liberatione capti a Turcis mariti ſui Nicolai Terſatcsky, Caſtrum cum Oppido, *Georgio Thuri* vendidit, Hujus porro Vidua *Helena*, & *Anna filia*, cum jure Regio, & clauſula *dicitur nobis* ad mandatum Ludovici II anno 1519 etiam in Oppido & tributo, jureque Patronatus, ſtatuuntur. Devenerat poſtea arx ad Ungnadios; quia anno 1525 Ludovicus Rex, *Margarethæ* Joannis Senioris Ungnad relictæ, ejuſque filio Joanni Juniori, pro reparatione & conſervatione Caſtri, omnes pecunias *lucri Cameræ*, & aliarum quarumlibet taxarum, ordinarias extraordinariaſque, quæ ſibi a Civibus & incolis Oppidi Szamobor obveniunt, remiſiſſet. *Joannes Ungnad* medietatem Oppidi, cuidam *Gruber* impignorat, & 1565 alteram medietatem *Ambroſio Gregorianczi*. Hæc 1570, per ſententiam *Nicolai de Bathor* Curiæ Regiæ Judicis, *Chriſtophorus Ungnad* Joannis filius recuperat. *Thoma Erdoedio* poſſeſſorium conſecuto, & Bano; Status Regni Sclavoniæ anno 1590 recognoſcunt, Oppidanos Szamoborienſes, ſubditos eſſe Erdöedianos. Devenerat deinde poſſeſſorium ad Familiam *Moſcon*, tum ad Status Ordineſque Regni, cauſa promovendæ publicæ æconomiæ. Ab his venditum Comitibus Georgio & Chriſtophoro Erdoedy, ut in Actis Regni, ubi notatur 1701 in Congregatione Varaſdinii 30 Auguſti celebrata: *Proto-Notarius Plemich Bona Szamobor cum fodinis vendidit Comiti Georgio & Chriſtophoro Erdoedy.* Ad Theodorum dein Comitem ab Averſpergh devoluta hæc ſunt, ac ab his per Comitem Joſephum Chriſtianum Erdoedy empta, eoque mortuo ad fratrem ejus Leopoldum devoluta habentur. Hæc de poſſeſſoribus Arcis hujus erui. Pertinent ad arcem hanc præter cœtera, *fodinæ* celebres *Cupreæ*, magnæque ut refertur, ſi debite collerentur utilitatis. Ferri item recenter ſunt introductæ, ſed ut accuſant ob calibem mixtam, imperfectæ. Intra fodinas has, eſt Franciſcanorum Conventus, *Sancti Leonardi* vocatus. Jam de Oppido.

Digitized by Google

Oppidum *Szamobor*, arce tum nulla extante, ſuas debet Belæ IV libertates, en diploma.

„ Bela Dei gratia Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ Ramæ, Serviæ, Galitiæ, Cumaniæ-
„que Rex, omnibus Chriſti fidelibus præſens ſcriptum inſpecturis, ſalutem & omne bonum.
„ Ubicumque noſtri nominis interventu, poſſe credimus aliquibus ſubveniendum pium nos
„ decet adhibere favorem, præſertim *ne vel veritas occultetur; aut iniquitas prævaleat æqui-*
„ *tati*. Eapropter ad notitiam univerſorum volumus pervenire: Quod accedentes ad præ-
„ ſentiam Noſtram, *hoſpites noſtri de Zamobor*, prope Caſtrum *Oſckich* exiſtentes, humi-
„ liter a Nobis flagitarunt & inſtanter, ut modum & ſtatum libertatis eorum, de gratia
„ ac providentia, piæ memoriæ Regis Colomani, Chariſſimi quondam fratris noſtri, jux-
„ ta tenorem libertatis hoſpitum *de Petrina*, liberaliter conceſſæ; Noſtrarum authoritate
„ litterarum, dignaremur confirmare. Nos itaque conſiderata eorum utilitate, precibus
„ ipſorum favorabiliter annuentes, ſub libertate jam fata, ipſos duximus perpetuo ſtatuen-
„ dos. Cujus ſeriem in privilegio memorati Fratris Noſtri, taliter vidimus continentias.
„ Ut ſcilicet ipſos nullus judicum Noſtrorum, præter *Majorem* villæ eorum, quem volun-
„ tarie elegerint, audeat judicare; & ſi ab ipſorum judice conquærentibus ſatisfieri non
„ poterit, judex eorum in noſtra præſentia, & non alias, ſuper ipſa cauſa citatus, debeat
„ & teneatur reſpondere: Etſi ipſi, alias coram judice, quem impeterent ſuper aliquo, eis
„ judicetur juramentum. Statuimus item, quod ſi Banus eis ad valorem unius Marcæ dam-
„ num faceret, in centuplo eisdem reſtitueret. Tandem Bano non aliud, niſi domos ſuas
„ *occaſione deſcenſus* dare teneantur, pro aliis vero neceſſariis precium recipiant. Et ſi ali-
„ quis ipſorum prole caruerit; tam ipſo vivente, quam a ſæculo transmigrante, bona
„ ſua cuicunque voluerit, libere conferat retinenda. Et ſi aliquis de villa, ſuper equo vel
„ bove calumniatur, & ab aliquo pro quanto, Sacramentum facere præſumpſerit, is ca-
„ lumnias, teſtibus adſtantibus reſtituat, & res pro qua cauſabatur, ad requirentem devol-
„ vatur. Et ſi quis ipſam villam intrare voluerit moraturus, omnia bona ſua, domus vi-
„ delicet, & alia quæ poſſidet omnibus ſcientibus, liberam habeat vendendi facultatem;
„ & recedens de villa retineat eandem. Statuimus etiam ut Sacerdotem, quemcunque vo-
„ luerint in ſuam recipiant Eccleſiam. De decimis eorum prout mos eſt hoſpitibus ubicun-
„ que manentibus diſponent. Metæ autem terrarum, dictorum hoſpitum noſtrorum de Zo-
„ mobor, ſicut per litteras noſtri fidelis Comitis *Stephani Fratris Bobonogh* (a) qui ad id cog-
„ noſcendum ſpecialiter per Nos fuerat deſtinatus, intelleximus, hoc modo diſtinguuntur.
„ Prima meta incipit de *Topoll*, tendit ad fontem unum, deinde tendit ad *Brevilos*, deinde
„ per ſylvam tendit ad *Rachoiczam*, ubi duæ aquæ ſimul veniunt, Dein ſurſum tendit,
„ uſque quod vulgo dicitur *Piſny*; deinde per montem iterum tendit ad Rachoicza; dein-
„ de ad *Breſztoicza*, & poſtea ultra montem tendit ad pirum *Chernich*; deinde ad *Lipoi-*
„ *chan*. Dein per montem tendit ad Grabrovichan & inde ſecundum montem qui vulgo
„ dicitur *Pozorin* tendit ad *Gradna*, & inde deſcendit ad Viam, per quam viam, juxta
„ *Preſekam* aſcendit ad montem, & per eandem viam deſcendit ad fontem *Briſztercz;* &
„ per dictum Briſztercz vadit, & ſub *Boboicza* exit, & iterum tendit ad priorem metam
„ Topoll. Nec hoc tamen ſub ſilentio volumus præterire, quod prædicti hoſpites Noſtri,
„ Nobis annuatim pro *Collecta* Centum penſas; & pro tributo fori, triginta penſas Solve-
„ re teneantur. Ut igitur enarratæ libertatis Series, ſæpe dictis hoſpitibus, Salva ſemper
„ & irrevocabilis permaneat, præſentem ipſam authoritatem, ac duplicis Sigilli noſtri im-
„ præſſionem, propenſius confirmamus. Datum in villa Vereuczæ, Anno Dominicæ In-
„ carnationis 1242. Regni vero noſtri anno Octavo. „ *Lectum & cum authentico pari, in Proceſſu coram Curia Regia ventilato & terminato, reperto, abindeque exceptum, comportatum, eidemque correſpondere adinventum per me Lucam Novoſzell J. Cottus Zagrab. ordinar. Vice-Comitem. M. prop.*

Privilegia Szamoborienſium præmiſſa, confirmavit Carolus Rex anno 1333, & 1450 *Ulricus* Comes Cilliæ Sclavoniæque Banus. Nec eruitur per arcem facta Oppidi prætenſio, uſque ad memoratam ſupra confuſionem, occaſione ſtatutionis *Barbaræ* de Frangepanibus. Maxima autem confuſio ex ſequentibus cauſata eſt 1. quod oppidum Szamobor anno 1550. haberi pro villanis ceptum ſit. 2. Quia licet Ferdinandus I. anno 1558, Privilegia Oppidanorum confirmaſſet, tamen ob clauſulam: *Quo ad Solam tantum metarum deſcriptionem & diſtinctionem, inquantum præfati Cives, quieto & pacifico dominio earundem metarum, nunc quoque ut perhibent, fruuntur*, prouti & quia in Reſcripto alio, Cives Ungnadianos, oppidum vero, *jus Ungnadianum* expreſſum fuiſſet, controverſia intra Oppidum & arcis poſſeſ-

ſores

(a) Stephanum Bobonogh, credo fratrem exprimi, quod ex ordine Templariorum fuerit.

Digitized by Google

ſores, nata eſt. Hæc vulnera, Maximilianus ſanavit, dum anno 1572. non ſolum metas, ſed omnes omnino Oppidi libertates confirmavit. Verum 3. Thoma Erdoedi Bano, poſſeſſorium arcis ſubintrante, non ſolum arguebantur in Proceſſu anni 1589, fuiſſe Oppidani in rebellione cruce ſignatorum anni 1514, conſequenter jura quævis amiſiſſe; ſed ob recognitionem illam Statuum Regni Sclavoniæ, quod oppidani ſubditi ſint Erdoediani, ipſi ſuorum Privilegiorum uſum anno 1590, teſtibus numero 683, tam coram Erneſto Archiduce, in celebrato eatenus Viennæ Conſilio Hungarico, quàm & in *reviſione Octavali*, quo ab Erneſto fuere relegati, comprobarunt. Pronunciatumque pro Oppidanis, & ipſi reſtatuti ſunt. Sed Comes *Nicolaus Erdoedii*, admiſſa in quibusdam metis reſtatutione, in aliis hanc repellit. Proceſſere eatenus Oppidani, at Comes *ex contumacia* convictus, dum vidiſſet ſtabiliri per Sententiam, in uſu metarum privilegiorumque oppidanos, ſententiam inhibendo, anno 1591, *Novum* impetrat, & novizat annis 58. proceſſu durante. Convincuntur 1650. oppidani, proprietas attamen arci adjudicata non fuerat; in Tabula Septem Virali, hæc quoque, ſed confuſe adjudicatur. Coram Capitulo Zagrabienſi reclamant oppidani. Theodorus Averſpergh poſſeſſorium arcis conſecutus, Vi ac potentia opprimendos voluit. Verum *Leopoldo* Rege pro Præſide *Stephanum Jellachich* tum Vice-Banum, delegante; Comes pro illatis damnis ac injuriis in fl. 3800. convincitur, inſtantanee 600. depoſiti, anno 1700. pro reſiduis adnumerandis ſemet per Contractum obligavit. Stare nihilominus noluit contractui, ideo Franciſcus Comes ab Averſpergh ob repetitas injurias, delegante Carolo VI. anno 1721. Comitem Franciſcum Joannem Chikulinii, poſtquam injurians in merito reſpondere noluiſſet, in fl. 1290. Den 25. convictus fuerat. Anno 1723. ob oppoſitionem factam a Comite injuriante, a Carolo Rege, impoſita fuit cum gentibus executio, ſed reoccupata. Carolus hanc reexequi cum brachio Comitatus Zagrabienſis præceperat, verum Comitatu mandata Regis ſeponente, a Regnante Maria Thereſia bis delegata fuit reviſio tam diuturnarum oppreſſionum. Relegati oppidani ſunt ad viam juris, convictionesque præmiſſæ, per ſententias, demum exolutæ habentur. De uſu autem tam Privilegiorum, quam & metarum, necdum definitum eſt. Hæc Sæculorum plane controverſia, oppidanos in pauperiem redegit. Habent ſervantque Magiſtratum proprium ac Sigillum. Culpa non carent, quod dempto Notario, atque hoc ſcripturæ Grammaticesque gnaro, litteratos non ferant. Quare ob craſſos perſæpe in juſtitiæ adminiſtratione defectus, appellationis uſus ad Comitatum fuerat. At quia ſub lite quævis eorum eſſent, & ab arce prætenderetur fori dominalis jurisdictio; ideo Regnantis Dominæ providentia, datus Judex eſt, per quem latarum ab oppidanis ſententiarum, fit reviſio, correctioque. Coeterum extenditur oppidum infra montem, *Bregana* fluvius per medium fluit, opportunus pro molis quibusvis & fabricis. Oppidum amoeno eſt loco ac fertili, proviſum bene. Eſt in eo nobile Parochiale S. Anaſtaſiæ templum, Conventus item Franciſcanorum, ædesque plurium Nobilium.

Sequitur Vetus antiquiſſimumque Caſtrum *Okich* alias *Ochich* quoque legitur, in montis eminentis cuſpide collocatum, ac deſertum ab initio ſæculi hujus. Vini ferax, ſylvarumque meliorum, hinc *Okichki Lugh*. Nunc, pro *Okics* Caſtellum *Kereſztinecz* muratum eſt, infra Szamobor ædificatum. Parochiales ſunt ſub Okich quatvor, nempe SS. Trinitatis, S. Martini, Bſſ. Virginis, & S. Georgii in Pleſſivicza. Infra Kereſztinecz, ad Savum atque in planitie ſunt *Sztupnik*, *Zaprudje* ſeu S. Clara, Obreſſ, Bottinecz olim Benedictinorum ut litteræ anni 1462. teſtarentur. *Brezovicza* Caſtellum, fors olim *Lipovcz*, *Kupinecz*. Tum Caſtrum olim Podgoria, nunc *Jaſca* cum oppido *Jaſzterbarſzko*, quod ab arce, Jaſca vocari conſvevit. In oppido ſunt Præbendæ duæ, Parochiale templum, in quo incorruptum Corpus Virginis unius ex familia DD. Comitum ab Erdoedii, videre eſt. Conventus Item Franciſcanorum. Oppidum hoc gaudet Privilegio Belæ IV. Regis, ſequente.

„ Bela Dei gratia Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Gallitiæ, Lodo„ meriæ, Cumaniæque Rex. Univerſis præſentes litteras inſpecturis ſalutem in eo qui Re„ gibus dat Salutem. Sublimitas Regia, cujus eſt proprium in multitudine populi gloria„ ri, ſolet ampliorem ſubditis concedere libertatem, ut per hoc famulantium numerus „ augeatur. Proinde ad univerſorum notitiam tenore præſentium volumus pervenire; „ Quod hoſpites Noſtri de *Jaſztrebarſzka de Comitatu de Podgoria*, nobis humiliter ſuppli„ carunt, ut libertatem qua utuntur hoſpites Noſtri de *Petrina* & de Zomobor, eis con„ cedere dignaremur, cujus quidem libertatis forma hæc eſt: Ut videlicet eos nullus ju„ dicum Noſtrorum, præter *Majorem* villæ eorundem quem voluntarie elegerint, audeat „ judicare. Et ſi ab ipſorum judice conquerentibus ſatisfieri non poterit, judex eorum in „ Noſtra præſentia, & non alias, ſuper ipſa cauſa citatus, teneatur & debeat reſpondere.

Digitized by Google

„ Et in quocunque caſu inter ipſos hoſpites, contra extraneos aliquos; vel per extraneos contra ipſos hoſpites, cauſa orta fuerit: eadem cauſa *non duello*, *ſed juramento ac teſtimonio decidatur.* Statuimus etiam, quod ſi Banus eis ad valorem unius Marcæ damnum fecerit, in centuplo reſtauret eisdem, tamen Bano non aliud, niſi domos ſuas, *occaſione deſcenſus*, dare teneantur, pro aliis vero neceſſariis, precium recipiant. Et ſi aliquis ipſorum prole caruerit, tam ipſo vivente, quam a ſæculo transmigrante, bona ſua cuicunque voluerit, libere conferat retinenda. Et ſi quis ipſam vilam intrare voluerit moraturus; omnia bona ſua, domos videlicet, & alia quæ poſſidet, omnibus liberam habeat vendendi facultatem; & recedens de villa, eandem retineat libertatem. Statuimus etiam ut Sacerdotem quemcunque voluerint, in ſuam recipiant Eccleſiam. De decimis eorum prout mos eſt hoſpitibus ubicunque manentibus diſponentes. Nec hoc volumus ſub ſilentio pertranſire, quod prædicti hoſpites Noſtri, Nobis annuatim pro collecta centum penſas; & pro tributo fori, triginta penſas ſolvere teneantur. Ad hæc, cum iidem hoſpites Noſtri de *Jaſzterbarſzka*, ſe terra dicerent indigere, *Stephano Bano Totius Sclavoniæ*, *& Capitaneo Stiriæ*, dilecto & fideli noſtro dedimus in mandatis, ut de terra filiorum *Cuerk*, & de terra filiorum *Kundis*, & de terra generationis *Draguslaii*, *Jobbagionum Caſtri de Podgoria; & etiam Caſtrenſium;* eisdem ad tria aratra aſſignaret. Qui Nobis Perſonaliter retulit, & per ſuas litteras intimavit, quod ipſis hoſpitibus de terra prædictorum hominum, ad tria aratra juxta numerum præceptum, aſſignaſſet ſub his metis. Prima meta incipit a Septemtrione, juxta unum monticulum, ubi eſt meta terrea, & inde vadit ad virgultum, ubi eſt meta terrea. Deinde deſcendit ad rivulum *Dalich*, per quem vadit inferius, ad *portum antiquum.* Deinde cadit ad magnam viam, per quam vadit ad partes Orientales, cujus dextra pars ad locum Fori; ſiniſtra vero pars, pertinet generationi Draguslaii. Deinde tendit ad partem meridionalem, ubi frutex quercus vocatur: & vadit ad pyrum cruce ſignatam, ſub qua eſt meta terrea. Inde vadit ad arborem Zylfa cruce ſignatam: inde vadit ad rivulum *Chebdyn*, ubi eſt meta. Et ibi ſumit filios *Kundis* ſibi Cometaneos. Deinde itur ad occidentem per eundem rivulum Chebdyn; parum eundo, exit de rivulo ad terram filiorum *Priba*, & pervenit ad terram filiorum *Cverk*, cujus dextera pars loco fori: ſiniſtra vero pars filiis *Priba* noſcitur pertinere. Deinde vadit ad metam terream ad occidentem, deinde ad fruticem quercus, ubi eſt meta terrea; deinde venit ad piirum cruce ſignatam, ubi eſt meta terrea. Deinde *ad fluvium Podgoria*, ubi eſt meta terrea; deinde per eundem fluvium ſuperius eundo, pervenit ad *magnum portum*, ubi juxta viam eſt meta terrea. Deinde ad occidentem ad metam terream, in *Horoſth* fundatam, ubi dextera pars loco fori, ſiniſtra vero pars filiis Cuerk, noſcitur pertinere. Sylva autem ibi exiſtens communis eſſe debet, *jobbagionibus Caſtri*, & *Caſtrenſibus*, ac *hoſpitibus memoratis*, ſicut in ejusdem Bani vidimus litteris contineri. Ut igitur præmiſſa robur perpetuæ obtineant firmitatis, præſentes litteras in teſtimonium perpetuæ firmitatis dari fecimus, *Sigilli noſtri Duplicis* munimine roboratas. Datum per manus Magiſtri Smaragdi, Albenſis Eccleſiæ Præpoſiti, Aulæ noſtræ Vice-Cancellarii, dilecti & fidelis noſtri Anno ab Incarnatione Domini 1257. Secundo Idus Januarii, Regni autem Noſtri 22. „ *Anno Dni 1755, die vero 31. Menſis Julii, Zagrabiæ. Præſentem copiam, cum ſuo vero & genuino Regio Confirmationali Ferdinandeo tranſumpto, per me infra ſcriptum Judlium comportatam, eidemque per omnia conformem repertam eſſe, præſentibus teſtor. Datum uti ſupra, Stephanus Babochaii aliter Cheh, Inc. Cott. Zagr. Judlium, m. p. L. S.*

Haud procul remota eſt, Libera Communitas, olim *Petrina*, nunc Petrovina vocata. Antiquitas hujus, ex memorato, uti & Szamoborienſium Diplomate, aliisque monumentis conſtat. Servat ſuum Magiſtratum, ſigillo proprio in expediendis utitur litteris, obnoxiatur attamen hæc communitas Capitulo Eccl. Zagrabienſis, quemadmodum & Jaſzterbarſzka, arci Jaſcenſi. Privilegium cōmunitatis hujus obtinere nequivimus. Credo a Parochiali S. Petri templo, *Petrinam* Petrovinamque vocari. Pertinet ad hanc Eccleſiam, B.V.M. ſacrata, elegans ædes *Volavje* dicta, nundinis clara, & populi concurſu. *Ajunt* ſepulturas cadaverum, terram cœmiterii non recipere, ſepultoſque iſthic, rejici. Sequuntur liberæ Communitates, *Domagovich* & *Czvetkovich*, habenturque pro Nobilibus. Harum Privilegia non vidi. Fors olim erant idem, cum Petrinenſi, cum ſint ejuſdem Parochiæ. Dicuntur nihilominus, iiſdem gaudere privilegiis, quibus & Turopolienſes, quod ut mihi ignotum, miſſum facio. Demum eſt Communitas Nobilium *Draganich*, tot legum articulis mentionata. Diſtrictu ampliori, fœnilibus ſylviſque proviſa. Hujus fundamentale privilegium, ſecutasque tot Regum confirmationes exſcripſimus Parte I. Hiſt. Eccl. Zagr. a pag. 329. Hæc Cōmunitas,

in-

incommoda, plura perpeſſa eſt, a vicinorum potentia. Vladislaus II Rex, tametſi anno 1499 Donationem Belæ IV aliorumque confirmaſſet, occaſione precum, pro confirmatione *Statutoriarum* Sigiſmundi Regis, in anno Dñi 1504 die penultima Aprilis, per manus Thomæ de Bakocs Cardinalis & Cancellarii, qui quia *Okych* Caſtrum obtinuiſſet ab eodem Rege, hæc petitis per Draganicenſes confirmatoriis inſeruit: *Quod pro parte, & in perſonis Nobilium & ignobilium, ac inhabitatorum poſſeſſionis fidelis noſtri Rſſmi in Chriſto Patris Thomæ Cardinalis & Archieppi Strigonienſis, Draganych vocatæ, ad Caſtrum ejuſdem Okych appellatum ſpectantis, exhibitæ ſint Nobis* &c. Hæc graviſſimarum ſucceſſivè litium dedêre occaſionem. Et quamvis ab *Okych* diſtaret hæc Comunitas, viciniorque, Caſtro Podgorja ſeu Jaſcæ, tribuenda videretur, demum poſt plures Regias Comiſſiones, in quendam deſcendit cum Familia DD. Comitum Erdoedy contractum, vigore cujus annuè ad *Kereſztinecz* fl. Rh. 1200 deponunt, cauſæque ab hujus Comunitatis Magiſtratu, ad Dominale forum appellantur, inde ad Comitatum. Remedia lege admiſſa, accuratè interponente fata communitate. Pietate Regnantis *MARIÆ THERESIÆ*, anno hoc 1768, a depaſcuatione ſuorum fœnilium, per Carolſtadienſes practicata, ſunt eliberati. Reſiduæ hujus Proceſſus partes & diſtrictus, ſunt partim appertinentiæ Dominii *Ozaly* Ciscolapianæ, & Montoſæ: uti & *Turan* vulgo S. Anna: *Szlavetich*, *Grachez*, *Koſſel*, & trans fluvium Kupchina, Epiſcopi unitorum Græci ritus *Fribich*; cœteraque cis Colapiana ad fluvium *Kamenicza*, Sclavoniam, a Carniolia hodie ſeparantem. Partim, ex parte alia campeſtres, ad Colapim extenſæ.

In Comitatu hoc, majores fluvii ſunt: *Savus & Colapis.* Minores: *Sutla*, *Luſnicza*, *Krapina*, *Lonja*, *Kupchina*, *Reka*, *Odra*, *Buna*, *Lomnicza*, *Szepchina*, *Bregana*. Fluenta ex montibus varia, incommodiora; *Vrabechak*, *Czirkvenſchak*, ad Okych *Konſchicza* &c.&c. Vina celebriora ſunt: Zagrabienſia, præcipue *Bukovecz*, & in Szeſtine. Okichenſia, Kravarſzkenſia &c. Bottanicæ gnari, ſingulares reperiri herbas, narrant. Radices item pro panni tingendi neceſſitate. Mineralia quoque varia. Ab anno 1756 hujus Comitatus Supremus Comes eſt D. *Joannes Jurſich*, Apoſt. Reg. Mattis Conſiliarius. Populus Romano Catholicus eſt, demptis perexiguis Raſcianorum domibus, qui ritus Græci ſunt non unitorum.

Croatiæ partium modernarum deſcriptio.

De veteri Croatiæ Regno, hujuſque per epochas ſive extenſione, ſive mutatione, nullus hic ſermo eſt. Quædam ſuperius ſuis locis habentur commemorata. Eorum quæ Croatiæ Regni, Sacræ Coronæ hujuſque Apoſtolicis Auſtriacis Regibus hodie ſubſunt, facimus relationem. Itaque hodierna iſta Croatia, conſideratur ab Adriatico Mari reſpective a meridie atque occidente, uſque *Terſactum*, infra quod, fluvio *Rechina* alias quoque *Fiumera* dividitur ad ſeptemtrionalem plagam a *Flumine Sancti Viti*, & Carnia Carnioliaque ad muros, vulgo ferream portam, extenſos ad Babino polye infra montem Albium. Inde deflectit ad fluvium *Chabar* decurrentem ad Colapim, tum fluvio Colapis, reſpective a Carniolia, & reſpective a ſuperiore Sclavonia ſeparatur, *Siſciam* uſque ubi Colapis a Savo recipitur. Inde partes tranſſavanæ (Conſideratione habita Zagrabiæ ubi ſcribo) pro parte Croatiæ accipiuntur, adeoque terrena Capituli Zagrabienſis ibi habita, ut *Blinja*, *Komarovecz* &c. Diſtrictus *Szunienſis* &c. ad *Sztrugam* ſuperius memoratam, diviſionemque limitaneam ab inferiori Sclavonia, quæ limes orientalis evadit. Tum ad fluvium *Vunna*, locumque infra S. Cattam, ſeu Catharinam, ubi fluvius *Divuſſa* in Vunnam laberetur, ubi Vunnæ reſiduum, poſſeſſorii Turcarum remanet, ut *Novi* transvunanum Turcis pareat, ac a *Divuſſæ* in Vunnam influxu, limes tranſeat per terram: conſtitutosque limites & ſigna metalia, intra Divuſſam & ſigna metalia Confinium Zrinanum jacendo. Pergitque verſus meridiem per eadem ſigna metalia limes continuo, ſeparando terras Regum Hungariæ Auſtriacorum a terris juriſdictionis poſſeſſoriique Turcarum, ad Adriaticum Mare. In his Croatiæ modernæ, noſtræque partibus, uti in Sclavonia, varia multiplexque eſt Juriſdictio. Itaque ordiendo a parte Orientali.

Jurisdictio Epiſcopi Zagrabienſis.

Dubicenſis Archidiaconus, duas habet Parochias, tum Gorenſis, ac demum Goricenſis, quæ Parochiæ cum ſuperius a pag. 409, relatæ forent, eas hic non repetimus. Monaſterium PP. Franciſcanorum Provinciæ S. Ladislai Sclavonicæ *Hraſztovicza* eſt. Reſidentia ejuſdem Provinciæ eſt *Coſtanicza*, alia in *Cultich* intra Hraſztoviczam atque Coſztaniczam, Provinciæ eorum S. Capiſtrani vocatæ unita. *Carolſtadii* eſt quoque Conventus Franciſca-

Digitized by Google

norum Provinciæ SSmæ Crucis. Piariſtarum item Collegium. In *Kamenſzko* Monaſterium Paulinorum, quemadmodum & in *Szveticze.* Quorum ſuperius meminimus. Quare

Jurisdictio Epiſcopi Segnienſis.

I. Diœceſis hæc, complectitur hodie partes, quæ olim diverſarum fuêre Cathedralium Eccleſiarum, videlicet *Segnienſis, Corbavienſis, & Modruſſienſis*, omnes in Croatia propria veteri, cum pluribus aliis, Primati Croatiæ & Metropolitano Spalatenſi ſubjiciebantur. (vide Diplom. Andreæ Regis pag. 183.) Verum Ottomanis Regnum Croatiæ ruinantibus, ac in parte maxima occupantibus, fatæ Diœceſes, cum in parte ſolum, ſub Apoſtolicis Hungariæ Regibus remanſiſſent, demum Epiſcopo Segnienſi ſunt attributæ, modernusque Segnienſis Epiſcopatus, amplificatus eſt, atque nunc extenſa Diœceſis Segnienſis. Solet hodie Epiſcopis Segnienſibus ſequens dari Titulus: *Cathedralium Eccleſiarum Segnienſis, & Modruſſienſis, ſeu Corbavienſis Canonice unitarum Epiſcopo.* Ubi illud: *ſeu Corbavienſis* apertus error eſt, cum diſtinctæ olim fuerint ſedes, Corbavienſis a Modruſſienſi, diſtetque multum Madruſſia a Corbavia, quare rectius, pro *ſeu*, ſcribendum eſſet *ac*, aut *nec non*. An porro, norma Canonica, præfatæ ſedes *Canonice habeantur unitæ?* per quos? quo item anno Canonica illa facta eſt conjunctio? me latet. In dubium autem eſt, poſtquam Spalatenſis ſedes, territorii Venetæ Reipublicæ effecta eſſet, Segnienſium Epiſcopum, Colocenſis & Bacſienſis metropolitæ, haberi ſuffraganeum. Eſt intra Regni tam Sclavoniæ, quam & Sacræ Coronæ Prælatos, invitaturque ad Regni Congregationes Sclavonicas, quam & per *Regales*, ad totius Sacræ Coronæ Comitia, ſive Diætas.

II. Epiſcopatus Segnienſis initia, fundatoremque: ab aliquo Eccleſiæ illius, ad Hiſtoricæ probabilitatis gradum, illuſtrandum confidentes, dum Eccleſiæ illius Hiſtoriam non ſcriberemus, haud indagamus. Conſideratione illorum, quæ Thom. Archidiac. Cap. 15, hujus item illuſtrator celeberrimus Joan. Lucius, tam lib. 2. Cap. 14; quam Lib. 3. cap. 13 ſcriberent, ad finem ſæculi X, vel initium XI, initia ejus collocari poſſe crederentur. Sedem nihilominus ſuam Segniæ non habuerit, eſtò nomine ac titulo Segnienſis vocaretur. Quin cum *Miræo* Segnienſi Epiſcopo Alexander III præcipiat, ut Spalatenſem Archi-Epiſcopum, pro ſuo Metropolita recognoſcat, argui poſſet Epiſcopatum hunc, originem habere, vel a Conſtantinopolitanis, vel Ungaris. Recole ſuperiora, etiam a pag. 165. At Arguamus licet, in *re facti*, veritatem non demonſtrabimus. Quare tametſi a Senia Civitate denominatus fuerit, veroſimilius eſt Segniam ſedem Epiſcopi non fuiſſe ante annum 1185. Enimvero Epiſcopi Segnienſis in Regum noſtrorum diplomatibus, non eſt mentio, nec in monumentis veterum Croatiæ Regum ante XIII ſæculum, videtur porro incredibile, Epiſcopi mentionem fuiſſe omiſſam, ſi Segnia ſua fuiſſet ſedes. 2do In Synodo Spalatenſi anno 1185 habita (vide acta apud Lucium lib. 3. cap. 13.) ſtatuitur ordinaturque: Segnienſis Eppus Sedem ſuam Segniæ habeat, en verba: *Signienſis Epiſcopus ſedem habeat ſuam in Signia, & habeat has Parochias, Signiam, vallem Vineariam, Gezcam, & Buſan.* Obſervari meretur in decreto Synodi, non ſolum Diœceſis Parochias, *Tinienſi, Segnienſi, & Corbavienſi Epiſcopis* aſſignari, ſed inſuper *Sedis eorum Civitates*; *Spalatenſi, Tragurienſi, Scardonenſi, Nonenſi, ſedes per Synodum non ſtabiliri*, at unice ſedium earundem exprimi Parochias. Hujus diverſitatis illam cenſeo cauſam, quod illi Titulum Epiſcopi ab illis Civitatibus habuerint, haud vero in iiſdem Epiſcopia, poſteriores verò, cum ſedem titulumque Spalati, Tragurii, Scardonæ, Nonæ habuiſſent, de horum ſede Synodum conſtituere non oportebat. Si hæc doctis eruditisque viris, minus probabilia videbuntur; noverint me probabiliora, & rei contrariam demonſtrationem in gratiarum actione amplexurum. Præmiſſæ Synodi ſtatutum, an illico effectum ſortitum ſit? ſedesque Epiſcopo ſegnienſi, ſegniæ obtigerit? a doctioribus, ac imprimis ex Eccleſiæ illius monumentis, quæſo erudiri. Scio a Clariſſ. Farlato Tom. 3. p. 218, de anno 1187. intra aliorum quoque Epiſcoporum teſtificationem *Miræi* Epiſcopi ſegnienſis, exhiberi teſtimonium, ſed cum Miræus ante Synodum fuerit ſegnienſis Epiſcopus, de collocata ſede ſua Segniæ, vi Statuti Synodalis, non ſolum ex differentiis quæ fuere Belæ III. cum Papa Alexandro III. dubitari poteſt; Quodve idem Alexander ſcripſerit Belæ Regi: *Ut loca illa in quibus olim Cathedrales ſedes fuiſſe dicuntur, ordinari permitteret*, reſiſtebat enim Comes Minoslavus; verum quod in monumentis, nec Belæ III. nec Andreæ, vide pag. 170, nec Belæ IV. pag. 190. Epiſcopi Segnienſis eſſet mentio, cum adeſſet nihilominus *Mathæi*, & dein *Martini Corbavienſis* ſedis Epiſcoporum; *Tinienſis* quoque *Georgii*, & poſtea *Mickus*, memoria. Præterea cum ſcribat Thom. Archid. Cap. 15. *Veglienſis obtinebat majorem partem Parochiarum quas nunc habet ſignienſis Eccleſia*,

que

Digitized by Google

quæ non erat tunc Epiſcopalus ſedes. Obſervanda verba *Epiſcopalis ſedes*, argui poteſt: Reges Hungariæ, effectum Statuti illius Synodalis non admiſiſſe, ne juribus ſuis *in Vegliam*, præjudicaretur. Interim cum Thomas Archid. ſub Bela IV. ſcripſerit, & poſt Tartarorum irruptionem, ſuæque ſcriptionis tempore, ſegniæ Epiſcopalis ſedes fuerit, uti particulæ, *nunc habet Segnienſis: non erat Tunc Epiſcopalis ſedes*, docerent. Credi poteſt ex deſcripto pag. 183. diplom. Andream II. ad preces Bernardi Archiepiſ. Spalaten anno 1207. indulſiſſe, ut ſegnienſis Epiſcopi, ſedes ſit Segnia cum conſenſu Prælatorum & Baronum qui ibi inſerti ſunt. Et poſſeſſas ante a Veglienſi Eppo Parochias, Segnienſi attribuiſſe.

III. *Corbavienſem Epiſcopatum*, a Petro Archiepiſcopo Spalatenſi, eſſe inſtitutum Thom. Archid. Cap. 23. ſcribit, *Corbavia* inquiens *cum eſſet Parochia Eccleſiæ Spalatenſis, voluit eam Archiepiſcopus ſibi detrahere, & in ea Epiſcopatum facere Metropoli Spalatinæ ſubjectum, quod & factum eſt. Nam ex voluntate Cleri illius Provinciæ, qui ad Synodum venerat, ordinatus eſt primus Epiſcopus Corbaviæ Mathæus Marūtæ, Canonicus Eccleſiæ Sancti Domnii, juvenis quidem ætate, ſed honeſtæ converſationis & Sobriæ vitæ.* Synodus hæc anno 1185. quod fuerit, acta ejus a Lucio lib. 3. Cap. 13. relata docent. Proinde ad hunc annum, Epiſcopatus hujus exordia collocanda. Belæ III. Regis conſenſu & voluntate inſtitutum fuiſſe hunc Epiſcopatum, tam *Archiepiſcopi Petri, natione Hungari filii Chitelen* Nobili genere orti, ac deinde ad Colocenſem tranſlati; quam & Synodi initia, ubi: - - *ac D. Bela III. Hungariæ Regnum gubernante, & Domino H.* (ſeu Henrico alias Emerico) *filio ejus, eo volente coronato, hoc actum eſt*, evincunt. Parochiæ ejus ibidem exprimuntur: *Corbavienſis Epiſcopus habeat ſedem ſuam in Corbavia, & habeat has Parochias, Corbaviam, Vinodol, Buſſan, Novigrad, Preſnic, Plas, & Modruſſam.* Verum præterquam, quod exemplaria actorum Synodi hujus differant, differatque exemplar Lucii, ab eo quod exhibet Doctiſſ. Farlatus Tom. 3. p. 213. puto pro *Plas* aut *Plis* legendum eſſe *Klis*, cum intra reliquos ibi ſubſcriptos legam: *Vilcotta Archipresbytero de Cliſſa*, qui, uti Synodo adfuit, ſic Epiſcopo Corbavienſi datus fuerit. Interim contendere nolo, de *Plas;* cum applicari poſſet, loco hodie dicto *Plaſco*, a quo Epiſcopus Græci ritus non Unitorum ſuam accipit denominationem, ut infra. Porro illud & *Modruſſam* ſucceſſive additum eſſe, aut Variatam cenſeri debere ab autographo actorum Synodalium, lectionem deſcriptionemque, non ſolum longa diſtantia, quæ eſt *Modruſſæ modernæ a Corbavia*, ſvadet, ſed quod nullus Presbyterorum de Modruſſa, Synodo illi interfuiſſe memoretur exprimaturque. Inſuper.

IV. Si verum eſt S. Adalbertum *Modruſſiæ* ut vult Balbinus prædicaſſe, abindeque ad S. Regem Stephanum veniſſe, antiquitus *Modruſſæ* ſedem fuiſſe Epiſcopi, credere nil prohibet. Combinatione quorumvis, nempe ſitus loci, hujus diſtantiæ tam a Corbavia, quam & Zagrabia; a me item lectorum, mea de Epiſcopatu atque Eccleſia Modruſſienſi, ſequens eſt opinio. Hanc nequaquam ideo lectori exhibeo, ut eam ſequatur, juretque in eandem, verum ut hujus opinionis errore comperto, hanc corrigat; certioraque, hodie doceri cupido orbi, ac litteratis pandat. *Modruſſiæ* antiquitates, pluresque inſcriptiones reperiri audivimus, has attamen communicari Nobiſcum, non exoravimus. In *Grobnik*, quo pars Modruſſienſis olim Capituli ſe contulit, plura nunc quoque ſupereſſe veteris Modruſſienſis Eccleſiæ, tam ſupellectilis Sacræ, quam & monumentorum, relatum habemus, nullam tamen obtinuimus ejusmodi reliquiarum communicationem. Gaudebimus hercle, ſi quiſpiam ex oris illis, atque ſuperſtitibus memoriis, *Eccleſiam Modruſſienſem* illuſtrare dignabitur, veritatemque demonſtrare. Mea ergo hæc eſt opinio.

Eccleſiæ Modruſſienſis, uti etiam Chaſmenſis incertam eſſe originem, hujus attamen exordia antiquiora veroſimilius argui, ac ex hactenus erutis, demonſtrari poſſe. Enimvero poſtquam de aliarum Eccleſiarum exordiis, utcumque conſtaret; Modruſſienſis Eccleſiæ antiquitatem non niſi arguendo deducimus. Si Sanctus *Adalbertus* Modruſſæ prædicavit, abindeque venit ad S. Stephanum, Eccleſiæ hujus antiquitas, facile ad deſcriptas a pag. 77. circumſtantias ac tempora caderet, aut vero ad Benedicti VII. qui in Epiſtola ſua ait: *Ut Sancta Salzburgenſis Eccleſia Superioris Pannoniæ Epiſcopos habeat Suffraganeos, quibus uſque huc, ſui Pontifices præeſſe videbantur.* Quamvis vero Epiſcopos hos ſive ſedes eorum non exprimat, his in oris fuiſſe Epiſcopum ex multis argui poteſt. Credo ego; *Modruſſienſem Epiſcopum, olim Croatenſem fuiſſe vocatum*; ſed in memoratis a pag. 138. circumſtantiis, ſublato Epiſcopatu Croatenſi, ob erectum Zagrabienſem, collegiatum Modruſſiæ Capitulum Eccleſiamque remanſiſſe ſub Spalatenſis Archieppi juriſdictione. Thom. Archid. Cap. 15. teſtatur: Croatiæ Reges ſuum habuiſſe Epiſcopum, qui Chroatenſis appellabatur. Hunc multas habuiſſe Parochias, prædia & poſſeſſiones, per totum Regnum Croatiæ: Regalem fuiſſe Epiſcopum, & qui Regis Curiam ſequebatur. Cap. autem 16. te-

Digitized by Google

ſtatur: *Gregorium Epiſcopum Croatenſem*, multas olim moleſtias *Joanni Spalatenſi* Archiepiſcopo cauſaviſſe. Hæc ab Archidiacono relata, diverſorum ſunt temporum. Ea quæ refert Cap. 15. Regum Croatiæ reſpiciunt tempora, præceduntque Sæculum XII. & Colomani Regis ætatem, ſub quo Croatenſem Epiſcopum ſublatum meminimus pag. 138. Quæ vero Cap. 16. recenſet, ſunt Sæculi XII. hinc ait *Olim* cauſaviſſe Gregorium, Archiepiſcopo Spalatenſi moleſtias. Præterea narrat in Synodo illa, *reſtauratum* fuiſſe Epiſcopatum Nonenſem, Gregoriumque quem Chroatenſem vocavit, multas olim cauſaſſe Spalatenſi moleſtias. Accedit ab eodem Archidiacono Cap. 15. ſcribi, Comitatum Cettinæ, Cleunæ, Cliſſæ, Maſſarum, Almiſium, Corbaviam, & ultra alpes ferreas ad Confinia Zagrabiæ cum tota Maronia, Archi-Eppi Spalatenſis extitiſſe jurisdictionis. In qua jurisdictione Eccleſiarum, a Colomano Rege fuiſſe Spalatenſem firmatum, diplomate docuimus a pag. 137. Quod tametſi Eccleſiarum nominatim mentionem non haberet, dum intra memoratos ab Archidiacono jurisdictionis Spalatenſis limites, Modruſſia ſituaretur, hanc veterem Eccleſiam ad Spalatenſem pertinuiſſe arguimus. Modruſſa ultra *Alpes ferreas* memoratas ſuperius; item ad Confinia Zagrabiæ eſt, dum ab hac, non niſi itinere horarum 12. diſtaret.

Præterea in memorata Synodo anno 1185 apud doctiſſ. Farlati pag. 214 Tom. 3 poſt conſtitutas ſedes & Parochias, memoratis ſuperius Epiſcopis. *Eccleſiæ vero S. Stephani Regis; & Capellæ noſtræ in honore S. Joan. Evangeliſtæ, quam nos manu noſtra conſecravimus, hanc ordinationem facimus, quod ei poſt Archiepiſcopum nullus præſit, niſi Sacerdos ei ordinatus, cui hos reditus communi voluntate fratrum ibi aſſiſtentium conceſſimus, Vineam unam in Biaci &c.* Si olim, uti relatum nobis eſt, Modruſſiæ Eccleſia erat S. Regis Stephani, cum mons non procul a Modruſſia, nunc quoque *Capellæ vocatus*, a Capella olim S. Joanni Evang. conſecrata, ſit; conſequi neceſſium eſt: Modruſſienſem Eccleſiam ſic relictam fuiſſe Spalatenſi, ut poſt hunc, ſive Archidiaconus, ſive Præpoſitus, ad eam ordinatus, eidem Eccleſiæ præeſſet; hinc quia proprio deſtituta fuiſſet Epiſcopo, Epiſcoporum Modruſſienſium memoriæ non ſunt requirendæ. Conjecturas præmiſſas roborat quoque, quod ordinato ad eam Sacerdoti, *Biacy* Vinea fuerit aſſignata, quam, Modruſſienſis in territorio Biacſienſi, haud adeo remoto, cultivare poterat.

Animadvertendum inſuper: pag. 103 relatum haberi, *Goricenſis Eccleſiæ* ritum, Eccleſiam Zagrabienſem aſſumpſiſſe. Goricenſem hanc Eccleſiam, eſſe *modernam Goritienſem*, aſſertioni nulla reperire eſt fundamenta. Proinde, an vetus Goricenſis, non ſit? fueritque olim Modruſſienſis, a qua ut viciniore, & Spalatenſis Archieppi, Eccleſia Zagrabienſis, ritus ſacros recepit, neque negare, neque dicere audeo. Communitas Draganich in ſuis metalibus habet: *iret ſubtus monticulum, in vulgo in Szveta Goricza vocatum, & pertingeret ad magnam ſtratam publicam, ducentem a Civitate Modruſſæ, verſus Civitatem Zagrabienſem.* Hæc videntur diſtinguere *Goriczam* a Modruſſia. Interim illud *in Szveta Goricza*, hoc eſt *Sancta Goricza*, indicat Eccleſiam S. Regis Stephani iſthic fuiſſe, cujus mentio ſuperius in Synodo, cum natio hæc, nomine *Sancti Regis*, D. Stephanum deſignet, ut nunc etiam Cathedralem Zagrabienſem exprimat *Szveti Kraly*, hoc eſt S. Regis Stephani, ſub cujus titulo & B. V. M, conſecrata haberetur. Quare de Modruſſienſis Eccleſiæ origine, ex hactenus erutis, & publico communicatis, conſtitui a me nil poteſt.

Cœterum *Modruſſam*, Comitatum fuiſſe olim, ſupra exhibitæ donationes evincunt. Locum fuiſſe celebriorem, Caroli I Regis, litteræ pag. 233 indicatæ, prout & metales Draganicenſium teſtantur, Ubi dum *Civitas* (ſine additione *Libera Regiaque*) exprimitur, veteri more, locum fuiſſe olim Epiſcopi ac Eccleſiaſticum indicatur. Interim poſteaquam Spalatenſis Archiepiſcopus, cum aliis ibi, ad Venetos tranſiviſſent, & cum iiſdem ſeſe conjunxiſſent, *Modruſſenſis Eccleſia*, a Jurisdictione Spalatenſi receſſit, propriumque accepit Epiſcopum, a Corbavienſi diſtinctum, atque ante annum 1460, quô, a Romana curia incepit cum Corbavienſi confundi. Antea inſtitutum fuiſſe Modruſſienſem Epiſcopum, evincit demonſtratque epiſtola Mathiæ Regis pag. 296 relata. Et quia Mathias Rex, cedere prætenſioni Curiæ Romanæ noluiſſet; illa, nominatum a Mathia Rege Epiſcopum Modruſſienſem, recognoſcere nolens, hunc cum Corbavienſi confundere ſucceſſive incepit, præcipue ſede Corbavienſi per Turcas exturbata ruinataque. Memoratæ ſuperius a pag. 310, Epiſcopi *Ottochazienſis* memoriæ, ad hanc incidunt epocham. Credibile eſt: Romanam Curiam, cum Rege Mathia tum diſſentientem, & Sereniſſimæ Reipublicæ Venetæ affectam, præcipue cum nominati Epiſcopi Ottochachienſes, Spalati fuerint, in *Ottochacz* voluiſſe Epiſcopatum; Sed Mathia non admitente; *Modruſſæ*, ad Regis arbitrium remanſit, & hunc ſucceſſive Romana Curia pro Corbavienſi (olim ut meminimus a Spalatenſi Archiepiſcopo fundatum, prætextu ſervandorum Spalatenſibus jurium) aſſumendum prætenderit, quod nihilominus,

ut

Digitized by Google

ut mox infra, ſucceſſive mutavit, confirmando Modruſſienſes & Corbavienſes diſtinctos Epiſcopos. *Modruſſienſes Epiſcopos*, erui hactenus ſequentes: *Nicolaum* ſub Mathia Rege, *Chriſtophorum* ſub Vladislao II, qui etiam in concluſione Decretorum 1495 & 1498 exprimeretur. Anno 1499 in Confirmatione privilegiorum communitatis Draganich, *Modruſſienſi ſede vacante* exprimitur. Anno autem 1504 in confirmatione metarum fatæ de Draganich communitatis (qui in Decreto anni hujus non exprimuntur, quod fors abfuerint,) legi: *Jacobo Segnienſi*, & *Ferdinando de Frangepanibus electo & confirmato Modruſſienſis*. Illud *confirmato* indicat Epiſcopatum Modruſſienſem, a Romana Curia antea non recognitum, *in Ferdinando de Frangepanibus*, fuiſſe ſtabilitum, & a Corbavienſi acceptum pro diſtincto, conſequenter controverſiam ſub Mathia habitam, poſt annum 1499 fuiſſe complanatam, inter Vladislaum & Romanam Curiam. Succeſſit Ferdinando *Simeon Bragui*, qui de deſolatione Croatiæ, orationem habuit in Concilio Lateranenſi coram Leone X. anno 1516. ut Paſconi pag. 86. Occaſione cæſi Ludovici II. *Simonem* Epiſcopum Modruſſienſem fuiſſe, epiſtolæ ſuæ a pag. 338 demonſtrant. An a morte Simonis, ſucceſſor ei a Ferdinando I fuerit datus, vel Modruſſienſis Eccleſia, illico adminiſtrari incoaverit ab Epiſcopo Segnienſi? Scribendum ſpero ab iis, qui hujus ſunt Diœceſis. Maximilianus II in confirmatione Privilegiorum Draganich anno 1571, habet: *Georgio Siwkovich Segnienſi*, & *adminiſtratore Modruſſienſi*; eundem & eodem modo lego, ſub Rudolpho in anno 1578. Atque dehinc ſemper illud: & *adminiſtratore Modruſſienſi* obſervatum extitiſſe, teſtantur quoque, anni 1625. 1659. 1681 Decretorum concluſiones. Primum in Decreto 1687 exprimitur: *Sede Epiſcopatus Segnienſis & Modruſſienſis, Eccleſiarum canonice unitarum vacante*, ut hinc ſub *Epiſcopo Dymetri*, ſedium harum unionem eveniſſe argueretur. At quævis hæc illuſtranda, extendenda, vel corrigenda, tot præſtantiſſimis illarum Diœceſium viris, relinquimus.

Porro *Corbavienſem ſedem*, a Modruſſienſi, in Eccleſia particulari Hungariæ, Sacræ item Coronæ Apoſtolicis Regibus, atque Regnorum Statibus, diſtinctam fuiſſe, præter memoratas ſuperius de Corbavienſi Epiſcopatu memorias, docent Diœtales concluſiones, ubi diſtincti Prælati, harum Eccleſiarum exprimuntur. Sic 1659. *Petro Mariani Segnienſis & Modruſſienſis*: *Mathæo Szenthtamaſii Corbavienſis*. Anno 1681. *Georgio Horvath electo Corbavienſi; fratre Hyacintho Dymitri Segnienſis & Modruſſienſis* 1687 *Comite Valentino Drugett de Homona electo Corbavienſi; ſede Epiſcopatus Segnienſis* - - ut ſupra - - *vacante*. Verum hæc ſi poſteriora eſſe contendas, vide Catalogum 26, *Epiſcoporum Corbavienſium*, *Martini*, *Szent-Ivany;* ubi reperies: ſub iiſdem annis diſtinctos Epiſcopos Corbavienſes, a Segnienſibus & Modruſſienſibus. Sic 1462 *Nicolaum* Corbaviæ. 1499 quo vocabat Modruſſienſis, *Michael* autem fuit Segniæ Epiſcopus, ut Diploma Draganicenſium. In Corbavienſem Epiſcopum fuit conſecratus *Vitalis* Nicolich de Flumine, qui etiam 1504 hujus ſedis erat Epiſcopus, *Segniæ autem Jacobus*, & juxta memoratum diploma, Ferdinandus Frangepani Modruſſiæ. Anno 1520, quô *Simon* erat Modruſſiæ, Segniæ *Franciſcus*, Corbaviæ fuit *Nicolaus Keſelić*. Aliique a Szent-Ivanio iſthic deſcripti. An poſt *Stephanum Doichich* Canonicum Zagrabienſem, & Corbavienſem Epiſcopum, mortuum 1694 die 18 Julii Zagrabiæ, alter quiſpiam, etiam titulo fuerit Epiſcopus Corbavienſis? me latet.

Reflectere eruditum lectorem volui: me *Ottochachienſis Epiſcopi*, tam ſuperius, quam & pag. 310. meminiſſe. Confeſſus ibi ſum, ignotam mihi eſſe, *Ottocienſis Sedis* inſtitutionem, conjecturamque inſerui per *to fors*. Sed lectam in Paſconio ſubinde memoriam, communicare viſum eſt, pag. 90. hæc teſtatur: *Celebris quoque extat memoria prædicti Sigismundi de Frangepanibus, Civitatis Ottochenſis Domini, cui non ſatis erat militari dextera ſua pro patria pugnare, ſed inſuper coelum ipſum tributarium habere, ardenter deſideravit dum anno Domini 1461. indictione nona, Die vero 24. Menſis Februarii, tempore Pii Divina providentia Papæ ſecundi, Regnante Mathia Dei gratia Hungariæ Dalmatiæ &c. Rege, larga munificentia Epiſcopatum Ottochenſem erexit, inſtituit, fundavit: cujus fundationis exemplar in regeſtis Archivii conventus Terſactenſis habetur.* Utinam exemplar fundationis Terſacti extans; Diploma item ſuper jure Civitatis Ottochenſis, Zagrabiæ in archivo Capituli Chaſmenſis repoſitum, ederentur, certiora ex his haberemus, nec opus eſſet conjecturis. Combinatione relatorum pag. 310. ubi Spalatenſes, ad Titulum *Epiſcopi Ottocienſis* conſecratos retulimus; Mathiæ Regis Epiſtolâ relata pag. 296. Item eorum quæ a pag. 216. ſcripſimus, nec non art. 32. an 1468; uti *Ottochenſis Epiſcopatus* deducitur fuiſſe inventum coarctandorum jurium Sacræ Coronæ, atque ad hæc quæſitum medium; ita Mathiæ Reis curas, medii hujus deſtructio, commendat. Porro *Joannem Frangepanum*, quem a Venetis allectum, Venetias fugiſſe, ſcriptores cœteri fatentur, *Paſconius* vult in bello occubuiſſe; dum eo laudato, quod monaſteriis faverit, concludit: *Tandem pro domo*

Digitized by Google

ſtatur: *Gregorium Epiſcopum Croatenſem*, multas olim moleſtias *Joanni Spalatenſi* Archiepiſcopo cauſaviſſe. Hæc ab Archidiacono relata, diverſorum ſunt temporum. Ea quæ refert Cap. 15. Regum Croatiæ reſpiciunt tempora, præceduntque Sæculum XII. & Colomani Regis ætatem, ſub quo Croatenſem Epiſcopum ſublatum meminimus pag. 138. Quæ vero Cap. 16. recenſet, ſunt Sæculi XII. hinc ait *Olim* cauſaviſſe Gregorium, Archiepiſcopo Spalatenſi moleſtias. Præterea narrat in Synodo illa, *reſtauratum* fuiſſe Epiſcopatum Nonenſem, Gregoriumque quem Chroatenſem vocavit, multas olim cauſaſſe Spalatenſi moleſtias. Accedit ab eodem Archidiacono Cap. 15. ſcribi, Comitatum Cettinæ, Cleunæ, Cliſſæ, Maſſarum, Almiſium, Corbaviam, & ultra alpes ferreas ad Confinia Zagrabiæ cum tota Maronia, Archi-Eppi Spalatenſis extitiſſe jurisdictionis. In qua jurisdictione Eccleſiarum, a Colomano Rege fuiſſe Spalatenſem firmatum, diplomate docuimus a pag. 137. Quod tametſi Eccleſiarum nominatim mentionem non haberet, dum intra memoratos ab Archidiacono jurisdictionis Spalatenſis limites, Modruſſia ſituaretur, hanc veterem Eccleſiam ad Spalatenſem pertinuiſſe arguimus. Modruſſa ultra *Alpes ferreas* memoratas ſuperius; item ad Confinia Zagrabiæ eſt, dum ab hac, non niſi itinere horarum 12. diſtaret.

Præterea in memorata Synodo anno 1185 apud doctiſſ. Farlati pag. 214 Tom. 3 poſt conſtitutas ſedes & Parochias, memoratis ſuperius Epiſcopis. *Eccleſiæ vero S. Stephani Regis; & Capellæ noſtræ in honore S. Joan. Evangeliſtæ, quam nos manu noſtra conſecravimus, hanc ordinationem facimus, quod ei poſt Archiepiſcopum nullus præſit, niſi Sacerdos ei ordinatus, cui hos reditus communi voluntate fratrum ibi aſſiſtentium conceſſimus, Vineam unam in Biaci &c.* Si olim, uti relatum nobis eſt, Modruſſiæ Eccleſia erat S. Regis Stephani, cum mons non procul a Modruſſia, nunc quoque *Capellæ vocatus*, a Capella olim S. Joanni Evang. conſecrata, ſit; conſequi neceſſium eſt: Modruſſienſem Eccleſiam ſic relictam fuiſſe Spalatenſi, ut poſt hunc, ſive Archidiaconus, ſive Præpoſitus, ad eam ordinatus, eidem Eccleſiæ præeſſet; hinc quia proprio deſtituta fuiſſet Epiſcopo, Epiſcoporum Modruſſienſium memoriæ non ſunt requirendæ. Conjecturas præmiſſas roborat quoque, quod ordinato ad eam Sacerdoti, *Biacy* Vinea fuerit aſſignata, quam, Modruſſienſis in territorio Biacſienſi, haud adeo remoto, cultivare poterat.

Animadvertendum inſuper: pag. 103 relatum haberi, *Goricenſis Eccleſiæ* ritum, Eccleſiam Zagrabienſem aſſumpſiſſe. Goricenſem hanc Eccleſiam, eſſe *modernam Goritienſem*, aſſertioni nulla reperire eſt fundamenta. Proinde, an vetus Goricenſis, non ſit? fueritque olim Modruſſienſis, a qua ut viciniore, & Spalatenſis Archieppi, Eccleſia Zagrabienſis, ritus ſacros recepit, neque negare, neque dicere audeo. Communitas Draganich in ſuis metalibus habet: *iret ſubtus monticulum, in vulgo in Szveta Goricza vocatum, & pertingeret ad magnam ſtratam publicam, ducentem a Civitate Modruſſæ, verſus Civitatem Zagrabienſem.* Hæc videntur diſtinguere *Goriczam* a Modruſſia. Interim illud *in Szveta Goricza*, hoc eſt *Sancta Goricza*, indicat Eccleſiam S. Regis Stephani iſthic fuiſſe, cujus mentio ſuperius in Synodo, cum natio hæc, nomine *Sancti Regis*, D. Stephanum deſignet, ut nunc etiam Cathedralem Zagrabienſem exprimat *Szveti Kraly*, hoc eſt S. Regis Stephani, ſub cujus titulo & B. V. M, conſecrata haberetur. Quare de Modruſſienſis Eccleſiæ origine, ex hactenus erutis, & publico communicatis, conſtitui a me nil poteſt.

Cœterum *Modruſſam*, Comitatum fuiſſe olim, ſupra exhibitæ donationes evincunt. Locum fuiſſe celebriorem, Caroli I Regis, litteræ pag. 233 indicatæ, prout & metales Draganicenſium teſtantur, Ubi dum *Civitas* (ſine additione *Libera Regiaque*) exprimitur, veteri more, locum fuiſſe olim Epiſcopi ac Eccleſiaſticum indicatur. Interim poſteaquam Spalatenſis Archiepiſcopus, cum aliis ibi, ad Venetos tranſiviſſent, & cum iiſdem ſeſe conjunxiſſent, *Modruſſenſis Eccleſia*, a Juriſdictione Spalatenſi receſſit, propriumque accepit Epiſcopum, a Corbavienſi diſtinctum, atque ante annum 1460, quô, a Romana curia incepit cum Corbavienſi confundi. Antea inſtitutum fuiſſe Modruſſienſem Epiſcopum, evincit demonſtratque epiſtola Mathiæ Regis pag. 296 relata. Et quia Mathias Rex, cedere prætenſioni Curiæ Romanæ noluiſſet; illa, nominatum a Mathia Rege Epiſcopum Modruſſienſem, recognoſcere nolens, hunc cum Corbavienſi confundere ſucceſſive incepit, præcipue ſede Corbavienſi per Turcas exturbata ruinataque. Memoratæ ſuperius a pag. 310, Epiſcopi *Ottochazienſis* memoriæ, ad hanc incidunt epocham. Credibile eſt: Romanam Curiam, cum Rege Mathia tum diſſentientem, & Sereniſſimæ Reipublicæ Venetæ affectam, præcipue cum nominati Epiſcopi Ottochachienſes, Spalati fuerint, in *Ottochacz* voluiſſe Epiſcopatum; Sed Mathia non admitente; *Modruſſæ*, ad Regis arbitrium remanſit, & hunc ſucceſſive Romana Curia pro Corbavienſi (olim ut meminimus a Spalatenſi Archiepiſcopo fundatum, prætextu ſervandorum Spalatenſibus jurium) aſſumendum prætenderit, quod nihilominus,

ut

Digitized by Google

ut mox infra, ſucceſſive mutavit, confirmando Modruſſienſes & Corbavienſes diſtinctos Epiſcopos. *Modruſſienſes Epiſcopos*, erui hactenus ſequentes: *Nicolaum* ſub Mathia Rege, *Chriſtophorum* ſub Vladiſlao II, qui etiam in concluſione Decretorum 1495 & 1498 exprimeretur. Anno 1499 in Confirmatione privilegiorum communitatis Draganich, *Modruſſienſi ſede vacante* exprimitur. Anno autem 1504 in confirmatione metarum fatæ de Draganich communitatis (qui in Decreto anni hujus non exprimuntur, quod fors abfuerint,) legi: *Jacobo Segnienſi, & Ferdinando de Frangepanibus electo & confirmato Modruſſienſis.* Illud *confirmato* indicat Epiſcopatum Modruſſienſem, a Romana Curia antea non recognitum, *in Ferdinando de Frangepanibus*, fuiſſe ſtabilitum, & a Corbavienſi acceptum pro diſtincto, conſequenter controverſiam ſub Mathia habitam, poſt annum 1499 fuiſſe complanatam, inter Vladiſlaum & Romanam Curiam. Succeſſit Ferdinando *Simeon Bragui*, qui de deſolatione Croatiæ, orationem habuit in Concilio Lateranenſi coram Leone X. anno 1516. ut Paſconi pag. 86. Occaſione cæſi Ludovici II. *Simonem* Epiſcopum Modruſſienſem fuiſſe, epiſtolæ ſuæ a pag. 338 demonſtrant. An a morte Simonis, ſucceſſor ei a Ferdinando I fuerit datus, vel Modruſſienſis Eccleſia, illico adminiſtrari incoaverit ab Epiſcopo Segnienſi? Scribendum ſpero ab iis, qui hujus ſunt Diœceſis. Maximilianus II in confirmatione Privilegiorum Draganich anno 1571, habet: *Georgio Siwkovich Segnienſi, & adminiſtratore Modruſſienſi*; eundem & eodem modo lego, ſub Rudolpho in anno 1578. Atque dehinc ſemper illud: *& adminiſtratore Modruſſienſi* obſervatum extitiſſe, teſtantur quoque, anni 1625. 1659. 1681 Decretorum concluſiones. Primum in Decreto 1687 exprimitur: *Sede Epiſcopatus Segnienſis & Modruſſienſis, Eccleſiarum canonice unitarum vacante*, ut hinc ſub *Epiſcopo Dymetri*, ſedium harum unionem eveniſſe argueretur. At quævis hæc illuſtranda, extendenda, vel corrigenda, tot præſtantiſſimis illarum Diœceſium viris, relinquimus.

Porro *Corbavienſem ſedem*, a Modruſſienſi, in Eccleſia particulari Hungariæ, Sacræ item Coronæ Apoſtolicis Regibus, atque Regnorum Statibus, diſtinctam fuiſſe, præter memoratas ſuperius de Corbavienſi Epiſcopatu memorias, docent Diœtales concluſiones, ubi diſtincti Prælati, harum Eccleſiarum exprimuntur. Sic 1659. *Petro Mariani Segnienſis & Modruſſienſis: Mathæo Szenthtamaſii Corbavienſis.* Anno 1681. *Georgio Horvath electo Corbavienſi; fratre Hyacintho Dymitri Segnienſis & Modruſſienſis* 1687 *Comite Valentino Drugett de Homona electo Corbavienſi; ſede Epiſcopatus Segnienſis* - - ut ſupra - - *vacante.* Verum hæc ſi poſteriora eſſe contendas, vide Catalogum 26, *Epiſcoporum Corbavienſium, Martini, Szent-Ivany;* ubi reperies: ſub iisdem annis diſtinctos Epiſcopos Corbavienſes, a Segnienſibus & Modruſſienſibus. Sic 1462 *Nicolaum* Corbaviæ. 1499 quo vocabat Modruſſienſis, *Michael* autem fuit Segniæ Epiſcopus, ut Diploma Draganicenſium. In Corbavienſem Epiſcopum fuit conſecratus *Vitalis* Nicolich de Flumine, qui etiam 1504 hujus ſedis erat Epiſcopus, *Segniæ autem Jacobus*, & juxta memoratum diploma, Ferdinandus Frangepani Modruſſiæ. Anno 1520, quô *Simon* erat Modruſſiæ, Segniæ *Franciſcus*, Corbaviæ fuit *Nicolaus Keſeli.* Aliique a Szent-Ivanio iſthic deſcripti. An poſt *Stephanum Doichich* Canonicum Zagrabienſem, & Corbavienſem Epiſcopum, mortuum 1694 die 18 Julii Zagrabiæ, alter quiſpiam, etiam titulo fuerit Epiſcopus Corbavienſis? me latet.

Reflectere eruditum lectorem volui: me *Ottochachienſis Epiſcopi*, tam ſuperius, quam & pag. 310. meminiſſe. Confeſſus ibi ſum, ignotam mihi eſſe, *Ottocienſis Sedis* inſtitutionem, conjecturamque inſerui per *to fors.* Sed lectam in Paſconio ſubinde memoriam, communicare viſum eſt, pag. 90. hæc teſtatur: *Celebris quoque extat memoria prædicti Sigismundi de Frangepanibus, Civitatis Ottochenſis Domini, cui non ſatis erat militari dextera ſua pro patria pugnare, ſed inſuper coelum ipſum tributarium habere, ardenter deſideravit dum anno Domini 1461. indictione nona, Die vero 24. Menſis Februarii, tempore Pii Divina providentia Papæ ſecundi, Regnante Mathia Dei gratia Hungariæ Dalmatiæ &c. Rege, larga munificentia Epiſcopatum Ottochenſem erexit, inſtituit, fundavit: cujus fundationis exemplar in regeſtis Archivii conventus Terſactenſis habetur.* Utinam exemplar fundationis Terſacti extans; Diploma item ſuper jure Civitatis Ottochenſis, Zagrabiæ in archivo Capituli Chaſmenſis repoſitum, ederentur, certiora ex his haberemus, nec opus eſſet conjecturis. Combinatione relatorum pag. 310. ubi Spalatenſes, ad Titulum *Epiſcopi Ottocienſis* conſecratos retulimus; Mathiæ Regis Epiſtolâ relata pag. 296. Item eorum quæ a pag. 216. ſcripſimus, nec non art. 32. an 1468; uti *Ottochenſis Epiſcopatus* deducitur fuiſſe inventum coarctandorum jurium Sacræ Coronæ, atque ad hæc quæſitum medium; ita Mathiæ Reis curas, medii hujus deſtructio, commendat. Porro *Joannem Frangepanum*, quem a Venetis allectum, Venetias fugiſſe, ſcriptores cœteri fatentur, *Paſconius* vult in bello occubuiſſe; dum eo laudato, quod monaſteriis faverit, concludit: *Tandem pro domo*

ſtatur: *Gregorium Epiſcopum Croatenſem*, multas olim moleſtias *Joanni Spalatenſi* Archiepiſcopo cauſaviſſe. Hæc ab Archidiacono relata, diverſorum ſunt temporum. Ea quæ refert Cap. 15. Regum Croatiæ reſpiciunt tempora, præceduntque Sæculum XII. & Colomani Regis ætatem, ſub quo Croatenſem Epiſcopum ſublatum meminimus pag. 138. Quæ vero Cap. 16. recenſet, ſunt Sæculi XII. hinc ait *Olim* cauſaviſſe Gregorium, Archiepiſcopo Spalatenſi moleſtias. Præterea narrat in Synodo illa, *reſtauratum* fuiſſe Epiſcopatum Nonenſem, Gregoriumque quem Chroatenſem vocavit, multas olim cauſaſſe Spalatenſi moleſtias. Accedit ab eodem Archidiacono Cap. 15. ſcribi, Comitatum Cettinæ, Cleunæ, Cliſſæ, Maſſarum, Almiſium, Corbaviam, & ultra alpes ferreas ad Confinia Zagrabiæ cum tota Maronia, Archi-Eppi Spalatenſis extitiſſe jurisdictionis. In qua jurisdictione Eccleſiarum, a Colomano Rege fuiſſe Spalatenſem firmatum, diplomate docuimus a pag. 137. Quod tametſi Eccleſiarum nominatim mentionem non haberet, dum intra memoratos ab Archidiacono jnrisdictionis Spalatenſis limites, Modruſſia ſituaretur, hanc veterem Eccleſiam ad Spalatenſem pertinuiſſe arguimus. Modruſſa ultra *Alpes ferreas* memoratas ſuperius; item ad Confinia Zagrabiæ eſt, dum ab hac, non niſi itinere horarum 12. diſtaret.

Præterea in memorata Synodo anno 1185 apud doctiſſ. Farlati pag. 214 Tom. 3 poſt conſtitutas ſedes & Parochias, memoratis ſuperius Epiſcopis. *Eccleſiæ vero S. Stephani Regis; & Capellæ noſtræ in honore S. Joan. Evangeliſtæ, quam nos manu noſtra conſecravimus, hanc ordinationem facimus, quod ei poſt Archiepiſcopum nullus præſit, niſi Sacerdos ei ordinatus, cui hos reditus communi voluntate fratrum ibi aſſiſtentium conceſſimus, Vineam unam in Biaci &c.* Si olim, uti relatum nobis eſt, Modruſſiæ Eccleſia erat S. Regis Stephani, cum mons non procul a Modruſſia, nunc quoque *Capellæ vocatus*, a Capella olim S. Joanni Evang. conſecrata, ſit; conſequi neceſſum eſt: Modruſſienſem Eccleſiam ſic relictam fuiſſe Spalatenſi, ut poſt hunc, ſive Archidiaconus, ſive Præpoſitus, ad eam ordinatus, eidem Eccleſiæ præeſſet; hinc quia proprio deſtituta fuiſſet Epiſcopo, Epiſcoporum Medruſſienſium memoriæ non ſunt requirendæ. Conjecturas præmiſſas roborat quoque, quod ordinato ad eam Sacerdoti, *Biacy* Vinea fuerit aſſignata, quam, Modruſſienſis in territorio Biacſienſi, haud adeo remoto, cultivare poterat.

Animadvertendum inſuper: pag. 103 relatum haberi, *Goricenſis Eccleſiæ* ritum, Eccleſiam Zagrabienſem aſſumpſiſſe. Goricenſem hanc Eccleſiam, eſſe *modernam Goritienſem*, aſſertioni nulla reperire eſt fundamenta. Proinde, an vetus Goricenſis, non ſit? fueritque olim Modruſſienſis, a qua ut viciniore, & Spalatenſis Archieppi, Eccleſia Zagrabienſis, ritus ſacros recepit, neque negare, neque dicere audeo. Communitas Draganich in ſuis metalibus habet: *iret ſubtus monticulum, in vulgo in Szveta Goricza vocatum, & pertingeret ad magnam ſtratam publicam, ducentem a Civitate Modruſſæ, verſus Civitatem Zagrabienſem.* Hæc videntur diſtinguere *Goriczam* a Modruſſia. Interim illud *in Szveta Goricza*, hoc eſt *Sancta Goricza*, indicat Eccleſiam S. Regis Stephani iſthic fuiſſe, cujus mentio ſuperius in Synodo, cum natio hæc, nomine *Sancti Regis*, D. Stephanum deſignet, ut nunc etiam Cathedralem Zagrabienſem exprimat *Szveti Kraly*, hoc eſt S. Regis Stephani, ſub cujus titulo & B. V. M, conſecrata haberetur. Quare de Modruſſienſis Eccleſiæ origine, ex hactenus erutis, & publico communicatis, conſtitui a me nil poteſt.

Cœterum *Modruſſam*, Comitatum fuiſſe olim, ſupra exhibitæ donationes evincunt. Locum fuiſſe celebriorem, Caroli I Regis, litteræ pag. 233 indicatæ, prout & metales Draganicenſium teſtantur, Ubi dum *Civitas* (ſine additione *Libera Regiaque*) exprimitur, veteri more, locum fuiſſe olim Epiſcopi ac Eccleſiaſticum indicatur. Interim poſteaquam Spalatenſis Archiepiſcopus, cum aliis ibi, ad Venetos tranſiviſſent, & cum iiſdem ſeſe conjunxiſſent, *Modruſſenſis Eccleſia*, a Jurisdictione Spalatenſi receſſit, propriumque accepit Epiſcopum, a Corbavienſi diſtinctum, atque ante annum 1460, quô, a Romana curia incepit cum Corbavienſi confundi. Antea inſtitutum fuiſſe Modruſſienſem Epiſcopum, evincit demonſtratque epiſtola Mathiæ Regis pag. 296 relata. Et quia Mathias Rex, cedere prætenſioni Curiæ Romanæ noluiſſet; illa, nominatum a Mathia Rege Epiſcopum Modruſſienſem, recognoſcere nolens, hunc cum Corbavienſi confundere ſucceſſive incepit, præcipue ſede Corbavienſi per Turcas exturbata ruinataque. Memoratæ ſuperius a pag. 310, Epiſcopi *Ottochazienſis* memoriæ, ad hanc incidunt epocham. Credibile eſt: Romanam Curiam, cum Rege Mathia tum diſſentientem, & Sereniſſimæ Reipublicæ Venetæ affectam, præcipue cum nominati Epiſcopi Ottochachienſes, Spalati fuerint, in *Ottochacz* voluiſſe Epiſcopatum; Sed Mathia non admitente; *Modruſſæ*, ad Regis arbitrium remanſit, & hunc ſucceſſive Romana Curia pro Corbavienſi (olim ut meminimus a Spalatenſi Archiepiſcopo fundatum, prætextu ſervandorum Spalatenſibus jurium) aſſumendum prætenderit, quod nihilominus, ut

Digitized by Google

ut mox infra, ſucceſſive mutavit, confirmando Modruſſienſes & Corbavienſes diſtinctos Epiſcopos. *Modruſſienſes Epiſcopos*, erui hactenus ſequentes: *Nicolaum* ſub Mathia Rege, *Chriſtophorum* ſub Vladislao II, qui etiam in concluſione Decretorum 1495 & 1498 exprimeretur. Anno 1499 in Confirmatione privilegiorum communitatis Draganich, *Modruſſienſi ſede vacante* exprimitur. Anno autem 1504 in confirmatione metarum fatæ de Draganich communitatis (qui in Decreto anni hujus non exprimuntur, quod fors abfuerint,) legi: *Jacobo Segnienſi, & Ferdinando de Frangepanibus electo & confirmato Modruſſienſis.* Illud *confirmato* indicat Epiſcopatum Modruſſienſem, a Romana Curia antea non recognitum, *in Ferdinando de Frangepanibus*, fuiſſe ſtabilitum, & a Corbavienſi acceptum pro diſtincto, conſequenter controverſiam ſub Mathia habitam, poſt annum 1499 fuiſſe complanatam, inter Vladislaum & Romanam Curiam. Succeſſit Ferdinando *Simeon Bragui*, qui de deſolatione Croatiæ, orationem habuit in Concilio Lateranenſi coram Leone X. anno 1516. ut Paſconi pag. 86. Occaſione cæſi Ludovici II. *Simonem* Epiſcopum Modruſſienſem fuiſſe, epiſtolæ ſuæ a pag. 338 demonſtrant. An a morte Simonis, ſucceſſor ei a Ferdinando I fuerit datus, vel Modruſſienſis Eccleſia, illico adminiſtrari incoaverit ab Epiſcopo Segnienſi? Scribendum ſpero ab iis, qui hujus ſunt Diœceſis. Maximilianus II in confirmatione Privilegiorum Draganich anno 1571, habet: *Georgio Siwkovich Segnienſi, & adminiſtratore Modruſſienſi*; eundem & eodem modo lego, ſub Rudolpho in anno 1578. Atque dehinc ſemper illud: & *adminiſtratore Modruſſienſi* obſervatum extitiſſe, teſtantur quoque, anni 1625. 1659. 1681 Decretorum concluſiones. Primum in Decreto 1687 exprimitur: *Sede Epiſcopatus Segnienſis & Modruſſienſis, Eccleſiarum canonice unitarum vacante*, ut hinc ſub *Epiſcopo Dymetri*, ſedium harum unionem eveniſſe argueretur. At quævis hæc illuſtranda, extendenda, vel corrigenda, tot præſtantiſſimis illarum Diœceſium viris, relinquimus.

Porro *Corbavienſem ſedem*, a Modruſſienſi, in Eccleſia particulari Hungariæ, Sacræ item Coronæ Apoſtolicis Regibus, atque Regnorum Statibus, diſtinctam fuiſſe, præter memoratas ſuperius de Corbavienſi Epiſcopatu memorias, docent Diœtales concluſiones, ubi diſtincti Prælati, harum Eccleſiarum exprimuntur. Sic 1659. *Petro Mariani Segnienſis & Modruſſienſis: Mathæo Szenthtamaſii Corbavienſis.* Anno 1681. *Georgio Horvath electo Corbavienſi; fratre Hyacintho Dymitri Segnienſis & Modruſſienſis* 1687 *Comite Valentino Drugett de Homona electo Corbavienſi; ſede Epiſcopatus Segnienſis* - - ut ſupra - - *vacante.* Verum hæc ſi poſteriora eſſe contendas, vide Catalogum 26, *Epiſcoporum Corbavienſium, Martini, Szent-Ivany;* ubi reperies: ſub iisdem annis diſtinctos Epiſcopos Corbavienſes, a Segnienſibus & Modruſſienſibus. Sic 1462 *Nicolaum* Corbaviæ. 1499 quo vocabat Modruſſienſis, *Michael* autem fuit Segniæ Epiſcopus, ut Diploma Draganicenſium. In Corbavienſem Epiſcopum fuit conſecratus *Vitalis* Nicolich de Flumine, qui etiam 1504 hujus ſedis erat Epiſcopus, *Segniæ autem Jacobus*, & juxta memoratum diploma, Ferdinandus Frangepani Modruſſiæ. Anno 1520, quô *Simon* erat Modruſſiæ, Segniæ *Franciſcus*, Corbaviæ fuit *Nicolaus Keſeli.* Aliique a Szent-Ivanio iſthic deſcripti. An poſt *Stephanum Doichich* Canonicum Zagrabienſem, & Corbavienſem Epiſcopum, mortuum 1694 die 18 Julii Zagrabiæ, alter quiſpiam, etiam titulo fuerit Epiſcopus Corbavienſis? me latet.

Reflectere eruditum lectorem volui: me *Ottochachienſis Epiſcopi*, tam ſuperius, quam & pag. 310. meminiſſe. Confeſſus ibi ſum, ignotam mihi eſſe, *Ottocienſis Sedis* inſtitutionem, conjecturamque inſerui per *to fors.* Sed lectam in Paſconio ſubinde memoriam, communicare viſum eſt, pag. 90. hæc teſtatur: *Celebris quoque extat memoria prædicti Sigismundi de Frangepanibus, Civitatis Ottochenſis Domini, cui non ſatis erat militari dextera ſua pro patria pugnare, ſed inſuper coelum ipſum tributarium habere, ardenter deſideravit dum anno Domini 1461. indictione nona, Die vero 24. Menſis Februarii, tempore Pii Divina providentia Papæ ſecundi, Regnante Mathia Dei gratia Hungariæ Dalmatiæ &c. Rege, larga munificentia Epiſcopatum Ottochenſem erexit, inſtituit, fundavit: cujus fundationis exemplar in regeſtis Archivii conventus Terſactenſis habetur.* Utinam exemplar fundationis Terſacti extans; Diploma item ſuper jure Civitatis Ottochenſis, Zagrabiæ in archivo Capituli Chaſmenſis repoſitum, ederentur, certiora ex his haberemus, nec opus eſſet conjecturis. Combinatione relatorum pag. 310. ubi Spalatenſes, ad Titulum *Epiſcopi Ottocienſis* conſecratos retulimus; Mathiæ Regis Epiſtolâ relata pag. 296. Item eorum quæ a pag. 216. ſcripſimus, nec non art. 32. an 1468; uti *Ottochenſis Epiſcopatus* deducitur fuiſſe inventum coarctandorum jurium Sacræ Coronæ, atque ad hæc quæſitum medium; ita Mathiæ Reis curas, medii hujus deſtructio, commendat. Porro *Joannem Frangepanum*, quem a Venetis allectum, Venetias fugiſſe, ſcriptores cœteri fatentur, *Paſconius* vult in bello occubuiſſe; dum eo laudato, quod monaſteriis faverit, concludit: *Tandem pro domo*

ſtatur: *Gregorium Epiſcopum Croatenſem*, multas olim moleſtias *Joanni Spalatenſi* Archiepiſcopo cauſaviſſe. Hæc ab Archidiacono relata, diverſorum ſunt temporum. Ea quæ refert Cap. 15. Regum Croatiæ reſpiciunt tempora, præceduntque Sæculum XII. & Colomani Regis ætatem, ſub quo Croatenſem Epiſcopum ſublatum meminimus pag. 138. Quæ vero Cap. 16. recenſet, ſunt Sæculi XII. hinc ait *Olim* cauſaviſſe Gregorium, Archiepiſcopo Spalatenſi moleſtias. Præterea narrat in Synodo illa, *reſtauratum* fuiſſe Epiſcopatum Nonenſem, Gregoriumque quem Chroatenſem vocavit, multas olim cauſaſſe Spalatenſi moleſtias. Accedit ab eodem Archidiacono Cap. 15. ſcribi, Comitatum Cettinæ, Cleunæ, Cliſſæ, Maſſarum, Almiſium, Corbaviam, & ultra alpes ferreas ad Confinia Zagrabiæ cum tota Maronia, Archi-Eppi Spalatenſis extitiſſe juriſdictionis. In qua juriſdictione Eccleſiarum, a Colomano Rege fuiſſe Spalatenſem firmatum, diplomate docuimus a pag. 137. Quod tametſi Eccleſiarum nominatim mentionem non haberet, dum intra memoratos ab Archidiacono jnriſdictionis Spalatenſis limites, Modruſſia ſituaretur, hanc veterem Eccleſiam ad Spalatenſem pertinuiſſe arguimus. Modruſſa ultra *Alpes ferreas* memoratas ſuperius; item ad Confinia Zagrabiæ eſt, dum ab hac, non niſi itinere horarum 12. diſtaret.

Præterea in memorata Synodo anno 1185 apud doctiſſ. Farlati pag. 214 Tom. 3 poſt conſtitutas ſedes & Parochias, memoratis ſuperius Epiſcopis. *Eccleſiæ vero S. Stephani Regis; & Capellæ noſtræ in honore S. Joan. Evangeliſtæ, quam nos manu noſtra conſecravimus, hanc ordinationem facimus, quod ei poſt Archiepiſcopum nullus præſit, niſi Sacerdos ei ordinatus, cui hos reditus communi voluntate fratrum ibi aſiſtentium conceſſimus, Vineam unam in Biaci &c.* Si olim, uti relatum nobis eſt, Modruſſiæ Eccleſia erat S. Regis Stephani, cum mons non procul a Modruſſia, nunc quoque *Capellæ vocatus*, a Capella olim S. Joanni Evang. conſecrata, ſit; conſequi neceſſium eſt: Modruſſienſem Eccleſiam ſic relictam fuiſſe Spalatenſi, ut poſt hunc, ſive Archidiaconus, ſive Præpoſitus, ad eam ordinatus, eidem Eccleſiæ præeſſet; hinc quia proprio deſtituta fuiſſet Epiſcopo, Epiſcoporum Medruſſienſium memoriæ non ſunt requirendæ. Conjecturas præmiſſas roborat quoque, quod ordinato ad eam Sacerdoti, *Biacy* Vinea fuerit aſſignata, quam, Modruſſienſis in territorio Biacſienſi, haud adeo remoto, cultivare poterat.

Animadvertendum inſuper: pag. 103 relatum haberi, *Goricenſis Eccleſiæ* ritum, Eccleſiam Zagrabienſem aſſumpſiſſe. Goricenſem hanc Eccleſiam, eſſe *modernam Goritienſem*, aſſertioni nulla reperire eſt fundamenta. Proinde, an vetus Goricenſis, non ſit? fueritque olim Modruſſienſis, a qua ut viciniore, & Spalatenſis Archieppi, Eccleſia Zagrabienſis, ritus ſacros recepit, neque negare, neque dicere audeo. Communitas Draganich in ſuis metalibus habet: *iret ſubtus monticulum, in vulgo in Szveta Goricza vocatum, & pertingeret ad magnam ſtratam publicam, ducentem a Civitate Modruſſæ, verſus Civitatem Zagrabienſem.* Hæc videntur diſtinguere *Goriczam* a Modruſſia. Interim illud *in Szveta Goricza*, hoc eſt *Sancta Goricza*, indicat Eccleſiam S. Regis Stephani iſthic fuiſſe, cujus mentio ſuperius in Synodo, cum natio hæc, nomine *Sancti Regis*, D. Stephanum deſignet, ut nunc etiam Cathedralem Zagrabienſem exprimat *Szveti Kraly*, hoc eſt S. Regis Stephani, ſub cujus titulo & B. V. M, conſecrata haberetur. Quare de Modruſſienſis Eccleſiæ origine, ex hactenus erutis, & publico communicatis, conſtitui a me nil poteſt.

Cœterum *Modruſſam*, Comitatum fuiſſe olim, ſupra exhibitæ donationes evincunt. Locum fuiſſe celebriorem, Caroli I Regis, litteræ pag. 233 indicatæ, prout & metales Draganicenſium teſtantur, Ubi dum *Civitas* (ſine additione *Libera Regiaque*) exprimitur, veteri more, locum fuiſſe olim Epiſcopi ac Eccleſiaſticum indicatur. Interim poſteaquam Spalatenſis Archiepiſcopus, cum aliis ibi, ad Venetos tranſiviſſent, & cum iiſdem ſeſe conjunxiſſent, *Modruſſenſis Eccleſia*, a Juriſdictione Spalatenſi receſſit, propriumque accepit Epiſcopum, a Corbavienſi diſtinctum, atque ante annum 1460, quo, a Romana curia incepit cum Corbavienſi confundi. Antea inſtitutum fuiſſe Modruſſienſem Epiſcopum, evincit demonſtratque epiſtola Mathiæ Regis pag. 296 relata. Et quia Mathias Rex, cedere prætenſioni Curiæ Romanæ noluiſſet; illa, nominatum a Mathia Rege Epiſcopum Modruſſienſem, recognoſcere nolens, hunc cum Corbavienſi confundere ſucceſſive incepit, præcipue ſede Corbavienſi per Turcas exturbata ruinataque. Memoratæ ſuperius a pag. 310, Epiſcopi *Ottochazienſis* memoriæ, ad hanc incidunt epocham. Credibile eſt: Romanam Curiam, cum Rege Mathia tum diſſentientem, & Sereniſſimæ Reipublicæ Venetæ affectam, præcipue cum nominati Epiſcopi Ottochachienſes, Spalati fuerint, in *Ottochacz* voluiſſe Epiſcopatum; Sed Mathia non admitente; *Modruſſæ*, ad Regis arbitrium remanſit, & hunc ſucceſſive Romana Curia pro Corbavienſi (olim ut meminimus a Spalatenſi Archiepiſcopo fundatum, prætextu ſervandorum Spalatenſibus jurium) aſſumendum prætenderit, quod nihilominus,

ut

Digitized by Google

ut mox infra, ſucceſſive mutavit, confirmando Modruſſienſes & Corbavienſes diſtinctos Epiſcopos. *Modruſſienſes Epiſcopos*, erui hactenus ſequentes: *Nicolaum* ſub Mathia Rege, *Chriſtophorum* ſub Vladislao II, qui etiam in concluſione Decretorum 1495 & 1498 exprimeretur. Anno 1499 in Confirmatione privilegiorum communitatis Draganich, *Modruſſienſi ſede vacante* exprimitur. Anno autem 1504 in confirmatione metarum fatæ de Draganich communitatis (qui in Decreto anni hujus non exprimuntur, quod fors abſuerint,) legi: *Jacobo Segnienſi, & Ferdinando de Frangepanibus electo & confirmato Modruſſienſis.* Illud *confirmato* indicat Epiſcopatum Modruſſienſem, a Romana Curia antea non recognitum, *in Ferdinando de Frangepanibus*, fuiſſe ſtabilitum, & a Corbavienſi acceptum pro diſtincto, conſequenter controverſiam ſub Mathia habitam, poſt annum 1499 fuiſſe complanatam, inter Vladislaum & Romanam Curiam. Succeſſit Ferdinando *Simeon Bragui*, qui de deſolatione Croatiæ, orationem habuit in Concilio Lateranenſi coram Leone X. anno 1516. ut Paſconi pag. 86. Occaſione cæſi Ludovici II. *Simonem* Epiſcopum Modruſſienſem fuiſſe, epiſtolæ ſuæ a pag. 338 demonſtrant. An a morte Simonis, ſucceſſor ei a Ferdinando I fuerit datus, vel Modruſſienſis Eccleſia, illico adminiſtrari incoaverit ab Epiſcopo Segnienſi? Scribendum ſpero ab iis, qui hujus ſunt Diœceſis. Maximilianus II in confirmatione Privilegiorum Draganich anno 1571, habet: *Georgio Siwkovich Segnienſi, & adminiſtratore Modruſſienſi*; eundem & eodem modo lego, ſub Rudolpho in anno 1578. Atque dehinc ſemper illud: & *adminiſtratore Modruſſienſi* obſervatum extitiſſe, teſtantur quoque, anni 1625. 1659. 1681 Decretorum concluſiones. Primum in Decreto 1687 exprimitur: *Sede Epiſcopatus Segnienſis & Modruſſienſis, Eccleſiarum canonice unitarum vacante*, ut hinc ſub *Epiſcopo Dymetri*, ſedium harum unionem eveniſſe argueretur. At quævis hæc illuſtranda, extendenda, vel corrigenda, tot præſtantiſſimis illarum Diœceſium viris, relinquimus.

Porro *Corbavienſem ſedem*, a Modruſſienſi, in Eccleſia particulari Hungariæ, Sacræ item Coronæ Apoſtolicis Regibus, atque Regnorum Statibus, diſtinctam fuiſſe, præter memoratas ſuperius de Corbavienſi Epiſcopatu memorias, docent Diœtales concluſiones, ubi diſtincti Prælati, harum Eccleſiarum exprimuntur. Sic 1659. *Petro Mariani Segnienſis & Modruſſienſis: Mathæo Szenthtamaſii Corbavienſis.* Anno 1681. *Georgio Horvath electo Corbavienſi; fratre Hyacintho Dymitri Segnienſis & Modruſſienſis* 1687 *Comite Valentino Drugett de Homona electo Corbavienſi; ſede Epiſcopatus Segnienſis* - - ut ſupra - - *vacante.* Verum hæc ſi poſteriora eſſe contendas, vide Catalogum 26, *Epiſcoporum Corbavienſium, Martini, Szent-Ivany;* ubi reperies: ſub iisdem annis diſtinctos Epiſcopos Corbavienſes, a Segnienſibus & Modruſſienſibus. Sic 1462 *Nicolaum* Corbaviæ. 1499 quo vocabat Modruſſienſis, *Michael* autem fuit Segniæ Epiſcopus, ut Diploma Draganicenſium. In Corbavienſem Epiſcopum fuit conſecratus *Vitalis* Nicolich de Flumine, qui etiam 1504 hujus ſedis erat Epiſcopus, *Segniæ autem Jacobus*, & juxta memoratum diploma, Ferdinandus Frangepani Modruſſiæ. Anno 1520, quô *Simon* erat Modruſſiæ, Segniæ *Franciſcus*, Corbaviæ fuit *Nicolaus Keſeli.* Aliique a Szent-Ivanio iſthic deſcripti. An poſt *Stephanum Doichich* Canonicum Zagrabienſem, & Corbavienſem Epiſcopum, mortuum 1694 die 18 Julii Zagrabiæ, alter quiſpiam, etiam titulo fuerit Epiſcopus Corbavienſis? me latet.

Reflectere eruditum lectorem volui: me *Ottochachienſis Epiſcopi*, tam ſuperius, quam & pag. 310. meminiſſe. Confeſſus ibi ſum, ignotam mihi eſſe, *Ottocienſis Sedis* inſtitutionem, conjecturamque inſerui per *to fors.* Sed lectam in Paſconio ſubinde memoriam, communicare viſum eſt, pag. 90. hæc teſtatur: *Celebris quoque extat memoria prædicti Sigismundi de Frangepanibus, Civitatis Ottochenſis Domini, cui non ſatis erat militari dextera ſua pro patria pugnare, ſed inſuper coelum ipſum tributarium habere, ardenter deſideravit dum anno Domini 1461. indictione nona, Die vero 24. Menſis Februarii, tempore Pii Divina providentia Papæ ſecundi, Regnante Mathia Dei gratia Hungariæ Dalmatiæ &c. Rege, larga munificentia Epiſcopatum Ottochenſem erexit, inſtituit, fundavit: cujus fundationis exemplar in regeſtis Archivii conventus Terſactenſis habetur.* Utinam exemplar fundationis Terſacti extans; Diploma item ſuper jure Civitatis Ottochenſis, Zagrabiæ in archivo Capituli Chaſmenſis repoſitum, ederentur, certiora ex his haberemus, nec opus eſſet conjecturis. Combinatione relatorum pag. 310. ubi Spalatenſes, ad Titulum *Epiſcopi Ottocienſis* conſecratos retulimus; Mathiæ Regis Epiſtolâ relata pag. 296. Item eorum quæ a pag. 216. ſcripſimus, nec non art. 32. an 1468; uti *Ottochenſis Epiſcopatus* deducitur fuiſſe inventum coarctandorum jurium Sacræ Coronæ, atque ad hæc quæſitum medium; ita Mathiæ Reis curas, medii hujus deſtructio, commendat. Porro *Joannem Frangepanum*, quem a Venetis allectum, Venetias fugiſſe, ſcriptores cœteri fatentur, *Paſconius* vult in bello occubuiſſe; dum eo laudato, quod monaſteriis faverit, concludit: *Tandem pro domo*

Digitized by Google

ſtatur: *Gregorium Epiſcopum Croatenſem*, multas olim moleſtias *Joanni Spalatenſi* Archiepiſcopo cauſaviſſe. Hæc ab Archidiacono relata, diverſorum ſunt temporum. Ea quæ refert Cap. 15. Regum Croatiæ reſpiciunt tempora, præceduntque Sæculum XII. & Colomani Regis ætatem, ſub quo Croatenſem Epiſcopum ſublatum meminimus pag. 138. Quæ vero Cap. 16. recenſet, ſunt Sæculi XII. hinc ait *Olim* cauſaviſſe Gregorium, Archiepiſcopo Spalatenſi moleſtias. Præterea narrat in Synodo illa, *reſtauratum* fuiſſe Epiſcopatum Nonenſem, Gregoriumque quem Chroatenſem vocavit, multas olim cauſaſſe Spalatenſi moleſtias. Accedit ab eodem Archidiacono Cap. 15. ſcribi, Comitatum Cettinæ, Cleunæ, Cliſſæ, Maſſarum, Almiſium, Corbaviam, & ultra alpes ferreas ad Confinia Zagrabiæ cum tota Maronia, Archi-Eppi Spalatenſis extitiſſe juriſdictionis. In qua juriſdictione Eccleſiarum, a Colomano Rege fuiſſe Spalatenſem firmatum, diplomate docuimus a pag. 137. Quod tametſi Eccleſiarum nominatim mentionem non haberet, dum intra memoratos ab Archidiacono juriſdictionis Spalatenſis limites, Modruſſia ſituaretur, hanc veterem Eccleſiam ad Spalatenſem pertinuiſſe arguimus. Modruſſa ultra *Alpes ferreas* memoratas ſuperius; item ad Confinia Zagrabiæ eſt, dum ab hac, non niſi itinere horarum 12. diſtaret.

Præterea in memorata Synodo anno 1185 apud doctiſſ. Farlati pag. 214 Tom. 3 poſt conſtitutas ſedes & Parochias, memoratis ſuperius Epiſcopis. *Eccleſiæ vero S. Stephani Regis; & Capellæ noſtræ in honore S. Joan. Evangeliſtæ, quam nos manu noſtra conſecravimus, hanc ordinationem facimus, quod ei poſt Archiepiſcopum nullus præſit, niſi Sacerdos ei ordinatus, cui hos reditus communi voluntate fratrum ibi aſſiſtentium conceſſimus, Vineam unam in Biaci &c.* Si olim, uti relatum nobis eſt, Modruſſiæ Eccleſia erat S. Regis Stephani, cum mons non procul a Modruſſia, nunc quoque *Capellæ vocatus*, a Capella olim S. Joanni Evang. conſecrata, ſit; conſequi neceſſum eſt: Modruſſienſem Eccleſiam ſic relictam fuiſſe Spalatenſi, ut poſt hunc, ſive Archidiaconus, ſive Præpoſitus, ad eam ordinatus, eidem Eccleſiæ præeſſet; hinc quia proprio deſtituta fuiſſet Epiſcopo, Epiſcoporum Modruſſienſium memoriæ non ſunt requirendæ. Conjecturas præmiſſas roborat quoque, quod ordinato ad eam Sacerdoti, *Biacy* Vinea fuerit aſſignata, quam, Modruſſienſis in territorio Biacſienſi, haud adeo remoto, cultivare poterat.

Animadvertendum inſuper: pag. 103 relatum haberi, *Goricenſis Eccleſiæ* ritum, Eccleſiam Zagrabienſem aſſumpſiſſe. Goricenſem hanc Eccleſiam, eſſe *modernam Goritienſem*, aſſertioni nulla reperire eſt fundamenta. Proinde, an vetus Goricenſis, non ſit? fueritque olim Modruſſienſis, a qua ut viciniore, & Spalatenſis Archieppi, Eccleſia Zagrabienſis, ritus ſacros recepit, neque negare, neque dicere audeo. Communitas Draganich in ſuis metalibus habet: *iret ſubtus monticulum, in vulgo in Szveta Goricza vocatum, & pertingeret ad magnam ſtratam publicam, ducentem a Civitate Modruſſæ, verſus Civitatem Zagrabienſem.* Hæc videntur diſtinguere *Goriczam* a Modruſſia. Interim illud *in Szveta Goricza*, hoc eſt *Sancta Goricza*, indicat Eccleſiam S. Regis Stephani iſthic fuiſſe, cujus mentio ſuperius in Synodo, cum natio hæc, nomine *Sancti Regis*, D. Stephanum deſignet, ut nunc etiam Cathedralem Zagrabienſem exprimat *Szveti Kraly*, hoc eſt S. Regis Stephani, ſub cujus titulo & B. V. M, conſecrata haberetur. Quare de Modruſſienſis Eccleſiæ origine, ex hactenus erutis, & publico communicatis, conſtitui a me nil poteſt.

Cœterum *Modruſſam*, Comitatum fuiſſe olim, ſupra exhibitæ donationes evincunt. Locum fuiſſe celebriorem, Caroli I Regis, litteræ pag. 233 indicatæ, prout & metales Draganicenſium teſtantur, Ubi dum *Civitas* (ſine additione *Libera Regiaque*) exprimitur, veteri more, locum fuiſſe olim Epiſcopi ac Eccleſiaſticum indicatur. Interim poſteaquam Spalatenſis Archiepiſcopus, cum aliis ibi, ad Venetos tranſiviſſent, & cum iiſdem ſeſe conjunxiſſent, *Modruſſenſis Eccleſia*, a Juriſdictione Spalatenſi receſſit, propriumque accepit Epiſcopum, a Corbavienſi diſtinctum, atque ante annum 1460, quô, a Romana curia incepit cum Corbavienſi confundi. Antea inſtitutum fuiſſe Modruſſienſem Epiſcopum, evincit demonſtratque epiſtola Mathiæ Regis pag. 296 relata. Et quia Mathias Rex, cedere prætenſioni Curiæ Romanæ noluiſſet; illa, nominatum a Mathia Rege Epiſcopum Modruſſienſem, recognoſcere nolens, hunc cum Corbavienſi confundere ſucceſſive incepit, præcipue ſede Corbavienſi per Turcas exturbata ruinataque. Memoratæ ſuperius a pag. 310, Epiſcopi *Ottochazienſis* memoriæ, ad hanc incidunt epocham. Credibile eſt: Romanam Curiam, cum Rege Mathia tum diſſentientem, & Sereniſſimæ Reipublicæ Venetæ affectam, præcipue cum nominati Epiſcopi Ottochachienſes, Spalati fuerint, in *Ottochacz* voluiſſe Epiſcopatum; Sed Mathia non admitente; *Modruſſæ*, ad Regis arbitrium remanſit, & hunc ſucceſſive Romana Curia pro Corbavienſi (olim ut meminimus a Spalatenſi Archiepiſcopo fundatum, prætextu ſervandorum Spalatenſibus jurium) aſſumendum prætenderit, quod nihilominus,

ut

Digitized by Google

ut mox infra, ſucceſſive mutavit, confirmando Modruſſienſes & Corbavienſes diſtinctos Epiſcopos. *Modruſſienſes Epiſcopos*, erui hactenus ſequentes: *Nicolaum* ſub Mathia Rege, *Chriſtophorum* ſub Vladislao II, qui etiam in concluſione Decretorum 1495 & 1498 exprimeretur. Anno 1499 in Confirmatione privilegiorum communitatis Draganich, *Modruſſienſi ſede vacante* exprimitur. Anno autem 1504 in confirmatione metarum fatæ de Draganich communitatis (qui in Decreto anni hujus non exprimuntur, quod fors abſuerint,) legi: *Jacobo Segnienſi, & Ferdinando de Frangepanibus electo & confirmato Modruſſienſis.* Illud *confirmato* indicat Epiſcopatum Modruſſienſem, a Romana Curia antea non recognitum, *in Ferdinando de Frangepanibus*, fuiſſe ſtabilitum, & a Corbavienſi acceptum pro diſtincto, conſequenter controverſiam ſub Mathia habitam, poſt annum 1499 fuiſſe complanatam, inter Vladislaum & Romanam Curiam. Succeſſit Ferdinando *Simeon Bragui*, qui de deſolatione Croatiæ, orationem habuit in Concilio Lateranenſi coram Leone X. anno 1516. ut Paſconi pag. 86. Occaſione cæſi Ludovici II. *Simonem* Epiſcopum Modruſſienſem fuiſſe, epiſtolæ ſuæ a pag. 338 demonſtrant. An a morte Simonis, ſucceſſor ei a Ferdinando I fuerit datus, vel Modruſſienſis Eccleſia, illico adminiſtrari incoaverit ab Epiſcopo Segnienſi? Scribendum ſpero ab iis, qui hujus ſunt Diœceſis. Maximilianus II in confirmatione Privilegiorum Draganich anno 1571, habet: *Georgio Siwkovich Segnienſi, & adminiſtratore Modruſſienſi*; eundem & eodem modo lego, ſub Rudolpho in anno 1578. Atque dehinc ſemper illud: & *adminiſtratore Modruſſienſi* obſervatum extitiſſe, teſtantur quoque, anni 1625. 1659. 1681 Decretorum concluſiones. Primum in Decreto 1687 exprimitur: *Sede Epiſcopatus Segnienſis & Modruſſienſis, Eccleſiarum canonice unitarum vacante*, ut hinc ſub *Epiſcopo Dymetri*, ſedium harum unionem eveniſſe argueretur. At quævis hæc illuſtranda, extendenda, vel corrigenda, tot præſtantiſſimis illarum Diœceſium viris, relinquimus.

Porro *Corbavienſem ſedem*, a Modruſſienſi, in Eccleſia particulari Hungariæ, Sacræ item Coronæ Apoſtolicis Regibus, atque Regnorum Statibus, diſtinctam fuiſſe, præter memoratas ſuperius de Corbavienſi Epiſcopatu memorias, docent Diœtales concluſiones, ubi diſtincti Prælati, harum Eccleſiarum exprimuntur. Sic 1659. *Petro Mariani Segnienſis & Modruſſienſis: Mathæo Szenthtamaſii Corbavienſis.* Anno 1681. *Georgio Horvath electo Corbavienſi; fratre Hyacintho Dymitri Segnienſis & Modruſſienſis* 1687 *Comite Valentino Drugett de Homona electo Corbavienſi; ſede Epiſcopatus Segnienſis* - - ut ſupra - - *vacante.* Verum hæc ſi poſteriora eſſe contendas, vide Catalogum 26, *Epiſcoporum Corbavienſium, Martini, Szent-Ivany;* ubi reperies: ſub iisdem annis diſtinctos Epiſcopos Corbavienſes, a Segnienſibus & Modruſſienſibus. Sic 1462 *Nicolaum* Corbaviæ. 1499 quo vocabat Modruſſienſis, *Michael* autem fuit Segniæ Epiſcopus, ut Diploma Draganicenſium. In Corbavienſem Epiſcopum fuit conſecratus *Vitalis* Nicolich de Flumine, qui etiam 1504 hujus ſedis erat Epiſcopus, *Segniæ autem Jacobus*, & juxta memoratum diploma, Ferdinandus Frangepani Modruſſiæ. Anno 1520, quô *Simon* erat Modruſſiæ, Segniæ *Franciſcus*, Corbaviæ fuit *Nicolaus Keſeli.* Aliique a Szent-Ivanio iſthic deſcripti. An poſt *Stephanum Doichich* Canonicum Zagrabienſem, & Corbavienſem Epiſcopum, mortuum 1694 die 18 Julii Zagrabiæ, alter quiſpiam, etiam titulo fuerit Epiſcopus Corbavienſis? me latet.

Reflectere eruditum lectorem volui: me *Ottochachienſis Epiſcopi*, tam ſuperius, quam & pag. 310. meminiſſe. Confeſſus ibi ſum, ignotam mihi eſſe, *Ottocienſis Sedis* inſtitutionem, conjecturamque inſerui per *to fors.* Sed lectam in Paſconio ſubinde memoriam, communicare viſum eſt, pag. 90. hæc teſtatur: *Celebris quoque extat memoria prædicti Sigismundi de Frangepanibus, Civitatis Ottochenſis Domini, cui non ſatis erat militari dextera ſua pro patria pugnare, ſed inſuper coelum ipſum tributarium habere, ardenter deſideravit dum anno Domini 1461. indictione nona, Die vero 24. Menſis Februarii, tempore Pii Divina providentia Papæ ſecundi, Regnante Mathia Dei gratia Hungariæ Dalmatiæ &c. Rege, larga munificentia Epiſcopatum Ottochenſem erexit, inſtituit, fundavit: cujus fundationis exemplar in regeſtis Archivii conventus Terſactenſis habetur.* Utinam exemplar fundationis Terſacti extans; Diploma item ſuper jure Civitatis Ottochenſis, Zagrabiæ in archivo Capituli Chaſmenſis repoſitum, ederentur, certiora ex his haberemus, nec opus eſſet conjecturis. Combinatione relatorum pag. 310. ubi Spalatenſes, ad Titulum *Epiſcopi Ottocienſis* conſecratos retulimus; Mathiæ Regis Epiſtolâ relata pag. 296. Item eorum quæ a pag. 216. ſcripſimus, nec non art. 32. an 1468; uti *Ottochenſis Epiſcopatus* deducitur fuiſſe inventum coarctandorum jurium Sacræ Coronæ, atque ad hæc quæſitum medium; ita Mathiæ Reis curas, medii hujus deſtructio, commendat. Porro *Joannem Frangepanum*, quem a Venetis allectum, Venetias fugiſſe, ſcriptores cœteri fatentur, *Paſconius* vult in bello occubuiſſe; dum eo laudato, quod monaſteriis faverit, concludit: *Tandem pro domo*

Auſtriaca (dixiſſet melius pro Venetis, ut pag. 216.) *in bello Hungarico contra Turcas anno 1480. glorioſe occubuit.* At cum Paſconius, hiſtoriam pro ſcopo ſcribendam non acceperit; verum encomia Frangepana, vellitque S. Franciſcum, inſtituti a ſe profeſſi, auctorem, ex familia fuiſſe Frangepana; dum is anno 1744. opus vulgavit, *impræſſum reviſumque Venetiis* ut firmandæ Venetorum prætenſioni ſerviat, mererique valeat, ſine quovis teſte, contra ſcriptores reliquos, ejusque temporis; ſcribere non exhorruit 1480. *pro domo Auſtriaca Joannem occubuiſſe*, (ne videlicet Reges Hung. Auſtriaci, accuſare Joannem valeant, Vegliæque amiſſæ ſcire auctorem; adeoque Venetis ſtuduit, haud Domui Auſtriacæ, eſto hujus ſubditus) dum nihilominus certum eſſet, anno 1480. Auſtriacos, Hungariæ Reges non fuiſſe, verum Mathiam I. Sed revertamur.

Itaque hodiernus Segnienſis Epiſcopatus, ex Segnienſi, Corbavienſi, Modruſſienſi coadunatus eſt. Quin conſiderata diſpoſitione Synodi memoratæ anni 1185. ſi *Briber* hodiernum, idem eſt cum illo, quod tum Scardonenſi Epiſcopo fuerat attributum, de veteri Scardonenſi ſede, *Bribir* & *Belgrad* quod ad Czirgueniczam eſt, eſſent. *Licæ* medietas in ſata Synodo, Segnienſi attribuitur, medietas vero *Nonenſi*. Quare ſi quid Parochiarum *Nonenſis* olim Epiſcopi, hodie eſt in Segnienſi, ejus quoque partem poſſidet. Olim Epiſcopatus ab extenſione Diœceſis, & amplis redditibus non metiebantur, at conſulebatur paſtoribus animabusque, hinc miretur nemo, tot ſedes iſtic olim collocatas fuiſſe. Coeterum totus ut hodie accipitur, ſive ut complectens etiam, veteres dictos Epiſcopatus, conſtat Parochialibus Eccleſiis, uti nobis dictum eſt, circiter 50. Cauſa vero defectus plurium Parochialium, ſunt Orientales Græci ritus non unitorum, ſive a Romana Eccleſia diſſidentium, qui per Likam & Corbaviam, partes item cœteras, potiſſimum jurisdictionis militaris, ſunt diffuſi.

VI. Quamvis porro *Canonice unitæ*, memoratæ ſuperius Eccleſiæ ſcribantur; Epiſcopus Segnienſis nunc etiam diſtinctos ſervat Vicarios ſatarum Diœceſium, Clerusque ſuus atque populus, ſemet diſtinguit in Oves Modruſſienſis ac Segnienſis Diœceſis. Pro Corbavia diſputant, dum hanc, Segnienſes Modruſſienſesque prætenderent, quæſtione in dubio prudentiſſime, tam ab Epiſcopis, quam & Regibus noſtris Apoſtolicis jacere permiſſa. Multa numerantur in hac Diœceſi Capitula, Videlicet.

Segnienſe. Hoc Capitulum Cathedrale eſt. Licet vero pertineat ad Sacram Regni Coronam, & Apoſtolicis Regibus noſtris ſubſit, Titulos in ſuis etiam dignitatibus obſervat Italicarum, haud vero Eccleſiarum Hungariæ; tametſi nunc, Segnienſis Eccleſia, Suffraganea foret Colocenſis Archiepiſcopi. Hinc dum in Hungaria Capitulorum dignitates ſunt, *Præpoſitus*, *lector*, *Cantor*, *Cuſtos*, Segnienſe Capitulum primum ponit *Archidiaconum*, tum *Præpoſitum*, dein *Archi-Presbyterum*, demum *Primicerium*. Capitulum manet Segniæ, conſtat 12. Canonicis. Habet Cathedrale templum. Et quia Diœceſis, per Archidiaconatus diviſa non eſſet, Choro horisque Canonicis in Cathedrali abſolvendis intenti ſunt. Art. 57. anno 1647 datur Segnienſi Capitulo in ſuo Proceſſu procedendi facultas, confirmata per 56. anni 1741. Verum cum in Oris illis, diverſæ ſint jurisdictiones, & plerumque per *decreta* vivere regularique aſveti; Neque leges Coronæ ibi vigerent: ut teſtantibus eorum titulis, *Nobilitatem* diſtinguant, ſeſeque *Sacri Rom. Imperii Equites*, *Nobiles Hungariæ*, *Dalmatiæ*, *Croatiæ* inſcribant, dum nihilominus Ludovicus I. conſtituiſſet, omnes Sacræ Coronæ Nobiles una eademque libertate, ac privilegiis gaudere. Hinc atque ex aliis, ordinationes illæ Diætales, effectu carent. Pro ſervandis Sacræ Coronæ juribus, nocere haud poſſet, ſi Epiſcopus Segnienſis, ſuique e duobus adminus Capitulis, Canonici; tam in Diætis Regni, quam & in Congregationibus Sclavoniæ, adeſſe obligarentur.

Bakarenſe, alias Buccarenſe Capitulum, collegiatum melius cenſeri debet. Sunt in eo Canonici decem. Modernus Illmus & Rmus D. Epiſcopus, ſuam in loco hoc poſuit reſidentiam, intenditque nobili extruendo templo Capitulari. Deſtructa ruinataque Modruſſa, ubi olim 40. Canonici fuiſſe dicuntur, dum ultro citroque fugiſſent Canonici, narratur Modruſſienſium Canonicorum partem in Bakar ſe recepiſſe, hacve ratione, Buccarenſe natum haberi Capitulum; partem vero, ad loca alia, nempe ad *Grobnik*, *Novi*, *Griſane*, *Hrelin*, *Drevenik*, ubi remanendo, partes evaſerunt Capituli Modruſſienſis.

Grobnicenſe Capitulum una cum Parocho & Vicario Generali, ſex habet Canonicos, *Novienſe* totidem: prouti etiam in *Griſane*. Porro *in Hrelin*, cum Parocho tres tantum ſunt Canonici; æque tres in *Drevenik*. Sunt qui credant: poſtrema hæc duo Capitula, eſſe Parochias, quarum veteres Capellani, aut beneficiati alii, ſucceſſive Canonicorum appellationem ſunt ſortiti, quod mihi ignotum eſt.

Bri-

Digitized by Google

Bribirienſe Capitulum conſtat Canonicis Septem; *Belgradienſe* autem tribus. Hæc Capitula ſecundum recenſita ſuperius, reliquiæ eſſent veteris Scardonenſis Diæceſis. *Capitula hæc, in Diœceſi Segnienſi Novem*, an ſua habeant? ſerventque Sigilla authentica? dicere neſcio. Iſtud certum eſt: in Decretis corpori juris inſertis, nullam horum Capitulorum, *dempto Segnienſi*, reperiri memoriam. Quod inde eveniſſe arbitror, quia *Croatæ* ſe ut corpus diſtinctum à Republica Sacræ Coronæ conſiderantes, non ſolum non ſtuduerunt, ut *Statibus atque Ordinibus Reipublicæ Sacræ Coronæ* adunarentur; ſed nec ad publica Regni Comitia, ſive per ſe, ſive per ablegatos, eos aliquando comparuiſſe, vel arguendi fundamentum invenitur, in diplomatibus, Regumque decretis publicis. Comites Frangepani, Zriny, Blagai &c. Item Croatiæ Dalmatiæque Bani, Epiſcopi quoque aliquando, ad Diætas comparuiſſe inveniuntur; neutiquam vero ſive Croatiæ Nobiles, ſive horum Comitatus; aut *Regni Croatiæ Comitatumque nomine*, eorum ablegati. Hoc unde profluxerit? & an tam Croatis profuerit? quam & conſervandis Sacræ Coronæ juribus? lectores dijudicent.

VII. Abbatiæ in Diœceſi Segnienſi, olim floruerunt: *S. Georgii* prope Segniam. Vide ſupra pag. 237. Erat intra ſegniam & Carlobagum, nunc pertinet ad Generalatum Caroloſtadienſem. *SS. Crucis de valle Segnienſi.* Hæc anno 1749. de Clementia Regia, mihi collata fuerat, eſtque quorundam proventuum. At comperto eo, quod Collationis foret Civitatis Segnienſis, illaque proviſus foret illius Capituli Primicerius, Rmus *Wolffgangus Homolich*, alterius Tituli collatam accepi. *S. Nicolai de Gaczka*, ad hanc quoque pertinuit Diœceſim.

VIII. Franciſcanorum conventus, ut ajunt Reformatorum, ad Provinciam eorum SS^mæ^ Crucis Croatiæ & Carnioliæ vocatam, duo tantum in hac ſunt Diœceſi, videlicet *Terſactenſis*, ac *Segnienſis*. Iſte Conventus erat olim extra Segniam. Anno 1558. dum Generalis confiniorum Croatiæ, & Segnienſis Capitaneus *Lenkovich*, præſidium erigeret, quævis templa & monaſteria, extra Civitatem ſita, metu Turcarum diruit. Anno ſequente 1559. in Civitate extructum eſt, templum SS. Spiritus, & Conventus pro Franciſcanis. Hæc Ritter, qui ruinatum illum, extra muros ſegniæ conventum, affirmat fuiſſe Veterem, ac antiquitate collabentem. Annum tamen, quo, ad antiquum illum conventum venere Franciſcani, & per quem ſunt introducti, non exprimit. Hinc *actualis conventus*, notat initia, & circumſtantias temporum.

Terſactenſis Conventus initia, collocanda mihi videntur ad annum 1551. quamvis *Fr. Clarus Paſconi* in opere ſuo Venetiis an. 1744. edito, ad annum 1568. pag. 21. initia ejus figat. Motivum meum ſunt Frangepanianæ litteræ, quas integras cum Paſconi non exhibeat, eas ex authentica copia ob tantarum rerum cognitionem, doctis eruditisque deſcribimus.

„ Nos Martinus de Frangepanibus, Divina miſeratione (a) Segniæ, Vegliæ, Mo-
„ druſſiæque Comes. Univerſis, ad quorum manus pervenerint, Chriſti fidelibus, præſen-
„ tes litteras inſpecturis, præſentium & futurorum notitiam, ad perpetuam rei memoriam,
„ ſignificamus quibus expedit omnibus. Quod nos, divina gratia exiſtentes in bona ſani-
„ tate mentis noſtræ, una cum conſorte noſtra Chariſſima Domina Urſia (b) Comitiſſa,
„ conſiderantesque quod ſobole ex utero noſtro caremus, quem poſſeſſionibus noſtris relin-
„ queremus hæredem, elegimus pleno affectu, animo deliberato, ac tota voluntate, ha-
„ bere ſub Deo Patre, & Chriſto ejus filio, BeatamGlorioſam Virginem Mariam, pro
„ noſtra, hæredumque noſtrorum Domina & Patrona. Ipſamque ſpecialiter elegiſſe, eidem-
„ que tota devotione adſtringi. Sed quia affectus gloriam reſpicit, ad laudem omnipoten-
„ tis Dei, & Beatæ Virginis Mariæ honorem, & Chriſtiani populi utilitatem, *decrevimus*
„ *ædificare a fundamento ædificium & Eccleſiam* (c) in honorem intemeratæ & Glorioſiſſimæ

bbbbbb 2 „ Dei

(a) Divina miſeratione. firmat quæ a pag. 274 deduximus, Croatiam nempe diviſam fuiſſe, & Comites, Frangepanos, ad Comites Cilleæ propendiſſe, ut hinc, uti pag. 286, Martinus Frangepanes Mathiæ Regi tardius ſemet ſubjeciſſe deducatur. Accedit relatum pag. 22 a Paſconi inſtrumentum (ſi tamen pro legitimo haberi poteſt) „ ubi Martino Comite Vegliæ - - - & ſupremus Comes totius „ terræ Verbaſienſis, Dominus in Kozar Boſnenſi. „

(b) Erat Martino conjux Dorothea Blagay, ut docet contractus Hiſt. Eccl. Zagr. pag. 180. memoratus, Quare cum Blagay Comites, fuerint de genere Urſini, per to Urſia, genus fœminæ exprimitnr.

(c) Veteris Eccleſiæ B. V. M. nulla hic mentio. Quare Martinus Frangepanes de novo poſuit templum, nulla mentione translationis domus Nazaretanæ Lauretum. Ad Regulas Hiſtoricæ probabilitatis, translationis hiſtoriam reducere perarduum eſt. Sed cum translationis narratio, pro ſcopo haberet pietatem, haud vero hiſtoriæ veritatis demonſtrationem, ſecundum monita Benedicti XIV, pie credi poteſt, permittique debet, ne cultus Deo ſubtrahatur. Si equidem opinio, in rebus cœteris,

Digitized by Google

„ Dei Genitricis Virginis Mariæ (ob ſpem & devotionem . quam eidem gerimus) in diſ-
„ trictu de Vinodol, prope Caſtrum noſtrum vocatum *Terſath*, in qua quidem Eccleſia
„ per nos conſtructa, ut jam dictum eſt, in honorem Divæ Virginis Mariæ, ad canen-
„ dum Laudes & pſalmos omnipotenti Deo, in remiſſionem peccatorum noſtrorum, &
„ pro ſalute animarum Noſtrorum Prædeceſſorum, ſtatuimus imo deliberando decernimus:
„ viros Deo devotos fratres minores, Ordinis S. Franciſci de obſervantia Vicariæ Boſnæ
„ (d) cui ordini ſpecialiter gerimus devotionem, eisdemque dictam Eccleſiam commen-
„ dare regendam, more aliorum monaſteriorum dicti ordinis, & nunc, & perpetuis tem-
„ poribus. Ut igitur ipſi fratres, in ipſo monaſterio degentes, temporalibus ſubſidiis ſuffi-
„ cienter adjuti, liberius Deo ſerviant, & ipſius miſericordiam pro ſalute animarum no-
„ ſtrarum, aſſiduis ipſorum orationibus valeant impetrare, illis, pro animæ noſtræ reme-
„ dio, & omnium Prædeceſſorum noſtrorum; poſſeſſiones noſtras ſub præfato noſtro Ca-
„ ſtro *Terſact* (e) concedimus, ponendo metas, videlicet: lapis triangulus in littore ma-
„ ris: & deinde aſcendens verſus partem orientalem ad primam ſemitam vulgariter voca-
„ tam *Precrixich Podgerz;* deinde aſcendens per viam publicam, ad ſecundam ſemitam,
„ vulgariter vocatam *Precrixich*: deinde vergit ad manum ſiniſtram per viam publicam,
„ confinium ex boreali parte ad tertiam Semitam in planitiis, ſemper quidem aſcendens
„ per viam publicam; per quam currubus ad Caſtrum noſtrum Terſath aſcenditur, ad ar-
„ borem vulgariter vocatam *Copriva*: deinde per viam publicam, ad angulum Capellæ
„ noſtræ S. Georgii, penes Caſtrum ex parte orientali: deinde directe deſcendens per mon-
„ tem incultum ad Flumen, quod quidem dividit *Recham* (f) cum Caſtro noſtro, per
„ medium fluminis, longitudinis 33. paſſuum, per medium laci maris verſus partem oc-
„ cidentalem: Et deinde venit per lacum marinum ad meridiem, & terminatur in pri-
„ ma meta ſupradicta cum terra, & latitudine canarum ſeu ſtangarum Croatarum men-
„ ſuræ: ſimul cum earum pertinentiis terriſque, videlicet arabilibus, cultis & incultis,
„ agris, pratis, paſcuis, fœnilibusque; ſylvis, nemoribus, vineis, aquis, aquarumque de-
„ curſibus, molendinis, molendinorum proventibus, & emolumentis qualitercumque vo-
„ catis, ſub earum, vel eorum veris metis; ad eosdem vel easdem ſpectantibus, vel per-
„ tinentibus debere, ſeu ſpectare & pertinere: Præfato monaſterio Divæ Virginis Mariæ
„ fundato prope dictum Caſtrum Terſath, & fratribus in eo, familialiter Deo ſervienti-
„ bus in perpetuam eleemoſinam dedimus, donavimus, adjudicavimus, & contulimus.
„ Ac dedimus inſuper dicto monaſterio Vadum noſtrum, unum molendinum, & unam
„ ſtuppam in fluvio Recha, (g) nec non fœnilia in valle dicta *Draga*, cum veris metis
„ & terminis ejusdem, ſine aliqua diminutione, quæ ad nos ſpectabant. Ex quibus om-
„ nibus ſupranominatis poſſeſſionibus, elegimus eſſe dotem dictæ Eccleſiæ pro victu & uſi-
„ bus fratrum ibi commorantium, ut pro reparatione & utilitate Eccleſiæ prænotatæ con-
„ vertantur. Ante noſtrum autem ex hac luce deceſſum (h) aliis dotationibus, dictam Ec-
„ cleſiam dotabimus. Idcirco per præſentes legavimus, dedimus, & contulimus. (i). Con-
„ fidentes de Salvatoris promiſſione, qui omnibus ob ſui amorem relinquentibus, polli-
„ citus eſt reſtituere centena pro uno, & etiam vitam æternam daturum (k) ut etiam
„ nos cohæredes facere dignetur: propterea ipſum Salvatorem Dominum Noſtrum Jeſum
„ Chriſtum, & ſuam benedictam matrem Virginem Mariam, poſſeſſionum præfatarum,
„ tenore præſentium hæredes inſtituimus, creavimus, & fecimus jure perpetuo & irrevo-

„ ca-

teris: ut regendis hominibus, ſanandis ægrotis, juſtitiæ adminiſtratione, permitti tollerarique debet, cur non poſſit in rebus ad ſuſtentandam erga Deum pietatem? vel quæſtionibus ad hæc ducentibus permitti? haud videtur.

(d) Franciſcani tum aſſumpti, erant de obſervantia. Qualiter autem Vicaria Boſnæ exprimuntur? explicari a Patribus peto. Dubito hinc, an non Martinus Frangepanes, Stephano Regi Boſniæ, vide pag. 271, qui ſe Corbaviæ Regem ſcribebat, adhærere quæſiverit.

(e) Patres hi, olim tenere poterant jura poſſeſſionaria & poſſeſſiones, quod plura a nobis viſa, demonſtrant.

(f) Reka, Sclavonice vocatur, modernum flumen S. Viti, atque hic videtur indicare Flumen Civitatem.

(g) Fluvius intra Terſactum & Flumen, vocatur a Sclavis Croatiſqus Recha, Rechina: ab Italis Fiumera.

(h) Lapis ſepulchri, relatus a Paſconio pag. 23 obitum Martini ponit, Anno 1479 die 4 Octob. Fides Aquei Notarii anni 1472 ponendo quondam Martini, Mortuum indicat. Quare, licet conſideratione Epitaphii, & aliorum monumentorum combinatione, putem Martinum 1469 defeciſſe, adeoque errorem eſſe in lapide, attamen damnetur erroris a lectore, vel lapis, vel Notarius, ſtet in lubitu cujuſvis. (i) Præmiſſa P. Fr. Paſconi omiſit, incoans a confidentes.

(k) Paſconi habet: „quia his, qui temporalia ob ſui amorem relinquunt - - & loco propterea, habet: Eum ipſum Salvatorem.„

Digitized by Google

„ cabiliter; imprecantes omnes (l) & eorum conſcientias onerantes, quod huic noſtræ vo„ luntati, donationique auſu temerario, non contradicant (m) nec quidquam vel mini„ mum uſurpando, Chriſtum Dominum noſtrum, & ejus Matrem exhæreditare præſu„ mant. Et ſi fecerint, tales temerarii, cogantur reſpondere coram tribunali D. N. Jeſu „ Chriſti in die judicii; noverintque juſto Dei judicio ipſos exhæreditandos de regno „ Cœlorum. Idcirco omnes tales, cujuſcunque ſtatus condicionis & præeminentiæ exi„ ſtant, qui hanç noſtram donationem & conceſſionem infringere ſtuduerint, vel operam „ dederint, maledictionem & indignationem Dei omnipotentis, Beatæ Virginis Mariæ, „ Beatorumque Apoſtolorum Petri & Pauli, ac totius Cœleſtis Curiæ; nec non excom„ municationem Summi Pontificis, eo facto incurrant: Prohibentes autem ut nulli fra„ trum noſtrorum aut nepotum, hæredumque eorum, hanc donationem liceat violare fran„ gereque in perpetuum; ſeu quomodolibet impedire, cum & ex eorum voluntate & con„ ſenſu proceſſerit. (n) Ut autem præfata Donatio noſtra, perpetuum robur & firmita„ tem obtineat, præſens inſtrumentum fecimus, mandavimusque ſub appenſione noſtri „ majoris Sigilli roborandum. Datum & actum in Caſtro noſtro Novi, die Septima Apri„ lis, Anno 1451. „ (o).

Ego Joannes Baptiſta Aqueus Tergeſtinus, Publs: Sacra Impli. Authe. Notar. ac judex ordinarius, Supraſcriptam, privilegii; conceſſionis & donationis copiam, ex authentico Sigillato, ſolito majori Sigillo intacto & illæſo, præfati quondam Excellmi Comitis Martini de Frangepanibus de verbo ad verbum prout jacebat, nil addens vel minuens fideliter extraxi, ad Inſtantiam & requiſitionem Rmi Pat. Frat. Franciſci Jaycenſis, Miniſtri Croatiæ & Boſnæ; ideo me in fidem ſubſcripſi, ſigno cum nominibus meis appoſitis conſvetis, in fidei teſtimonium, omnium præmiſſorum. S. S. S. (Signum Notarii ad latus).

Judices Ordinarii terræ Fluminis S. Viti &c. Univerſis & Singulis has præſentes noſtras inſpecturis, fidem facimus: ſupra ſcriptum D. Joannem Baptiſt. Aqueum eſſe Notarium legalem & authenticum, ejusque ſcripturis publicis plenam ab omnibus adhiberi fidem, & ubique adhiberi poſſe. In quorum fidem &c. Datum Flumine S. Viti, Die 21. Martii 1472. (Locus Sigilli terræ Fluminis) Bartholomæus Manlius Cancellar. de manduto M. p.

IX. Patres Paulini, Provinciæ, ab iis Iſtriacæ nuncupatæ, in moderna Diœceſi Segnienſi, habent monaſteria in *Czirkvenicze*, *Novi*, *Segniæ*, ac in *Capella*. Primum, ſive *Czirkvenicenſe* Monaſterium fundavit Nicolaus Comes de Frangepanis, datis litteris fundationalibus Modruſſiæ die 18 Auguſti anni 1412, quas nunc etiam extare pag. 90 ſcribit Paſconius. Qui Martini Frangepanis confirmationales datas in Novi, 28 Octobris, An. 1445, pag. 22 exhibet. *Novienſe* Monaſterium a Martino Frangepano 1453 fundatum, Annales Paulini P. Eggerer narrant. *Segnienſe* ab anno eſt 1634, quô, die 10 Martii, ab Epiſcopo Segnienſi Joanne Baptiſta Agatich, ad S. Nicolaum introducti ſunt. Dicitur, olim ibi fuiſſe Dominicanos, dein Auguſtinianos. Paulinos confirmavit ibi, ſuo conſenſu Ferdinandus

(l) Exhibet: onerantes „ qui huic noſtræ voluntati & teſtamento - - contraire - -

(m) „ aut de his quid minuere uſurpando, vel infringendo, vel Chriſtum Dominum noſtrum „ - - -

(n) Credo hanc ſuam piam mentem, a Martino inſinuatam agnatis; atque hos, verbô tum conſenſiſſe. Quia Paſconi Joannis de Frangepanes litteras conſenſus, de dato in Bachar 22 Menſis Februarii, anno 1474 exhibet; Stephani autem, Datum in noſtra civitate Modruſiæ die 22 Julii An. Dni 1475. ubi exprimit: ſi vel ipſe, vel hæredes ſui, dictam fundationem impedirent vel turbarent, in V. millibus auri, coram Rege Regibusque Hungariæ convinci debeant, medietasque cedat Regibus Hungariæ; medietas Monaſterio. Ut hinc demonſtretur Croatiam compoſitis cum Friderico rebus, Mathiæ Regi, & hujus ſucceſſoribus Hungariæ Regibus plene fuiſſe reſtitutam, firmenturque relata a pag. 286. Idem Paſconi donationem Martini, non ſolum a Romanis Pontificibus pag. 25 confirmatam recenſet, ſed inſuper a Maximiliano II. Ferdinando II. & III, ac denique a Leopoldo.

(o) Paſconi concludit: „ Idcirco omnes tales, cujuſcunque ſtatus, conditionis, aut præeminen„ tiæ exiſtant, qui hanc noſtram donationem vel conceſſionem infringere ſtuduerint, vel operam „ dederint, maledictionem & indignationem Dei omnipotentis, B. V. Mariæ, Beatorumque Apoſto„ lorum Petri & Pauli: & totius Cœleſtis Curiæ, nec non excommunicationem Summi Ponti„ ficis, quam per Bullas plumbeas procuravimus, ipſo facto incurrant. Quam largitionem teſta„ mentumque, noſtri majoris ſigilli roboravimus & firmavimus appenſione. Datum in Caſtro noſtro „ Terſact, die 15 Menſis Auguſti Anno Dni 1468. „ Si iterum, ac ante mortem Martinus alias non fecit in Terſact litteras, quæ eſſent vel teſtamentum, vel donatio cauſa mortis, in tanta variatione harum, & priorum litterarum, aliud dicere neſcio, quam autographum me non vidiſſe; ob fidem autem publicam, Notarii Aquei; Paſconi integras litteras non exhibente, me cenſere: firmiores eſſe ſupra deſcriptas; dum Paſconi tacet, an exhibiti textus, cum originali concordent. Cæterum Cronica Croatica notat ad annum 1553. Templum & Monaſterium Terſactenſe ædificari incoatum, per Comitem Martinum Frangepanum.

Hiſtor. Balthaſaris Kercſelich.

Digitized by Google

III an. 1640 die 5 Decembris, conſtabilivit Leopoldus die 10 Septembris 1660, Labaci, per manus Georgii Szelepcſeni Archiepiſ. Colocenſis, & per Regnum Hungar. Cancelarii. Patres hi docent Segniæ ſcholas humaniores, incluſive ad Rhetoricam. *Capellenſe* Monaſterium, ſi idem eſt, quod olim Modruſſienſe, fundatores recognoſceret Frangepanios; ſi porro diſtinctum eſt, de illius origine hactenus nil erui. Cœteri Conventus Provinciæ hujus Iſtriacæ, cum ſint in Iſtria, Item in ſtatu hodie Veneto, a me omittuntur.

X. Unicus *Capucinorum* eſt Conventus *Carlobachi.* Fundatus erectuſque eſt a Carolo VI. Habet hoſpitium in *Lika*, cauſa Apoſtolicarum Miſſionum, Conventus iſte Carlobachenſis. Reſidua ſi quæ ſunt, ſacræ jurisdictionis in Diœceſi moderna Segnienſi, me latent. Illud supereſt: in uſu eſſe tam characteres Sclavonicos, quos Cirilianos, vulgo *Chjurulicza* vocant, quam & Divina officia, adeoque Miſſalia & Miſſas, in Sclavo idiomate. Sunt qui his abrogandis ſtudent, quod ſimpliciores cenſeantur hi Sclavi presbyteri; at cauſa ritus veteris, & uſus Sacrorum Sclavicorum mihi viderentur ſervandi, lege ea, ut latinas quoque litteras non ignorent, ſintque in his inſtructi, quamvis ſacras divinaſque res, Sclavonico idiomate abſolverent. *Græci uniti*, Divina peragunt Græcè, latinè tamen loquuntur, firmanturque in Sacra unione, latinarum litterarum, librorumque peritia; haud video, eccur idem in ſacris Sclavonicis obſervari non poſſet? Sane pro rudiori populo, obſervavi ſalutarius, ſi res Sacras intelligat, poſſitque cum Sacerdote rebus divinis vacare. Demum pro interpraetandis veterum carthis, conſervandi cenſerentur.

Jurisdictio Græcorum diſſidentium cum Romana Eccleſia.

I. Meminimus ſupra a pag. 436. Raſcianorum his in Regionibus, qualiter? ac unde petenda initia. Et quia ſub Ferdinando I, e Boſnia fugere incoaſſent, harum Croatiæ partium Raſciani, *Vuskoki* hoc eſt transfugæ, dicti nominatique fuere; & cumprimis Sumbergenſes. Sclavi idiomatis ignari ſcriptores, non ſolum gentem nationemque *Uſcocorum*, ſed integram Provinciam, atque hanc diſtinctam, his in regionibus formavêre; errore ſane manifeſto, tantoque magis culpabili, quod nec *Uſcocorum* nationis, nec Provinciæ aut Regni, in vetuſtis ſcriptoribus repererint veſtigia memoriaſque. In legibus ipſis, *Predauciorum*, æque ex Sclavonico *Pridan*, aut *Predan*, ſive conjunctus vel adjunctus, efformatorum eſt mentio. Mirum gentem *Predauciam*, Regnumque vel Provinciam *Predauciorum*, conſtitutam non haberi. Raſcianorum horum cum non ſcribam hiſtoriam; *Sumbergenſibus exceptis*, *qui ſunt Græci ritus unitorum*; in Licæ, Corbaviæ, cœteriſque harum Croaticarum partium diſtrictibus, (demptis quibuſdam privatis) de Græco ritu, a Romana Eccleſia diſſidente, ſunt. Habent ſuos Sacerdotes, Parochias, binaque Monaſteria, & Epiſcopatus duos, videlicet *Coſtanicenſem*, in Banalibus Confiniis Coſtaniczæ reſidentem; tum *Plaſchenſem*, in *Plaſco* commorantem, qui ſe, *Epiſcopum partium Caroloſtadienſium & Segnienſium* inſcribit. De his docto eruditoque lectori, quod communicem, aliud non habeo, quam ſequentem Epiſtolam, ſcriptam ad *Georgium Branyugh*, *Zagrabienſem Eppum*, *qua Banalis officii locumtenentem*. Notitias quas exprimit, metiri digneris. Quare:

II. „ *Veſtra Excellentia*, *Gratioſiſſime Domine.* Pro mea obligatione requireretur: Ut „ Excell. Vræ obſequioſiſſimam reverentiam in Perſona facerem. Verum firmiter confi„ do, eandem Excellentiam Vram hanc hucuſque citra voluntatem intermiſſionem, eo citius „ excuſandi gratiam habituram, cum defacto ab infirmitate, me aliquomodo recolligerem; & „ donec donec magnæ exundationes aquarum decreverint, per quas impedior. Quare, & in ejuſ„ modi circumſtantiis dignetur Excellentia Vra veniam dare, ut illud, quod oretenus in„ ſinuandum haberem, hiſce ſcripto exhibere poſſim. Excellentiæ bene notum eſt: quod „ adhuc in anno 1713. Commiſſarius ſuæ Cæſareæ Mattis, quondam Caroli Sexti, in Na„ tionali congreſſu, in Monaſterio Syrmienſi Hopova habito, exiſtens, unanimiter deter„ minaſſet, ut in Deo quieſcens Epiſcopus *Coſtanicenſis Dionyſius*. in partibus Caroloſta„ dienſibus & Segnienſibus diſtrictum Lica & Corbavia ad ſuam Diœceſim aſſignatum ha„ beat, & in locum decrementi Licæ & Corbaviæ, a Caroloſtadienſi & Segnienſi Diœce„ ſi, vice verſa ex Diœceſi Coſtanicenſi altefati Dñi Eppi Dionyſii, ſequentes pagi a Croa„ tico Banatu dependeant, *Trebinia*, *Udbinia*, *Stenichniak*, *Slovakopolye*, *Kirin*, *Thopuſzka*, & „ *Perna*, ac uſque ad aquam trans-Glinanam, meo in Deo requieſcente Dño anteceſſore „ Caroloſtadienſi & Segnienſi incorporata, & in poſſeſſionem data ſint, & conſequenter ille „ meus anteceſſor hos præſpecificatos pagos uſufructualiter cum jurisdictione Epiſcopali in „ omni pace poſſederit, conſequenter etiam altefati Domini *Epiſcopi Dionyſii* ſucceſſores; „ velut *Nicanor Domitrovich*, *Stephanus Liubobratich*, & modernus *Alexius Jandreovich* Epi

Digitized by Google

„ pi Coſtanicenſes Licam & Corbaviam cum juriſdictione Epiſcopali uſufructualiter poſſederunt

„ Nunc autem, & quidem ſua Regia Majeſtas, Clementiſſima Noſtra Domina, Domina: in *Caroloſtadienſi & Segnienſi Diœceſi* omne, & quidcunque, quod mei anteceſſores habuerunt, cum juriſdictione Eppali tradidit, idque Excellentia Vra gratioſè & uberius ex annexa vidimata copia perſpicere dignetur. Vigore cujus Regiæ reſolutionis, cum prænominatos viſitare voluiſſem, D. Colonellus Glinenſis *Pogledich*, prouti & D. Proviſor Mathias Boſinſzki, ſicut, ex annexis ejuſdem litteris patet, mihi reſtiterunt, quod me retrahere coactus fuerim.

„ Proinde vigore Regiæ confirmationis, & rectè ideo; ac ob præmiſſas circumſtantias Excell. Vram obſequioſiſſimè rogare volui: quatenus me hoc in paſſu gratioſè manutenere, & indilatè ad illos duos ſibi ſubjectos Dños Officiales, & reliquos; competentes catenus ordines, ut mihi Græci Ritus, in Epiſcopali mea juriſdictione, & juxta Nationis & Religionis meæ uſum; non ſolum dilectam pacem, faveant, verum etiam omnem aſiſtentiam præbeant, expediri: illoſque, exhibitoribus conſignari facere dignetur.

„ Quam gratioſam reſolutionem, eò ſecurius ſpero, cum audeam mihi blandiendi, quod Excell. Vra meus gratioſiſſimus Dñus fuerit, & præſertim Viennæ gratiam habuerim, apud meum defunctum in Deo Archiepiſcopum & Metropolitam Moyſes Petrovich exiſtens, in perſona ſerviendi. Et pro his exhibitis magnis gratiis, quamprimum ex mea infirmitate aliquantum me recollegero, & magnæ aquæ decreſcent, non deficiam tam obſequioſas gratias agere, quam & in perſona obſequioſiſſimam meam devotionem conteſtari Qui cœterum penes obſequioſiſſimam commendationem in omni veneratione conſtanter maneo. *Excellentiæ Vræ obſequioſiſſimus ſervus Paulus Nenadovich Græci Ritus Eppus partium Caroloſtadienſium & Segnienſium* M. prop. Plaskaini 18 Maji, 1745.

Unum hoc documentum obtinui, juriſdictionis Epiſcoporum Græci Ritus non unitorum. Scripſi ego bis, ad defunctum Carlovicenſem Metropolitam Nenadovich, ſi vel nomina, Catalogumque Epiſcoporum ſibi ſubjectorum exmittere dignaretur. Verum quid inobfirmato ſilentio, negatoque reſponſo collocaverit? me latet. Immortalis memoriæ Epiſcopus Braniugh, dignam gravemque repræſentationem, facere non omiſit, reflectendo ad quævis, in præmiſſa epiſtola denotata, uti I. quod non ſolum Epiſcopatus in ſuis congreſſibus conſtituerent, limites his ponerent, loca aſſignarent, ſed inſuper uſurpatione Titulorum & ſedium, Romano Catholicorum Epiſcoporum, ad horum ruinam tendere viderentur. II. *Segniæ eſſe*, & quidem ex collatione Apoſtolicorum Regum, Segnienſium Epiſcopum; *Caroloſtadii* nec a Carolo Archiduce, nec Rudolpho Rege, hujuſque ſucceſſoribus, fundatum fuiſſe Schiſmaticum Epiſcopum, nullæ carthæ, nullaque memoria hominum teſtarentur. Sed nec eſſe Græcam Caroloſtadii Eccleſiam. Qua ergo ratione ſemet vel ſubſcriberet Epiſcopus, *Partium Caroloſtadienſium & Segnienſium Epiſcopum*? examinandum orabat. Atque iſtud tam qua Catholicus Epiſcopus, cui ſacra diſciplina Eccleſiæ commiſſa eſſet, ſuique Catholici Epiſcopatus cura; quam &, qua fidelis Regiæ Apoſtolicæ Mattis ſubditus; non ſolum ad impedienda juribus Sacræ Coronæ præjudicia, ne aliquando Imperii alterius, ex juriſdictione & Titulis ſedium earundem Græci Romanique ritus, emergat quæſtio, prætendaturque Catholicos Epiſcopos, Segnienſem & Zagrabienſem obrepſiſſe, dum Græcus non unitus, eorundem eſſet Titulorum. Supplicabat revideri acta, ſub Rege Leopoldo, *Gabrielis Miakich*, qui Sclavonica Confinia, orientalis eſſe Imperii, prætendebat; ſed inſuper ob fundatum ab Apoſtolicis Hungariæ Regibus Epiſcopatum Svidnicenſem, Græci Ritus unitorum, cui, Lica Corbaviaque, reſolutionibus Regiis, & collatione, forent attributa. Quare cum credat, antecedere, firmitatiſque majoris Apoſtolicorum Regum collationes & decreta, quam ſunt ordinationes congreſſuum in Hopova, eo minus ſe petitis Epiſcopi Nenadovich deferre poſſe, quod ſciat prætextibus his, & uſurpatione tituli: *Partium Caroloſtadienſium & Segnienſium*, quæri unice, ut Græci ritus unitorum Epiſcopi, juriſdictio extinguatur, totque in Sumberg unitæ Deo animæ, a ſacra unione deficiant. Addidit his, collectas quæ exiguntur occaſione viſitationis; ac demum, Epiſcopum prætendentem in uſu viſitationis petitorum locorum, fuiſſe nuſpiam. Hinc malle ſe, ſuo Epiſcopatu abdicare, quin plane mori, quam tot vulnera fidei Catholicæ, ſacræ diſciplinæ, Apoſtolicis Regibus, Horumque Sacræ Coronæ, ac legibus, *à ſe Epiſcopo & Locumtenente Banalis officii* admittere. Vivente Braniughio ad Thopuſzko admiſſum non fuiſſe Epiſcopum Græcum, res nota eſt omnibus. An porro poſt annum 1751 ſubintraverit? non indagavi.

Cœterum Epiſcopus *Græcus Coſtanicenſis*, habet Coſtaniczæ elegantem Eccleſiam, ſuumque Clerum. Monaſterium quoque in Comogovina. Alter vero, qui in *Plaſco* habitat, monaſterium habet in *Gomerje*, ſub juriſdictione Generalatus Carolſtadienſis.

 Juris-

Digitized by Google

Juriſdictio militaris Generalatus Carolſtadienſis.

Carolſtadii initia, cauſa item erecti iſthic præſidii, patent a fol. 392. Ad hoc præſidium, cum ſupremi Confiniorum Croaticorum Præfecti, ſemet tranſtuliſſent, *Carolſtadium* confiniorum horum metropolis caputque effectum, confiniis Croaticis, dedit nomen *Generalatus Carolſtadienſis*. Interim eſſe Carolſtadio, antiquiora confinia, ex ſupra relatis clarum eſt. Ludovicus I caput confiniorum Croatiæ, *Segniam* conſtituerat, fueratque celebris dignitas, *Capitaneatus Segnienſis*. Iſte pro Regum arbitrio, jam conjunctus fuerat Banali dignitati, jam a poteſtate Banorum ſeparatus. Recole ſi lubet, relata ſuperioribus Periodis, ſpeciatim a pag. 307 *Croaticarum rerum &c.*

Confiniorum horum, ante tempora *regulationis per Sereniſſ. Saxoniæ Principem Hildpurghshauſen*, ea fuit gubernationis ratio, uti ſuperius retulimus. Immo complures officialium caſtigati fuêre. Legio illa, ſub Ferdinando I incoata, ſtipendia merentium atque equeſtris; in poſteriore regulatione ſublata, rectius *reformata* habetur. At quibuſvis anterioribus omiſſis, ac alibi ſi Deo placet refferendis.

Hodie Confiniorum horum Croaticorum, *Caroloſtadium* Civitas militaris (neque enim intra liberas Regiaſque Civitates numeraretur, aut Diætaliter haberetur recognita, vel in cauſarum deductionibus Thavernico, aut Perſonali Præſentiæ ſubjecta)ubi reſidentia eſt Generalis, & ſupremæ adminiſtrationis, horum confiniorum. Sunt Caroloſtadii, *PP. Franciſcani*, & ab anno 1764 *Pariſtæ*. Generalatus, quatuor conſtat legionibus, videlicet *Ogulinenſi*, *Szlunjenſi*, *Licana*, & in *Ottochacz*, ſeu Corbavienſi. Quævis legio habet 4000 militum, militiæ adſcriptorum. Suum Colonellum ſive Tribunum, Vicecolonellum, cœteroſque Officiales, ſecundum leges militiæ ac uſum. In Centurias ſive Capitaneatus quævis legio eſt partita, ſingulusque Centurio, cum ſibi ſubalternis, in ſuo reſidet diſtrictu. Ea quæ militaria ſunt, a ſuo recipit Colonello, quæ vero gubernationis populi, a ſupremo adminiſtrationis Generalatus Officio. In Præmiſſis legionibus continetur, Equeſtris Ordinis legio, quæ ſubeſt proprio Colonello, cœteriſque Officialibus equeſtris Ordinis, eſtque in vicem Ferdinandeæ illius legionis, olim ex Nobilibus Regni conſtantis.

Ogulinenſis legio a caſtro, ac arce, Colonelli aliorumque ſtabalium reſidentiæ vocatur. *Szlunjenſis* ab arce diruta *Szluin*, a qua unus Frangepaniorum ramus erat denominatus. Viſuntur ſuntque hodie in his legionibus complures arces & Caſtella antiqua, nunc vel deſerta, vel ruinata. Loca plurima, quorum nomina cum obtinere nequiverim, omittere eſt neceſſum. Sunt in præfatis legionibus, *Modruſſia*, *Tovun*, *Oſtarie*, Klek mons, item *Capella*, ubi Paulini. *Plaſco* locus reſidentiæ memorati Græci ritus Epiſcopi. *Gomerje*, ubi recentius fornax vitraria, & quorundam Bohemorum colonia eſt introducta. Pertinet quoque diſtrictus Sclavonicus *Sumberg*. Legionis *Szlunienſis* Reſidentia Stabalium, *Barilovich* eſt. Diſtinctiones, ſive limites, qui ſunt inter has legiones, aut earundem; obtinere nequeuntes, aliis deſcribendas commendamus, etiam ob acceſſionem exolutorum quorundam anno 1768 Comitatus antea Zagrabienſis locorum, uti *Udbina*, *Bellay*, *Zaſztenje*, *Mreſnicza*, *Svarcha*, *Mekusje* &c. quæ perſoluta privatis loca, uti alicui præmiſſarum Legionum applicabuntur; ita perfacile terminos anteriores legionum mutabunt. Erant olim, in hoc quoque Generalatu loca quædam *cidinæ Generalis* vocata. Inter hæc, ætate hac atque recentiſſimæ memoriæ, fuêre *Dubovacz*, *Zvethay*, & *Svarcha*. Hæc ſucceſſive Comiſſioni *invalidorum militum* erant applicata, conſtituebantque diſtinctam jurisdictionem. Noviſſime adminiſtrationi Generalatus reſignata habentur, ſed an incorporata quoque ſint militari ſtatui; ſeu Generalatui? aut ſub obligatione pactati cenſus credita? ut quidam narrarent, cum me lateat, refferre nequeo.

Legiones reſiduæ, Licæ Corbaviæque ſunt diſtrictuum. Hæ ob majorem Caroloſtadiô diſtantiam, ſuam habent in *Goſzpich* diſtrictu Licano, adminiſtrationem; dependentem attamen a ſupremo, Caroloſtadienſis adminiſtrationis officio. Hinc in *Goſzpich* eſt Generalis, cœterique Legionis Licanæ *Stabales*. *Otochacz* olim civitas, alterius eſt Legionis ſedes. In his quoque legionibus, ſuperſunt veſtigia & rudera, tot veterum Caſtellorum & arcium, quorum nomina deſideramus. Conterminant hæ Legiones, cum territorio Turcarum, Veneto item ex parte, & Mari Adriatico. Spectant ad has, intra *Segniam & Novi* locatæ poſſeſſiones, *Kermpothe*, ac *Ledenicze*, Item intra *Segniam & Carlobacum* Abbatia olim, nunc *S. Georgius*, item *Jablanacz*. Lica præcipue montoſa eſt, ſteriliſque. Corbavia agris paſcuiſque feratior perhibetur. Accipiunt vitæ ſubſidia, Regum pietate ac providentia, amictumque militarem, gratis obtinent. His Legionibus recentiſſimè detracta ſunt, *Verbovſzko*, *Raunagora*, *Merkopolye* &c. & Coloniæ ut ajunt *Commertiales* poſitæ, pactis ut dicere-

ceretur iis, quod juriſdictioni militari ſubjecti eſſe, cenſerique debeant. Sunt in Lica Corbaviaque, tam Romano Catholici, ad Epiſcopatum Segnienſem pertinentes, habentque ſuum Archidiaconum; quam & *Græci ritus Orientalium* Coſtanicenſis Epiſcopi (uti ſuperior doceret Epiſtola) a Coſtanicenſi Epiſcopo remotiſſimi.

Leopoldus Imp. & Hungariæ Rex, Anno 1683. Licanum conſtituerat Comitatum, denominando ſupremum Comitem, *Petrum Ricciardi* Diplomate ſuo Zagr. 8. Februar. promulgato. Hic Comitatus hujus Vice-Comitem conſtituerat Paulum Ritter, qui in Congregatione Regni Sclavoniæ, Zagrabiæ 22. Decembris 1691. (ut acta & Protocollum teſtantur) ſeſe præſentavit. Utrum autem honoris tantum Titulique hæc fuerint? vel, poſitivæ Regiæ voluntatis? reſtituendi videlicet, in oris illis Comitatus, effectu non ſecuto, ex ignotis mihi motivis, ego non definiam. Extractus Protocolli Regni Sclavoniæ anni 1693, Congregationis V. die 22. Junii Zagrabiæ habitæ, habet: *Comes Adolphus à Zinzendorff, qua Comes perpetuus Likæ & Corbaviæ, & qua indigena Regni, depoſuit juramentum; & attactas Provincias, Regno univit; Ejusque juribus ſubjecit.*

Jurisdictio Militaris Confiniorum Banalium.

I. Regno huic Sclavoniæ, ſua ab olim fuiſſe Caſtra, atque ad hæc populum certum, tuendæ patriæ, præſtandique Regibus Apoſtolicis Servitii deſtinatum obligatumque; Superioribus Periodis eſt demonſtratum. Sub Ferdinando I. qualiter ratione Confiniorum Sclavoniæ actum ſit? a pag. 360. incluſive ad 366. docuimus deduximusque. Quamvis vero *Capronсza*, illaque Regni Sclavoniæ confinia, Ferdinando ceſſa traditaque fuiſſe demonſtratum ſit; nihilominus poſtquam Turcæ ad Colapim uſque poſſeſſorium ſuum extendiſſent, Statibus Sclavoniæ Regni, *Cis Colapim* ſua fuiſſe præſidia, confiniaque, non ſolum Reſcripta tot Regum, Acta Sclavoniæ publica; ſed Diætales quoque Articuli evincunt demonſtrantque, ut hos nec exſcribere in re aperta opus ſit. Sane *Breſzt*, *Letovanich*, *Berkiſſevina*, *Pokupſzko* &c. pro Confiniis Præſidiisque Bani, Statuumque Regni Sclavoniæ, leges municipales fatentur, acta publica exprimunt, Hiſtorici confitentur.

II. Confinia hæc, poſt Colapis in Savum defluxum, transSavum hodie collocata, & à *Siſcio* trans Colapim, olim in Regno, terminisque Sclavoniæ extitiſſe, relata Superioribus Periodis demonſtrant; Croatia enim ad *Cettinæ* fluvium olim extendebatur, & quod a Cettina eſt, Sclavoniæ erat. Subſecutis Sæculis, ob caſus eventusque varios, varii quoque Provinciis, conſtituti datique per earundem Reges, fuère limites, multiplicesque juriſdictiones. Demum quia a Ludovico II. (uti ſupra retulimus) ad Colapim uſque, ceſſa quævis reſignataque ſub nomine Regni Croatiæ extitiſſent; Partes *trans Colapianæ* Croatiæ nomine cenſeri, haberique inceperunt, acceptæque ſunt in Regum diplomatibus, Actis publicis, quin Regum quoque Decretis: ideo ego quoque in hac IV. Periodo conſtitutus, ob fidem adeo publicam *a Croatia* eas, eximere; non poteram. Quin rite intelligendis explicandisque, monumentis, Reſcriptis, legum articulis, ſcriptoribus, acceptationes quorumvis temporum refferendas, ſequendasque habui.

III. Poſt remotos *Koſtanicza*, cœterisque tranſcolapianis territoriis anno 1688. Turcas, de obtinendis, a Leopoldo Rege recuperatis illis locis ſtudium conatusque apparuêre diverſorum. *Fiſcus ſive Camera*, manum apposuerat, per conſcriptiones, eorumque locorum, ut vocamus varios *arendatitios contractus*, ſive Cenſuum pactatorum, annuales ſolutiones. Verum tam ob votum Leopoldi publicum, Decretum item Ferdinandi I. anno 1560, dum tam Clerus, quam & privati jura ſua docerent, res evanuit, per Commiſſionem *Neo-aquiſticam*, & jurium in ſuis competentiis demonſtrationem. Majores difficultates cauſatæ ſunt, a Comite *Alexandro ab Erdoedy*, Petrinenſi tum Commendante, qui, teſtantibus actis publicis, ſtuduit recuperatas partes illas, Militari Petrinenſi juriſdictioni, ad extendendum confinium illud, applicari. Provincia demum *Stiriæ*, obtinendis partibus illis vehementer ſtuduit. Sed quia per Principem Badenſem in anno 1689. Reſignata loca illa Regno Sclavoniæ fuiſſent (ſic enim acta Regni, Congregationis celebratæ in Caſtris ſub Hraſztovicza Die 23. Junii *Præſidia noviter occupata, videlicet Jeſzenovecz, Dubicza, Koſztanicza, præter illa quæ hactenus per militiam Regni conſervata fuerunt, directioni Comitis Bani, & Regni, ſua Majeſtas ſubmiſit; prout & Status, ipſi Comiti Bano ſubmiſerunt talia dirigenda. Franciſcus autem Chernkoczi, Vice-Comes Varasdinenſis, nomine Regni, Præſidiorum Koſztanicza & Dubicza, claves & poſſeſſionem accepit, militiam Regni ibi collocans)* ideo Status Ordinesque Regni Sclavoniæ, pro illis ſervandis, quævis poſſibilia fecerunt. Non commemoramus hic, quæ per Status eatenus facta ſunt, cum hæc Hiſtor.

Digitized by Google

Eccl. Zagr. Par. I. Tom. II. Si aliquando edentur, ſint attacta, in annorum ſerie; dicere ſufficiat: Centum fl. millia, demptis aliis, neceſſitatos fuiſſe ſtatus Regni Sclavoniæ, pro jure armorum deponere, ob Provinciæ Stiriæ prætenſiones. Hæc non ſolum ex rationibus *Joannis Baronis* a Mollnſtern Supremi Perceptoris clara ſunt; ſed ex actis quoque Regni, anni 1695, ubi pag. 147. *commiſſum eſt* ablegatis Regni, ut iidem inter Colapim & Vunnam terrenum abſoluto jure obtinere poſſint, ſeſeque liberent ab impetitione Styrorum, offerant ſuæ Matti & Cameræ Aulicæ primo 20. & ſupra etiam 40. mill. per vices ſolvenda. Sane fata acta Regni teſtantur, intra has Provincias, vix non ad arma ventum fuiſſe, dum exprimeretur: Intelligentes deputati quod Styri, reſolutione facta, Præſidium Koſtanicza, Regno reſignatum; illud ſuæ jurisdictioni vi ſubjicere vellint, ſtatuerunt idem præſidium omni modo poſſibili conſervare. Et quamvis anno 1696. per ſubmiſſos a Leopoldo Rege, Regios Commiſſarios, Dominos nempe Comites, *Carolum Maximilianum Thurn*, & *Ludovicum a Zinzendorff*, in Prædicta Trans Colapiana confinia introductum ſtatutumque fuerit, fataque confinia Bano Regnique Statibus reſignata, attamen diuturniores fuere, intra Regnum, & Varasdinenſem Generalatum controverſiæ.

IV. Comes Adamus a Batthyan, anno 1693. in Banum reſolutus, & Zagrabiæ die 26. Auguſti introductus, *Capitaneatum Regni* (qui hac ætate pro Supremo horum confiniorum Gubernatore accipiebatur) a Statibus accepit. Cui, quia nominati Commiſſarii Regii in anno 1696. Confinia hæc Colapiano Vunnana reſignaſſent, ipſe, ut cum Regni Statibus ſumme concordans, in anno 1700. has eisdem dedit litteras.

„ Nos Comes Adamus de Batthyan, &c. damus pro memoria: Quod nos conſideratis & exacte perpenſis, tot & tantis ultra iam ſæculum, pro Divis Hungariæ Regibus & Auguſtiſſima domo Auſtriaca, cum ampliſſimarum facultatum jactura, copioſiſſima ſangvinis effuſione: totque & tam charorum concivium ſuorum cœde: diuturna præterea & ſumptuoſa, confiniariæ militiæ, ære proprio exolutione, per Inclytos Status & Ordines præfatorum Regnorum Croatiæ & Sclavoniæ adverſus varios & plurimos naturalis hoſtis, in eadem Regna inſultus; & conſervationem confiniorum ſuorum Colapianorum, præſtitis Servitiis; Et quod deinceps quoque, non modo in præfatis Colapianis; ſed Vunnanis quoque & Glinanis Confiniis, pro moderno ſuæ SSmæ Mattis Cæſareæ Regiæ, ſuorumque Auguſtiſſimorum Succeſſorum, Servitio; conſervandis & manutenendis, propriis ſimiliter ſumptibus, curam & ſolicitudinem ſe impenſuros, & eo applicaturos, reſolute promiſiſſent & declaraſſent. Horum itaque tam rari meriti, & alti precii operum atque ſervitiorum, juſto ex reſpectu & intuitu: Et ut, hac infraſcripta reſolutione & condeſcenſione Noſtra, modernis Dominis Statibus, & eorum ſucceſſoribus, in Vicem debitæ laborum & meritorum ſuorum gratitudinis; & recognitionis; pro ipſorum apud nos propterea in anno currenti, die vero 29. Menſis Maii, Viennæ Auſtriæ, medio Perilluſt. ac Gener. D. Georgii Plemich SS. Mattis Cæſar. & Regiæ Conſiliarii, ac præfatorum Regnorum Mgri Proto-Notarii: & in moderna quoque eorum Generali hic Zagrabiæ celebrata Congregatione, facta inſtantia, eosdem Dnos Status & Ordines, juſto hoc, ipſisque a pridem debito & competenti medio, conſolaremur, Statuimus & reſolvimus, promittimusque & obligamus Nos, & Univerſos in præmiſſo Banatus officio Succeſſores Noſtros, pro immunitate & prærogativa Eorundem Dnorum Statuum & Ordinum præmentionatorum Regnorum, conditiones infraſcriptas, perpetuo obſervaturos.

„ I. Ne extranei in ſtipendia, minus in officia Confiniaria, nunc, vel in futurum, præter expræſſum præfatorum Dnrum Statuum & Ordinum aſſenſum promoveantur: ſed Stipendia ejusmodi & officia, Nationalibus duntaxat conferantur.

„ II. Ne amodo officia confiniaria incipiendo a Vaivodatu incluſive, altiora nulla, præterquam cum voto & præſentatione per Dnos Status & Ordines fienda, ſubjectorum trium in re militari repertorum, habita etiam præſtitorum ſervitiorum bellicorum ratione, a Nobis Comite Bano; vel Succeſſoribus Noſtris conferantur. Salvo tamen, & eo modo Dnorum Vice Capitaneorum, debito intereſſe.

„ III. Ut abſente Comite Bano e Regno, Confiniorum moles & gubernium integrale, per ſubalternum ſibi Regnicolam cum cointelligentia & relatione ad Dnos Status, ſuſtineatur & adminiſtretur.

„ IV. Dominis Statibus liberum erit & admiſſum, medio conſtituendorum & exmittendorum Commiſſariorum ſuorum, annis ſingulis, militiam confiniariam & præſidia; confiniariaque univerſa, luſtrare cum Officialibus; remque militarem & ſuppellectilem tractantibus, rationem ducere; jure de Succumbentibus, executione mediante, ſatisfactionem (prævio tamen ad D. Banum recurſu) ſibi impendere „ V.

Digitized by Google

„ V. Ut Commiſſariis Regni, in Confiniis conſtitutis; per Officiales & milites confiniarios, alter immediate poſt Dnum Banum, honor & authoritas tribuatur. In quorum omnium firmitatem in perpetuum inviolabiliter obſervandam, præſentes litteras Noſtras, ſub authentico ſigillo noſtro Banali, ac manus Noſtræ propriæ ſubſcriptione, memoratis Dominis Statibus & Ordinibus antefatorum Regnorum, extradandas eſſe duximus & concedendas. Datum Zagrabiæ die 30. Menſis Septembris, Anno Dni 1700. Comes Adamus de Batthyan M. ppr. locus ſigilli Regni.

Ex deſcriptis intelligi poſſunt: *Regni Capitaneatus actualis* ratio. Item *Vice Capitaneos* Caſtrorum Commendantes fuiſſe nunc. Denique *Commiſſariatus Regni* quid fuerit? docetur. Indulta priora ſervata fuiſſe ſub Batthyanio, acta Regni evincunt; ubi ut ajunt per *candidationem* proponuntur pro officiis Confiniariis. Verum quia ipſe, ſucceſſores in Banatu obligare nequiviſſet, ſucceſſores ejus, ſine quavis Statuum propoſitione, Commendantes & Vaivodas, alioſque in Confiniis Officiales conſtituebant. Plurima his temporibus atque occaſionibus nata ſunt. uti 1. *Conferentiæ*, quarum fuère, publica Regni negotia. 2. *Conſiſtorium æconomicum*, conſtans Præſide, Conſiliariis ſex, Perceptore, Secretariis, vide pag. 449. Hæc nihilominus evanuerunt; At *Locumtenentiæ Banalis officii* fuère introductæ. Hæ autem duplices, videlicet *in militaribus* (dum Status Regni agnoviſſent, teſtantibus actis publicis, confinia ab Excelſo Aulæ Bellico Conſilio dependere) *& in Politicis*. Hujus *Locumtenentiæ* occaſionem fecit, Leopoldi Regis reſcriptum, quod memoravimus pag. 405, hinc tum ideo; cum &, ad firmanda illa, quæ pag. 403. de *veteribus Confiniorum* Officialibus poſita ſunt, hoc communicamus.

„ Leopoldus &c. Demiſſe repræſentare fecit Matti Noſtræ, Egr. fidelis noſter *Zemliak*, „ Bonorum noſtrorum Fiſcalium in Regno Sclavoniæ exiſtentium adminiſtrator: Quatenus „ continuis hiſce retroactis temporibus & annis, Officiales Noſtri militares, & Comiſſarii bellici; propria authoritate in jam fato Regno noſtro, variis belli calamitatibus preſſo & ruinato, „ quarteria ſibi pro lubitu erigere: portiones per ſe ipſos imponere: & per executiones ſuas „ militares, toto ferme tempore hinc inde diſcurrendo, ad placitum ſuum (nullo unquam „ tempore, ipſis Supremis, vel Vice Comitibus; aut Judlium vel Vice Judlium, quinimo nec ſimplici aliquo authentico Comitatenſi homine, pro teſtimonio ad id convocato) „ ejuſmodi portiones exigere: variis item regalibus, donis, muneribus, & oppreſſionibus miſeram plebem angariando; ad incitas, extremamque ruinam, cum manifeſta ipſius patriæ deſolatione, præcipitare conſueviſſent adeo; ut intra quatuor annorum ſpacium, plura quam „ duo millia animarum Chriſtianarum propter ejuſmodi oppreſſiones & rapinas, relictis domiciliis ſuis, ad diverſas Regiones & provincias migrare debuerint. Hæc autem omnia exinde „ evenire, quod nullus in Politicis rebus & negotiis, in attacto Regno noſtro Sclavoniæ, præſertim vero Comitatibus, Poſegienſi, Verocenſi, Valcovarienſi, ordo obſervetur; neque debitè quoad adminiſtranda Politica, Civilia, & publica negotia, per eos quorum intereſt diſpoſitiones inſtituantur. Quia vero è re ſervitii noſtri, & boni publici, conſervationiſque patriæ hujus eſſet; ut debitus ad inſtar aliorum bene regulatorum Comitatuum, in omnibus „ præmiſſis ordo obſervetur; ac in diſtribuendis & exigendis militaribus portionibus, Officiales Comitatenſes adhibeantur, & conſequenter prærecenſiti militares exceſſus (uti jam „ in hoc paſſu neceſſarios conſilium noſtrum Aulæ Bellicum, facturum eſſet diſpoſitiones) „ tollantur & proſcribantur. Ideo Fidelitatibus veſtris (quarum etiam muneris eſſet, publica „ hujuſmodi curare negotia; rebuſque confuſis debitum ordinem inducere) hiſce perbenigne „ ſimul & ſerio committimus & mandamus: quatenus acceptis præſentibus; de præteritis quidem exceſſibus & exorbitantiis, ſtrictam inquiſitionem inſtitui; nobiſque demum pro adhibenda ejuſmodi medella refferi facere: In reliquo autem admonitis ſerio, de & ſuper obeundis functionibus ſuis, ſupremis prænotatorum Comitatuum Comitibus, eum ordinem „ & diſpoſitionem quamprimum inſtituere velint ac noverint; ut omnimode in poſterum, „ non per milites, & Comiſſarios, verum prædictos ſupremos & Vice Comites, alioſque Comitatenſes Officiales, ejuſmodi Politica, Civilia & publica munia & negotia rite adminiſtrentur: ſolitæ Comitatuum Congregationes, & Sedes quoque judiciorum, pro juſtitia debite adminiſtranda, coercendiſque pravorum exceſſibus, frequentius celebrentur: aut in ſolitis quoque Generalibus Fidelitatum Veſtrarum Conventibus, cauſæ & proceſſus ejus Regni Noſtri Sclavoniæ ventilentur, diſcutiantur, & pro juſtitiæ exigentia decidantur & „ terminentur. Juribus denique ipſorum populorum, ad normam & methodum regulati Regni noſtri Croatiæ, omni meliori modo proſpiciatur. Quo in paſſu quemadmodum benignam hanc voluntatem noſtram, Fidelitates Vras rite executuras non ambigimus; ita iiſdem „ gratia & clementia noſtra &c. Datum in Caſtro Eberſtorff 28 Septembris 1697. *Leopoldus* „ man. ppr. *Joannes Georg. Hoffman, Joannes Domaniczky.*

Digitized by Google

V. Conſtituerat Leopoldus, uti in Croatiæ partibus Licæ Corbaviæque memoratos ſuperius Vice-Comites; ita in *Valcomarienſi*, Comitem *Joannem Draskovich*, in Verocenſi autem & Poſegano, Comitem *Davidem Ivanovich*; hinc accepto relato mandato Regio, iſti, per Status Ordinesque Superioris Sclavoniæ (quos Croatiæ Regnum expræſſit Leopoldus) officii ſui fuére admoniti. Verum his, ex videndis infra cauſis deprecantibus; Anno 1698. Varasdini *in Conferentia* die I. Februarii, præſente Bano habita, *Banalis Locumtenens* pro partibus Neo-aquiſitis in Sclavonia, fuit conſtitutus, *Petrus Gotthal*, cum inſtructione ſequenti.

I. Cum partes illæ neo-recuperatæ per ſuam Mattem Sacratiſſ. Dominis ſtatibus Regnorum horum tanquam & ab olim ad Sclavoniam pertinentes, reincorporatæ & ſubjectæ ſint; earumque loca & inſpectio Status Politici, in ordinem redigenda eſſent, ut tandem temporis ſucceſſu, adinſtar reliquorum Comitatuum horum Regnorum vigere & permanere gubernarique poſſint; ibidem vero ad præſens, ob graves curas ſuas publicas, quibus, erga Comitatus & Status horum Regnorum, ſervitiumque ſuæ SSmæ Mattis, Excellm. D. Comes Banus detineretur, ſerius adeſſe & per ſe immediate neceſſitatibus illarum partium ibi vigentibus, vel vigendis, ac relationem exigentibus, proſpicere nequiret; Domini vero Supremi Comites ex defectu reſidentiarum, & hactenus ibidem accomodationem rarius manſuri præviderentur; ne per talem eorundem abſentiam, Domini Status, in jure ſuo ibidem habito, & per ſuam Majeſt. Dominum eorum clementiſſimum, benigne denuo recognito, præjudicium ſubeant; intermiſſique ſuæ Mattis Sacrmæ, in eo, vel ibidem Servitii defectus D. ſtatibus imputetur: neque ſecus, neque pro nunc ſatius conferre & ſtatuere poterant Dni Deputati, quam ut medio Locumtenentis Banalis officii defunctione ſua, præſentibus inſtructi, iisdem partibus, & earum incolis (Salvis dominorum Supremorum Comitum in reliquo juribus & prærogativis) proſpectum ſit & intelligatur. Ac proinde ac præprimis.

II. Officii ejusdem D. Locumtenentis, ut principale erit: ut incolis earum Partium de adminiſtranda juſtitia, per eorum Supremos Comites & Vice Comites omnimode proſpiciat: ad celebrandas Sedrias, eosdem, quo frequentius fieri poterit, & neceſſitas poſtulaverit urgeat; ut deinde juſtitiæ tramite; exequendorum executio peragatur, proſpiciat; Dominis vero Comitibus, vel ob abſentiam ſuam, vel alio de caſu intermittentibus, ipſe, per Dn. Vice-Comites & Judlium; ſedes judiciarias celebrare, promotioni juſtitiæ invigilare curabit; in malefactorum animadverſionem, pœnaque condigna punitionem, curam ſuam omnimodam impendendo.

III. Sedriis Comitatum, in præſentia, vel abſentia DD. Supremorum Comitum celebrandis, ipſe etiam ſemper adeſſe conabitur, immo pro omni poſſibili adſit; cum in illis partibus perſonarum litteratarum & in jure patrio verſatarum, ſit parvitas & parcitas; adeoque Locumtenens qua directioni & inviationi, neceſſarius futurus judicatur.

IV. Conabitur omni ſtudio D. Locumtenens: ut Vera Orthodoxa fides, & ejus religio in illis partibus promoveatur & augeatur. Cujus ex reſpectu & deſiderio invigilabit; & laborabit; ut in antiquis Parochiis Presbytheri Sæculares & regulares, Diœceſis Zagrabienſis, applicentur & accomodentur; Illmi D. Eppi Zagrab. opem & Succurſum, ac Confiniorum etiam Excell. D. Generalis, ubi neceſſitas poſtulaverit, tutandorum talium gratia, opem implorando; cavendo etiam omni ſuo pro poſſe, ut cum partes illæ Regnis his incorporatæ ſint, & ab olim quoque perpetuo ibidem orthodoxa religio duntaxat viguerit, ne alienæ, notanter hæreticæ profeſſionis homines ſubintrent, & ſi comperirentur, vel intrare vellent, Dnis Statibus protinus manifeſtabit, ut ipſi ſine mora ſuam SSmam Mattem deſuper invocare & interpellare poſſint.

V. Plurima ſiquidem hactenus damna & graves injurias, occaſione quarteriorum, partes illæ expertæ ſunt; quorum etiam Scrma Mattas benigne in gratioſis ſuis mandatis, & intimatoriis, ad Dn. Status datis meminit, amodoque talia præcaveri cupit: Immo reſpectu talium, Eſſekini inſtitutum hactenus, vel proxime inſtituendum ſit, certum dicaſterium; D. Locumtenentis Banalis illud quoque erit muneris & obligationis, ut talia per Dnos Vice Comites vel Judlium, ſi idonei fuerint, tempore hybernorum menſtruatim per modum inquiſitionis curet conſcribi, ac pro adipiſcenda per injuriatos & dannificatos competenti ſatisfactione, præſcito dicaſterio, per manus ejus, qui Regni Statuum nomine eidem dicaſterio incorporabitur; eo vero abſente, per ſe repræſentabit: & ablegato eorum penes Auguſtam Aulam pro tempore conſtituto, pro urgenda ſatisfactione intimabit.

VI. Tempore caſtrorum & militaris ſervitii ſuæ Mattis Sacrmæ, ſi D. Supremi Comites, vel alteruter eorum, abeſſent; ipſe copiis Comitatuum plena facultate, & in Banali authoritate præſit, inſurrectionemque ad intimationem Comitis Bani, in ſubitanea vero neceſſitate earundem partium, etiam auctoritate publicabit.

VII. Locumtenens in illis partibus reſidebit. Quo etiam intuitu Excelſæ Commiſſioni in illis partibus inſtitutæ, de obtinendis in arendam quibusdam bonis, immo ſi opus fuerit ſuæ Matti

Sacr-

Digitized by Google

Sacrmæ commendabitur. Neque inde hyberno & quarteriorum tempore, ſine Comitis Bani; ſua vero Excellentia abſente, DD. deputatorum licentia abire audebit. In æſtate tamen, niſi Caſtrenſia ſervitia obſtiterint, ſingulo tertio menſe, in hujatia etiam bona excurrere, & ibidem morari poterit. Id tamen ita intelligendo, ut id D. Comiti Bano, ſi in Regno fuerit, alioquin ſuo D. Locumtenenti, ſignificare non intermittat, & Caſtrenſe ſervitium ſibi impoſitum, non negligat.

VIII. In juridicis & juſtitiæ, Politiæque negotiis, ex Comitatibus ubi abeſſet, Supremus Comes: habebit facultatem D. Locumtenens querellas & gravamina incolarum exaudire, & pro judicio & ſatisfactione ad Comites delegare: ubi vero intereſſati eſſent Vice-Comites, ex tunc ipſe judicium ferre, & executioni mancipare poterit; ſalva & hic cæterum, authoritate Supremorum Comitum remanente,

IX. Stipendium ejusdem D. Locumtenentis ad feliciora tempora, quibus etiam augeri poterit Rh. 400. ordinantur, quod, pro primo anno, Dni Status, de proprio ærario; ſequentibus vero annis, illarum partium incolæ, & Comitatuum illorum Status adminiſtrare tenebuntur.

Ex ſuperioribus plurima videre eſt. Reflectere ſufficiat de ſequentibus. 1. Sclavoniam Inferiorem, poſt ejus recuperationem, a Leopoldo Rege, his ſuperioris Sclavoniæ Statibus extitiſſe reincorporatam reſtitutamque. Quare rerum domeſticarum exiguam fuiſſe cognitionem, Proto-Notario anni 1751. qui ut pag. 406. in art. 23. luſit, hinc fit manifeſtum. 2. Tum illico datos illi fuiſſe Supremos Comites. 3. Ad ſervandam in illa Banalem jurisdictionem, Locumtenentem Banalem inferioris Sclavoniæ fuiſſe conſtitutum regulatumque. 4. Non obſtante militari jurisdictione, copias inſuper Comitatus fuiſſe ordinatas, quibus Locumtenens juxta tenores puncti 6ti præeſſet. &c.

His itaque temporibus, tres plane fuêre Locumtenentes Bani. 1mus *Banalis officii*, cujus in inſtructione relata mentio, *alioquin ſuo D. Locumtenenti*, hic in Bani fuerat abſentia; & vacante Banatu, *Locumtenens Banalis officii Regius* vocabatur. Alter, Locumtenens in Banalibus Confiniis, adeoque militaribus, ac una Regni Vice-Capitaneus. Tertius, *Locumtenens Sclavoniæ Inferioris*. Hi poſteriores, ſuberant, Locumtenenti Banalis officii, dum hic fuerat. *Locumtenens militaris* provenit ex Statuum facto, ut fol. 186. Protocol. ad annum 1698. ubi recognoſcunt: ſe a bellico conſilio dependere intuitu partium confiniariis ſervitiis ſubjectarum. Quare idem Conſilium Aulæ bellicum, a ſe reſolutum, aut ſaltem expeditiones habentem, voluit in Confiniis habere Banalem Locumtenentem.

VI. Quamvis porro relata adhuc, pluraque cætera, pro memoratis confiniis acta, factaque ſint; nihilominus Provincia Stiriæ, Generalatus item Varaſdinenſis, illa, ſibi conferri adlaborare non ceſſarunt. Erant Commiſſiones Regiæ ad hæc confinia variæ, ut Marſiliana 1700 aliæque: demum 1703 Leopoldus diſpoſuerat, ut docet ſequens Regia reſolutio.

„ Leopoldus divina favente clementia, electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus „ &c. Reverendi, Honorabiles, Spectabiles nec non Egregii & Nobiles, Fideles nobis dilecti. Cæſarei Regiique muneris noſtri Majeſtas, eam ſibi antiquiſſimam ſemper eſſe voluit „ curam, ut quemadmodum omnium paſſim, Nobis, Divina favente clementia, ſubjecto- „ rum Regnorum & Provinciarum; ita eorum præprimis ampliationi, ſtabilique felicitatis „ curſui, conſilium omne, omnemque induſtriam impendere adnitteremur, quorum grandio- „ ra erga Nos, Auguſtiſſimamque domum noſtram merita, ſanctior fides, conſtantiorque „ devotio, per glorioſè ſummis bellorum æque ac pacis momentis, comprobata facinora, lon- „ ge lateque comendantur. Cum igitur tanta ſint fidelitatum Veſtrarum, ad notitiam totius „ fere orbis Chriſtiani, in Nos, Auguſtiſſimamque domum noſtram merita; eaque a ſæculis, „ propria Fidelitatibus Veſtris ſit laus & comendatio: quod ſervitii & devotionis noſtræ in- „ tuitu, Patriam, fortunas, liberos, ſanguinem & vitam, aliis quidem ſemper, ultimis tamen vel „ maxime belli Ottomanici motibus & diſturbiis, dum propagandæ & armorum & ſceptro- „ rum noſtrorum felicitati, omnem quoque, ad immortalem nominis veſtri gloriam, cona- „ tum & operam contribuiſtis: nec obſtante, quod extremum ſæpe ſæpius excidium vel „ pati, vel pertimeſcere debuiſſetis, omnia tamen & ſingula, voſque ipſoſmet, cuicunque „ diſcrimini, malueritis exponere, quam ab avita vobiſque ingenita virtute, fide, conſtan- „ tique obſequio noſtro, & Auguſtiſſimæ domus noſtræ, degeneres abire.

„ Quare ut perſpectam Nobis totique Aulæ noſtræ; virtutem & fidem veſtrarum fideli- „ tatum (cujus ſpem, futura etiam tempora nobis indubitatam pollicentur) pro ſingulari il- „ la & paterna, qua, in Fidelitates veſtras ferimur propenſione, vobiſque in omnibus oc- „ curentiis omnino favendi conatu, pro condigno recognoſceremus; nec pateremur, pro- „ pagatis Dei gratia, victricibus armorum noſtrorum ſucceſſibus, Patriæ veſtræ limites con- „ ſtrictos ulterius permanere; verum in congruam, tot pro Auguſtiſſimæ Domus Noſtræ in-

„ cremento, exantlatorum laborum, comparatorumque exinde meritorum, recompenſam:
„ non modo diſtrictus *& Confinia intra Vunnam, Colapim, & Savum fluvios* ſita, fidelitatum
„ Veſtrarum opera viriliter & parta & conſervata; ſed & partes ab antiquo ad Regni & Ba-
„ nalem juriſdictionem appertinentes *jure Poſthliminii* (a) Regno & Banali juriſdictioni rein-
„ corporaremus, earundemqne unionem fidelitatibus Veſtris omnimode competentem, ſuc-
„ ceſſivis in perpetuum temporibus, continuandam clementiſſime ordinaremus. Hinc poſtea-
„ quam inter Fidelitates Veſtras ab una; nec non Auſtriæ interioris Dicaſteria noſtra ab al-
„ tera, Partibus; occaſione populi inter Vunnam, Colapim, & Savum fluvios illocati; ſic
„ & ratione juriſdictionis territorialis; ac dependentiæ militaris: nec non translocationis
„ & reſpective Caſſationis, *Sclavonicorum & Petrinenſium, ſeu Generalatus Varaſdinenſis* ſic
„ dictorum Confiniorum, lis & controverſia ſuborta, & medio fidelis æque nobis dilecti, *Fran-*
„ *ciſci Czernkoczy* de Czernkvech, Conſiliarii & Colonelli Noſtri, qua Fidelitatum veſtra-
„ rum eadem in cauſa, ad Aulam Noſtram ablegati, Majeſtati Noſtræ humillime repræ-
„ ſentata fuiſſet; expoſt vero, pro ejuſdem cauſæ complanatione, primo quidem certam
„ Commiſſionem ad faciem locorum (quatenus eadem inibi mediante oculari inſpectione, ve-
„ ram eorundem Confiniorum ſituationem, nec non ex exacta inquiſitione peragenda, ge-
„ nuinam adductorum gravaminum ſeriem, melius erueret) clementiſſime delegaſſemus: De-
„ inde ſuper ejuſdem exmiſſæ commiſſionis, humillime nobis ſuppeditata relatione, cœte-
„ risque; per eatenus cointereſſata & Aulica & Provincialia dicaſteria, ſimul atque ſtatûs,
„ videlicet Cæſareo Regium noſtrum Conſilium Aulæ Bellicum; nec non intimam Au-
„ ſtriacam Cancellariam itidem noſtram Aulicam: prouti & interioris Auſtriæ, alterius
„ intimi & bellici, conſiliorum Noſtrorum gremia: Neque minus fidelitates Veſtras, & Sty-
„ riæ Status, pro & contra ſubmiſſis, & intro porrectis informationibus atque deductioni-
„ bus, novam hic Viennæ Commiſſionem Miniſterialem Aulicam inſtituiſſemus. Tandem
„ ad ulterius tam ſcripto quam oretenus in pleno factam, ab hacce delegata Miniſteriali Com-
„ miſſione, omnium & ſingulorum, ſecundum acta & probata cauſæ hujus punctorum,
„ circumſtantiarum & motivorum, uberiorem propoſitionem & omnimodam relationem;
„ ipſa æquitate & juſtitia ſic exigente, in ſervitii noſtri, Reique publicæ emolumentum, ac
„ Fidelitatum veſtrarum, & jurisdictionis Banalis indemnitatem, perpetuo duraturam; pro
„ finali deciſione, benigne reſolvimus & determinavimus, accurateque executum habere
„ volumus, quatenus:

„ Primo, Totum illud, Vunam inter Colapim, & Savum fluvios ſitum, Noſtræque
„ ditioni ex almæ victricibus armis noſtris procuratæ, pacis mente, legitime ſubjectum ter-
„ ritorium, unà cum omnibus & ſingulis cujuſcunque Nationis inhabitatoribus, præſentibus
„ & futuris (quos inter ii quoque ſtipendiarii, qui ob propriam commoditatem, ſtationes
„ ibidem ſponte fixêre, intelligendi veniunt) quoad proprietatem & Dominium utile, qua-
„ tenus Fiſcale eſſet, a Camera Noſtra Aulica, deinceps dependere; Quoad juriſdictiona-
„ lia vero & Spiritualia *immediate Regno noſtro Croatiæ, & ejuſdem Banali poteſtati* (b) re-
„ ſignari & ſubeſſe: totumque exinde territorium, quod ultra Confiniorum exigentiam
„ *neo-aquiſitum* ſupereſt, una cum abolendis & caſſandis Generalatus Varaſdinenſis fortali-
„ tiis, eoque pertinentibus diſtrictibus, (c) juxta antelatæ Cameræ noſtræ Aulicæ diſpoſi-
„ tionem, ordinatim conſcribi; in dominia & bona dividi; atque vel venditione, vel alio
„ quovis meliore modo, in ærarii noſtri emolumentum converti: ac contributioni, ſub col-
„ lectatione & juriſdictione Regni & Bani (cum reſervatione tamen omnium aliorum jurium
„ Regiorum & Regalium ſolitorum) ſubjici debeant. Eumque porro in finem, ab intima no-
„ ſtra interioris Auſtriæ Cancellaria, medio interiorum Auſtriæ Dicaſteriorum modernis Com-
„ mendantibus & Officialibus Varaſdinenſibus, S. Georgii, Kriſienſibus, Ivanicenſibus, Petri-
„ nenſibus, aut ubivis alibi conſtitutis, ſerio, ſimul injungendum commiſimus: ne quiſquam eo-
„ rum, ſupramentionatum in prærecenſitis diſtrictibus degentem populum Valachicum, vel
„ quoſcunque incolas, directe vel indirecte adverſus Regni & Banale dominium, eorundemque
„ diſpoſitiones concitare: vel alioſum traducendi, ſuggerrere; ullo ſub prætextu auſit vel præ-
„ ſumat: quin potius ubi unus vel plures ex præfata gente, aut incolis ad confiniarios interioris
„ Auſtriæ noſtræ Commendantes, quæribundus refugeret, talem, vel tales a ſeſe immediate abi-
„ gere, atque ad prædictum Regni noſtri Banum, illiuſque inſtantias, ſimpliciter & ſine mora,
„ remittere teneantur. Supremus inſuper Petrinenſis Capitaneus, ſi militiam quampiam ex
„ ſuis ſtipendiatam, ſive Coſtaniczâ, ſive alibi ex ſæpe recenſitis diſtrictibus adhuc haberet, il-
„ lam abinde confeſtim avocet, ipſeque pariter cum iiſdem eductis educendiſque, ſtatim inde
„ cedat; poſtque eductionem nihil prorſus ſibi curæ, aut negotii, illis in locis ultra ſumat; ve-
„ rum & ipſi Petrinenſes hactenus Petrinæ, & intra prætactos limites collocati, qui ibidem ſub-

„ ſiſtere,

Digitized by Google

„ ſiſtere, & ſuam habitationem continuare voluerint, Bano & Regno parere ac ſubeſſe teneantur. (d) Caſu autem quo, ipſi reſpectu Petrinenſis, aut iſtius (propria authoritate & potentia mediante occupati, & hactenus uſuati Koſtanicenſis, vel alterius cujuſpiam territorii) meliorem titulum, quam Epiſcopi Zagrabienſis, donationales habere, atque authentice demonſtrare poſſe exiſtimarent, & conſequenter dicto Epiſcopo litem intentare; eumque & Capitulum in cauſam attrahere ſuperinde vellent: ut tunc cauſam hanc ſuam, via juris ordinaria, coram ipſo noſtro Bano, tanquam in ejuſmodi realibus actionibus competente judice, proſequi noverint. (e) Interea vero ab omni ulteriori tentione, violento auſu, propriaque uſuatione abſtineant. Non minus item, Petrinenſes, dictæ nationis inſtigatores atque concitatores, paciſque & quietis publicæ turbatores, ad alia, quôquô poteſt fieri modo, remotiora confinia procul amoveantur: omneſque hactenus viarum ductores, aliique Officiales, cujuſcunque officii aut dignitatis exiſtentes (ſiquidem iſthæc munia impoſterum, a nemine alio, præterquam a prælibato noſtro Regni Bano, conferenda veniunt) penitus exauthorentur, indeque mox amoveantur, nec ullos deinceps tranſcolapiano-Vunnanos adhibeant, (f) aut inibi diutius commorari patiantur. Similiter cum Majeſtati Noſtræ relatum extitiſſet, certas quaſdam a Generali noſtro Locumtenente,(g) *Principe Leopoldo Badenſi* &c. iiſdem Valachis, impeditas *Protectionales Cæſareo Regias*, ab iiſque *Comiti Erdöedy* conſignatas; nec minus inventarium Koſtanicenſe; ſimul atque Bani, & Vice Bani reverſales, præ manibus interioris Auſtriæ Conſilii Aulico Bellici, etiamnum ſupervacaneas jacere, alibi magis neceſſarias, præſertim quia (Koſtaniczam in quantum concerneret) hocce fortalicium, una cum omnibus prærepetitis, Colapim inter & Vunnam adjecentibus, ſicuti & *Jeſzenovecz*, pariter cum eo ſpectantibus Confiniariis, cœteriſque locis ſavano præſidiariis, iam antea per nos Banatui Regni, ejuſque & Banali diſpoſitioni, benigniſſime collatum atque confiſum eſſet, quæ omnia ſiquidem nunc & in futurum a Conſilio noſtro Aulæ Bellico dependerent; eidem quoque (h) prærecenſita 4 inſtrumenta litteralia, mox conſignanda; ac mediante Noſtra intima Cancellaria Auſtriaco Aulica, crebrius, dicto interioris Auſtriæ Bellico itidem Conſilio, efficaciter ordinavimus præcepimuſque.

„ Secundo non ſolum ipſe Generalatus Varasdinenſis, & Præſidia S. Georgii, & Ivanicenſe; ſed etiam Caproncenſe, Chaſmenſe, Kriſienſe, & Petrinenſe, adeoque omnes indifferenter Commendaturæ, earundemque juriſdictio, cum integro ſuperiore ſtatu militari, quam primum reformari, caſſari annulari debeant. Ex adverſo Gregarii & Præſidiarii, & Varaſdinenſes milites quotquot eorundem neceſſarii, propriaque ſponte ſeſe transferre intentionati fuerint, præ cœteris ad alia tam conſtituta, quam adhuc conſtituenda finitima loca & præſidia, ex beneplacito tamen & diſpoſitione hujus noſtri Aulico Bellici conſilii, translocari poſſint. Caproncenſe vero fortalitium, ſiquidem hoc ipſum in aliquo adhuc defenſionis ſtatu reperiretur, & velut in meditullio *Sclavonici illius territorii* ſituatum, pro quodam receptaculo, vel Patriæ iſtius aſyllo deſervire poſſit, etiamnum quopiam milite pro prælibati noſtri Aulico Bellici conſilii arbitrio præſidiandum, ſub gubernio tamen Commanda atque juriſdictione Banali, Vicebani, totiuſque illius Regni; ſub ſuprema autem hujus ſæpememorati Conſilii noſtri Aulæ Bellici directione & dependentia, omnino conſervetur.

„ Tertio, Quandoquidem præmentionata illa finitima Confiniaria loca, ſeparari nequeant a territoriali jurisdictione, ea ipſa confiniaria loca, in futurum Banalia, pariter cum omni per Regnum & Banum, inibi collocata atque ſtipendiata, ſeu ex Generalatu Varaſdinenſi, ſecundum Conſilii noſtri Aulæ Bellici diſpoſitionem, pro exigentia rerum, forſan adhuc extrahenda ampliore militia, nec non reſiduis diſtrictuum eorundem inhabitatoribus & incolis, ipſoque territorio; ſignanter & cunctis in ſæpefato Varaſdinenſi quondam Generalatu adjacentibus locis, modalitate præmiſſa, Regni & Banali jurisdictioni ac gubernio conſtanter incorporentur. Conſequenter & hæc, & reliqua Colapim inter Vunnam & Savum fluvios, ſituata confiniaria æque ac cœtera ſingula & univerſa loca & diſtrictus, in toties memorato prius Generalatu Varasdinenſi reſidua, ex iiſdem cauſis & copiis, Banatui Regni, Banalique diſpoſitioni ſubſint & ſubjaceant; taliterque ſubjecta & ſubordinata, per idem Croatiæ & Sclavoniæ Regnum ac Banum, ſucceſſivis in perpetuum temporibus conſtanter & imutabiliter regantur & gubernentur. Sicque a primo ad ultimum, omnia & ſingula Generalatus Varaſdinenſis loca & præſidia (excepta Coprivnicza, quæ ut præmiſſum eſt, pro aſyllo & receptaculo eſſet aliquo, juxta ſæpefati conſilii noſtri bellici diſpoſitionem, milite inpræſidianda veniet) ſublata & caſſata, reformataque in perpetuum, haberi & eſſe volumus. *Koſztanicza* vero, *Novi*, (i) cœteraque per Banalem militiam præſidiata, aliaque præterea, quæ fors in militari neceſſitate erigenda deinceps & præſidianda Conſilium noſtrum Aulæ Bel-

„ licum judicabit, ; loca ſingula & univerſa, unà cum Banali Confiniaria hactenus iſthic ap„ plicata, & ex Generalatu Varasdinenſi fors deſumenda, vel undecunque adventitia & ibi„ dem applicanda militia, Bani, Vice Bani (k) iiſdemque ſubalternorum Commandæ, & Regni, „ gubernio jurisdictionique ſubſit & ſubjaceant. Atque ita idem Banus, Vicebanus, & Re„ gnum, cum præmentionata ſibi ſubordinata, & tam noviter quam hactenus ſubjecta militia; „ reſiduiſque tam priſtinis, quam Regno & Banatui, neoincorporatis ac poſthliminio reſtitu„ tis diſtrictibus univerſis, quoad militaria: ſub dependentia hujuſce noſtri Aulæ Bellici Con„ ſilii, benignas noſtras reſolutiones & ordinationes, obſequenter accipiant & exequantur.

„ In concurſum porro eorum, quæ ad Confiniariorum locorum & præſidiorum inſtau„ rationem conſervationemque, uti & Banalium Officialium, ſpecialiter autem Vice Bani, ac „ particularis cujusquam ſtatus aut Perſonæ obligationi obnoxius eſſe neceſſitetur, verum „ pro decore officii ac dignitatis congrue ſubſiſtere poſſit, intertentionem atque accomodatio„ nem, aliaſque publicas neceſſitates, requiri dignoſcentur; contributionale quantum, quod „ juſtum & tollerabile, viribuſque ac facultatibus veſtris par, atque proportionatum per Auli„ co Bellicum conſilium noſtrum, cum Bani & Regni interventu, determinari conſtituique „ volumus, eo præcipue applicandum; & per fidelitates veſtras, velut i veſtrum et ipſorum „ ſecuritatem, & ſervitii noſtri promotionem quot annis ſubminiſtrandum decrevimus.

„ Quæ omnia ad perpetuam jurium veſtrorum, Regnique & Banalis juriſdictionis indem„ nitatem ac ſecuritatem, perpetuo valitura, maturo deliberatoque conſilio, ex p en tudine „ Cæſareo-Regiæ poteſtatis Noſtræ vobis fidelibus antelatorum Regnorum noſtrorum Croa„ tiæ & Sclavoniæ Statibus & Ordinibus, ſicut impertienda eſſe clementer cenſuimus; ita in Fi„ delitatum veſtrarum erga Nos, & Auguſtiſſimam domum Noſtram avita fide, conſtanti de„ votione, & indefeſſo promovendi ſervitii Noſtri zelô, firmam ulterius ſpem habentes, vo„ bis, Gratiâ Noſtrâ Cæſareâ Regiâ, benignè propenſi manemus. Dabantur in Civitate No„ ſtra Viennensi, die decima Menſis Julii, Anno 1703. Regnorum Noſtrorum Romani 45. „ Hungarici 49. Bohemici vero 47. Leopoldus m.pr. Loc.Sigil. *Eugenius a Sabaudia m.pr.* „ Ad mandatum S.C. Matt. proprium, *Joannes a Tiell man. propr.* (l)

(a) En juriſdictioni Regni Sclavoniæ neorecuperata, jure Poſthliminy adjici. (b) Virtute hujus Regiæ determinationis, partes Transcolapianas, & Banalia hæc confinia, in moderna relatione, intra Croatiæ partes collocavimus. (c) Hic intelliguntur Koſztaniczâ, Novi, Maidan &c. Transcolapiana, quæ tum Generalatus Varaſdinenſis ex Petrina, occupata tenebat. (d) Decretum hoc Leopoldi, effectu caruit ad annum uſque 1753. quô Petrina, Banali juriſdictioni eſt reſignata. (e) Partium illarum quædam loca Epiſcopo & Capitulo per Zemlyak fuère reſignata contractualiter, cum vero hi, jura ſua coram Rege edocuiſſent, jus vero armorum, ob publicum votum, Leopoldus in Eccleſiaſticis bonis noluiſſet, ob illos, qui jura ſua prædicabant, ponitur ut talia proſequantur, qui firmiora habent, ac ſunt donationales Epiſcopi & Capituli. (f) Prohibet Transcolapiano-Vunnanos, tanquam Bano reſignatos, Petrinæ (tum Generalatus Varaſdinenſis) promoveri, aut ad ſervitium Haramiæ aſſumi. (g) Princeps Badenſis erat Regius Locumtenens, ſeu ductor Supremus militiæ Regiæ, haud vero ea ratione gubernator, ut olim Archidux Carolus, vel Ferdinandus. (h) Qualia illa fuère inſtrumenta, non comperi. (i) nunc ſub Turca eſt. (k) Hic & infra, Vicebanum accipit: pro Locumtenente Banali in Confiniis, ut erat Comes Joannes Draskovich, ſive Vice-Capitaneo Confiniorum, haud vero pro Vice-Bano, ut nunc, ac tum erat unus e Nobilibus. (l) Autographum habetur in tabullar. Regni. Nos ex apographo inde deſcripto, copiam exſcriptam communicamus.

Superior Leopoldi reſolutio demonſtrat: 1. Jus Regni ac Bani in memorata Vunnano Colapiana confinia, uſu roboratum. 2. Cauſam, cur Banalia dicantur confinia? ac in iis vel conſtituti, vel accomodati, *Banaliſtæ*? 3. Dependentiam horum a Conſilio Aulæ Bellico; adeoque murmurare gratis eos, qui neſcio quæ mala clamitant, ſi dependentiam à *fato Dicaſterio* habeant. 4. Imperitos incautosque, omnes ſingulosque eſſe illos, qui arbitrantur, ac ſæpe evomunt, eos qui ex cæteris ſunt Confiniis, ob dependentiam à Conſilio Aulæ Bellico, haud eſſe Regum Sacræ Coronæ, ſe, confiniaque, aut territoria illa, verùm unicè hos Banaliſtas, Regum eſſe Hungariæ, ut hinc ſæpe diſcordiæ enaſcantur. Aliud eſt cui à Regibus creditur gubernatio: aliud cujus eſt res credita? Sane Regum Sacræ Coronæ eſſe tam Excelſum Conſilium Aulæ Bellicum; quam & quævis hæc confinia præſidiaque, omnis prudens intelligensque fatebitur. Patent hæc ex Caroli VI. morte, dum Banaliſtæ, cæterique Sclavoniæ Croatiæque Confiniarii, pro Regina *Maria Thereſia*, adverſus Carolum VII. in Bavaria, & alibi bella geſſerunt. Quare dum nunc omnes ſumus hæreditariè, Auſtriæ Archiducum, unaque omnes uniti, ejusmodi imperitorum incautorumque prætenſiones, pacem animosque turbantes, relinqui deberent. Porro illud diplomatis: *Confinia intra Vunnam, Colapim, & Savum fluvios*, haud intelligendum, per fatorum fluviorum omnem defluxum, nam confinia quoque Croatica ſive Generalatus Carolſtadienſis, quin Provincia Carnioliæ, intra hæc con-

finia

Digitized by Google

finia ſituarentur. Quare illud & *Savum*, fluvios; complectitur partes inferiores à *Jeſze novecz* (cujus in diplomate eſt mentio) uſque *Siſcium*, Colapiſque iſthic a Savo receptionem. Tum quia confinia memorata intra Colapim eſſent atque Vunnam, ideo ſupra expræſſum, *Confinia intra Vunnam, Colapim & Savum.* Hæc nihilominus uſque ad limites horum fluviorum extenſa non ſunt, cum pars *Vunnæ*, Turcarum ſit poſſeſſorii, fataque confinia ubivis per Vunnæ fluxum non diſtinguantur a Turcico poſſeſſorio. Æque ad Colapim uſque nunc protenſa non ſunt, ipſeque Leopoldus ſuperius, Epiſcopum & Capitulum Zagr. jura ſua de Transcolapianis docuiſſe fateretur.

VII. Stabilita enarrato modo in confiniis his Bani Regnique jurisdictione, Locumtenente quoque horum, ſive Vice-Capitaneo per expeditionem Conſilii Aulæ Bellici conſtituto, Comite Joanne Draskovich, *Commando* fuêre: *Koſtaniczæ*, *Dubiczæ* (ubi erat Commendans unus ex Zagrabienſi Capitulo, primusque *Nicolaus Skerlecz* Can. Zagr. Qualiter hoc? dicturi cum monumentis alias) *Zrinii*, *Szrachicze* quæ vetus commanda, per Banum *Comitem Joſephum Eſzterhazy*, Glinam translata eſt, ac per eundem in *Jeſzenovecz*, nova conſtituta, dum anterioribus temporibus, *Vice-Commendans* Koſtanicenſis, Jeſzenoviczy fuiſſet. Commendantes hi, habebant ſuos *Vicecommendantes*, *Vaivodas* ſeu Capitaneos *Haramiarum* hoc eſt ſtipendiatorum Regni militum, vigilias in præſidiis agentium, *Vexiliferos*, *Caſtellanos*. In confiniis autem *Knezios*, qui populi confiniarii in pagis degentis fuêre Superiores, & avaritiæ explendæ Commendantum adminiſtri ac executores. Æducilla, glandinatio, quævisque beneficia, fuêre Commendantum. Banus conſtituebat Commendantes, Vaivodas, Vexiliferos. *Haramiatus*, *Kneziatusque* emebantur a Commendantibus. Perceptor Regni exolvebat Officiales ac Haramias, partim panno, partim pecuniis. Fuerat etiam *Confiniorum Commiſſarius*, cujus officii erat: dum ad confinia ordinabatur, *Schema* ſeu tabellas conficere; Regno, Bano, hujusque Locumtenenti, has ſubmittere. Legislatio, omnisque adminiſtratio populi confiniarii, ſtabat à Commendantibus. *Banus Comes Joſephus Eſzterhazy*, ob exceſſus ac injuſtitias, Commendantes repertos ferè omnes depoſuerat, iisque regulandis erat ſtudioſus. Ejus Succeſſor, Celſiſſimus modo Princeps, *Carolus Comes à Batthyan*, in limine ſtatim ſui Banatus, regulandis his confiniis ſtuduit, præſcripſitque regulamentum. Sed hæc ad Banorum hiſtoriam, ab aliquo fors ſcribendam, cum pertineant, miſſa facimus.

Deſcribimus hìc ex tabella Commiſſarii *D. L. B. Joſephi olim a Sermaghe*, ſchema ſtatus confiniorum Collapiano-Vunnanorum, Anni 1745. *Commandæ Regni; Koztanicza* ubi *Kneziatus* 9. *Pagi* 82. *Domus* 3018. *Pedites* 2064. *Equites* 717. *Domus deſertæ* 44. *demortui* 155. *Inhabiles* 130. *Emigrati* 155. *Pandurones* 31. *Commendati ad Bavariam* 523. *Ad vigilias Limitaneas* 108. *Remanent domi* 2150. *Glina.* Knez. 7. Pagi 58. Domus 1816. Pedit. 1018. Equit. 498. demort. 37. Inhab. 61. Emigr. 18. Pandur. 100. Comm. ad Bav. 436. Ad vig. 140. Remanent domi 940. *Zrinianum* Knez. 7. Pag. 48. Dom. 1214. Ped. 650. Equit. 282. Dom. deſert. 2. demort. 31. Inhab. 128. Emigr. 36. Pand. 36. Ad Bav. 200. Vig. lim. 247. Domi 485. *Dubicza* Knez 1. Pag. 4. dom. 323. Pedit. 272. Equit. - - - Deſer. 7. Ad Bav. 113. Pro vig. 54. Pand. 24. Dom. rem. 105. *Jeſzenovecz* Knez 2. Pag. 5. Dom. 183. Pedit. 150. Equit. 47. Deſertæ 48. Ad Bav. 30. Vig. 34. Pan. 28. Domi 133. *Summa* Kneziatus 26. Pagi 197. Domus 6624. Pedit. 4154. Equit. 1544. Deſertæ 101. Demort. 194. Inhabiles 335. Emigr. 209. Pandur. 219. Ad Bav. 1302. Ad Vig. 584. Domi 3813. Statum autem rei tormentariæ in anno 1733. habemus in tabella, ſatis notabilem. Hic auctus fuit, occaſione belli poſtremi cum Turcis 1736. item anno 1748. per reduces ex Caſtris, ductore Colonello Pogledich.

VIII. Mortuo Carolo VI. ad Italiam ex his confiniis, ductore Colonello *Petro olim Paraminſzki*, uti & ex Banderiis, exiverant ultra 2000. *Ad Bavariam* cum Barone *Stephano olim Patachich* docente tabella, 2011. ac inſuper equites 400. Ac demum 1747. cum Colonello D. *Georgio Pogledich* (præter Banderiales) 2985. Docente tabellâ Zagrabiæ ſignata die 4. Februar. 1747. Abſoluto bello, viſa tam Viennæ ab ipſis Majeſtatibus, quam & domi; confiniorum horum, populi ad bellica habilitate, Comes tum Banus Princeps *Carolus de Batthyan* eorum regulationi intendit. Peracto cum Regni Statibus negotio, *D. Venceslaum a Kleffelt* ſubmiſit, qui opus regulationis exequeretur. Variisque difficultatibus quæſtionibusque ſuperatis, poſtquam Viennâ 1750. reddiviſſent Regnicolares eo in merito oratores, allato Regio Diplomate, regulatio eſt ſecuta. *Diplomatis hujus ſubſtantia ſive extractus, ſequens eſt:* Bani authoritas in illa confinia ſalva relinquitur, ea ratione, ut Status quoque in adminiſtratione eorundem Confiniorum, plenam cum Bano habeant confidentiam. Salarium cum modernus Banus declaraverit ſe non prætendere, Succeſſoribus ejus, de eo provide-

Digitized by Google

videbitur. Conſilium Aulæ Bellicum, eum, quem hactenus etiam habuit in confinia influxum, habebit, hinc tabellæ tantum Status effectivi prædictæ militiæ, eidem, menſtruatim ſubmittentur. Banus ex idoneis Patriæ Civibus, à Vice-Colonello incluſivè, omnes Officiales militares conſtituat, æquale cum aliorum regulatorum militum Rang habituros: Colonellos tamen, erga propoſitionem Bani, Princeps reſolvet. Præſidia nationali milite confiniario, implebuntur. Supremum Capitaneatum Regno conferendi jus confirmatur, ea ſpe, quod illum ſemper Banis conferent; Banus verò denominabit Vice-Capitaneum confiniariæ militiæ. Arma aliaque bellica ſuppellex per Principem ſubminiſtrabuntur. Commiſſari m pro confiniis eligendi regulandique poteſtatem Regnum habeat, excepto extremæ neceſſitatis caſu. Regnum a condeſcenſione militari juxta art. 48. 1741. ultro quoque ſit liberum; in caſu vero neceſſariæ inquarterizationis, militia parato vivet precio regulamentari. In concurſum porro aſſumptæ per Status, Banalis militiæ exolutionis applicantur omnes Eccleſiæ populi, hactenus ab onere tali privilegialiter exempti; inquillini nihilominus Capitulares & Epiſcopales ad Zagrabiam, à quarteriis & aliis perſonalibus oneribus ſint immunes. Inſuper bona Zriniano & Frangepaniano fiſcalia, modo per Bancalitatem poſſeſſa: Non ſecus, vicini, Carloſtadienſi & Varaſdinenſi Generalatibus pagi, iisdem, necdum incorporati, reſtituendi; neque in futurum recipiendi ſtatuuntur, omnes Regnicolarum ad prævios Generalatus ſubditi. Emolumenta confiniaria hactenus Commendantibus cedentia, Caſſæ Regni applicentur. Capitulum Zagrabienſe commandam arcis Dubicenſis, per unum ex propoſitis à Capitulo, per Banum reſolvendum, & caractere ac ſtipendio Vice-Colonelli gaviſurum; & non niſi a ſolo Bano dependentiam habiturum Canonicum, exercendam. Hic in præſidiariam tantum arcis militiam commando habeat, & non niſi adverſus Turcam exercituare teneatur. Emolumenta Confinii Dubicenſis percipiat, & de iis Bano ad puritatem conſcientiæ ſuæ, rationes reddat. In ſubſidium prædictæ militiæ exolutionis, reſolvitur etiam ad mentem art. 49. 1741. anni, media triceſima. Denique promittitur ſuam Mattem in conferendo Comitatuum Zagrabienſis & Criſienſis Supremi Comitis officio, peculiarem Nobilitatis, rationem habituram.

IX. Anno itaque 1750. Zagrabiæ in domo Regnicolari, ſolenniter promulgatur Confiniorum Banalium reformatio. Binæ conſtitutæ legiones, videlicet *Glinana* cujus Colonellus declaratus *D. L. B. Stephanus Patachich*, quo attamen *Commiſſariatum* ſupra memoratum mereque æconomicum poſt aliquot menſes acceptante, in Colonellum Glinanum reſolutus fuerat *D. Comes Adamus Junior de Batthyan*, occaſione Campagmenti Petovienſis, Petovii. Altera Legio nominata eſt *Koſztanicenſis*, hujusve Colonellus *D. Georgius Pogledich*. Quo ſubinde erga pactatam annuam penſionem valedicente, ſucceſſit memoratus *D. Venceslaus à Kleffelt.* Corpus inſuper equeſtris militiæ inſtitutum, hujusque Colonellus *D. Gabriel Skerlecz*. Declarati protribuni, Centuriones, omnesque ut in aliis Legionibus Officiales. Haramiæ ſublati, creditaque Confiniariis præſidia. Introductus Commiſſarius bellicus. Aucta ſalaria ſucceſſivè Officialibus, poſt tumultum confinii in anno 1751; ac demum ab anno 1753. ob promulgatum in confiniis ſchema præcedentiarum intra militares ac politicos, a Congregationibus Regni publicis, facta eſt ſeparatio militarium a Politicis. Tantarum memorandarumque circumſtantiarum, his annis evenientium; locus deſcribendi non eſt. Remaneat iſtud futuris Scriptoribus. Ad ſiſtema noſtrum præmiſſa ſufficiunt.

X. Confinia ergo hæc Banalia, ab *Oriente* legione Gradiſcana Sclavoniæ Inferioris, per memoratum fluvium Sztruga, & reſpectivè Savo ſeparantur: *A meridie* fluvio Vunna, ad *Divuſſe*, ac inde obliquè per ſiccum poſitasque metas & excubias Turcarum limitibus, uſque *Pernam*, inde per Glinam fluvium ad *Koſje* vulgo *Koſibrod*: abinde per Siccum includendo his confiniis partem montis *Petrova gora*, partem dominio Sztenichniak montis hujus relinquendo, ac limitibus dominii hujus in parte; in parte vero Generalatus Carolſtadienſis, Comitatus item Zagrabienſis, prouti etiam Abbatiæ Thopuſzkenſis, ab occidente: Demum *à Septemtrione*, jam fluvio Glina, jam Gorenſi dominio, jam Colapi, præcipue ad Petrinam, ſignis item metalibus à Hraſztovicenſi dominio, alicubi Savo includuntur, atque ab aliis jurisdictionibus ſeparantur.

In Legione Koſztanicenſi, ad Vunnam Koſztanicza eſt, in longum extenſa. Eſt Colonelli reſidentia. Sedes Epiſcopi Coſtanicenſis Græci ritus non unitorum. Franciſcanorum reſidentia, templum Parochiale &c. ſupra in eminenti monte arx olim Præſidium *Ded* vocatum. Pertinet ad Legionem hanc, *Jeſzenovecz*, intra aquas ſitum. *Dubicza* Vunnæ adjacens. *Zrinium*, *Gvozdanſzko*, a mineris varii metalli celebre; ſed hæ, neglectæ jacent. *Divuſſe* a devotione populi, cultuque *S. Catharinæ* celebre. *Pedell* arx olim celebris, ſed neglecta, rurſumque, annis his recentibus reparata. *Comogovina*, *Chultich*, cœterique tot pagi, & variarum

riarum

Digitized by Google

riarum ſeſſionum nomina. Et quia pars montoſa eſſet, veteres arces quam plurimæ ſunt, ut Vetus *Petrina*, *Vinodol*, *Pecski*, *S. Clementis*, *Budichina &c. &c.*

In Glinana Legione, *Glina*, *Szrachicze*, *Perna* cœteræque poſſeſſiones & loca. Demum *Stabalis* reſidentia *Petrina* eſt. Locus amplior, atque, olim per Turcas erectus, ſuo conſtans territorio, parte ab una habens fluvium Petrina, & ex altera Colapim.

Jurisdictio his in partibus Regnicolaris, Comitatuſque Zagrabienſis.

I. Ab inferiori parte, ſive Savo, ad quem Vuña ad *Jeſzenovecz* illabitur, parte vero ex altera fluvius *Lonja*, penes pagum *Szuvoy* ab eodem Savo recipitur, trans Savum occurrit Blinjavar, diſtrictus *Szunienſis*. Tum ſic vocatum terrenum Capituli Zagrab. ad Siſcium pertinens, ubi *Komarovecz & Blinia* pagi. Terrenum hoc, eſt reſpective trans Savum, reſpective trans Colapim, excoliturque a ſubditis Siſcienſibus, cis Colapianis accolis. Ad Siſcium Colapi influente in Savum, flectitur jurisdictionalis hæc pars, transcolapim; ubi pagus Epiſcopalis *Moſchenicza*, tum Dominium Epiſcopi *Hraſztovicza*, intra Petrinam, & confinia Banalia collocatum. *Hraſztovicza* vero in monte eſt, ubi Conventus Franciſcanorum, dirutumque vetus Caſtellum Epiſcoporum. Infra Parochialis *S. Spiritus* aliudque Caſtrum, *olim Novæ Civitatis* titulo decoratum, ut in Hiſt. Eccl. Zagr. meminimus; fuit autem latior hæc Civitas, extenſaque ad modernum Pagum *Taboriſche & Budichina* vocatos. Sunt alii quoque Pagi ad dominium hoc pertinentes. Terrena ampla trans Colapim ſunt, poſſeſſionum ciscolapianarum *Prachno*, *Drenchina*, *Vuroth* Capitularium: deinde Epiſcopalium *Breſzt*, *Goricza*, Tum Præpoſiti Zagrabienſis, *Saſin & Farkaſſich*, item Pagorum *Lettovanich & Staribrod*, qui majores omnino pagi cis Colapim ſunt illocati, cauſa olim ſecuritatis: tenuta attamen eorum quævis transcolapim ſunt, ut paſcua, terræ arabiles, ſylvæ &c. Eſt deinde Dominium Præpoſiti Zagrabienſis *Gore*, infra Dominium Hraſztovicenſe, & fluvium *Glina*. Ubi nunc etiam rudera, veteris arcis Gorenſis. Veteris *Budrovcz* item, atque *Gradecz* olim Frangepaniani. Hæc memorata pertinent ad Comitatum Zagrabienſem, & hujus *Proceſſum Poſſavanum*.

II. Ad Proceſſum porro ejusdem Comitatus Zagrabienſis *Transſavanum vocatum*, ex partibus transcolapianis, pertinent appertinentiæ Abbatiæ Topuſzkenſis, ſive terrena pagorum reſiduorum ciscolapianorum, ut *Berkiſſevina Sziſzinecz* &c. In hoc diſtrictu transcolapim eſt arx Epiſcopi Zagrab. *Pokupſzko*, inde ſat remota *Topuſzka*, ubi rudera veteris Abbatialis templi, ſat prominentia; horti item. *Thermæ* ſaluberrimæ, protenditurque ad limites Turcicos, & arcem *Vranograch* poſſeſſorii Ottomani. Non procul Topuſzka, eſt locus amplior, ubi credunt incolæ, terræ motu Civitatem quandam abſorptam. Inter cætera digna memoratu iſthic, terra eſt; quam ſecuri perpolire potes, relictave ſoli, fit perpolitus duriſſimus lapis, ut ibi ex ſciſſo politoque lapide ſit templum illud vetus Abbatiale, cœteraque. Quin Cathedralem Zagrab. Baſilicam ductis inde ejuſmodi lapidibus, conſtructam plures credunt. In parte hac ſunt *Viduſſevecz* pluresque poſſeſſiones ac prædia Epiſcopatus. Tum tenuta ciscolapianorum ex *Jamnicza*, *Szredicsko*, *Kupchina*, *&c.* Ad Mekuſsje uſque, conſtitutoſque terminos 1768 juriſdictionis militaris Generalatus Carolſtadienſis.

III. *Proceſſus Transcolapianus* Comitatus Zagrabienſis, habet quædam e bonis Frangepano-Zrinianis, ut *Ozolium* D. Comitis Theodori a Batthany. Arx eſt elegans ad fluvium Colapim. Antiquitatem hujus ſuperiores teſtantur Periodi. Partium harum ignari ſcriptores *Azolliam*. Pauli Diaconi, quæ Ozolium eſt, pro *Cillea* ſunt interprætati. Dominium iſtud amplum eſt; ſed Proceſſus hujus ea ſunt, quæ ſunt transcolapiana. Pertinent tum ad hunc Proceſſum, *Rechicza* fors olim *Recſe*. Item vaſtum Dominium *Sztenichniak*, ad limites Turciæ extenſum, & Raſcianis adimpletum. Arbores quercineæ mirandæ proceritatis in hoc creſcunt Dominio. De Sztenichniak ſuperius occurit mentio. Pertinet ad Comites *Draskovich*. Eſt dein *Novigrad* ad Dobram fluvium, Comitis *Franc. Patachich*. *Lipnik*, *Ribnik* & *Berlogh* elegans Caſtellum Comitis *Generalis a Petazzi*, pluriumque Nobilium ibi Curiæ. Loca ad *Szlavetich* D. Comitis Orſich pertinentia. *Boſzilievo* olim Vaſzill, nunc Nobilium Voikovich, plurimaque loca & poſſeſſiones aliæ. Ex Proceſſu hoc, *Bellay*, *Szvarcſa*, *Zaſztenje*, *Mekuſsje*, *Mreſnicza*, *Udvina &c. &c.* per Comiſſionem anni 1768 ſunt incorporata militari jurisdictioni. Terminatur ad *Kamenſzko* D. Comitis ab Orſich (diſtinguitur a Kamenſzko Paulinorum in Parochia Mekuſsje ad Carolſtadium ſituato) a proceſſu maritimo, parte ab una; ex altera autem Parochia & pago Moravicze.

IV. Tandem eſt *Proceſſus Maritimus* vocatus, Comitatus vero Zagrabienſis. Parte ab una ſeu Septemtrionali ad Carnioliam, ſunt Caſtella *Brod*, tum *Grobnik* fati Excell. D. Co-

Digitized by Google

mitis Theodori a Batthyan, inter hæc Dominia *Cſabar* & *Gero*, Collegii mineralium ubi ferreæ cultivantur mineræ. *Terſactum* ad flumen S. Viti, & ab occidente ad mare Adriaticum. *Bakar* ſeu Buccari, cum oppido, vel mallis Civitate. Eſt hujus in tot articulis mentio. *Bukaricza* cum portu Regio, vulgo *Kraljevicza*. Arx oppidumque *Hrelin*; Arx *Drevenik* horæ ſpacio a mari remota. *Belgrad* vetus illud, ubi Colomanus in Regem Croatiæ credibilius erat coronatus: media hora a mari diſtat, Paulinis Czirkvenicenſibus a Leopoldo attributum, quod attamen nunc poſſiderent Commerciales ex annuo cenſu 250 flor. *Czirquenicze* ad mare Paulinorum. *Griſane* arx diruta, media hora a mari remotum. *Szelcze* pagus ad mare, ab hoc autem arx *Bribir* diſtans media hora. *Novi* arx ad mare ubi præter Capitulum, ſunt quoque Paulini. Militaris lata amplaque jurisdictio, interim ad Proceſſum pertinent *Verbovſzko*, *Raunagora*, *Merkopolye*, loca a ſtatu militari ceſſa commertialibus, reſervata ut volunt juriſdictione; quæ etiam loca, *Collonias Commerciales* appellarunt. *Fuſine* tum, ubi aſſeres conficiuntur, Pagi item *Loque* & *Lich*. *Carlobagum* ad mare oppidum ubi Conventus eſt *Capucinorum*. Tandem *Segnia*, olim Senja, vulgo *Sein*, æque ad mare. Multa ſuperius ſuis locis de Segnia & Segnienſibus dicta relataque ſunt. Eſt ſedes Epiſcopi Segnienſis, Capituli item, habet Franciſcanos, Paulinoſque, & urbis ſuæ Patricios. Eſt etiam Libera Regiaque Civitas Hungariæ Regni; demonſtrantibus Legum articulis. Verum vel ex neceſſitate, vel naturali inconſtantia, varias quærens jurisdictiones. Celebris olim erat Segnienſis Capitaneatus. Dein ſedes fuerat Confiniorum Croatiæ, quod nunc Carolſtadium eſt. Ceſſaverat occaſſione regulationis Croatiæ confiniorum, militaris Segniæ juriſdictio, nutabantque Segnienſes, jam Liberæ Regiæque Civitatis juribus gaudere cupientes, teſtibus Diætarum anni 1741 & 1751 articulis; jam alia quærentes. Nunc Commercialiſtarum ut ajunt, eſſe referuntur. Cœterum, demptis dominiis *Brod*, *Cſabar*, & *Grobnik*, reſidua Proceſſus hujus maritimi; ab adminiſtratione commerciali Tergeſtina dependent, veniuntque nomine littoralis Auſtriaci, & *Commercialiſticæ juriſdictionis*. Qui partes has prorſus a quavis alia poteſtate jurisdictioneque independentes, prætendunt. Sane vidi ego legique epiſtolam, moderni Buccarenſis Inſpectoris *D. Michaelis Franciſci Mikulich*, qua ille reliqua inter prætendebat: Quod cum partes hæ maritimæ, olim a Fiſco Hungariæ, ſive Camera Ungarica, *cum proprietate* venditæ fuerint *interioris Auſtriæ Regimini*; ab hoc dein *Excelſæ Regiæ Bancalitati*, cujus jure ad Commercialiſtas deveniſſent (dicuntur ex annuo cenſu, ad annos plures pactato, uſufructuarii eſſe Commercialiſtæ) ideo his abſolutum omneque jus *vi proprietatis* competere, neque ullius agnoſcere poteſtatem. Hinc mandabat non obſtante eo, quod juſſu Regio Vice Comes Comitatus Zagrabienſis eo fuerit ordinatus ad examinandas tollendaſque vectigales, telloniales, ex lubitu impoſitas obligationes, Vice Comitem nullatenus admitti & recipi; dum ob venditionem *cum proprietate*, nec Rex Ungariæ mandare poſſet. Sed dubito ego, an vir bonus *proprietatem* intellexerit. Profecto tametſi Camera Hungarica cum ſcitu conſenſuque Regis ſui, dominia illa maritimà vendiderit; venditione illa, Reges Hungariæ, *juri ſuo proprio & Sacræ Coronæ*, omnique poteſtate & Legislatione ſemet exuiſſe, aſſerere; neſcio an non infidele ac temerarium ſit? Interpretatioque a Regibus eſt petenda, haud a ſubdito incaute uſurpanda. Mihi perſuaſum eſt, nec Leopoldum olim, nec Regnantem modo Majeſtatem proprietatem ſuam poteſtatis Regiæ in oras illas maritimas, in poſſeſſores, vel rectius adminiſtratores modernos tranſtuliſſe, ſeſeque legislatione privâſſe. Hoc inquam mihi perſuaſum eſt, tum ex fundamentali lege, quæ ſine Coronæ conſenſu hujuſmodi cum proprietate abalienationes non admitteret; cum & ex ſacramenti per Reges deponi ſoliti ſanctitate, ipſorumque Regum providentia, qui jura ſua, ſuæque Coronæ diſtrictus, ſic vendi non patiuntur. Amabo an dominia illa, vendi nunc poſſunt extraneæ alicui potentiæ, cum proprietate? Sane Reges ipſi Hungariæ, quin Sacra Corona, bona dicta Coronalia, habent cum proprietate; plures item Principes atque extranei, haud attamen prætendunt, ſe a Regno hujuſque jurisdictione, legibuſque immunes eſſe; verum a talibus bonis, quorum proprietarii ſunt, ſubſunt publicis Regum & Coronæ diſpoſitionibus. *Excelſa Bancalitas*, iſtud nunquam prætendebat, quin ob majorem Zagrabiâ diſtantiam, alium Comitatum *partium Croaticarum* erigendum optabat. Ad Crongregationes Regni Sclavoniæ, ſuum exmittebat mandatarium, vidique in his ſæpius D. olim *Santdonati*. Tenuit Zagrabiæ ſuum hominem, Plenipotentiarium nempe: Banderia ex illis dominiis huc, & ad ſervitium Regium, ultimo bello ſubmiſit, leges Regni & Coronæ ſervabat. Contributionale ſuum quantum caſſæ Comitatus dedit, appellationemque illam *Littoralis Auſtriaci* juxta benigniſſimam declarationem Dominæ & Reginæ Apoſtolicæ factam art. 30, 1765 anni, eſt conteſtata. Agnoſco ego profiteorque commercium omne, comercialeſque perſonas, *ſuo modo* independentes eſſe oportere, tardarique multum commercia, ſi rerum promotiones,

Digitized by Google

tiones, per proceſſus ordinarios, variaſque remotorum locorum & dicaſteriorum inſtantias, ſiſtantur, morentur; ut hinc ubivis Commercialibus, per *Conſules*, aliaſque ſit proviſum. Verum una æque exiſtimo: diſtingui commercium *reale*, hujuſque per naves aut aliter promotiones, commutationesque; a ſocietatis cujuſque, ſtabilium fixorumque bonorum adminiſtratione atque uſufructu. Sane uti bona hæc fixa eſſent, & adminiſtrationis æconomicæ, privatumque reſpicerent lucrum, nec eſſent naturæ claſſisque commercialis; verum induſtriæ æconomiæque propriæ: ita ſub ea eſſe dependentia & legibus, quemadmodum quævis cœtera dominia & Bona, privatorum proprietariorum Dominorum. Sed hæc, dum a definitione Regum noſtrorum Apoſtolicorum ſtarent, iiſdem in ſubmiſſione ſubſterno; tacenda nihilominus non exiſtimavi, tam ob præaſſumptum ſiſtema explicandorum jurium Regalium, involvendique illa periculum, in his regionibus; quam ob memoratum art. anni 1765. Denique ad indicandum, quæ intra ſubditos animorum averſionem cauſare poſſunt. Cœterum maritimæ hæ partes ſteriles ſunt & ſaxoſæ, ut populus ſalis deportatione, atque hujus per Sclavoniam cambio pro frumento, potiſſimum ſtaret viveretque. Triceſimæ his in partibus Croatiæ ſunt: *Coſtaniczæ*, *Carolſtadii ex Novigrad* translata, *Szlunii*, *Udbinæ*, *Radonovacz*. Hæc præmiſſa, modernæ utriusque Sclavoniæ, partiumque Croatiæ; Regum noſtrorum Apoſtolicorum, atque a Sacra Regni Corona poſſeſſorum, ſecundum multiplices jurisdictiones eſt relatio atque ſummaria deſcriptio. Vigore hujus (in legibus publicis, Regum diplomatibus, notorietate item publica tam domeſticorum, quam & exterorum in militari jurisdictione ſervientium, & cuicunque lubet inſpicere, ſic reperturum viſurumque, radicata) corrigendi ſunt tot numero ſcriptores, ut Bombardi, Szent-Ivany &c. qui has regiones confuderunt, juraque Sacræ Coronæ læſerunt. Provincias illas, *Morlachiæ*, *Vuskokorum*, *Marchiæ Vindorum*, quin nec *Regnum integrum Dalmatiæ*, his in Regionibus reperies. Quare cui lubet veritatem dehinc ſequi, ſequendam propono; cui præjudicatis inhærere opinionibus placet, per me valeat poſſitque. Illa quæ hodie ſub Venetorum aut Turcarum, ſive Dalmatiæ, ſive Regni Croatiæ, aut Sclavoniæ ſunt poſſeſſorio, non deſcribo, defectu ſufficientis cognitionis, contentus: me anterioribus periodis ſufficienter docuiſſe: *Dalmatiam integram*, *Croatiam æque*, *atque Sclavoniam*, *per quoſcunque & qualitercunque nunc poſſideantur*, *legitimi propriique eſſe juris*, *Sacræ Regni Hungariæ Coronæ*, *Apoſtolicorumque noſtrorum Regum*, *Boſniam item ac Serviam*. Hæc mea, in Reges meos, Sacramque Coronam, quorum eſſem ſubditus, devotio atque ſervitium, ſi grata acceptaque fuerint, contendam ſtudia mea ultro ſacrare publico: ſi vero damnabuntur; patientia, ac dehinc ſilentio, conſtitutis a Deo altioribus poteſtatibus (quibus me, quævisve mea in veneratione ſubjicio, ut humilis ſubditus) obediam; veneraborque Divinam per hoc ipſum diſpoſitionem. Cujus honori & gloriæ, hæc, & quævis mea devotiſſime ſubſternerem, cum Laus Dei, veritatis examine ac modernis poſteriſque communicatione, ſit fueritque meus finis.

Digitized by Google

Digitized by Google

AUCTARIUM
PERIODI I.

IMpreſſis iis quæ Periodo I. ſcripſimus, pro ampliando reſtaurandoque Parochiali templo S. Martini in *Schitarjevo*, apparentia in campo rudera deſtrui effodique a Parochianis incoârunt. Eſt autem *Schitarievo* alias *Schitaro* & *Kutel* in carthis Veterum, in Sclavonia Comitatuque Zagrabienſi, & *Zagrabia* trans Savum, duabus prope horis remotum. Occaſione facti hujus, cum caſu intellexiſſem, reperiri iſthic antiquitates varias, non ſolum artium; ſed erui numos, ac idola; ægritudine impeditus, eò proficiſci non potui: orare nihilominus haud neglexi, viros illos, qui facile, antiquitatum memorias colligere, obtinereque ſive a ſibi ſubjectis, ſive Parochianis poterant. Verum demptis verbis, nil obtinui. Parochus loci, neque harum rerum peritus eſt, neque ſolers theſauri hujus, immo quæ obtinuit, aliis curioſitatis explendæ gratia, diſtribuebat, ad me nil promovere dignabatur, fors ex metu; aut ne locus ille valeat illuſtrari. Poſtquam vero intellexiſſem *Joannem Tomecz Cooperatorem* vicinæ ibi Parochiæ in *Nart*, quædam obtinuiſſe, eundem interpellavi: rogans collecta communicari mecum, attendereque quibuſvis, cumprimis *Inſcriptionibus*, *numis*, aliiſque antiquitatibus. Miſit illico, quos habebat numos, pauloque poſt ad me comparens, non modo pollicitus eſt operam ſuam ac induſtriam; verum flagitabat inſtanter, ut cum ipſe Viennæ ſtudens & Alumnus, vidiſſet antiquitates hujuſmodi colligi, conſervari, edi: neque in his fundatus ipſe eſſet, vellem, quæ illuſtrandæ ſervirent hiſtoriæ, excerpere ac communicare. Placuit mihi juvenis Presbyteri animus, vidique ad hæc ſtudia ejus propenſionem, indolendo media illi deeſſe ad finem. Quæ ſpopondit, ſtudioſe ac liberaliter præſtitit, quævis infra a me referenda ſubmittendo colligendoque. Quin informari petiit ab iis, qui eruta recepiſſent, aut quibus extradata reſciviſſet, uti ex ejus epiſtola ad me ſcripta vidi, ubi: *Cum nuper in Schitaro fuiſſem, D. Parochus retulit ſe habuiſſe numum, multis ante Chriſtum natum ſæculis cuſum, quem D. Comiti Patachich dediſſet, alios autem variis, præcipue Religioſis.* Quare ſi quid luminis utilitatiſque ex hoc petetur Auctario, fato Presbytero *Joanni Tomecz* gratiæ ſunt habendæ: ſi enim ſocors fuiſſet, his notitiis caruiſſemus. Hinc rogandos volui ſingulos, qui gratiam illi referre vel præſtare poſſunt, non dedignentur. Equidem diligentia ſua, quantum meruit, ii omnes intelligent, qui vel litterarum ſunt amici: vel Patriæ ſuæ illuſtrandæ ſtudioſi.

Antequam porro erutas antiquitates ac a me obtentas communicem, domeſticos lectores reflectendos habeo. I. *Loca quidem* inde a Pannonibus & Romanis, nunc quoque extare. *Nomina* autem quibus illi loca a locis diſtinguebant compellabantque, demptis perpaucis variata eſſe. *Mons Claudius*, *Siſcia* aut *Siſtium*, nunc quoque ſuperſunt, verum quaſvis eorum appellationes etiamnum obſervari, demonſtrari nequit. Adamus creatis rebus dedit nomina, haud attamen ſingulis ſpecierum individuis, atque locis terræque angulis. Experientia convincimur: nunc quoque ab inductis novis coloniis, vel ab his, vel harum Patronis aut dominis ad placitum attribui compellationes, nec valet ſuſtineri, has ab Adamo eſſe impoſitas. *Carolſtadium* ab Archiduce Carolo eſt vocatum, Confiniis Sclavonicis, appellatio *Generalatus Varasdinenſis* ab exordio ſæculi XVII eſt, atque ita de aliis. II. Gentes illæ tot variæque ruinârunt Pannonias, ac bellabant invicem, quod ſuum idioma moreſque non induxiſſent, ſed uſus Pannonum aut Romanorum deletorum, Idioma item, ſervatis ideo quibusdam, qui inſtructores eſſent ſervaſſent, nullo probatur teſtimonio. III. *Syllogiſmos* eſſe quidem modum, methodumque deducendæ proponendæque veritatis, neutiquam vero demonſtrationem, evidentiſſimamque veritatem rei, quæ per ſyllogiſmum vel objicitur, vel prætenditur. Quare reducas ad quem lubet modum ſyllogiſmum tuum, ideo veritatem rei haud es demonſtraturus, verum ludes & ignorantiam tuam apud rudes obvallabis. Sic *Schitaro* eſſe *Scutarim* vel *Scutariam* (quod plures ſomniant) ex ſyllogiſmo hoc, non demonſtratur: *Schit in idiomate Sclavico vulgari, eſt Scutum, ſed Schitaro, vel Schitarievo derivatur a Schit, ergo Schitarievo eſt Scutarium, vel Scutaria.* Paries ſignificat *Sztena*, ergo *Stenievecz eſt parietina. Metla* ſignificat Scopam, ſed *Metlica vel Metling*, derivatur a Me-

tla, ergo Metlica eſt Scopia. *Kamen* eſt lapis, ſed *Kamenſzko* derivatur a Kamen, ergo Kamenſzko eſt Lapidaria. *Lyubav* eſt amor; *Liublen, zaliublen* amans, ſed *Liublana* ſeu Labacum, item *Liublanicza* derivatur a *liublen*, ergo moderni *Cis Savani*, ſunt veteres Amantini. Oh Syllogiſmum atque *Ergo*, plurimis hæc ſunt veritates evidentiſſimæ, cum nihilominus pallient ignorantiam proponentis, intellectum autem auditoris obfuſcent, implantando negligentiam, veritatisque ſtudium opprimendo. IV. Nec probanda nec ſequenda eſt, deprædicata illa eruditio, quæ loca vel nomina, nationi uſitata, latina ſignificatione exprimit. Sic pro *Coſtanicza* Caſtaneopolis, Pro *Eperieſſino* Fragopolis; Pro Poſonio *Iſtropolis*; pro *Novigrad* Savaria; Pro *Vrabchenſibus* Paſſerinos; quidam ſcribunt. Scio declamari hæc pro effectu providentiæ prudentiæque, ob conſervationem famæ ac doctrinæ; eſſe item exempli Poëtarum veterum, cauſareque admirationem, & ſcriptoris ſubtilitatem. Verum a me, utpote Eccleſiaſtico, ac methodum ſimplicem Evangelicam planamque, anteferente ſubtilitatibus argutis, probari nequeunt: cauſant enim *Confuſiones*, & quaſvis falſitates, ſomnia, mendacia vendunt. Si neges: lecta in hujuſmodi erudito; *Applicari poſſe Coſtaniczæ*, quæ ille deſcriptæ Caſtaneopoli attribuit; excuſatio ſomniorum illius in promptu eſt: vel ſcientiæ clavim ſibi reſervâſſe ſcriptorem; vel *Caſtaneopolim* ſuam quærendam eſſe alibi, ſtudendumque de inveniendo loco, cui deſcripta ſomnia valeant applicari: ſunt enim diverſorum locorum æqualia fere agnomina, ut *Coſtanievicza* alias Lonſtroſs in Carniolia, *Koſtanjek* non procul Zagrabia, *Koſtanievecz* &c. Hinc evadit labor lectori tædioſior infructuoſiorque in applicando; ac fuerat ſomniatori in fingendo. Sed nec approbo Magiſtros illos, qui de ignotis, ad cujuſcumque relationem, ſine examine debito ſcribunt. Sic in Topographia ſua, Regionum harum maximam fecit confuſionem Bombardius. *Capronczam, Criſium* &c. in Comitatu locat Varaſdinenſi, quod nulla ætate fuerat; aperte indicans, ſemet ejus relationi, ſine examine rerum inhæſiſſe, qui Quid Comitatus ſunt? ignoravit, neſcivitque horum limites. Ætate illa ad Generalis Varaſdinenſis juſſa, quia ſedes erat Generalis, *Varaſdinum*; Caproncenſis & Criſienſis fuêre Commendantes, vigilias ex Confiniis illis agebant Varaſdini milites; hinc informans Bombardium, retulit illi, Capronczam & Criſium eſſe Comitatus Varaſdinenſis. Non eſt ſatis, eſſe vel fuiſſe aliquem in loco de quo ſcribimus, at neceſſum eſt, ab eo *intelligi illa*, de quibus teſtatur. Teſtis de ſcitu, & auditu, ex opinione item, aut erroneæ narrans longe differunt. De præmiſſis, horumque ſimilibus, Patriotas *ex charitate* reflectendos cenſui, cupiens amoveri obſtacula, ſani rective judicii, ac mentis humanæ corruptionis. Si nihilominus, *argutum ſyllogiſmum* pro veritatis evidentia, atque ſolis luce, habere in quibuſvis, ultro alicui viſum eſt, libertatem non tollo, nec reflexiones meas pro lege vendito: ideo, per me, quibus lubet, deſumptas ex derivationibus, vel ſignificatorum alterius idiomatis ſubſtitutionibus, eruditiones interpretationeſque, ut perſpicacis prudentiæ modos, ſequi liceat. Jam ad erutas antiquitates in *Schitarjevo*, & dandas iis a me *Notas*, veniamus, *Inſcriptio eruta lapidaris.*

HERENNI
AE ETRUS
CILLAE AUG.
MATR. CAST.
DN. DECI. P. F.
AUG. R. P. AND.

legendam puto: *Herenniæ Etruſcillæ Auguſtæ, Matri; Caſtæ Conjugi Domini Decii, Pii felicis, Auguſti, Reſpublica poſuit Andavtonia.*

Numiſma erutum.

Parte adverſa: HEREN. ETRUSCILLA AUG. ubi *Caput ornatum, frons latior, facies pinguior & gravis*, tum collum ad humeros. Numiſma æreum, moduli majoris. *Parte deinde averſa*, orbiculari circulo P. M. S. COL. VIM. Mulier ſtans. Ad pedes a dextris leo, a ſiniſtris taurus, Legenda deduco. *Herennia Etruſcilla Auguſta, Poſuit Marino ſuperato, Colonia Viminatium*, vel *Poſuit Matri ſuæ* Col. Viminatium.

I. Confirmat inſcriptio, Conjugis Decii nomen, videlicet *Herenniam* vocatam fuiſſe. *ETRUSCILLÆ*: Patriam ejus ſors indicat, ſcribit enim de Decia gente Pompon: *Hic fuit Deciorum finis, qui ut credibile eſt ſe pro futura victoria devoverunt. Ita enim Deciorum nomen facere conſuevit: Decii mures duo, prioribus ſæculis, alter bello Hetruſco, alter bello Latino,*

Latino; conſtanti animo inter confertiſſimos hoſtes, pro victoria Patriæ ſe devoventes occubuêre. Conſtituere non præſumo, nunc quoque ſervari Deciorum memoriam in vulgari apouthegmate *Verli Deczi*, hoc eſt *Inſignes Decii* quod tribuimus ignavis ingratiſque erga Patriam ironicè; vel promerentibus ac inPatriæ ſalutem ſeſe devoventibus.

II. Puto ego *Herenniæ*; relatas memorias tum fuiſſe collocatas, dum cæſo Veronæ Philippo, hujuſque filio Romæ, poſt ſuperatum a Decio Marinum, *Decius* Romæ Auguſtus fuerat proclamatus, filiumque ſuum æque Decium, *Cæſarem* dixerat. Hoc docere videntur, utrobique verba: *Auguſtæ* & *Dn Decii Auguſti.* Vox *Matri*, eſſe poteſt, ut Reſpublica Andautonia ob beneficia quædam, Herenniam, Matris appellatione ſit venerata, præcipue cum non exprimatur *Matri Cæſaris.* Attamen ſtatui hoc nequit firmiter, dum bene interprætari poteſt *Matri*, pro Decio, Cæſare, ab Auguſto Patre, declarato. Et quia *Decius*, a Philippo adverſus Marinum fuiſſet miſſus, atque hunc ſuperaſſet. Herenniam conjugem in Pannonias Patriam ſuam duxerit; reliqueritque dum Romam redux, ſe *Auguſtum* audivit proclamatum. Qua occaſione, ad Auguſtæ gaudium ac memoriam, *Reſpublica Andautonia* Marmor poſuit, *Viminatium* autem, relatum numiſma.

III. *ANDAVTONIUM* fuiſſe ſub Romanis Rempublicam, duplici inſcriptione, conſequenter teſtimonio convincimur. Altero ſuperiore; altero relato ſupra pag. 5. Quæ memoriæ, dum nunc erutæ & effoſſæ ſunt e terra, Rempublicam hanc, hic fuiſſe conſequitur. Neque enim ideo allatas olim extitiſſe ut ſepeliantur, exiſtimari poteſt; at per deſolationem gentium barbararum, ruinatas, terraque obrutas, in ſuis locis perennâſſe. Neque fuit unquam Progenitorum noſtrorum cura, ut Theſauros ſimiles conſervarent, minus vero ut tales, amore litterarum, vel ornatus Patriæ, aliunde procurarent. Exiſtimo ego Vetus illud *Brevcorum* Regnum, in Rempublicam abiviſſe, adeoque Jurisdictionem Reipublicæ hujus, *cis* atque *trans Savum* quin & *trans Colapim* viguiſſe. In *Sztenjevecz* erutus lapis, *Andavtonium* iſthic olim fuiſſe ſuadet. Nunc pluribus in locis ſimilia ſunt nomina, nempe *Sztenichnjak Zaſztenye*, *Sztenjevecz.* Olim æque fuêre *Andezium*, *Anderium*, *Dautona.* Quin periodo I. retulimus, Populum integrum *Anthes* fuiſſe vocatum. Huic ſucceſſiſſe Sclavos, teſte Jornande Anthes vocatos, *principaliter tamen*, ait *Sclavini*, *& Anthes nominantur.* Quare non ſolum firmari videntur, quæ periodo I. & II. ſumus commentati; verum Sclavonicæ Reipublicæ antiquitas ultro firmatur.

IV. In loco nunc *Schitaro*, fuiſſe celebriorem olim Coloniam, nunc effoſſæ antiquitates demonſtrant. Memoratus *Joannes Tomecz* die 1ma Septembris anni 1768 ad me ita ſcribit: *Civitas grandis fuiſſe ex apertis recenter apparet fundamentis; cujus magnitudini; ſi ſtricte loci ſimetria conſideretur, Zagrabia nullatenus conferri poteſt. Enimvero ubi domus eſt defuncti Schitaroczi, murus in terra paſſim reperitur, ipſeque in fortem impegit murum, occaſione certi ædificii firmandi. In domo ejuſdem uſque ad Parochialem Eccleſiam, larga etiam Decempeda menſurando ſunt paſſus ut judico 500. In hortis autem Colonorum Eccleſiæ contiguis, binis locis, effoſſi hoc anno ſunt lapides & lateres, inſignis latitudinis, qualibus Eccleſia Cathedralis ſtrata eſt, pro ſtructura Sanctuarii Eccleſiæ Parochialis, quod modo ampliatum e fundamentis erigitur. Poſt Eccleſiam autem, campus late exporrectus, Romana dives eſt pecunia - - - Ex quibus facile inferri poteſt, ibi antiquam Civitatem ſtetiſſe, ubi modo murorum fundamenta reperiuntur, & ubi per campum late diffuſum moneta antiqua a ruſticis colligitur. Nequn enim quisquam aſſeret, veteres pecuniam per campum, uti nunc triticum, ſeminâſſe: ſed reperiri pecuniam his temporibus eô locô, quo Civitas antiqua fuit. Magnitudinem loci ſæpius oculis ſum metitus, ſine omni dubietate Rſſ. D. Uram certificare poſſum, grandem eſſe debuiſſe quondam Civitatem. Romanorum vero temporibus eam extitiſſe numi teſtantur, ubi Claudius, Trajanus, Domitianus &c. Dignetur itaque orbi litterato numos hos producere, ne luctantes cum ærugine bis pereant, nempe dum & terra obruti ſunt; ac nunc effoſſi dum ſæpius projiciuntur.* Hæc de indiciis modernis, veteris olim ſive Coloniæ, ſive Civitatis. De *Nomine*, jam indagandum, ob hiſtoriæ lumen, & plurium antiquitatum explicationem, adeoque publicam utilitatem.

V. Si de *Itinerario Antonini*, nulla eſſet apud eruditos dubietas, ſi item vel certum eſſet, vel demonſtrari poſſet, *Petovione* neqiaquam via alia, verum per modernam Zagrabiam Antoninum iviſſe, fuiſſeque hinc progreſſum, nequaquam itinere trans Savano, Siſcium; aſt cis Savum, aut trajecto Savo loco eo; ubi nunc pons *Reſznik* eſt, Vetus *Quadrata*, ut Siſcio proximior, in *Schitarjevo* eſſet conjectanda. Verum dum quævis hæc ignota ſunt, nec *Quadratæ* eruta haberetur his in oris ulla memoria, deſunt opinioni fundamenta. Similiter: ſi ex quibusdam veterum ſcriptorum verbis, facta relata, cum ſitu loci *Schitarjevo* combinando, verè concludi poſſet, argueretur, *Nauportum* antiquam iſthic ſtetiſſe. ſcribit equidem l. 1. Annal. Tacitus. *Hic rerum urbanarum ſtatus erat, cum Pannonicas legiones ſeditio inceſſit - - -*

Manipuli ante cæptam ſeditionem Nauportum miſſi, ob itinera & pontes, & alios uſus; poſtquam turbatum in caſtris accepêre, vexilla convellunt. Direptiſque proximis vicis, ipſoque Nauporto, quod municipii inſtar erat, retinentes centuriones, irriſu & contumeliis, poſtremo verberibus inſectantur. Hæc quævis applicari, explicarique poſſe, loco Schitaro, indubium eſt; haud nihilominus concludere valeo, *Nauportum* olim iſthic ſtetiſſe. Æque libro 12 collecta per Lazium, trahi poſſe plura ad *Schitarjevo* clarum eſt, haud nihilominus tutè ſive vetus *Cimbrianum*, ſive *Aquincum* iſthic collocabitur. Quare

VI. Quamvis agnoſcam confitearque: demonſtrari clare non poſſe, ob defectum certorum monumentorum, veterem illam Romanorum tempore, loci iſtius compellationem; mihi nihilominus videri probabile, *Coloniam Viminacium* iſthic olim ſtetiſſe. Motiva hujus opinionis meæ, ſequentia ſunt. 1. Recenſitæ mox ſupra, ibi erutæ antiquitates. Nam in loco jurisdictionis ſuæ, *Rempublicam Andautoniam* memoriam illam *Herenniæ*, atque *Decii* collocâſſe; negari vix poteſt. Et in *Andautonio* quidem, relatam pag. 5. Decio: in *Viminacio* autem, locô ſive Reipublicæ altero, ſive quod Herennia tum fors ibi fuerit, exſpectans Româ mariti elevati per Illyricianos, coactique enſibus ad ſuſcipiendum Imperium (ut Lœtus &c. ſcriberent) a Senatu confirmationem redditumque, ipſi Herenniæ, Decii Conjugi memoriam poſuit. Eapropter Viminatium intra limites Reipublicæ Andautoniæ fuerit, venitque collocandum. Colonia autem Viminatia, videns erectum eſſe marmor a ſua Republica Auguſtæ, ipſe *Numiſma* relatum, in ejus memoriam dedicavit. 2. Locum Schitaro hujuſque ſitum, refartum undique ex natura, eſſe Vimine ſeu vimentis aut Viminetis, carice, virgultis, omnis intueri volens, inveniet. 3. Ruinatis per barbaros Romanorum coloniis, urbibus, vicis, quamvis ubique ac quævis anteriora nomina ſervata ab incolis ſuccedentibus fuiſſe, dici nequeat; quædam nihilominus ſervata fuiſſe, ut *Siſcii*, *Sirmii* &c. res clara eſt; quædam vero, Sclavico idiomate ſunt nuncupata, ut *Anicium* vetus *Babinecz*, *Martene* Martianecz; *Siſcia* Sziſzeg, ita facile, a *Siberje*, *Schet*, *Schit*, *Saſs*, *Szit*, *Szitina*, ſive virgultis, viminetis, junco, carice, ſcirpo, veteris *Viminatii* appellatio, in *Schitaro* ſervatur. Fatus Tomecz in epiſtola ſua 2. Februarii anni 1769 ſignificat: *Pagus, penes eum campum, in quo pecunia Romana colligitur, etiam Saſsi* (a carice vel junco) *vocatur, quo plenæ ſunt paludes & vicinia.*

Adverſus opinionem hanc, numi tam infra, quam & pag. 15; Philippi Arabis eſſe videntur. Ubi averſa parte, *P. M. S. Col. Vim.* quam epigraphe paſſim explicant antiquarii, legendamque docent *Provinciæ Mœſiæ ſuperioris Colonia Vimanacium*, quare Colonia hæc, haud in Pañoniis erat, at in ſuporiore Mœſia. Hinc *Viminacium* in moderno *Vidino* collocant. Verum enimvero explicationis præmiſſæ, nulla legi fundamenta; ex lubitu autem interprætari, denotatas per litteras *P. M. S.* voces integras, ego ſaltem non auſim, niſi una communicato interprætationis motivo. Sane in viſis lectiſque a me, ſive numorum, aut numiſmatum, ſive marmorum inſcriptionibus antiquis: ubi *Provinciæ nomine*, quid actum fuerat, nequaquam ſingularibus litteris, *Provinciæ* exprimi nomen, ſed vel integrum, ut *Provincia Dacia* &c. vel pluribus litteris, ut *Prov. Mœſia, Noricorum* &c. Quin legi in memoratis, *And. Andavt. Col. Vim.* aliiſque ſupra Periodo I exſcriptis, hoc videre eſt. Neque legi etiamnum, *Vidini* repertum monumentum aliquod, ex quo poſſet firmari, vetus Viminacium ibi collocari poſſe, ex duabus autem primis litteris æqualibus *Viminatio* & *Vidino*, tutam interprætationem cenſeri, haud exiſtimo, alias & in *Vienna* cur non erit figendum Viminatium? non aſſequor. Accedit demonſtratum haud eſſe, ſæculo III. Vidinum modernum in Mœſia ſuperiore fuiſſe, quinimo Dardaniæ rectius adſcribi poſſe cenſeretur.

Mea ſententia, quoties particulares ſingulareſque litteræ interprætandæ occurrunt, rectius explicantur ex facto quopiam in hiſtoriis relato, quam ex lubitu, aut imaginatione. Quare cum ſcribat Pomp. Lœtus: *Scythæ qui Miſitheo fidem præſtiterant, & illius nutu quieti erant, facta irruptione limites transgreſſi, urbes & agros Imperii Romani vaſtare, prædas abducere, cædes undique facere, incendia ſuſcitare, domos, villas, tuguria evertere, metum haud inanem inferebant. Expeditioni propere præficitur MARINUS quidam, Dux Limitis Sarmatici: ab exercitu Illyricorum Imperator eſt appellatus. Quod cum nunciatum eſſet Romæ, Philippus advocato Senatu, plurimum de Marini ingratitudine queſtus eſt. Decius vero Clarus, hortatus eſt Principem ne timeret, quod Marinus pœnas daturus eſſet: qui poſt paulo cæſus, ſeditione militari pœnas luit.* Narrat deinde Decium: renuentem & repugnantem ſtrictis enſibus coactum fuiſſe, ad ſuſcipiendum Imperium, Philippum Veronæ cæſum, hujus autem, Filium Romæ a Prætorianis; Deciumque a Senatu Auguſtum fuiſſe appellatum. Cujus rei conſideratione, cum non ſolum in Numo Philippi pag. 15 relato, ſed in inferius recenſendis, æque inveniam *P. M. S. Col. Vim.* litteras illas ſingulares, interprætandas cenſeo, *Poſt Marinum* vel *Miſitheum*

Digitized by Google

keum ſuperatum. Vel: *Poſuit Marino ſuperato Colonia Viminatium:* quàm *Provinciæ Mœſiæ Superioris.* Et quia Philippus per Decium, Marinum ſuperâſſet, jure in numiſmate Herenniæ poſito, eadem Epigraphe, *Poſuit* videlicet *Marino ſuperato*, expreſſa eſt. Vel ob inſigne quodpiam beneficium ab Herennia Auguſta collatum Coloniæ, expreſſum eſt: *Poſuit Matri ſuæ Col. Viminatium.* Vel denique, dum in numis Coloniæ Viminaty, eſto variis diverſisque, dedicatis; averſa parte, eadem cernuntur ſuperius deſcripta, videlicet tam Philippo quam Herenniæ; cenſendum erit, Coloniæ hujus, illa fuiſſe inſignia, & ſcutum, ac in litteris ſymbolum aliquod latere. Has meditationes deductionesque meas, ut diſcipulus, eruditis rerum antiquarum magiſtris, emendandas, vel ſi approbatæ fuerint confirmandas extendendasque ſubjicio.

VII. Deſtructo ruinatoque per irrumpentes olim barbaras gentes Viminatio veteri, quando novos recepit incolas? definire nequeo, *Schetaro* autem vel *Schytaro*, a denſitate Virgultorum, caricis. viminetorumque, ſcirpi item & junci, perfacile dictum eſt, aut a *Schytis*, iſthic ſedem ſuam figentibus. Facile Hungari occupata Croatia, per *Petrovdgora* reduces, hic tranſito Savo (vide pag. 88.) Caſtrum *Zagrab*, ſub Salano Duce occupaverint, ibi fors figentes ſedem, pro conſervanda Sclavonia. Advicina enim loca, nomina Hungaricæ derivationis nunc quoque obtinent, ut *Vugra* vel Ugra, *Belovar*, *Minſzent* &c. ut facile à Schytis, *Schytaro* quoque remanſerit. Hæc nihilominus nullatenus ultra conjecturam. Regeſtra Cathedralis Baſilicæ Zagrabienſis, Parochiarum Diœceſis hujus, antiquam demonſtrant loci hujus Schytaro denominationem; equidem in Regeſtro anni 1334. conſcripto a *Joanne Archidiac. de Gverche*, Plebanus in *Schytaryo*, Item anni 1501. ſub Luca Eppo Zagrab. *Petrus Plebanus in Schytaryo*, atque dehinc perpetuo. Quare errant manifeſtè, qui à Nobili olim, jam in maſculo extincta, familia *Schitaroczi*, locum dictum fuiſſe ſomniant. Notat Ritterus, egove vidi, & legi in pluribus monumentis, juri exhibitis, *Dianich* olim fuiſſe vocatam familiam, cujus ramus, neſcio qualiter obtentis quibusdam in *Schittaro* ſeſſionibus, ſemet *Dianich aliter Schitaroczi* compellare incepit, ſucceſſivè arepto retentoque agnomine tantum *Schitaroczi*. Sed legi etiam locum hunc, *Kutel*, olim dictum fuiſſe, qua de re informari cupiens, reſponſum habeo: *Adhuc extant veſtigia loci Kutel, nam penes Caſtellum D. Ballogh pagus adhucdum Kutel in Schitarjevo appellatur.* Quare puto ego in litteris illis ubi Kutel ponitur, *ex parte, totum acceptum haberi*, vel ob Caſtelli rationem, quæſitum extitiſſe, ut latior principaliorque denominatio inducatur a Caſtello, quàm à Curia Schitaroczziana; præcipue dum credebatur a medio Sæculi XVII. à Schitaroczys, Schitaro formari, eſſeque illos *Schytarum* reliquias; & *Schitaro* eorundem, ſi non ab Attila, certè a Salano hæreditatem. Cui Prætenſioni, Ritterus, quà Caſtelli poſſeſſor, eo fructu ſe oppoſuit demonſtrando veritatem, quod plene exſpoliatum Caſtellum viderit ſuum, in prœmium detectæ veritatis.

Alia quoque lapidaris inſcriptio, eruta eſt; aſt ſubito confractus lapis ex more. Nec aliud ex fragmentis lapidis collectum, ac: *AUG.* quod an *Auguſtum* deſignet aut *Augurem?* defectu integritatis memoriæ, explicare nequeo. Tum *Juni - -* legi potuit. *Junio Blæſo*, ab Auguſto Octaviano, qui Batonem ſuperavit, fuiſſe Dalmatiæ, Pannoniæ Saviæ, & Japidiæ creditam adminiſtrationem ſcriptores teſtantur. Si hujus eſt memoria, poſita *Auguſto*, quam dolendum! lapidem fractum eſſe.

Numorum obtentorum relatio & ſincera communicatio.

Delineatas horum imagines calcographi expenſarumque defectu, lectoribus exhibere nequeo; haud verò invidè, vel fine ex alio. Multi ſunt, ſic vetuſtate ſordibusque conſumpti, ut in quibusdam litteræ tantum aliquæ cernantur; in aliquibus exæſæ plenè ſint. Similium nullam facturus mentionem. Sequentes itaque in loco memorato compertos, ac penes me exiſtentes, ſincerè, atque ea qua poſſum ratione, eruditis pando lectoribus. Videntur mihi antiquiſſimi, quorum *altero:* parte adverſa, facies cum epigraphe *Urbs Roma*; averſa ſtellæ duæ, *Lupa*, intra hujus pedes infantes duo lac ſugentes, tum linea, ſed diſtinctè legi nequit locus ſignatæ vel cuſæ monetæ. *Altero:* parvi minorisque a priore moduli, parte *adverſa* facies idoli, cum litteris *OVI NA* fors *JOVI*; reſidua diſcerni nequeunt. *Averſa parte*, figura, quâ homo rudiſſimè ut monſtrum vel idolum delineatus, VS videntur litteræ. Reſiduos ad claſſes reduxi.

Claſſis I. Moduli Majoris.

I. Facies Pinguis. Inſcriptio IMP. CAES. VESPAShUS. P.M. PARTI. COS. III. hoc eſt: *Imperator Veſpaſianus*, *Pontifex Maximus, Particus*, *Conſul tertio.* Parte averſa, Statua Viri ad Latus S. C. Epigraphe exæſa, nec aliud diſtinctè apparet, quam in orbiculari circulo P -- N -- fors *Pannonia.* Illud: *Particus* firmare videtur Sext. Aurel. dum ſcriberet: *Rex Parthorum Vologeſes metu ſolo in pace coactus eſt*, a Veſpaſiano videlicet.

hhhhhh II.

Digitized by Google

II. IMP. CAES. T. F. DOMITIANUS -- ſeu: *Imperator Cæſar Titus Flavius Domitianus* &c. facies caputque. Parte alia, quævis exæſa. Apparet intra S. & C. ſtatua Viri majoris, dextera manu, neſcio quid exhibentis; ſiniſtra vero, arcum inverſam.

III. IMP. CAESAR TRAIANUS reliqua diſtinctè legi nequeunt. Parte averſa intra S. C. Vir, Epigraphe ROMAN - - cætera exæſa infra lin. ANT.

IV. Majores duo ſunt, conſiderata facie, diſtinctorum Antoninorum. Horum uno, pars adverſa exhibet: *Imp.* AU. *Antoninus* reliqua exæſa ſunt. Pars averſa habet: *Vota ſuſcepta Decenna.* intra S. C. poſt lineam eſt ne anno XIII. vel A SIS. diſtingui nequit. *In alter*: *Imp.* - *Antoninus Aug.* reſiduum diſtinctè legi nequit. Parte averſa - XVIII. *Imp.* - - in medi S.C.

V. IMP. CA. MAXIMINNUS. P.F. AVG. Caput Laureatum, facies pinguis, barbata. Parte altera, Vir longus, dexterâ annulum exhibens ſiniſtrâ baculum. Epigraphe: *Genio Populi Romani.* Infra lineam: SIS. Vide ſupra pag. 14. Eſt etiam numus minor, quo: *Imp. Ca. Maximinnus P. F. Aug.* parte averſa: *Concordia militum.*

VI. IMP. GORDIANUS PIUS *FEL.* AUG. Caput Laureatum, facies. *Parte averſa*: Vir dextrâ campanam, ſiniſtra tenens baculum, intra litteras S. C. Epigraphe orbicularis *Libertas Aug.* Conſideratione illorum quæ *Jul. Capitolin.* de Gordianis ſcriberet, puto Junioris Gordiani numiſma eſſe, imberbem enim etiam numiſma exhibet. *Libertas Auguſti* indicare videtur, occiſis Maximo atque Balbino a militibus, *Auguſtum* fuiſſe nominatum. Exhibet Jul. Capit. epiſtolam, Gordiani Auguſti ad *Miſitheum* Socerum ſcriptam, quâ, miſſis aliis: *Sed Diis gratias, quod te inſinuante, qui nihil vendis, didici ea, quæ incluſus ſcire non poteram - - - Miſer eſt Imperator apud quem vera reticentur.* Hinc fors, dum incluſum ſe fuiſſe fatetur Gordianus, eo liberato, poſita epigraphe *Libertas Auguſti.*

VII. Duo numi ſunt, ubi: *Imp. m. Iul. Philippus Aug.* Parte autem altera: P. M. S. *Col. Vim.* Infra lineam in uno AN. VI, in altero AN. VII. Hi æquales ſunt, illi, cujus mentio p. 15. Ex duobus his numis corrigendus eſt Pompon. Lætus dum ſcriberet: *Ambo Philippi vixerunt annis quinque*, dum numi hi, annum VI. & VII. demonſtrarent.

VIII. IMP. MAXIMIANUS. P. F. AUG. Facies pinguis & oblonga. Parte verò averſa: *Fides militum Augg. Et Caeſſ. nn.* Infra lineam. AQI. Facile numisma excuſum occaſione elevati a Diocletiano Maximiani, jurataque his per milites fide.

IX. *Imp. Maximinus P. F. Aug.* parte alia: *Devic. Conſtantio Aug.* ſeu *Devicto Conſtantio Auguſto* SISC. Puto hinc deduci, Gallerio Maximino Italiam, haud voluntariè, ſed poſt reportatam victoriam, a Conſtantio Chloro ceſſam fuiſſe. Atque in memoriam Maximini victoriæ, numiſma cuſum fuiſſe.

X. Majoris moduli, ponderis, ac metalli, ubi parte adverſa: intra ejus Caput faciemque CRISPINA AUGUSTA. Parte averſa: Mulier ſedens, laterales litt. S. C. reliqua legi nequeunt.

XI. AUGUSTA FAVSTINA. Partis alterius epigraphe diſtinctè legi nequit, adſunt hujus veſtigia. in medio S. C. Antonini Py uxorem fuiſſe Jul. Capit. teſtatur: *Uxorem* inquiens *Fauſtinam Auguſtam appellari a Senatu permiſit.* Hanc a Senatu magni habitam, nec tantum ex relatis pateret; ſed ex verbis Capit: *Tertio anno Imperii ſui Fauſtinam uxorem perdidit: quæ à Senatu conſecrata eſt, delatis Circenſibus atque templo, & flaminicis & ſtatuis aureis atque argenteis: cum etiam ipſe* (Antoninus nempe Pius) *hoc conceſſerit, ut imago ejus cunctis Circenſibus poneretur,* Eſt minoris moduli, ex combinatione faciei & ornatus ejusdem Fauſtinæ, alter, in quo diſtinctè legi nequit epigraphe. Pars averſa, ſymbolum aliud continet, Inſcriptionem æque, ac fors Græcam. *Herenniæ Etruſcillæ* numiſma relatum eſt ſuperius.

Claſſis II. Numi medii, & minores.

I. Argenteus eſt, ubi facies caputque ornatum cum epigraphe JULIA MAESA. AUG. Parte autem averſa Litteræ per latera poſitæ, ex quibus prodit JUNO. Titi Claudy Druſi, *Mæſſalinam* fuiſſe uxorem, cum *Valeriæ* prænomine legi, *Juliam* autem Septimy Severi. Numi hujus epigraphe, quam exprimat? eruditis relinquimus.

II. Numi 12. ſunt cum epigraphe CLAVDIUS, qui omnes conſiderata facie ejusdem eſſe apparent, omnes attamen vetuſtate ſic attriti, ut in nullo diſtinctè integra legi poſſit inſcriptio, præter *Claudius.* In aliquibus legitur etiam AUG. In aliquibus eſt C ante nomen. *Averſæ partis* Symbola inæqualia ſunt, ſed epigraphe diſtinctè legi nequeunt, in uno legitur *SALUS AUG.* in altero: *Anthiocia Aug.* Item *Jovi ſe* - - fors *Servatori.*

III. Undecim ſunt *Gallieni*, ſortis priorum, nam nec in his amplius legi poteſt, quam *Gallienus Aug.* Diverſa quivis habet parte averſa ſymbola. In tribus, parte averſa cervus, inſcriptio: *Diaanae Coms Aug.* in duobus *Laenitas Aug.*

IV.

Digitized by Google

IV. Saloniæ Auguſtæ duo ſunt, in quibus inſcriptio averſæ partis legi nequit. Pars adverſa exhibet fœminæ caput cum epigraphe *Salonia AUG.*

V. Parvulus aureusque numus eſt, quo IMP. C. TETRICUS - - Parte averſa litteræ apparent, ſed lectio non prodit.

VI. IMP. AURELIANUS AUG. parte alia: *Jovi Servatori.* præter hunc tres alii ſunt, diverſi. Sed apparentium litterarum lectio moleſta. In Quinto: *Concordia militum.*

VII. IMP. LICINIUS P. F. AUG. parte altera *Jovi Conſervatori*, infra lineam SIS. Alter ſimilis eſt.

VIII. Unus eſt: IMP. CL. TACITUS AUG. parte altera - - *Reſpublica T.*

IX. IMP. C. M. AV. PROBUS P. F. AUG. Parte vero averſa *Virtus Probi Aug.* infra lineam XXIT. In altero numo par priori, parte adverſa epigraphe. In averſa: *Conſervat. Aug.* infra lineam XXIS.

X. Unus Carini habet: *Imp. Carinus P. F. Aug.* Parte averſa: *Concordia Augg. noſtrorum.* Unus cum ſequente epigraphe: *Imp. C. M. Aur. Numerianus Nob. C.* parte ex alia: *Virtus Auguſti.*

XI. Quatuor ſunt, *Flavy*, *Conſtanty*, tres cum æquali epigraphe: *Flav. Conſtantius Nob. C.* Sed parte averſa, in uno *Gloria exercitus. C. SIS.* In aliis *Reipublicæ Reparatori.* In 4. partis adverſæ epigraphe eſt: *Flav. Conſtantius P. F. Aug.*

XII. *Conſtantini*, facie conſiderata, quinque ſunt. In duobus parte adverſa: *Imp. Conſtantinus P. F. Aug.* averſa autem *Soli invicto Comiti* infra lineam *A. SIS.* In Tertio *Providentia Augus.* infra lineam *Sarm.* in 4to: *Gloria exercitus. Smr. S.* In utroque horum adverſæ partis epigraphe *Conſtantinus P. F. AUG.* Hic addimus numos, ubi: *Imp. Lic. Licinius P. F. Aug.* parte averſa *Jovi Conſervatori. Sis.* & ſunt ſimiles quatuor.

XIII. Duo ſunt *Criſpi.* Horum altero: *Jul. Criſpus Nob. C.* parte autem averſa, orbicularis inſcriptio: CAESARUM *NOSTRORUM* intra ſertum: *X. Vot.* infra lineam: A SIS. In altero: CRISPUS *NOB. C.* parte alia *Principi iuventutis* in fine: AQI.

XIV. Conſtantini II. Tres ſunt ut juvenis, in quibus, parte adverſa: *Conſtantinus Iun. Nob. C.* Parte averſa in duobus: *Gloria exercitus*, horum unus *SIS*, alter *Smr.* in tertio: *Providentia Caeſſ.* infra E. SIS. Sunt item quinque, dum patre mortuo, fuit Auguſtus. Ubi *Conſtantinus P. F. Aug.* In uno, parte averſa ſymbolum ſine Inſcriptione, poſt lineam unicè *Const.* In altero: *Gloria exercitus.* E. SIS. in reliquis *Jovi Conſervatori.* locus exæſus

XV. CONSTANTIS decem ſunt. In uno: *Conſtans Nob. Caes.* parte averſa: *Gloria exercitus* in fine SMTS. In cæteris partis adverſæ Inſcriptio eſt: *Conſtans P. F. Aug.* Parte averſa in tribus *Victoria dd. Aug. nn.* Tum E. SIS. in 4: *Gloria exercitus. A SIS.* In duobus legi nequit.

XVI. CONSTANTY numi ſunt 32. Adverſæ partis circa caput laureatum, in uno: *Dn. Conſtantio Pio Principi*, parte adverſa minutis litteris: *Dn Conſtantini* – – in reliquis omnibus *DN. Conſtantius P. F. Aug.* Sed tam ſimbola, quam epigraphe partis averſæ varia: nempe *Servatori Reipublicæ*, cuſi *SIS. Smr. Tes. Const.* Item *Gloria Romanorum.* A. SIS. Item *Victoria dd. Augg. nn.* - - SMTS. Item *Fel. Temp. reparatio.* A. ſIS. Denique *Vot XX. Mult. XXX.* In duobus legi nequit, niſi poſt lineam E. SIS. Symbolum eſt collis, in cujus vertice Pavo, radiatus.

XVII. Sexdecim numi ſunt *Valentiniani.* In omnibus eadem eſt adverſa parte Inſcriptio, nempe *Dn. Valentinianus P. F. Aug.* Verum parte averſa, quidam habent *Servatus Reipublicae*; quidam vero: *Gloria Romanorum.* In uno: *Victoria Augg.* in altero: *Gloria exercitus.* Sunt cuſi Siſcy, monetarias diverſas indicant, videlicet A. SISC. Item SISC. Z. P. SISC. C. SISC. B. SISC. Obſervo etiam penes ſymbola litteras, ſeu ſigna diſtincta. Ubi infra lineam eſt *A. SISC.* ibi in medio laterales ſunt litteræ, a dextris S. ſiniſtrorſum K. Ubi *B SIS.* Si dextri lateris non eſt exæſa littera, à ſiniſtro eſt A. Ubi *C SISC.* latus ſiniſtrum in medio habet O. Ubi *P SISC.* dextrorſum S. & infra P. ſiniſtrorſum P. Ubi *SISC. Z.* Parte dextra eſt A, ſubtus H. ex ſiniſtris F. Ubi *E SISC.* dextrorſum C. ſubtus A. ſiniſtrorſum S.

XVIII. Valentis æquè ſunt 19. omnes cum Epigraphe: *DN. VALENS P F. AUG.* averſa pars illorum qui legi poſſunt, exhibet *Gloria Romanorum.* Tres ſunt *TESS.* unus *C. SISC* ubi ad latus ſiniſtrum in medio O. Item *Gloria Exercitus*, Item *Victoria dd. Augg. nn.* Item *Vot. XX. Mult.* XXX.

XVIIII. Alter majoris moduli, alter minoris, numus eſt, exhibens uterque: DN. GRATIANUS P. F. AUG. Parte autem averſa, major: *Reparatio Reipub.* Subtus: ASISC. nul-

Digitized by Google

læ ſunt laterales litteræ. Minor: *Gloria Romanorum.* infra lineam *P. SISC.* ex utroque latere Symboli, P. P.

XX. THEODOSY Quinque numi ſunt, æqualis in omnibus Inſcriptio: *DN. THEODOSIUS P.F.AUG.* Parte averſa (cenſeo eſſe numiſma, ob magnitudinem) *Reparatio Reipub.* infra lineam *B. SISC.* nitide quævis leguntur. Laterales nullæ ſunt litteræ. Duo parte averſa exhibent *Vot.V.Mult.X.* Subtus *E. SISC.* Quartus: *VICTORIÆ DD.AUGG.NN.* E SIS. Quintus: *CONCODIA AUGG.* E SISC. In numis his, nulla ſigna ſeu litteræ ſunt laterales, ſive monetariorum.

XXI. Eſt numus, in quo facies venuſta & caput cum epigraphe: FL. HELLENA AUGUSTA. Parte vero averſa: Vir dextram manum extendens ut puto ad ancoram, ſiniſtra baculum. Epigraphe: *Securitas Reipublice.* Subtus: *R. ANT.*

XXII. Eſt numus argenteus medii moduli, in quo caput barbatum cum facie, ſed Epigraphe partis adverſæ apparet ſciſſum, fors ad experiendum metallum, hinc partis dextræ inſcriptio legi nequit. Siniſtra pars exhibet *AUG. P. M.* Tum litt. 4. Pars averſa exhibet, COS VII. Credo eſſe numum Hadriani, vel Antonini. Eſt æque parvulus numus, ubi caput Juvenis, Epigraphe: *DIVO CRIS.* -- puto duas ſequentes litteras eſſe, *PO*, hinc eſſet *Criſpo.* Parte averſa, in ſymbolo linteamina videntur & in illis buſtum, vel Immolatio. Litteræ ſunt, quæ mihi non reddunt vocem. Demum eſt numus metalli nobilioris, & craſſus inſtar numorum Hiſpaniæ, in quo facies & caput optime apparent, & ex parte altera æque ſymboli figura, ſed inſcriptio erui à me non potuit. Apparent plures, & multum conſtrictè litteræ. Puto eſſe numum *Aurel. Antonini*, haud attamen audeo affirmare.

Tandem varii diverſorumque numi ſunt Nro 62. Quos quia legere nequiviſſem, certamque eruere lectionem, miſſos facio. Sunt horum aliqui mediocris modulli; aliqui minoris, ac etiam minimi. In multis apparent facies & ſimbola, quinimo quædam etiam litteræ. Aſt ubi certus eſſe non potui, abjicere malui, quam conjectare. Atque hæc ſunt quibus Periodum I. augendam putavi, *eruditorum* virorum gratia; qui hoc meum obſequium, ut gratum habeant, oro. Si quæ ſunt, quæ illuſtrari merentur, ſupplicare non deſino, ne dedignentur. Nos equidem in his oris, & Regionibus, eſtò olim perdivites fuerimus, in hujusmodi antiquitatibus; eſtò clamemus veteres mores & ſtudia perennare debere; ex religionis Zelo, credidimus hæc, ut Gentilium, eſſe deſtruenda, abjicienda, ſeponenda. Utilitate autem horum ab eruditis demonſtrata, fors his colligendis evademus ſtudioſiores, communicabimusque potius Magiſtris, ac mundo erudito, quam indignè perire, ſinentur a poſteris. Sane in hoc, Avorum Proavorumque noſtrorum, imitanda non eſt ſuperſtitio melius, quàm religio. Ego inter Antiquarios, nulla ratione collocari valeo, neque hæc profiteor ſtudia; verum ut media Hiſtoricæ Probabilitatis amavi ſemper & ſuſpexi. Ex his, nunc erutis in *Schitaro*, atque mecum communicatis, videre dignentur Concives mei, quod utilitates promanent. Firmamur, docemusque: ſic Regionum harum incolas, paruiſſe Romanis, ut Corpus Reipublicæ propriæ ſervatum fuerit. Firmamur: quam olim florebant hæ Regiones, dum Siſciæ intuemur memorias, *Viminaty* item nunc eruti. Videmus: bello claruiſſe perpetuo Pannonias, fuiſſeque Romanorum ſcutum, quo per gentes barbaras deſtructo, corruit æque Romanum Imperium. Videmus: illam fuiſſe olim virtutis rationem, quod plurimi, ad Imperium plane ſint elevati, adeoque ſingulorum fuit, contendere ad veram ex virtute gloriam, monſtraréque factis propriis: *quam ſit utile Reipublicæ, eſſe dignum majoribus ſuis.* Intuemur: Pannones olim gratiſſimos fuiſſe benefactoribus, dum in memoriam gratam, marmora & numiſmata poſuerunt. Sane eruta nunc tot monumenta, olim poſita *Fauſtinæ*, *Herenniæ*, *Hellenæ*, neſcio an nos non admoneant ad imitandum, pro tot benefactis Sclavoniæ huic ſuæ, Magnæ MARIÆ THERESIÆ. Videmus denique, per voces: *Reparatio Reipublicæ*, morbos in ea quoque viguiſſe, adeoque conſuetudines atque uſus, non eſſe publicæ ſalutis, firmamentum. Quin Veteres, pro *reparata Republica*, numiſmata in memoriam dedicaſſe. Videmus tot cæteras utilitates, quas eruere meditando, quivis poterit. Quisquis autem Ciceronis, Senecæ, Taciti, Cornely Nepotis &c. opera perpenderit, videndo quæ olim erat Philoſophiæ ratio? Hiſtoriæ item; facile reperiet cauſam, eccur tantum ab antiquis receſſerimus. Scriptores Veteres admiramur, ut rudes ſolent rem novam vel incognitam, ac licèt videamus Reipublicæ ſuæ fuiſſe eos ſtudioſiſſimos, atque quævis ſcripſiſſe ad poſteros, eorum tamen *Providentiam* non ſequimur, quin crimen culpamque eſſe credimus, commentari de Regis ſui atque Reipublicæ Juribus. De morbis & defectibus pluribus. De mediis reſtitutæ ſalutis publicæ. Quis ſe credet medico? qui vocatus ad ægrotum ſanandum, nunquam legit de morbis; nunquam de modis medendi his, ſecundum individuorum temperamenta.

Demiſ-

Digitized by Google

Demiſsè tandem ſupplico: iis omnibus, qui vel ſervant ejusmodi monumenta pro oſtentando: vel penes illa ſunt, ne talia invideant utilitati publicæ. Si ipſi, vel nolunt, vel neſciunt ex his commentari, vel Zelum *Joannis Tomecz* imitentur, communicando talia; vel exemplum meum ſequantur, exhibendo illa, narratione ſimplici & Hiſtorica. Sunt in orbe nunc, tot Clariſſimi Viri, qui amore utilitatis publicæ, ea illuſtrabunt; pandentque ad noſtram doctrinam, eorumque laboribus nos perfruemur. Dantur artificibus media, quæ dum ab iis conficiuntur, nobis ſerviunt ad amictum, victum, luxum, pompam, pro cujusque genio & voluntate.

PERIODI II.

Relatum mihi fuerat a Viro, litterarum haud inimico, in *Ozell*, lapidem quendam, *Inſcriptionem exhibentem*, caſu erupiſſe, qui more veteri, ut firmior, arcis illius fundamentis, ita eſt ſuperpoſitus, ut nihilominus, terræ ſit proximus. Sciens ego, quæ ſunt, de *Zellia*, *Azellia* memorata a *Paulo olim Diacono*, quæſtiones explicationesque, preces nullas omiſi, ſi exſcriptam ſincerè, conſequi poſſim memoriam. At fugit me, quid fuerit, ut non ſolum ſeponerentur preces meæ, ſed inſuper excuſationem accepi, obrutam eſſe lapidibus aliis, neſcio cui neceſſitati proviſuris. Induſtria Unius, quem prodere nequeo, ſequentem elapſo Februario obtinui rapſodiam, cum notitia: Cætera lapidis, ornata haberi certis lineis vel floribus, atque ſequentem eſſe deſcriptam cæruſſà, & ad me miſſam memoriam.

D. M.
IUIUS PROBNU QVUV.
F. C. NBI. POSVII. M. U.
CXXX S. ✠ BIE T. S. V.
NATIS ĦX. SN̄. Yz Sʒ ⚘ SX$_z$
V
Λ

Ille qui detexerat mihi inſcriptionem primus, putat. *Probun* eſſe in lapide, creditque *Probunium* exprimi. Cl. Joan. Lucius lib. 2. Cap. I. Ex Porphirogenito meminit *Pribuny*. Item cap. 8. ſub *Creſimiro Majore*, *Pribinnæ Bani*. An relata memoria *Pribuny vel Pribinnæ* ſit? conſtituendi careo fundamento. Ego ſatis meditatus ſum, evolvendo quævis quæ vel habeo, vel legiſſe me reminiſcor, hæreo! Veterem illam Romanam, eſſe hanc memoriam, aſſentiri nequeo, ob tanta quæ exhibet. Quare facile poſteriore ætate, ad imitationem extantium tum tot Romanarum, collocata ſit. Verum cujus ſit? Interprætari nequeo, carens fundatæ conjecturæ motivis. Perpenſis illis quæ à pag. 76. ſuperius relata ſunt, ſi Pribina ille, hic exprimitur in *Probun* vel *Probunio*, plurima firmaret Inſcriptio: *Sclavoniam* nempe ſub Bulgarorum fuiſſe poteſtate: *Ratimarum* Partium illarum Trans-Savanarum fuiſſe Ducem, eoque oppreſſo *Probunium*, ſive Privinnam. Ab hoc ædificatum iſthic munimen in nemore. Ardor ille in Catholica fide Pribinæ firmaretur, tam ex ſigno ✠ ſeu Crucis, quam & initialibus litteris *DEO Maximo*. Verum doctus peritusque Lector, deducat quæ exiſtimat, ex communicata memoria. Ac ſi ex ignotis mihi libris, vel antiquitatibus aliis, novit illuſtrari poſſe, ſuperiorem memoriam, hanc ut mecum communicare dignetur, oro. Mihi aliud datum non eſt; quàm doctis eruditisque Viris, erutam memoriam ſubſternere ac devovere.

PERIODI III.

Plurima ſunt, quibus hæc Periodus, per ſingulos Regum poſſet poteritque narratione hiſtorica adaugeri. Quia nihilominus ego, *ex fine ac ſcopo*, factorum hiſtoriam non ſuſcepiſſem conſcribendam; verum *Jura Regum*, & *Sacræ eorundem Coronæ*; ideo dum actorum geſtorumque reminiſcor, quæ aut ad *Poſſeſſorii* ſunt dilucidationem, aut aſſumpto à me ſcopo ſerviunt; aut fors ſepulta hactenus ignotaque inſinuo, à me in cæteris, expectari non debere auctarium, exiſtimo. Quare ad me non pertinebat ut explicem; ſive nomen, ſive genus uxoris S. Ladislai. Si fuit Bertholdi, Ducis olim *Maraniæ* filia, facile amiſſa ſub S. Stephano Sclavonia, ut pag. 104. retulimus, dum S. Ladislaus mortuo Zvonimiro Croatiam, Sclavoniamque, Regno ſuo reſtituit (quæ ut pag. 90. intra limites conſtituti per Zuktam Regni Ungariæ fuère) Partes illas Bertholdo reliquerit, nec diſputaverit. Hinc Bela IV. tam jure Coronæ, Regnique ſui à Zulta conſtituti, quàm etiam ut legitimus deſcendens, *Ducatum Maraniæ*, parteſque illas recuperaverit.

Relatum à Thoma Archidiacono, vel pace mea, eidem additum a Lucio vel alio, documentum Privilegii, à Colomano elargiti Generationibus illis, eſtò ignoretur unde acceptum ſit? Scriptores Veneti non controvertunt. Quare adverſus eos, ut productum ab iis, robur habet. Firmatur illud, *Singiduni* Eppi Zagrabienſis facto, relato in opere *Hiſt. Eccl. Zagr.* Denique poſteriorum Regum exemplo, qui, immunitates, gratias, iisdem litteris, pluribus generationibus conferebant, ut de *Klokoche*, *Nobilibus Campi Zagrabienſis* &c. Ego autographo Privilegii illius careo, nec illud vidi unquam, dum nihilominus Scriptores Veneti, illud pro legi-

Digitized by Google

læ ſunt laterales litteræ. Minor: *Gloria Romanorum.* infra lineam *P. SISC.* ex utroque latere Symboli, P. P.

XX. THEODOSY Quinque numi ſunt, æqualis in omnibus Inſcriptio: *DN. THEODOSIUS P.F.AUG.* Parte averſa (cenſeo eſſe numiſma, ob magnitudinem) *Reparatic Reipub.* infra lineam *B. SISC.* nitide quævis leguntur. Laterales nullæ ſunt litteræ. Duo parte averſa exhibent *Vot.V.Mult.X.* Subtus *E. SISC.* Quartus: *VICTORIÆ DD.AUGG.NN.* E SIS. Quintus: *CONCODIA AUGG.* E SISC. In numis his, nulla ſigna ſeu litteræ ſunt laterales, ſive monetariorum.

XXI. Eſt numus, in quo facies venuſta & caput eum epigraphe: FL. HELLENA AVGUSTA. Parte vero averſa: Vir dextram manum extendens ut puto ad ancoram, ſiniſtra baculum. Epigraphe: *Securitas Reipublice.* Subtus: *R. ANT.*

XXII. Eſt numus argenteus medii moduli, in quo caput barbatum cum facie, ſed Epigraphe partis adverſæ apparet ſciſſum, fors ad experiendum metallum, hinc partis dextræ inſcriptio legi nequit. Siniſtra pars exhibet *AUG. P. M.* Tum litt. 4. Pars averſa exhibet, COS VII. Credo eſſe numum Hadriani, vel Antonini. Eſt æque parvulus numus, ubi caput Juvenis, Epigraphe: *DIVO CRIS.* - - puto duas ſequentes litteras eſſe, *PO*, hinc eſſet *Criſpo.* Parte averſa, in ſymbolo linteamina videntur & in illis buſtum, vel Immolatio. Litteræ ſunt, quæ mihi non reddunt vocem. Demum eſt numus metalli nobilioris, & craſſus inſtar numorum Hiſpaniæ, in quo facies & caput optime apparent, & ex parte altera æque ſymboli figura, ſed inſcriptio erui à me non potuit. Apparent plures, & multum conſtrictæ litteræ. Puto eſſe numum *Aurel. Antonini*, haud attamen audeo affirmare.

Tandem varii diverſorumque numi ſunt Nro 62. Quos quia legere nequiviſſem, certamque eruere lectionem, miſſos facio. Sunt horum aliqui mediocris modulli; aliqui minoris, ac etiam minimi. In multis apparent facies & ſimbola, quinimo quædam etiam litteræ. Aſt ubi certus eſſe non potui, abjicere malui, quam conjectare. Atque hæc ſunt quibus Periodum I. augendam putavi, *eruditorum* virorum gratia; qui hoc meum obſequium, ut gratum habeant, oro. Si quæ ſunt, quæ illuſtrari merentur, ſupplicare non deſino, ne dedignentur. Nos equidem in his oris, & Regionibus, eſtò olim perdivites fuerimus, in hujusmodi antiquitatibus; eſtò clamemus veteres mores & ſtudia perennare debere; ex religionis Zelo, credidimus hæc, ut Gentilium, eſſe deſtruenda, abjicienda, ſeponenda. Utilitate autem horum ab eruditis demonſtrata, fors his colligendis evademus ſtudioſiores, communicabimusque potius Magiſtris, ac mundo erudito, quam indignè perire, ſinentur a poſteris. Sane in hoc, Avorum Proavorumque noſtrorum, imitanda non eſt ſuperſtitio melius, quàm religio. Ego inter Antiquarios, nulla ratione collocari valeo, neque hæc profiteor ſtudia; verum ut media Hiſtoricæ Probabilitatis amavi ſemper & ſuſpexi. Ex his, nunc erutis in *Schitaro*, atque mecum communicatis, videre dignentur Concives mei, quod utilitates promanent. Firmamur, docemusque: ſic Regionum harum incolas, paruiſſe Romanis, ut Corpus Reipublicæ propriæ ſervatum fuerit. Firmamur: quam olim florebant hæ Regiones, dum Siſciæ intuemur memorias, *Viminaty* item nunc eruti. Videmus: bello claruiſſe perpetuo Pannonias, fuiſſeque Romanorum ſcutum, quo per gentes barbaras deſtructo, corruit æque Romanum Imperium. Videmus: illam fuiſſe olim virtutis rationem, quod plurimi, ad Imperium plane ſint elevati, adeoque ſingulorum fuit, contendere ad veram ex virtute gloriam, monſtraréque factis propriis: *quam ſit utile Reipublicæ, eſſe dignum majoribus ſuis.* Intuemur: Pannones olim gratiſſimos fuiſſe benefactoribus, dum in memoriam gratam, marmora & numiſmata poſuerunt. Sane eruta nunc tot monumenta, olim poſita *Fauſtinæ*, *Herenniæ*, *Hellenæ*, neſcio an nos non admoneant ad imitandum, pro tot benefactis Sclavoniæ huic ſuæ, Magnæ MARIÆ THERESIÆ. Videmus denique, per voces: *Reparatio Reipublicæ*, morbos in ea quoque viguiſſe, adeoque conſuetudines atque uſus, non eſſe publicæ ſalutis, firmamentum. Quin Veteres, pro *reparata Republica*, numiſmata in memoriam dedicaſſe. Videmus tot cæteras utilitates, quas eruere meditando, quivis poterit. Quisquis autem Ciceronis, Senecæ, Taciti, Cornely Nepotis &c. opera perpenderit, videndo quæ olim erat Philoſophiæ ratio? Hiſtoriæ item; facile reperiet cauſam, eccur tantum ab antiquis receſſerimus. Scriptores Veteres admiramur, ut rudes ſolent rem novam vel incognitam, ac licèt videamus Reipublicæ ſuæ fuiſſe eos ſtudioſiſſimos, atque quævis ſcripſiſſe ad poſteros, eorum tamen *Providentiam* non ſequimur, quin crimen culpamque eſſe credimus, commentari de Regis ſui atque Reipublicæ Juribus. De morbis & defectibus pluribus. De mediis reſtitutæ ſalutis publicæ. Quis ſe credet medico? qui vocatus ad ægrotum ſanandum, nunquam legit de morbis; nunquam de modis medendi his, ſecundum individuorum temperamenta.

Demiſ-

Digitized by Google

Demiſsè tandem ſupplico: iis omnibus, qui vel ſervant ejusmodi monumenta pro oſtentando: vel penes illa ſunt, ne talia invideant utilitati publicæ. Si ipſi, vel nolunt, vel neſciunt ex his commentari, vel Zelum *Joannis Tomecz* imitentur, communicando talia; vel exemplum meum ſequantur, exhibendo illa, narratione ſimplici & Hiſtorica. Sunt in orbe nunc, tot Clariſſimi Viri, qui amore utilitatis publicæ, ea illuſtrabunt; pandentque ad noſtram doctrinam, eorumque laboribus nos perfruemur. Dantur artificibus media, quæ dum ab iis conficiuntur, nobis ſerviunt ad amictum, victum, luxum, pompam, pro cujusque genio & voluntate.

PERIODI II.

Relatum mihi fuerat a Viro, litterarum haud inimico, in *Ozell*, lapidem quendam, *Inſcriptionem exhibentem*, caſu erupiſſe, qui more veteri, ut firmior, arcis illius fundamentis, ita eſt ſuperpoſitus, ut nihilominus, terræ ſit proximus. Sciens ego, quæ ſunt, de *Zellia*, *Azellia* memorata a *Paulo olim Diacono*, quæſtiones explicationesque, preces nullas omiſi, ſi exſcriptam ſincerè, conſequi poſſim memoriam. At fugit me, quid fuerit, ut non ſolum ſeponerentur preces meæ, ſed inſuper excuſationem accepi, obrutam eſſe lapidibus aliis, neſcio cui neceſſitati proviſuris. Induſtria Unius, quem prodere nequeo, ſequentem elapſo Februario obtinui rapſodiam, cum notitia: Cætera lapidis, ornata haberi certis lineis vel floribus, atque ſequentem eſſe deſcriptam cæruſſà, & ad me miſſam memoriam.

D. M.
IUIUS PROBNU QVUV.
F. C. NBI. POSVII. M. U.
CXXX S. ✠ BIE T. S. V.
NATIS ĦX. SN̄. Yz Sɔ ⁂ SX$_z$
$\overset{V}{\Lambda}$

Ille qui detexerat mihi inſcriptionem primus, putat. *Probun* eſſe in lapide, creditque *Probunium* exprimi. Cl. Joan. Lucius lib. 2. Cap. I. Ex Porphirogenito meminit *Pribuny*. Item cap. 8. ſub *Creſimiro Majore, Pribinnæ Bani*. An relata memoria *Pribuny vel Pribinnæ* ſit? conſtituendi careo fundamento. Ego ſatis meditatus ſum, evolvendo quævis quæ vel habeo, vel legiſſe me reminiſcor, hæreo! Veterem illam Romanam, eſſe hanc memoriam, aſſentiri nequeo, ob tanta quæ exhibet. Quare facile poſteriore ætate, ad imitationem extantium tum tot Romanarum, collocata ſit. Verum cujus ſit? Interprætari nequeo, carens fundatæ conjecturæ motivis. Perpenſis illis quæ à pag. 76. ſuperius relata ſunt, ſi Pribina ille, hìc exprimitur in *Probun* vel *Probunio*, plurima firmaret Inſcriptio: *Sclavoniam* nempe ſub Bulgarorum fuiſſe poteſtate: *Ratimarum* Partium illarum Trans-Savanarum fuiſſe Ducem, eoque oppreſſo *Probunium*, ſive Privinnam. Ab hoc ædificatum iſthic munimen in nemore. Ardor ille in Catholica fide Pribinæ firmaretur, tam ex ſigno ✠ ſeu Crucis, quam & initialibus litteris *DEO Maximo*. Verum doctus peritusque Lector, deducat quæ exiſtimat, ex communicata memoria. Ac ſi ex ignotis mihi libris, vel antiquitatibus aliis, novit illuſtrari poſſe, ſuperiorem memoriam, hanc ut mecum communicare dignetur, oro. Mihi aliud datum non eſt; quàm doctis eruditisque Viris, erutam memoriam ſubſternere ac devovere.

PERIODI III.

Plurima ſunt, quibus hæc Periodus, per ſingulos Regum poſſet poteritque narratione hiſtorica adaugeri. Quia nihilominus ego, *ex fine ac ſcopo*, factorum hiſtoriam non ſuſcepiſſem conſcribendam; verum *Jura Regum, & Sacræ eorundem Coronæ;* ideo dum actorum geſtorumque reminiſcor, quæ aut ad *Poſſeſſorii* ſunt dilucidationem, aut aſſumpto à me ſcopo ſerviunt; aut fors ſepulta hactenus ignotaque inſinuo, à me in cæteris, expectari non debere auctarium, exiſtimo. Quare ad me non pertinebat ut explicem; ſive nomen, ſive genus uxoris S. Ladislai. Si fuit Bertholdi, Ducis olim *Maraniæ* filia, facile amiſſa ſub S. Stephano Sclavonia, ut pag. 104. retulimus, dum S. Ladislaus mortuo Zvonimiro Croatiam, Sclavoniamque, Regno ſuo reſtituit (quæ ut pag. 90. intra limites conſtituti per Zultam Regni Ungariæ fuère) Partes illas Bertholdo reliquerit, nec diſputaverit. Hinc Bela IV. tam jure Coronæ, Regnique ſui à Zulta conſtituti, quàm etiam ut legitimus deſcendens, *Ducatum Maraniæ*, parteſque illas recuperaverit.

Relatum à Thoma Archidiacono, vel pace mea, eidem additum a Lucio vel alio, documentum Privilegii, à Colomano elargiti Generationibus illis, eſtò ignoretur unde acceptum ſit? Scriptores Veneti non controvertunt. Quare adverſus eos, ut productum ab iis, robur habet. Firmatur illud, *Singiduni* Eppi Zagrabienſis facto, relato in opere *Hiſt. Eccl. Zagr.* Denique poſteriorum Regum exemplo, qui, immunitates, gratias, iisdem litteris, pluribus generationibus conferebant, ut de *Klokoche, Nobilibus Campi Zagrabienſis* &c. Ego autographo Privilegii illius careo, nec illud vidi unquam, dum nihilominus Scriptores Veneti, illud pro

Digitized by Google

læ ſunt laterales litteræ. Minor: *Gloria Romanorum.* infra lineam *P. SISC.* ex utroque latere Symboli, P. P.

XX. THEODOSY Quinque numi ſunt, æqualis in omnibus Inſcriptio: *DN. THEODOSIUS P. F. AUG.* Parte averſa (cenſeo eſſe numiſma, ob magnitudinem) *Reparatic Reipub.* infra lineam *B. SISC.* nitide quævis leguntur. Laterales nullæ ſunt litteræ. Duo parte averſa exhibent *Vot. V. Mult. X.* Subtus *E. SISC.* Quartus: *VICTORIÆ DD. AUGG. NN.* E SIS. Quintus: *CONCODIA AUGG.* E SISC. In numis his, nulla ſigna ſeu litteræ ſunt laterales, ſive monetariorum.

XXI. Eſt numus, in quo facies venuſta & caput eum epigraphe: FL. HELLENA AUGUSTA. Parte vero averſa: Vir dextram manum extendens ut puto ad ancoram, ſiniſtra baculum. Epigraphe: *Securitas Reipublice.* Subtus: *R. ANT.*

XXII. Eſt numus argenteus medii moduli, in quo caput barbatum cum facie, ſed Epigraphe partis adverſæ apparet ſciſſum, fors ad experiendum metallum, hinc partis dextræ inſcriptio legi nequit. Siniſtra pars exhibet *AUG. P. M.* Tum litt. 4. Pars averſa exhibet, COS VII. Credo eſſe numum Hadriani, vel Antonini. Eſt æque parvulus numus, ubi caput Juvenis, Epigraphe: *DIVO CRIS.* - - puto duas ſequentes litteras eſſe, *PO*, hinc eſſet *Criſpo.* Parte averſa, in ſymbolo linteamina videntur & in illis buſtum, vel Immolatio. Litteræ ſunt, quæ mihi non reddunt vocem. Demum eſt numus metalli nobilioris, & craſſus inſtar numorum Hiſpaniæ, in quo facies & caput optime apparent, & ex parte altera æque ſymboli figura, ſed inſcriptio erui à me non potuit. Apparent plures, & multum conſtrictæ litteræ. Puto eſſe numum *Aurel. Antonini*, haud attamen audeo affirmare.

Tandem varii diverſorumque numi ſunt Nro 62. Quos quia legere nequiviſſem, certamque eruere lectionem, miſſos facio. Sunt horum aliqui mediocris modulli; aliqui minoris, ac etiam minimi. In multis apparent facies & ſimbola, quinimo quædam etiam litteræ. Aſt ubi certus eſſe non potui, abjicere malui, quam conjectare. Atque hæc ſunt quibus Periodum I. augendam putavi, *eruditorum* virorum gratia; qui hoc meum obſequium, ut gratum habeant, oro. Si quæ ſunt, quæ illuſtrari merentur, ſupplicare non deſino, ne dedignentur. Nos equidem in his oris, & Regionibus, eſtò olim perdivites fuerimus, in hujusmodi antiquitatibus; eſtò clamemus veteres mores & ſtudia perennare debere; ex religionis Zelo, credidimus hæc, ut Gentilium, eſſe deſtruenda, abjicienda, ſeponenda. Utilitate autem horum ab eruditis demonſtrata, fors his colligendis evademus ſtudioſiores, communicabimusque potius Magiſtris, ac mundo erudito, quam indignè perire, ſinentur a poſteris. Sane in hoc, Avorum Proavorumque noſtrorum, imitanda non eſt ſuperſtitio melius, quàm religio. Ego inter Antiquarios, nulla ratione collocari valeo, neque hæc profiteor ſtudia; verum ut media Hiſtoricæ Probabilitatis amavi ſemper & ſuſpexi. Ex his, nunc erutis in *Schitaro*, atque mecum communicatis, videre dignentur Concives mei, quod utilitates promanent. Firmamur, docemusque: ſic Regionum harum incolas, paruiſſe Romanis, ut Corpus Reipublicæ propriæ ſervatum fuerit. Firmamur: quam olim florebant hæ Regiones, dum Siſciæ intuemur memorias, *Viminaty* item nunc eruti. Videmus: bello claruiſſe perpetuo Pannonias, fuiſſeque Romanorum ſcutum, quo per gentes barbaras deſtructo, corruit æque Romanum Imperium. Videmus: illam fuiſſe olim virtutis rationem, quod plurimi, ad Imperium plane ſint elevati, adeoque ſingulorum fuit, contendere ad veram ex virtute gloriam, monſtraréque factis propriis: *quam ſit utile Reipublicæ, eſſe dignum majoribus ſuis.* Intuemur: Pannones olim gratiſſimos fuiſſe benefactoribus, dum in memoriam gratam, marmora & numiſmata poſuerunt. Sane eruta nunc tot monumenta, olim poſita *Fauſtinæ*, *Herenniæ*, *Hellenæ*, neſcio an nos non admoneant ad imitandum, pro tot benefactis Sclavoniæ huic ſuæ, Magnæ MARIÆ THERESIÆ. Videmus denique, per voces: *Reparatio Reipublicæ*, morbos in ea quoque viguiſſe, adeoque conſuetudines atque uſus, non eſſe publicæ ſalutis, firmamentum. Quin Veteres, pro *reparata Republica*, numiſmata in memoriam dedicaſſe. Videmus tot cæteras utilitates, quas eruere meditando, quivis poterit. Quisquis autem Ciceronis, Senecæ, Taciti, Cornely Nepotis &c. opera perpenderit, videndo quæ olim erat Philoſophiæ ratio? Hiſtoriæ item; facile reperiet cauſam, eccur tantum ab antiquis receſſerimus. Scriptores Veteres admiramur, ut rudes ſolent rem novam vel incognitam, ac licèt videamus Reipublicæ ſuæ fuiſſe eos ſtudioſiſſimos, atque quævis ſcripſiſſe ad poſteros, eorum tamen *Providentiam* non ſequimur, quin crimen culpamque eſſe credimus, commentari de Regis ſui atque Reipublicæ Juribus. De morbis & defectibus pluribus. De mediis reſtitutæ ſalutis publicæ. Quis ſe credet medico? qui vocatus ad ægrotum ſanandum, nunquam legit de morbis; nunquam de modis medendi his, ſecundum individuorum temperamenta.

Demiſ-

Digitized by Google

Demiſsè tandem ſupplico: iis omnibus, qui vel ſervant ejusmodi monumenta pro oſtentando: vel penes illa ſunt, ne talia invideant utilitati publicæ. Si ipſi, vel nolunt, vel neſciunt ex his commentari, vel Zelum *Joannis Tomecz* imitentur, communicando talia; vel exemplum meum ſequantur, exhibendo illa, narratione ſimplici & Hiſtorica. Sunt in orbe nunc, tot Clariſſimi Viri, qui amore utilitatis publicæ, ea illuſtrabunt; pandentque ad noſtram doctrinam, eorumque laboribus nos perfruemur. Dantur artificibus media, quæ dum ab iis conficiuntur, nobis ſerviunt ad amictum, victum, luxum, pompam, pro cujusque genio & voluntate.

PERIODI II.

Relatum mihi fuerat a Viro, litterarum haud inimico, in *Ozell*, lapidem quendam, *Inſcriptionem exhibentem*, caſu erupiſſe, qui more veteri, ut firmior, arcis illius fundamentis, ita eſt ſuperpoſitus, ut nihilominus, terræ ſit proximus. Sciens ego, quæ ſunt, de *Zellia*, *Azellia* memorata a *Paulo olim Diacono*, quæſtiones explicationesque, preces nullas omiſi, ſi exſcriptam ſincerè, conſequi poſſim memoriam. At fugit me, quid fuerit, ut non ſolum ſeponerentur preces meæ, ſed inſuper excuſationem accepi, obrutam eſſe lapidibus aliis, neſcio cui neceſſitati proviſuris. Induſtria Unius, quem prodere nequeo, ſequentem elapſo Februario obtinui rapſodiam, cum notitia: Cætera lapidis, ornata haberi certis lineis vel floribus, atque ſequentem eſſe deſcriptam cæruſſà, & ad me miſſam memoriam.

D. M.

IUIUS PROBNU QVUV.

F. C. NBI. POSVII. M.U.

CXXX S. ✠ BIE T.S.V.

NATIS ħX.SN̄. Yz Ꞩ ⚘ SX$_z$

V
Λ

Ille qui detexerat mihi inſcriptionem primus, putat. *Probun* eſſe in lapide, creditque *Probunium* exprimi. Cl. Joan. Lucius lib. 2. Cap. I. Ex Porphirogenito meminit *Pribuny*. Item cap. 8. ſub *Creſimiro Majore, Pribinnæ Bani*. An relata memoria *Pribuny vel Pribinnæ* ſit? conſtituendi careo fundamento. Ego ſatis meditatus ſum, evolvendo quævis quæ vel habeo, vel legiſſe me reminiſcor, hæreo! Veterem illam Romanam, eſſe hanc memoriam, aſſentiri nequeo, ob tanta quæ exhibet. Quare facile poſteriore ætate, ad imitationem extantium tum tot Romanarum, collocata ſit. Verum cujus ſit? Interprætari nequeo, carens fundatæ conjecturæ motivis. Perpenſis illis quæ à pag. 76. ſuperius relata ſunt, ſi Pribina ille, hìc exprimitur in *Probun* vel *Probunio*, plurima firmaret Inſcriptio: *Sclavoniam* nempe ſub Bulgarorum fuiſſe poteſtate: *Ratimarum* Partium illarum Trans-Savanarum fuiſſe Ducem, eoque oppreſſo *Probunium*, ſive Privinnam. Ab hoc ædificatum iſthic munimen in nemore. Ardor ille in Catholica fide Pribinæ firmaretur, tam ex ſigno ✠ ſeu Crucis, quam & initialibus litteris *DEO Maximo*. Verum doctus peritusque Lector, deducat quæ exiſtimat, ex communicata memoria. Ac ſi ex ignotis mihi libris, vel antiquitatibus aliis, novit illuſtrari poſſe, ſuperiorem memoriam, hanc ut mecum communicare dignetur, oro. Mihi aliud datum non eſt; quàm doctis eruditisque Viris, erutam memoriam ſubſternere ac devovere.

PERIODI III.

Plurima ſunt, quibus hæc Periodus, per ſingulos Regum poſſet poteritque narratione hiſtorica adaugeri. Quia nihilominus ego, *ex fine ac ſcopo*, factorum hiſtoriam non ſuſcepiſſem conſcribendam; verum *Jura Regum*, & *Sacræ eorundem Coronæ;* ideo dum actorum geſtorumque reminiſcor, quæ aut ad *Poſſeſſorii* ſunt dilucidationem, aut aſſumpto à me ſcopo ſerviunt; aut fors ſepulta hactenus ignotaque inſinuo, à me in cæteris, expectari non debere auctarium, exiſtimo. Quare ad me non pertinebat ut explicem; ſive nomen, ſive genus uxoris S. Ladislai. Si fuit Bertholdi, Ducis olim *Maraniæ* filia, facile amiſſa ſub S. Stephano Sclavonia, ut pag. 104. retulimus, dum S. Ladislaus mortuo Zvonimiro Croatiam, Sclavoniamque, Regno ſuo reſtituit (quæ ut pag. 90. intra limites conſtituti per Zultam Regni Ungariæ fuère) Partes illas Bertholdo reliquerit, nec diſputaverit. Hinc Bela IV. tam jure Coronæ, Regnique ſui à Zulta conſtituti, quàm etiam ut legitimus deſcendens, *Ducatum Maraniæ*, parteſque illas recuperaverit.

Relatum à Thoma Archidiacono, vel pace mea, eidem additum a Lucio vel alio, documentum Privilegii, à Colomano elargiti Generationibus illis, eſtò ignoretur unde acceptum ſit? Scriptores Veneti non controvertunt. Quare adverſus eos, ut productum ab iis, robur habet. Firmatur illud, *Singiduni* Eppi Zagrabienſis facto, relato in opere *Hiſt. Eccl. Zagr.* Denique poſteriorum Regum exemplo, qui, immunitates, gratias, iiſdem litteris, pluribus generationibus conferebant, ut de *Klokoche, Nobilibus Campi Zagrabienſis* &c. Ego autographo Privilegii illius careo, nec illud vidi unquam, dum nihilominus Scriptores Veneti, illud pro legi-

Digitized by Google

læ ſunt laterales litteræ. Minor: *Gloria Romanorum.* infra lineam *P. SISC.* ex utroque latere Symboli, P. P.

XX. THEODOSY Quinque numi ſunt, æqualis in omnibus Inſcriptio: *DN. THEODOSIUS P. F. AUG.* Parte averſa (cenſeo eſſe numiſma, ob magnitudinem) *Reparatio Reipub.* infra lineam *B. SISC.* nitide quævis leguntur. Laterales nullæ ſunt litteræ. Duo parte averſa exhibent *Vot. V. Mult. X.* Subtus *E. SISC.* Quartus: *VICTORIÆ DD. AUGG. NN.* E SIS. Quintus: *CONCODIA AUGG.* E SISC. In numis his, nulla ſigna ſeu litteræ ſunt laterales, ſive monetariorum.

XXI. Eſt numus, in quo facies venuſta & caput cum epigraphe: FL. HELLENA AUGUSTA. Parte vero averſa: Vir dextram manum extendens ut puto ad ancoram, ſiniſtra baculum. Epigraphe: *Securitas Reipublice.* Subtus: *R. ANT.*

XXII. Eſt numus argenteus medii moduli, in quo caput barbatum cum facie, ſed Epigraphe partis adverſæ apparet ſciſſum, fors ad experiendum metallum, hinc partis dextræ inſcriptio legi nequit. Siniſtra pars exhibet *AUG. P. M.* Tum litt. 4. Pars averſa exhibet, COS VII. Credo eſſe numum Hadriani, vel Antonini. Eſt æque parvulus numus, ubi caput Juvenis, Epigraphe: *DIVO CRIS.* - - puto duas ſequentes litteras eſſe, *PO*, hinc eſſet *Criſpo.* Parte averſa, in ſymbolo linteamina videntur & in illis buſtum, vel Immolatio. Litteræ ſunt, quæ mihi non reddunt vocem. Demum eſt numus metalli nobilioris, & craſſus inſtar numorum Hiſpaniæ, in quo facies & caput optime apparent, & ex parte altera æque ſymboli figura, ſed inſcriptio erui à me non potuit. Apparent plures, & multum conſtrictæ litteræ. Puto eſſe numum *Aurel. Antonini*, haud attamen audeo affirmare.

Tandem varii diverſorumque numi ſunt Nro 62. Quos quia legere nequiviſſem, certamque eruere lectionem, miſſos facio. Sunt horum aliqui mediocris modulli; aliqui minoris, ac etiam minimi. In multis apparent facies & ſimbola, quinimo quædam etiam litteræ. Aſt ubi certus eſſe non potui, abjicere malui, quam conjectare. Atque hæc ſunt quibus Periodum I. augendam putavi, *eruditorum* virorum gratia; qui hoc meum obſequium, ut gratum habeant, oro. Si quæ ſunt, quæ illuſtrari merentur, ſupplicare non deſino, ne dedignentur. Nos equidem in his oris, & Regionibus, eſtò olim perdivites fuerimus, in hujusmodi antiquitatibus; eſtò clamemus veteres mores & ſtudia perennare debere; ex religionis Zelo, credidimus hæc, ut Gentilium, eſſe deſtruenda, abjicienda, ſeponenda. Utilitate autem horum ab eruditis demonſtrata, fors his colligendis evademus ſtudioſiores, communicabimusque potius Magiſtris, ac mundo erudito, quam indignè perire, ſinentur a poſteris. Sane in hoc, Avorum Proavorumque noſtrorum, imitanda non eſt ſuperſtitio melius, quàm religio. Ego inter Antiquarios, nulla ratione collocari valeo, neque hæc profiteor ſtudia; verum ut media Hiſtoricæ Probabilitatis amavi ſemper & ſuſpexi. Ex his, nunc erutis in *Schitaro*, atque mecum communicatis, videre dignentur Concives mei, quod utilitates promanent. Firmamur, docemusque: ſic Regionum harum incolas, paruiſſe Romanis, ut Corpus Reipublicæ propriæ ſervatum fuerit. Firmamur: quam olim florebant hæ Regiones, dum Siſciæ intuemur memorias, *Viminaty* item nunc eruti. Videmus: bello claruiſſe perpetuo Pannonias, fuiſſeque Romanorum ſcutum, quo per gentes barbaras deſtructo, corruit æque Romanum Imperium. Videmus: illam fuiſſe olim virtutis rationem, quod plurimi, ad Imperium plane ſint elevati, adeoque ſingulorum fuit, contendere ad veram ex virtute gloriam, monſtraréque factis propriis: *quam ſit utile Reipublicæ, eſſe dignum majoribus ſuis.* Intuemur: Pannones olim gratiſſimos fuiſſe benefactoribus, dum in memoriam gratam, marmora & numiſmata poſuerunt. Sane eruta nunc tot monumenta, olim poſita *Fauſtinæ*, *Herenniæ*, *Hellenæ*, neſcio an nos non admoneant ad imitandum, pro tot benefactis Sclavoniæ huic ſuæ, Magnæ MARIÆ THERESIÆ. Videmus denique, per voces: *Reparatio Reipublicæ*, morbos in ea quoque viguiſſe, adeoque conſuetudines atque uſus, non eſſe publicæ ſalutis, firmamentum. Quin Veteres, pro *reparata Republica*, numiſmata in memoriam dedicaſſe. Videmus tot cæteras utilitates, quas eruere meditando, quivis poterit. Quisquis autem Ciceronis, Senecæ, Taciti, Cornely Nepotis &c. opera perpenderit, videndo quæ olim erat Philoſophiæ ratio? Hiſtoriæ item; facile reperiet cauſam, eccur tantum ab antiquis receſſerimus. Scriptores Veteres admiramur, ut rudes ſolent rem novam vel incognitam, ac licèt videamus Reipublicæ ſuæ fuiſſe eos ſtudioſiſſimos, atque quævis ſcripſiſſe ad poſteros, eorum tamen *Providentiam* non ſequimur, quin crimen culpamque eſſe credimus, commentari de Regis ſui atque Reipublicæ Juribus. De morbis & defectibus pluribus. De mediis reſtitutæ ſalutis publicæ. Quis ſe credet medico? qui vocatus ad ægrotum ſanandum, nunquam legit de morbis; nunquam de modis medendi his, ſecundum individuorum temperamenta.

Demiſ-

Digitized by Google

Demiſsè tandem ſupplico: iis omnibus, qui vel ſervant ejusmodi monumenta pro oſtentando: vel penes illa ſunt, ne talia invideant utilitati publicæ. Si ipſi, vel nolunt, vel neſciunt ex his commentari, vel Zelum *Joannis Tomecz* imitentur, communicando talia; vel exemplum meum ſequantur, exhibendo illa, narratione ſimplici & Hiſtorica. Sunt in orbe nunc, tot Clariſſimi Viri, qui amore utilitatis publicæ, ea illuſtrabunt; pandentque ad noſtram doctrinam, eorumque laboribus nos perfruemur. Dantur artificibus media, quæ dum ab iis conficiuntur, nobis ſerviunt ad amictum, victum, luxum, pompam, pro cujusque genio & voluntate.

PERIODI II.

Relatum mihi fuerat a Viro, litterarum haud inimico, in *Ozell*, lapidem quendam, *Inſcriptionem exhibentem*, caſu erupiſſe, qui more veteri, ut firmior, arcis illius fundamentis, ita eſt ſuperpoſitus, ut nihilominus, terræ ſit proximus. Sciens ego, quæ ſunt, de *Zellia*, *Azellia* memorata a *Paulo olim Diacono*, quæſtiones explicationesque, preces nullas omiſi, ſi exſcriptam ſincerè, conſequi poſſim memoriam. At fugit me, quid fuerit, ut non ſolum ſeponerentur preces meæ, ſed inſuper excuſationem accepi, obrutam eſſe lapidibus aliis, neſcio cui neceſſitati proviſuris. Induſtria Unius, quem prodere nequeo, ſequentem elapſo Februario obtinui rapſodiam, cum notitia: Cætera lapidis, ornata haberi certis lineis vel floribus, atque ſequentem eſſe deſcriptam cæruſſà, & ad me miſſam memoriam.

D. M.
IUIUS PROBNU QVUV.
F. C. NBI. POSVII. M. U.
CXXX S. ✠ BIE T. S. V.
NATIS ĦX. SN̄. Yz Sɔ ⁂ SX$_z$
Ⲭ

Ille qui detexerat mihi inſcriptionem primus, putat. *Probun* eſſe in lapide, creditque *Probunium* exprimi. Cl. Joan. Lucius lib. 2. Cap. I. Ex Porphirogenito meminit *Pribuny*. Item cap. 8. ſub *Creſimiro Majore, Pribinnæ Bani*. An relata memoria *Pribuny vel Pribinnæ* ſit? conſtituendi careo fundamento. Ego ſatis meditatus ſum, evolvendo quævis quæ vel habeo, vel legiſſe me reminiſcor, hæreo! Veterem illam Romanam, eſſe hanc memoriam, aſſentiri nequeo, ob tanta quæ exhibet. Quare facile poſteriore ætate, ad imitationem extantium tum tot Romanarum, collocata ſit. Verum cujus ſit? Interprætari nequeo, carens fundatæ conjecturæ motivis. Perpenſis illis quæ à pag. 76. ſuperius relata ſunt, ſi Pribina ille, hìc exprimitur in *Probun* vel *Probunio*, plurima firmaret Inſcriptio: *Sclavoniam* nempe ſub Bulgarorum fuiſſe poteſtate: *Ratimarum* Partium illarum Trans-Savanarum fuiſſe Ducem, eoque oppreſſo *Probunium*, ſive Privinnam. Ab hoc ædificatum iſthic munimen in nemore. Ardor ille in Catholica fide Pribinæ firmaretur, tam ex ſigno ✠ ſeu Crucis, quam & initialibus litteris *DEO Maximo*. Verum doctus peritusque Lector, deducat quæ exiſtimat, ex communicata memoria. Ac ſi ex ignotis mihi libris, vel antiquitatibus aliis, novit illuſtrari poſſe, ſuperiorem memoriam, hanc ut mecum communicare dignetur, oro. Mihi aliud datum non eſt; quàm doctis eruditisque Viris, erutam memoriam ſubſternere ac devovere.

PERIODI III.

Plurima ſunt, quibus hæc Periodus, per ſingulos Regum poſſet poteritque narratione hiſtorica adaugeri. Quia nihilominus ego, *ex fine ac ſcopo*, factorum hiſtoriam non ſuſcepiſſem conſcribendam; verum *Jura Regum, & Sacræ eorundem Coronæ;* ideo dum actorum geſtorumque reminiſcor, quæ aut ad *Poſſeſſorii* ſunt dilucidationem, aut aſſumpto à me ſcopo ſerviunt; aut fors ſepulta hactenus ignotaque inſinuo, à me in cæteris, expectari non debere auctarium, exiſtimo. Quare ad me non pertinebat ut explicem; ſive nomen, ſive genus uxoris S. Ladiſlai. Si fuit Bertholdi, Ducis olim *Maraniæ* filia, facile amiſſa ſub S. Stephano Sclavonia, ut pag. 104. retulimus, dum S. Ladislaus mortuo Zvonimiro Croatiam, Sclavoniamque, Regno ſuo reſtituit (quæ ut pag. 90. intra limites conſtituti per Zuktam Regni Ungariæ fuère) Partes illas Bertholdo reliquerit, nec diſputaverit. Hinc Bela IV. tam jure Coronæ, Regnique ſui à Zulta conſtituti, quàm etiam ut legitimus deſcendens, *Ducatum Maraniæ*, parteſque illas recuperaverit.

Relatum à Thoma Archidiacono, vel pace mea, eidem additum a Lucio vel alio, documentum Privilegii, à Colomano elargiti Generationibus illis, eſtò ignoretur unde acceptum ſit? Scriptores Veneti non controvertunt. Quare adverſus eos, ut productum ab iis, robur habet. Firmatur illud, *Singiduni* Eppi Zagrabienſis facto, relato in opere *Hiſt. Eccl. Zagr.* Denique poſteriorum Regum exemplo, qui, immunitates, gratias, iisdem litteris, pluribus generationibus conferebant, ut de *Klokoche, Nobilibus Campi Zagrabienſis* &c. Ego autographo Privilegii illius careo, nec illud vidi unquam, dum nihilominus Scriptores Veneti, illud pro

Digitized by Google

læ ſunt laterales litteræ. Minor: *Gloria Romanorum.* infra lineam *P. SISC.* ex utroque latere Symboli, P. P.

XX. THEODOSY Quinque numi ſunt, æqualis in omnibus Inſcriptio: *DN. THEODOSIUS P.F. AUG.* Parte averſa (cenſeo eſſe numiſma, ob magnitudinem) *Reparatio Reipub.* infra lineam *B. SISC.* nitide quævis leguntur. Laterales nullæ ſunt litteræ. Duo parte averſa exhibent *Vot. V. Mult. X.* Subtus *E. SISC.* Quartus: *VICTORIÆ DD. AUGG. NN.* E SIS. Quintus: *CONCODIA AUGG.* E SISC. In numis his, nulla ſigna ſeu litteræ ſunt laterales, ſive monetariorum.

XXI. Eſt numus, in quo facies venuſta & caput cum epigraphe: FL. HELLENA AUGUSTA. Parte vero averſa: Vir dextram manum extendens ut puto ad ancoram, ſiniſtra baculum. Epigraphe: *Securitas Reipublice.* Subtus: *R. ANT.*

XXII. Eſt numus argenteus medii moduli, in quo caput barbatum cum facie, ſed Epigraphe partis adverſæ apparet ſciſſum, fors ad experiendum metallum, hinc partis dextræ inſcriptio legi nequit. Siniſtra pars exhibet *AUG. P. M.* Tum litt. 4. Pars averſa exhibet, COS VII. Credo eſſe numum Hadriani, vel Antonini. Eſt æque parvulus numus, ubi caput Juvenis, Epigraphe: *DIVO CRIS.* - - puto duas ſequentes litteras eſſe, *PO*, hinc eſſet *Criſpo.* Parte averſa, in ſymbolo linteamina videntur & in illis buſtum, vel Immolatio. Litteræ ſunt, quæ mihi non reddunt vocem. Demum eſt numus metalli nobilioris, & craſſus inſtar numorum Hiſpaniæ, in quo facies & caput optime apparent, & ex parte altera æque ſymboli figura, ſed inſcriptio erui à me non potuit. Apparent plures, & multum conſtrictæ litteræ. Puto eſſe numum *Aurel. Antonini*, haud attamen audeo affirmare.

Tandem varii diverſorumque numi ſunt Nro 62. Quos quia legere nequiviſſem, certamque eruere lectionem, miſſos facio. Sunt horum aliqui mediocris modulli; aliqui minoris, ac etiam minimi. In multis apparent facies & ſimbola, quinimo quædam etiam litteræ. Aſt ubi certus eſſe non potui, abjicere malui, quam conjectare. Atque hæc ſunt quibus Periodum I. augendam putavi, *eruditorum* virorum gratia; qui hoc meum obſequium, ut gratum habeant, oro. Si quæ ſunt, quæ illuſtrari merentur, ſupplicare non deſino, ne dedignentur. Nos equidem in his oris, & Regionibus, eſtò olim perdivites fuerimus, in hujusmodi antiquitatibus; eſtò clamemus veteres mores & ſtudia perennare debere; ex religionis Zelo, credidimus hæc, ut Gentilium, eſſe deſtruenda, abjicienda, ſeponenda. Utilitate autem horum ab eruditis demonſtrata, fors his colligendis evademus ſtudioſiores, communicabimusque potius Magiſtris, ac mundo erudito, quam indignè perire, ſinentur a poſteris. Sane in hoc, Avorum Proavorumque noſtrorum, imitanda non eſt ſuperſtitio melius, quàm religio. Ego inter Antiquarios, nulla ratione collocari valeo, neque hæc profiteor ſtudia; verum ut media Hiſtoricæ Probabilitatis amavi ſemper & ſuſpexi. Ex his, nunc erutis in *Schitaro*, atque mecum communicatis, videre dignentur Concives mei, quod utilitates promanent. Firmamur, docemusque: ſic Regionum harum incolas, paruiſſe Romanis, ut Corpus Reipublicæ propriæ ſervatum fuerit. Firmamur: quam olim florebant hæ Regiones, dum Siſciæ intuemur memorias, *Viminaty* item nunc eruti. Videmus: bello claruiſſe perpetuo Pannonias, fuiſſeque Romanorum ſcutum, quo per gentes barbaras deſtructo, corruit æque Romanum Imperium. Videmus: illam fuiſſe olim virtutis rationem, quod plurimi, ad Imperium plane ſint elevati, adeoque ſingulorum fuit, contendere ad veram ex virtute gloriam, monſtraréque factis propriis: *quam ſit utile Reipublicæ, eſſe dignum majoribus ſuis.* Intuemur: Pannones olim gratiſſimos fuiſſe benefactoribus, dum in memoriam gratam, marmora & numiſmata poſuerunt. Sane eruta nunc tot monumenta, olim poſita *Fauſtinæ*, *Herenniæ*, *Hellenæ*, neſcio an nos non admoneant ad imitandum, pro tot benefactis Sclavoniæ huic ſuæ, Magnæ MARIÆ THERESIÆ. Videmus denique, per voces: *Reparatio Reipublicæ*, morbos in ea quoque viguiſſe, adeoque conſuetudines atque uſus, non eſſe publicæ ſalutis, firmamentum. Quin Veteres, pro *reparata Republica*, numiſmata in memoriam dedicaſſe. Videmus tot cæteras utilitates, quas eruere meditando, quivis poterit. Quisquis autem Ciceronis, Senecæ, Taciti, Cornely Nepotis &c. opera perpenderit, videndo quæ olim erat Philoſophiæ ratio? Hiſtoriæ item; facile reperiet cauſam, eccur tantum ab antiquis receſſerimus. Scriptores Veteres admiramur, ut rudes ſolent rem novam vel incognitam, ac licèt videamus Reipublicæ ſuæ fuiſſe eos ſtudioſiſſimos, atque quævis ſcripſiſſe ad poſteros, eorum tamen *Providentiam* non ſequimur, quin crimen culpamque eſſe credimus, commentari de Regis ſui atque Reipublicæ Juribus. De morbis & defectibus pluribus. De mediis reſtitutæ ſalutis publicæ. Quis ſe credet medico? qui vocatus ad ægrotum ſanandum, nunquam legit de morbis; nunquam de modis medendi his, ſecundum individuorum temperamenta.

Demiſ-

Digitized by Google

Demiſsè tandem ſupplico: iis omnibus, qui vel ſervant ejusmodi monumenta pro oſtentando: vel penes illa ſunt, ne talia invideant utilitati publicæ. Si ipſi, vel nolunt, vel neſciunt ex his commentari, vel Zelum *Joannis Tomecz* imitentur, communicando talia; vel exemplum meum ſequantur, exhibendo illa, narratione ſimplici & Hiſtorica. Sunt in orbe nunc, tot Clariſſimi Viri, qui amore utilitatis publicæ, ea illuſtrabunt; pandentque ad noſtram doctrinam, eorumque laboribus nos perfruemur. Dantur artificibus media, quæ dum ab iis conficiuntur, nobis ſerviunt ad amictum, victum, luxum, pompam, pro cujusque genio & voluntate.

PERIODI II.

Relatum mihi fuerat a Viro, litterarum haud inimico, in *Ozell*, lapidem quendam, *Inſcriptionem exhibentem*, caſu erupiſſe, qui more veteri, ut firmior, arcis illius fundamentis, ita eſt ſuperpoſitus, ut nihilominus, terræ ſit proximus. Sciens ego, quæ ſunt, de *Zellia*, *Azellia* memorata a *Paulo olim Diacono*, quæſtiones explicationesque, preces nullas omiſi, ſi exſcriptam ſincerè, conſequi poſſim memoriam. At fugit me, quid fuerit, ut non ſolum ſeponerentur preces meæ, ſed inſuper excuſationem accepi, obrutam eſſe lapidibus aliis, neſcio cui neceſſitati proviſuris. Induſtria Unius, quem prodere nequeo, ſequentem elapſo Februario obtinui rapſodiam, cum notitia: Cætera lapidis, ornata haberi certis lineis vel floribus, atque ſequentem eſſe deſcriptam cæruſſà, & ad me miſſam memoriam.

D. M.
IUIUS PROBNU QVUV.
F. C. NBI. POSVII. M. U.
CXXX S. ✠ BIE T. S. V.
NATIS ĦX. SN̄. Yz Sȝ ⁂ SX$_z$
V
Λ

Ille qui detexerat mihi inſcriptionem primus, putat. *Probun* eſſe in lapide, creditque *Probunium* exprimi. Cl. Joan. Lucius lib. 2. Cap. I. Ex Porphirogenito meminit *Pribuny*. Item cap. 8. ſub *Creſimiro Majore, Pribinnæ Bani*. An relata memoria *Pribuny vel Pribinnæ* ſit? conſtituendi careo fundamento. Ego ſatis meditatus ſum, evolvendo quævis quæ vel habeo, vel legiſſe me reminiſcor, hæreo! Veterem illam Romanam, eſſe hanc memoriam, aſſentiri nequeo, ob tanta quæ exhibet. Quare facile poſteriore ætate, ad imitationem extantium tum tot Romanarum, collocata ſit. Verum cujus ſit? Interpætari nequeo, carens fundatæ conjecturæ motivis. Perpenſis illis quæ à pag. 76. ſuperius relata ſunt, ſi Pribina ille, hic exprimitur in *Probun* vel *Probunio*, plurima firmaret Inſcriptio: *Sclavoniam* nempe ſub Bulgarorum fuiſſe poteſtate: *Ratimarum* Partium illarum Trans-Savanarum fuiſſe Ducem, eoque oppreſſo *Probunium*, ſive Privinnam. Ab hoc ædificatum iſthic munimen in nemore. Ardor ille in Catholica fide Pribinæ firmaretur, tam ex ſigno ✠ ſeu Crucis, quam & initialibus litteris *DEO Maximo*. Verum doctus peritusque Lector, deducat quæ exiſtimat, ex communicata memoria. Ac ſi ex ignotis mihi libris, vel antiquitatibus aliis, novit illuſtrari poſſe, ſuperiorem memoriam, hanc ut mecum communicare dignetur, oro. Mihi aliud datum non eſt; quàm doctis eruditisque Viris, erutam memoriam ſubſternere ac devovere.

PERIODI III.

Plurima ſunt, quibus hæc Periodus, per ſingulos Regum poſſet poteritque narratione hiſtorica adaugeri. Quia nihilominus ego, *ex fine ac ſcopo*, factorum hiſtoriam non ſuſcepiſſem conſcribendam; verum *Jura Regum*, *& Sacræ eorundem Coronæ;* ideo dum actorum geſtorumque reminiſcor, quæ aut ad *Poſſeſſorii* ſunt dilucidationem, aut aſſumpto à me ſcopo ſerviunt; aut fors ſepulta hactenus ignotaque inſinuo, à me in cæteris, expectari non debere auctarium, exiſtimo. Quare ad me non pertinebat ut explicem; ſive nomen, ſive genus uxoris S. Ladislai. Si fuit Bertholdi, Ducis olim *Maraniæ* filia, facile amiſſa ſub S. Stephano Sclavonia, ut pag. 104. retulimus, dum S. Ladislaus mortuo Zvonimiro Croatiam, Sclavoniamque, Regno ſuo reſtituit (quæ ut pag. 90. intra limites conſtituti per Zuktam Regni Ungariæ fuere) Partes illas Bertholdo reliquerit, nec diſputaverit. Hinc Bela IV. tam jure Coronæ, Regnique ſui à Zulta conſtituti, quàm etiam ut legitimus deſcendens, *Ducatum Maraniæ*, parteſque illas recuperaverit.

Relatum à Thoma Archidiacono, vel pace mea, eidem additum a Lucio vel alio, documentum Privilegii, à Colomano elargiti Generationibus illis, eſtò ignoretur unde acceptum ſit? Scriptores Veneti non controvertunt. Quare adverſus eos, ut productum ab iis, robur habet. Firmatur illud, *Singiduni* Eppi Zagrabienſis facto, relato in opere *Hiſt. Eccl. Zagr.* Denique poſteriorum Regum exemplo, qui, immunitates, gratias, iisdem litteris, pluribus generationibus conferebant, ut de *Klokoche, Nobilibus Campi Zagrabienſis &c.* Ego autographo Privilegii illius careo, nec illud vidi unquam, dum nihilominus Scriptores Veneti, illud pro legi-

Digitized by Google

legitimo habent, ac quà legitimum orbi toti exhibuerunt, ego meminiſſe illius potui, præcipue dum Scriptores, cæteraque documenta (vide deſcripta p. 127. ex metalibus litteris, ac alia) ſtabilitum fuiſſe his inRegionibus perColomanum Regem,SacræCoronæ Imperium,teſtarentur.

Præterea dum publicum monumentum,ex Lucio a nobis pag.118. exſcriptum, a Rege Pannoniæ Vladislao, *Croatiæ Regem*, fuiſſe conſtitutum*Almum Nepotem* docet; Neque Regno iſto, fuiſſe privatum, ſive a Conſtantinopolitanis, ſive ab ipſo S. Ladislao, ſcriberetur a quopiam, conſequens eſt, ennatis adverſus Almum, ſuperius memoratis factionibus *ceſſum* Colomano fuiſſe Croatiæ Regnum. Nihilominus qualiter intra *Almum* & *Colomanum* ratione*Croatiæ* transactum fuerit? Jura Coronæ nil læduntur, dum intra hos, res acta eſt, firmaveritque Colomanus jura Coronæ, quinimo ad Dalmatiam extenderit.

Borichius æquè prætenſione facta Coronæ, hujus juribus nil nocuit, dum ſua prætenſione potius hæc firmavit. An autem ipſe fuerit Colomani filius? Item qua ex matre genitus? finis a me propoſitus examinandum non exigebat. In obſequium Viri cujusdam docti & illuſtris, mihi videtur credibilius, haud fuiſſe filium adulteræ Colomani uxoris, & Colomano ſuppoſitum; Verum a Colomano ante legitimum conjugium genitum. Motiva credibilitatis ſunt ſequentia. I. Combinatione Scriptorum, quæſtiones hæ ita ſunt dubiæ, ut niſi *Sectarius* eſſe velim ſive Thuroczy, ſive amplificatoris ejus Bonfiny, *jurareque in verba Magiſtri*, ob coævos, *Ottonem Friſing, & continuat. Coſmæ Pragenſis*, concludere nil poſſim. Ab ætate Colomani, Stephani II. Belæ Cœci, Sæculis diſtant Thuroczius Bonfiniusque. Neque ſcribunt, quo ex fonte ſua deſumpſerint? memoriam illorum, cunctorumque ætate Thuroczy viventium, res ab eis ſcripta ſuperavit. Proinde cum fluxa ſit traditio, haud invenio, ut ſine metu affirmare valeam, eos *certam veritatem* ſcripſiſſe; præcipue dum a Coævis Scriptoribus differunt. Hi porro cum *exteri* fuerint, an genuinè de quibusvis fuerint informati? dicere neſcio. Illud ſcio: nunc quoque *exteros* Scriptores ſæpe aberrare, dum de rebus ſibi incognitis, verum unicè auditis ſcribunt. Conveniunt domeſtici Scriptores, cum extraneis, *Borichium* prætenſionem feciſſe Coronæ ſub Bela Cœco, in modo autem & tot circumſtantiis variant. *Contin. Coſm. Prag.* ad an. 1132. poſtquam narrâſſet, Ducem Polonorum, expulſo Rege Cœco voluiſſe filium Colomani intronizare, ait: *Mater enim præfati juvenis à marito ſuo Rege videlicet Colomano repudiata, dum eſſet prægnans rediit ad patrem, atque ibi puerum peperit.* Otto Friſingen: *Colomani filius, ſed ex alia matre natus dicebatur* (obſerva dicebatur) *Regnum paternum requirit.* Neuter horum, pertractandam habuit quæſtionem ex fine, at uterque prætenſionis Borichy inſinuat motivum. *Thurocius* relinquit in dubio, an Colomanus? aut uxor ſua, adulterii arguenda? dum ſcriberet: *Hungari - - - - per nuncios invitabant Borich adulterinum.* Tum infra: *Proceres autem Hungariæ vocati ſunt ad colloquendum cum Rege. Interrogavit autem eos Rex, ſi ſcirent Borichium adulterinum eſſe, vel filium Regis Colomani. Fideles autem Regni reſponderunt, quod indubitanter ſcirent, Borichium eſſe adulterinum, & nullatenus dignum Corona Regis.* Interrogatio Regis, neſcio unde mutuata a Thurocio, videtur crimen uxori attribuere, *Adulterinum eſſe? vel filium Regis?* Teſtificatio Procerum, dum ait: *nullatenus dignum eſſe Corona Regis*, licet ſcirent indubitanter *Borichium eſſe adulterinum* videtur Colomanum accuſare. Hæc quævis ego perpendi, at dum ad *jura Regum* nil pertinere quæſtionem vidi, examen non inſerui, meam attamen inſinuavi opinionem, videlicet probabiliorem videri *Cont. Coſm. Pragen.* relationem. Hanc enim firmat lex Colomani Decr. 2. cap. XV. quô, omnem conjugalem deſponſationem vult in conſpectu Eccleſiæ, coram Sacerdote & idoneis teſtibus, cum ſigno ſubarrationis, & partis utriusque conſenſu peragi, concludens: *aliter non conjugium, ſed opus fornicationis reputetur.* Cauſam legis hujus, exiſtimo eſſe, repudium illud à Colomano factum, relatumque a *Contin. Coſmæ Pragen.* Accuſant Colomanum non ſolum præmiſſa; ſed litteræ Belæ IV. quarum ſupra meminimus.

Quæ illa fuit repudiata à Colomano fœmina? Amicus ille, in cujus obſequium hæc commentamur de dato 8. Julii an. 1768. ſignificat: Otton. Friſing: l. 7. c. 21. ſcribere: *Boritius qui & ipſe Colomani, ſed ex alia quam Stephani, matre Ruthenorum, ſeu Chios; Regis filio natus dicebatur, regnum paternum requirit.* Illud *Chios* Kiov legendum exiſtimat. Multa hinc quæri poſſunt: ut quot? quæ item uxores fuère Colomano? quæ illarum nomina? ſed his cæterisque omiſſis, præcipua eſt; Qui Ruthenorum nomine, ſæculis his deſignabantur. Plures ſunt, ut ex operum lectione obſervo, qui Ruthenos coarctant Ruſſiæ veteri. Verum combinatione facta Scriptorum atqueDiplomatum,idem mihi apparet,erat cum appellatione RuthenorumSæculis illis,quod hac ætate cum *Valachis* aut *Raſcianis*. Eſſe videlicet generale nomen,deſignans Orientales Græci ritus. *Valachia minor*, in Sclavonia inferiore appellatur, quæ tamen Valachia illa vera non eſt, nec fuerat. Multi, Vlahos, Valachos; generatim habent omnes à Ritu Eccleſiæ Romanæ alienos, ac in his Regionibus præcipue. Simile quid in expræſſione *Ruthenorum* olim eveniſſe, cenſeri debet. Equidem miſſis cæteris pag. 90. ſuperius, Anonymus ſcribit de Regni Hungariæ Conſtitutione: *Fixit metas Regni Hungariæ - - - Et ex parte Theotenicorum uſque ad pontem Guncil, & in eisdem partibus dedit Caſtrum conſtruere Ruthenis, qui cum*

Almo

Digitized by Google

Almo Duce, avo ſuo, in Pannoniam venerant. Itaque *Rutheni* fuère & vocabantur etiam populus, extra Ruſſiam habitans. In pargameno vidimus, legimus, ſequentes litteras, quarum authographum eſt penes D. Comites Voikffi, & ab illis originale habuimus pro legendo; tenoris ſequentis, quod integrum lectoribus eruditis exſcribimus, ſupra eo uſi etiam.

COLOMANUS DEI Gratia Rex Ruthenorum, & Dux totius Sclavoniæ, omnibus ſcriptum inſpecturis ſalutem ac omne bonum. Provida Regum diſcretio, tam circumſpectam erga ſe ſemper per ſubjectos debet habere diligentiam; ut quanto quis de fidelibus famulatur, tanto propenſius munificentiæ ſuæ donis remunerandus fore cenſeatur. Cognoſcat igitur tam præſens univerſitas quam futura, quod cum Dragan, Dragvech filius ejus adoleſcens, jobagiones Caſtri noſtri de Roicha nobis fidelem fructum, cum effuſione ſanguinum, eo tempore, cum frater noſter Dux Andreas, à quibusdam veſano ductus Conſilio in Regnum noſtrum videlicet Sclavoniæ, violenter irruiſſet, exhibuiſſent. In recompenſationem tot & tantorum laudabilium meritorum, & commendabilium, tam ipſis quam ſuis hæredibus, hæredumque Succeſſoribus quandam terram Konzka vocatam in Comitatu de Roicha exiſtentem dedimus, contulimus & donavimus jure perpetuo poſſidendam. Ipſisque præſentem paginam ſigilli noſtri munimine roborando, cum ſenſu & conſilio omnium jobagionum noſtrorum, ſimul habito & deliberato, Julæ Bani videlicet, Julæ Mgri Tavernicorum, Demetry Mgri Dapiferorum, Nicolai Comitis de Zala, Opoy Comitis de Symigio, Petri Comitis de Wikov, Georgy Comitis de Barana, dare conſenſimus & conceſſimus. Datum per manus Mgri Farcaſi, Aulæ Regiæ Cancellary, & Egrenſis Præpoſiti. Anno àb Incarnatione Domini M.CC.XXXII. Sigill. pendens in forma ovali, quod diſtinctè & clarè, non dignoſcitur, neque ex ſculpta inſcriptione aliud legere potui, quam *Colomanus.*

Combinatione Anni, ſubſcriptorum item Procerum, quis dicet Colomanum Regem Ruthenorum illorum fuiſſe, qui Ruſſiam incolebant, præcipue dum intitularetur *Rex Ruthenorum & Dux totius Sclavoniæ.* In donationis porrò contextu, Regnum ſuum his in oris fuiſſe innueret, dicendo: *In Regnum noſtrum videlicet Sclavoniæ violenter irruiſſet.* Quare fœmina illa, ſpe futuri matrimony à Colomano ſeducta, ex quibus oris, & Regionibus *Ruthenorum* fuerit? ſic in dubio remanet, ut definiri nequeat. Mihi quorumvis combinatione veroſimillimum eſt, harum illam fuiſſe Regionum. Enimvero quidquid ſit, utrum Colomanus miles fuerit ſub Zvonimiro, ut exhibitæ p. 114. litteræ exprimerent, illud negari non poteſt; Colomanum his in Regionibus bella geſſiſſe, *Petrum* ſuperâſſe, & Boſniæ nunc, tum *Ramæ* fuiſſe Poſſeſſorem; hancve in Titulis ut pag. 155. expræſſiſſe. Sæpius item ad Regiones has propter Dalmatiam ſtabiliendam ſervandamque; Eum fuiſſe profectum. Quare conſideratis his, prouti etiam bello illo Sacro Cruce ſignatorum, Græcorumque Imperio, Ruthena fœmina quam repudiavit, ex harum Regionum Ruthenis veroſimilius fuerit. Huic ejusque Genitoribus ceſſa videtur fuiſſe *Rama*, ſub jure clientellari erga Reges Hungariæ. Neque enim vel geſſiſſe bella cum quopiam legitur Colomanus ex parte Boſniæ, verum in Dalmatia ab anno 1105. Itaque cum conſtet anno 1102. eum Croatiam obtinuiſſe, 1103. uſum fuiſſe Titulo Regis Ramæ, circa hæc tempora clandeſtinum illud Colomani connubium eveniſſe deducitur. Sed quacumque demum de cauſa, complicem criminis repudiâſſet, ceſſa inſimul *Rama* in dotem; qua de cauſa, in Titulis ſuis illud *Ramæ* omiſerit Colomanus nunquam exprimendo Titulum *Ruſſiæ*, neſcio. Hinc credibilius fœminam fuiſſe ex his Regionibus, quam ex Kiovia. Nec ſatis eſt demonſtratum, Kioviam paruiſſe Colomano. Hæc, Hiſtorici quoque Boſniæ (quamvis poſteriores) attribuunt Colomano. Sub Stephano II. legitimo Succeſſore, Borichius ut puer, nec movit quæſtionem; nec ei ob Patris reſpectum, a Stephano mota eſt. Verum deficiente Stephano, ſive ab Hungaris evocatus, ut Thuroczius ſcriberet; ſive motu proprio ad Coronam ſuſpiravit. Teſte ſupra *Cont. Coſ. Prag.* Borichius tum erat juvenis, dum ait: *Mater enim præfati Juvenis*, ut ſi annorum combinatione, circa 1105. Borichy ponatur nativitas, anno 1132. annorum circiter 27. adeoque juvenis fuerit. Coronam haud conſecutus, at vel in Rama occaſione pacificationis cum Bela, firmatus eſt; vel his in Regionibus & trans Dravum bona obtinuit. Nam in Diplomate relato *Hiſt. Eccl. Zagr.* pag. 76. Anno 1163. ſub Stephano IV. leguntur Bani duo, nempe *Belo Bano ejusdem cauſæ Judice*, adeoque Bano Sclavoniæ, qui cauſam Epiſcopi Zagrabienſis Beraldi judicavit; & *Borichio Bano*, proculdubio *Boſniæ*, ut hinc ei ceſſa fuiſſe deducatur, ſub jure clientellari; agebatque tum Borichius annum ætatis circiter 58. Bona autem trans Dravum, ab eo poſſeſſa, memorata ſuperius Belæ IV. ſententia evincit. Neque eſt, quod *Otto Friſing.* Matrem Borichy *Chios* vocet. Fuit enim hoc nomen Fœminæ, ut ideo *Kiov* ſive pro Kiovia interprætari nequeat. Si à Græco nomen *Chios* non provenit, fors à *Kchi* ſeu filia ſumptum eſt. Illud: *Boritius qui & ipſe Regis Colomani - - Regis filio natus dicebatur*, indicare videtur, Borichium antequam Rex fuiſſet, natum fuiſſe *Regis filio*, adeoque circa 1095. quò S. Rex Ladislaus obiit, fuiſſetque cauſa ſuæ fugæ, & propenſionis S. Ladislai erga Almum. Borichio item anni decem eſſent in ætate augendi. Sed cum hæc clara non eſſent, ut veritatis demonſtratio, nec ſcribi poſſunt, nec ab ullo accipiantur. Hæc in obſequium docti eruditique amici. Qui ſi luculentiora de *Borichio* det, amplectemur certè; ſi

Digitized by Google

vero nil, deductionem hanc noſtram quam experiri voluit, æqui bonique conſulat. In quæſtionibus ejusmodi, veneror illud Hieronymi: *Nec tam ſtultus ſum, ut diverſitate explanationum Tuarum, me lædi putem*; Neque ego ullum læſum volo. Eſt nihilominus utile, ſi intra eruditos, vel ab his, ut intra eorum diſcipulos, ejusmodi etiam quæſtiones tractentur; ſemper enim dilucidantur aliqua, quæ obſcura fuère. In hac, *Rutheniæ* variam acceptionem, uti olim Dalmatiæ & Sclavoniæ, ſæculis his fuiſſe obſervamus. *Boſniam* item juris fuiſſe clientellaris Hungariæ Regum, dum 1163. anno, *Borichius* hujus *Banus*, intra Proceres recenſetur, fueritque attributa *Stephano IV. Regi.*

Numorum Sclavoniæ pag. 129. meminimus. Litterarum A-M. H R. RL. *voces*, per explicationem dubiam propoſui. Amicus eruditus doctusque ex Decreto Caroli I. anni 1342. me; ſumma humanitate admonebat, absque hæſitatione ad ſigna monetariorum litteras illas reſfere debuiſſe, dicit enim Carolus: *Et ut Camerariorum noſtrorum juſtitia appareat in Denariis fabricandis, ſtatuimus: ut quilibet eorum, ipſorum monetis, ſignum habeat, per quod, moneta per ipſum fabricata cognoſcatur.* Hæc me non latebant, utpote qui de his monetis, multa erui, ignota hactenus, ſtudioséque ſepulta. Quin pleraque de iis inſinuavi in opere, nec ſolum memorata pagina, ſed in Carolo ac Sigiſmundo. Profectò examinatis quibusvis diligenter, litterarum illarum, ſine metu ac hæſitatione *ſignificata* exponere non audebam. Cauſa maxima fuit *Decretum Caroli.* Primo enim decretum illud ad *Hungariam tantum* videtur pertinuiſſe, non ſolum ex Titulo: *Carolus DEI Gratia Rex Ungariæ*; ſed ex memoratis in eo Comitatibus & Civitatibus. 2. Illud: *ſtatuimus ut quilibet* &c. novitatem inductam à Carolo deſignat, quæ anterioribus temporibus uſitata non fuit. 3tio Sub Carolo ipſo inveniuntur monetæ Sclavoniæ ut ibi deduximus, quæ nequaquam *ad latus*, ſed in orbiculari epigraphe, habent *P. Sclavoniæ*; conſequenter ſub ipſo Carolo diſtincta fuit moneta, pro Sclavoniæ Regno, a moneta Hungarica. Quin 4. ut relatum eſt in Sigiſmundo, monetam Regum Hungariæ in his Regionibus recipere, *peccatum mortale* prædicabatur, debebatque deferri *Confeſſariis*, ut nunc libri, qui vel ſunt prohibiti, vel a ſimplici Confeſſario, prohibiti eſſe putantur; uti ſcio hoc factum, *Muratorio, de vera devotione*, quod Confeſſarius librum eſſe *liberorum Murariorum* putaverit, pœnitenti gravem imponens pœnam, jejuniorum, eleemoſynæ, Miſſarum, profeſſionis fidei, ob libri lectionem; quem, quia à me habuit pœnitens, conquæri non omiſit, meque juſſu Confeſſarii rogare, ne libros hæreticos vel diſtribuerem, vel emendos ſuaderem. Idem olim erat in Regionibus his, cum monetis Regum Hungariæ, & Sigiſmundus lege lata, æconomiam hanc ſuſtulit, veniſſeque illam in uſum, demonſtravi pag. 445. litteris *Wolphardi.* Quare ex Decreto illo Caroli, dubietatem in exprimendo earum ſignificato, deponere non potui, eo magis 4. quod litteræ ſint in parte *adverſa*, & ad latus *Crucis* ſigni, ſupra *Capita faciei* in numo expræſſæ, adeoque videantur indicare cujus ſunt; ac ſupplere Epigraphe adverſæ partis veterum numorum. Fateor necdum à me eſſe obſervatum, ubi *adverſa numi parte*, monetariorum ſigna exponerentur. His itaque ex motivis, *ſignificatum* litterarum illarum, pag. 129. *dubium* poſui. Securos velim eſſe operis hujus lectores, quævis à me fuiſſe pro viribus meis, & habitis mediis examinata ponderataque, tametſi examen ſingulorum, ob vaſtitatem operis non eſſet inſertum. Sed nec aſſumpſi, quæſtiones hujusmodi examinandas; verum *Jura Regum & Coronæ* illuſtranda; hinc etiam, erudito doctove Lectori, examen tantum Scriptorum & fundamentorum, quibus jura Regum noſtrorum debilitari vel enervari creduntur, exhibeo; ut meis lectis, ponderatis, & combinatis cum partis contrariæ fundamentis, *pro Juſtitia* definiat ipſe, hinc *Advocati* potius munus, quàm *Judicis* ago. Si qui tamen ſunt Lectorum, qui cupiant noſſe, cur in quibusdam, adhæream opinioni propoſitæ? neque curioſitatis ex motivo, aut tentationis; verum eruendæ veritatis, aut eruditionis cujuspiam, noſſe cupiunt cauſam, pro debilitate mea famulabor. Illis porro & talibus, quorum *imaginationi* non ſatisfeci; vel qui *legunt volando*, nec combinant res lectas, vel ætates & tempora; nil reſpondebo. Verbô qui peregrini ſunt in fundata hiſtoria. Quis enim ipſis, regulas primo deſcribat. Magiſtrum non ago, nec magiſterium prætendo: ſed neque illis ſum reſponſurus, qui ſcribunt, ſine communicatione motivorum, *ego ita cenſeo.* Nullum cogo ut mecum cenſeat, nec prætendo: ut ideo habeatur res à me ſcripta, *ut vera*, quia *ego ſcripſi*; eſſem enim temerarius, cum ſim hujus ætatis ac temporis, at rogo ut videantur motiva, ob quæ ſcripſi. Si inveniuntur ſufficientia, illis credatur; ſi vero ſunt quæ me fugerunt, mihique erant incognita, non culper, ſed erudiar inſtruarque, retractabo ab exemplo Auguſtini lubens errata, gratiamque habiturus ſum illi, qui errores meos correxerit, vel quæ me fugerunt expoſuerit, aut obſcura mea, dilucidaverit. Quare cum ego, non prætendam veritatem ideo, quia *ſic ego cenſeo*, neque a me alter. Niſi pro *lege* ſtatuatur *cenſeo.* Rogo etiam ne moleſter ſyllogiſmorum evidentia, ut a quodam: *Colops fuit tempore Pliny, ergo Culpa, a Culpun filio Botond, denominationem accipere non potuit.* Aliud eſt flumen aut fluvium fuiſſe tempore Pliny, quin ab orbe condito; aliud quo qualive nomine ab incolis Regionis, talis fluvius appellabatur, hac aut illa ætate? *Culpæ* fluvy Plinius non meminit, ſed nec *Vunnæ*, nec *Kerkæ*, nec *Odræ* &c. igitur à qua ætate hæ appella-

tiones

Digitized by Google

tiones petendæ ſunt, cum denotent novam Regionum Periodum, non inutiliter indagatur. Dum itaque ex Anonymo conſtat *Culpum* tranſiviſſe Colapim & Regno Hungariæ has partes acquiſiviſſe; *fors* nova appellatio ex hoc facto acceſſit. Tot ſimilia objecta habui, quæ non recenſebo. Si lubet cui, ultro paſci ſimilibus, non invideo; ſed rogo ne damner ideo, quod ego ita non ſentiam, nec ſimiles eruditiones adorem.

Itaque ad Periodi hujus auctarium, haud ſpectare exiſtimo relationem motivorum, ob quæ, *acceſſorie*, quædam ſubingreſſa ſunt; aſt illa tantum, quæ ad ſuſceptum pertinent inſtitutum, atque operis finem, hæc vero ſunt

I. Eſſe in Principum arbitrio dare, mutare, cambiare; Regionum, Civitatum, locorum nomina, firmatur ex Hungaria Diplomatica edita a P. Stephano Kaprinay pag. 419. ubi Caroli VI. de anno 1715. die 23. Decembris integrum inſeritur reſcriptum placitumque Regium, quo vocatum antea fortalium *Alba Julia* conſtituit appellandum Carolinam mandans: *Ut hæc urbs & fortalitium inpoſterum in omnibus actis publicis, & privatis, tam ſcribendo quam loquendo Germanice Carlsburg, latine vero Carolina, ſeu populari magis, & more, eo locorum frequentius uſitato, Carliopolis perpetuo vocetur, id quod, ut per totam Provinciam innoteſcat, mox, & defacto publicari, & tam per vos, quam alios cujuslibet ſtatus & conditionis ſubditos noſtros obſervari volumus & jubemus.* Hæc tamen ut ſuo loco reflexímus, a Scriptoribus ſunt referenda, ad evitandam apud poſteros confuſionem, & innanem diſputationem de loco veteris appellationis, figendo. Nequaquam vero ideo, fas eſt Scriptoribus vel mutare locorum nomina, vel vulgarem ſignificationem in latinam transferre, ut Fragopolis pro Eperieſſino, Caſtaneopolis pro Coſtanicza. Eſt enim vulgare, haud quævis licere bovi, quæ Jovi licent. Regum eſt publicæ utilitati proſpicere: Scriptorum, facta ejusmodi ad poſterorum mandare memoriam.

II. Eodem opere exhibet idem Kaprinay à pag. 354. diffuſas teſtimoniales litteras *Alberti* Regis, meritorum Familiæ Gara. Nec ſunt integræ, nec refert Scriptor a quo eas habuerit? neque an abs ſe viſum tractatumve fuerit authographum. Ego accuratè eas perpendi identidem, & dubia quædam conciliavi, ut hiſtoricè appareant veræ. Ex his non ſolum firmantur jura Coronæ & Regum noſtrorum in Serviam Boſniamque; ſed *de Dalmatia*, & Venetorum factis, ſequentia ſunt: *Pro recuperatione Civitatum, Caſtrorum, & bonorum ſuæ Coronæ, ſub tempore diſturbiorum præmiſſorum, ad manus inimicorum Regni Hungariæ, & ſuorum ſpecialiter Venetorum, qui Civitatem Jadrenſem, & Caſtrum Aurania, cum nonnullis aliis Civitatibus, Caſtris & fortalitiis Regni Dalmatiæ uſurparant. In terras Iſtriæ & ForiJuly ipſe Dominus Rex perſonaliter profectus fuiſſet.* (firmantur hæc Diplomate Marci de Zaverſya relato p. 262. recognoſcente ipſo Sigiſmundo) *præfatus condam Nicolaus Palatinus - - Igitur dum idem Dominus Sigiſmundus Rex, præmiſſæ expeditionis proceſſum feliciter continuaret, cogentibus eundem Regni ſui Romani expeditionibus - - in partes Alemaniæ, & Italiæ per Principes Sacri Imperii evocatus, debuiſſet ſe conferre; ne res ipſa Hungariæ improvide deſerta remaneret, Idem Nicolaus Palatinus, cum Venetis antelatis, licet multis recentibusque injuriis & damnis læſis & aſperatis, Treugas quinqueny hinc inde pacifice durandas, ſui induſtria Conſilii ſtabilivit. &c.*

Mirificè hæc firmant, quæ ſuis locis ſuperius ſcripſimus, & Diplomatis hujus plurima ex noſtris firmantur illuſtranturque. Illud autem ex memorato Diplomate, Chariſſimum nobis accidit, quod & *cauſam* referrat, ob quam Sigiſmundus Res Dalmatiæ ad tempus aliud transtulit; & mentionatarum à Nobis *Treugarum* mandatarium, fuiſſe detegat, Palatinum *NicolaumGara.* Renovatarum identidem harum Treugarum ſub Colore, in Dalmatiæ nunc etiam ſunt poſſeſſorio Venetæ. Quare ceſſio illa, quam à Ladislao Neapolitano ſereniſſimæ Reipublicæ factam, Scriptores objiciunt, cujus ſit momenti hinc etiam deducitur, dum non tantum Sigiſmundus, poſt illam, bella geſſit cum Venetis; verum ipſi *Treugas* à Sigiſmundo ſæpius exorârunt. Hæc Superioribus noſtris addenda ſunt, horumque ac illorum combinatione, qualiter Dalmatiæ poſſeſſorium, penes Sereniſſimam Rempublicam remaneat, & ſit relictum; ſatis credo haberi edoctum demonſtratumque.

III. Non tam in confirmationem *Armaliſtarum* de quibus a pag. 261. ſcripſimus, quam ob notitiam Sclavoniæ Croatiæque ſub Vladislao II. ſequens eruditis Viris, ex authographo in pargamena expedito, communicamus Diploma:

Uladislaus Dei Gratia Hungariæ & Bohemiæ Rex. Vobis fidelibus Noſtris Nobilibus Eliæ Dragiſſich de Mykſyncz, Scribæ Cancellariæ noſtræ; & Bartholomæo de Bucha, ſalutem gratiamque noſtram Regiam, & omne bonum. Cum Regibus & Principibus in ſublimio poſitis, inter alias Magnificas Illuſtriſſimáſve animi eorum virtutes, illud peculiare naturâ inſitum exiſtat; ut ſubditorum ſuorum meritis & ſervitiis digna quadam trutinatione penſitatis, quemque eorum juxta qualitates virtutum ſuarum, favoribus gratiisque condignis proſequi; eosque hoc pacto ad majora propenſioraque ſubeunda accendere, munificentiâ Regiâ conſueverint: Sane itaque nos attentis & conſideratis veſtris fidelibus ſervitiis, quæ vos, Sacræ imprimis hujus Regni noſtri Hungariæ Coronæ; ac deinde Majeſtati noſtræ, ſub locorum & temporum varietate pro veſtro poſſe exhibuiſtis & impendiſtis: Et ut nobis impoſterum, diligentius ferventiusque inſervire ſtudeatis, Vobis & per Vos Venerabili Magiſtro

Digitized by Google

Nicolao de dicta Bucha, Archidiacono de Vaska & Canonico Eccleſiæ Zagrabienſis; nec non Caſparo de Lomnicza, ac Petro Jurmanovich de Padenya, & Nicolao Spiſſich fratribus veſtris & conſanguineis, hæredibusque & poſteritatibus veſtris univerſis, hæc arma, ſeu Nobilitatis inſignia, videlicet ſcutum coloris Cæleſtini, continens leonis animalis generoſiſſimi, cum Dracone ſæviſſimo dimicatienem: Leo namque villoſus, fremens, in poſtremos pedes exurgens, cauda hirtoſa tergum ſuum, ceu incitamento quodam ad prælium flagellans, Coronam auream in capite geſtans ore hianti minacique lingua ſua exerta, primis pedibus Draconem arripuit: Draco autem viridis, allatus, in adverſum ſe ſimiliter erexit, cauda nodoſa circumflexaque, poſtremum pedem, quo unco innititur circumflexus; aliis autem pedibus oreque patenti, & lingua ſua vibrante inſtar anhelitum ſulſureum ignemque ſpiranti leoni acerrimè invaſit. Tantum autem certamen, & comoriens quædam dimicatio geritur, ob unam cucurbitam habentem folium unum, quæ in medio luctantium conſtituta eſt, ad denotandum ſignificandumque: quod dicta Bucha poſſeſſio veſtra natali idiomate Sclavonico cucumis ſeu cucurbita appellatur; quam olim Progenitores veſtros, bello, aliisque virtutibus inſignibus, cum maxima ſanguinis eorum effuſione, penes Sacram hujus Regni noſtri Hungariæ Coronam, cum immaniſſimis Crucis Chriſti hoſtibus Thurcis, in confinibus Regni noſtri Croatiæ certantes, pulchramque inde victoriam, cum ingenti eorum laude hoſtiumque fœda & cruenta ſtrage reportantes, aquiſiviſſe aſſeritis; ad quod multorum gentis Vræ locupletiſſimum accedit teſtimonium. Supra ſcutum eſt gallea ſuo colore depicta. E vertice autem ipſius galleæ, utrinque floſculi variegati dependent, qui veluti flatu aliquo agitati, variè in ſe criſpantur reflectunturque; prouti hæc in principio ſeu capite præſentium litterarum noſtrarum, artificio pictoris cum textura, ſuis appropiatis coloribus depicta & figurata ſunt. De mera noſtra authoritate, & poteſtatis noſtræ Regiæ plenitudine, animoque deliberato; & ex certa Noſtræ Majeſtatis ſcientia, dedimus, donavimus & contulimus; imò damus donamus, & præſentibus elargimur: Ut vos & alii prædicti, veſtrique ac eorum hæredes & poſteritates univerſi, præſcripta arma, ſeu Nobilitatis inſignia, more aliorum Nobilium armis utentium, amodo ut antea, ubique in præliis, haſtiludiis, torneamentis, duellis, & aliis exercitiis Nobilitaribus: Nec non anulis, vellis, cortinis, & papilionibus, generaliter vero in quarumlibet rerum & expeditionum generibus, ſub meræ & ſinceræ Nobilitatis titulo, ferre, geſtare; omnibusque illis gratiis honoribus, quibus cæteri Nobiles Regni noſtri armis utentes, quomodolibet de jure vel conſuetudine Regni utuntur; uti, frui & gaudere poſſitis & valeatis, hæredesque & poſteritates veſtræ, & fratrum veſtrorum prædictorum valeant atque poſſint. Harum noſtrarum, quibus ſecretum ſigillum noſtrum, quo ut Rex Hungariæ utimur eſt appenſum, vigore & teſtimonio litterarum medіante. Datum Budæ in Feſto Beati Martini Epiſcopi & Confeſſoris, Anno Domini Mileſimo Quingenteſimo Tertio, Regnorum Noſtrorum Hungariæ, & reliquorum anno XIV. Bohemiæ vero XXXIV. Supra ut ſolebat olim inſcribi, loco ſuo: *Commiſſio propria Domini Regis.* Sigillum pendens in Zona ſericea, viridis flavo mixti coloris, ubi intra primas orbiculares lineas. *D. Vladislaus DEI Gratia Rex Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie. &c. Sl. Servie Princ.* intra lineam hanc & tertiam, ſigilla minora ſubjectorum S. Coronæ Regnorum ſex, demum in medio, Inſignia Hungariæ, parte ex una, fluvy, infra quos montes; parte vero ex alia primo Montes, infra fluvii.

Iterum hìc Arma ſeu Inſignia, *meræ & ſinceræ Nobilitatis titulus* exprimuntur. Fuiſſe antea Nobiles familias ſpecificatas recognoſcitur, & quidem donatione poſſeſſionis eorum *Bucha.* Quare ex hujusmodi monumentis, datur occaſio Clariſſimis Juriſtis noſtris, commentandi ſuper doctrina Werbӧczy de Nobilitate. Ille Par. I. Tit. 6. Arma conceſſa à Principe, *de bene eſſe Nobilitatis*, ait; Diplomata autem Regum, ex quibus confitetur jura noſtra peti, teſtantur eſſe: *meræ & ſinceræ Nobilitatis titulum.* Verum hæc ad Juriſperitos. Cæterum Privilegium hoc firmat, Vladislaum in Regni Croatiæ poſſeſſorio fuiſſe, dum ait: *in Confinibus Regni noſtri Croatiæ certantes.* Bellum autem illud cujus in privilegio eſt mentio, cadit ad annum 1491. quò, Reſcripto ſuo Regio (inter monumenta Regni repoſito & extante) condolet Statibus, de hoſtilitatibus & vexationibus perpeſſis, hortando ne cadant animis, ſed in conſtanti fidelitate permaneant, ſe omnino proviſurum; eodem item anno ſignificaverat, inducias cum Turcis expirare. Hinc ſuperius Vladislaus, merita illa præceſſiſſe exprimit. In pendenti ſecreto ſigillo, conceſſa Sclavoniæ (vide à pag. 301.) inſignia ad latus ſunt. Fateri tandem debeo, conſideratione tam ſigilli Regii ubi *Sl. Servie Princeps*; quam & *Eliæ Dragiſſich* officii; *Scribæ* nempe *Cancellariæ Regiæ*, qui Regis ſui titulos ignoràſſe cenſeri nequit, præcipuè dum ex his erat Regionibus, mihi titulos illos Vladislai Regis, qui in Decreto ſuo Primo, ſive anni 1492. exponuntur, in voce: *Sclavoniæ - - Rex*, ſuſpectos reddi, eſſeque ſucceſſivè additum illud *Sclavoniæ Rex*, eo magis exiſtimare, quod in ſequentibus publicis Decretis non exprimatur; ſed nec in cæteris à Vladislao elargitis Privilegiis vel diplomatibus. Verum lector potius deliberet, quod videtur.

PERIODI IV.

Ad pag. 472. ſequentia, per nos poſt iſthic impreſſa, obtenta, addenda ſunt.

Arces conſcriptæ, quæ continentur in diſtrictu olim, nunc Regimine Licano.

Arx Goſpich nunc præcipua eſt ob reſidentiam, ut ajunt Stabi. Tum arx antiquiſſima *O-*

ſter-

Digitized by Google

Jztervicza, dein *Otes* in pago Pazariſche, quæ fuit ſub jugo Turcarum. *Peruſſich* æquè fuerat a Turcis occupatum. *Siroka Kula.* Deinde *Muſuluk* vulgo Kula Baſſæ Lenkovich. Hinc pateret quosdam de familia *Lenkovich* ad Turcas defeciſſe: Arx antiqua *Buſin.* Noveris lector nominis hujus complura eſſe loca & arces. Trans Savum prope Zagrabiam eſt *Buſin*, Item arx ſub Turca quæ anno 1737. fuerat a Bano, Comite Joſepho Eſzterhazy obſeſſa, proprietatisque Comitum Keglevich eſt. Arx demum hæc in Lica, a qua fors eſt prædicatum Nobilis familiæ Jellachich. Arx antiqua in pago *Smilyan*, olim *Keres*, nunc *Kercſmar.* Hanc fuiſſe antenatorum olim meorum, litteræ perhibent, ſed ea à Turcis occupata & deſtructa ad Draganich conceſſerunt. *Ternovacz* pagus & arx a Turcis ruinata. Sequitur a Turcis extructa, modo diruta & deſerta arx *Novi.* Hujus æque nominis arces & loca multa ſunt, in Dalmatia, ad mare ubi Capitulum. Hæc in Lica, infra Coſtaniczam, trans Vunnam, modo Turcarum, ad Savum Familiæ DD. Comitum Erdœdy, cum addito *Novigrad.* Item in Carnia; ut quæ de *Novi* leguntur, cui loco applicari debeant, magna opus ſit attentione, & examine diligentiſſimo. Arx deinde *Belai*, Hujus nominis multa loca arcesque ſunt, *Belai* ad Caroloſtadium, *Bela* item, *Belecz* in Comitatu Varaſdinenſi. *Bela Sztena* in inferiore Sclavonia &c. Arx *Barlete* ab aqua fors Barletete nomen traxit, quæ confundi non debet cum *Barlete* Dalmatica urbe. *Medak* arx ſub altiſſimo monte Velebich, olim erat Turcica. Cognatæ mihi Familiæ Medak Nobilis & illuſtris, hæc arx olim fuerat. Sequitur verſus ſeptemtrionem arx alia *Oſtervicza* a priore diſtincta. En iterum perſpicax lector quot nominis *Oſtervicza* reperiantur. In hoc diſtrictu duæ, in Dalmatia Item. In Comitatu Varaſdinenſi Oſtercz diruta &c. Deinde eſt *Vranik* a Turcis extructa in pago *Lovinacz*, penes aquam *Richicza*, truttis fertili. Arx *Grachacz* nunc reſidentia Colonelli, legionis equeſtris. Plura ſunt etiam hujus nominis loca, in Comitatu plane Zagrabienſi. Arx *Popine*, Tandem in Confiniis & limitibus modernis, Turcarum & Venetorum, & Noſtris, in diſtrictu tamen Licano, eſt arx *Zermanje.* Fors hæc olim fuerit *Zvonigrad*, a Zvonimiro ædificata, & poſſeſſa. Sunt etiam: penes Barlete, *Komich*, quam referunt fuiſſe reſidentiam *Joannis olim Karlovich.* In Pazariſche arx *Mogorich* eſt. Demum *Nivina.*

In *Corbaviæ* diſtrictu, antiqua *Udbina*, ubi nunc reſidet unus ex prioribus officialibus. Hujus quoque nominis plura loca & arces ſunt, non procul Caroloſtadio eſt etiam *Udvina* &c. Arx *Podlapach* extructa in magno montis cacumine. Advicinantur huic arx *Salamunich.* Tum *Bunich* putatur antiquiſſima, eſt etiam locus ſtabalis Regiminis Corbavienſis. Deinde *Joſane.* Pagus Mekinjar in quo Kula extructa *Cerlenkovich*, locus reſidentiæ unius Capitanei. Arx *Kozjan*, penes Bunich. Tum *Mala Corbavicza*, ad limites Korenicze eſt arx antiqua *Verpila.* Deinde *Korenicza* arx: Ad Turcicos limites *Rudanovacz*, ac demum Arx *Verkaſſich.*

In Regimine Oguliniano loca memorabiliora. Primo loco nunc eſt, ob ſtabalium reſidentiam arx *Ogulin.* Dein *Oſtarie*, ubi ampliſſimum templum, ut putatur per Frangepanos olim erectum, hujus medietas caret tecto. *Thovun* vel Thovunium arx antiqua, magnumque olim adverſus Turcarum excurſiones præſidium, nunc officialium ſedes. Duabus horis diſtat mons altus *Klek* nominatus, & qui Zagrabiâ videri poteſt, infra hunc eſt fluvius Truttarum nobilium dives, *Vitujn* dictus. Sunt præterea in hoc Regimine arces *Terſich*; *Plaſco*, mons *Capella* ubi monaſterium Paulinorum. *Rakovicza* in modernis limitibus Turcicis. Nominis hujus loca complura ſunt in Sclavonia quoque. *Modruſſe* celebris olim locus, & antiquitatibus locuples: *Lazareth*, *Brinje*, *Gradina*, *Verbovſzko*, *Gomerje &c.*

In Regimine Szlunjano, eſt arx *Barilovich*, ubi erat *Stabi* reſidentia, verum recentiſſimè poſt Commiſſionem anni ſuperioris, adauctumque hunc Generalatum exolutione Bonorum Caroloſtadio vicinorum, ſtabus Carolſtadium eſt translatus. Arx *Zvechay* tribus horis Caroloſtadio remota, nunc Centurionis unius ſedes.

In Regimine nunc Ottochenſi. Arx Principalis eſt *Ottochacz*, militaris ſtabi ſedes. Sunt in hoc regimine præterea arces *Proſor*, in monte magno. *Berlog.* Eſt aliud nominis ejusdem ad Colapim, nunc Comitis Generalis Benevenuti à Petazzi. *Gaczky* vel Caczka, olim Abbatia. *Dabar.* Hujus cognominis plures quoque reperire eſt arces. Atque hæc memorata, ſunt hodie in Generalatu dicto Carolſtadienſi, hoc eſt juriſdictionis militaris Confiniorum Croatiæ a Regibus Hungariæ Auſtriacis poſſeſſæ.

Horum conſideratione metiri facile eſt, quam floruerit olim, Regnum hoc Croatiæ, dum in memoratis diſtrictibus, tot arces, nunc etiam reperirentur. Sub Ottomani Imperii poſſeſſorio, quemadmodum major pars Croatiæ eſſet, ita tot arces, præſidia, urbes ibi ſunt, quæ defectu cognitionis recenſere non poſſumus. Multa quoque tenent Venetæ ex veteri illo Croatiæ Regno.

Demum ad Pag. 483. ubi de *Thopuſzka* mentio eſt, qualiter eo? quo item anno illocati fuere Raſciani, ſeu populus Græci Ritus Orientalium? ſequentes docent litteræ. „ Nos Alexander Ignatius Mikulich Electus Epiſcopus Zagrabienſis, Abbas BSS.V. MARIÆ de Thopuska, Sacræ Cæſareæ ac Regiæ Mattis Conſiliarius, memoriæ commendamus tenore præſentium ſignificantes quibus expedit univerſis. Quod ſiquidem poſt & multiplicem ſæviſſimi „ Chriſtiani Nominis hoſtis Turcæ tyrannidem, cum Eccleſiarum & Divini cultus ruina, po-

„ pulorum excidio, & univerſali rerum omnium deſolatione atrociſſimè illata, Abbatia noſtra
„ de Thopuſzka, Epiſcopatui Zagrabienſi per Divos Hungariæ Reges unita, ultra fluvium
„ Colapim devaſtata & habitationibus deſtituta extitiſſet; nihilominus Partes illas, homines
„ ejusdem Abbatiæ noſtræ, ex hac parte ipſius fluvii Colapis habitantes, contra ejusdem
„ Chriſtiani nominis hoſtem, vitæ & fortunarum ſuarum diſpendio, dira captivitate, a vul-
„ neribus ipſaque morte contempta, militari gladio tueri, manutenere, defendereque non de-
„ ſtiterunt adeo, ut etiamſi iis in locis firmam habitationem evincere non poſſent? terrarum
„ tamen culturam, pratorum dilatationem, ſylvarum, venationum, lignationumque uſum
„ ſemper continuaſſent. Ut autem loca illa trans Colapiana, ſic & fortius a præfati tyranni
„ irruptionibus & vaſtationibus tutiora efficiantur: defunctus in Domino Rdſſimus in Chriſto
„ Pater & Dnus, Dominus Martinus Borkovich, Miſeratione Divina electus Colocenſis &
„ Bachienſis Eccleſiarum Canonicè unitarum Archiepiſcopatus locorumque ac Comitatuum
„ eorundem Supremus Comes, Epiſcopus Zagrabienſis, Abbas BSS. V. M. de Thopuſzka,
„ Sacræ Cæſareæ Regiæque Mattis Intimus Conſiliarius, prædeceſſor noſter deſideratiſſimus,
„ veluti Abbas; penes confluenta fluvii *Trebcha*, in loco *Gradische*; diverſos militares viros,
„ alias Ritus Græci Chriſtianos Raſcianos, vulgò Valachos nominatos, in protectionem, jus,
„ & dominium ſuum recipiendo locari; ipſisque indagines & munitionem in confiniis fieri
„ ſolitam (per eosdem fiendam) cum uſu terrarum & fœnilium ibidem ex illa parte fluvii
„ Trebcha adjacentium, gratioſè conceſſit: & extirpationes fieri permiſit, idque ſub certis
„ conditionibus, in litteris teſtimonialibus contractualibus ſub ſigillo & ſubſcriptione Ex-
„ cellentiſſimi & Illuſtriſſimi Domini Domini Nicolai Erdöedy de Monyorokerek Montis
„ Claudy Comitis perpetui, Regnorum Dalmatiæ Croatiæ & Sclavoniæ Bani, Confinio-
„ rumque Ejusdem Regni Sclavoniæ Colapianorum, Supremi Capitanei, Sacræ Cæſareæ
„ Regiæque Mattis Intimi Conſiliarii; in Anno Dni 1687. die 12. Menſis Junii emanatis,
„ contentis, & ſpecificatis. Et quia hujusmodi in protectionem & jus Abbatiale, eorundem
„ neo-locatorum aut locandorum ſuſceptio, nullis litteris, per eundem piiſſimæ memoriæ
„ Prædeceſſorem noſtrum (morte bonas intentiones evertente) declarata extitiſſet; Nos, ad
„ demiſſam Oſtoja Millichevich Kneſy; Radotta Millichevich, & Minia Nicolich judicum;
„ ac Mihalo Radanovich *Sztraſnik*, ſeu excubiarum inſpectoris ac Vice-Kneſy, & reliquorum
„ præmiſſorum; Raſcianos ad præſens locatos, & in futurum, ut præmiſſum eſt, locandos;
„ nominibus & in perſonis: Nobis ſuper eo factam ſupplicationem, eosdem univerſos Raſcia-
„ nos tam in præſens in Abbatia noſtra locatos, quam in futurum locandos, in gratiam pro-
„ tectionem, jus, & dominium noſtrum Abbatiale, denuo recipimus, & incorporamus; eis-
„ dem ipſorumque poſteris omnes immunitates, privilegia & exemptiones, quibus cæteri Ab-
„ batiales Noſtri ſubditi & milites per Divos Hungariæ Reges privilegiati extiterunt, ipſorum
„ ſingulis comunicando & impertiendo; accepto ab eisdem fidelitatis homagio tenoris ſequentis:

Nos Oſtoja Millichevich Kneſius, Radotta Millichevich, Minia Nicolich, Judices; Mihalo Radanovich Sztrasnik, ſeu excubiarum inſpector & Vice-Kneſius, Noſtro, & reliquorum Raſcianorum, ad fluvium Trebcha, in loco Gradische ad præſens locatorum, & in futurum locandorum; hæredumque & poſteritatum noſtrarum univerſarum nominibus & in perſonis, juramus ſuper eo: Quod Nos DEO imprimis Omnipotenti, Fidei Chriſtianæ, & Auguſtiſſimo Imperatori & Regi Ungariæ, fideles & obedientes, & utiles erimus; & etiam ſi neceſſe fuerit, ſanguinis effuſione fidelitatem omnem exhibebimus: Illmo ac Rſſimo Dno Epiſcopo Zagrabienſi moderno, & pro tempore exiſtenti; veluti Abbati de Thopuſzka, Domino utpote Noſtro terreſtri gratioſiſſimo, ſubjectiones, obedientiam, & reliqua jus Abbatiale concernentia ſemper præſtabimus, tam in terragio, quam alias: Excellmo Dno Comiti Bano; & Capitaneis Regni, ea modalitate qua reliqui Abbatiales, (qui videlicet & ſtipendio ſunt proviſi) adſtricti erimus (ſine præjudicio tamen, ejusdem Abbatis) & obediemus. Officiales per attactos Dominos Epiſcopos nobis præficiendos, auſcultabimus, ipſisque obediemus; hoſtilitatem omnem in Chriſtiani nominis hoſtem Turcam exercebimus; & ſi quæ pro bono Chriſtianitatis, vel Domini noſtri terreſtris commodo reſciverimus, eadem, ipſis Dominis & Officialibus præmiſſis, mature revelabimus; eaque omnia præſtabimus, quæ fideles & boni Chriſtiani, pro fide Catholica, exhibere & præſtare tenentur; ac ſubditi Dominis ſuis obligantur. Sic nos DEUS adjuvet, & Sancta quæ tangimus DEI Evangelia.

„ Quocirca vobis Comiti, & Vice-Comiti Curialibus noſtris, ſignanter vero tibi Joanni
„ Kamenjan Prædiali, & præmiſſorum Raſcianorum Commendanti a Nobis conſtituto, ha-
„ rum ſerie præcipimus & mandamus, quatenus toties fatos Raſcianos ſubditos noſtros, pro-
„ tegere defendere & regere, juxta datam vobis ſuper eo inſtructionem debeatis & teneamini.
„ Super quo, eisdem præſentes Noſtras, Sigillo Noſtro Epiſcopali impendenti communitas ex-
„ tradedimus. In arce Noſtra Epiſcopali Zagrabienſi, Die nona Menſis Aprilis, Anno
„ Dni 1688. Alexander Ignatius Mikulich electus Epiſcopus Zagrabienſis
„ manu prop. Sigill. in Zona Sericea.

FINIS.

Digitized by Google

Ad Periodum I.

Sunt plura in hodierna Sclavonia loca, quæ exhibent antiqua rudera; ſed quid olim fuerint? vel ad quam Periodum aut ætatem eſſent collocanda? eſt incertum. Sunt quæ teſtes habent ſuæ vetuſtatis non ſolum Scriptores Veteres erutasque in locis memorias; ut *Siſcia*, *Sirmium* &c. Sunt quæ traditione longa pro vetuſtis habentur; attributaque iis, neſcio qua ætate nomina, erronea fuiſſe, erutis nunc antiquitatibus demonſtratur. *Parietinæ* nomen datum *Szteneviczio*, enervat iſthic effoſſus lapis, *Andautonium* exprimens. *Schitaro* vel Schitarjevo, *Scutariam* non eſſe, relatæ a pag. 487. antiquitates teſtantur, & Caroli Stephani Geographiam roborant, qui *Pannoniæ Viminatii* meminit. His duobus addi debet *Caſſina*, ubi traditio *Caſſandriam* vel *Caſſandram* Civitatem veterem, nobis ſupponit.

Sane cum illuſtrandæ patriæ, nobili quidem & honeſto; quamvis inutili mihique damnoſo, ardore eſſem; cura me tenuit: Si de celebrata tot ſermonibus *Caſſandra*, poſſem vel *pro conjectando* eruere aliquid. Ex loci conſpectu, viſis ruderibus, atque muris, olim iſthic Civitatem vel oppidum ſtetiſſe, exiſtimavi. At neque de conjecturando, vel opinando nomine, ætate, cæterisque inveni fundamertum. *Geographorum lectio* Caſſandram oppidum, & *Caſſandriam* Coloniam exhibet; Sed hanc utramque in Macedonia maritima; *Caſinum* autem ad confinia Campaniæ. Reperi nusquam, qui *Caſini* vel *Caſſinæ*, aut *Caſſandræ Caſſandriæque* Pannonicæ meminiſſet. *Caſſani* vicus Tarviſini, item urbeculæ Calabriæ, oppidi quoque Ducatus Mediolanenſis ad Abduam fluvium, Geographos mentionem facere inveni, verum hæc, loco huic, olim Pannoniæ, nunc Sclavoniæ, applicare non valui. *Hiſtorici*, nullum æque præbuêre lumen. Quare in obſcuritate relinquendum rebar potius locum, quam novitiis orbem, ſive obfaſcinare conjectationibus, ſive in fluxa traditione fundari.

Invenit inſperatè, ut modernus loci Parochus, A. R. *Mathias Jurgan* litterarum bonarum ſtudioſus, me inviſeret; injectóque ſermone detegeret: quædam iſthic antiquitatis monumenta recentius haberi eruta. Rogavi ſi hæc, intueri poſſem, precibusque meis humaniſſime prompteque ſatisfecit, dum haud poſt multos dies, mox referendas autiquitates, ipſe, ad me detulit, tradiditque pro loci Parochiæ ſuæ, aliquali ſaltem illuſtratione. Eſt autem *Caſſina* ſubtus montes, tribus Zagrabiâ remota horis ad orientem. Hodie ad Capitulum pertinet Zagrabienſe. In reambulatione metarum, facta ad preces *Ladiſlai* Eppi Zagr. & ejusdem Eccleſiæ Capituli, ad mandatum Regis Caroli, per Blaſium Subcuſtodem Eccl. Albenſis Capituli miſſum; Ivachino filio Thomæ, filii Berivoy homine Regio exiſtente, reliquas inter Capituli terras metata, *Chaſna*, in anno 1328. ſcribitur; dum iſthic: *Chaſna ex parte Ugræ incipit a rivo inferius, & vadit ad monticulum* &c. In litteris his mentio eſt *Cruciferorum de Planina*. Caſtri *Blaguſa*. Item *ad Caſtrum antiquum Poganorum*, quæ voces, an familiam *Pogan* exprimant? vel infideles ac idololatras, quos S. Rex Ladiſlaus fundatione Epiſcopatus Zagrabienſis (vide Hiſt. Eccl. Zagr. a pag. 9.) ab errore idololatriæ convertit, quod cui lubet, opinetur. Eſt etiam rivi *Chaſna* mentio. Relatam ſibi reambulationem, *Carolus* de dato Zagrabiæ in Feſto B. Barnabæ Apoſtoli, Anno Dni 1333. confirmat, inſerendo: *Magnifico Viro Mykcs Bano totius Sclavoniæ, fidele noſtro prædilecto, præmiſſa omnia articulatim diligenter examinante, annuente, & ad ea conſenſum præbente & aſſenſum.* Ut hinc quoque confirmetur, Banorum authoritatem ſub Carolo creviſſe. Nunc *Caſſina* locus iſte vocatur, diſtinguiturque a *Chaſina*, Capituli olim Chaſinenſis; hæc enim in Criſienſi, *Caſſina* verò Zagrab. eſt Comitatu.

Memoratus itaque D. Parochus Caſſinenſis *Mathias Jurgan*, exhibuit mihi I. duos argenteos medii moduli numos, quos cupiviſſem, ut intueri poſſet eruditus Lector delineatos At dum deſunt votis media, deſcriptione contentetur.

Numiſma I. Parte ex una exhibet: *Caput viri pileatum in conum deſinens, ubi ſupra frontem ornatus, botri inſtar aut floris, tum apparet elevatior pileus, apparetque tellæ filorumque eſſe, cum dependentiis ad humeros.* Facies viri eſt imberbis, elegantisque. Colum viſitur: inſcriptio nulla eſt, neque ejus vel indicia ſunt. Parte ex altera, *inverſe*: æquè nitida elegansque eſt facies, collique pars. Facies hæc eſtne juvenis alicujus viri, aut fœminea? variè putatum ab iis, quibus numum exhibui. Ex ornatu capitis, crederem fœmineam eſſe. Supra frontem, eſt quidam ornatus inſtar ſerti, tum elegans deflexio, flores quaſi jacentes in tegumento, ut apparet ex filis contexto exhibens, ad verticem capitis; ex quo, ſimiles flores vel textura, botri inſtar dependent. Ad tempora ex eodem capillitio tum æqualis textura ad aures, hasque obtegens. Ad humeros ex ligatura pendent, ſive fila, ſive fimbriæ, referuntque capitis ornatum magnificum. A tergo capitis quaſi, transversè, nitida eſt epigraphe: CASSL Q. F.

Numiſma hoc, ſingulare rarumque eſſe exiſtimo. Romanis numis adnumerari vix poteſt, dum caret inſcriptionibus, differtque ab Impp. Romanorum numis per omnia. Nam

Digitized by Google

nec ſymbola ſunt averſa parte; verum ex utraque facies, & quidem altera alteri inverſa, ut numiſma inverti oporteat. *Conſulum* eſſe numiſma adfirmare non audeo, tum quod pars una careat epigraphe; cum &, quia ante Auguſtum, Pannonia Romani non erat Imperii; ut veterum Conſulum (niſi ſucceſſive allati fuiſſent) in ea numi ſtatuantur. Sub Impp. autem, an fas fuerit cudendæ monetæ Conſulibus? quin Auguſtorum ſignaretur nominibus, neſcio. Quare de relato numiſmate definire nil audeo.

CASSIOS multos fuiſſe olim, extra dubitationem eſt, collegitque plurium memorias, in ſuo *Lexico univerſali Joh. Jacobus Hoffmanni.* At relatum numisma, nulli eorum aſſerere valeo, vel maximè ob litteras Q. F. Quare ſi relatum numiſma, antiquius eſt; Romana in Pannoniis poteſtate, argui poſſet: Numiſma *Judicum* eſſe, Pannoniæque veteris Judices, Medorum inſtar, *Phaceolidem* geſtaſſe. De hac, apud Hoffmannum, eſt Scriptorum relatio: „ Ex „ quolibet Phaceolio pendebat a ſiniſtra parte margellium, ſive fimbria ex margella, alteram „ aurem ejus qui geſtabat obtegens. Qua ſignificabatur aurem quidem retectam accuſatoribus „ dari, tectam vero aurem accuſatis, ſed abſentibus reſervari. Ex colo Judicum pendebant in „ ſericis filis margellia cum fimbria. Longitudo erat Spithama minor, latitudo unius palmæ. „ Quæ Rex Medorum ferebat, ſimiliter & Judices. Quemadmodum igitur olim exercituum „ Duces ferebant torques, qui erant honoris indices, ſic & Pilatitia, honorem Judicum mani„ feſtabant. „ Obtecta in relato numiſmate eſt auris, relatioque *Phaceoli* multum congruit, tegumento Capitis Viri, quem numus exhibet. Ut argui inde queat, numiſma eſſe Judicis, ac in loco C*aſſina*, ſedem fuiſſe Judicialem.

Si vero numisma, ad Periodum Romani in Pannoniis Imperii eſt collocandum, uti ob litteras Q. & F. veroſimilius, credaturque illud: CASSI, Caſſium deſignare; cum moris fuerit, ut quando viſum eſſet Imperatori, mitterentur per Provincias qui cenſus agerent, ipſeque Auguſtus teſte Dio, & Svida, viginti viros inculpatæ vitæ, ad id miniſterium delegiſſet, & per omnes Provincias dimiſiſſet, qui & Perſonas deſcriberent & fortunas; credi æque oportebit, ad Pannonias ab Auguſto C*aſſium* miſſum eatenus extitiſſe; & locum quo conveniendum erat populo ad deſcriptionem, deſignatum hunc fuiſſe: ut fors ideo *à* C*aſſio*, Caſſinæ appellatio remanſerit. Hinc Epigraphe legenda eſſet: C*aſſius Quirini filius*, aut *frater*. Sed nec iſta ultra conjecturam. Equidem perpendenti mihi pro viribus meis, habitisque mediis quævis; combinanti item cum numiſmate, veterum eruditorumque virorum ex operibus, ſingula; fieri potuit; ut numiſma ſit ſponſorum. Eſt enim Epigraphe ad caput ornatus fœminei, deſignareque poteſt: *Caſſia Quiris filia.* Juno (in cujus tutela matronæ erant, apud Romanos) *Quiris Dea*, quod dicta fuerit, notum eſt eruditis.

Opinari quoque poſſet, indicare numiſma, Cives Romanos, iſthic loci olim per Caſſium fuiſſe illocatos, atque abinde Caſſinam vocitari; legendam itaque eſſe Epigraphen: *Caſſina* vel Caſſinum *Quiritum Fratres.* Enimvero Joh. Roſino teſte, Cives Romani *Quirites* appellati ſunt, eorumque jure dicebantur donatæ Coloniæ illæ, quæ Civium Romanorum erant Latinis Coloniis oppoſitæ. Similes autem Coloniæ, *Quiritium jure* gaudentes; *nomine* ſolum, Cives erant Romani, revera autem Coloni, gaudentes privilegiis ſequentibus: In jure privatæ libertatis (inſtar quaſi modernorum Civium, libertinorum, aut ignobilium prædialium) Jure legitimi dominii: ut hæreditatis, mancipii & nexus, uſucapionis, connubiorum, jure patrio: item jure teſtamentorum & tutelarum &c. Jura nihilominus publica CivitatisRomanæ non habebant; Quemadmodum actu, publico jure Nobilitatis, aut Liberæ Regiæque Civitatis; carent Libertini: Cives ſingillativè conſiderati, Cives item Eccleſiarum, juriſdictioniſque meræ militaris.

Quare cum Pannonias in diviſione Provinciarum cum Senatu, *Auguſti* pro ſe ſervâſſent, ſucceſſivè vel permiſerunt *Quiritibus* propriam Coloniam; vel ex tumultuantibus militibus, Coloniam iſthic, cum jure *Quiritum* formârunt. Notum enim eſt eruditis: Cæſarem, *voce ſolum Quirites*, tumultuantes milites compeſcuiſſe. Hinc quia C. C*aſſius*, Pompei partes ſequens, & a Cæſare victus, huic reconciliatus fuiſſe ſcriberetur; alter item *Caſſius M. Avidius* ab Antonino Imperatore defeciſſet, alterutrius eſſe potuit pœna. Si vero Civibus Romanis permiſſa fuit hæc Colonia, quæ Latinis opponeretur, cum tam *Andautonium* Reſpublica, fuerit ad occidentem, IV. horis a Caſſina diſtans; quam & *Viminacium* trans Savum verſus meridiem, his Latinis, ſive Imperatorum coloniis, Civium Romanorum fuerit oppoſita Colonia.

Combinatione eorum, quæ *Julius Capitolinus* in M. Antonino Philos. Item *Wlcatius Gallicanus*, de Avidio Caſſio ſcriberent, credi poteſt: locum hunc *Caſſinæ*, a Caſſiis compellatum. Enimvero C*apitolinus*, hæc teſtatur: „ Ipſum Caſſium pro clementia occidi paſſus eſt, non oc„ cidi juſſit (*nempe Antoninus*) Heliodorus filius Caſſii, & alii liberum, exilium acceperunt cum „ honorum parte. Filii autem Caſſii, & amplius media parte acceperunt paterni patrimonii;

„ &

Digitized by Google

„ & auro atque argento adjuti, mulieres autem etiam ornamentis, ita ut Alexandria filia Caſ-
„ ſii & Druncianus gener, liberam vagandi poteſtatem haberet, commendati amitæ marito. „
Argui hinc poteſt: ob repertum relatum numiſma, Caſſii filios, *Caſſinam* ſive ut paterni patrimonii partem; ſive ob acceptum iſthic exilium, tenuiſſe: locoque ab iis nomen remanſiſſe. VVlcatius autem Gallicanus. „ Filios Avidy Caſſii, Antoninus Marcus parte media paterni
„ patrimonii donavit; ita ut filias ejus auro, argento, & gemmis honeſtaret. Nam & Alexan-
„ driæ filiæ Caſſii, & genero Druentiano liberam evagandi ubi vellent poteſtatem dedit: vi-
„ xeruntque non quaſi tyranni pignora, ſed quaſi Senatorii ordinis in ſumma ſecuritate: cum
„ illis etiam in lite objici fortunam propriæ vetuiſſet domus, damnatis aliquibus ob injuriam,
„ quod in eos petulantes fuiſſent, quos quidem amitæ ſuæ marito commendavit &c. „ Quare argui poteſt: numiſma eſſe, reffereque Druncianum, hujusque uxorem Alexandram filiam Caſſii, cum poſita ſit epigraphe ad latus iſtius, legendamque: *Caſſii, Quiris* filia. Tum VVlcatius relatis epiſtolis Fauſtinæ; item ad has, Antonini reſponſo; prouti etiam ad Senatum ſcriptis litteris in cauſa Caſſii; Senatus item votis, proſequitur: „ Vixerunt igitur poſteri Avidii Caſ-
„ ſii ſecuri, & ad honores admiſſi ſunt. Sed eos Commodus Antoninus poſt exceſſum divi Pa-
„ tris ſui, omnes vivos incendi juſſit, quaſi in factione deprehenſos. „ Porro cum adhuc reperta non ſit *Caſſinæ* ultra Antoninum memoria, conjici poſſet, *ſub Antonino Commodo*, deſtructam fuiſſe, præcipue cum apud Scriptores *Caſſini Pannonici* deſideretur memoria. Verum, quod lubet ex his conjectari lectori, liberum eſto. *Avidius Caſſius* diſciplinæ militaris ſtudioſiſſimus quod fuerit, ex eodem Gallicano quivis diſcet. Memorandum eſt: quod centuriones ſuos, ex occiſis ad Danubium Sarmatis, allatisque ingentibus prædis, atque ideo præmium ſperantes, rapi juſſerit, in crucem tolli, ſervilique ſupplicio affici, dicens: non debuiſſe eos ſinere, ut periret Romani Imperii reverentia. Exorta ideo in exercitu ſeditione ingenti, proceſſit nudus campeſtri ſolo tectus, *percutite* inquiens *me ſi audetis, & corruptæ diſciplinæ facinus addite*. Sed conquieſcentibus cunctis, meruit timeri, quia non timuit; addiditque diſciplinam Romanis; terrorem autem tantum barbaris injecit, ut pacem annorum centum ab Antonino abſente peterent. M. Antoninus ipſe, ſequentem dedit ad Præfectum epiſtolam: „ Avidio Caſſio legiones
„ Syriacas dedi, diffluentes luxuria, & Daphnicis moribus agentes, quas totas excaldantes,
„ ſe reperiſſe Cœſonius Vectilianus ſcripſit. Et puto me non erraſſe, ſiquidem & tu notum ha-
„ beas, Caſſium hominem Caſſianæ ſeveritatis & diſciplinæ. Neque enim milites regi poſſunt,
„ niſi in vetere diſciplina, ſcis enim verſum a bono poeta dictum & omnibus frequentatum:
„ Moribus antiquis res ſtat Romana, viriſque. Tu tantum fac, adſint legionibus abunde com-
„ meatus. Quos, ſi bene Avidium novi, ſcio non perituros.

Reſponderunt Præfecti, ut refert Epiſtolas plures Vulcatius. „ Recte conſuluiſti mi Do-
„ mine, quod Caſſium præfeciſti Syriacis legionibus. Nihil enim tam expedit, quam homo
„ ſeverior Græcanicis militibus. Ille ſane omnes excaldationes, omnes flores de capite, collo
„ & ſinu militis, excutiet. &c. „ Statim ut præeſſe militibus incepit, programma in parietibus fixit: *Si quis cinctus inveniretur apud Daphnem, diſcinctus rediret*. Arma militum ſeptima die ſemper reſpexit, veſtimenta etiam, & calciamenta & ocreas. Delicias omnes de caſtris ſubmovit, juſſitque eos hyemem ſub pellibus agere, niſi corrigerent ſuos mores, & egiſſent niſi honeſtius vixiſſent. Exercitium ſeptimi diei fuit omnium militum, ita ut ſagittas mitterent, & armis luderent; dicebat enim miſerum eſſe, cum exercerentur athletæ, venatores, & gladiatores; non exerceri milites, quibus minor eſſet futurus labor, ſi conſuetus eſſet.

Verum præſidum quoque avaritiam eſt deteſtatus. Evincit hoc Caſii epiſtola, quam ex Vulcatio deſcribimus. Erat vero ad generum ſcripta.

„ Miſera Reſpublica, quæ iſtos divitiarum cupidos, & divites patitur! miſera! Marcus
„ homo ſane optimus: qui dum Clemens dici cupit, eos patitur vivere, quorum ipſe non pro-
„ bat vitam. Ubi L. Caſſius, cujus nos fruſtra tenet nomen? ubi Marcus ille Cato Cenſorius?
„ ubi omnis diſciplina majorum? quæ olim quidem intercidit, nunc vero nec quæritur. Mar-
„ cus Antoninus philoſophatur, & quærit de clementia, & de animis, & de honeſto & juſto;
„ nec ſentit Reſpublica. Vides multis opus eſſe gladiis, multis elogiis, ut in antiquum Statum,
„ publica forma reddatur. Ego vero iſtis Præſidibus Provinciarum? An ego Proconſules? an
„ ego Præſides putem? qui ob hoc ſibi a Senatu, & ab Antonino Provincias datas credunt, ut
„ divites fiant? Audiſti! Præfectum, Prætorii noſtri Philoſophi, ante triduum quam fieret,
„ mendicum & pauperem; ſed ſubito divitem factum: unde quæſo, niſi de viſceribus Rei-
„ publicæ, Provincialiumque fortunis? Sint ſane divites, ſint locupletes, ærarium publicum
„ refarcient, tantum Dii faveant bonis partibus, reddant Caſſiani Reipublicæ principatum. „
Plura noſſe, de Avidio Caſſio avidum, ad fatum Vulcatium Gallicanum relegamus. Merentur enim legi, complures relatæ epiſtolæ. Mihi ad memoratum numiſma reverti lubet.

Digitized by Google

„ pulorum excidio, & univerſali rerum omnium deſolatione atrociſſimè illata, Abbatia noſtra
„ de Thopuſzka, Epiſcopatui Zagrabienſi per Divos Hungariæ Reges unita, ultra fluvium
„ Colapim devaſtata & habitationibus deſtituta extitiſſet; nihilominus Partes illas, homines
„ ejusdem Abbatiæ noſtræ, ex hac parte ipſius fluvii Colapis habitantes, contra ejusdem
„ Chriſtiani nominis hoſtem, vitæ & fortunarum ſuarum diſpendio, dira captivitate, a vul-
„ neribus ipſaque morte contempta, militari gladio tueri, manutenere, defendereque non de-
„ ſtiterunt adeo, ut etiamſi iis in locis firmam habitationem evincere non poſſent? terrarum
„ tamen culturam, pratorum dilatationem, ſylvarum, venationum, lignationumque uſum
„ ſemper continuâſſent. Ut autem loca illa trans Colapiana, ſic & fortius a præfati tyranni
„ irruptionibus & vaſtationibus tutiora efficiantur: defunctus in Domino Rdſſimus in Chriſto
„ Pater & Dnus, Dominus Martinus Borkovich, Miſeratione Divina electus Colocenſis &
„ Bachienſis Eccleſiarum Canonicè unitarum Archiepiſcopatus locorumque ac Comitatuum
„ eorundem Supremus Comes, Epiſcopus Zagrabienſis, Abbas BSS. V. M. de Thopuſzka,
„ Sacræ Cæſareæ Regiæque Mattis Intimus Conſiliarius, prædeceſſor noſter deſideratiſſimus,
„ veluti Abbas; penes confluenta fluvii *Trebcha*, in loco *Gradiſche*; diverſos militares viros,
„ alias Ritus Græci Chriſtianos Raſcianos, vulgò Valachos nominatos, in protectionem, jus,
„ & dominium ſuum recipiendo locari; ipſisque indagines & munitionem in confiniis fieri
„ ſolitam (per eosdem fiendam) cum uſu terrarum & fœnilium ibidem ex illa parte fluvii
„ Trebcha adjacentium, gratioſè conceſſit: & extirpationes fieri permiſit, idque ſub certis
„ conditionibus, in litteris teſtimonialibus contractualibus ſub ſigillo & ſubſcriptione Ex-
„ cellentiſſimi & Illuſtriſſimi Domini Domini Nicolai Erdœdy de Monyorokerek Montis
„ Claudy Comitis perpetui, Regnorum Dalmatiæ Croatiæ & Sclavoniæ Bani, Confinio-
„ rumque Ejusdem Regni Sclavoniæ Colapianorum, Supremi Capitanei, Sacræ Cæſareæ
„ Regiæque Mattis Intimi Conſiliarii; in Anno Dni 1687. die 12. Menſis Junii emanatis,
„ contentis, & ſpecificatis. Et quia hujusmodi in protectionem & jus Abbatiale, eorundem
„ neo-locatorum aut locandorum ſuſceptio, nullis litteris, per eundem piiſſimæ memoriæ
„ Prædeceſſorem noſtrum (morte bonas intentiones evertente) declarata extitiſſet; Nos, ad
„ demiſſam Oſtoja Millichevich Kneſy; Radotta Millichevich, & Minia Nicolich judicum;
„ ac Mihalo Radanovich *Sztraſnik*, ſeu excubiarum inſpectoris ac Vice-Kneſy, & reliquorum
„ præmiſſorum; Raſcianos ad præſens locatos, & in futurum, ut præmiſſum eſt, locandos;
„ nominibus & in perſonis: Nobis ſuper eo factam ſupplicationem, eosdem univerſos Raſcia-
„ nos tam in præſens in Abbatia noſtra locatos, quam in futurum locandos, in gratiam pro-
„ tectionem, jus, & dominium noſtrum Abbatiale, denuo recipimus, & incorporamus; eis-
„ dem ipſorumque poſteris omnes immunitates, privilegia & exemptiones, quibus cæteri Ab-
„ batiales Noſtri ſubditi & milites per Divos Hungariæ Reges privilegiati extiterunt, ipſorum
„ ſingulis comunicando & impertiendo; accepto ab eisdem fidelitatis homagio tenoris ſequentis:

Nos Oſtoja Millichevich Kneſius, Radotta Millichevich, Minia Nicolich, Judices; Mihalo Radanovich Sztraſnik, ſeu excubiarum inſpector & Vice-Kneſius, Noſtro, & reliquorum Raſcianorum, ad fluvium Trebcha, in loco Gradiſche ad præſens locatorum, & in futurum locandorum; hæredumque & poſteritatum noſtrarum univerſarum nominibus & in perſonis, juramus ſuper eo: Quod Nos DEO imprimis Omnipotenti, Fidei Chriſtianæ, & Auguſtiſſimo Imperatori & Regi Ungariæ, fideles & obedientes, & utiles erimus; & etiam ſi neceſſe fuerit, ſanguinis effuſione fidelitatem omnem exhibebimus: Illmo ac Rſſimo Dno Epiſcopo Zagrabienſi moderno, & pro tempore exiſtenti; veluti Abbati de Thopuſzka, Domino utpote Noſtro terreſtri gratioſiſſimo, ſubjectiones, obedientiam, & reliqua jus Abbatiale concernentia ſemper præſtabimus, tam in terragio, quam alias: Excellmo Dno Comiti Bano; & Capitaneis Regni, ea modalitate qua reliqui Abbatiales, (qui videlicet & ſtipendio ſunt proviſi) adſtricti erimus (ſine præjudicio tamen, ejusdem Abbatis) & obediemus. Officiales per attactos Dominos Epiſcopos nobis præficiendos, auſcultabimus, ipſisque obediemus; hoſtilitatem omnem in Chriſtiani nominis hoſtem Turcam exercebimus; & ſi quæ pro bono Chriſtianitatis, vel Domini noſtri terreſtris commodo reſciverimus, eadem, ipſis Dominis & Officialibus præmiſſis, mature revelabimus; eaque omnia præſtabimus, quæ fideles & boni Chriſtiani, pro fide Catholica, exhibere & præſtare tenentur; ac ſubditi Dominis ſuis obligantur. Sic nos DEUS adjuvet, & Sancta quæ tangimus DEI Evangelia.

„ Quocirca vobis Comiti, & Vice-Comiti Curialibus noſtris, ſignanter vero tibi Joanni
„ Kamenjan Prædiali, & præmiſſorum Raſcianorum Commendanti a Nobis conſtituto, ha-
„ rum ſerie præcipimus & mandamus, quatenus toties fatos Raſcianos ſubditos noſtros, pro-
„ tegere defendere & regere, juxta datam vobis ſuper eo inſtructionem debeatis & teneamini.
„ Super quo, eisdem præſentes Noſtras, Sigillo Noſtro Epiſcopali impendenti communitas ex-
„ tradedimus. In arce Noſtra Epiſcopali Zagrabienſi, Die nona Menſis Aprilis, Anno
„ Dni 1688. Alexander Ignatius Mikulich electus Epiſcopus Zagrabienſis
„ manu prop. Sigill. in Zona Sericea.

FINIS.

Digitized by Google

Ad Periodum I.

Sunt plura in hodierna Sclavonia loca, quæ exhibent antiqua rudera; ſed quid olim fuerint? vel ad quam Periodum aut ætatem eſſent collocanda? eſt incertum. Sunt quæ teſtes habent ſuæ vetuſtatis non ſolum Scriptores Veteres erutasque in locis memorias; ut *Siſcia*, *Sirmium* &c. Sunt quæ traditione longa pro vetuſtis habentur; attributaque iis, neſcio qua ætate nomina, erronea fuiſſe, erutis nunc antiquitatibus demonſtratur. *Parietinæ* nomen datum *Szteneviczio*, enervat iſthic effoſſus lapis, *Andautonium* exprimens. *Schitaro* vel Schitarjevo, *Scutariam* non eſſe, relatæ a pag. 487. antiquitates teſtantur, & Caroli Stephani Geographiam roborant, qui *Pannoniæ Viminatii* meminit. His duobus addi debet *Caſſina*, ubi traditio *Caſſandriam* vel *Caſſandram* Civitatem veterem, nobis ſupponit.

Sane cum illuſtrandæ patriæ, nobili quidem & honeſto; quamvis inutili mihique damnoſo, ardore eſſem; cura me tenuit: Si de celebrata tot ſermonibus *Caſſandra*, poſſem vel *pro conjectando* eruere aliquid. Ex loci conſpectu, viſis ruderibus, atque muris, olim iſthic Civitatem vel oppidum ſtetiſſe, exiſtimavi. At neque de conjecturando, vel opinando nomine, ætate, cæterisque inveni fundamentum. *Geographorum lectio* Caſſandram oppidum, & *Caſſandriam* Coloniam exhibet; Sed hanc utramque in Macedonia maritima; *Caſinum* autem ad confinia Campaniæ. Reperi nusquam, qui *Caſini* vel *Caſſinæ*, aut *Caſſandræ Caſſandriæque* Pannonicæ meminiſſet. *Caſſani* vicus Tarviſini, item urbeculæ Calabriæ, oppidi quoque Ducatus Mediolanenſis ad Abduam fluvium, Geographos mentionem facere inveni, verum hæc, loco huic, olim Pannoniæ, nunc Sclavoniæ, applicare non valui. *Hiſtorici*, nullum æque præbuere lumen. Quare in obſcuritate relinquendum rebar potius locum, quam novitiis orbem, ſive obfaſcinare conjectationibus, ſive in fluxa traditione fundari.

Evenit inſperatè, ut modernus loci Parochus, A. R. *Mathias Jurgan* litterarum bonarum ſtudioſus, me inviſeret; injectóque ſermone detegeret: quædam iſthic antiquitatis monumenta recentius haberi eruta. Rogavi ſi hæc, intueri poſſem, precibusque meis humaniſſime prompteque ſatisfecit, dum haud poſt multos dies, mox referendas antiquitates, ipſe, ad me detulit, tradiditque pro loci Parochiæ ſuæ, aliquali ſaltem illuſtratione. Eſt autem *Caſſina* ſubtus montes, tribus Zagrabiâ remota horis ad orientem. Hodie ad Capitulum pertinet Zagrabienſe. In reambulatione metarum, facta ad preces *Ladiſlai* Eppi Zagr. & ejusdem EccleſiæCapituli, ad mandatumRegis Caroli, perBlaſiumSubcuſtodem Eccl.Albenſis Capituli miſſum; Ivachino filio Thomæ, filii Berivoy homine Regio exiſtente, reliquas inter Capituli terras metata, *Chaſna*, in anno 1328. ſcribitur; dum iſthic: *Chaſna ex parte Ugræ incipit a rivo inferius, & vadit ad monticulum* &c. In litteris his mentio eſt *Cruciferorum de Planina.* Caſtri *Blaguſa*. Item *ad Caſtrum antiquum Poganorum*, quæ voces, an familiam *Pogan* exprimant? vel infideles ac idololatras, quos S. Rex Ladislaus fundatione Epiſcopatus Zagrabienſis (vide Hiſt. Eccl. Zagr. a pag. 9.) ab errore idololatriæ convertit, quod cui lubet, opinetur. Eſt etiam rivi *Chaſna* mentio. Relatam ſibi reambulationem, *Carolus* de dato Zagrabiæ in Feſto B. Barnabæ Apoſtoli, Anno Dni 1333. confirmat, inſerendo: *Magnifico Viro Mykcs Bano totius Sclavoniæ, fidele noſtro prædilecto, præmiſſa omnia articulatim diligenter examinante, annuente, & ad ea conſenſum præbente & aſſenſum.* Ut hinc quoque confirmetur, Banorum authoritatem ſub Carolo creviſſe. Nunc *Caſſina* locus iſte vocatur, diſtinguiturque a *Chaſina*, Capituli olim Chaſmenſis; hæc enim in Criſienſi, *Caſſina* verò Zagrab. eſt Comitatu.

Memoratus itaque D. Parochus Caſſinenſis *Mathias Jurgan*, exhibuit mihi I. duos argenteos medii moduli numos, quos cupiviſſem, ut intueri poſſet eruditus Lector delineatos At dum deſunt votis media, deſcriptione contentetur.

Numiſma I. Parte ex una exhibet: *Caput viri pileatum in conum deſinens, ubi ſupra frontem ornatus, botri inſtar aut floris, tum apparet elevatior pileus, apparetque tellæ filorumque eſſe, cum dependentiis ad humeros.* Facies viri eſt imberbis, elegantisque. Colum viſitur: inſcriptio nulla eſt, neque ejus vel indicia ſunt. Parte ex altera, *inverſe*: æquè nitida eleganſque eſt facies, collique pars. Facies hæc eſtne juvenis alicujus viri, aut fœminea? variè putatum ab iis, quibus numum exhibui. Ex ornatu capitis, crederem fœmineam eſſe. Supra frontem, eſt quidam ornatus inſtar ſerti, tum elegans deflexio, flores quaſi jacentes in tegumento, ut apparet ex filis contexto exhibens, ad verticem capitis; ex quo, ſimiles flores vel textura, botri inſtar dependent. Ad tempora ex eodem capillitio tum æqualis textura ad aures, hasque obtegens. Ad humeros ex ligatura pendent, ſive fila, ſive fimbriæ, referuntque capitis ornatum magnificum. A tergo capitis quaſi, transversè, nitida eſt epigraphe: CASSL Q. F.

Numiſma hoc, ſingulare rarumque eſſe exiſtimo. Romanis numis adnumerari vix poteſt, dum caret inſcriptionibus, differtque ab Impp. Romanorum numis per omnia. Nam

nec ſymbola ſunt averſa parte; verum ex utraque facies, & quidem altera alteri inverſa, ut numiſma inverti oporteat. *Conſulum* eſſe numiſma adfirmare non audeo, tum quod pars una careat epigraphe; cum &, quia ante Auguſtum, Pannonia Romani non erat Imperii; ut veterum Conſulum (niſi ſucceſſive allati fuiſſent) in ea numi ſtatuantur. Sub Impp. autem, an fas fuerit cudendæ monetæ Conſulibus? quin Auguſtorum ſignaretur nominibus, neſcio. Quare de relato numiſmate definire nil audeo.

CASSIOS multos fuiſſe olim, extra dubitationem eſt, collegitque plurium memorias, in ſuo *Lexico univerſali Joh. Jacobus Hoffmanni*. At relatum numiſma, nulli eorum aſſerere valeo, vel maximè ob litteras Q. F. Quare ſi relatum numiſma, antiquius eſt; Romana in Pannoniis poteſtate, argui poſſet: Numiſma *Judicum* eſſe, Pannoniæque veteris Judices, Medorum inſtar, *Phaceolidem* geſtaſſe. De hac, apud Hoffmannum, eſt Scriptorum relatio: „ Ex „ quolibet Phaceolio pendebat a ſiniſtra parte margellium, ſive fimbria ex margella, alteram „ aurem ejus qui geſtabat obtegens. Qua ſignificabatur aurem quidem retectam accuſatoribus „ dari, tectam vero aurem accuſatis, ſed abſentibus reſervari. Ex colo Judicum pendebant in „ ſericis filis margellia cum fimbria. Longitudo erat Spithama minor, latitudo unius palmæ. „ Quæ Rex Medorum ferebat, ſimiliter & Judices. Quemadmodum igitur olim exercituum „ Duces ferebant torques, qui erant honoris indices, ſic & Pilatitia, honorem Judicum mani„ feſtabant. „ Obtecta in relato numiſmate eſt auris, relatioque *Phaceoli* multum congruit, tegumento Capitis Viri, quem numus exhibet. Ut argui inde queat, numiſma eſſe Judicis, ac in loco *Caſſina*, ſedem fuiſſe Judicialem.

Si vero numiſma, ad Periodum Romani in Pannoniis Imperii eſt collocandum, uti ob litteras Q. & F. veroſimilius, credaturque illud: CASSI, Caſſium deſignare; cum moris fuerit, ut quando viſum eſſet Imperatori, mitterentur per Provincias qui cenſus agerent, ipſeque Auguſtus teſte Dio, & Svida, viginti viros inculpatæ vitæ, ad id miniſterium delegiſſet, & per omnes Provincias dimiſiſſet, qui & Perſonas deſcriberent & fortunas; credi æque oportebit, ad Pannonias ab Auguſto *Caſſium* miſſum eatenus extitiſſe; & locum quo conveniendum erat populo ad deſcriptionem, deſignatum hunc fuiſſe: ut fors ideo *à Caſſio*, Caſſinæ appellatio remanſerit. Hinc Epigraphe legenda eſſet: *Caſſius Quirini filius*, aut *frater*. Sed nec iſta ultra conjecturam. Equidem perpendenti mihi pro viribus meis, habitisque mediis quævis; combinanti item cum numiſmate, veterum eruditorumque virorum ex operibus, ſingula; fieri potuit; ut numiſma ſit ſponſorum. Eſt enim Epigraphe ad caput ornatus fœminei, deſignareque poteſt: *Caſſia Quiris filia*. Juno (in cujus tutela matronæ erant, apud Romanos) *Quiris Dea*, quod dicta fuerit, notum eſt eruditis.

Opinari quoque poſſet, indicare numiſma, Cives Romanos, iſthic loci olim per Caſſium fuiſſe illocatos, atque abinde Caſſinam vocitari; legendam itaque eſſe Epigraphen: *Caſſina* vel Caſſinum *Quiritum Fratres*. Enimvero Joh. Roſino teſte, Cives Romani *Quirites* appellati ſunt, eorumque jure dicebantur donatæ Coloniæ illæ, quæ Civium Romanorum erant Latinis Coloniis oppoſitæ. Similes autem Coloniæ, *Quiritium jure* gaudentes; *nomine* ſolum, Cives erant Romani, revera autem Coloni, gaudentes privilegiis ſequentibus: In jure privatæ libertatis (inſtar quaſi modernorum Civium, libertinorum, aut ignobilium prædialium) Jure legitimi dominii: ut hæreditatis, mancipii & nexus, uſucapionis, connubiorum, jure patrio: item jure teſtamentorum & tutelarum &c. Jura nihilominus publica Civitatis Romanæ non habebant; Quemadmodum actu, publico jure Nobilitatis, aut Liberæ Regiæque Civitatis; carent Libertini: Cives ſingillativè conſiderati, Cives item Eccleſiarum, juriſdictioniſque meræ militaris.

Quare cum Pannonias in diviſione Provinciarum cum Senatu, *Auguſti* pro ſe ſervâſſent, ſucceſſivè vel permiſerunt *Quiritibus* propriam Coloniam; vel ex tumultuantibus militibus, Coloniam iſthic, cum jure *Quiritum* formârunt. Notum enim eſt eruditis: Cæſarem, *voce ſolum Quirites*, tumultuantes milites compeſcuiſſe. Hinc quia C. *Caſſius*, Pompei partes ſequens, & a Cæſare victus, huic reconciliatus fuiſſe ſcriberetur; alter item *Caſſius M. Avidius* ab Antonino Imperatore defeciſſet, alterutrius eſſe potuit pœna. Si vero Civibus Romanis permiſſa fuit hæc Colonia, quæ Latinis opponeretur, cum tam *Andautonium* Respublica, fuerit ad occidentem, IV. horis a Caſſina diſtans; quam & *Viminacium* trans Savum verſus meridiem, his Latinis, ſive Imperatorum coloniis, Civium Romanorum fuerit oppoſita Colonia.

Combinatione eorum, quæ *Julius Capitolinus* in M. Antonino Philos. Item *Wlcatius Gallicanus*, de Avidio Caſſio ſcriberent, credi poteſt: locum hunc *Caſſinæ*, a Caſſiis compellatum. Enimvero *Capitolinus*, hæc teſtatur: „ Ipſum Caſſium pro clementia occidi paſſus eſt, non oc„ cidi juſſit (*nempe Antoninus*) Heliodorus filius Caſſii, & alii liberum, exilium acceperunt cum „ honorum parte. Filii autem Caſſii, & amplius media parte acceperunt paterni patrimonii;

„ &

„ & auro atque argento adjuti, mulieres autem etiam ornamentis, ita ut Alexandria filia Caſ- „ ſii & Druncianus gener, liberam vagandi poteſtatem haberet, commendati amitæ marito. „ Argui hinc poteſt: ob repertum relatum numiſma, Caſſii filios, *Caſſinam* ſive ut paterni patrimonii partem; ſive ob acceptum iſthic exilium, tenuiſſe: locoque ab iis nomen remanſiſſe. VVlcatius autem Gallicanus. „ Filios Avidy Caſſii, Antoninus Marcus parte media paterni „ patrimonii donavit; ita ut filias ejus auro, argento, & gemmis honeſtaret. Nam & Alexan- „ driæ filiæ Caſſii, & genero Druentiano liberam evagandi ubi vellent poteſtatem dedit: vi- „ xeruntque non quaſi tyranni pignora, ſed quaſi Senatorii ordinis in ſumma ſecuritate: cum „ illis etiam in lite objici fortunam propriæ vetuiſſet domus, damnatis aliquibus ob injuriam, „ quod in eos petulantes fuiſſent, quos quidem amitæ ſuæ marito commendavit &c. „ Quare argui poteſt: numiſma eſſe, reffereque Druncianum, hujusque uxorem Alexandram filiam Caſſii, cum poſita ſit epigraphe ad latus iſtius, legendamque: *Caſſii, Quiris* filia. Tum VVlcatius relatis epiſtolis Fauſtinæ; item ad has, Antonini reſponſo; prouti etiam ad Senatum ſcriptis litteris in cauſa Caſſii; Senatus item votis, proſequitur: „ Vixerunt igitur poſteri Avidii Caſ- „ ſii ſecuri, & ad honores admiſſi ſunt. Sed eos Commodus Antoninus poſt exceſſum divi Pa- „ tris ſui, omnes vivos incendi juſſit, quaſi in factione deprehenſos. „ Porro cum adhuc reperta non ſit *Caſſinæ* ultra Antoninum memoria, conjici poſſet, *ſub Antonino Commodo*, deſtructam fuiſſe, præcipue cum apud Scriptores *Caſſini Pannonici* deſideretur memoria. Verum, quod lubet ex his conjectari lectori, liberum eſto. *Avidius Caſſius* diſciplinæ militaris ſtudioſiſſimus quod fuerit, ex eodem Gallicano quivis diſcet. Memorandum eſt: quod centuriones ſuos, ex occiſis ad Danubium Sarmatis, allatisque ingentibus prædis, atque ideo præmium ſperantes, rapi juſſerit, in crucem tolli, ſervilique ſupplicio affici, dicens: non debuiſſe eos ſinere, ut periret Romani Imperii reverentia. Exorta ideo in exercitu ſeditione ingenti, proceſſit nudus campeſtri ſolo tectus, *percutite* inquiens *me ſi audetis, & corruptæ diſciplinæ facinus addite.* Sed conquieſcentibus cunctis, meruit timeri, quia non timuit; addiditque diſciplinam Romanis; terrorem autem tantum barbaris injecit, ut pacem annorum centum ab Antonino abſente peterent. M. Antoninus ipſe, ſequentem dedit ad Præfectum epiſtolam: „ Avidio Caſſio legiones „ Syriacas dedi, diffluentes luxuria, & Daphnicis moribus agentes, quas totas excaldantes, „ ſe reperiſſe Cœſonius Vectilianus ſcripſit. Et puto me non erraſſe, ſiquidem & tu notum ha- „ beas, Caſſium hominem Caſſianæ ſeveritatis & diſciplinæ. Neque enim milites regi poſſunt, „ niſi in vetere diſciplina, ſcis enim verſum a bono poeta dictum & omnibus frequentatum: „ Moribus antiquis res ſtat Romana, viriſque. Tu tantum fac, adſint legionibus abunde com- „ meatus. Quos, ſi bene Avidium novi, ſcio non perituros.

Reſponderunt Præfecti, ut refert Epiſtolas plures Vulcatius. „ Recte conſuluiſti mi Do- „ mine, quod Caſſium præfeciſti Syriacis legionibus. Nihil enim tam expedit, quam homo „ ſeverior Græcanicis militibus. Ille ſane omnes excaldationes, omnes flores de capite, collo „ & ſinu militis, excutiet. &c. „ Statim ut præeſſe militibus incepit, programma in parietibus fixit: *Si quis cinctus inveniretur apud Daphnem, diſcinctus rediret.* Arma militum ſeptima die ſemper reſpexit, veſtimenta etiam, & calciamenta & ocreas. Delicias omnes de caſtris ſubmovit, juſſitque eos hyemem ſub pellibus agere, niſi corrigerent ſuos mores, & egiſſent niſi honeſtius vixiſſent. Exercitium ſeptimi diei fuit omnium militum, ita ut ſagittas mitterent, & armis luderent; dicebat enim miſerum eſſe, cum exercerentur athletæ, venatores, & gladiatores; non exerceri milites, quibus minor eſſet futurus labor, ſi conſuetus eſſet.

Verum præſidum quoque avaritiam eſt deteſtatus. Evincit hoc Caſii epiſtola, quam ex Vulcatio deſcribimus. Erat vero ad generum ſcripta.

„ Miſera Reſpublica, quæ iſtos divitiarum cupidos, & divites patitur! miſera! Marcus „ homo ſane optimus: qui dum Clemens dici cupit, eos patitur vivere, quorum ipſe non pro- „ bat vitam. Ubi L. Caſſius, cujus nos fruſtra tenet nomen? ubi Marcus ille Cato Cenſorius? „ ubi omnis diſciplina majorum? quæ olim quidem intercidit, nunc vero nec quæritur. Mar- „ cus Antoninus philoſophatur, & quærit de clementia, & de animis, & de honeſto & juſto; „ nec ſentit Reſpublica. Vides multis opus eſſe gladiis, multis elogiis, ut in antiquum Statum, „ publica forma reddatur. Ego vero iſtis Præſidibus Provinciarum? An ego Proconſules? an „ ego Præſides putem? qui ob hoc ſibi a Senatu, & ab Antonino Provincias datas credunt, ut „ divites fiant? Audiſti! Præfectum, Prætorii noſtri Philoſophi, ante triduum quam fieret, „ mendicum & pauperem; ſed ſubito divitem factum: unde quæſo, niſi de viſceribus Rei- „ publicæ, Provincialiumque fortunis? Sint ſane divites, ſint locupletes, ærarium publicum „ refarcient, tantum Dii faveant bonis partibus, reddant Caſſiani Reipublicæ principatum. „ Plura noſſe, de Avidio Caſſio avidum, ad fatum Vulcatium Gallicanum relegamus. Merentur enim legi, complures relatæ epiſtolæ. Mihi ad memoratum numiſma reverti lubet.

Defendi quoque ſequens poteſt opinio, *numiſma* videlicet *Sacerdotale eſſe*, denotareque: vel locum illum, *Quirinalium fuiſſe Flaminum*: vel deſignatas in numiſmate perſonas, ex hoc fuiſſe officio. Hinc epigraphe legendam: *Caſſina Quirinalium Flaminum*; vel *Caſſius Quirinalis Flamen*. Quis enim negaturus eſt? poſt ſubjectas Romanis Pannonias, mores cultumque Deorum in Pannonias non perveniſſe. Tres autem fuêre apud Romanos Flamines, ab eo Deo cognominati, cui Sacra faciebant. *Diales* nempe a Jove; *Quirinales* a Quirino; *Martiales* a Marte. Generatim autem vocabantur *Flamines*, *quod* (teſtibus Feſto, Varrone &c.) *caput velatum habebant filo*. Porro tegumentum Perſonarum numiſmatis, ex filis contextum apparet, & quidem *cum apice*; ſcribit verò *Feſtus Servius*; filum quo Flamines velatum apicem gerebant, æſtivo præcipue tempore, quo pileum ferre non poſſent. Quia inſuper *Sacerdotes Jovis*, telum fulminis flamei coloris, Feſto teſte, adhibuiſſent; in relato autem numiſmate *telum* non cerneretur, confirmamur magis: litteras Q. F. *Quirinalem Flamen* exprimere. Inter quos, cum & *Saly* (cantu laudatores Deorum belli Præſidum, ſaltu item) fuerint; cœtusque Saliorum, *Collegium* diceretur, cujus caput *Magiſter Saliorum*, *Præſul* item vocabatur; defendi eo magis poteſt, *Saliorum* iſthic fuiſſe collegium, quod *Saliarias* quoque virgines recipere potuerint. Meminit harum Sextus Pompejus his verbis: „ Saliares Virgines Cincius ait eſſe conductitias, quæ ad Salios adhibebantur cum apicibus paludatæ, quas Ælius Stilo ſcripſit Sacrificium facere in Regia cum Pontifice, paludatas cum Pontificibus in modum Saliorum. „ Perpenſis autem accuratè in numiſmate expreſſis pileis; *apices metalles* ſunt, & in formam *coni coeunt*; quinimo *Ancilia* in iis intueri mihi videor, ſecundum Plutarci explicationem: *Ancilia vocant*, iniquientis, *propter figuram*, circulus enim non eſt *neque exprimit ut pelta orbiculatam formam*, *ſed exciſa eſt ita*, *ut revoluta lineâ fiat*. Dioniis: autem Halicar. *faſtigatus in coni formam pileus*, *ſeu apex*; *Soliorum*. Conſtituere non audeo, morem illum cantu recolendi geſta majorum, Sacrorum item; non minus virginum ſaltitationes cantusque, quas nunc etiam ad templa, in villis item, certis anni temporibus agunt reliquias Saliorum, Saliarumque Virginum eſſe. Atque hæc ſunt, quæ ex relato, ſive etiam de eodem numiſmate, comentari valui. Doctus eruditusque lector, quam placet ſive opinionem, ſive conjecturam tueri, habeat in lubitu.

Numiſma II. Argenteum, & anteriore majus; *adverſa parte* exhibet faciem oblongam, coli humerumque partem, viri imberbis. Inſcriptionis nulla ſunt indicia. Apparet attamen diſtinctè Pileus in extremitate ſupra frontem cuſpidatus, & ſolaris; duas ſupra habens lineas ſolares; prouti & in medio extenſas, cuſpidatasque. Circumdatur undique tum, inſtar arcus, irradiatus. Poſt humeros cernitur ruſticanarum inverſarum clavium ſignum, inſtar fere forficum apertarum. *Parte averſa*, currentes equi duo, cum ſeſſoribus. Infra epigraphe: C.PLUTI. tum linea, orbicularisque circulus.

Plutum Græcis divitiarum Deum fuiſſe dominumque, notiſſimum eſt. Si verum eſt Duos fuiſſe, quorum alter Orientis, *Pluto* dictus; alter Græcanicus *Plutus* appellatus; veroſimilius eſſet in Pannoniis *Plutum* cultum extitiſſe. Quævis porro demonſtrant, numiſma in *Pluti* honorem (quacumque demum ex cauſa) cuſum dedicatumque. Enimvero circuli radiati coronæ inſtar, ac duplici loco quaſi ſolis radios per lineas exhibentes, firmare videntur, Deitatis ſimulacrum. Lazii quoque *Comment. Reip. Rom. lib. 9. c. 19.* obſervationem: Ethnicos appoſuiſſe ſtatuarum capitibus circulum, ſpecie dimidiæ ſpheræ tanquam coronam; aliquando in ſpeciem ſolis formatam. Quod obſervâſſet Antiochiæ in ſtatua Maximiani Cæſaris Marcellinus lib. 25. Alludereque videtur Vellejus Paterculus, cùm de Octavio Cæſare ſcribit: *Et cum intraret urbem*, *ſolis orbis ſuper caput ejus curvatus æqualiter circumdatusque in colorem arcus*, *velut coronam tanti mox viri capiti imponens*, *conſpectus eſt*. Lazy obſervationem mirificè roborat tegmen capitis, & circuli; qui coronæ inſtar & ſolis conſpiciuntur. Accedunt a tergo clavium ſigna. Hæc Pluto attributa fuiſſe, teſtatur Diodorus Siculus lib. 4. & alii; quod claves mortis in ejus manu eſſe crederetur. *Equi currentes* cum Seſſoribus, *parte ex adverſa*, firmare videntur; dum ob raptam *Proſerpinam*, hoc Pluto attribui ſymbolum conſtat. Epigraphe maximum præbet opinioni huic fundamentum, dum clarè diſtincteque nomen PLUTI exhibet. Antepoſitæ litteræ C. deſignatio, eſt permoleſta; nihilominus inter tot Plutonis cognomina, non offendi adhuc, quod a C. ordiretur. Legi eum vocari: *Altor*, *Ageſilaus*, *Dis*, *Februus*, *Mors*, *Orcus*, *Dives*, *Ruſor*, *Summanus*. Quare per C, deſignari *Caſſinam* puto, legendumque *Caſſina Pluti*. Hoc ſive ob Sacram Ædem iſthic habitam; ſive quod ſpecialius ibi coleretur; ſive demum, quod locus ille Pannoniæ, Pluto dicatus fuerit, cenſeri poteſt; ſitus enim conſideratione, ob ambientes undique locum montes colleſque, locus apparet in tumulo. *Poſſidonius* Domicilium Pluti, in ſubterraneis Hiſpaniæ locis ideo conſtituit, quod Regio illa metallorum fœcunditate antecellat. Fors olim idipſum experti fuêre Romani, in montibus Caſſinæ, ac ibi circumvicinis, atque ideo, quaſi ſpeciale domicilium Pluti, Caſſinam habuerint.

Duo

Digitized by Google

Duo memorata numiſmata, loci illius antiquitatem perhibent, accedentibus ruderibus muriſque, qui nunc etiam iſthic apparent. Hi ſi effodiantur, dubito nullus quin vetuſtatis monumenta complura non ſuppeditent, ad loci illuſtrationem, litterarumque. Ex primo numiſmate, ubi CASSI, arguo: rectius *Caſſinum* vel *Caſſinam* Pannoniæ eruendam ſcribendamque; ac *Caſſandram*, *Caſſandriam*, vel *Caſſanum*. Et cum in Campania olim *Caſinum* extiterit, videre eſt: variorum locorum, & in diverſis Regionibus ſitorum, æquales, apud veteres quoque fuiſſe appellationes.

Sunt item reperta in loco, duo numiſmata, quorum uno, parte ex adverſa, in orbiculari inſcriptione *Antoninus*, cætera legi nequeunt. Parte quoque ex averſa, legitur unice *Libertas*. Porrò licèt *Jul.* Capit. in M. Anton. Philos. ſcribat: *Pannonias ergo Marcomannis, Sarmatis, Vandalis, ſimul etiam Quadis extinctis, ſervitio liberavit*, aſſerrere attamen non auſim, illud *libertas*, hoc ipſum denotare. Sed nec illud: quod Caſſio Avidio ſublato, denotet liberis ſuis, libertatem conceſſam. Alter numus Antonini æquè eſt, ſed ob vetuſtatem, legi nequit inſcriptio.

Sequitur III. reperta iſthic, in agro ex nobiliore metallo ſupernè, ſtatua elegans, mirificè elaborata, & perticæ ferreæ impoſita. In hac præter laborem ſculpturæ, illud rariſſimum: quod ſic efformata ſit, ut conſpecta viſaque parte una, nec ominari poſſes, parte ex altera eſſe aliam. Si attamen invertas, facies eſt ſic diſtincta, totuſque ornatus; ut exiſtimes iterum, parte ex altera nil contineri. Exhibet Caput tantum, ſub uno Pileo, ſeu capitis tegmine, utrique faciei aptatum. Artificium præmiſſum, efficiunt laterales annuli, aut circuli, adinſtar litteræ C. deducti ad aures parte ex utraque, ita ut fatæ litteræ C. debitè proportionatèque latæ medietas, aurem claudat.. Hæc figura efficit; ut averſa pars integrè cellata ſit. *Pars itaque adverſa*, oblongam ſenis exhibet faciem, oculi majores craſſioreſque ſunt; facies macilenta, naſus prominens, labia ampliora apertaque, miſtaces & barba longior, ac ſuo modo quadripartita. Ex temporibus capilli prominentes ad aures, memoratoſque circulos annulares, aures obtegentes. Frons demiſſior ob pileum, qui mitram exhibet; ſtatim enim in fronte, incipit refertque tres diſtinctos circulos orbiculares majores, in quibus margaritharum Lapillorumque ſculpta indicia, tum a medio linea; ex utroque autem latere, æque elevatus mitratus pileus quaſi prominente ad tergum criſta incluſus. *Parte ex altera*, in ſummitate capitis criſta eminet, tum ad frontem ſertam eſt latius, in cujus medio bini quaſi diamantes. Capilli trifariam cincinati, plexi ornatique, fœminarum more ad aures; ſive memoratos circulos; facies pinquior & hilaris, atque variolata locis aliquod, matronæque inſtar maturioris: frons latior, oculi majores; labia mediocria, mentum cum quadam macula ſignoque. Et ipſe puto, & alii qui viderunt, faciem ornatumque fœminæ eſſe.

Retulit mihi memoratus D. Parochus, ſtatuam hanc diutius apud virum quemdam apud nos a doctrina & eruditione celeberrimum, pro ſententia extitiſſe, edixiſſeque illum: *Simulacrum eſſe ſenioris juniorisque JANI.* Sed pace tanti Viri, cum fundamenta ignorem ſententiæ, ſine quavis eruditionis ſuæ injuria, ſubſcribere nequeo. *Janos* Deitate donatos, atque pro Diis, cultos a Veteribus, necdum convictus ſum; at unus erat, variis donatus cognominibus. Hinc ob unitatem, & Deus Deorum, & Pater nuncupabatur. *Biceps*, *Bifrons* dictus eſt, uti & *Quadrifrons*; ſed hæc fuiſſe ſimbolica & translata, Scriptores referunt. *Quadrifrons* ab ampliſſimo Romæ 4. portarum templo dictus eſt. *Biceps*, *Bifronsque*, quod præterita ſciverit, futura præviderit, quodve duarum portarum templum Romæ primò acceperit. Scio Livium libro 41. ſcribere de Fulvio Flacco Cenſore, ordinaſſe eum inter cætera *Janos tres faciendos*, ſed hoc ipſum de opere intelligi, haud de Diis tribus faciendis, indicat. Patet inſuper ex Svetonio, fornicata opera, & arcus marmoreos, Janos fuiſſe vocatos. Hoc Roſinus cæterique aſfirmant. Majora quoque Fora, portas item majores, *Janos* ſæpe dictas, ex Livio, Cicerone, Ovidio, Svetonio, tot Viri eruditi deduxerunt. Quare tametſi in recenſito ſimulacro, nec *Clava*, nec *Virga* videantur, *Jani* aliàs ſimbola, quod caput unicè foret exſculptum; Si JANO tribuenda eſt ſtatua, ego potius conjectarer, parte ex una, in Senis ſimulacro, Deorum Deum, ſive *Janum* deſignari; parte vero ex altera: *Gordianum Juniorem*, qui Capitolino teſte, *Jano aperto* contra Perſas eſt profectus. Belli temporibus apertum erat Jani templum, pacis vero clauſum ut teſtantur Scriptores, & marmora eruta editaque. Combinans attamen faciem hanc, cum Gordiani memorato ſuperius pag. 492. numo, adfirmare hæc non auſim. Dici quoque poſſet (quin opus ſit, duos Deos *Janos* ponere) deſignari per ſtatuam *Janum mundum eſſe gemina facie, ac juniore ortum ſpectare; ſeniore occaſum*, quod de eo creditum quoque fuiſſe, ſolemque appellatum, multi ſcriberent.

Mihi perpendenti bene ſimulacrum, nec ſimbolo quopiam, nec inſcriptione ulla exſtante, hinc non niſi ex *pileo*, faciebuſque conjectura peti queunte, videretur credibilius: *Præſulis cujusdam*, ſive Magiſtri Saliorum Collegii, ſuæque vel uxoris, vel inter *Saliares Virgines* anti-

Digitized by Google

tiſtitis, icones eſſe; vel deſignari Præſulis officium, quod in Collegio ſuo, utriſque præeſſet. Ad hæc conjectanda (quoadusque plura iſthic non eruantur) moveor tam ex I. numiſmate; quam etiam quod Pileus iſte *Mitratus eſſet.* Teſtentur autem *Herodotus* de barbaris: *Comati autem capita mitris redimita habent, ungmentis toto corpore delibuti.* S. quoque Hieronymus in *vita Malchi*, quod piligeri ſeu intonſi, ſint *Mitrati*, alii autem ex barbaris tonſi. Sane in I. numiſmate tonſi ſunt & imberbes, ſtatua autem hæc, uti Mitratum exprimit, ſic & comatum piligerumve. *Spartianus* in Hadriano refert, hunc nec Tribunum niſi plena barba feciſſe, multo itaque minus in Sacris Mitratos Præſules, ſine barba creabant. Si alicui noſtra hæc non probetur, de relata ſtatua conjectura, probabiliora certioraque exhibendo, amplectemur non dubitet.

IV. *Magnif. & Spect. D. Georgius Petkovich. A. M. ſuæ Conſiliarius, &c. Tabulæ Regnorum horum Judiciariæ Præſes*, repertum Siſciæ argenteum minoris moduli numum, videndum a me exhibuit. In hoc *parte adverſa*, orbicularis inſcriptio: *Dn. Anaſtaſius Aug.* Facies eſt rugoſa, & decrepiti ſenis, ut confirmemur omnino diuturniorem Anaſtaſio vitam fuiſſe. *Pars averſa* in medio *Stellam* habet, nil præterea. Argui hinc demonſtrarique videtur, decreſcente Romano Imperio, monetarum rationem fuiſſe mutatam, dum pars averſa, nec epigraphe habet, nec Symbolum aliud, quam *Stellam* ſine ſerto, ſine ornatu quopiam; nec locus cuſæ monetæ ſignatus eſt, ut Romanarum monetarum, nova hinc periodus concludatur. An ob ſublatum Chryſargyri tributum? (ſive a meretricibus) aut ob metum fulminis, quo pereundum eſſe ſibi ex oraculo audiverat, Anaſtaſius Symbolum *Stellæ* in monetis adhibuerit? quis determinet. Percuſſus fulmine obiit, anno 518. Clodovæo I. poſt devictum Alaricum & Alemannos ſcribitur Imperialem Coronam miſiſſe, ſed quam Francus *Symmacho Papæ* transmiſiſſet, ut Gregor. Tur. Sigebertus &c.

Ad Periodum III.

I. *Pagina* 89. Donationis Præpoſito olim Zagrabienſi *Bogud* factæ meminimus. Hanc quia ſucceſſive ab amico bonarum utiliumque litterarum promotore, atque ab editis libris perennaturo, ſua manu ex authographo deſcriptam recepiſſemus, (actis pro tanto favore illi gratiis) doctis eruditisque viris, communicandam cenſuimus. Itaque.

Bela Dei gracia Hungariæ, Dalmaciæ, Croaciæ, Ramæ, Serviæ, Gallciæ, Lodomeriæ, Cumanieque Rex, omnibus tam præſentibus quam futuris præſentes litteras inſpecturis, ſalutem in omnium Salvatore. Celſitudo Regia proviſione celeſti conſulens in commune, ut bonos faciat: uno tamquam precipuo utitur inſtrumento, exortacione videlicet premiorum. Quo, torpentes excitans & eruderans in expertos; jocundiore ſpiritu poſſe facit ſubjectos, quod a principio impoſſibile videbatur; Sicque cum eorum miniſteria, & præſertim ex miniſteriis acceperit, quod intendit, ita debet ad recompenſandum conſurgere: ut & premiſſorum violator non exiſtat, proſequendo id, per quod fuerat exoratus, & unius exemplo ad probitatis ſtudia reddat plurimos promptiores. Proinde cum Nobilis vir Magiſter Thobias de Bogud Prepoſitus Zagrabienſis, cariſſimi filii noſtri Bele Ducis totius Sclavoniæ Cancellarius, (a) dilectus & fidelis noſter, a ſuis majoribus incoatam, quos pro meritis Sancti Predeceſſores Noſtri, Regni Sui primatiis ſublimantes honorarunt, & a patre continuatam, qui in noſtro conſpecto ſtrenue militans pro regni defenſione & noſtra, Tartarorum manibus occubuit. Ut colateralium ſuorum tranſeamus obſequia comendacione non indigna, fidelitatis prærogativam ex ſucceſſorio edicto vendicans converterit in naturam, non degenerans a ſtipite generoſo: (b) Sicque Nobis & regno noſtro plurima pataverit ſuis ſtudiis (c) fructuoſa. Hoc unum non poſſumus inter cetera ſub ſilentio preterire: quod guerrantibus nobis cum Rege Bœmorum (d) Et non ſine dampno utriusque partis, conſtitutis in turbatione maxima, & Regnis noſtris formidantibus utriſque viciſſim, citra noſtros; inſultus nihilominus Tartarorum, (e) qui hujusmodi diſſenſionibus auditis, Regni noſtri fines attigerant, cum aliter pacari non poſſemus, niſi inter nos & predictum Regem Boemorum ordinaſſemus parentelam, dando ſibi in matrimonium neptem (f) noſtram; eique matrimonio impedimenta legitima obviarent. (g) Super quibus ipſum Magiſtrum Thobiam, cum juramenti religione de promotione ſua aſſecurantes, ad Curiam Romanam (h) deſtinavimus, ipſius

(a) Deſignatus nempe Cancellarius, aut penes eum, ante Ducatus adminiſtrationem. Vide pag. 200. de Bela Duce relata. (b) Exordium præfat. ad lectorem, hinc non ſolum firmatur; at ſub Bela ſervatum fuiſſe docemur, contendiſſeque filios Nobiles, ne a Majorum virtutibus degenerent. (c) Studia en! fuere olim promeriti præmiique, dum ob ſtudia ſua, Regno fructuoſa, Præpoſitus obtinuit donationem. (d) Vide a p. 196. & ſeqq. (e) En Tartaros iterum adveniſſe, eorumque adventus cauſam. (f) Cunegundis vocabatur, ex ſorore Belæ neptis. (g) Impedimenta fuere, Ligaminis præcipuum, quod Ottocarus repudiata Margaretha conthorali legitima, Cunegundam vellet. (h) Orator miſſus ad Romanam eſt Curiam, haud ad Sedem Apoſtolicam, Curiæ enim erat decidere de repudio, quo juſte obtineri nequeunte.

Digitized by Google

ipſius miniſterio in impedimentis ſupradictis, Apoſtolicam diſpenſationem (i) meruimus & pacem perpetuam Regno noſtro. Nos itaque ejus merita circumſpectione Regia attendentes, ut quod ſibi promiſimus, exolvamus; & in ipſo exemplum prebeamus ceteris quo ad fidelitatis obſequia - - (k) - Ipſum Magiſtrum Thobiam duximus favore & munificentia Regia pro meritis proſequendum, ſicut paulo inferius exprimetur. Cum igitur Domina - - (l) piæ recordationis quondam Duciſſa Karinthye, Domini - - (m) Ducis Meranie filia matertara noſtra (n) naturæ ſolvens debitum, liberis non relictis, in nos tanquam in proximum ſucceſſorem, hæreditatem ſuam & omne jus quod eidem competebat (o) transmiſerit pleno jure. Nos ipſam hereditatem, & omne jus a prædicta matertara noſtra nobis convenientem, & ſpecialiter dominium Karniole (p) cum omnibus caſtris & urbibus, quoquo nomine cenſeantur, que etſi preſentibus non ſpecificentur, ad plenum tamen proinde habere volumus ac ſi eſſent ſingillatim expreſſa, dedimus, conceſſimus & tradidimus cum Regia munificentia, ſepe dicto Magiſtro Thobie, ſibi & ſuis ſucceſſoribus perpetuo poſſidendum omne id quod ex prædicta ſucceſſione (q) nobis competit vel competere poteſt, in ipſum, ſuosque ſucceſſores plenarie transfundendo. Nec volumus preſentem noſtram munificentiam, quam, nullatenus revocare, juramenti religione firmamus, a quoquam impugnari; vel etiam attemptari pretextu immenſe donacionis, ſeu inſtrumenti minus ſollempniter concepti; aut cujuslibet alterius objectionis interventu, (r) quam adinvenire poſſent aucupatores Sillabarum, ſeu inventores cujuscunque ſubtilitatis, quam omnem in hoc caſu pronunciacione Regia reprobamus, cum & noſtra preſencialis auctoritas ſollempne faciat (s) non ſollempne; & niehil immenſum Regalis ſublimitas in dando debeat reputare, quod immenſum non reputat totum eum quem accepit a Celeſti Numine principatum. in cujus rei teſtimonium & perpetuam firmitatem preſentes litteras dedimus duppliscis Sigilli noſtri munimine roboratas. Datum per manus Magiſtri Farcaſii Aule noſtre Vice-Cancellarii electi Eccleſiæ Albenſis, dilecti & fidelis noſtri. Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo tertio. Septimo Idus Januarii, Regni autem Noſtri Anno Viceſimo octavo.

Reflectere placet I. Cum pateat hinc Farcaſium vel initio anni hujus, vel ſuperiore 1262. electum primo fuiſſe Eccleſiæ Albenſis, Donatio Segniæ, relata pag. 218. adverſus Lucium, hinc magis infirma ſuſpectaque evadit. Si etiam prætenderetur errorem eſthic eſſe in nomine *Franquerius*, & *electi Arbenſis*, at legendum eſſe *Farcaſii electi Albenſis*, teſtantibus Belæ Regis diplomatibus *Benedictus* Colocenſis, ad annum 1254. inclusive, egit Cancellarium. Huic ſucceſſit *Smaragdus* 1255. quo ad Colocenſem ſedem tranſeunte, anno 1257. Vice-Cancellarius erat & Præpoſ. Albenſis *Petrus*. Anno 1260. ut pag. 196. invenitur Prudens Mgr. Farcaſius; verum hic electus in Aula Cancellarius exprimitur, adeoque ſupplens, nec erat tum Albenſis adhuc, teſtantibus litteris. Quin Cancellarius Belæ 1261 fuit Eppus Zagrab. *Philippus*, Anno 1262. poſtulatus Strigonienſis. Huic eodem Anno ſucceſſit *Farcaſius*. Poſt hunc *Demetrius* erat Vice-Cancellarius 1269. teſtantibus monumentis Eccl. Zagrab. Proinde Donatio illa, hinc quoque ſuppoſita arguitur, ſive illam ad Annum 1255. rejicias, ſive 1260. Magis autem Paſconi erravit, qui ad 1288. (quo Bela Rex non vixit) eam collocat.

2do. Conſideratione relati diplomatis, aliorum item; ſuis locis ſupra memoratorum, errores multorum ſcriptorum, tam Cronologiæ (etenim ante 1263. quævis intra Belam & Ottocarum interceſſiſſe apparent) quam & in rebus geſtis referendis, deteguntur. Sane *totam* ut nunc eſt Stiriam, ceſſam fuiſſe Ottocaro, pactis anni 1260. probari nequit, dum 1263. *Gertrudis*, ut pag. 198. Sivrido indulget facultates, dum item Bela anno eodem exſcriptam fecit donationem. Quare non ſolum roborantur quæ ſuis locis ſuperius dicta ſunt; Sed Frœlichianam explicationem, errorem nempe in anno eſſe a Gertrude poſito, ſequendam non eſſe confirmant. Mors credibilius Gertrudis, belli inter Stephanum V. & Ottocarum cauſa fuerit, reiteratarumque Conventionum. Vide a pag. 222.

Addere voluimus: Factam eſſe mentionem ſuperius pag. 221. Coronæ Regaliumque inſignium ceſſionis a Stephano V. Conjecturam Cl. Pray ibi retuli. Verum ex MSS. opere *de Coronis* per Papas olim miſſis, doceor: Ducatus eam fuiſſe Stiriæ, qui tum etiam ceſſus fuerat. Probat anoniimus auctor erudite, Coronas Papales, vinculum ſignumque fuiſſe, Coniunctio-

mmmmmm 2 nis

(i) Orator recurrit pro gratia Apoſtolicæ diſpenſationis, quam Rex meruit, tam ob pacem perpetuo Regno inferendam, quam fors etiam ut adverſus Tartaros fortior reddatur Chriſtianitas. (k) Notatur ex vetuſtate periiſſe vocem, fors accendantur. (l) D. Adam. Raicsani, uti p. 98. retulimus, Catharinam vocatam ſcripſit. (m) Deſideratur nomen, puto Berholdum deſignari. (n) Pro matertera. (o) Firmantur his, relata ſuperius pag. 196. & ſeqq. (p) Cranburg hodie vocant, ad quod tum plura pertinuerint. (q) Prædicta ſucceſſione poſitum, ad excludenda illa, quæ Gertrudi Miſſhiæ ex territorio hodie Stiriæ (vide p. 198.) ceſſa fuere. (r) Credo innui objectionem quod ſine ſtatuum Conſenſu, tam ampla donatio facta ſit; item ſine inſertione Prælatorum, Regnique Baronum. (s) Majeſtas ſatis his indicata. Regem item non ligari formalitate legum.

Digitized by Google

nis cum Romana Sede, ac independentiæ ab Imperio ſive Occidentis, ſive Orientis. Hinc non ſolum Regibus, ſed Ducibus etiam, quin & quibusdam Comitibus, tales fuiſſe ſubmiſſas, ad indicandum, Regnum tale Ducatumque, immediate a Deo eſſe, quemadmodum ipſa eſſet Eccleſia. Eapropter ſimiles, qui Roma Coronis donabantur, ad exprimendum ſemet ſoli Deo ſubjectos eſſe, ut olim Saul, a Samuele Rex datus, in Titulis ponebant, *vel Dei gratia*; vel *miſeratione Divina*, *Rex*, *Dux* &c.

II. Simonis Epiſcopi Zagrabienſis a pag. 354. deſcriptæ epiſtolæ demonſtrant, *de induciis*, actum fuiſſe intra Epiſcopum & Kathyanerum. Has concluſas extitiſſe docet Conventio ſequens, quam doctis eruditisque communicamus, ob tantarum rerum & cognitionem, & confirmationem.

Nos Simon Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Eccleſiæ Zagrabienſis, & Regnorum Dalmatiæ, Croatiæ, & Sclavoniæ Banus &c. Johannes de Tahy Gubernator Prioratus Auranæ (a) Petrus Erdeudy de Monyoro kerek Comes Comitatus Caſtiferrei; nec non alii nonnulli ſubditi fideles, ſereniſſimi Principis & Dni, Dni Johannis Regis Hungariæ &c. ab una: Item Ludovicus Pekrii de Pethrovina, gentium levis armaturæ Capitaneus generalis Regiæ M. Petrus Keglevich de Buſin, Joannes Caſtellanfii de Zenthelek; Joannes Chriſtophoris & Franciſcus de Zempche, Nicolaus Pekrii de Pethrovina, (b) Franciſcus Zekel de Dobrokwthija (c), Joannes Golecz de Zodeczka, (d) cœterique nonnulli ſubditi fideles, ſereniſſimi Principis & Domini, Domini Ferdinandi ejusdem Hungariæ & Bohemiæ Regnorum &c. Regis, partibus ab altera, memoriæ commendamus. Quod nos Sabbatho proximo poſt Feſtum Beati Franciſci Confeſſoris in caſtris noſtris, in contrarium contra ſeſe prope Deſniicze, & Ujudvar poſitis, medio certorum proborum utrinque de medio noſtri electorum; quod quia conſideratis & attentis Chriſtiani ſanguinis effuſione, fraternæque mutuæ cædis, quæ a pluri-mis retroannis, inter nos, cœterosque Regnicolas hujus Regni pullulavit exortaque eſt, ut & usque modo, heu proh dolor! effunderetur; Quo ejuscemodi effuſſionis ſanguinis, cædisque parceretur, diſcordiæque inter omnem ordinem ſedarentur, ad talem pacis & concordiæ devenimus unionem. Item primo, quod univerſa bona, & quælibet jura poſſeſſionaria quorumvis dominorum & nobilium cuiusvis ſtatus & conditionis intermedio iſtorum diſturbiorum & diſſenſionum, præſertim poſt ultimum ingreſſum Cæſaris Turcarum in Regnum Hungariæ, per quoscunque & qualitercunque occupata, prioribus eorundem dominorum, & Eccleſiarum utriusque ſtatus poſſeſſoribus pure & integre reſtituantur. Item quod Caſtellum Georgii Litterati de Kapolna Farkaſſocz cum cœteris ſuis bonis & pertinentiis Capituli Eccleſiæ Chaſmenſis, (e) Polohythycza Michaelis Zempthey, Ruſchywz, Mathiæ Broderich, (f) & Michaelis Thamadoczy Malykovicz, poſſeſſiones infra triduum remittantur & reſtituantur. Item Caſtrum Kwkynewcz cum diſtrictu Pethrovyna, D. Johannis Tahy, ſexto die reſtitui debeat. Item in facto Caſtelli Pezeryo (g) infra quintum decimum diem per probos revideatur. Et quod de cetero alter alterum de eo non prodeant, & quod partes ipſæ hominibus Domini Ludovici Pekry ejusdem Caſtelli occupatoribus literas expeditorias dare teneantur. Item bona Kethnyocz Dom. Joannis Tahy infra octavum diem reſtituat, ſi ipſa domina in concordia cum ipſo Domino Tahy facta perſiſtere noluerit. Item bona Thomæ literati de Kamarya univerſa infra triduum reſtituantur; alia quoque univerſa & quælibet bona, & jura poſſeſſionaria hinc inde quovis modo occupata infra diem quindecimum, ut præmiſimus reſtituantur. Item Canonici Eccleſiæ Zagrabienſis partes utriusque Regis ſectantes, proventus ejusdem Eccleſiæ & bonorum ſuorum æqualiter percipiant, & dicto modo inter ſe dividantur, & quod quilibet de ſua legitima portione contentetur. Item quod univerſi Regnicolæ, Sclavoniæ Regni, cujusvis ſtatus & conditionis, libere & pacifice hinc inde commeare, ambulare, mercimoniaque exercere poſſint & valeant ita: ut nemo quempiam, unus alterum moleſtare, impedire, vel dampnificare ſub colore, quovis modo valeat, audeat, nec præſumat. Item Civitas Montis Græcenſis, (h) & Caſtrum Zagrabienſe durante iſta noſtra Treuga ac ordinationes, libere & pacificè ma-

neant

(a) His annis Titulo unice. (b) Sub hoc nomine, plura ſunt in Sclavonia loca. (c) Zekel, plura habuiſſe prædicata hinc diſcimus. Credo quemvis ſemet a ſuis Dominiis inſcripſiſſe. Dobrokwthya nunc Dobrokucſa, ſi ad Abbatiam olim S. Hellenæ de Podborje pertinuit, videtur, iam fors a Joanne Zekel, evaſiſſe ſæcularizata. (d) Hodie dicunt Szutinſzka in Comitatu Varasdinenſi. (e) Ob impetrationem bonorum, vide pag. 411. Capituli alias Chaſmenſis, Georgii bona dicuntur. (f) Hujus frater Stephanus, erat Canonicus Zagrab. uti Eccleſiæ huius monumenta docent. Celebris a litterarum cultu, paſſim Brodericus audit. Scriptor a multis laudatus. Maluit beneficium hoc relinquere, quam litteras. Erat titulo quinque Eccleſiarum, deinde Epiſcopus Vacienſis. Ruſchyvcz, eſtne hodierna Rugvicza, vel alter locus? indagent alii. Hinc tamen firmamur Sclavum fuiſſe Brodericum. (g) Olim Pzer, hic Pezeryo, hodie Pſarjevo Caſtrum hoc nuncupatur, eſtque ut plura cœtera deſertum. (h) Libera videlicet Regiaque partium Ferdinandi; per Caſtrum autem Zagrabienſe, Arx Eppi ſumitur hic.

Digitized by Google

neant abſque impedimento veſtrarum partium. Item quod Taxam medii floreni, ſi qui Regnicolarum D. Ludovico Pekry benevole & libere dare voluerit, bene quidem: alioquin ad ſolvendum nemo compellatur minis, devaſtatione bonorum. Item Stephanus Deeshazy ſubditus ipſius Regis Ferdinandi pacificus eſſe debeat, una cum omnibus ſuis ad eum pertinentibus. Item univerſi & ſinguli Regnicolæ Regni hujus (i) Sclavoniæ, Domini Nobiles & ignobiles majoris & minoris conditionis, in domibus eorum una cum omnibus ad eos pertinentibus, liberè pacificè & quietè absque impedimento quorumvis, permanere valeant atque poſſint. Item quod nos præſcriptam noſtram unionem & concordiam Magnificis Dominis Joanni Banffii de Alſo-Lindva, Comiti & Palatino; ac Urbano Bathyany ſubditis præfati Domini Johannis Regis; & Ladislao More de Chwla, ſubdito annotati Ferdinandi Regis, ad ſcitum & notitiam dare volumus, ut ipſi quoque ſi voluerint, huic noſtræ ordinationi conſentiant. Item quod hæc noſtra ordinatio ac unio hucuſque Feſtum Epiphaniarum Domini proxime venturum duret & vigoroſa habeatur, hac conditione interpoſita: quod quælibet partium ſuo Regi præſentem hanc concordiam noſtram uſque dictum terminum Feſti Epiphaniarum Domini, ad notitiam & ſcitum dare valeat. Et ſi aliquis dictorum Regum hujusmodi noſtram ordinationem acceptare & ratam habere nollet, ſed in contrarium hujus ordinationis noſtræ, gentes ſuas contra partem alteram, inſurgere, & ad ſibi obediendum compellere vellet & niteretur; ad hocque aliquem ſpecialem Capitaneum in hoc Regnum Sclavoniæ deputaverit, ex tunc pars talis Regis, alteri parti decimo die ante ingreſſum ipſius Capitanei in hoc Regnum, Significare: & ad notitiam dare debeat, quo pars ipſa maturius rebus ſuis & negotiis providere & conſulere valeat atque poſſit. Ad quæ præmiſſa & quævis præmiſſorum ſingula, firmiter & inviolabiliter per ſe & ſubditos noſtros obſervanda, nos Domini ſupraſcripti, honore, humanitate, fideque noſtra Chriſtiana mediante ſe obligavimus, & præmiſſa obſervare promiſimus, immo promittimus & ſe obligamus, harum noſtrarum Sigillis noſtris Clenodialibus conſignaturum vigore, & teſtimonio litterarum mediante. Datum in Caſtris noſtris ſupradictis, Sabbatho præſcripto proximo poſt Feſtum Beati Franciſci Confeſſoris, anno Domini M.D.XXX.

Hoc quoque inſtrumentum, debemus eruditiſſimo Viro atque amico, cui & anterius. Cœterum memoratam concordiam effectum fuiſſe ſortitam, epiſtolæ ſuperiores, etiam a pag. 371. exhibitæ, arguendi præbent fundamentum.

III. Quia ſuperius plurium ſigillorum mentio deſcriptione facta haberetur; addere viſum: eſt Sigillum duplex *Stephani V.* anno 1272. Die XVI. Kalen. Julii, in extradato Civitati Montis Græcenſis Zagrabienſis Diplomate, pendens, optimeque ſervatum. Parte ex una, orbicularis primo, litteris majoribus, in duplici circulo, eſt inſcriptio. Linea prior habet: † *S. Stephani Dei gracia, Ungariæ, Dalmaciæ, Crovaciæ, Serviæ, Gallic*, poſterior autem, ad caput continuans: *iæ. Lodomeriæ Cumaniæ, Bulgariæ Rex.* Sunt gradus, ſedesque ornata, cujus latera exhibent exſculpta Leonis capita. Sedet Rex palludatus, parte pallii pedes obtegente. Manu dextra ad lumbos ferme extenſa, tenet ſcipionem, ſive ſceptrum: Siniſtra globum; duplicatam crucem e medio exhibentem. Caput redimitum eſt Corona, quæ *Roſtratam* veterum Romanorum reffert, habetque *Roſtra terna*, neque ullus eſt ſuperne circulus, vel globi, vel Crux. *Parte ex altera* majoribus litteris orbicularis inſcriptio: † *Sigillum Stephani Quinti Dei Gratia Belæ Regis Filii.* Sequuntur minores tres circuli, ſtellaris unus, alter giralis, albus vel nudus tertius. Quartus modicum latior, exhibens minoribus litteris epigraphe: *Stephani Ducis Dalmaciæ Crovaz. Crux.* In medio tum prominet ovalis, vel cordis inſtar fugura, in fine ancorata, ut è medio ancorarum, prodeat *Crux duplicata* longior. Habet prima, Crux, ſertum ſive coronam in medio, ſic: ut ejus partes ligno extenſo tegantur, in transverſo autem appareant externe. Si non decipior: occaſio eſt ex relato Sigillo, eruditæ diſſertationi. Prælatorum Baronumque Regni eadem ſunt nomina, quæ ſupra pag. 222. Suppletque illius lacunas, ac reliqua inter: *Alberto Magro Agazonum Comite de Sybino.*

IV. Legimus etiam Ladislai IV. binas litteras anno 1288. Buda expeditas, ſuper Cambio quarundam poſſeſſionum in Hungaria, pro domo Stephani olim Bani in Civitate Zagrabienſi, facto intra Comitem Hodus & Bani filios, dein ab his Civi Gillioni donatis. Quod cambium *Andreas III. Rex* anno 1291, *im Feſto B. Benedicti Confeſſoris Jaurini* confirmat, ſub titulo *Andreas Dei gratia Rex Hungariæ.* Scribit iterum ex *Kamarum*

nnnnnn anno

(i) Ubivis Regni tantum Sclavoniæ mentio. Croatia enim parebat tota Ferdinando, nec debebat includi treugis.

Digitized by Google

anno Eodem Andreas Rex Civitati. Ex iiſdem litteris videre eſt, Civitatem hanc Regiam, *Andream* pro Rege, haud vero *Carolum* Martellum habuiſſe, dum Civitas exprimeret Andream, *Regem præclarum*, *percharum ſuum*, *& Dominum naturalem.* Verum *a Joanne I. Epiſ. Zagr.* (ut pag. 95. *Hiſtor. Eccl. Zagr.*) Cives, ab Andreæ Regis fidelitate ſeducti erant; ad quam nihilominus iterum redivere. Hæc addenda exiſtimavi, ob rerum, tam Ladislai IV., quam etiam Andreæ III. ſervandam Chronologiæ rationem. Fateri debeo: Quoties Ladislaus IV., vel in memoriam ſubit, commoveri me, injuriis ſuis, quas nunc etiam ſuſtinet a deſcriptoribus, ſine examine rerum, ſua depromentibus, magisque ſuſpiciones, quam veritatem adorantibus. Aſpiciantur quæſo inſtrumenta, quis ex his concludet: Ladislaum ad mores Cumanorum defeciſſe? Quæ eſt Eccleſia in toto Regno Apoſtolico, cui non benefecit? evincunt iſtud diplomata, evulgata editaque hactenus. Cumanos eum elevaſſe ad dignitates & officia? enervant diplomata, dum ex his conſtat, Prælatos Baronesque Regni, illuſtres fuiſſe Regni Hungariæ familias. Cumanis qua ratione favit? quos in diplomate anni 1288. Eccleſiæ Nitrienſis (apud Schmitt Epp. Agrienſes p. 198.) *Exprimit per Cumanos hoſtes & inimicos capitales Regni Noſtri & Noſtros* &c. Quid, quod adverſus eos pugnaverit? & ab his fautor prætenſus, interemptus fuerit? Quid; quod indigne cauſata Regi mors? per Hungaros vindicata ſit, non ſolum de Cumanis; Sed de Roma ipſa, dum rejecto Carolo Martello, Gregorio item Strigonienſi &c. ſubiici noluerunt. Quid in fide erga Ladislaum Dalmatiam continuit? Si ejus ea fuere ſcelera, quibus maculatur. Revolvens diplomata, Epiſtolas, cœteraque ejus temporis monumenta, ſequentia in Ladislao delicta comperiet. I. Fuere elargiti Carolo Siculiæ tituli, relati pag. 226. adeoque *Romani Imperii per Sanctam Romanam Eccleſiam in Tuſcia Generalis Vicarii.* Hinc quia ad novum hoc Romanum Imperium, Dalmatia primo erat aggreganda; Sub colore veteri, Piraticæ nempe Almiſanorum, a Carolo ut *Vicario Generali*, pacta fiunt adverſus Almiſanos. His oppoſuit ſemet Ladislaus, prouti etiam ideato deſignatoque novo Romano Imperio; Secutis iis effectibus quorum a pag. 226. meminimus. II. Beneficiorum Eccleſiaſticorum collationis, non facta ceſſio, quin horum tuitio, vivente præcipue *Benedicto* Strigonienſi, qui cum Titulo electi mori maluit, quam *confirmari.* Sane in diplomate, anni 1275. Ladislai IV., Civitati Regiæ Mont. Græc. Zagrab. tertio Idus Auguſti *per manus Benedicti Strigonienſis electi*, legimus: *Gregorio* Csanadienſi, *ac eodem etiam in Epiſcopum Veſprimienſem electo & confirmato*, videlicet poſt mortem Pauli Ep. Veſp. Huic facto Ladislaus ita reſtitit, ut *Gregorium* ex Veſprimienſi ejecerit, eundemque remanere in Csanadienſi oportuerit, quod ſubſequentium annorum confirmant diplomata, in quibus *Gregorio Csanadienſi.* Hinc Veſprimienſi Capitulo, *Petrum* ſubſtituente, cum hic etiam incommoda a Rege ideo perſenſiſſet, & factam confirmationem reddere debuiſſet, adverſus Ladislaum res auctæ ſunt, ipſeque ab Eccleſia Romana eo magis deficere moribusque Cumanis accedere accuſabatur. Accedit Benedicto electo Strigonienſi, a Rege Tranſylvanienſem quoquo fuiſſe ſedem additam, ut in memorato diplomate legatur: *eodem etiam Tranſylvano.* III. Non ſolum *pecunia Chriſtianitatis*, ſed & *precationum* in Dalmatia reſtitit. IV. Firmani Ordinationibus ſeſe oppoſuit, dum is non ſolum diſciplinam regulaſſet Eccleſiaſticam, verum in mores populi leges tuliſſet, ut de barbis, ædibus, donationibus &c. V. Tametſi ad habendam cum Eccleſia pacem, annuam penſionem ſpopondiſſet in centum marcis, obligando eatenus Scepuſienſes fodinas (vide ex Raynaldo apud Pray) nihilominus, hæc revocaſſet, Strigonienſi applicando Eccleſiæ, atque hanc in anno 1283. (teſte diplomate a Schmitt edito) *Matrem* quoque *ſuam*, haud vero Romanam exprimendo, *& Jura Patronatus monaſteriorum* huic attribuendo. V. More veteri, inconſulta Romana ſede Agrienſem Epiſcopum *Andream*, Epiſcopatu privaverat, Ejusque Eccleſiæ Bona, per proceſſum & Sententiam Fiſco attribuerat, ac iterum 1281, hæc quævis revocavit & reſtituit, inſcio Romano Pontifice. VI. Elizabeth Conthoralem ſuam, antea dilectam, & in juribus Reginarum ſervatam, repudiavit ob ſterilitatem; & factam prætenſionem cedendæ ſibi in dotem Dalmatiæ. VII. Matrem item ſuam alteram Elizabeth ſeniorem, affligi paſſus eſt, quod ipſa in remedium animæ ſuæ, a ſe poſſeſſa inſcribere voluerit, Romæque obnoxios in ſuis ſervitiis tenuerit, ut hujus Reginæ diploma Anni 1286 teſtatur. VIII. Ordinationibus iis Legatorum Apoſtolicæ Sedis reſtitit, quod fideles, nulli tanquam Regi Hungariæ eſſent obedituri, niſi deſtinato dato approbatoque Regi a Sede Romana Pontificia. Hæc pluraque cœtera demonſtrant Diplomata, & apud Raynald. Romanorum Pontificum Epiſtolæ. Profecto Martinus IV. reliqua inter ſcribit ad Ladislaum: *Nec Excellentiam Regalem deterreant litteræ quædam, quas ſuper Tuis Corona & Regno,*

per

per miniſtrorum Tuorum malitiam conquæreris fraudulenter extortas: ſciturus quod non eſt intentionis Eccleſiæ in jura celſitudinis Regalis obrepere, vel tecum agere captioſè &c. Exhibet etiam Clar. Pray Breve, pro abſolvendo ab Excommunicatione *Joanne* Comite Caſtri Ferrei, filio Henrici olim Bani, cœterisque omnibus, qui in fidem & devotionem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ debitam, Spoponderant, nunquam ſe habituros, tanquam veros Hungariæ Reges alios, neque illis obedituros, niſi datos, ſeu approbatos a Sede Romana. Vel horum conſideratione videre eſt cauſam legis 1301. Latæ, Romano Pontifici nec eſſe, nec fuiſſe jus in Reges, Regnumque Hungariæ. Item, eccur a tantis inceſſanter ſcribatur: Regibus noſtris ineſſe obligationem vovendæ Romanis Pontificibus ratione Regni Hungariæ obedientiæ, & ab iis confirmari eos debere, beneficiumque Coronæ & Regni agnoſcere. Accedit: Aventino teſte *Honorium IV.* ex Germania, quartam Eccleſiæ Bonorum partem, prætendiſſe etiam. Plura item reperiuntur, apud temporis hujus Scriptores; quibus, ſi lubet videndis.

Memorata Ladislai Regis delicta, Cumanique mores, mortuo eo, magis patuerunt; dum datur Carolus Martellus, deinde Robertus pro Rege Hungariæ: dum ſtringuntur per Excommunicationes Dalmatæ; ad hunc pro Rege Hungariæ recognoſcendum: dum creantur Epiſcopi, & beneficia conferuntur: ſed & antea reclamante Ladislao *a Nicolao III.* Rex *ſerviæ Stephanus* in protectionem Romanæ Sedis receptus; Ejus autem Perſona, Regnum, Civitates, Caſtra, terræ, villæ, quævisve bona in jurisdictionem, ut in his à nemine perturbari moleſtarique poſſit. Scriptum fuerat Duci Auſtriæ, Rudolfo Imp.; Hungariæ Regnum ad Pontificem & Romanam Eccleſiam pertinere. Vide ſupra 227. & copioſius apud Raynaldum. Quare juſte, Chriſtianeque Illm. Eruditiſſ. D. Adamus Franciſ. Kollar jur. Patron. lib. 3. p. 171. ex domeſticis Scriptoribus, primus reflectit: *Tetris admodum coloribus Rex iſte à Scriptoribus domeſticis.* (Proh indignitas atque ingratitudo ob tot beneficia Ladislai!) *pingitur* - - narratisque eruditè pluribus, cauſam depromit: *Scriptores monaſtici, res unice ſuas curare aſueti, Regum noſtrorum facta, ratione iſta intelligere & interpretari plane ignorant.* Mirum quoque, Ladislaum IV. accuſari, pertinacis cum Cumanis fœminis conſvetudinis; nullos attamen refferi nothos, vel ſupponi quæſtionem de aliquo. Itaque Ladislaus IV. Cumanus audit, haud a fœdis cumanarum mulierum amoribus: verum ob eosdem ſæpius profligatos, morteque ab eis recepta.

Cæterum Ladislaum IV. cum Ottocaro ex his quoque partibus bellâſſe, concludimus ex memorato Anni 1275. diplomate, ubi reliqua inter Servitia inſerta, eſt: *quæ Nobis in conſervatione dicti Caſtri* (nempe Zagrabienſis) *fideliter contra homines Regis Bohemiæ exhibuerunt.* Repudiata ab Ottocharo Margaretha, Soror Gertrudis Miſniæ, ſcribitur Udalrico Carinthiæ, portionem ſuam vendidiſſe, hanc Dubravio teſte, quia Rudolphus Imp. prætendiſſet, ut Feudum Imperii, bellum Rudolphum inter & Othocarum exortum eſt pro Stiria. Quia verò Eodem Dubravio fatente *lib. 17. in nota*, jus ſuum Belæ IV. ejusque filio Stephano V., Gertrudis ceſſerat, facta ad Ladislaum IV. devolutione portionis à Gertrude ceſſæ, bellum quoque Ladislao eſſe debuit cum Ottocaro pro Stiria. Verum nec belli hujus circumſtantias, nec quibus pactis terminatum fuerit? hactenus erui.

V. Eruditis quoque lectoribus detegere voluimus, intra *Boleslaum & Csanadinum* Primates & Archieppos Strigonienſes, Anno 1328, inſerendum eſſe Seriei Archiepiſcoporum Strigonienſium *Nicolaum.* Vidimus enim in binis Caroli Regis autographis: Datum per manus Andreæ Albenſis Eccleſiæ Præpoſiti &c. Anno Domini 1328, Regni autem Noſtri ſimiliter 28. VVbbus &c. *Nicolao electo Sanctæ Strigonienſis Eccleſiæ, & Ladislao Colocenſis Archiepiſcopis.* Georgio Sirmienſis, Petro Boſnenſis, Ivanka Varadienſis, Benedicto Csanadienſis, Ladislao Quinque Eccleſienſis, Henrico Veſprimienſis, Nicolao Jaurinenſis, Csanadino Agrienſis, & Andrea Tranſilvanienſis Epiſcopis, Eccleſias Dei feliciter gubernantibus. Magnificis Viris Demetrio Mgro Tavernicorum noſtrorum, Thoma Vaivoda Tranſil. Comite Paulo Judice Curiæ noſtræ, Mykcs Bano totius Sclavoniæ, Joanne Bano de Machow, Stephano Mgro Agazonum noſtrorum, Dionyſio Mgro Dapiferorum noſtrorum, & Nicolao Comite Poſonienſi, aliisque &c. At *Nicolaus* iſte Strigonienſis, diu non vixerit cum anno 1329. *Sede Strigonienſi vacante* diplomata exhibeant. *Joannes* Albenſis Eccl. Præpoſ. & Archidiaconus Kukullienſis anno 1317. fuit adhuc Aulæ Vice Cancellarius.

VI. Ladislaus V. dictus Poſthumus, Feſto S. Ægidii Abb. & Confeſſ. Anno 1457. mandat Viennâ *Catharinæ* viduæ Ulrici Comitis olim Cilliæ, ut ipſa Caſtellum illud quod in Civitate Zagrabienſi exſtructum eſt, cum gubernatione ejusdem Civitatis, omnino diſtrahat & diſtrahi faciat. Serviunt hæc ad confirmanda illa quæ pag. 278. retulimus.

Digitized by Google

VII. Quamvis pag. 296. relatum ſit, Mathiam I. PP. Dominicanos ad S. Catharinam tranſtuliſſe, atque iterum inde amoviſſe, Patres nihilominus, ad vetus *S. Nicolai* Zagrabiæ monaſterium reddiviſſe, docent Vladislai Regis de Anno 1493. litteræ, quibus committit protectionem Monaſterii Ordinis Prædicatorum in Eccleſia B. Nicolai Confeſſoris Zagrabiæ, Epiſcopo Zagrabienſi Oſvaldo, ejusque ſuffraganeo Eppo Boſnenſi Georgio; nec non Banis Regnorum Dalmatiæ Croatiæ Sclavoniæ, ac Ladislao de Egervara Mgro Tavernicorum, & Andreæ & Caſparo filiis Joannis Henningh de Somzedvara, ratione poſſeſſionis Szlavetich ac ejusdem appertinentiarum contra Nobiles Georgium, Petrum, Paulum, ac Jacobum Orſich, dictos de Lovipha. Itaque mortuo primum Ludovico II. dum ab Hiſpanis Zagrabia, adverſus Simonem I. Eppum Zagrabienſem, oppugnabatur, ex Civitate Regia, deſiiſſe Dominicanos arguimus.

Ad Auctarium Schitarovienſe ex obtentis recenter numis addenda.

I. Numos illos, in quibus parte ex una; *urbs Roma*: ex altera vero duæ ſtellæ dein Lupa, duos parvulos lactans, cuſos quoque fuiſſe *Siſciæ*. Diſtinctè enim atque nitide in uno horum legitur poſt lineam *ASISC*.

II. Exhibet etiam clarè alter *Imp. CÆS. VESP. F. Domitianus Aug.* ut concludamus *Domitianum*, nomen quoque patris expreſſiſſe, nempe Veſpaſiani Flavii.

III. Parte adverſa nitida inſcriptio: *SEVERUS PIUS AVG. BRIT.* caput barbati ſenis; parte vero averſa: PARTH. ADIAB. IMP. XIX. Cos III. P. P. infra Lineam: S. C. Roberat-numiſma, quæ retulimus pag. 13. *Parthicum* videlicet fuiſſe vocatum, Item *Adiabenum*. Illud porro *Britanicus*, confirmat *Claudium Albinum* Britaniæ Præſidem æmulumque Severi, fuiſſe ſublatum.

IV. *C. A. L. MAXIMINNUS AVG.* parte ex altera *Genio Imperatoris*. Item unus *Valentiniani*, alter *Gratiani*, quorum utroque parte ex averſa: *Securitas Reipublicæ.*

Reliqui aut diſtincte Legi nequeunt; aut pares ſunt, relatis ſuperius.

FINIS.

Digitized by Google

Supplementum de Generalatu Varasdinenſi dicto.

Prioribus impreſſis Inclytus Regius *Generalatus Varasdinenſis*, memorabiliora ſui actualis territorii, & juriſdictionis, ad me mittere dignatus eſt. Cui pro favore tanto (actis demiſsè gratiis) ego, plurimique Lectorum, obligati manemus. Submiſſa, verbis iis, ut perſcripta ſunt, communicamus. *Notas* quaſdam ſuis locis addendo.

De Veſtigiis quarundam antiquitatum.

I. Prætermittendum non eſt, diſtrictum hunc moderni Generalatus, excultiſſimam olim fuiſſe Provinciam: id enim tot Eccleſiarum, Arcium, & ſpendidiorum ædificiorum, præſertim ad fluvium *Illova*, relicta rudera (*a*) in dubium revocare non ſinunt. Namque à *Dravo* incipiendo in *Sztrug* palude, arcis & mœniorum non exiguæ viſuntur reliquiæ. In *pago Kloſter* nominato, ex magnis monaſterii cujusdam (*b*) ruderibus, in eodem loco Parochialis domus murata erecta eſt; templum autem Parochiale ad formam antiquam extructum, tecto tantum & ornatu opus habuit. Hunc in modum plurima, ad mediæ horæ ſpatium ab invicem vix diſtantia, rudera, ad Illovam continuantur: intra quæ *arx Dianovecz*, in una inſula, nomen retinuit, ampliſſimam autem fuiſſe hanc arcem, reliquiæ exhibent (*c*) Inde ad *mali & veliki Zdenczi* (hoc eſt minores majoresque fontes) plurium Eccleſiarum extant fundamenta. (*d*) Celeberrimum munimentum ex quadrato lapide, illudque multum elevatum eſt in GARICH; (*e*) hinc in diſtantia vix mediæ horæ antiquum Paulinorum monaſterium, proximum Dominio Erdődiano Kutinenſi. In Oppido Chasmenſi, plura quoque memoratu digna occurrunt: Imprimis rudera ejusdem Capituli. (*f*) deinde in monte ad meridiem, qui uno quadrante diſtat, monaſterii ut quidam volunt Capucinorum. (*g*) inde ad orientem in alio monte antiquæ Parochialis Eccleſiæ *S. Joannis Baptiſtæ* (*h*) frontiſpicium. Sub Capitulari Eccleſia monaſterii Monialium turris (*i*) & pars magna muri, quæ partim injuria ventorum, partim per modernum D. Canonicum & Parochum Chasmenſem (*k*) annis proximè elapſis, ne forte ruendo tranſeuntem opprimant, ſolo æquata, & modernæ Parochialis Eccleſiæ neceſſitati ſunt adaptata. Videbantur quoque penes Monialium ædificium Xenodochii rudera (*l*) ubi ex quadrato Saxo in ſuperficie terræ fons, ſequenti cum inſcriptione: *Puteus Hoſpitalis Sancti Spiritus*, viſebatur. Arx denique Epiſcopalis, dum quarterium Capitanei extrueretur, detecta eſt, formæ, ut rudera exhibent, quatuor turrium, *vulgò rundellæ*, in 4. angulis ſitis, conſtans; foſſa quoque aqua proviſa ibi reperitur; fons item lapideus, & adhuc hodierno uſui inſerviens in 17. paluſtris profundus. Inde in diſtantia mediæ horæ Præpoſiti Chaſmenſis in Peninſula, ubi fluvii Glogovnicza & Chaſma confluunt (*m*) reſidentiæ, & trans Glogovniczam in monte, arcis ſupra pagum *Boſzilievo* (*n*) rudera reperiuntur. Hinc in diſtantia unius horæ, *Marcſa* (*o*) olim equitum S. Sepulchri. (*p*)

Reperiuntur adhuc paſſim in *Topolovecz, Roviſche*, & ad fluvium Chaſma, plurium ædificiorum & arcium ſigna, quæ ſucceſſu temporis partim a fundamentis ad ædificandas Eccleſias applicata ſunt; partim terra obruta inveniuntur; uti Eccleſiæ antiquæ in *Bellovar* (q) ubi hodie Catholici ſepulturam habent. *Jagnedovecz* antiquum Küvar, quod a Caſtello Capronczæ diſtinctum eſſe Ferdinandi I. diploma Anno 1556. evincit, quo: *Claves portarum prædicti oppidi, tu adimi feciſſes, & per Caſtellanum in Caſtello conſervari* (*r*) atqui claves in Caſtello Küvar, una hora a Caproncza diſtante, propter ſæpius hic aperiendas & concludendas portas nequaquam poterant conſervari. Caſtellum porrò Capronczæ fide antiquorum documentorum extitit, ubi hodie eſt armamentarium & monaſterium PP. Franciſcanorum; foſſa autem ejusdem, ubi hodierna Comendantis Reſidentia, forum atque ſtabula inveniuntur. (*s*) Extat etiamnum in *Parochia Capellenſi*, Eccleſia Paulinorum, quæ ante 24. circiter annos per Vaivodam *Kovachevich* Raſcianum (*t*) tecto proviſa fuit; & unum *Calugyerum*. (*u*) erigendi ſucceſſivè monaſterii gratia illic collocavit. Verum facta per Parochum & Paulinos ſub *Comite Generali Maquire* proteſtatione anno 1749. relicta eſt, in ſtatu quo fuerat, & hodie etiam in Bſs. Virginis Feſtis a *Szredicenſi Popa* (*v*) Sacrificium ibidem celebratur. Hodiedum adhuc *Palin Kloſter* (*x*) aut potius *Paulin* nominatur. Hujus & ad Kutinam exiſtentium ruderum litteralia documenta in Lepoglavienſi monaſterio reperiuntur. (*y*) Antiquiſſima eſt etiam *arx S. Georgii*, ſiquidem in ea lapis reperitur, in quo magnis litteris inciſa hæc legitur inſcriptio: *Arma Sigiſmundi Epiſcopi Quinque-Eccleſienſ. Año Dni 1488.* Quod qualiter? niſi fors Epiſcopatus ille, amplius tum fuiſſet protenſus. (*z*) Omiſſis hic aliis quam plurimis bene olim excultæ Provinciæ ſignis, (*aa*) de erectione moderni Generalatus, uſque ad hodierna tempora, quibus vivimus, dicendum breviter.

000000

anno Eodem Andreas Rex Civitati. Ex iisdem litteris videre eſt, Civitatem hanc Regiam, *Andream* pro Rege, haud vero *Carolum* Martellum habuiſſe, dum Civitas exprimeret Andream, *Regem præclarum, percharum ſuum, & Dominum naturalem.* Verum *a Joanne I. Epiſ. Zagr.* (ut pag. 95. *Hiſtor. Eccl. Zagr.*) Cives, ab Andreæ Regis fidelitate ſeducti erant; ad quam nihilominus iterum redivere. Hæc addenda exiſtimavi, ob rerum, tam Ladislai IV., quam etiam Andreæ III. ſervandam Chronologiæ rationem. Fateri debeo: Quoties Ladislaus IV., vel in memoriam ſubit, commoveri me, injuriis ſuis, quas nunc etiam ſuſtinet a deſcriptoribus, ſine examine rerum, ſua depromentibus, magiſque ſuſpiciones, quam veritatem adorantibus. Aſpiciantur quæſo inſtrumenta, quis ex his concludet: Ladislaum ad mores Cumanorum defeciſſe? Quæ eſt Eccleſia in toto Regno Apoſtolico, cui non benefecit? evincunt iſtud diplomata, evulgata editaque hactenus. Cumanos eum elevaſſe ad dignitates & officia? enervant diplomata, dum ex his conſtat, Prælatos Baroneſque Regni, illuſtres fuiſſe Regni Hungariæ familias. Cumanis qua ratione favit? quos in diplomate anni 1288. Eccleſiæ Nitrienſis (apud Schmitt Epp. Agrienſes p. 198.) *Exprimit per Cumanos hoſtes & inimicos capitales Regni Noſtri & Noſtros* &c. Quid, quod adverſus eos pugnaverit? & ab his fautor prætenſus, interemptus fuerit? Quid; quod indigne cauſata Regi mors? per Hungaros vindicata ſit, non ſolum de Cumanis; Sed de Roma ipſa, dum rejecto Carolo Martello, Gregorio item Strigonienſi &c. ſubiici noluerunt. Quid in fide erga Ladislaum Dalmatiam continuit? Si ejus ea fuere ſcelera, quibus maculatur. Revolvens diplomata, Epiſtolas, cœteraque ejus temporis monumenta, ſequentia in Ladislao delicta comperiet. I. Fuere elargiti Carolo ſiculiæ tituli, relati pag. 226. adeoque *Romani Imperii per Sanctam Romanam Eccleſiam in Tuſcia Generalis Vicarii.* Hinc quia ad novum hoc Romanum Imperium, Dalmatia primo erat aggreganda; Sub colore veteri, Piraticæ nempe Almiſanorum, a Carolo ut *Vicario Generali*, pacta fiunt adverſus Almiſanos. His oppoſuit ſemet Ladislaus, prouti etiam ideato deſignatoque novo Romano Imperio; Secutis iis effectibus quorum a pag. 226. meminimus. II. Beneficiorum Eccleſiaſticorum collationis, non facta ceſſio, quin horum tuitio, vivente præcipue *Benedicto* Strigonienſi, qui cum Titulo electi mori maluit, quam *confirmari.* Sane in diplomate, anni 1275. Ladislai IV., Civitati Regiæ Mont. Græc. Zagrab. tertio Idus Auguſti *per manus Benedicti Strigonienſis electi*, legimus: *Gregorio* Csanadienſi, *ac eodem etiam in Epiſcopum Veſprimienſem electo & confirmato*, videlicet poſt mortem Pauli Ep. Veſp. Huic facto Ladislaus ita reſtitit, ut *Gregorium* ex Veſprimienſi ejecerit, eundemque remanere in Csanadienſi oportuerit, quod ſubſequentium annorum confirmant diplomata, in quibus *Gregorio Csanadienſi.* Hinc Veſprimienſi Capitulo, *Petrum* ſubſtituente, cum hic etiam incommoda a Rege ideo perſenſiſſet, & factam confirmationem reddere debuiſſet, adverſus Ladislaum res auctæ ſunt, ipſeque ab Eccleſia Romana eo magis deficere moribuſque Cumanis accedere accuſabatur. Accedit Benedicto electo Strigonienſi, a Rege Tranſylvanienſem quoquo fuiſſe ſedem additam, ut in memorato diplomate legatur: *eodem etiam Tranſylvano.* III. Non ſolum *pecuniæ Chriſtianitatis*, ſed & *precationum* in Dalmatia reſtitit. IV. Firmani Ordinationibus ſeſe oppoſuit, dum is non ſolum diſciplinam regulaſſet Eccleſiaſticam, verum in mores populi leges tuliſſet, ut de barbis, ædibus, donationibus &c. V. Tametſi ad habendam cum Eccleſia pacem, annuam penſionem ſpopondiſſet in centum marcis, obligando eatenus Scepuſienſes fodinas (vide ex Raynaldo apud Pray) nihilominus, hæc revocaſſet, Strigonienſi applicando Eccleſiæ, atque hanc in anno 1283. (teſte diplomate a Schmitt edito) *Matrem* quoque *ſuam*, haud vero Romanam exprimendo, *& Jura Patronatus monaſteriorum* huic attribuendo. V. More veteri, inconſulta Romana ſede Agrienſem Epiſcopum *Andream*, Epiſcopatu privaverat, Ejuſque Eccleſiæ Bona, per proceſſum & Sententiam Fiſco attribuerat, ac iterum 1281, hæc quævis revocavit & reſtituit, inſcio Romano Pontifice. VI. Elizabeth Conthoralem ſuam, antea dilectam, & in juribus Reginarum ſervatam, repudiavit ob ſterilitatem; & factam prætenſionem cedendæ ſibi in dotem Dalmatiæ. VII. Matrem item ſuam alteram Elizabeth ſeniorem, affligi paſſus eſt, quod ipſa in remedium animæ ſuæ, a ſe poſſeſſa inſcribere voluerit, Romæque obnoxios in ſuis ſervitiis tenuerit, ut hujus Reginæ diploma Anni 1286 teſtatur. VIII. Ordinationibus iis Legatorum Apoſtolicæ Sedis reſtitit, quod fideles, nulli tanquam Regi Hungariæ eſſent obedituri, niſi deſtinato dato approbatoque Regi a Sede Romana Pontificia. Hæc pluraque cœtera demonſtrant Diplomata, & apud Raynald. Romanorum Pontificum Epiſtolæ. Profecto Martinus IV. reliqua inter ſcribit ad Ladislaum: *Nec Excellentiam Regalem deterreant litteræ quædam, quas ſuper Tuis Corona & Regno,*

per

Digitized by Google

per miniſtrorum Tuorum malitiam conquæreris fraudulenter extortas: ſciturus quod non eſt intentionis Eccleſiæ in jura celſitudinis Regalis obrepere, vel tecum agere captioſe &c. Exhibet etiam Clar. Pray Breve, pro abſolvendo ab Excommunicatione *Joanne* Comite Caſtri Ferrei, filio Henrici olim Bani, cœterisque omnibus, qui in fidem & devotionem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ debitam, Spoponderant, nunquam ſe habituros, tanquam veros Hungariæ Reges alios, neque illis obedituros, niſi datos, ſeu approbatos a Sede Romana. Vel horum conſideratione videre eſt cauſam legis 1301. Latæ, Romano Pontifici nec eſſe, nec fuiſſe jus in Reges, Regnumque Hungariæ. Item, eccur a tantis inceſſanter ſcribatur: Regibus noſtris ineſſe obligationem vovendæ Romanis Pontificibus ratione Regni Hungariæ obedientiæ, & ab iis confirmari eos debere, beneficiumque Coronæ & Regni agnoſcere. Accedit: Aventino teſte *Honorium IV.* ex Germania, quartam Eccleſiæ Bonorum partem, prætendiſſe etiam. Plura item reperiuntur, apud temporis hujus Scriptores; quibus, ſi lubet videndis.

Memorata Ladiſlai Regis delicta, Cumanique mores, mortuo eo, magis patuerunt; dum datur Carolus Martellus, deinde Robertus pro Rege Hungariæ: dum ſtringuntur per Excommunicationes Dalmatæ; ad hunc pro Rege Hungariæ recognoſcendum: dum creantur Epiſcopi, & beneficia conferuntur: ſed & antea reclamante Ladiſlao *a Nicolao III.* Rex *ſerviæ Stephanus* in protectionem Romanæ Sedis receptus; Ejus autem Perſona, Regnum, Civitates, Caſtra, terræ, villæ, quævisve bona in jurisdictionem, ut in his à nemine perturbari moleſtarique poſſit. Scriptum fuerat Duci Auſtriæ, Rudolfo Imp.; Hungariæ Regnum ad Pontificem & Romanam Eccleſiam pertinere. Vide ſupra 227. & copioſius apud Raynaldum. Quare juſte, Chriſtianeque Illm. Eruditiſſ. D. Adamus Franciſ. Kollar jur. Patron. lib. 3. p. 171. ex domeſticis Scriptoribus, primus reflectit: *Tetris admodum coloribus Rex iſte à Scriptoribus domeſticis.* (Proh indignitas atque ingratitudo ob tot beneficia Ladislai!) *pingitur* - - narratisque eruditè pluribus, cauſam depromit: *Scriptores monaſtici, res unice ſuas curare aſueti, Regum noſtrorum facta, ratione iſta intelligere & interpretari plane ignorant.* Mirum quoque, Ladislaum IV. accuſari, pertinacis cum Cumanis fœminis conſvetudinis; nullos attamen refferi nothos, vel ſupponi quæſtionem de aliquo. Itaque Ladislaus IV. Cumanus audit, haud a fœdis cumanarum mulierum amoribus: verum ob eosdem ſæpius profligatos, morteque ab eis recepta.

Cæterum Ladislaum IV. cum Ottocaro ex his quoque partibus bellâſſe, concludimus ex memorato Anni 1275. diplomate, ubi reliqua inter Servitia inſerta, eſt: *quæ Nobis in conſervatione dicti Caſtri* (nempe Zagrabienſis) *fideliter contra homines Regis Bohemiæ exhibuerunt.* Repudiata ab Ottocharo Margaretha, Soror Gertrudis Miſniæ, ſcribitur Udalrico Carinthiæ, portionem ſuam vendidiſſe, hanc Dubravio teſte, quia Rudolphus Imp. prætendiſſet, ut Feudum Imperii, bellum Rudolphum inter & Othocarum exortum eſt pro Stiria. Quia verò Eodem Dubravio fatente *lib. 17. in nota*, jus ſuum Belæ IV. ejusque filio Stephano V., Gertrudis ceſſerat, facta ad Ladislaum IV. devolutione portionis à Gertrude ceſſæ, bellum quoque Ladislao eſſe debuit cum Ottocaro pro Stiria. Verum nec belli hujus circumſtantias, nec quibus pactis terminatum fuerit? hactenus erui.

V. Eruditis quoque lectoribus detegere voluimus, intra *Boleslaum & Csanadinum* Primates & Archieppos Strigonienſes, Anno 1328, inſerendum eſſe Seriei Archiepiſcoporum Strigonienſium *Nicolaum.* Vidimus enim in binis Caroli Regis autographis: Datum per manus Andreæ Albenſis Eccleſiæ Præpoſiti &c. Anno Domini 1328, Regni autem Noſtri ſimiliter 28. VVbbus &c. *Nicolao electo Sanctæ Strigonienſis Eccleſiæ, & Ladislao Colocenſis Archiepiſcopis.* Georgio Sirmienſis, Petro Boſnenſis, Ivanka Varadienſis, Benedicto Csanadienſis, Ladislao Quinque Eccleſienſis, Henrico Veſprimienſis, Nicolao Jaurinenſis, Csanadino Agrienſis, & Andrea Tranſilvanienſis Epiſcopis, Eccleſias Dei feliciter gubernantibus. Magnificis Viris Demetrio Mgro Tavernicorum noſtrorum, Thoma Vaivoda Tranſil. Comite Paulo Judice Curiæ noſtræ, Mykcs Bano totius Sclavoniæ, Joanne Bano de Machow, Stephano Mgro Agazonum noſtrorum, Dionyſio Mgro Dapiferorum noſtrorum, & Nicolao Comite Poſonienſi, aliisque &c. At *Nicolaus* iſte Strigonienſis, diu non vixerit cum anno 1329. *Sede Strigonienſi vacante* diplomata exhibeant. *Joannes* Albenſis Eccl. Præpoſ. & Archidiaconus Kukullienſis anno 1317. fuit adhuc Aulæ Vice Cancellarius.

VI. Ladislaus V. dictus Poſthumus, Feſto S. Ægidii Abb. & Confeſſ. Anno 1457. mandat Viennâ *Catharinæ* viduæ Ulrici Comitis olim Cilliæ, ut ipſa Caſtellum illud quod in Civitate Zagrabienſi exſtructum eſt, cum gubernatione ejusdem Civitatis, omnino diſtrahat & diſtrahi faciat. Serviunt hæc ad confirmanda illa quæ pag. 278. retulimus.

VII. Quamvis pag. 296. relatum ſit, Mathiam I. PP. Dominicanos ad S. Catharinam tranſtuliſſe, atque iterum inde amoviſſe, Patres nihilominus, ad vetus *S. Nicolài* Zagrabiæ monaſterium reddiviſſe, docent Vladislai Regis de Anno 1493. litteræ, quibus committit protectionem Monaſterii Ordinis Prædicatorum in Eccleſia B. Nicolai Confeſſoris *Zagrabiæ*, Epiſcopo Zagrabienſi Oſvaldo, ejusque ſuffraganeo Eppo Boſnenſi Georgio; nec non Banis Regnorum Dalmatiæ Croatiæ Sclavoniæ, ac Ladislao de Egervara Mgro Tavernicorum, & Andreæ & Caſparo filiis Joannis Henningh de Somzedvara, ratione poſſeſſionis Szlavetich ac ejusdem appertinentiarum contra Nobiles Georgium, Petrum, Paulum, ac Jaeobum Orſich, dictos de Lovipha. Itaque mortuo primum Ludovico II. dum ab Hiſpanis Zagrabia, adverſus Simonem I. Eppum Zagrabienſem, oppugnabatur, ex Civitate Regia, deſiiſſe Dominicanos arguimus.

Ad Auctarium Schitarovienſe ex obtentis recenter numis addenda.

I. Numos illos, in quibus parte ex una; *urbs Roma*: ex altera vero duæ ſtellæ dein Lupa, duos parvulos lactans, cuſos quoque fuiſſe *Siſciæ*. Diſtinctè enim atque nitide in uno horum legitur poſt lineam *ASISC.*

II. Exhibet etiam clarè alter *Imp. CÆS. VESP. F. Domitianus Aug.* ut concludamus *Domitianum*, nomen quoque patris expreſſiſſe, nempe Veſpaſiani Flavii.

III. Parte adverſa nitida inſcriptio: *SEVERUS PIUS AVG. BRIT.* caput barbati ſenis; parte vero averſa: PARTH. ADIAB. IMP. *XIX.* Cos III. P. P. infra Lineam: S. C. Roberat numiſma, quæ retulimus pag. 13. *Parthicum* videlicet fuiſſe vocatum, Item *Adiabenum.* Illud porro *Britanicus*, confirmat *Claudium Albinum* Britaniæ Præſidem æmulumque Severi, fuiſſe ſublatum.

IV. *C. A. L. MAXIMINNUS AVG.* parte ex altera *Genio Imperatoris.* Item unus *Valentiniani*, alter *Gratiani*, quorum utroque parte ex averſa: *Securitas Reipublicæ.*

Reliqui aut diſtinctè Legi nequeunt; aut pares ſunt, relatis ſuperius.

FINIS.

Digitized by Google

Supplementum de Generalatu Varasdinenſi dicto.

Prioribus impreſſis Inclytus Regius *Generalatus Varasdinenſis*, memorabiliora ſui actualis territorii, & jurisdictionis, ad me mittere dignatus eſt. Cui pro favore tanto (actis demiſsè gratiis) ego, plurimique Lectorum, obligati manemus. Submiſſa, verbis iis, ut perſcripta ſunt, communicamus. *Notas* quaſdam ſuis locis addendo.

De Veſtigiis quarundam antiquitatum.

I. Prætermittendum non eſt, diſtrictum hunc moderni Generalatus, excultiſſimam olim fuiſſe Provinciam: id enim tot Eccleſiarum, Arcium, & ſpendidiorum ædificiorum, præſertim ad fluvium *Illova*, relicta rudera (*a*) in dubium revocare non ſinunt. Namque à *Dravo* incipiendo in *Sztrug* palude, arcis & mœniorum non exiguæ viſuntur reliquiæ. In *pago Kloſter* nominato, ex magnis monaſterii cujusdam (*b*) ruderibus, in eodem loco Parochialis domus murata erecta eſt; templum autem Parochiale ad formam antiquam extructum, tecto tantum & ornatu opus habuit. Hunc in modum plurima, ad mediæ horæ ſpatium ab invicem vix diſtantia, rudera, ad Illovam continuantur: intra quæ *arx Dianovecz*, in una inſula, nomen retinuit, ampliſſimam autem fuiſſe hanc arcem, reliquiæ exhibent (*c*) Inde ad *mali & veliki Zdenczi* (hoc eſt minores majoresque fontes) plurium Eccleſiarum extant fundamenta. (*d*) Celeberrimum munimentum ex quadrato lapide, illudque multum elevatum eſt in GARICH; (*e*) hinc in diſtantia vix mediæ horæ antiquum Paulinorum monaſterium, proximum Dominio Erdödiano Kutinenſi. In Oppido Chasmenſi, plura quoque memoratu digna occurrunt: Imprimis rudera ejusdem Capituli. (*f*) deinde in monte ad meridiem, qui uno quadrante diſtat, monaſterii ut quidam volunt Capucinorum. (*g*) inde ad orientem in alio monte antiquæ Parochialis Eccleſiæ *S. Joannis Baptiſtæ* (*h*) frontiſpicium. Sub Capitulari Eccleſia monaſterii Monialium turris (*i*) & pars magna muri, quæ partim injuria ventorum, partim per modernum D. Canonicum & Parochum Chasmenſem (*k*) annis proximè elapſis, ne forte ruendo transeuntem opprimant, ſolo æquata, & modernæ Parochialis Eccleſiæ neceſſitati ſunt adaptata. Videbantur quoque penes Monialium ædificium Xenodochii rudera (*l*) ubi ex quadrato Saxo in ſuperficie terræ fons, ſequenti cum inſcriptione: *Puteus Hoſpitalis Sancti Spiritus*, viſebatur. Arx denique Epiſcopalis, dum quarterium Capitanei extrueretur, detecta eſt, formæ, ut rudera exhibent, quatuor turrium, *vulgò rundellæ*, in 4. angulis ſitis, conſtans; foſſa quoque aqua proviſa ibi reperitur; fons item lapideus, & adhuc hodierno uſui inſerviens in 17. paluſtris profundus. Inde in diſtantia mediæ horæ Præpoſiti Chaſmenſis in Peninſula, ubi fluvii Glogovnicza & Chaſma confluunt (*m*) reſidentiæ, & trans Glogovniczam in monte, arcis ſupra pagum *Boſzilievo* (*n*) rudera reperiuntur. Hinc in diſtantia unius horæ, *Marcſa* (*o*) olim equitum S. Sepulchri. (*p*)

Reperiuntur adhuc paſſim in *Topolovecz, Roviſche*, & ad fluvium Chaſma, plurium ædificiorum & arcium ſigna, quæ ſucceſſu temporis partim a fundamentis ad ædificandas Eccleſias applicata ſunt; partim terra obruta inveniuntur; uti Eccleſiæ antiquæ in *Bellovar* (q) ubi hodie Catholici ſepulturam habent. *Jagnedovecz* antiquum Küvar, quod a Caſtello Capronczæ diſtinctum eſſe Ferdinandi I. diploma Anno 1556. evincit, quo: *Claves portarum prædicti oppidi, tu adimi feciſſes, & per Caſtellanum in Caſtello conſervari* (*r*) atqui claves in Caſtello Küvar, una hora a Caproncza diſtante, propter ſæpius hic aperiendas & concludendas portas nequaquam poterant conſervari. Caſtellum porrò Capronczæ fide antiquorum documentorum extitit, ubi hodie eſt armamentarium & monaſterium PP. Franciſcanorum; foſſa autem ejusdem, ubi hodierna Comendantis Reſidentia, forum atque ſtabula inveniuntur. (*s*) Extat etiamnum in *Parochia Capellenſi*, Eccleſia Paulinorum, quæ ante 24. circiter annos per Vaivodam *Kovachevich* Raſcianum (*t*) tecto proviſa fuit; & unum *Calugyerum.* (*u*) erigendi ſucceſſivè monaſterii gratia illic collocavit. Verum facta per Parochum & Paulinos ſub *Comite Generali Maquire* proteſtatione anno 1749. relicta eſt, in ſtatu quo fuerat, & hodie etiam in Bſs. Virginis Feſtis a *Szredicenſi Popa* (*v*) Sacrificium ibidem celebratur. Hodiedum adhuc *Palin Kloſter* (*x*) aut potius *Paulin* nominatur. Hujus & ad Kutinam exiſtentium ruderum litteralia documenta in Lepoglavienſi monaſterio reperiuntur. (*y*) Antiquiſſima eſt etiam *arx S. Georgii*, ſiquidem in ea lapis reperitur, in quo magnis litteris inciſa hæc legitur inſcriptio: *Arma Sigiſmundi Epiſcopi Quinque-Eccleſienſ. Año Dni 1488.* Quod qualiter? niſi fors Epiſcopatus ille, amplius tum fuiſſet protenſus. (*z*) Omiſſis hic aliis quam plurimis bene olim excultæ Provinciæ ſignis, (*aa*) de erectione moderni Generalatus, uſque ad hodierna tempora, quibus vivimus, dicendum breviter.

000000 (*a*)

Digitized by Google

(*a*) Veritatem narrationis demonſtrat liber Cathedr. Eccl. Zagrab. in quo Eccleſiæ Diœceſis Anno 1334. Item 1501. conſcriptæ ſunt, ubi in Archidiaconatibus *Camarcenſi* & *Chaſmenſi*, tot ſunt Eccleſiæ, quæ hodie non ſuperſunt, uti *S. Petri circa portum Dravæ*; *B.V. de Sztruga*: *B. Margarethæ de Sabaria*: *S. Martini de Prodanicz*: *S. Joannis de Suſicha*: *Omnium Sanctorum de Grabovnok*: *S. Pauli de Descha. B.V. de Moſina*: *S.Petri de Palichna. De Soboch. B.V.M. de Cheſuricza &c. &c.* De Arcibus autem & ædificiis, tot perhibent publica privatorumque inſtrumenta.

(*b*) Quia *Kloſter* nobis eſſet monaſterium, putant quidam locum hunc olim fuiſſe Paulinorum; hoc attamen nec ex illorum Annalibus deducitur. Locus iſte, ſi olim Templariorum non fuiſſet, quod hodiedum iſthic nuncupent *Cherlena Kliſſa* locum vicinum, credibilius fuerit, Ordinis Ciſtercienſium de Kolban aut Koblan, fundatum anno 1174. ut credit notatque Levakovich; aut Abbatia de *Chyak*, de qua in Hiſt. Eccl. Zagr. pag. 210. Res tamen etiamnum incerta eſt.

(*c*) Puto loco huic, a modernis incolis, nomen *Dianovecz* attributum. In Carthis Veterum, ſub Mathia, Vladislao, Ludovico II. nullam comperio arcis aut Caſtri *Dianovecz* memoriam; verum *Desnycze*, legendo ſub Mathia *Capitaneus de Desnycze*, Item *Decse* &c. ſucceſſivè tamen, *Zakmardi* cum prædicto de *Diankovecz* leguntur. Eſt mentio Parochiæ *Darnovcz*, in Regeſtro añi 1501. ubi etiam notatur Præbendar. *Benedictus pauper*.

(*d*) Sub appellatione *Zdenczi*, complura loca, pagive ſunt hodie etiam. Credo litteras *Ladislai de Egervara* Sclavoniæ Bani, Anno 1490. Criſii Die Dominico proximo poſt Feſtum Circumciſionis expeditas, de exolvendis Eppo Zagr. Osvaldo Decimis, de *Zdenczi* hoc, Comitatus tum Criſienſis, loqui.

(*e*) *Garich* celebre fuiſſe olim extra dubium eſt, docent iſtud ſuperius ſuis locis dicta; uti & in opere Hiſtor. Eccl. Zagr. Teſte Montanæo Eccl. Zagr. Erant in loco: *Eccl. B. V. Parochialis de Garich*, *Item S. Andreæ*, *Capella B. V. Archidiaconatus Chaſmenſis*. Fuit quoque Monaſterium PP. Eremitarum ſeu Paulinorum, de quo Raphael Levakovich ſcribit: *Vicarius de Garich, ſub quo Prior de S. Benedicto in Sclavonia, fundatus anno 1300. a Comite Salamone. Reſtauratur per Familiam Banſiorum de Alſo-Lindva.* Annales autem Paulinorum habent: *Eodem anno* (videlicet 1363.) *extructum eſt monaſterium de Garich, ſumptibus Magiſtri Tiburtii, cui poſſeſſionem ſuam Stypua nuncupatam & in Greſenche poſitam - - larga manu contulit. Ad cujus rei fidele teſtimonium Capitulum Eccleſiæ Chaſmenſis, ejus fundationis & donationis publicum edidit inſtrumentum.* Vide etiam Hiſt. Eccl. Zagr. pag. 166.

(*f*) De Capitulo Collegiato Chaſmenſi, meminimus p. 411. Item in Hiſt.Ec.Zag.p.81.& alibi.

(*g*) Hoc apertus error eſt, nam Inſtitutum Capucinorum poſterius eſt, Chaſmæ ruina. At monaſterium illud fuerit *Dominicanorum*, quos Chaſmæ ad S. Mariam Magdalenam fuiſſe, tot monumenta evincunt, Scriptores item. Vide Hiſt. Eccl. Zagr. pag. 166. teſtamentum Joannis IV. Epiſcopi.

(*h*) Eccleſia S. Joannis Baptiſtæ non erat Parochialis, ita enim memoratus Liber Eccl. Zagr. Anni 1334. *Archidiaconatus Chaſmenſis. Primò Eccl. B. V. de Chaſma. Item Eccl. S. Regis Stephani de eadem. Item B. Joannis Baptiſtæ. Item Omnium Sanctorum Parochialis. Item S. Georgii. Item S. Martini. Item B. Petri Apoſtoli de Dubnicza. Item Capella S. Franciſci de eadem. Item Capella S. Catharinæ de eadem. Item Eccleſia S. Nicolai Confeſſoris, & hæ, præter Eccleſias de Nova Chaſma.* In Regeſtro anni 1501. lego: *Bartholomæus Plebanus de Veteri Chaſma. Item Dnus Cantor Plebanus Omnium Sanctorum. Item Martinus Plebanus de Kaptolomcz.* In Regeſtro demum 1574. ob ruinam, & Chaſmæ vaſtitatem ac deſertum, nulla eſt Chaſmæ mentio. Porro cum Eccleſiæ in *Nova Chaſma* locatæ, a jurisdictione Archidiaconi fuiſſent exemptæ, in memoratis Parochiarum Regeſtris expræſſæ non ſunt. At conſtat ex monumentis indubiis, *in Nova Chaſma* fuiſſe *Collegiatam S. Spiritus*, quæ ſuos habuit Præbendarios, Altariſtas &c. Vide Hiſt. Eccl. Zagr. pag. 81. ubi Eccl. *S. Joannis Baptiſtæ* Capella ponitur. Item Parochiam de Nova Chaſma, Capitulo fuiſſe applicatam; hinc ab Archidiaconi jurisdictione exemptam, quæ ideo anno 1501. *de Kaptolomcz* exprimitur. De Præbendariis vide ibidem pag. 149. &c.

(*i*) Moniales iſthic fuiſſe, docent monumenta. Probabilius *Dominicanæ* erant. Hæ an translatæ fuerint Zagrabiam, Chaſma deſtructa? collocatæque ubi nunc ſunt PP. Capucini, fundatè necdum erui.

(*k*) Georgium videlicet Dolovich.

(*l*) Xenodochii ſeu Hoſpitalis Chaſmenſis memoria eſt, pag. 166. Hiſt. Eccl. Zagr. Item p. 156. ubi confirmatum fuiſſe a Concilio Conſtantienſi, dictumque *BB. Coſmæ & Damiani*, refertur. &c. pietate *Eberhardi* E. Z. credibilius adauctum.

(*m*)

Digitized by Google

(*m*) Arx hæc, fuit potior reſidentia Epiſcoporum Zagrabienſium, ut eorum expeditiones, ſubſcriptionesque teſtantur. Ultimus eam inhabitavit *Simon Erdödius*, in ea anno 1543. mortuus. Ruinata deinde a Turcis eſt. Præpoſitura Chaſmenſis, *a Stephano II.* Epiſc. Zag. occaſione reſtaurati per eum Capituli, diſtinctim ut alibi retulimus fundata fuerat, dictusque ſæpe Præpoſitus *de Byenico*, a bonis ſuæ fundationis. An autem, ut nunc putatur, in Peninſula illa atque in *Boſziljevo*, ſint *Præpoſituræ* rudera? vel *Ducum Sclavoniæ* veteris reſidentiæ, conſtituere nequeo. Mihi probabilius eſt, Ducalis reſidentiæ rudera eſſe; tum quod *Chaſmenſis Præpoſitus* fuerit ex Capituli Zagrabienſis Canonicis, tum ob dicenda ſub p. inferius.

(*n*) Sub appellatione *Boſziljevo* plura loca ſunt. Vide dicta ſuperius pag. 88.

(*o*) *Marcſam* ab antiquo compellari, deducitur ex relatis a pag. 77. Fuiſſe iſthic Eccl. S. Michaelis, plura docent monumenta. Olim, certaque ætate pertinuiſſe illam, ad Equites *S. Sepulchri,* Vinkovich & Levakovich ſcribunt, pertinuiſſeque ad viſitationem Præpoſiti de *Glogoncza*, qui anno 1332. reperitur ſub Titulo: *Fr. Nicolaus Præpoſitus de Glogoncza, Generalis Viſitator per Hungariam & Sclavoniam.* Reſidua de *Marcſa* vide a pag. 431.

(*p*) Viſum mihi eſt, quædam de *Chaſma* prioribus addere, eruditorum Virorum gratia; cauſa item illorum, qui veritatem ſupprimendam eſſe gariunt. Cum ſint, qui Capituli Chaſmenſis antiquitatem, vel memorandam non fuiſſe prætendant, cauſa Panegyris Cathedralis Capituli; vel ex cognitionis defectu, cui Eppo ſubjectum extiterit ante S. Ladislaum, fundatumque Zagrabienſ. Epiſcopatum? arguant, fabuloſam eſſe illius antiquitatem; verum a Stephano II. fundatum haberi. Hinc, *Veteris Novæque Chaſmæ* appellationem, rejiciendam eſſe, ut novitium cogitatum. At ſi ſtant veterum diplomata; ſi item ex his concludi poteſt certius de veritate circumſtantiarum præteritorum temporum; quàm ex privatorum ignorantia, qualicumque demum larvata dignitate vel officio, firmiora ſunt, quæ de *Chaſma*, hujusque Capituli antiquitate ſcripſimus, quibusvis infundatis argutiis. Enimvero Leopoldus Rex in expeditis authenticatisque a ſe inſtrumentis Quinque-Eccleſienſibus, *Timothæum & Laurentium* Chaſmenſium Capellanorum Regiorum, ad officium reambulationis, & reſpective ſtatutionis, adjudicatorum limitum, adeoque Canonicorum, quorum, ut Capitularium, ſimilia, officii erant, a S. Rege Ladiſlao, pro Epiſcopo Quinque-Eccleſienſi, contra *Deſiderium* tum Colocenſem Epiſcopum, meminit. Quæ S. Regis ſententia, cum anno 1093. in Privilegium redacta ſit, per *Timotheum* memoratum, conſequi neceſſum eſt: Chaſmenſe Capitulum antiquum eſſe, atque vel a S. Ladiſlao fundatum, vel ab eodem repertum, dum partes Sclavonicas Sacræ Coronæ reſtituit, Regno Croatiæ adjecto. Sententiam hanc S. Ladiſlai, tranſumit Andreas II. anno 1190. Emericus Rex per manus Deſiderii Aulæ Regiæ Cancellarii & Scibinienſis Præpoſiti anno 1201; inſertis Prælatorum Baronumque nominibus, in redactis, quibusvis tenutis Eccleſiæ Zagrabienſis ad Privilegium, taliumque relatis limitibus, habet: *Item terræ Cheſma, donationis videlicet Glorioſi Ladislai Regis, prima meta eſt pons Regis Colomani, ſecus quem nomen Epiſcopi Prodani arboribus inſcribitur. Hinc via dicti Regis dirigitur ſuper magnum montem ad puteum ejusdem. A quo ad Roſuc, hinc ad montem Sithna, hinc ad fluvium Doboncz, deinde ad Belablata, hinc ad fluvium Pritiſta, qui influit fluvium Cheſma. Populus vero in terra Cheſma conſtitutus adinſtar Dombrogenſium, immo omnium Zagrabienſi Eccleſiæ attinentium, in marturinarum collecta, annonæ penſione, hoſpitii debito, immo univerſaliter in judiciis, non Bano, vel cuiquam alteri, ſed ſoli Epiſcopo reſpondeat. Item villæ Zelinæ &c.* Præmiſſa, ſuis confirmatoriis Privilegiis, tot ſubſequentes Reges inſeruêre, agnoverê, teſtanturque. Itaque dum S. Rex Ladiſlaus Chaſmam donavit Zagrabienſi Eccleſiæ; dum ſub eo Canonici fuêre Chaſmenſes, Capitulum hoc ſua antiquitate orbari nequit. Si qui ſunt, qui apprehenſiones ſuas (tantæ fidei, ſive ea radicetur in authoritate Regum, ſive in fide diplomatum) præferendas adorandasque prætendunt, ego talibus cedo, neque iis ſcribo, nec cum iisdem contendere volo, remaneant pace mea in ſuis apprehenſionibus. Mihi potior eſt Regum diplomatumque authoritas; illi, quod lubet arguant. At ſi Chaſmenſe Capitulum tam vetus eſt? cui ſuberat Epiſcopo? Dico: ſi ignotum eſt, antiquitati Capituli nîl obeſt, quemadmodum nec Veteri Egyptiorum Regno, quod initia ejus ignorentur. Potuit exemptum eſſe, a cujusvis Epiſcopi jurisdictione, ut tot Abbatiæ immunes olim fuêre. Potuit ſubeſſe Quinque-Eccleſienſi Epiſcopo, antequam S. Ladislaus Zagrabienſem conſtituiſſet Eccleſiam, id enim ſuadent, primi Eccleſiæ Quinque-Eccleſienſis limites. Verum Zagrabienſi Epiſcopatu erecto, & *Chaſmæ*, novo Epiſcopo facta donatione, Capitulum illud, Regia poteſtate ſubjectum Zagrabien-

grabienſi Eppo effectum eſt. Potuit demum Fidei Orthodoxæ per Chaſmenſes conſervari memoria, ex deſcriptis a pag. 76. præcipue dum S. Ladislaus ad plebis ignorantiam depellendam, Nobilium conſilio, Epiſcopatum fundâſſet Zagrabienſem, ut a pag. 9. Hiſt. Eccl. Zagr. Nec veritatis deductione, ingratus ſum Cathedrali Zagr. Capitulo; aut ejus invideo Panegyribus; ſecus ingratus quoque eſſet in Romanam Sedem, qui ſcriberet Hieroſolimitanam, antiquiorem eſſe; Hieroſolimisque Chriſtum, inſtituiſſe Apoſtolos, Divino repleviſſe Spiritu, &c. Neque ideo deſunt, ſua Cathedrali Capitulo encomia; Si Eccleſiæ aliæ antiquiores, præextitiſſe dicantur.

Novæ Veterisque Chaſmæ mentionem ab anno 1232. inſtrumenta teſtantur. Vide pag. 81. Regeſtra item Parochiarum Diœceſeos, ut ſupra retulimus *præter Eccleſias de Nova Chaſma.* Cauſa erigendæ Novæ Chaſmæ, Stephano II. Epiſcopo, præter Capitularium cum Præpoſito lites, fuit Belæ IV. voluntas, qui ibidem Colomani Ducis habere voluit Reſidentiam. Poſtquam enim Andreas II. Bona Ducalia in Abbatiam *de Toplica* applicuiſſet: Poſtquam de Caſtri Zagrabienſis terris anno 1221. (ut pag. 46. Hiſtor. Eccl. Zagr.) quædam Zagrabienſi Eccl. contuliſſet, amplo territorio Ducali ad Chasmam remanente, iſthic Ducalis Reſidentia pro Colomano facta eſt, fuitque illa, quam hodie putant Præpoſiti olim fuiſſe, in Peninſula nempe, ubi fluvii Glogovnicza & Chaſma confluunt, ac in monte ſupra pagum Boſziljevo. Ducales terras iſthic fuiſſe, docet Emerici Regis memoratum Diploma anni 1201. ubi *Item prima meta in Dombro ad rivum Glogovnicza, juxta pontem Prodani Epiſcopi verſus occidentem, dividens terram Belæ Ducis. Hinc tendit verſus meridiem ad aquam nominatam Chernez, quæ dividit terram Joannis, ubi tranſitur rivus, qui vocatur Kaunichnicza* - - - hic terra Ducis expreſſa, & infra *Subulcorum Regis*, ſatis priora roborat. Sepultura dein Ducis Colomani a Thoma Archidiacono relata Chaſmæ, iſthic fuiſſe Ducis reſidentiam probant. Stephanus itaque Epiſcopus ob ceſſa facile quædam Duci, Ducalique reſidentiæ, Novam Chasmam conſtituit. Capitulum ad eam transtulit. Præpoſitum ex Zagrabienſibus Canonicis eſſe voluit, & alia pag. 81. Hiſt. Eccl. Zagr. relata.

(*q*) *Bellovar*, Stabalium hodie Sedes, hujus Generalatus.

(*r*) *Jagnedovecz* a Caſtro *Küvar* olim fuiſſe diſtinctum, plurima evincunt inſtrumenta. *Joannes Lector Canonicus & Locumtenens Chaſmenſis* in lata ſententia Chaſmæ die Jovis, 17. Menſis Martii Anno 1485. habet: *Noveritis quod dudum Andreas Modina de Jagdenovcz - Nicolaus de Kaproncza - - Nicolaus de ſub Küvar* - - - Cætera item plurima, Jagnedovecz a Küvar diſtinguunt. Vide ſupra p. 445.

(*s*) De *Caproncza* ſuis locis dicta ſunt ſuperius.

(*t*) *Raſciani* nomine, hìc accipiuntur, qui a Romana Eccleſia diſſentiunt.

(*u*) *Caljugyerum* vocamus Monachum Romanæ Eccleſiæ non unitum.

(*v*) *Popa*, Sacerdotem Schismaticum exprimit.

(*x*) Monaſterium hoc Paulinorum olim, vel fuit de Dobrokuthja; vel de S. Benedicto, dependens a Vicario condam in Garich.

(*y*) Sigiſmundus Eppus Quinque-Eccleſienſis erat ex Familia Ernuſzt, alias Hampo etiam vocata. Tenuit ex Diviſione, jure Familiæ Giurgyevecz, ſive S. Georgium. Diffuſius in *MSS. Notitiis Quinque-Eccleſienſibus*, de eodem.

(*z*) Andreas II. limites poſuit intra Epiſcopatus Quinque Eccl. Veſprimienſem, & Zagrabienſem. *S. Georgium* tempore Sigiſmundi Epiſc. Quinque-Eccl. ſive ab anno 1472. ad 1504; fuiſſe Diœceſis Zagrabienſis, docet Vladislai Regis de Dato Budæ in Feſto B. Michaelis Archang. Anno 1490. Regnorum Hung. & Coronationis I. Bohemiæ vero 20. de ſolvendis Epiſc. Zagr. Oſvaldo decimis, confirmatio, ubi *Regnicolæ omnes, qui habent & haberent Vineas in territorio & bonis Dni Epiſcopi Quinque-Eccleſienſis; & Johannis fratris ejusdem, in dictis duobus Comitatibus, teneantur compellere ad ſolvendum decimas Dno Epiſcopo Zagrabienſi.*

(*aa*) Plurima ſana omiſſa eſſe, quæ olim fuère in actuali hujus Inclyti Generalatus territorio & juriſdictione, Carthæ evincunt Veteres. Aliquorum ſuperius meminimus.

De Generalatus moderni erectione.

II. Quantum ex remanentibus litterariis documentis eruitur (ſiquidem pars major horum, Capronczæ per ignem periviſſet) initium ille ſumpſit, ſub Regimine partim Ferdinandi I. (*a*) partim vero Rudolphi, intra Capronczam & Caſtellum S. Georgii vulgo Giurgyevecz, expulſis per Turcam Szigetanis, Babochianis, & Visvarianis Hungariæ Confiniariis. (*b*) Succeſſu vero temporis, aucti ſunt incolæ, ex multis in montibus Confiniariis; Siquidem ut

ex

ex donatione anni 1599. ſupra *Breziuecz* ad Czirqueno eruitur, annis ferè ſexaginta antehunc, Provincia hæc, Turcarum barbarie depopulata, deſertum quodam, ſilvis undique denſiſſimis excretis, perſiſtit. His elapſis 40. circiter familiæ Raſcianæ, per Comitem Generalem Herberſtein (*c*) ex Boſnia & Servia, Ducatus Stiriæ (*d*) expenſis evocatæ ſunt, qui conjunctis viribus exiſtentibus (*e*) jam Confiniariis, Turcam per Silvarum latebras ſecurius vagantem, ſucceſſivè repreſſerant, atque ſuccíſione Sylvarum vulgo *Ferhack*, verſus Verོczam, Montem Claudium, præprimis hic ad Bellovar uſque fluvium Chasma exiſtentem, deinde conjungendo ita, ut per *Illovam*, inde per montes Garich, ad Muſtaffinam Kladam, Compather, Vidernjak, & Okolje, poſt hæc erectos, pagos Erdödianos, tranſiens per paludem *Roviſche* in fluvium Chaſma, penes ſtans etiamnum Vigiliarum profugium (*vulgo Cherdack Nadraſicza*) produxerint, (*f*) ſeque in excolendis terris, extirpandis ſilvis & domibus ædificandis, hoc ſtrato ſecuriores aliquantum reddiderunt, quibus permotus Ferdinandus II Rex, eos privilegiis munivit libertateque donavit, ſub obligatione militaris ſervitii, anno 1630. (*g*)

III. Diviſum prius erat hoc Confinium in quatuor Commendantum circulos, Capronczenſem nempe, (*h*) Criſienſem, Ivanichenſem, & S. Georgii, ſeu Giurgyevecz. (*i*) Horum potior Criſienſis, minor S. Georgii erat: (*k*) Hi autem in 14. Voivodatus diviſi erant, quibus tamen Fortalitiorum ſecuritas nunquam fuerat confiſa; ſed Stiriæ Ducatus, duas Compagnias Germanicæ pedeſtris militiæ in præſidiis; Varasdini autem pro Generali Commendante (*l*) unam equeſtrem intertenuerat. Fueruntque ſub horum cuſtodia tamdiu, donec Sereniſſimi Principis de Hildpurgshauſen reformatio (*m*) prodiiſſet. Poſt hanc Vigiliæ Fortalitiorum ex Confiniariis conſtitutæ ſunt, qui deinde (*n*) tam in veſtitu, quam in exercitio militari Hungaricis Regiminibus æquales, per defunctum pedeſtris militiæ Generalem Comitem de *Maquire*, caſſatis 4. Confiniorum terminis, in duo tantum reducti ſunt Regmina.

Poſt hunc, per Capitaneum Lubojevich, Vukovich, Laidinantios Kneſzovich & Martinovich ut Primarios, & reliquos ſibi adhærentes, barbara plurium Officialium cæde, rebellio eſt excitata, (*o*) quorum 101. partim perpetuis, partim temporaneis carceribus ſunt mancipati. Unus ſupra viginti rotæ & carnificis enſi ſubjecti; hæcque executio *Caniſæ* propter ſecuritatem eſt peracta. Atque ſic medio Excellentiſſimi Dni Mareschalli Comitis a Neiperg, finem ſuum ſortita fuit, Inſtitutusque erat Commendans Baro a *Beeck*, eo tum Colonellus, deinde Vigiliarum Præfectus Generalis, & finito bello Boruſſico peditatus Generalis. Hic Generalatum hunc reformare cepit & excolere, Provinciam cultiſſimam formaturus; ita ut ſub eo, & poſt ejus mortem, indefeſſo moderni Baronis a *Kleefeld* tenentis Mareschalli ſtudio, viis per totum Confinium ad 18. pedum latitudinem noviter factis, implantatis in earum amœnitatem undique fructiferis arboribus, extructis *Bellovarini* ſplendidioribus ædificiis (ubi Stabalis Regiminum Sedes eſt) exutis barbariei, latrociniique conſuetudinibus, pulchræ Provinciæ formam, induerit.

(*a*) Nomine Confiniorum Sclavoniæ venit antea. Demonſtrant iſtud recenſita ſuperius. Ferdinando I. ceſſa fuiſſe hæc confinia, conſtat a pag. 365. Initio translatus Ormosdino, circumjacentibusque iſthic oris, viguit ſub nomine Capitaneatus Capronczenſis, ut Mandata Ferdinandi, Mathiæ, a pag. 366. deſcripta docerent. Tandem ſub Rudolpho, poſt occupatum anno 1596. Varasdinum, nomine Generalatus Varasdinenſis venit, ut videlicet per nomenclaturam a Varasdino, Sclavonica Civitate, credatur magis, Confinia a Regno non avelli; quinimo eo magis firmari, dum poſita per Mathiam I. olim ad Stiriam Confinia, illorumque territoria confiniorum, penes Ducatum Stiriæ remanſerunt.

(*b*) An memorata loca in Hungaria conſiderata fuerint ut *Confinium*; aut vero pro Præſidiis habita ſint? examinent alii. De deſolatione per Turcas cauſata, Regionum harum, vide Iſthvanffium, & Hiſt. Eccl. Zagr. a pag. 217.

(*c*) Anno 1597. Vide pag. 308. Hiſt. Eccl. Zagrab. Factum autem hoc eſt, ab exemplo Croatiæ, ad quam inductos fuiſſe Raſcianos epiſtolæ a pag. 342. teſtantur.

(*d*) Expenſæ, ſi quæ fuêre, fuerint data ſors in adventu ſubſidia his advenis; haud autem a Turcis empti fuerint.

(*e*) *Conjunctis viribus* vicinorum Caſtrenſium, ſive Præſidiorum populi, item teſte Hiſtoria Iſthvanffii aliorumque; Regnicolarum. Neque enim 40. illi hoſpites, tam inimico depellendo, quam tantis extirpaturis peragendis, ſufficiebant. Præcipue vero Turcis repellendis, Regius ſervivit exercitus. Neque legimus, vel unicum Præſidium, minus autem Provinciam quampiam, per Raſcianos, poteſtati Regiæ fuiſſe aſſertam aquiſitamque.

(*f*) *Cherdak* illud ligneum quod eſt ad Chaſmam, quibusvis deſtitutum foſſis & vallis, perfugium vix fuerit, at in Okolje credibilius, ob foſſata pag. 454. memorata. Quare *Cherdak*

PPPPPP illud,

Digitized by Google

illud, *Nadraſicza* dictum (cujus nulla apud Iſthvan. mentio, ſed nec alicujus ibi vellicationis) credibilius erectum fuit, cauſa impediendorum latrociniorum, quæ ex illis oris, ante impopulatum Montem Claudium, fuére continua, ut res hæc memoriam nunc viventium non ſuperet, relatumque mihi eſt anno 1754. ab ipſo Raſciano populo, cum nefandis circumſtantiis illorum latrociniorum.

(g) Brevis perquam eſt relatio, de hujus Inclyti Generalatus extenſione. Hinc ſupplenda venit, tam ex legum articulis; quam & Hiſt. Eccl. Zagr. a pag. 60. atque aliis.

(h) Capronceníem Capitaneatum, fuiſſe antiquiſſimum, deſcripta monumenta pag. 444. Item a 365. demonſtrant. Quin Capronczam Sedem fuiſſe Generalium, nemo ignorat. Primus enim Bellovarinum conceſſit Generalis Baro Kleefeld.

(i) Erat etiam *Petrinæ* trans Colapim ſpectans ad Generalatum hunc commando. Eſt iſtud in ſingulorum notitia, dum primum anno 1753. Confiniis dictis Banalibus, eſt reſignata. Inſuper ex Leopoldi Decreto pag. 477. conſtaret.

(k) Poſt regulationem videlicet a Sereniſſ. Principe ab Hildburgshauſen factam. vide p. 443.

(l) Intellige ad tempus incolatus Varasdini Generalium, quibuscum tranſierat dein Capronczam

(m) Anno 1734.

(n) Sub feliciter Regnante MARIA THERESIA, quæ poſt gubernationis Confiniorum, Anno 1749. factam a memorato Principe reſignationem, Excelſo Conſilio ſuo Regio Aulico Bellico, illa ſubordinavit.

(o) Anno videlicet 1755. Cædes Officialium accidit 23. Januarii, alii ultro citroque diſperſi, ſemet ſalvârunt. Inter occiſos meus quoque Frater Joſephus Kercſelich ſub Centúrio numeratur.

De Religionis Antiquæ & modernæ Statu.

IV. Fuit hæc Provincia olim plurimis Græci Ritus hominibus non Schiſmaticis ſed Orthodoxis permixta; (a) Omnia enim documenta, quæ inveniuntur, demonſtrant (b) uſque ad adventum Metropolitæ illorum, intra 1690. uſque 1700. circiter annum, nullam vel memoriam Schismaticorum in hoc Confinio extitiſſe: Teſtatur id fundatio per Zagrabienſem Epiſcopum, pro Epiſcopo unito facta in Marcſa, cuidam Patri Danieli (c) ex Boſnia cum primis familiis huc advenienti, idque tot Decreta Regia, quibus dein ſemen diſſenſionis ſeminanti Metropolitæ, jurisdictio omnis adempta eſt in hocce Generalatu, manifeſtè oſtendunt. (d) Ex quibus etiam eruitur, quod populus ille a Metropolita adductus, ad Illovam (e) pluribus pagis in Silvis eo tum exiſtentibus, a Commendantibus parato ære comparatis (f) uti eorum adhuc emptitiæ teſtantur litteræ, anno 1717. poſtquam errores Schismatis diſſeminati fuiſſent, diuturnam rebellionem ductu quorundam potentiorum incœperit, hácve continuata uſque 1735. eò induſtria ipſorum rebellando pervenerat, ut Epiſcopum proprium, qui in Lipovina Decreto Regio inſtitutus fuerat, Philippovich illum perverſum hominem, qui Marchenſem Orthodoxi Epiſcopi reſidentiam, per ſuos exmiſſos, uti acta teſtantur, comburi curaverat, ſint adepti. (g) Principalis tamen fautor harum rebellionum fuerat, ſenex ille Archimandrita, ante biennium defunctus, *Nicolaus Popovich*, qui etiamſi per triennium ex decreto propter rebellionis fomites exulare jubebatur, Græciumque poſthac in vinculis duci; id tamen executioni non eſt demandatum, mandataque Regia eluſa ſunt ope *Auditoris Generalis* Colneri, cui hac ſuper re inquirere commiſſum erat; qui propterea etiam infamia notatus, in perpetuis vinculis vitam finivit. Guardianus hic eo tum ex Lipovina, qui prius unito Epiſcopo Marchenſi quoque ſubjectus fuerat, & Monaſterium hoc, & totum populum ſuo ſchismati adhærere fecit, (h) qui hodiedum per 44. quidem Parochias, ſed exiguas illas, & paucorum horum; vix tertiam Catholicorum partem numerantes, in ſuis erroribus foventur. Catholici è contra de die in diem DEO favente ita augentur, ut majori ex parte, exceptis ad Illovam, & verſus Septemtrionem, montium incolis, vix pagus reperiatur, qui commixtus Catholicis non ſit; pluresque pagi ſunt, quos ante 30. annos meri Schismatici inhabitârunt, nunc autem vix aliquis in illis reperiatur, qui Catholicus non ſit. DEO favente, & zelo Cleri creſcente, ſpes etiam ulterior alit. (i) Catholicorum Parochiæ 29. ſunt (k) & trigeſima Bellovarini erigenda, ſi ita Cæſareæ-Regiæ Majeſtati, cui ſupplicatur, placuerit. Parochis, plures Coadjutores ſunt, a quibus illi ob multitudinem animarum in adminiſtrandis Sacramentis adjuvari debent. Eccleſiæ Parochiales una cum filialibus (quæ ſupra 50. numerantur) de die ad diem in meliorem & ornatiorem ſtatum ponuntur. (l)

(a) Legenda hic, quæ ſuperius a pag. 431. relata ſunt.

(b) Ob innanes quæſtiones inſinuatas p. 431. Item 434. poſtquam Simeon Vrattanya, ſuique Succeſſores uſque Paulum Zorchich, tam Romæ, quam & ab Archieppo Sophienſi conſecrarentur, ſtudioſiſſimi fuére Metropolitæ illi, extendendæ ſuæ jurisdictionis ad hæc Con-

finia,

Digitized by Google

finia, ut pag. 434. Leopoldi Regis nihilominus zelo, non ſolum firmare ſemet nequivêre; quinimmò nec moderni Metropolitæ jurisdictio ad Sclavoniam eſt ex Regis indulto. Vide, lege, combina, diploma Regium, pag. 436. & 437.

(c) Monumenta quævis, Simeonem Vrattanja exprimunt, niſi cum eodem Daniel quoque veniſſet, qui præfuiſſet Monaſteriis Marchenſi & Lepovinenſi.

(d) Credo innui Metropolitæ Sophienſis quæſitam jurisdictionem, gravi etiam illa ſub Leopoldo Gabrielis Minkich rebellione.

(e) Hic ſermo de Metropolita moderno Carlovicenſi, qui vigore Patentalium a pag. 434. relatarum, venit ad Regum noſtrorum cum populo, territoria.

(f) En modos extenſæ jurisdictionis, emptæ primo ſunt terræ, non a Regibus; ſed avaris Officialibus; dilatatoque populo, adverſus Regem rebellio adeo diuturna, ut deteſtandis modis, in Lepovina extorquerent Epiſcopum; Cui primum erat: Religioni bellum inducere, incendere, ſpoliare, occidere.

(g) Marchenſis Monaſterii, & Unitorum exciſio anno 1737. die 17. Junii evenit.

(h) Parochiæ hæ 44. perexiguæ ſunt, faciuntque harum numero, apparentiam ipſis Dicaſteriis. Et quia emerentur ab eorum Epiſcopis, utile eſt eas adaugeri.

(i) Præcipue poſtquam cognita veritate rerum, Apoſtolica Regina Noſtra, hujusque Excelſa Dicaſteria, Religionis cura, S. Regi Stephano, ſecundi non eſſent. Vide pag. 432.

(k) Parochiæ Catholicorum ſunt ampliſſimæ, relatæque p. 409. & 410.

(l) Eſt item Conventus *Franciſcanorum* in Præſidio Caproncza, *Piariſtarum*, Bellovarini, quibus juxta decretos limites, accedet Conventus Ivanichenſis. Cæterum Epiſcopatus ille Lepovinenſis, Caroli VI. pietate, poſtquam ſincerè fuiſſet informatus deſiit, ipſeque Simeon Philipovich, abire debuit, nec in eo remanſit. Neſcio qualiter? cujusve poteſtate? Epiſcopi Coſtanicenſis jurisdictio nunc eſt in Generalatu Varasdinenſi.

De Limitibus Generalatus.

V. Dicendum ultimo eſt de limitibus hujus Generalatus. Amplioribus hic olim circumſcribebatur; (a) Siquidem documenta adhuc extant, quæ perhibent in Gradecz (b) Szoboticza, Verocza, & Moſzlovina, Vaivodatus fuiſſe. *Gradecz* deinde traditum eſt Eppo Zagr. ante 1635. *Szoboticza* familiis reſtituta ſub Leopoldo; *Verocza* in inſtrumentis *Jugovo Polje* nominata, Cameræ ceſſit. (c) Moſzlovina initio Sæculi hujus, cum eam, ſuæ, non Majeſtatis utilitati, Generalis Caprara ſervire feciſſet, Familiæ reſtituta eſt Erdødianæ. (d) Poſt ducentorum autem annorum lapſum (enimvero anno 1578. Ducatus Stiriæ Generalatum hunc ad firmum pedem poſitum (e) ſuſtentandum & providendum (f) proprio ære ſuſceperat) orſis innumeris altercationibus, violentiis (g) & non paucis etiam perpetratis homicidiis, cum circumjacentibus Regni incolis, plures propterea laborioſæ mixtæ Commiſſiones (h) peractæ ſunt. Dexteritate tractandarum rerum, & notitia peritiſſimi; *Excllmi Dni, omnium Illyricorum Confiniorum moderni Inſpectoris*, Generalis Baronis a Siskovics, anno proxime elapſo (i) ſuperveniente Cæſareæ Regiæ Majeſtatis Decreto, in hunc tandem modum decreti conſtitutique ſunt hodierni limites Generalatus:

Ut intra Dominium Verôcenſe, ubi *Sztrug* in Dravum labitur, metales incipiant, continuando per montes *Bilo* uſque Illovam; per Illovam in cacumine montium *Garich* aut Garjevicza, ad pagum Erdødianum *Muſtaffina Klada*, inde poſitis metis ad *Compather*, ſub Vidernjak, Okolje, ad fluvium *Chaſma*, ad Vigilias *Nadraſicza*, ex parte meridionali Generalatus: Ex parte occidentali a præfato Cherdak ad triangulum diviſa ſylva Epiſcopali *Suticza*, per fluvium Chernecz, uſque Præſidium Ivanich; hinc per Chernecz, accepto alio fluvio nomine *Lonja*, uſque ad paludem *Pretoka*, ubi exundantes aquæ fluviorum *Lonja & Glogovnicza* ſe conjungunt. Inde per fluvium Glogovnicza uſque ad pagum Zagrabienſium Jeſuitarum Collegii, Glogovnicza vocatum. Ibi fluvium tranſeundo, per montes & valles directè ad fluvium *Kamensnicza*; per hunc uſque *Sztarchev Potok*, a quo deflectendo verſus Septemtrionem, per viam modernam Criſio ad thermas ducentem uſque in ſuperficiem montis *Kalnik*, ubi dominiorum Vbl. Capituli Zagrabienſis Toplica, & Comitis Joannis Patachich Szlajna, metales ſeſe attingunt. Inde involvendo ſub Generalatus jurisdictionem, Varasdinenſis Collegii Soc. JEſu pagum *Opatovecz*; hinc per montes & valles intra dominium *Ludbreg* & *Raſzina* uſque fluvium *Novi Globoki*. Relictis hic pagis tribus, *Capronczà* item Regia Civitate excluſa, ſub montibus Sancti Viti, deſcendendo verſus *Hlebine*, ad *Sztojanov melin*. Et intra jam poſitas metas includendo pagum *Petranecz*, ſub quo directè, ad unum intra *Bottovo*, & *Dernje* Dravi alveolum proceditur, per quem ad Dravum; trans Dravum terrenum *Repaſs* ad antiquum *Zdala* nominatum alveum Dravi (k) per quem ab oriente metales procedunt uſque ad viciniam S. Georgii. Et tandem per Dravum, uſque ad locum, in quo *Sztrug* ad Dravum labitur.

 (l) Pla-

Digitized by Google

(*l*) Plaga hæc in Diametro, octo horarum ſpatium complectens, tercentos & ultra quinquaginta pagos in ſe complectitur. Atque hæc leviter tantum attacta ſunt, plura enim referre & temporis anguſtiæ, & laborum continuorum prohibent difficultates. (*m*)

(*a*) Iſtud verum eſt, nam dum retroactis annis, Turcarum dominatus per Inferiorem extendebatur Sclavoniam, Comitatum item Simeghienſem &c. limitaneus erat iſte Generalatus. hinc etiam amplior. Turcis demum pulſis, erectóve Eſſechienſi Generalatu, Confiniis Banalibus extenſis, reſtrictior, ob Decretum Leopoldi effectus fuerat.

(*b*) In Regeſt. Parochiarum anno 1334. exprimitur *Goricza*, quia ſcriptum *S. Petri in Goricza.* Anno autem 1574. *Plebanus S. Petri in Gradecz.* Anno 1634. per Capronczenſem Vice-Capitaneum Fridericum a Merspergh, occupata violenter fuere: *Sztarigrad* ad Capronczam, *Mochilje*, *Trem*, *Gradecz*, *Sziruga*, *Brezanczi*, *Greda*, *Zgoriani &c.* ob quæ ſupplicatum fuit Ferdinando II. per Canonicum Joannem Somoghy.

(*c*) Poſt Leopoldi Decretum 1703.

(*d*) Confer hæc cum Art. 113. anni 1715.

(*e*) Vide hic relata in Hiſt. Eccl. Zagr. a pag. 266.

(*f*) An hæc adimpleta fuerint? videre eſt ex legum articulis, & in Hiſt. Eccl. Zagr. a pag. 266. ubi fortificationes Præſidiorum per Regni Status factæ, ex publicis actis exponuntur.

(*g*) Confirmant has, legum Articuli & publica Regni acta, Regumque innumera Reſcripta.

(*h*) Iñumeræ erant hæ Comiſſiones. 1630. 1635. &c. recentiſſimæ fuerunt, 1749. 1764. 1768.

(*i*) Anno videlicet 1769.

(*k*) Fluentum hoc *Zdala* olim dividebat Hungariam a Sclavonia, habet enim *Ladislaus IV.* in ſuis litteris elargitis anno 1277. per manus Mgri Demetrii Præpos. Albenſis, Domini Papæ Capellani & Subdiaconi, Aulæ Regiæ Vice-Cancellarii: *terram S. Martini prope Wascam juxta Dravum, quæ eſt inter Hungariam & Sclavoniam.*

(*l*) Relati limites, pertinent ad pag. 448. & ſupplent ibi dicta.

(*m*) Poſitorum limitum conſideratione, verbis ferme iis concludendum eſt opus, quibus orditur: *Regionum* nempe *diviſiones potiſſimum, atque locorum; nominum item jurisdictionumque mutationes, ab eorum pendent arbitrio, quibus parent.*

Additamentum.

Eruditis Viris veterum numorum epigraphe plura ſupra deſcripſimus. Addere voluimus ex viſis per nos, atque recentius obtentis, rariores memorias. Sunt vero:

I. *Domitiani* numiſma argenteum, ubi parte ex una caput *Domitiani* & inſcriptio: IMP. CAES. DOMIT. AUG. GERM. P.M. TR. P. VIII. Parte vero ex altera: IMP. XXI. COS. XV. CENS. P. P. P.

II. Argenteus, quo, parte averſa: IULIA MAESA AUG. parte verò adverſa SAECULI FELICITAS. Combinata hæc epigraphe cum iis (ſi tamen numus Mæſſalinæ eſt:) quæ *Sext. Aurel. Victor.* Cap. 4. de Cæſſ. ſcribit, neſcio an ille rejiciendus? aut damnanda adulationis inſcriptio?

III. Minor cupreusque eſt. Facies & epigraphe: AEL. FLACCILLA AUG. Parte averſa genius allatus ſedens. Inſcriptio: SALUS REIPUBLICAE. Poſt lineam ASIS. Ex lib. 12. cap. 6. Paul. Diaconi, Theodoſii fuit conjux, Arcadii Honoriique mater.

IV. Aureus. Inſcriptio: DN. ZENO PERP. AUG. Parte poſtera, Genius alatus, dextera manu quaſi circinum, ſiniſtra globum, ſupra quem *Crux* tenens, ad latus ſiniſtrum infra, *Stella.* Epigraphe: *Victoria Auguſtorum.* Poſt lineam: CONST. Relatos numos *Siſcio* habuimus. Reliqui pares ſunt memoratis ſuperius.

Gloria Lausque DEO, ſi quid, mea ſcriptio docti
continet, atque boni; detur ut, oro, vale.

Digitized by Google

Index rerum, & Perſonarum Memoriæ.

Numerus Paginam indicat.

I. Opus totum, cùm rerum extractus ſit, oportebit lectorem indicata ſub numeris legere. Et cum per Periodos atque epochas deductum foret, res una diverſis locis, atque paginis occurret. II. Memorias Banorum, quæ in opere occurrunt, quemadmodum & Epiſcoporum, haud ſecundum ſeriem colloco, at Alphabethi ordine. Quare ſi quis ſeriem horum cupit, ad annos ſit reflexus. Banos non diſtinxi, qui nempe Dalmatiæ, Croatiæ, aut Sclavoniæ, vel Boſnæ, aut Machovienſes &c. fuerint; neque enim horum ſcribo hiſtoriam. At hos promiſcuè reffero, juxta alphabetum. Sunt in opere memoriæ rerum Perſonarumque plures, quas lectione eruendas reliqui. In libris Veterum, indices non reperiuntur; cùm operis cognitio, ex indice non ſit petenda, verum ex operis totius meditata diligentique lectione. Nam tametſi quævis ponerentur ad indicem, ſiſtema Scriptoris, nexum item rerum, harumque variationes, ex indice metiri eſt impoſſibile.

A

Abares vel Avares 27. qui? 29. Bella gerunt, Iſtriam vaſtant & ForumJuly. Cum Mauritio paciſcuntur & terras obtinent. Superbè agunt cum Juſtino. Vaſtant Dalmatiam. Penſionem aquirunt à Romanis, Sirmium obtinent. 29. Pugnant cum Heraclio in Thracia, vaſtantque ſuburbana Conſtantinopolis. 41. Eorum dominatus decreſcit 42. & ceſſat ferè ſæculo integro 44.
Abbatiæ in Sclavonia - - - - - 402.
Abbatiæ in Diœceſi Segnienſi - - 467.
Ablegatorum nomina ex Comitatibus Sclav. ad Convent. Regni Hungariæ - 470.
Abſolutio Generalis ubi & qua occaſione incoacta? ejus forma valórque - - 297.
Acæmethari quid? - - - - - - 415.
Achmetes - - - - - - - - - 336.
Acontius Legat. ad Dalmatiam & Hungariam - - - - - - - - - - - 185.
Adam Magiſter - - - - - - 299.
Adalgiſus Longob. Rex - - - - 53.
Adrianus Papa - - - - - 53. 54.
S. Adalbertus - - - - - - - 100.
Adalbertus Dux Sclavoniæ - 102. 103.
Adriaticum mare 233. Hujus dominium cujus olim? à 317. Prætenſiones præcipuæ, *Papæ* cum motivis à 319. *Venetorum* a 320. *Hungariæ Regum* a 323. *Impp.* Occiden. a 324. Quæ prætenſionum ſolidior? a 326.
Adviga uxor Nic. Gara Palat. - - 253.
Ælianus Mœſ. Dux. - - - - - 15.
Æmilianus Imp. - - - - - - 15.
Æneas Caprara. - - - - - - 365.
Ætius Dux Roman. - - - - - - 6.
Aggeres a Conſtantio poſiti - - - 24.
Cis-Savani - - - - - 456.
Agrienſium Eppor. memoriæ. Andreas 129. 421. *Antonius Verantius* 362. *Catapranus* 183. 188. *Cletus* 124. *Cſanadinus* 195. *Georgius Lippay* 394. *Joannes* 295. *Lambertus* 195. 222. *Martinus* 158. *Nicolaus* 242. *Radecius* 387. *Stephanus* Chyk 195. *Thomas* 303. 384. *Thomas* Palffy 419.
Ajo Beneventanus Dux - - - - 44.
Alani - - - - - - - - - - - 27.
Alapi *Balthaſar* 307. *Joannes* - - 298.
Alaricus Gothorum Dux. - - 26. 27.
Albertus Rex Hung. amatus ab omnibus & cur? Indulget Papæ cognoſcendas cauſas decimarum, Palatini dignitatem elevat &c. - - - - - - - - - 264.
Albertus Dux Auſtriæ - - - - 228.
Albertus & Sigiſmundus Duces Auſtriæ 285.
Albertus Comes Goritiæ - - - - 174.
Albertus Card. de Mora, Legatus ad Dalmat. - - - - - - - - - - 163.
Albertus Prior Auran. - - - - 245.
Alboinus Longob. Rex. - - - - 29.
Aldaricus Gothorum Rex - - - 28.
Aldo Dux Carinth. - - - - - 45.
Alexander III. 108. A Venetis protectus 161. Venetis favet 164. Vide Item 182. 165. 322. 325. 462. &c.
Alexander VII. - - - - - - - 418.
Alexander Severus Prov. Prætor facit Præſidial. & Proconſul. - - - - - 13.
Alexius Imp. - - - - - - - 119.
Almiſſa 176. 185. ab Acontio deſtructa 186.
Alogobotus Dux Bulgar. - - - - 95.
Almus Dux Hungariæ a - - - 84.
Almus Rex Croatiæ a S. Ladisl. Conſtitutus 118. Item a 130. Adverſus eum rebellant Croatæ, & cur? 132. Cedit Regnum Colomano a - - - - - - 135.

Alphonſus Eſthe, Dux Ferrar. - 309.
Amantini pop. Pann. - - - - - 6.
Amantius I. Pann. Præſ. - - - - 8.
Amicus Comes - - - - - - - 113.
Ammirati Maris ſub Ludovico a - 238.
Amurathes - - - - - - - - 332.
Anaſtaſius Imperator murum longum ad Conſtant. erigit - - - - - - - - 28.
Anaſtaſius Papa - - - - - - 59.
Andautonium Reſp. Pann. 5. Item 489.
Anderium dupl. Pann. & Dalm. 5. & 6.
Andezium Pann. - - - - - - - 5.
Andiantes Pop. Pann. - - - - - 6.
Andreas I. Rex Hungariæ. 102. Recuperat Sclav. - - - - - - - - 104.
Andreas II. Rex. Hung. Dux, bellat pro Chulmia & Raſcia 168. Obtinet Ducatum Dalm. Croat. 169. Cum Fratre Emerico Rege pro Sclav. diſſentit, & Varasdinum condit 169. Ægre fert coronari Ladisl. III. 170. Detinetur in Caſtro Khene 188. Tutor Ladislai III. & Succeſſor 182. Jadram negligit, nec tamen eundo ad Aſiam jura ceſſit Venetis in Dalm. 183. Villicum Regium in Dalm. tenuit 184. Jura Regum neglexit 185. Almiſanos caſtigavit 176. Banos Dalmat. & Croat. ſuppreſſit 187. Favores ejus erga Sclav. ac inter cætera fundat Abbat. de Toplica ſeu Thopuſzka, & 4. Canonicos Zagr. 188. Belam filium aſſumere debuit in Collegam Regni 191.
Andreas III. Rex Hung. contra Rom. Pontificis Præten. in Regem Hung. coronatur, recognoſciturque, a Dalmatis a 228.
Andreas Dux Sclavoniæ - - - - 226.
Andreas Dux filius Andreæ II. - 497
Andreas filius Caroli Rex Neapol. - 235.
Andreas Dandulus Dux Venet. - 211.
Andreas Com. Varasdin. - - - 192
Andreas Vaivoda Tranſil. - - - 242.
Andreas Buttinecz Offic. Reg. Jaiczæ 305.
Andreas Spalat. Archiepiſ. Sigiſmundo Regi fidelis, verberatus a Spalat. non reſignavit, ſed ad Sigiſm. conceſſit - - 250.
Andreas Archiepiſc. Raguſ. - - 195.
Andreas Aurio - - - - - - 331.
Andreas Gabrielli - - - - - 333.
Annicium Pan. - - - - - - - 9.
Anna Ludov. II. Soror, uxor Ferdin. I. 314.
Anna uxor Hermanni Com. Cilliæ 253.
Annatæ introductæ 241. Harum effectus 368. Quæ olim Epiſc. Zagrab. - 415.
Antoninus Commodus - - - - - 13.
Antoninus Philoſ. - - - - - - - 12.
Antoninus Verus - - - - - - 12.
Anz Comes - - - - - - - - 246.
Apſaro ſeu Auſſero Inſula - - - 215.
Apſarenſis Epiſc. *Petrus*, Præſes Dalmatiæ ſub Colomano Rege - - - 141.
Arba Inſula 150. 215. 219. &c.
Arbenſium Epporum memoriæ: Majus 120.
Banus - - - - - - - - - - 141.
Arcadius - - - - - - - - - 26.
Arces olim in Regno Croat. a - - 500.
Archiepiſcopus dictat pœnas Monachis & eos reformat 207. Dat regulas Paulinis 421. Epiſcopi item. ibidem.
Archivum in Eccl. Zagr. 4pl. - - 415.
Arendæ decimarum cur & a quibus introductæ ? - - - - - - - - - 241.
Argaidus aut Arga Sclavoniæ Dux - 45.
Arnaldus Legat. Pontif. diſponit in Dalmat. Tributa exigit. Petrum Archiepiſc. Spalaten. excommunicat ob Appellat. ad Regem Hungariæ. - - - - - - - 232.
Arno Epiſc. - - - - - - - - 54.
Arnolphus Dux Carinth. - - - - 77.
Arnulphus Imp. - - - - - - - 87.
Arpad a p. 86. 89. 91. Qui ejus filii? 92. 93. Donationes facit, ibidem.
Aſanus Bulgar. Rex - - - - - - 177.
Aſſemanus refutatur - - - - 48. 120.
Attila - - - - - - - - - - 27. 28.
Avariſci pop. Pann. - - - - - 6.
Auditorium vetus Regum innovat. 283.
Averſpergh Com. *Franciſcus* 459. *Theodorus* 457. 459.
Augures Pannon. - - - - - - - 13.
Auguſtich Thom. Canon. Zagrab. - 456.
B. Auguſtinus Epiſc. Zagrab. ſi orator pro Carolo fuit, ubi? - - - - - - - 230.
Auguſtinus Card. Legat. ad Colom. 138.
Auguſtus Octav. - - - - - 2. 3. 8.
Aulus Vitellius Imp. - - - - - - 9.
Auranæ Priores a - - 279. & 294.
Aurelianus Imp. - - - - - - - 18.
Aurelius Imp. - - - - - - - 16.
Azellia hodie Ozell - - - - 6. 495.

B.

Babich Joannes - - - - - - - 402.
Bachar - - - - - - - - - - 291.
Bachia Com. Zagrab. - - - - - 123.
Bacſienſes Archiep. *Gregorius* 138. *Mychus* 158. Vide infra *Colocenſes*.
Bajanus Abarorum Dux - - - - 33.
Bakarenſe Capitul. - - - - - 466.
Balaſſa *Franciſcus* 306. Alter L. B. Franciſcus - - - - - - - - 407.
Baldricus Carantanor. - - - 59. 61.
Baldricus Dux Forojuly. - - 52. 67.
Balduinus Imp. - - - - - - - 234.
Balianus Archiepiſ. Spalat. Monialibus imponit juramentum - - - - - - 232.

Digitized by Google

Balthaſar Sorba - - - - - - - 239.
Banalia Confinia a - - - - - - 473.
Banderia ſub Aureliano 17. ſub Colomano Rege 136. Sub Bela IV. 190. 193. &c. cur hæc deprecabatur Clerus? 263. Varia & diverſorum 284. Regno attributa 304.
Banffi *Paulus* 280. *Balthaſar* 353. 371. 375. *Joannes* 356. *Ladiſlaus* 362. *Stephanus* 362. *Andreas* - - - - - - 289.
Banus officium 50. Mutati continuo 205. 227. 263. Plures Bani Sclavon. 202. Dalm. & Croat. quidam 186. Sub Mathia Rege 289. Bani Sclav. auctoritas extenſa 187. crevit. 200. Banorum Sclavoniæ prætenſio - - - - - - - - - - 299.

Memoriæ Banorum in hoc opere.

Adamus Com. de Batthyan 428. 474. *Albeuſus* 160. *Ampudius* 160. *Andreas* 195. *Andreas* 170. *Andreas* Buth 306. *Andreas* Banffi 289. *Anonymus* 50. *Arpa* 158.
Banco 158. *Belus* 160. *Borithius* 160. 495. *Butko* Maritimus 220. *Bubek* Zeurinien. 195.
Carolus Comes a Batthyan, modo S. R. I. Princeps 481. *Calanus* Epp. Quinque-Eccleſ. 187. *Culinus* Ban. Boſniæ 174.
Damianus Horvath 289. *Detricus* Bubek 249. *Dionyſius* 124. 192. &c.
Emericus Peren 307. *Emericus* Zapolja 286. *Ernuſzt* Joannes 289.
Franciſcus Balaſſa 306. *Franciſcus* de Batthyan. 353. 356. &c. *Fridericus Com. Cilliæ*. 269. 271. 275. &c.
Georgius de Kaniſa 304. 306. *Godimir* 105. *Goizo* 105. *Henricus* 222.
Joachim 218. *Joannes* Bittovecz de Gereben 275. 286. *Joannes* Corvinus 301. 304. 305. *Joannes* Draskovich 299. *Joannes* de Maroth Machovien. 381. 379. *Joannes* Szekell 269. *Joannes* Thucz 257. 294. *Joannes* Torquatus 314. 338. 340. *Joannes* Com. de Zagoria 287. *Joannes* de Zapolja 195. *Joannes* 202. *Joannes* 231. 244. *Joannes* 238. *Irenus* 205. Joſephus Comes Eſzterhazy 481. *Jula* 187.
Ladiſlaus de Eggervara 279. 289. 298. *Ladiſlaus* de Kaniſa 304. *Ladiſlaus* de Loſoncz 245. *Ladiſlaus* de Ujlak 379. *Laurentius* de Zeurino 222. Leuſtachius 242.
Marcus Miſlenovich 306. *Martinus* 123. Mathæus 209. *Mathias* Gereb 289. *Mathias* de Marott 295. *Mathias* de Thallovicz 264. *Mauritius* Banus Maritimus 226. *Mladinu* 232. *Mikcs* 231.
Nicolaus 195. *Nicolaus* 231. 235. *Nicolaus* totius Scl. Ban. 241. *Nicolaus* de Dombo 286. *Nicolaus* Gara 249. *Nicolaus* de Gara 382. *Nicolaus* de Macho 242. *Nicolaus* de Ujliak 295. 286. 289. *Nicolaus* de Zecs 238. *Nicolaus* a Zrinio 419. *Nicolaus* Kollonich 307.
Paulus 212. *Paulus* Comes Bacſienſis 222. *Paulus* Biſſenus 383. *Paulus* Cſupor 260. *Petrus* Beriſzlo 307. *Petrus* Bocskay 289. *Petrus* Keglevich 362. 364. *Petrus* de Medue 254. *Petrus* Thallovicz 264. 267. *Ponich* Banus 222. *Pontius* An? 187. *Pribina & Svetoslav* 151.
Radoslaus 205. Rolandus Com. Spalat. 207.
Stephanus 151. *Stephanus* 183. 200. 207. 460. 192. *Stephanus* 221. 231. *Stephanus* Laczkovich 244. 249.
Thomas 238. *Thomas* de Nadaſd 362.
Ulricus Com. Cill. 269. 271. 275.
Zvonimirus 105. 113.

Barbara Reg. uxor Sigiſm. - 253. 264.
Barbara de Frangepani - - 458. 288.
Barbara Conſors Stephani Capitanffi 362.
Barbara Sidonia Peranſzki - - - 426.
Barnabas Dardanus - - - - - - 211.
Barnabas Bellaj - - - - - - - 314.
Barthakovich Caſpar - - - - 345.
Bartholomæus Comes de Veglia - 167.
Barones Regni Banderiati - - - 283.
Barones Reginarum - - - - 195.
Barones Titulo, initiò Caſtrorum Caſtellani - - - - - - - - - - 283.
Baſſiana ubi - - - - - - - - 22.
Baſſianus, factus ad Viminatium Cæſar, dictus Aurelius Antoninus - - - - 13.
Baſſianus alter, ſeu Bathajas Cubrati filius - - - - - - - - - - - - 37.
Baſilla Reg. uxor Colomani - - 140.
Baſilica Cath. Eccl. Zagr. - - - 413.
Baſileenſis Concil. Decreto, reſiſtit Comitat. Criſienſis - - - - - - - - 263.
Baſilius Imp. - - - - - - - - 62.
Bathory *Stephan* 290. *Nicolaus* 457. *Andreas* 362.
Batthyan *Adamus* 428. 474. *Adamus* junior 482. *Balthaſar* 289. 411. *Carolus* Princeps 481. *Theodorus* 483. *Valentinus* 353.
Bato Diſſidiatus Dalmata - - - - 4.
Bato vel Batro Pañon. Dux Breucorum ad Sirmium excurrit - - - - - - 4.
Bayzath D. Turcarum - - - - 382.
Beatrix Regina uxor Math. Regis - 293.
Beatrix Frangepan. uxor Ducis Joannis Corvini, dein Marchionis Brandeburg Georgy - - - - - - - - - - 306.
Bedekovich *Ludov.* 449. *Joſephus* 8. item 32.
Bell Mathias - - - - - - - - 82.
Bela I. Rex Hung. 102. 121. &c.
Bela II. Rex Hung. - - - - - 157.
Bela III. Rex Hung. - 165. 167. 168.

Bela IV. Rex Hung. Collega Patris in Regno 189. & Sclavoniæ Dux 190. Cumaniæ Rex 191: a Tartaris perſecutus 191. Mortuo Colomano fratre, Dionyſium Banum Ducem fecit 192. Terras, Comitatus a Caſtrenſibus privatorumque diſtinguit 192. Banderialem militum a bonis obligationem litteris inſerit, caſtra erigit, erigique admittit 197. Item 125. Montem Græcum juxta Zagrab. in Liber. Reg. Civitatem elevat 124. Bellum gerit pro Stiria 198. Eccl. Zagr. Privileg. largitur 199. Banorum auctoritatem auget 200. *Bulgariæ Rex* cur omiſit? 205. In totius Dalmatiæ fuit poſſeſſorio, a 206. ad 220. ubi jura Regum Hung. ad ſingulas Inſulas docentur, reſpondeturque Venetis Scriptoribus. Belæ Regis memoria veneranda, tum mors ejus 220.

Bela Dux Sclavoniæ - 125. 200. 207.

Bela Dux de Machov & Boſnæ - 207.

Bela Caſtrum - - - - - - - - - 451.

Belec Comes Varasdinenſis - - 157.

Bellovarinum ædificari incoatum 448.

Belgradienſe Capitulum - - - 467.

Bembus - - - - - - - - - 333.

B. Benedictus XI. - - - - - - - 230.

Benedictus XII. - - - - - - 237.

Benedictus XIV. - - - - 252. 432.

Benedictus Moro - - - - - - 333.

Benger Nicolaus - - - - - - 424.

Berengarius - - - - - - - - 96.

Beriſzlo Petrus - - - - 307. 314. &c.

Bernardus Rex Italiæ - - - - 58.

Bernardus Epiſc. Segnienſis electus contra Papæ voluntatem - - - - - 237.

Bernardus Juſtinianus - - - - 212.

Bertholdus Patriar. Aquilejen. - - 196.

Bertrandus Sedis Ap. Legat. ſub titulo precationum partem 25. proventuum Eccleſiaſt. etiam a monaſter. in Dalmatia exigit - - - - - - - - - - - 232.

Bertuzzius - - - - - - - - - 333.

Beſſarion Cardinalis - - - - - 280.

Biſztricza, alias Neoſolium 130. Biſztricza in Sclavon. - - - - - - - 455.

Biſztricza Andreas - - - - - 271.

Bila & Bocſu Iſmaelitæ donati a Tocſun 90.

Bihacs Civitas Regia - - - 205. 349.

Blagaj *Joannes* 271. *Georgius* 286. *Stephanus* - - - - - - - - - - 384.

Blaſius Magyar - - - - - - - 294.

Blaſius Raguſæus - - - - - - - 295.

Blivilas Dux Pentapol. - - - - 28.

Bodon Stephanus - - - - - 384.

Bogoris Bulg. Rex, ex baptiſ. Michaël. 71. 72. 79.

Bogud Præp. Zagr. - - - - - - 98.

Boncelaus Com. Goricenſis - - 103.

Bonifacius VIII. Carol. Robertum dicit Hung. Regem. Sibenicum facit Civitatem, ac alia a 228. Suæ conſtitutioni, ut decedentium Romæ, beneficia a Papa conferantur, Hung. reſiſtit 232. vide & lege a 311.

Bonifacius IX. Hortatur Spalat. ad ſolvendas ſibi decimas 246. Ladislao Neapol. favet 250. Hunc coronari fecit Neapoli 251. Quali ſerto ſeu Corona 383. Ejus in Sigiſmundum Regem animus 253. Abſolvit Dalmatas a fidelitate erga Sigiſmundum 255.

Borichius - - - - - - - 160. 495.

Borna Liburniæ & Dalm. Dux - 52. 59.

Bors Comes Borſodienſis - - - - 93.

Borſotti Joann. Epiſc. Roſonenſis - 419.

Boruth Dux Carantan. - - - - 46.

Boſna mortuo Dabiſcia trifariam diviſa & factioſa 249. a Mahometanis infeſtata 257.

Boſnæ Regum memoriæ 247. 257. 271.

Boſnenſium Epiſcoporum memoriæ.

Daniel 174. *Petrus* 195. *Joannes* 195. *Petrus* 247. *Benedictus* 295. *Georgius* Patachich 402. *Joſephus* Anton. Chiolnich 402. 408.

Boſnenſe Capitulum executiones per Sclavon. facere nequivit - - - - 304.

Both Joannes - - - - - - - 307.

Botond - - - - - - 88. 89. 95.

Brandenburgenſis Marchio Georgius 306.

Branimirus Croat. Libur. Dux - - 80.

Ejus Ducatus firmatur ex Privil. - - 158.

Branslavus alias Bratisl. fil. Hezilonis 78. 79.

Breſecz ſeu Runa - - - - 356. &c.

Breuci Pann. gens - - - 4. Item 6.

Breviarium Zagrab. Eccl. - - - 103.

Bribirienſe Capit. - - - - - 467.

Bribirienſes Comites inſtrumentum Papæ, tuentur Papales monetas - - - 229.

Bruno Cardinal. - - - - - - 107.

Bubalia - - - - - - - - - - 22.

Bubek *Emericus* Vaiv. Tranſilv. - 195.

alter *Emericus* Prior Auranæ - - - 383.

Bulla Cœnæ - - - - - - 309. 312.

Bular terra. - - - - - - - - - 90.

Bulgari Mœſi olim 28. in Imp. Rom. Sedes fixas obtinent 29. Item in Pannonia 37. Ad Savum extenduntur 44. Sclavoniam occupant, & ſuos Rectores in ea conſtituunt 61. Eorum converſio 71. Tributa ſolvunt Conſtantinopolitanis - - 177.

Bulgaria quando & qualiter Chriſtiana 73. ſub Emerico Rege quæ? & quomodo Regnum facta a - - - - - - - - - 177.

Regis Bulgar. Titulos, cur Bela IV. exmiſit 205. Item 382. Bulgariæ & Valachiæ partes, qualiter ad Græcos devenerunt? ab Regibus Hung. - - - - 181.

Digitized by Google

Bulſu - - - - - - - - - 88. 89.
Buſin Caſtrum - - - - - - - 345.
Butko Banus Maritimus - - - 220.
Butco Com. Corbaviæ - - - - 249.

C

Cabari - - - - - - - - - - - 92.
Cadolachus Dux Forojuly 52. 59. 66.
Cadolaus Marchiæ Forojul. Præf. - 52
Caecina Præf. Myſiæ - - - - - 4
Cæſarianus Conſtantinopol. ſub Baſilio baptizat Croatas. 68. Item - - - 76.
Caganus Abarorum 29. Singidonem evertit, & fit Sclavis amicus - - - - 33.
Cajanus Caſtigatus ob Gothos evocatos 26.
Calixtus III. - - - - - - - 280.
Camengrad Caſtrum ubi? - - 294.
Cammillus Urſinus - - - - - 331.
Candax Dux Alanorum - - - - 28.
Canonici in Hrelin & Drevenik - 466.
Capitaneatus ſupr. Reg. Hung. erectus 275.
Capitaneatus Regni Sclav. & Conferentiæ - - - - - - - - - - - 475. 477.
Capitanei gentium Epiſ. Zagr. - - 290.
Capitanſſi Georg. - - - - - 301.
Caprara General. erigit confinia Sclav. inferior. - - - - - - - - - - 404.
Caproncza Lib. Reg. Civitas 242. 444. 452.
Caprocenſis Capitaneat. - - - 362.
Capucini *Zagrabiæ* 428. *Varasdini* 429. *Carlobachi* 470. *Eſſechini* & *Zemlini* - 403.
Carinus Imp. - - - - - - - 19.
Carolomanus Dux Carint. - - - 77.
Carolſtadium erectum à - - - 392.
Carolſtadienſis Generalatus - 472. 501.
Carolus I. Imp. Francorum Regnum & quousque extendit 53. Forojulio, Iſtria potitus 54. Croatæ illi ſe ſubdunt 55. Hunni quoque, Venetæ, & Dalmatæ - - 56.
Carolus Calvus Imp. - - - - 78.
Carolus Martellus Rex Siciliæ a Papa dictus Rex Hung. nec à Dalmatis recognitus. - - - - - - - - - - - 228.
Carolus I. Rex Hung. dictus etiam Robertus. 228. Zagrabiæ Coronæ defectu unctus tantum. 229. Per Monachos non eſt conſecutus Coronam Hung. 230. coronatur 231. Banos Sclav. non mutat 231. In Dalmatiæ fuit poſſeſſorio 232. Moritur - 237.
Carolus II. Dyrhachinus 242 In Regem Hung. Coronat. & occiſus - - - - 244.
Carolus III. alias VI. Roman. Imp. *Rex Hung.* ſolicitus pro revindicandis oppidis Scepuſſien. 380. Reformat Confinia Sclav. & Croat. 443. Privil. Raſcianorum confirmat cum clauſula. 437. vide etiam 449.
Carolus V. Imp. - - - - - - 331.
Carolus VII. Imp. - - - - 480.
Carolus Rex Siciliæ - - - - - 205.
Carolus Primogen. Regis Siciliæ gener Belæ IV. Regis - - - - - - - 105.
Carolus Archidux Auſtriæ Gubernator Sclav. & Croat. - - - - 332. 394.
Carolus Paulinus Grammat. Villa Lariano donat. - - - - - - - - 54.
Carus Imper. Sarmatis victis, Pannonias reddit ſecuras - - - - - - 19.
Caſimirus Polon. Rex. - - - - 280.
Caſtellanſſi Georg. Viceban. - 301. 304.
Caſtrum novum ſeu Caſtelnovo, ædificatum - - - - - - - - - - - 244.
Caſtris addicere vel demere in uſu fuit, & quomodo - - - - - - - - 257.
Catharina Reg. uxor Math. Regis - 293.
Catharina Regina Bosniæ, & hujus teſtamentum - - - - - - - - - 131.
Catharina Primog. Ludov. I. Regis Hung. - - - - - - - - - - - 143.
Catharina & Margaretha Filiæ Belæ Regis - - - - - - - - - - - - 192.
Catharina Ducis Meraniæ Filia - - 197.
Catharina Uxor Steph. Frangep. Filia D. Petovionis. - - - - - - - - 124.
Catharina Terſacsky - - - - 425.
Cencius aliter Cincius - - - - 107.
Cenſuræ latæ contra Spalat. eccur non curatæ - - - - - - - - - - - 240.
Cephanus Palatin. Hung. - - - 183.
Chák Comes Bodrugenſis - - - 123.
Chasma donata Epiſ. Zagr. - 127. 443.
Chaſmenſe Capitulum 127. ejus relatio 411.
Chazari & Cummani idem - - - 92.
Chernkoczi Franciſ. - - - 473. 478.
Chernovich Arſenius Archi-Epp. non unitorum, venit Sirmium - - - 434.
Cheskovich Paul. Præp. Zag. - - 449.
Chikuliny L. B. *Stephanus* 449. *Franciſcus* Comes - - - - - - - - 459.
Chriſtianitatis pecunia quomodo introducta, & quo effectu 228. Vulnera allata per eam 240. Abolita - - - - 318.
Chriſtophorus Hahpurger - - - 282.
Chizolla Advocatus - - - - 317. 320.
Chulmiæ Ducatus - - - 175. 176.
Chunibertus Colon. Epiſ. - - - 43.
Chunradus de Dachove quis? - - 161.
Chupor Caſpar de Monoſzlo - - 271.
Cibriones explicantur - - - - 231.
Cico Mgr. Tavernicor. - - - 242.
Cilliæ Comites - 264. 269. 271. 275.
Civitas Spalaten. diviſa - - - - 237.
Claudia & Winicſe Filiæ Zvonimiri 114.
Claudius Illyricus Imp. - - - - 28.
Clauſtrales per Math. Reg. regulantur 295.

Digitized by Google

Cleander vendit quævis - - - - 13.
Clemens V. - - - - 230. 232. 233.
Clemens VI. - - - - - - 239. 422
Clemens VII. - - - - - - - 331.
Clemens VIII. - - - - - 333. 353.
Clemens de Gereben Can. Zagr. - 276.
Cleſſich Paulus - - - - - - - 246.
Cliſſa Caſtrum - - - 331. 333. 347.
Coci elevati, & pares Aulicis Regiis 305.
Cæleſtinus Papa - - - - - - 169.
Cæleſtinus V. - - - - - - - 228.
Colanus Martinuzzi - - - - - 239.
Collectores varii - - - - - - 203.
Colocenſium Archiepiſcop. memoriæ.
Aſtricus 120. *Benedictus* 124. *Benedictus* 195. *Bertholdus* 183. 188. *Franciſcus* Frangepani 375. *Georgius* Szelepcſeni 419. *Gregorius* Frangepani 328. *Fr Ladislaus* 195. 231. *Nicolaus* 242. *Nicolaus* Bubek 195. 225. *Paulus* 166. *Petrus* 166. *Saul* 167. *Stephanus* 222. *Tulbertus* 138. *Ugolinus* 188.
S. Colomanus Martyr - - - - 135.
Colomanus Rex Hung. Miles ſub Zvonimiro 114. Haud Epiſcopus 115. Filius S. Ladislai & inter Magnos Hung. Reges collocandus. 134. Croatas Almo rebelles domat & obtinet 136. In Regem Croatiæ coronatus, ubi? 136. Dalmatæ ſe illi ſpontè dedunt 137. Ejus donatio Spalat. Eccl. 138. motus Dal. compeſcit & de Jadra triumphat 139. Socero ſuccurrit conductis navibus Venetis 140. Dalmatia denuo potitur eamque regulat à p. 141. Fuit verus Dalm. Dominus 153. Ramæ item 155.
Colomanus Dux Sclav. 123. Curam ſuſcipit pro Dalmat. 186. Vide 497.
Comitatus Sclav. olim plures - - 204.
Comitatuum Congregat. antiquæ - 93.
Comites quales eligendi - - - 206.
Comites Supremi Belliductores, & Vice-Comites Capitanei conſtituti - - 283.
Commodus Ælius Pann. Dux - - 12.
Communitates Liberæ in Sclav. - 460.
Concilii Baſileenſis conſtitutio - - 263.
Confiniarii unde dicti - - - - 403.
Confraternitates & Figliancæ quid & unde - - - - - - - - - - 262.
Confuſio Sclav. Croat. Dalm. quæ & unde a temporibus Maximiliani, à - 396.
Congregationes Generales - - - 203.
Conjuratio Regnicolarum. - - - 306.
Conradus Imp. - - - - - 101. 104.
Conradus Imp. Ducem Venetum expulit & totondit, cum S. Stephano Rege Hungariæ bellat - - - - - - - 151.
Conſectaria de Sclavis, Abaribus, Bulgaris 38
Conſectaria de Regnis Dalm. Croat. Sclav. à pag. - - - - - - - - 387.
Conſtans Imp. - - - - - - - - 24.
Conſtantinus Imp. 21. Hujus res cum Licinio & Criſpo filio 22. Geſta 23. Imperium dividit Item *Conſtantinus II.* 24.
Conſtantius Chlorus - - - - - 20.
Conſtantius Magnentio victo Imp. & ejus jeſta - - - - - - - - - - 24.
Conſtantinopolis amiſſa - - - - 275.
Conſtantinopol. Synodus - - - - 73.
Corbavienſis Epiſcopi initia - 463. 166. diſtinguendus à Modruſſienſi - - - 464.
Corbavienſium Epprum memoriæ.
Mathæus 170. *Martinus* 462. *Nicolaus* 195. *Chriſtophorus* 310. reſiduos vide - - 465.
Corbulus Dux Croatarum - - - 46.
Cornides Daniel - - - - - - 385.
Corona Regum Hung. cur ſacra? à 251. an olim plures non fuerint dubii motiva? 265.
Coſtanicza à - - - - - - - - 481.
Coſtanicenſium Græcor. unitor Eppor. memoriæ, relatæ - - - - - - - 470.
Craizer Gabriel - - - - - - - 339.
Creſimirus Rex Croat. - - - - 65.
Creſimirus Rex Croat. 100. 107. 151.
Criſienſis Comitatus adhæret Joan. Corvino Gubernat. Hung. - - - - 275.
Criſienſis Comitat. relatio - - - 451.
Criſpus filius Conſtantini Imp. 22. 493.
Croatæ ab Heraclio Dalmatiâ veteri donati 37. 42. Abares inde expellunt & ſubjugant 43. Pars horum, Liburniam à Sclavis tardius occupat - - - 44. 45. 52.
Croatæ Dalmatiam incolentes a Conſtantinopol. Imp. liberi 62. Catholici 68. In pace vivunt 79. Solvunt tributa Croatis Liburnicis - - - - - - - - - 81.
Croatæ Liburniam obtinentes, Ducem ſibi conſtituunt, Banum & Supanos 50. Hos e ſuis eligunt, Sclavi exteros 52. Ab Imp. Francorum ſe eliberant a 63. Baptizati, Rempubl. ſuam conſtituunt 68. Croatæ ſervii, Zachlumitæ, Canalitæ, Diocletiani, Terbuniotæ, Pagani - - - - 68.
Croatarum extenſio Sæculo X. - 97. 100.
Croatiæ partium modernarum relatio à 461
Croatiæ Reges - - - - - - - 112.
Croatæ diverſas ſequuntur partes ſub Ladislao 279. Croatia ſub Mathia Rege 291. Neutralis 266. Vult ſe dedere Papæ uti & Dalmatia 314. Ceſſa Ferdinando 314.
Croatenſes Epiſ. *Gregorius* 116. *Anaſtaſius* - - - - - - - - - - - 151.
Croatenſis Epiſcopatus ſublatus 117. 139.
Cronicæ rerum Hung. olim plures, nunc cur raræ - - - - - - - - - 82.
Crumpath Paulus - - - - - 359.
Crumus Bulg. Princeps - - - 58. 71.

Csaki

Digitized by Google

Csaki Stephanus - - - - - - - 420.
Cſanadienſium Epporum memoriæ.
Benedictus 195. *Blaſius* 124. *Criſpinus* 167. *Deſiderius* 188. *S. Gerardus* 121. *Hiacynthus* Macripodari 419. *Joannes* 195. *Joannes* 295. *Nicolaus* de Cſak 328. *Paulus* 158. *Thomas* 242.
Cubratus Hunnogund. Dominus 36. 42.
Culpun - - - - - - - - - - 89.
Cuſan Dux Hungariæ - - - - - 84.
Cuturguri a Gepidis evocati - - 29.
SS. Cyrillus & Methodius - - - 69.
Czettin Caſtrum - - - - - - - 366.
Cziupol Caſtrum - - - - - - 342.
Czeſſarvar Caſtrum - - - - - - 451.

D

Dabiſcia Stephan. Rex Boſniæ - - 246. Subjicit ſe Regibus Hung. 247. Ejus donatio 248. Mors 249.
Dacia nova ſub Aureliano - - - 18.
Dagobertus Francorum Rex - - 43.
Dalmaſius Capitan. Papæ - - - 232.
Dalmatia vetus 387. 318. 171. Ab Auguſto ad Savum extenſa non fuit 7. neque ad Dravum aut Muram 8. 30. Ejus limites poſteriores 38. Ab Impp. Conſtantinopol. donata non fuit Venetis 152. Diviſio a Script. Venetis inventa caret fundamento 172. NovaDalmat. confuſio & cur? 176. Dalmatia Sigiſmundo adhæret 249. Quæ ejus conſideratio ſub Vladislao 308. Ludovico 315.
Dalmatiæ Comitum memor. - - 114
Dalmatæ in ſocietate Pannonum tributa promiſſa ſolvere renuunt 3. Occupata Salona a Sclavis victi 40. Croatæ Dalmatæ adhærentConſtantinopolitanis 57. Nec IX. nec X. nec XI. Sæculo parebant Venetis 151. Colomano Regi voluntariè ſe ſubjiciunt 137. Renovant juramentum erga Sacram Coronam, & ſexus fœminei ſucceſſionem agnoſcunt 243.
Daria Comitiſſa Inſulæ Keſſe - - 215.
Dautona hodie Zaſztenje - - - - 6.
Decebalus à Trajano victus - - 10.
Decius Imp. ex Pann. - - - 15. 489.
Decimæ cur reſtrictæ 240. qualiter rehabitæ 263. pro Caſtris applicatæ 266.
Decreta Regni & de iis diſpoſitio 313. 367.
Demetrius Ruſſorum Rex à - - 106
Demetrius Mgr. Thavern. - - - 195.
Derencſeni Emericus - - - - 307.
Deſeffi Joannes - - - - - - 362.
Deſericius a - - - - - - - 251.
Deshazy Steph. - - - - - - 340.
Deſiderius Longob. Rex - - - - 53.
Deſponſatio Maris Adriatici unde 160. 321.
Diacovar - - - - - - - - - 401.
Diakovich Iſajas à - - - - - 436.
Dianeſevich Nicol. Præp. Zagr. - 456.
Dicatores & horum officium - - 205.
Dio Caſſius Pannon. Præf. - - - 14.
Diocletianus Imp. - - - - - - - 20.
Diogenes Dux Sirmien. - - 101. 104.
Diploma Alexandri M. cujus fidei? 32.
Diploma Emerici Regis ſuſpect. - 174.
Diplomata varia Regum Hungar. aliorumque vide in *Fundam. Operis.*
Dircislaus Croat. Rex 95. 100. Diſciplinam Eccl. ordinant præſcribuntque Reges 109. 141. 142. 296. 311. 312. 324. 368. &c.
Diſcordiæ intra Emericum Regem & Andream vulnera tuleruntCoronæ juribus. 170
Diſſenſiones Procerum ſemper Regno graves 232. 243. 267. &c.
Diviſio Imperii mortuo Conſtantino 24.
Diviſio Regni Hungariæ - - - 162.
Dobo Stephanus Vaivoda Trans. - 262.
Doganovich Joannes - - - - - 343.
Domaniczki Joannes - - - - 475.
Dombo Georgius - - - - - - 253.
Domjanich Joannes - - - - 449.
Dominicus Spalat. Archiep. cur & quas gratias meruit 236. In peſte non obiit 239.
Dominicus Lioni - - - - - - - 211.
Dominicus Sylvo Dux Venet. - 120.
Dominitcz Caſpar - - - - - 373.
Domnius à Spalat. electus in Archep. 254. Confirmatus à Sigiſmun. Rege 258. 259.
Donationalium vetuſtas. - - - - 10.
Donationes ad hæredes extendit Conſtantinus - - - - - - - - - 23. 24.
Donatio Segniæ per Belam IV. prætenſa, falſa eſt. - - - - - - - - 218.
Donatus Epiſc. Jadræ - - - - 56.
Donatus Epiſc. Oſtienſis - - - - 72.
Dorothea Blagai - - 270. 467. 477.
Dorothea Gubaſsoczi - - - - 426.
Dorothea Vragovich - - - - 429.
Dragomiſus Serviæ Princeps - - 59.
Draskovich *Joannes* 299. *Joannes* 476. *Joſephus* Caſimirus - - - - - - 452.
Druskoczi Caſpar. Viceban. - - 387.
Ducatus plures initio Sæcul. VIII. - 46.
Duces Noreæ Inſtituti - - - - 20.
Duces Sclavoniæ primi - - - - 53.
Duces Croatarum Dalm. - - 66. 79.
Croatarum Liburniæ - - - - 66. 80.
Sclavoniæ - - - - - - - - - - 66.
Avariæ in Pannon. - - - - - - 66.
Carantanor. Sclav. - - - - - - 67.
Foro-July - - - - - - - - - 67.
Duces per Ungaros ſubjugati qui? - 89.

Digitized by Google

E

Eberhardus Epiſc. Zagr. jubet Benedictum pro Papa habendum 251. Transfertur ad Varadien. - - - - - - - 253.
Echius Comes à Salmis - - - - - 362.
Edecon Pann. Saviæ Dom. - - - - 6.
Egidius Mgr. Thavernic. - - - - 222.
Eginhardus quid ſervabat in ſcribendo 53.
Eigilbertus Friſing. Epiſc. - - - 104.
Electio Eppor. ſub Sacra Corona Hung. pertinet ad Reges 206. 254. 252. 296. quin & aliorum beneficiorum collatio 312.
Elias Epiſ. Cataníenſis Theſaur. Pontif. 241.
Elizabeth Reg. Mater Ladisl. quæ tenuit? vitæ ejus inſidiatum 226. Donat poſſeſſiones - - - - - - - - - - - - 231.
Elizabeth Reg. Uxor Ludov. I. 239. 242. 243. 382.
Elizabeth Reg. Filia Sigiſmundi uxor Alberti Regis - - - - - - 264. 265.
Elizabeth Stephani Bani Boſniæ uxor 237.
Elizab. Frang. uxor Comitis Thyrheim 224.
Elizabeth Ungnad. - - - - - - 353.
Emanuel Imp. Dalm. obtinet - - 164. Croatiam quoque Liburnicam - - 165.
S. Emericus Dux Sclav. à - - - 103.
Emericus alias etiam *Henricus Rex Hung.* coronatus 166. Bellat cum Bubaliis 168. Diſſentit cum Fratre Andrea & Proceribus Prælatisque a 169. Andream præcludit 170. Servia elevata ad Regnum 174. Leonem Pontif. Legat. detinet 180. Dimittit & cur 182. Ejus acta 181. Liberalitas 188.
Engelshoffen Baro General. - - 405.
Epiſcopi Jadrenſis bona occupata 250.
Equitius Com. Illyrici iniqua tributa eradit - - - - - - - - - - - 25.
Eraſmus de Thuri - - - - - - 342.
Erdöedy *Alexander* 473. *Georgius* 420. *Chriſtophorus* & Georg. 457. *Nicolaus* 459. *Petrus* 354. 362. 386. *Simon* Epiſ. Zagr. 353. 362. *Stephanus & Wolffgangus* 358. *Thomas* 455. 459.
Erhardus Hohenwrath - - - - 275.
Ermenricus Epiſc. a Ludov. II. Imp. ad Bulgaros miſſus - - - - - - - 72.
Erneſtus Archidux Auſtriæ 390. 459.
Ernuſzt Joann. alias Hampo - - 353.
Erricus Dux Forojul. - - 51. 54. 55.
Eſſechinum - - - - - - - - 402.
Eſzterhazy *Paulus* 420. *Joſephus* - 481.
Eudocia uxor Steph. Regis Serviæ 175.
Eugenius IV. - - - - - - 264. 274.
Eugenius ſub Theodoſio turbator in Alpibus Juliis - - - - - - - - 25.
Euſebius Can. Strigon. Eremita - 421.
Euſtachius Prior Ord. Præd. Zagr. ad S. Nicol. - - - - - - - - - - 286.
Exactiones in Sclav. - - - - - 241.
Excommunicatio cum indulto Regis ferebatur 191. Lata ab Eppo Zagrab. declaratur nulla per Regem - - - - 304.
Ezerinus - - - - - - - - - - 115.

F

Factionum adverſus Mariam Reginam cauſæ - - - - - - - - - - - - 243.
Fames ſub Antonino - - - - - - 12.
Farkaſius Præp. Alben. - - - - 125.
Farlati Daniel. Croat. & Dalmatiæ deſcriptio non ſequenda - - - - - - 45.
Fauſtina Auguſta - - - - - - 492.
Felix Petancius Segnienſ. - - - - 87.
Ferdinandus I. Rex Hung. ceſſæ ſibi à Ludov. Croatiæ providet 314. Orari debuiſſet pro Rege Hung. 329. Quædam in Dalm. tenuit 330. Fœdus cum Turcis, ob Ducum diſcordias irritum 331. Diuturna cum Turcis bella geſſit 332. Acta ejus in Croatia 336. In Sclavonia 353. Quædam Hungarica 367. Confinia Sclavonica providenda accipit à 363. Majeſtatem Regiam Majeſtati reſtituit 367. Conſtitutiones fieri permittit, & Decreta condit 367. Diſponit de Eccleſiaſticis a - - - - - 368.
Ferdinandus II: Quà Gubernator Sclav. & Croat. cum Venetis habet incommoda ob Segnienſes a 332. Confert ceditque Veterum Ducum Sclav. locum PP. Societ. Zagr. a 426. Offertur illi cura Croat. & Sclav. 397. Quà *Rex Hung.* bellum geſſit cum Venetis, Veglienſi pace terminatum 214.
Ferdinandus III. Rex Hung. - - 392.
Ferdinandus Rex Hiſp. - - - - 309.
Ferdinandus Rex Aragon. - - - 293.
Ferdulphus Dux Forojul. - - - 45.
Filipovich Simeon. - - - - - 431.
Firmanus Sedis Rom. Legatus, ſub Nicolao III. electionem Sibinicenſis Eppi dicit nullam. Penſiones ſolvendas imponit, Sclavoniam eſſe Pontif. Rom. declarat 226.
Flaminius Cornelius Senat. Venet. 143.
Florianus Imp. à Probo victus - - 18.
Florinus Princeps Spal. & Cliſſæ - 97.
Fluvy in Comit. Zagrab. - - - 461. Sclav. Super. - - - - - - - - 408.
Folcoinus Fori Sempr. Epiſc. Legat. Sedis Rom. - - - - - - - - - - 108.
Forgacs Adam - - - - - - - 420.
Formoſus Portuenſis - - - - 72. 76.
Fortunatus Patriar. Graden. - - - 57.
Forum Privil. Eccl. Zagr. - - - 416. Dominale - - - - - - - - - 442.

Digitized by Google

Eccleſiaſticum regulat. - - - - 369.
Franciſcus Rex Galliæ - - - - 309.
Francorum Regum mores - - - - 45.
Franciſcus Allegretus - - - - 333.
Franciſcus Stumbergh - - - - 347.
Franciſcus Cornaro - - - - - 333.
Franciſcus de Marocſa - - - - 307.
Franciſcus de Reva - - - - - 371.
Francol Daniel - - - - - - - 335.
Frangepani erga Belam Regem devoti 196. Sigiſmundo fideles - - - - 253.
Frangepani *Martinus* 286. 467. 490. *Chriſtophorus* 310. 315. 353. *Bernardus* 304. 307. *Joannes* 294. *Nicolaus* - 307.
Fridericus Imp. - - - - 284. 287.
Fridericus de Petove - - - - 198.
Fridericus Lamberg - - - - - 287.
Fridericus Malateſta. - - - - - 370.
Fridericus Berzelwycze - - - 371.
Fronſpergh Georgius - - - - 331.

G

Gaan Comes de Veglia - - - - 218.
Gabinius Rex Sarmat. & Quador. a Marcelliano occiſus - - - - - - - 25.
Gabinius - - - - - - - - - - 3.
Gallerius Maximinus - - - - - 20.
Gallienus Imp. - - - - - - - 15.
Gallus Trebonian. Imp. - - - - 15.
Gara Civitas 382. Locus Congr. Sclav. 270.
Gara Familia. *Joannes* 253. *Ladislaus* Palat. Hung. 276. *Nicolaus I.* Palat. 253. 244. *Nicolaus II.* - - - - - - 379.
Gaudentius Epiſc. Apſarenſis . - 106.
Gebizo Abbas - - - - - - - 108.
Gelaſius II. Pontif. - - - - - 107.
Geleu Dux Tranſilv. - - - - 86. 93.
Gellicza Niſſenſis mater Stephani Serviæ Regis - - - - - - - - - 175.
Gentili Legat. Pontif. - 230. 231. 422.
Gentium variarum irruptio & crudelitas 26.
Georgius Comes de Bribir - - - 228.
Georgius Niſſenſis - - - - - 272.
Georgius de Ebreeſs Com. Cott. Zagr. 275.
Georgius Glaynar Com. Zagr. - - 269.
Georgius Pariſan Com. Comit. Varaſd. 289.
Gepides, ac horum Sedes 27. Extendunt ſe mortuo Attila 28. Longobardis ſubjiciuntur, ſed evocant Sclavos & Cuturguros - - - - - - - - - - 29.
S. Gerardus Epiſc. Cſanadienſ. - - 104.
Gerardus Medicus Regis - - - 202.
Gerholdus Com. Limit. Pann. - - 61.
Germanicus Cæſ. fil. Druſi - - 4. 9.
Geroldus Bojoariæ Comes - . - 55.
Gertrudis Reg. Andreæ II. uxor - 197.
Gertrudis Miſniæ, Stiriæ Infer. Duciſſa 198.
Gertrudis - - - - - - - - - - 223.
Geta Septimius Cæſ. vias & pontes reſtituit - - - - - - - - - - - 13.
Geyſa Fil. Tocſun. Rex Hung. Pater S. Stephani, ab Othone Imp. pro Rege Hung. agnitus baptizatusque - - - - 90. 100.
Geyſa I. Rex Hung. - 102. 105. 121.
Geyſa II. Rex Hung. - 157. 160. 162.
Geyza Dux Sclav. - - - - - 158.
Giletus Dux Sirmy - - - - - - 123.
Ginich Nobiles Dalm. - - - - 206.
Giraldus Archiep. Sipont. Legatus ad Dalmat. - - - - - - - - - - 107.
Giſcra - - - - - - - - 280. 282.
Giſulphus Dux Forojul. - - - - 40.
Giulay *Stephan.* 353. *Joannes* - - 301.
Glad - - - - - - - - - - - - 93.
Godeſchalcus Rex cujus Sclav? - 106.
Godeſchalcus Monach. Orbacen. - 68.
Goico Mernavich. - - - - - - 248.
Gomba Stephanus - - - - - - 384.
Gordiani a Maximinnis victi - - 14.
Gordianus junior - - - - - - 492.
Goricza & Goricenſis olim Eccl. 103. 464.
Gotfridus Judex Prov. Stiriæ - - 198.
Gothal Petrus - - - - - - - 476.
Gothi irruunt in Pann. & Sirmium 26. Hanc primi poſt Rom. veteres inhabitant 27. 28. Pugnant cum Satagis 28. ad Hiſpan. abeunt 29.
Gothi minores ad Hæmum - - - 28.
Græcorum unitorum cum Rom. Eccl. in Sclav. initia, fata, reſurrectio, ſive notitiæ Eppat. Svidnicenſis - - - - 431.
Græcorum non unitorum, Eccleſiaſt. Jurisdictionis initia, preces, facultates 434. Item - - - - - - - - - - - - - 470.
Graſſalkovich Comes Anton. - - 405.
Gratianus Imp. - - - - - - - 25.
Gregorianczi Ambros. - - - - - 457.
S. Gregorius VII. Papa a - - - 107.
Gregorius XI. Decimas rehabere ſatagit &c. - - - - - - - - 240. 141. 423.
Gregorius a Creſcentio Leg. ad Hung. 174.
Gregorius Strigonienſ. dictus, in Hungar non agnitus - - - - - - - - 129.
Gregorius Villic. Reg. in Dalm. - 184.
Gregorius & Joannes Filii Ruſſiæ Deſpotæ Stephani - - - - - - - - 301.
Gregorius Croaten. Epiſc. - . . - 116.
Grimoaldus Rex Longobard. - - 44.
Grimoaldus Epiſc. - - - - - - 73.
Grobnicenſe Capitul. - - - - - 466.
Gudovcz Petrus - - - - - - - 301.
Guilielmus Nepos Belæ IV. - - - 192.
Guncellus Archiep. Spal. Interdictum ab Acontio poſitum tollit - - - 186.

Digitized by Google

Gundacarus Com. Carinth. - - - - 77.
Gurfeld Caſtrum - - - - - - 291.
Guſſich Stephanus - - - - - - 341.
Gvaldus Andreas Archiep. Spalat. Tuarco devotus 246. A Sigismundo repoſitus & ſua mors - - - - - - - - - 254.
Gyanta Stephanus - - - - - - 384.
Gylas & Carchan quid? - - - - 93.

H

Hadrianus Ælī. Imp. Prov. diſtinguit in Conſul. & Præſidiales 10. Adoptat Ælium Commod. Ærariumque militare a Provinciali diſtinguit - - - - - - 12.
Hadrianus Papa - - - - - - - 73.
Hagh Franciſcus - - - - - - 359.
Hagolaz Civitas - - - - - - - 382.
Haramiæ olim quid? - - - - - 403.
Hartungus Comes - - - - - - 97.
Hæres quis eſſe debeat Comitum Cilliæ? 276
S. Hegvidis Meraniæ, canonizata - 197.
Hegvidis filia Ludovici, Regina Poloniæ - - - - - - - - 247. 243. 248.
Hellena - - - - - - - - - 494.
Hellena Regina uxor Zvonim. - 107.
Hellena uxor Dabiſciæ Reg. Boſniæ, Monaſter. ingreſſa - - - - - 249.
Helvius Pertinax pecuniæ ſtudioſus 13.
Henningus miles de Zomſedvar - 277.
Henningh *Valentin*, alias Thöreck 353. *Joannes* - - - - - - - - - - 457.
Henricus Imp. - - - - - - - 102.
Henricus IV. Imp. - - - - 116. 140.
Henricus VII. Imp. - - - - - - 233.
Henricus Bavar. Dux - - - 96. 205.
Henricus Dandulo Dux Venet - 171.
Henricus Palatin. Hung. - - - - 221.
Heraclius Imp. - - - - - - - - 36.
Herberſtein Joſeph. Gener. Varaſdinenſis - - - - - - - - - - 444. 452.
Herczegovina ſeu Ducat. S. Sabæ 293. 436.
Hercuniates pop. Pann. - - - - - 6.
Herebertus Abbas Toplic. - - - 190.
Herennia Etruſcilla a - - - - - 488.
Hergſſy Georg. & Stephan. - - 260.
Hermanus Cilliæ Comes - - - 253.
Hermanus de Greben Viceban. - 264.
Hermolaus Tiepolo - - - - - 333.
Hernac fil. Attilæ - - - - - - 28.
Hervoja - - - - 249. 250. 253. 254.
Hetten - - - - - - - - - - - 90.
Heveneſſi Gabriel - - - - - - 208.
Hezilo fil. Privinæ - - - - 76. 77. 78.
Hildburgshauſen Joſephus Princeps Saxoniæ benemeritus de Rege & Sclavonia 443.
Hiſpani - - - - - - 344. 359. 372.
Hiſtoriæ Sinceræ quæ media - - 328.
Hobetich Balthaſar - - - - - 355.
Hoffman Joan. Georg. - - - - - 475.
Honorius Imp. - - - - - - - - 26.
Honorius Papa - - - - - 176. 185.
Horvath Joan. Præp. Scepuſ. - - 371.
Horvath Gregorius - - - - - - 314.
Huba Com. Nitrienſ. ſub Arpad. - 93.
Hugolinus indignè tractatus a Spalat. 240.
Huiſca palus - - - - - - - - 22.
Hulek - - - - - - - - - - - 93.
Hungari variè nominati & ſcripti 82. Ex Scythia quo anno? cur? & quibus Ducibus reverſi 84. 91. Quas terras primo occupârunt a 85. Quos Duces & quas Nationes ſuperârunt 88. 93. Sclavoniam ſibi conjungunt & efficiunt Ducatum ſuum 98. Reſpublica Hung. conſtituta 93. Regnum Hungar. ab Arpad. incoatum, Zulta condit, limitesque Regni ponit 90. Hungariæ Regni limites a Porphyrog. relati 93.
Hungaria Regnum ante S. Stephanum 100.
Hungariæ Reges eccur y tantum legitimi, qui Sacra Regni Corona coronantur 251.
Hungariæ Reges de rebus Eccleſiaſt. diſponunt, uti olim Croat. Reges 142. Vide *Diſcipl. Eccleſ.* ſupra.
Hungariæ Regnum olim florens, & hujus latitudo - - - - - - - - - 274.
Hunjad Joann. Gubern. Hung. 268. 269. 270. 272.
Hunjad Ladislaus - - - - - - 276.
Hunni primi ſe firmant in Pannonia & penſionem a Romanis ſibi ſolvendam obtinent - - - - - - - - - - - 27.
Hunnimundus Rex Svevorum - - 28.
Hypogothi - - - - - - - - - 27.

J.

Jablanich conditum - - - - - - 197.
Jacobus Dux Marianor. - - - - 113.
Jacobus Tiepolo Dux Venet. - - 210.
Jacobus de Arpano - - - - - - 239.
Jacobus de Caſſano Ammiratus Maritimus & Comes Pharæ - - - - - - 238.
Jacobus Comes de Marocſa - - 264.
Jadra everſa a Venetis, occaſione belli cruciati 171. Quibus ex motivis ſub Carolo I. Rege, hanc petunt Venetæ a - 212.
Jadrenſes ſub Bela IV. Venetorum ſubditi non fuêre 210. A Carolo I. proteguntur. 232. Liberi 233. Modus judiciorum illis præſcriptus 138. Rectores Jadræ. 239. A Ladislao Neapolit. non ſunt venditi 254.
Jadrenſis. Sedis elevatio jus Dalmatiæ non attribuit Venetis - - - - - 160.
Jadrenſ. Epporum & Archiep. memoriæ. *Marcus* 141. *Stephanus* 151. *Lampridius* Archiep. I. 159. *Eugubinus* 165. *Petrus* 195.

Jai-

Jaicza an fuerit Ferdinando I. ceſſa 315.
Japides ubi? & quam reſoluti 2. Item 3.
Japidiæ Oppida clariora - - - - 7.
Jaurinenſium Epporum memoriæ.
Benedictus 124. *Colomanus* 242. *Demetrius* 295. *Dionyſius* 222. *Franciſcus* Comes Zicſy 252. *Georgius* Draskovich 429. *Georgius* Szecseny 414. *Gregorius* 188. *Joannes* 195. 379. *Nicolaus* 195. *Paulus* Gregorianczi 362. *Petrus* 183.
Jazyges ubi? diſtincti a Japidibus & Japygibus - - - - - - - - - - - 10.
Jellachich Stephanus - - - - 459.
Jeſzenovecz Caſtrum - - - - 262.
Ignatius Patriar. Conſtantin. - - 75.
Ihreptus Hipponicor. Regul. - - - 6.
Ijoſa Wolffg. - - - - - - - - 373.
Illieshazy Georg. - - - - - 420.
Illyricum extenſum ab Auguſto 7. reſtrictum - - - - - - - - - - 28.
Induciæ cum Turcis quid fuêre - 332.
Ingenuus Pann. Rector - - - 15.
Innicus - - - - - - - 80. 81.
Innocentius II. - - - - - - - 157.
Innocentius III. - - 169. 177. 180.
Innocentius VIII. - - - - - - 294.
Innus Comes Zagr. - - - - - 202.
Inſcriptiones Iggy, recentiores - - 17.
Inſignia pro Hungar. unde nata - 261. quid probant - - - - - - 263. 500.
Inſignium Regni Sclavoniæ 301. Regni Croatiæ vetuſtas - - - - - 444.
Inſtrumentis litterariis Proviſum a 260. Delata ad Concil. Conſtantienſe 261. Vide etiam 296. 297. 311.
Inſulæ quædam devotæ Ladislao Neapolitano - - - - - - - - - 251.
Inveſtitura Zvonimiri in Regem Croatiæ, cur rejicienda a - - - - - 106.
Inveſtitura prætenſa a Venetis ſuper Inſula Vegliæ a - - - - - - - 216.
Joannes Tyrannus - - - - - 27.
Joannes IV. Pontif. - - - - - - 13.
Joannes VIII. - - - - - 80. 81.
Joannes X. - - - - - - - 111.
Joannes XXII. - - - 232. 237. 422.
Joannes XXIII. depoſitus - - - 261.
Joannes Dalmatiæ Præf. - - - 61.
Joannes Comnen. gener S. Ladislai 122.
Joannes Angel. Dux Sirmy - - 124.
Joannes Dux Sclavoniæ - - - - 242.
Joannes Corvinus - - - - - 269.
Joannes Corvinus Dux Sclavoniæ 298.
Joannes Participatio Dux Venet. 145.
Joannes Sorenzo Dux Venet. - - 211.
Joannes Delphini Dux Venet. - 211.
Joannes Mocenigo Dux Venet. 217. 293.
Joannes à Suparantio Dux Venet. 233.
Joannes Card. Romanæ Sed. Legat. 107.
Joannes Rom. Sed. Legat. ad Bulgaros 197.
Joannes Archiepiſc. Spalatenſ. Monaſt. viſitat & reformat - - - - - - - 207.
Joannes Epiſ. Segnien. Vicarius Dalm. 245.
Joannes nominat. a Papa Epiſc. Segnienſis, rejectus nec agnitus - - - 237.
Joannes II. Epiſc. Tergeſtinus - - 96.
Joannes Epiſc. Varadienſis flectit Frider. Imp. ad pacem cum Mathia Rege 285.
Joannes Abbas Toplicenſis - - 192.
Joannes Archidiac. de Gvercſe - 413.
Joannes Presbyt. - - - - - - - 80.
Joannes Com. Vegl. - - - 216. 253.
Joannes de Griſogonis - - - - 238.
Joannes Biſſenus Com. Nitrienſ. - 243.
Joannes de Paliſna Prior Auranæ 245.
Joannes Comes de Zagoria - - 287.
Joannes Bittovecz Com. Comit. Varaſd. 289.
Joannes Gyvan - - - - - - - 308.
Joannes de Leo - - - - - - - 336.
Joannes Cuſpinianus - - - - - 308.
Joannes filius Petri de Horvathy - 382.
Joannes Crucifer Prior Auranæ - 382.
Joannes alias Calo-Joannes a - - 177.
Jobagiones Sancti Regis - - - 190.
Joſephus I. Imperat. & Rex Hung. 437.
Jovianus ſive Juvianus - - - - 24.
Ircandius - - - - - - - - - 89.
Iſaachus Imperat. Conſtantin. - 177.
Iſachich Caſtrum - - - - - - 343.
Julia Moeſa - - - - - - - - 492.
Julianus Imp. - - - - - - - - 24.
Julius Papa varians a - - - - 308.
Jura Regum & Sacræ Coronæ in Inſulas Dalm. 208. In Vegliam - - - 209.
Jura Regum Hung. in Dalm. recognita ab Europæ Princip. 310. A Romano Pontifice - - - - - - - - 274. 314.
Jura Regalia tuetur & exercet Mathias 296.
Juramentum Croatarum Dalmatiæ 39.
Jurſich Joannes - - - - - - 461.
Juriſſich Nicol. - - - - - - - 342.
Jus Patronatus Laicis collat. - - 240.
Jus quod ſæculare vocatur, unde? & quando natum? - - - - - - - - 240.
Juſtinianus II. Heraclius non vocabatur 32.
Ivanovich *Georg.* 280. *David* Comes 476.

K

Kamenjan Thomas - - - - - - 353.
Kaniſa *Ladisl.* 300. *Georgius* 304. 306. *Nicolaus* Thavern. Mgr. - - - - 225.
Kapolna Georgius - - - - - - 355.
Katzianer *Joann.* 315. 337. &c. *Eraſmus* Capitan. Bihachien. - - - - 345.

Digitized by Google

Keglevich *Petrus* Banus Jaicenſis 315. Petrus alter 407.
Kercſelich *Nicol.* - - - - - - - 366.
Keriatovich Theodor. Dux Munkacſiny - - - - - - - - - - - - - 243.
Keſſe Inſula - - - - - - - - - 215.
Khell Joſephus - - - - - - - - 17.
Kheenne Caſtrum - - - - - - - 188.
Khisli Gvido - - - - - - - - 335.
Klefelt Venceslaus - - - - 481. 482.
Kobaſſich Caſtrum - - - - - - 341.
Kobaſſich Georgius - - - - - 360.
Kollar Adam. Franc. - 102. 142. 290.
Kollonich Nicolaus - - - - - - 307.
Kollos Jacobus - - - - - - - 378.
Konoba Caſtrum - - - - - - - 193.
Konſchina, Koſtel, Krapina caſtra 451.
Konth *Nicolaus* Palat. 242. *Stephanus* 248.
Korotna Joannes - - - - - - - 288.
Koſtka *Petrus* - - - - - - - 374.
Kovachevich Thom. Can. Zagr. - 147.
Kozara & Verbaſs Caſtra - - - 271.
Kriſanich Caſparus - - - - - - 352.
Kriſtich Oſtoja - - - - - 149. 253.
Krupa Caſtrum - - - - - - - 341
Kruſſich Petrus - - - - - - - 331.
Kukapronсza - - - - - - - - 445.
Kuwar Caſtrum - - - - - - - 445.

L

Ladasclavus Croat. Libur. Dux 61. 66.
S. Ladislaus I. Rex Hung. a 118. Croatiam Pontificia donatione non obtinuit, quinimo jura Regum eſt tuitus 109. Item 121. Sclavoniam ut partem Regni & Ducatum Hung. reunit S. Coronæ 127. Eppatum *Zagrab.* fundat & conſtituit 127. 199. In Regnum elevat 128. Croatiam cur & quomodo occupavit 128. &c.
Ladislaus II. Rex Hung. - - - 162.
Ladislaus III. Rex *Hung.* - 169. 182.
Ladislaus IV. Rex Hung. in perturbatione Regni, fuit in Dalmatiæ poſſeſſorio 226. Penſionem CuriæRom. annuè ſolvendam ſpondet 227. Cauſa malorum ſuorum quæ? - - - - - - - - - - - 227.
Ladislaus V. Rex Hung. dictus Poſthumus 269. Regere incepit a 274. Bellat cum Imp. Friderico - - - - - - 278.
Ladislaus Neapolitan. a Bonificio IX. dictus Rex Hung. & Neapoli coronatus 251. 383. Jadram Venetis non vendidit 254.
Ladislaus Tranſilv. Vaivoda - - 230.
Ladislaus Comes Cliſſæ Vicarius Bani 238.
Ladislaus Bolffi de Deche - - - 289.
Ladislaus Cuſtos Eccl. Zagrabienſ. 276.
Ladislaus de Gereben. Viceban. - 276.
Ladislaus More - - - - - - - 356.
Ladislaus Palatin. Hung. - - - 124.
Laici & Suffraganei Epiſcopi ab electione Archiepiſcop. excluſi - - - - 236.
Lambertus Judex Curiæ - - - 195.
Lampertus Comes - - - - - - 132.
Lampridius Epiſc. Jadræ obtinet Pallium ab Anaſtaſio Pontif. 151. commendatione Venetorum - - - - - - - 159.
Landomirus Dux Sclav. Infer. - - 78.
Landſtroſs ſeu Koſtanjevicza Timeonis Frangepani - - - - - - - - - 224.
Lapſanovich Martinus - - - - 114.
Laudes quid? olim Regibus decantatæ 146. Hodie decantantur Papæ & Duci Venetiarum in Dalmatia - - - - - 260.
Laurentius Dux Sclavorum - - - 33.
Laurentius Dux Sirmy - - - 307.
Laurentius Archiepiſc. Spalatenſis 116.
Laurentius Mgr Pincernarum Comes de Kewe & Koraſſov - - - - - - - 204.
Laurentius de Monacis 212. &c.
Lebedias - - - - - - - - - - 91.
Legatus Rom. Sedis Prætendit Coronationem Regum Hung. non eſſe neceſſariam 229
Legiones Confiniorum Banalium 482. Generalatus Carolſtad. 472. Generalatus Eſſechinenſis 404. Generalatus Varaſdinenſis - - - - - - - - - - - - 448.
Leo Imp. - - - - - - 34. 58. 84.
Leo III. Pontifex - - - - - - 57.
Leo X. - - - - - - - - - - 309.
Leo Presb. S. R. E. - - - - - - 72.
Leo Card. Legatus ad Bulgar. - - 180.
Leo Dalm. Catipanus. - - - - - 95.
Leo Mattina Neapolit. - - - - 217.
Leopoldus Imp. & Rex Hung. mandat jura Coronæ elucubrari p. I. Vide alia 418. 434. 446. 473. 477.
Leopoldus Princeps Badenſis - - 479.
Lepa Regina Croatiæ - 111. 114. 131.
Lepoglavienſe Monaſterium - - 424.
Lepovinenſe Monaſterium - - - 434.
Levakovich Raphaël - - - - - 465.
Liburni in mari potentes 317. Liburniæ Civitates XIV. Finis hujus ad Scordonam - - - - - - - - - - - - 8.
Licinius Valerianus - - - - - - 15.
Licinius Carnunti a Gallerio Cæſar dictus 21.
Limigantes qui? - - - - - - - 24.
Limites Sæculo VIII. Inter Sclav. & Croatiam - - - - - - - - - - - 51.
Limites in Privil. Belæ IV. - - 196.
Limites Sclavoniæ ſub Bela IV. - 198.
Limites Sclav. & reſpectivè Croatiæ ſub Stephano V. - - - - - - - - - 223.
Limites ſub Vladisl. II. - - - 307.

Limites moderni - - - 401. 407. 461.
Littoralis Auſtriaci nova apellatio 326.
Liudemullus Dalmat. Dux. - - 52. 66.
Liudevittus Sclav. Dux - - - - - 58.
Locumtenens Cſaſmenſis quid? - 304.
Locumtenentes Regii - - - - 307.
Locumtenentiæ Banalis officii 475. 477.
Longobardi 27. Extendunt ſe ad Pannoniam 29. Gepidarum amici, dein hoſtes. In Italiam migrando, Pannonias Hunnis ſive Abaribus permittunt - - - - - 29.
Lonjenſis campus - - - - - - 454.
Loſoncz Stephanus - - - - - - 382.
Lotharius Italiæ Rex. - - - - 62. 64.
Lucas Archidiac. de Regvy - - 147.
Lucius III. Papa - - - - - - 166.
Lucius Joannes. Ejus apparentiæ 152. Civitates confudit 153. Chulmiam obſcurare nititur cum injuria Andreæ II. 176. Errat de Segnia 208. 218. conjecturæ ſuæ refutatæ a 213. Item 233. Nimius in conjecturando 236. errat in cauſa defectionis Spalaten. ad Tuarcum 246. Ejus ſententia de Hiſtoria Veneta 156. De Actis Concil. Dalmat. & Epiſtolis Papalibus 111. Faſſio de prætenſa Bulla Silveſtrina 214.
Ludolphus Sveviæ Dux. - - - 96
Ludovicus Pius Imp. - - - - 58. 62.
Ludovicus II. Imp. - - - - 70. 72.
Ludovicus I. Rex Hung. a p. 237. Eccleſiæ Zagr. libertates reſtituit & Dalmatiam recuperat, Venetis juramento omni in æternum prætenſioni renunciantibus 237. Dalmatiæ gubernatio ſua. 238. Jura Regalia tuetur in beneficiis Eccleſiaſticis conferendis a 239. Jurium Regalium vindex, Bosniam in jure clientellari tenuit & Serviam revindicavit 243. Regno Sclavoniæ dat privil. 241. Fundator Parochiæ Capronсen. - - - - - - - - - 242
Ludovicus II. Rex Hung. a 313. In Induciis pactis cum Turca ob exmiſſam Croatiam, eam defendendam Ferdinan. I ceſſit. 314. Dalmatia qualiter conſiderata? 315. In Sclavonia quæ diſpoſuit - - - 316.
Ludovicus Techius Patriar. Aquilejenſ. 258
Ludovicus Peker Viceban. - - 301.
Lukavecz Caſtrum - - - - 363.
Lunkavecz, Ludbreg olim Caſtra - 452.
Lupoglav Caſtrum 348. Pasconi vult & ſcribit adverſus Regum diplomata & fidem, pertinere hoc ad Iſtriam
Lupus Dux Forojulii. - - - - 40. 44.
Lutuardus Epiſ. Vercellenſis - - - 89.

M.

Madam filia Zvonimiri Butconi nupta. 133.
Magnentius ad Murſam victus, - - 24.
Mahomed Bosniam infeſtat, & in Croatiam ingreditur a - - - - - - - 257.
Makar Nicolaus Baro - - - - 425.
Malenich *Georg.* 1. *Nicolaus* - - 426.
Manfredus Archid. de Gvercſe - 128
Manuel Archiep. Bulgar. - - - 71.
Maranæ Ducatus - 98. 139. 196. 197.
Maraniæ Duces, titul. Ducis Dalmatiæ uſurpabant - - - - - - - - - 197.
Maraniæ Parochia olim Eppi Croatenſis, attributa dein Spalat. - - - 138.
Marcellianus Valeriæ Dux - - - 25.
Marcellus jobagio Caſtri Ferrei de genere Churnug - - - - - - - - 221.
Marchiones Stirenſes - - - - - 197.
Marcomani ſub Gallieno Pan. ſup. obtinent. - - - - - - - - - - - 16.
Marcſa ad Ivanich - - - 78. 431. 432.
Marcus Præſes Alpi. Juliar. - - 25.
Marcus Polus - - - - - - - 211.
Marcus Cornarus Dux Venet. - 211.
Marcus Marketich - - - - - - 334.
Mandurinæ 202. 304. 417. *in Nota.*
Mare Adriaticum cujus olim 317, olim Veneti *Aquas Sclavonicas* vocârunt, nunc *Culphum Veneticum* - - - - - - - 234.
Margaretha Duciſſa Sclav. 242. 424. 444.
Margaretha Szekell. - - - - - 360.
Margaret conjux ſen. Joan. Ungnad. 353. 357
Markhazy Gregorius. - - - - - 373.
Maria ſoror Heraclii Imp. - - - 41.
Maria. - - - - - - - - - - - 133.
Maria filia ut dicitur Ladisl. II. Hungar. Regis. - - - - - - - - - - - 163.
Maria Regina Siciliæ a - - - 228.
Maria Reg. Hung. filia Ludovici I. & uxor Sigiſmundi Imp. & Regis cur a Patris morte ſubito coronata 243. In Dalmatiam pergit cum Matre & ſorore 244. Qui ab ea primi defecerunt 244. Ejus mors, magnos motus cauſavit 247. Vide etiam diploma. 382.
MARIA THERESIA filia Caroli VI. Imp. & Regis Hung. conjux *Franciſci I. Imp. & Co-Reg. Hung.* 91. 252. 302. 402. 404. 405. 432. 452. 459. 494.
Maria Reg. Hung. Ludov. II. uxor. ſoror Ferdinandi I - - - - - - - 314.
Maria Reg. Hung. Maximiliani Regis Hung. uxor. - - - - - - - - 386.
Marilius Turbo, ſub Hadriano Imp. Præſ. Pann. - - - - - - - - - - - 11.
Marinus Dux Venet. fatetur jus notorium Regum Hung. in Jadram a 212. & 72.
Marinus Archiep. Spalat. - - - - 250.
Fr. Marinus de Curzula auctor abſolutionis generalis - - - - - - - 297

Maritimæ partes, ſunt Regni Croat. pertinentes ad S.Coronam a - - - - - 224.
Maritimus proceſſus & ejus relatio - 483.
Martianecz olim Martené caſtrum - 35.
Martinianus - - - - - - - - - - 23.
MartinusV.Papa abſolvit Dalmatas a fidelitate erga S.Coronam & a cenſuris quas incurriſſent ſub Regibus Hungariæ - 259.
Martinus Claudus - - - - - - 65.
Martinus Czobor - - - - - - - 308.
Martinus Sanutus - - - - - - 211.
Maſtarda Georg. - - - - - - 334.
Mathæus Vaivoda Tranſil. - - 222.
Mathæus Mgr. Thavernic. - - - 124.
Mathias I. Corvinus Rex Hung. Regni curas ſtatim aſſumit 280. Parat ſe contra Turcas, & Decreto edito multa innovat a 283. Magnus animo in afflictionibus 285. Civitates Zagrabiam, Varasdinum, cum Inſula Muraköſz recipit, tum ratio Sclavoniæ gubernandæ 288. Ejus Ordinationes de Croatia a 290. De Stiriæ modernæ partibus, quas poſſedit 288. 291. Pro Dalmatia,quæ egit 292.216.Promovet res maritimas 293. Disguſtus varii cum Venetis 293. Bosnia & Servia qualiter ſub Mathia 294. Servandis juribus Regalibus ſtudet, diſciplinam Eccleſ.ordinat, Clauſtrales reformat 295. Lamentatur adverſus Romam 216. 296.
Mathias Archidux Auſtriæ, poſt Rudolphum Rex Hung. - - - - - - 365.
Matici - - - - - - - - - 9. & 10.
Maurus totius maritim. exercit - 165.
Mauritius Epiſc. Iſtriæ - - - - 54.
Maxentius - - - - - - - - - - 21.
Maximilianus Herculæus - - - 20.
Maximilianus Imp. Viennam recipit, qui ejus partium? fundamenta prætenſi, Regni Hung. 298. Jura in DalmatiamVenetis cedere non potuit - - - - 310.
Maximilianus Rex Hung. a 385. Item 364.
Maximinnus Imp. - - - - - - - 14.
Maximinus & filius ſuus Marcellianus Duces Valeriæ - - - - - - - - 25.
Maximus Pupienus & Balbinus - - 14.
Maximus Aquilæam occupat, Alpes Julias munit, Petovium recipit, ad Siſciam victus - - - - - - - - - - - - - 25.
Medve Caſtrum ædificari incoatum 199.
Mellen Caſtrum - - - - - - - 451.
Menomorouth Dux 86. Superatus ab Hungaris - - - - - - - - - - - 93.
Mercurius Comes - - - - - - 160.
Merzyn Caſtrum - - - - - - 339.
Michael Rex Sclavorum, ubi? 106. 108
Michael Balbus Amoræus Imp. - 62.
Michael Banus Sclavoniæ - - - - 79.
Michael Orſzagh Palat. Hung. 288. 295.
Michael Comes Magdeburg. - - 276.
Michael Comes Venetus - - - 211.
Michael Comes Varasdinenſis - - 219.
Miclos de Paliſna - - - - - - 247.
Mihelich Paulus Viceban. - - 249.
Mikulich *Petrus* 351. *Michael Franciſcus* 484.
Militia varia & multiplex olim in Hungaria - - - - - - - - - - - - 369.
Minores Fratres S. Franciſci, alias vulgo Franciſcani. Provinciæ S. Ladislai 417. Provinciæ S. Capiſtrani 403. SSmæ Crucis in Sclavonia 420. In Croatia - - 467.
Minoslaus Comes, defenſor jurium Regalium - - - - - - - - - - - - 165.
Minutius Archiepiſc. Jadræ - - 333.
Miroſthlabus fil. Regis Creſimiri - 79.
Mislaus Dux Croatarum - - - - 62.
Mislenovich *Joannes* 247. *Vincentius* 412. 426.
Miſnenſis Eccleſiæ mos - - - - 415.
Miſſa pro Rege,& SS. Trium Magorum, ſeu Regum a 148. Pro Somniis Interprætandis - - - - - - - - - - - 234.
Modeſtus Epiſc. Veſprimienſis - 202.
Modigliſcus Dux Vandal. - - - 27.
Modi varii Monarchiæ aſſerendæ univerſalis, Rom. Sedi 251. 261. &c.
Modruſſa 103. 162. olim Civitas & Comitatus - - - - - - - - - - - 464.
Modruſſienſis Epiſcopatus initia incerta 463. Mathias Rex ordinationem hujus non admittit Papæ 296.
Modruſienſium Epprum *memoriæ.* *Nicolaus* 294. *Chriſtophorus. Ferdinandus Frangepani* &c. vide 465.
Mœſia diviſa in Super. & Infer. - - 11.
Molerſtein Baro Joannes - - - 449.
Monaſteria quædam antiqua in Sclav. 416.
Monaſterium S. Demetrii - - - 104.
Monetæ Papales inSclav. 229. Sublatæ 261.
Monetæ Sclavonicæ a - - - - 128.
Moniales olim Zagrabiæ, ubi nunc Capucini - - - - - - - - - - - - 428.
Moniales modernæ S. Claræ quando? quæ primæ? qualiter fundatæ - - 429.
Moniales Urſulinæ Varaſd - - - 430.
Mons Claudius 4. Item 453.
Montanei initia, & quid ſit? - - 236.
Mores Procerum & Nobilitatis S. Coronæ 297. *Fœminarum* 133.
Morlachi qui, unde? ubi? - 239. 327.
Mortagon Bulgar. Princeps - - 71.
Moſtar Caſtrum - - - - - - - 341.
Moymarus Moraviæ Dux - - - 76.

Moys

Moys Palatin. Hung. - - - - - 222.
Mucimirus - - - - - - - - - - 79
Mulieres Aquilæjenſes 14. *Sclavæ* in Caſtris 41. *Poſſavanæ* 456.
Mundus Gepida Rex Sirmy - - - 27.
Muſumer Palatin. - - - - - - - 188.
Mutnicza arx - - - - - - - - 344.

N

Nadásd *Thomas* Banus Jeſzenovecz recuperat a Turcis 362. *Idem* Palatin. Hung. 362. *Franciſcus* Judex Curiæ Regiæ 419. *Franciſcus* actu Banus ab anno 1756.
Nagy-Ingh Civitas olim - - - 382.
Napuli *Valentinus* 412. *Balthaſar* 426.
Narentani - - - - - - - - - 114.
Natalis Venetus - - - - - - - 211.
Nauportum - - - - - - - - - 489.
Nebula Sclavorum Dux - - - 45. 53.
Neliptius Joann. Com. Cettinæ - 249.
Nenadovich Paulus Epiſc. Plaſchenſis 471.
Nerva Coccejus Imp. intendit varias Nationes, unam gentem efficere - - - 9.
Nicetas a Nicephoro miſſus ad mare Adriaticum 57. Item 70.
Nicetas Choniates quæ de Venetis 152.
Niczky Comes Chriſtophorus - - 406.
Nicolaus I. - - - - - - - - - 72.
Nicolaus II. - - - - - - - 115. 106.
Nicolaus III. - - - - - - - 226. 227.
Nicolaus IV. - - - - - - - - 228.
Nicolaus V. - - - - - - - - - 274.
Nicolaus Oſtienſis Legat. Pontif. - 229.
Nicolaus Marczali Palatin. - - 253.
Nicolaus Vaivoda Tranſilv. - - 221.
Nicolaus Abbas Toplicenſis - - 129.
Nicolaus Præpoſ. de Poſega - - 243.
Nicolaus de Vizakna Vice-Gubernator Tranſilvanienſis - - - - - - - 271.
Nicolaus Epiſc. Pharenſis - - - 171.
Nicolaus Comes Vegliæ Segniæ - 209.
Nicolaus de Chupor Vaivoda Tranſil. 295.
Nicolaus Iſthvanffy 313. 314. 328. 386. &c.
Fr. Nicolaus Ord. Min. Orator Spalatenſium a 245.
Nicopolis Caſtrum - - - - - - 382.
Nitria ſeu Nitrava ubi? - - - - 77.

Nitrienſium Epprum memoriæ.

Blaſius Jaklin 393. *Bartholomæus* 124. *Georgius* Szelepcſeni 419. *Joannes* 195. *Ladislaus.* Adamus Erdœdy 395. *Paulus* Bornemiſza 362. *Fr. Stephanus* 242. *Stephanus* 328. *Thomas* 295.
Nobiles Armaliſtæ in Hungaria qua ex cauſa? & unde orti, qualiter conſiderati? 262.
Nobiles a Jobagionibus Caſtrorum diſtincti 203. Nobilium privilegia 204. Diſtinctiones ſublatæ 241. Quorundam memor. 365.
Nobiles Campi Turopolja - - - - [illegible]
Nobiles de Drenova - - - - - [illegible]
Nonæ cur a Clero relaxatæ - - - [illegible]
Nonenſis Eppatus reſtauratus - - [illegible]

Nonenſium Epprum memoriæ.

Joannes 195. *Jula* qui ſimul & Banus 227. *Grubcius* 185. *Rodanus* 162. *Mathæus* 168. *Stephanus* 221.
Nortmani qui? & unde? a - - 115.
Novigrad Caſtrum - - - - - - 341.
Novi Arx - - - - - - - - - - 343.
Novoſzel Lucas - - - - - - - 458.
Novovillanus Parochus, ejus fundatio, eſt Capellan. Epiſc. Zagrab. - - - 413.
Numiſmata & numi eruti in Schytaro, relati a - - - - - - - - - - 491.
Numi Sclavoniæ a 129. Item 498.

O

Occidentalis Imperii quæ fuêre in Italia Sæculo XII. - - - - - - - - 144.
Ocra mons - - - - - - - - - 17.
Octavius Auguſtus Aquilæam condit, Japodes ſuperat 2. Segeſtani ſe eidem dedunt. 3. Cum Senatu dividit Provincias 8.
Octo Conradus a Venetis victus - 161.
Ode Croatica in Latinum translata 133.
Odeſcalchi Famil. Titulo Ducis Sirmy gaudet - - - - - - - - - - - 407.
Odeacer victus - - - - - - - - 25.
Odra fluvius - - - - - - - - 78.
Oeconomiæ quæ ratio fuit in Sclavon. 449.
Okich Caſtrum olim - - - - - 459.
Oppidum Szamobor 457. *Jaſzterbarſzko* 459
Ordelaphus Faledro Dux Venet. - 141.
Orlovich Capitan. Segnienſis - - 352.
Ormoſd Caſtrum - - - - 188. 359.
Orſich Comes Chriſtophorus - - 483.
Oſtercz Caſtrum - - - - - - 451.
Oſtoja Rex Boſniæ - - - 250. 253.
Oſtreherich Georgius - - - - 216.
Oſtrovicza & Cliſſa - - - 246. 315.
Oſvaldus Epiſc. Zagrab 287. 290. 303.
Otho Salvius Imp. Pannoniam tenuit 9.
Otho III. Imp. Venetis dat privileg. & tributa relaxat - - - - - - - - 144.
Otho Rex Hungar. - - - - - - 229.
Otho Dux Venetiar. pulſus - - - 150.
Otho a Dalmatis fidelitatis juramentum cujus nomine recepit - - - 150.
Otho Fridericus a Pucheimb Epiſcop. Labacenſis - - - - - - - - - 425.
Otho - - - - - - - 89. 97. 100.
Ottocienſis Eppatus. Qui Epiſcopi? a 310. Item 465.

D 2 Paak

Digitized by Google

P

Paak Antonius Viceban. - - - - 209.
Palatinatus Hung. elevatus valde - 299.
Palffy Nicolaus. - - - - - - - 420.
Palisna *Joannes* 244. hujus mors 245.
Miclos Oſtrovicz æ Comes - - - - - 246.
Phalizin quomodo Rex Hung. - - 93.
Phanegyri Sclav. ſervientia 36. 47. &c.
Pannonia ab Auguſto ſuperata & ſtipendiariis adjecta 3. Limites hujus relati a Strabone. 2. Item 6. & 7. A Dalmatia diſtincta 4. 316. Tributis tardius ſubjecta, quia Romanorum auxiliaria. 6. Maximinnis mortuis ſui juris effecta 15. Provincia fuit Auguſtorum - - - - - - - - - 9.
Diviſa in I. ſeu ſuperiorem & II. Inferiorem, obſcuri utriusque limites arguuntur 10. & 11. Deinde ſubdiviſa in Saviam &c. 21. 23.
Sub Gallieno ſciſſa in partes 16. Marcommanis probabilius ad Muram fluv. ceſſa 17. Inferior attamen manſit ſub poteſtate Auguſtorum 17. Confuſa, & quid nomine Bubaliæ Sirmienſis 22. Miſerè vaſtata a Sarmatis & Quadis 26. A Sæculo V. ejus ſtatus 30. A variis gentibus viciſſitudines, demum Sclavoniæ, Croatiæque nomen ſortita 32.
Paraminſzki Petrus - - - - - 481.
Parochiæ in Infer. Sclavonia E. Z. 401.
Parochiæ ejusdem, in Sclav. Super. & Croatia a - - - - - - - - - - 409.
Paschalis Papa - - - - - - - 138.
Paſtoris Caſpar. - - - - - - - 342.
Patachich *Alexander* 405. *Joannes* 35. 406. 452. *Ludovicus* 406. 452. *Mathias* 449. *Stephanus* 481. 482. *Georgius* Item *Gabriel* 402. *Franciſcus* 451. 483.
Patareni in Bosnia - - - - - - 237.
Patzinacitæ 37. *Idem* ac Rutheni vel Vlahi - - - - - - - - - - - - 91.
Paulinorum origo, regulatio, vetus appellatio a 421. Eorum privilegia 423. Diviſio in Provincias, & Croaticæ Provinciæ Conventus 424. Capellæ S. Hieronymi collatio, quae Abbatia nunquam fuit 425. Prætenſiones & moleſtiæ ſine fundamento cum Parochis in ſtrigo 425. Prætenſio eorum rejecta 426. 469. Conventus Croatiæ in Provincia eorum Iſtriaca 469.
Paulus II. - - - - - - - - - - 294.
Paulus Populonienſis Epiſc. - - - 27.
Paulus Dux Jadræ - - - - - - 56.
Paulus Epiſc. Zagr. Romam pergit, uti & Jadrenſis - - - - - - - - - - 244.
Paulus Sarpius - - - - - 336. 208.
Paulus de Patka - - - - - - - 363.
Payer Joannes Leopol. - - - 450.
Pecri Ludovicus - - - - 343. 353.
Pejachevich Baro Marcus - - - 407.
Pelſeucz Joannes - - - - - - 379.
Pemo Dux Forojuly, fugit ad Sclav. 46.
Pepo Patriarcha Aquil. - - - - 150.
Peren Emericus - - 307. 308. 328.
Perennis Pann. Præf. occiſus - - 13.
Perghokar Andreas - - - - - 373.
Periczhoff Marcus Joſeph. - - 356.
Perſonalis Præſentiæ officium inſtitut. 283.
Perver Chriſtophorus - - - - - 371.
Petazzi Comes General. - - - - 483.
Petelenich Hieronymus - - - - 314.
Petrana Comes Jadræ - - - - - 160.
Petrovagora - - - - - - - - - 136.
Petrovaradinum - - - - - - - - 402.
Petrus Rex Hungariæ - - 101. 102.
Petrus Rex Bulgariæ - - - - - 177.
Petrus Chulmiæ Dominus - - - - 186.
Petrus Urſeolus I. Dux Venet. - 120.
Petrus Urſeolus II. Dux Venet. - 145.
Petrus Barbolanus Dux Venet. - 150.
Petrus Polus Dux Venet. - - - - 159.
Petrus Gradenicus Dux Venet. - 211.
Petrus Ziani Dux Venet. - - - - 215.
Petrus Lauredanus - - - - - - 258.
Petrus Bembus Card. - - - - - 310.
Petrus Card. Legat. Romanæ Sedis 114.
Petrus Archiepiſc. Spalatenſ. ſub anna-themate Longiori - - - - - - - 232.
Petrus Bulgariæ Legatus - - - - 74.
Petrus Goynici filius fugit ad Croat. 95.
Petrus Abbas Latinus S. Adriani - 102.
Petrus Comes S. Georgy & Buſin Jud. Cur. Regiæ - - - - - - - - - 306.
Petrus Beriſzlo Epiſc. Veſprimienſ. 307.
Petrus a Pago - - - - - 254. 259.
Petrus de Miſſilin - - - - - - - 256.
Petrus de Cinto - - - - - - - - 359.
Petrus Chernkovich - - - - - - 402.
Petrus Macedonay - - - - - - 362.
Phile Præp. Zagr. - - - - - - 219.
Philippus Pann. Dom. 15. Idem - 490.
Philippus Francorum Rex - - 205.
Philippus Palatinus - - - - - 195.
Philippus Firmi Legat. Sed. Rom. 226.
Philippus Paſcalico - - - - - 334.
Photius - - - - - - - - - - - 72.
Piariſtæ in Sclav. & Croatia - - 429.
Pinne Rex Breucorum in Pannonia, a Batone proditus 4. Ejus Regnum ubi? 6.
Pipinnus Rex Italiæ, Venetos fecit tributarios ſibi - - - - - - 54. 57. 58.
Pius II. Mathiæ electionem juſtam agnoſcit 284. Jura cuivis ſua ſervari vult. Hortatur

tatur Chriſtianos Principes contra Turcas 285. Coronas Regales eſtò petitus non diſtribuit, nec Epiſcopos nominat, ne jura Regum violet - - - - - - - 285.
Planina & Planinenſes - - - - 416.
T. Plautius - - - - - - - - 9.
Plemich Georgius - - - - 449. 474.
Pleternicza - - - - - - - 284.
Podgoria Caſtrum - - - - - - 459.
Podmaniczki - - - - - - - - 373.
Pogan Sclavicum quid denotat - - 69.
Pogan Petrus - - - - - - - 347.
Pogledich Georgius - - - 471. 481.
Poh Palatinus - - - - - - - 188.
Pongratcz Joannes Vaiv. Tranſilv. 295.
Pontificale Romanum - - - - 148.
Pontifices Romani favent Venetis 294.
Pontius an Banus fuerit - - - 187.
Porinus Croat. Libur. Princeps 50. 64.
Poſega - - - - - - - - - - 383.
Poſeganus Comitatus - - - - 406.
Poſſavani Proceſſus incolarum mos 456.
Pray Georg. 91. 229. 230. 266. 268. 191.
Præbendarii unde dicti? & quod eorum officium - - - - - - - - - - 412.
Predaucy quid - - - - - - - 227.
Prædicatores ſeuDominicani olim Zag.286.
Præpoſitura S. Petri de Poſega - - 402.
Præſcriptione tueri ſe, pro Dalmatia nequeunt Venetæ - - - - - - 399.
Præſides Provinciarum dilexit Severus 14.
Pribunius Banus - - - - 79. 495.
Primas & Patriarcha an differant 180.
Priſca cujus filia - - - - - - 122.
Privatorum cura noxia S. Coronæ a 314.
Privilegia Regni Hungar. ubi olim? 370.
Privina a - - - - - - - 76. 77.
Probus Imp. - - - - - - - - 19.
Probus Præf. Prætor. apud Sirmium 25.
Proculus Albingaunus in partibus maritimis - - - - - - - - - - - 17.
Protonotarius Sclav. qualiter eligitur 287.
Protonotariorum aliquorum memoriæ 221.
Provinciæ in Diœceſes diſtributæ 8.
Senatus Romani ſive Proconſulares? - 9.
Pzer Caſtrum - - - - - - - 454.

Q

Quadi - - - - - - - - - 24. 26.
Quinque-Eccleſienſis Epiſ. a S. Stephano Rege fundatus 142. Baſilicam Petrus Rex abſolvit - - - - - - - - 107.
Quinque-Eccleſ. Epporum memoriæ. *Bartholomæus* 124. 421. *Bonipertus* 103. *Calanus* 167. 170. 183. 188. *Georgius* Draskovich 362. *Georgius* Tompa 363. *Georgius* Klimo 406. *Job* 222. *Joannes* 158. *Joannes* 285. 295. Fr. *Joannes* Salix 419. *Ladiſlaus* 195. *Nicolaus* 242. *Maurus* 104. *Sigiſmundus* 307. *Valentinus* Cardinal. 195.
S. Quirinus Epiſc. Siſcienſ. - - 8. 14.

Quæſtiones in hoc opere attactæ.

An Batro Pannonicus a Cæcina victus? aut ille victor hujus fuerit? - - - 4.
An Magiſtratus Pannoniæ Veteris ſuſtulerit Tiberius - - - - - - - - 5.
An Siſciæ monetarias inſtituerit Tit. Claud.DruſusGermanicus? aut NeroClaud.? 9.
An ſub Maximinnis, aut Decio, vel Trajano in Pannonia erecta Respubl. Andautonium? - - - - - - - - - - - 15.
An Vabalathus Ucrimorum ſub Aureliano has Regiones gubernaverit? - - 17.
Quæ ripa ſtrige, per cujus circuitum venit Nicomediam Diocletianus - - - 20.
Patria S. Hieronymi ubi ſtatui poteſt? 21.
Unde diſſenſio intra Conſtantinum Patrem & Criſpum filium? - - - - - 22.
Pannoniæ Conſtantinus an reſtituerit Cilliam? - - - - - - - - - - - 23.
Quæ gubernandæ Pannoniæ ratio ſub Conſtantino, & quæ conſideratio? - - 23.
AnDalmatia extenſa fuerit ad Savum ab Auguſto? & hæc extenſio perduraverit ad Sæculum VII. Quæſtio a ſubditis Sacræ Coronæ non negligenda - - - - 30.
Pannoniæ Veteris novi incolæ an *Sclavi* aut *Slavi* fundatius ſcribendi? - - 32.
In Pannonia Savia, ubi primas Sedes Sclavi locârunt - - - - - - 34. 35.
An ideo Romano Imper. obnoxientur hæc Regna, & Hungaria, quod olim Pannonia ſubjecta fuerit Romanis? - - 39.
Samo quorum Sclavor. Rex? - - 43.
An alba Croatia ſuſtineri valeat in partibus modernæ Croatiæ, Sclavoniæ, ac in parte Stiriæ & Carnioliæ? - - - - 50.
Cur notitiæ harum Regionum hactenus neglectæ? - - - - - - - - - - 50.
Utrum Croatæ Sclavoniæ nomen extenderint? & a Croatis dicatur Sclavonia? 52.
Hunni qua ex parte Forum-Julium aggreſſi? - - - - - - - - - - - 54.
Qualiter inter Carolum I. & Nicephorum Imp. pax innita? a - - - - 57.
Utrum Sclavonia Crumo Bulgaro paruerit? a - - - - - - - - - - 58.
Argaidus quorum Sclavor. Dux? - 45.
Apocriſarii Rom. Sedis, qua via in Bulgariam ſunt profecti? - - - - - 70.
Ludovicus qua via, & adverſus quos Dalmatas eſt profectus? - - - - - 70.
Cur ejectus eSclavon. Formoſus, acalii? 76.

Digitized by Google

Unde defectus Chronicarum Veterum Hungar. - - - - - - - - - - - - 83.
Wazil & Raczi de quibus Anonymus Hung. ubi ? - - - - - - - - - - - 88.
An HungariCroatiam totam receperint ? 99.
Unde radix & origo quæſtioni, Sclavonia & Croatia, utrum unita vel ſubjecta ſit S. Coronæ - - - - - - - - - - 99.
Unde promanat Titulares Epiſcopos & Abbates nominari a Regibus Hung. 171. 229.
Cur Colomanus Rex miſerè deſcribatur a recentioribus - - - - - - - 134.
Cur a Clauſtralibus nec peti, nec præſtari poſſit ſincera publicarum rerum, ac jurium illuſtratio. 208. Item *in Præfatione.*
Unde quæſtio, Sclavonia utrum unita vel ſubjecta Hungar. ? - - - - - 249.
Qualis in fata quæſtione uſus ? - - 399.
Quando belli initium pro Stiria ? - 198.
Quos limites fecit Bela IV. Intra Stiriam & Sclavoniam - - - - - - - 198.
Plures Coronæ Regum, an olim fuerunt in Hungar. a - - - - - - - - 265.
Quid de Natalibus Joannis Gubernatoris Corvini ? - - - - - - - - - 270.
Quæſtiones *Indigenatus*, unde intelliguntur ? - - - - - - - - - - 370.
Viminacium Vetus Romanor. ubi ? 490.
Borichius quis & cujus filius ? - 496.
Titulis Regiis, an Vladislaus II. inſcripſerit, *Sclavoniæ Rex* - - - - - - 500.

R

Rabatta Joſephus favet Venetis, ejus acta Segniæ, & conventiones cum Venetis 334.
Radagaiſus Vandalorum & Alanorum Rex - - - - - - - - - - - - 26.
Radoslaus Dux, Banus - - - - - 205.
Radovanus filius Zvonimiri - 101. 114.
Radus Palatinus - - - - 102. 104.
Raguſini ſubdunt ſe Orient. Imp. a 69. Fidelitatem ſervant S. Coronæ 274. Mathiam Corvinum habent pro Rege ſuo 295.
Rakonog Caſtrum - - - - - - 346.
Raphael de Sorba - - - - - - 238.
Raſca Blaſius Caſtellan. Buden. - 304.
Raſciani variè nuncupantur 434. Vetera Privileg. a Ducibus elargita vel confirmata ? - - - - - - - - - - - 433.
Raſzina Caſtrum - - - - - - - 452.
Raſtices Moravorum Sclav. Dux - - 71.
Ratbodus - - - - - - - - - - - 77.
Rathichis Præf. Foro-Julii - 45. 46.
Ratimarus - - - - - - - 76. 98.
Ratkay Paulus - - - - - - - 347.
Rauber Nicolaus - - - - - - - 336.
Rajnerius Geno Dux Venet. 216. 234.
Rebrovich Petrus - - - - - - 350.
Regillianus Imp. - - - - - - - 16.
Regni Boſniæ Senatorres - 248. 257.
Regni Croatiæ quæ gubernatio ſub propriis Regibus - - - - - - - - 118.
Regnum Hung. Trifariam diviſ m. 162.
Relles Dux Croatorum - - - - - 164.
Relkovich Math. Anton. - - - - 402.
Remetenſis Conventus - - - - 429.
Repicius Advocatus - - - - 319. 331.
Reſpublicæ ſub Roman. plures - - 5.
Reipublicæ Regni Sclav. antiquitas, Magiſtratus varii, & juriſdictio - - - 440.
Rhenanus Dux Sclav. - - - - - 98.
Ricciardi Petrus - - - - - - - 473.
Rieger Paul. Joſeph. - - - - - 370.
Ripariensis Pannonia - - - - - 17.
Riproth Petrus - - - - - - - 358.
Ritter Paulus - - - - - - - - 473.
Robertus Siciliæ Rex - - - - - 233.
Robertus Nortmanus - - - 115. 119.
Robertus Abbas obligat ſe ſtare judicio Eppi & Curiæ Regis - - - - - - 185.
Rogerius Sclavoniæ Dux, ſub Emmanuele Imp. - - - - - - - - - - 165.
Rogerius Scriptor, quis ? - - - - 191.
Romani Senatus, connatus pro obtinenda Dalmatia 163. modus 296. Prætenſio de Regno Hungar. - - - - - - - 227.
Romani Clade affecti a barbaris - - 2.
Romani Imperii ruinæ, quæ cauſæ ? 38.
Rozgon Simon Jud. Cur. Reg. - - 379.
Rudolphus Roman. Rex - - - - 227.
Rudolphus Imper. & Rex Hung. 336. 394. 392.
Ruffinus infidelis - - - - - - - 26.
Rugi - - - - - - - - - - - - 28.
Rutheni in locis variis - - - - - 496.
Rhymetalces Rex Thraciæ Romanis ſuccurrit - - - - - - - - - - - - 4.

S

Sabaria - - - - - - - - - - - 25.
Salacho Comes - - - - - - - - 76.
Salomon Rex Hung. fil. Andreæ I. - 102.
Salanus Dux ubi ? 86. Superatus ab Hungaris - - - - - - - - - 87. 93.
Salonia vel Salonina partem Pannon. Super. tenuit 16. Ejus memoria - - 493.
Salvius Julianus emit Imp. a militibus 13.
Sambok Joannes - - - - - - - 384.
Sambucus quis ? Ejus Tabulæ falſæ a 390.
Samo cum Dagoberto Rege pugnat - 42.
Samobor arx ædificari incoata 199. Ejus hiſtoria - - - - - - - - - - 457.
Samoborienſes fodinæ - - 449. 457.
Samuel Rex Hung. dictus Abba 94. 101.

San-

Sanſovinus - - - - - - - - 211.
Saraceni veniunt contra Dalmat. - 69.
Sauromatæ alias Sarmatæ - - - - 28.
Scardona aut Scodra - - - - - 333.
Scardonenſium Epporum memoriæ.
Franciſ. 193. *Lampridius* 162. *Michael* 170.
Sciri, Satagæ, Setagari, Alana gens in Mœſia olim locati, ſed deleti a Gothis - 28.
Schwandner Joan. Geor. optimè meritus de Hung. - - - - - - - - - 82. 91.
Schytæ Romanis nomen generale - 27.
Schytaro - - - - - - - a 487.
Sclavi. Sub Juſtiniano prima mentio 31. Unde ſunt 34. a Gepidis evocati, Tiberium affligunt 29. Diſtincti ſunt ab Abaribus, quibus ad Tiſſam aſſiſtunt, obtinentque ab his terras. Vaſtant Romanum Imperium. Ex Dalmatia reverſi, tenent Pannoniam Saviam 33. 34. 35. Primæ horum Sedes in Pann. conjectantur 35. Dalmatiam ſub Phoca obtinent 35. 40. Pannoniam I. æquè cum Abaribus, & quædam de Infer. Pann. tenent 36. Attamen ab Abaribus & Vandalis diſtincti 36. Iſtriam vaſtant 39. Per hodiernam Carinthiam & Carnioliam ſe extendunt 40. 44. Ducem Giſulphum Forojuly occidunt 40. In varios Ducatus diviſi, Rempublicam formant 50. In his Regionibus antiquiores Croatis - - - 52.
Sclavonia quando Catholica, & quæ hujus confuſio a 72. Diviſa in Superiorem & Inferiorem a 76. Reverſis Hungaris, horum Regno, ſe conjunxit 93. 98. 99. Regibus Croatiæ obnoxia dein, 105. a Croatia diſtingui debet 93. 105. 123. Recepta ab Hungaris in Regnum elevata 127. Jam reſtricta, jam latior 123. &c. Diſcors. 271. 275. &c.
Sclavoniæ Ducum Periodo III. memoria.
Botond, tum *Culpun* 98. *S. Stephanus* 103. *S. Emericus* 103. *Adalbertus* 104. *Bela* 125. *Geyza* 158. *Emericus* 168. *Andreas* 169. *Bela IV.* 189. *Colomanus* 123. 128. 497. *Bela* fil. Belæ IV. 200. 207. *Andreas* 226. *Stephanus* 147. 444. *Carolus* Dyrhachinus 242. *Joannes* 242. *Margaretha* 242. 444. *Joannes Corvinus* 298.
Sclavoniæ Gubernatores Periodi IV.
Carolus Archidux 332. 392. &c. *Ferdinandus* II. 333. 426. *Mathias* 365. *Banos* vide ſuper. to. *Banus*
Sclavoniæ Regni Inſignia 301. Gubernationis ratio ſub Ferdinando I. 360. Antiquitas 440. Magiſtratus a 441. Æconomiæ ratio 449.
Sclavoniæ inferioris Limites, & Triplicis juriſdictionis relatio a 401. Hujus Comitatus deſignati 476. erecti 405. Præſidia moderna 404.
Sclavoniæ Superioris moderni limites 407. Hujus Civitates, Oppida, Fluvii, Communitates, Comitatus &c. 408. Regulatio Comitatuum 442. Confiniorum relatio a 443.
Scordiſci ubi? - - - - - - - - 5.
Scribonianus Camillus - - - - - 9.
Scriptores quidam cujus ætatis? - - 4.
Scriptores Veneti reffelluntur a 143. Ex his qui antiquiores 211. Iniqui in Reges Hungariæ a 142. 176. &c.
Scriptores a deſcriptoribus diſtinguendi, & domeſtici lædentes jura Regum & Coronæ, per publica Decreta refutati - 154.
Scriptoribus quæ obſervanda? - - 327.
Sebaldus Maur. Capit. Civit. Zagrab. 275.
Sebaſtianus Zeani Dux Venet. - 215.
Sedesclavus - - - - - - - - 79. 80.
Segeſtani ubi? - - - - - a - - 3.
Segnia - - - - - - - - - - 217.
Segnienſis Epiſc. initia? & ex quibus Sedibus conſtat hodie 462. 466. Ejus Capitula a - - - - - - - - - - 466.
Segnienſis Eppus reſiſtit erectioni Epiſcopatus Ottociacenſis - - - - 311.
Segnienſium Epporum memoriæ.
Miræus 165. *Leonardus* 195. *Bernardus* 237. *Joannes* 245. *Michael* 310. Quosdam cæteros vide - - - - - - 465.
Segnienſis Capitaneatus erectus 242. Item a 307. 314. Carolſtadium translatus 472.
Segnienſes Capitanei - - - 307. 314.
Segnienſes a Papa nominatum Epiſcopum rejiciunt 237. Turcis Venetisque graves 332. Iſtriam invadunt 333. Naves cur illis ſublatæ? - - - - - - - - 336.
Sejanus - - - - - - - - - - 4.
Selin Caſtrum - - - - - - - 355.
Sepel Cumanus Mgr. Agazon. - - 94.
Sepel Inſula - - - - - - - 89.
Septimius Severus - - - - 13. 14.
Sermaghe Joſeph. Baro - - - - 481.
Sermo Dux Sirmy - - - - - 150.
Servia & Servy. Horum ſedes & nova territorii ab Heraclio collatio - - - 37.
Servia Regnum ſub clientella Regum Hungariæ a - - - - - - - - 174.
Sethus Singidone Præfectus - - 33.
Sextus Pervincus Audarienſium cauſidicus - - - - - - - - - - - - 5.
Sexagenarum valor - - - - - 381.
Sibenicum - - - - 229. 232. 235.
Sibenicenſes año 1412. ſeſe Venetis non ſubjecerunt - - - - - - - - - 256.

Digitized by Google

Sibenicenſium Epiſcoporum memoria: Antonius 195. *Paulus* 225. *Martinus* - 229.
Sidovalich Joannes - - - - - 362.
Sigebertus filius Dragoberti - - - 43.
Sigillum Zvonimiri - - - - - - 114.
Sigillum Tuarco Tuarkovich - 258.
Sigillum Joannis Hunjad. - - - 273.
Sigillum Mathiæ Corvini - - - 282.
Sigillum Capituli Tinninienſis - 274.
Sigilla Comitatuum Sclavon. ſunt nova 302.
Sigiſmundus Rex Hung. & Imp. In Regem coronatur, & Dalmatiam Palatinis ſubjicit abrogato Indigenarum regimine 245. Pro Bosnia ſolicitus 246. Mortua Maria in eum conſpiratio 247. Cum Hegvide convenit, & reos caſtigat Criſii 246. A Sclavis & Tranſilvanis firmatur in Corona 249. Benedicto adhæret 251. Miſeriæ ejus a 253. Barbaram cur duxit in uxorem 253. Papæ reſiſtit ob creatum Archiep. Spalaten. 254. Venetos vocat rebelles & infideles 256. Res Religionis curat 258. Raguſæis dat Brazam & Curzulam 259. Integritati Inſtrumentorum providet 260. Nobiles Armaliſtas inſtituit 262. Monetas Regales inducit 261. Sclavoniæ affectus 263. Confinia tenuit 264. Inducias ſæpius indulget Venetis 266. 499. Oppida Scepuſſienſia oppignorat 374. Dalmatiam tenuit 209. 253. &c. Vide & lege ad ejus hiſtoriam donationem - a 381.
Sigiſmundus Epiſc. Quinque-Eccleſ. 307.
Sihelsburg vulgo Sumbergh 298. Cujus Regni pars? - - - - - - - - 448.
Silley Petrus dictus Selul. - - 420.
Simeon Rex Bulgariæ - - - - 79.
Sinerſperg Sigiſmundus Præp. Zagr. 430.
Sinislo de Wettav Com. Poſon. - 264.
Sirmium Romanorum ſub præſidio 4. Probi patria 18. Sepulchrum 19. Sedes Gepidum 27. Duces hujus obnoxii Regibus Hung. 123.
Sirmienſis moderni Epiſcopatus initia, ſeu veteris reſtitutio - - - - - - 204.
Sirmienſium Epiſcoporum memoria. Oliverius 204. *Georgius* 195. 204. *Ladislaus* 204. *Thomas* 242. *Nicolaus de Bathor* 295. *Joannes* Orſzag. 328. *Fr. Paulus de Tauris* 419. *Franciſcus Vernich* 402. *Gabriel* Patachich 403. *Ladislaus* Szhreny 401. *Joannes Bapt. Paxy* 401.
Sirmienſis Comitatus - - - - 408.
Sirocтius. Notar. metu excommun. primus Carolo Roberto ſcripſit *Rex Hung.* 229.
Siſcia Urbs Pann. - - - - - - 3.
Sixtus IV. Pontif. - - - - - - 294.
Skalich Mathias - - - - - - 358.
Skerlecz Nicolaus C. Z. - - - 481.
Slavizo Rex - - - - - - 108. 112.
Societas JEſu quando & qualiter venit Zagrab. 426. Varaſdinum 428. Qua ratione intra Status Regni recepti Rectores 428. Vide etiam 403.
Sophia uxor Joannis Henningh - 457.
Sol. Mgr Dapiferorum - - - - - 124.
Spalatenſes Regi Hungar. ſe ſubjiciunt 137. Confirmata obtinent ſua privilegia 158. 170. &c. Ob non juratam Belæ Duci Sclavoniæ fidelitatem caſtigati 207. Civitas diviſa in 4. Riones 237. Nutant erga Sigiſmundum 245. Deficiunt ad Reges Boſnenſes 246. Diviſi in extrinſecos & intrinſecos 250. Agnoſcunt Ladislaum Regem Neapolitan. 250. Habent plures Archiepiſc. 254.
Spalatenſis Eccleſia, ſubjectas ſibi acquirit a Rege Eccleſias Dalmatiæ & Croatiæ 137. Eppatu Croatenſi ſublato Parochiam Maroniæ 138. Item cæteras inter, Modruſſienſem 162. Salonæ etiam 157. &c.
Spalatenſium Archiepporum memoria hic occurrentes.
Martinus 145. *Laurentius* 110. 113. &c. *Guncellus* 123. 185. *Creſcentius* 137. *Gaudius* 156. *Petrus* 160. *Abſolon* Hung. 160. *Gerardus* 163. *B. Rainerius* 165. *Petrus* Chitilini 166. *Petrus* Hung. 166. *Bernardus* 169. *Andreas* 195. 240. *Ugrinus* 206. *Joannes* 206. *Rogerius* 206. *Joannes* Buzad 207. *Joannes* 222. 227. *Jacobus* 228. *Petrus* 229. *Balianus* 232. *Dominicus* 236. 259. *Hugolinus* 238. 240. 241. 242. *Andreas* Gvaldus 246. 250. 254. *Peregrinus* de Aragonia 250. *Dominus* a Sigiſmundo confirmat 254. *Jacobinus* Baduarius 267. *Bernardus* Zaanius 308.
Status Confiniorum Banalium 1745. Anni, 481.
Statuta propria condit Sclavon. ab olim 205. Item Comitatus & Civitates - 441.
S. Stephanus I. Rex Hung. a 100. 121.
Stephanus II. Rex Hung. a - - 155.
Stephanus III. Rex Hung. a - 162.
Stephanus IV. Rex Hung. - 162. 498.
Stephanus V. Dux Stiriæ 198. An Coronæ, Sceptris, juri in Stiriam, Carnioliam Carinth. renunciaverit? & quid conſecutus? 205. 222. Fuit coronatus 221. Multa innovavit, Dalmatiamque tenuit 222. Limites qui, intra Stiriam & Sclavoniam? 223.
Stephanus Dux, prætenſus Croatiæ Rex mortuo Zvonimiro, ab Hungaris non agnitus pro Legitimo Rege 101. 113. 116. 117.
Stephanus Rex Serviæ - - - - - 174.
Stephanus filius Uroſy Regis Serviæ, gener Regis Hungar. - - - - - - 205.

Digitized by Google

Stephanus Dabiſcia R. Boſn. - - 205.
Stephanus Tuarco Rex Boſn. - - 257.
Stephanus Thomas Rex Boſn. - 271.
Stephanus Thomaſſevich Rex Boſn. 279.
Ejus petita - - - - - - - - - 285.
Stephanus Dux Sclav. - 241. 444. 147.
Stephanus II. Epiſc. Zagr. - - - 206.
Stephanus pridem Palatin. - - 225
Stephanus Archidiac. Camarcenſis 276
Fr. Stephanus Bobonog - - - 458.
Stephanus Waldonis Comitis frater - 89.
Stilico Vandalus - - - - - - 26.
Stipkovich Ladisl. - - - - - 350.
Stiria in Ducatum elevata 197. Partem ut hodie eſt, Bela tenuit, & qualiter gubernavit? 198. Vide etiam a 223. &c. Item 291.
Stridon ætate S.Hieronymi Dalm.Pañoniæq; confinium. Aliud a transDravano 8. 21.
Striga - - - - - - - - - - 21.
Strigonium - - - - - - - 21. 230.
Strigonienſis Eccl. poſt Regem, caput Eccleſiarum S. Regni Coronæ - - 369.
Strigonienſium Epiſcoporum memoriæ.
Benedictus 219. *Boleslaus* 195. *Demetrius* 244. *Dionyſius* 266. *Georgius* Lippay 419. *Joannes* 183. 188. *Joannes* 195. *Joannes* 225. *Joannes* Kaniſay 249. *Joannes* 295. *Joannes* 379. *Job* 167. *Ladomerius* 421. *Lucas* 158. *Nehemias* 109. *Nicolaus* 242. *Nicolaus* Olahus 362. *Paulus* 370. *Philippus* 222. *Stephanus* 124. *Thomas* Cardinalis 307. 328. 461.
Subarich Gregorius - - - - - 430.
Subniſzki Joannes - - - - - 362.
Subſzki Paulus auctor Abbatiæ S. Hieronymi in Strido - - - - - - 425.
Svetislaus Bulgar. Imp. - - - 205.
Svidnicenſis Eppatus Initia, fata, reſurrectio & memoriæ Epiſcoporum a - 431.
Sylvanus Breucos vincit, & Pannones per tractatum componit 4. & 5.
Synadene cujus uxor? - - - - 122.
Szavaſzent Demeter Civitas olim Regalis - - - - - - - - - - 384.
Szekel *Jacobus* 298. *Joannes* 270. 280. *Thomas* 280. 285. *Nicolaus* 306. *Lucas* 359. 363.
Sztenevicenſis Inſcriptio - - - - 5.
Szent-Peter Caſtrum olim - - - 452.

T.

Tahi *Joannes* Prior Auranæ 353. *Franciſcus* 362.
Tarnock Petrus - - - - 288. 457.
Tarviſium - - - - - - - - 59.
Taſſilo Dux Bojoariorum - - - 36.
Tellonia ex uſu, in quo radicata - 304.
Templary ſtudent Bonificii Intentionibus 185. 229.
Tenturich Stephanus - - - - - 395.
Terbelles Bulgar. Princeps - - - 45.
Tergeſtum - - - - - - - 96.
Terſactum - - - - - 55. 351. 468.
Terſacski Nicolaus - - - - - 457.
Terſactenſis Conventus a - - - 467.
Thabor Caſtrum - - - - - - 451.
Thallovich Petrus favet Venetis - 267.
Theobaldus Legat. ad Dalm. - - 165.
Theobaldus Præpos. - - - - 141.
Theodemir Gothorum Rex - - - 28.
Theodericus Gothor. Rex - - 27. 28.
Theodorus Princeps Pannon. - - 56.
Theodorus Cupara Monachus - - 71.
Theodorus Scriba Regis Zvonimiri 114.
Theodorus Abbas S. Stephani - - 116.
Theodoſius Dux Mœſiæ ad Sirmium Imp. effectus - - - - - - - - - 25.
Theodoſius II. Imp. - - - - - 27.
Theodoſius Epiſc. ubi? - - - 87.
Theophilactus Epiſc. Bulgar. - - 75.
Thöreck Valentinus - - - - 371.
Thezlabus - - - - - - - - 95.
Thobias Bozkowicz de Cſernagora 298.
Thomas Vaivoda Tranſilv. - - 195.
Thomas Maurocenus - - - - - 233.
Thomas a S. Georgio - - - - 244.
Thomas Montor - - - - - - 360.
Thomas Niger - - - - 314. 315.
Thomas de Lascano - - - - 372.
Thomas Archidiac. Spalat. - 207. 208.
Thomas Raſ. Serv. Boſ. Rex - - 270.
Fr. Thomas Collector General. Roman. Cam. per Dalmat. - - - - - 241.
Thomaſſevich Regis Boſniæ edictum 279.
Thomaſſevich Marcus, & Petrus - 363.
Thomizoba Biſſenus - - - - - 90.
Thopuſzka Caſtrum 352. Qualiter eo Raſciani inducti - - - - - - - 502.
Thuri *Nicolaus* 372. *Georgius* - 456.
Thurn Carolus Maximil. - - - 474.
Thuroczi *Benedictus* 275. 301. *Bernardus* 301. *Joannes* - - - - - - 347.
Thurzoll miles Cumanus - - 92. 93.
Typographia Zagrab. - - - - 456.
Tiberius, Ductor exercitus contra Germanos - - - - - - - - - - - 3.
Tiberius Imp. mittit legationem ad Abarum Ducem - - - - - - - - 89.
Timavus fluvius ubi? - - - - 59.
Tinninienſium Eppatorum memoriæ.
Anaſtaſius 141. *Andreas* Tuſzkanich a 338. *Blaſius* 242. *Dede* 162. *Flasco* 165. *Georgius* 170. *Joannes* de Ujlak 362. *Ladislaus*

laus 249. *Mathias* Zaberdinus 363. *Mihcus* 123. *Nicolaus* 295. *Paulus* 195.
Tirpimirus Dux Croatar. Dalm. 62. 63.
Tocſun filius Zultæ Rex Hung. 89. 90.
Tomco Mernavich de Zvonik - - 272.
Tomcus per Lucium refutatus - 109.
Tragurium 137. 184. 234. 239. 246. 251. &c.

Traguerienſium Epporum memoriæ.
Criſogonus 195. *Joannes* 117. *Joannes* 141. *Michael* 166. 170.

Trajanus victor Decebali & Imperii dilatator. - - - - - - - - - 10.
Transcolapianus proceſſus - - 483.
Treugæ cum Venetis pro Dalmatia cur & per quem factæ? - - - - - 499.
Tributa in Sclav. ordinar. - - - 205.
Tributa extraordinaria - - - - 204.
Triceſimæ ex quo fine penduntur 194. In Superiore Sclav. ubi? 450. In Inferiore 485. In partibus Croatiæ - - 485.
Tuarcus Boſ. Rex - - - 243. 246.
Tuarcus Scurus 249. Evocat Turcas & iis tributa ſpondet - - - - 253. 257.
Tuhutum - - - - - - - - 93.
Turcarum graſſationes 382. 383. 257. 272. 279. 281. 284. 293. 375. 314. 315. 331. 337. 341. 343. 345. 349. 355. 363. &c.
Turcæ quo medio uti ſolent - - 329.
Turda Epiſcopus - - - - - - 94.

U

Udbina - - - - - - - - - 339.
Ugrinus Spalat. Archiep. & Comes 206.
Ugrinus Mgr Agazon. Com. Sirm. 204.
Ujuar Caſtrum - - - - 362. 395.
Ulamanes Turca - - - - - - 411.
Ulimje - - - - - - - - - 425.
Ulricus Dux Carinthiæ - - 98. 196.
Ulricus Goritiæ - - - - - - 276.
Ulricus Comes Cilliæ 268. 274. 275. 276.
Ungnad *Joannes* Senior Item *Junior* 353. *Chriſtophorus* - - - - - 457.
Unio cum Eccleſia Romana in leges relata - - - - - - - - - - - 365.
Univerſitas Regni Sclavoniæ a - 303.
Urbanus IV. - - - - - - - 421.
Urbanus V. - - - - - - 423.
Urbanus VI. - - - - - - - 240.
Urcum Biſſenus factus Cathol. - 90.
Uroſius Rex Serviæ. - - - - 205.
Uroſius Rex Raſciæ - - - - 246.
Urſi Petrus - - - - - - - 79.
Urſula Kaniſai, Thomæ Nadasd Bani, dein Palatini uxor - - - - - 363.
Urſus de Urſinis Legat. Pontif. - 312.
Uscochi qui? - - - - - - - 327.
Utilitas quæ ex Inſcriptionibus, aut numis Veterum - - - - - - - 494.
Uturguri a Juſtiniano evocati - - 29.

V

Vacienſium Epiſcoporum memoriæ.
Blaſius de Varadino Petro 362. *Boleslaus* 170. 183. 188. *Franciſcus* Szengyorgy 416. *Michael* 242. *Nicolaus* Bathor 328. *Petrus* 195. *Philippus* 222. *Stephanus* factus Primas 124. *Vincentius* 295.

Vajay Ladislaus Baro - - - - - 408.
Valch Vaivoda Valachorum - - 247.
Valens Imp. - - - - - - 25. 493.
Valentinianus I. a - - - - - 24. 493.
Valentinianus II. - - - - - - - 25.
Valeria unde dicta - - - - - - 22.
Valerius Mœſſalinus Dalm. & Pannon. Præf. - - - - - - - - - - - - 3.
Vandali 47. diſtincti a Sclavis - - 36.
Vannius Rex, in Pannon. locatus - 6.
Varadinum - - - - - - - - 247.

Varadienſium Epporum memoriæ.
Alexander 188. *Benedictus* 124. *Demetrius* 242. *Dominicus* 303. *Franciſcus* Forgacs 362. *Georgius* 328. *Joannes* 195. *Joannes* 285. *Joannes* Palfalvay 419. *Ivancha* 195. *Ladomerius* 222. *Simon* 183. 188.

Varaſdinum Civitas - - - 188. 450.
Varaſdinenſis Comitatus ſingularitas 442.
Varaſdinenſis Comitatus relatio - 450.
Varaſdinenſis Generalatus - - 443.
Varianus - - - - - - - - - 16.
Veglia Inſula a - - - 209. 216. 294.
Veglienſium Epp. memor. *Dominicus* 141. *Thomas* 230.
Venceslaus Rex Hung. - - - 229.
Veneri calvæ cur templum dicatum 14.
Veneti Carolo I. ſe ſubdunt, & dein primi recedunt a Francorum Regno 56. A Pipinno Rege Italiæ ſubjugantur, tributaque ſolvunt Italiæ Regibus 57. In Dalmatia nil habuerunt Sæculo XII. Quæ iis ab Alexio Imp. ſunt præſtita 119. Territoria ſua, & portus tres ex Impp. Occid. privilegiis habent 144. Privilegia hæc, a quibus Impp. elargita ſunt vel confirmata 323. Ducis titulos uſurparunt, & ſi ipſi ſubjecti non ſunt Imperio, nec Dalmatiam iis eſſe ſubjectam 145.
Veneti cur pro Dalmatia ſoliciti 155. Jadram ruinant 170. Sed non retinent 171. Inventant diviſionem Dalmatiæ 172. Societatem Dalmatinorum affectant a 210. Ineuntque 233. Recognoſcunt Jura Regum Hung. in Dalmatiam 233. Juramento his ſe abdicant, ſi quæ habere poſſent 237. Treugas a Sigiſmundo exorant 499.

Eorum

Digitized by Google

Eorum officia in Mathiam, & cur 292. Vladiſlao II. ſpondent ſubſidia, resque eorum debiles a 308. Cum Turca pacem ineunt 331. Qualiter uſu maris Adriatici potiti ? & quæ pacta cum Rabatta fecerunt a 332.
Veneti qua occaſione & quomodo Inſulas quasdam Dalmatiæ occupârint 259. Eorum prætenſum jus in Dalmatiam, in quo radicatur 260.
Verböczius Stephanus - - 313. 328.
Verocenſis ſeu Veroviticenſis Comitatus - - - - - - - - - - - - 406.
Veſpaſianus Imp. - - - 9. - 491.
Veſprimienſe Capitulum - - - 370.
Veſprimienſium Epporum memoriæ.
Albertus 295. *Andreas* de Köttves 362. *Calenda* 183. *Joannes* 242. *Henricus* 195. *Martinus* 195. *Modeſtus* 103. *Paulus* 158. *Paulus* 222. 421. *Petrus* Beriſzlo 307. 314. *Robertus* 188. *Stephanus* 231. *Stephanus* Sennyei 419.
Veſſelleni Francis Palat. Hung. - 419.
Vetranio - - - - - - - - - - 24.
Vezelinus - - - - - - - - - 115.
Vice-Banalis Sedes quid olim ? - 441.
Victor Barbarus - - - - - - 334.
Vilharius & Beatus Duces Venet. - 56.
Vilhelmus Comes Zagr. - - - 289.
Viminacium - - - - - - 13. 490.
Vincurius Comes Beligradæ - - 132.
Virmondt Comes - - - - - - 380.
Vitalis Faledro Dux Venet. - - 152.
Vitalis Michael Dux Venet. - - 160.
Vitellius Antonius Epiſc. Temnenſis 420.
Vitus Doſſen - - - - - - - - 402.
Fr. Vivianus General. Crucifer Nuncius & Collector penſionum - - - 241.
Vladislaus I. Polonus, qualiter electus in Regem Hung. an ? & qua corona coronatus a - - - - - - - - - - - 265.
Vladislaus II. Rex Hung. a 297. Regalis auctoritas oppreſſa a 297. Habet adverſarios 298. Palatinatus elevatus ad ſumma 299. Qualiter Sclavon. gubernavit a 300. Confirmat Sclav. Inſignia 301. Ordinationes ejus a 304. &c. In Eccleſiaſtica diſciplina conſtituta 304. 311. 312. Qualiter Ludovicus filius coronatus 306. Res Croatiæ ſub eodem a 307. quæ tenuit in Dalmatia, & cur occaſionem recuperandæ ejus neglexit a 308. Ejus mors & deſcriptio - - - - - - - - - - - 313.
Vladislaus Rex Bohemiæ - - - 163.
Vlahi - - - - - 343. 350. &c.
Voikſſi Nicolaus - - - - - 301. 305
Volauje - - - - - - - - - - 460.
Voltrex Buto &c. - - - - - - 17.
Vratislaus Comes - - - - - - 169.
Vuk Raſciæ Deſpotus. Titulo Rex Boſniæ - - - - - - - - - - - - - 264.
Vukoslavich Joannes - - 342. 356.
Vukſa Vaivoda - - - - - - - 259.
Vulcanus ſive Vukſanus Boſnenſis 174.
Walamirus Gothor. Rex - - - 28.
Warnefridus Dux Forojul. - - - 44.
Wectari Dux Forojuly - - - - 44.
Wolphardus Kapuſtanar Caſtellanus Caſtri Kuwar - - - - - - - - 445.
Wonomirus Dux Sclav. - - 51. 54.
Wotſperg Caſtrum 198. & *in monitis initio.*

Z

Zaberga Dux Cuturgorum, a quo fors Zagreb - - - - - - - - - - - 30.
Zagrab Caſtrum vetus - - - - 88.
Zagrabia Civitas Regia 124. Caſtrum in ea erectum 125. Ejus relatio 455. Locus Sclavorum Cilliæ Comitibus adhærentium 271. Friderico Imp. paruit, Capitulo gravis 285. Adhæret Ferdinando I. contra Zapoljam 358.
Zagrabienſis Epiſcopatus fundatus a S. Ladislao I. 127. 147. 199. &c. Jurisdictio ſpiritualis, & modernæ Parochiæ 403. 409. 461. Jurisdictio temporalis, & Officiales hujus 416.
Zagrabienſium Epporum memoriæ.
S. Auguſtinus Gazottus 230. 424. *Alexander* Mikulich 501. *Benedictus* Vinkovich 171. 415. 420. 453. *Caſpar* Ztankovacsky 412. 417. *Demetrius I.* 270. *Demetrius II.* Cſupor 285. *Dominicus* 167. *Eberhardus* 209. 251. 253. *Franciſcus* Ergelius 354. 413. *Franciſcus Xav.* Lib. B. Kloبuſiczky 421. 432. *Franciſcus* Thauſzy 402. *Georgius* Braniugh 430. 432. 471. *Gothardus* 183. 188. *Jacobus* 413. *Joannes* 195. *Joannes Gara* 249. *Joannes* IV. 276. *Joannes* VI. Monoſzlay 412. *Ladislaus* 237. *Lucas* 306. *Mathias* Brumanus 362. *Martinus* Borkovich 426. 429. *Michael* 229. *Nicolaus* 147. 241. 413. *Oſvaldus* 103. 287. 290. 295. 300. *Paulus* 244. *Petrus* Domitrovich 414. 431. *Petrus* Petretich 419. 420. 429. 430. *Philippus* 160. *Prodanus* 127. *Simon* Erdœdy a 354. 362. *Simon* Bratulich 412. 426. *Singidunus* 136. 495. *Stephanus II.* 241. 242. *Timothæus* 199. 222. *Verblen* 158. *Zelniczey* Nicolaus 106.
Zagrabienſis Baſilicæ relatio 413. Chorus ejus 415.
Zagrabienſe Capitulum 410. Quid in eo ſummæ piæ ? 410. Sigillum ejus authenticum

ticum mutatum ſub Carolo I. in *additionibus inter errata.* Item ſub Sigismundo 260.
Zagrabienſis Eccl. Seminaria Clericorum 410. Domus Sacerdotum deficientium 411. Ejus Privilegia 147. 199. 303. 315. 386.
Zagrabienſis Comitatus, hujusque Proceſſuum relatio 454. 483.
Zagoria diverſa - - - - - - - 289.
Zakmardi Joannes - - 32. 425. 441.
Zapolya *Emericus* 287. *Stephanus* 304. *Joannes* 329. 347. 353. Huic ſtudentes improvidi - - - - - - - - - - - 328.
Zaverſya Marcus - - - - - - 262.
Zaich Caſpar. - - - - - - - 355.
Zeanus - - - - - - - - - - 101.
Zemthei *Georgius* 305. *Michaël* 362.
Zilagi Michael Gubern. Hung. 273. 280.
Zimich Georgius - - - - - - 343.
Zinzendorff Comes *Adolphus* perpetuus Comes Lichæ & Corbaviæ 473. *Ludovicus* - - - - - - - - - - - 474.
Zmolik Joannes Capitan. Caſtri Sztupnik & Comes Campi Turopolja - - 275.
Zobotky Caſtrum - - - - - - 362.
Zobulſu Caſtrum - - - - - 89. 93.
Zodan Princeps Pann. Baptismo Abraham - - - - - - - - - - - - - 56.
Zolthay Andreas & Nicol. - - - 362.
Zomzedwar Caſtrum - - - - 340. &c.
Zrinius *Adamus* 396. *Georgius* 307. *Nicolaus* 362. Dravum derivat per terras aliorum 365. *Nicolaus* 419. *Petrus* 425.
Zubur Dux Nitrienſis ſuperatus ab Hungaris - - - - - - - - - - 86. 93.
Zulta Rex Hungar. a 89. Firmat Rempublicam, & limites Regni Hungariæ ponit - - - - - - - - - - - 90. 92. 93.
Zumbor - - - - - - - - - 93.
Zventibaldus - - - - - 78. 84. 86.
Zvonimirus Demetrius Rex Sclavoniæ, Croat. Dalmat. a 105. ad 117. ubi quævis notitiæ, quæ mihi obvenerunt, referuntur.

Auctarii Supplementum.

Poſt auctarii typos, ex Schytarjevo 50. numismata reddita mihi ſunt: Quæ legi poſſunt, nec ſunt anterioribus communicata, ſunt. I. Faciei combinatione cum altero 492. relato, (quamvis in hoc erugo ſuſtulerit epigraphe) *Criſpinæ* eſt, in quo parte averſa *PROVINCIA* legitur, cætera conſumpta.

II. Exhibet nitidè *Gallienus Aug*; verum pars averſa rarioris characteris ad normam latinarum litterarum habet epigraphe; combinatione litteri partis averſæ, legendum cenſeo: *Ab uno antea Aug.*

Eſt numus Probi, ubi, adverſa parte: *Imp. Probus Aug.* averſa vero, equitans Imp. tum orbicularis Epigraphe: *Adventus Probi Aug.*

III. In duobus *Conſtantini* numis, parte adverſa: *Conſtantinus Aug.* Averſa: *Dn. Conſtantini Max. Aug. Vot. XX.* ut hinc firmentur, quæ ex *Pomp. Loeto*, & relatis a pag 22. *Inſcriptionibus* ſcripta ſunt, cognomen nempe *Maximi* Conſtantinum uſurpaviſſe.

Noveris Lector. Eorum, quæ in additamento ſunt a pag. 503. in hoc Indice, non eſſe mentionem; quod dehinc addita fuerint. Vale.

Digitized by Google

Poſt Præfationem ad Lectores benevolos, errorum quorundam facta eſt mentio. Placuit, lectione velociori occurrentium, Auctarium addere. Vox *infr. hiſt. Eccl. Zagrabienſis*, ubi invenitur, relinquenda eſt ſemper, legendumque pro infra, *In Hiſt. Eccl. Zagr.* Cauſam erroris Præfatio indicat. Inſuper.

Pagina.	*Linea.*	*Error.*	*Legendum.*
22	19	Ad Effechi numnDravo	Ad Ratſcham Drino.
30	25	Muricio	Mauritio
33	36	unim	enim
34	7	Maurcii	Mauricii
54	penultima	Parentheſis ut eronea omittenda	
72	50	ſines	fines
77	25	Striæ	Stiriæ
79	19	inter	iter
102	45	hic ad Savum ſavus ad	uterqûe ad
103	54	nre	rite
120	9	Eacleſiæ	Eccleſiæ
133	23	ſuſcepta	ſuſpecta
134	26	pactorom	pactorum
138	penultima	Farlato	Archidiacono
139	15	1153	1183
153	33	deturbatis	de turbatis
158	34	Trinciatis	Trinitatis
181	26	pareat	parcat
186	23	Romæ	Roma
Eadem	49	1299	1199
188	44	ſtalilitatis	ſtabilitatis
200	38	24	124
204	42	ttl. 6.	ttl. 9.
227	10	Cumamas	Cumanas
229	10	Panlum	Paulum
Eadem	26	ab	ob
243	8	2382	1382
266	37	reluſiſſent	reluiſſent
303	2	nnmine	nomine
319	55	datosque	datisque
323	46	ſi	ſit
325	20	144	114
414	2	ſtatus	ſtalus
Eadem	32	aque	atque
433	8	poſt opinione adde	1759. 24. Februarii mortuus
450	45	1750	1758
453	45	juveno	juvene
457	24	Vratislao adde:	*ſub Ladislao IV. Ivano Comiti. Fors ſub Ludovicô I. Caſtrēſis effecta; eſt enim in litteris anni 1351. Petrus Comes Zagr. & Caſtellanus Samobor,* devenit &c
489	42	nequn	neque
490	19	ipſe	ipſa
Eadem	33	ſuporiore	ſuperiore
	Penulti.	æqne	æque
491	23 & 24	Dianich	Darovich
503	39	Aſſenſnm	Aſſenſum
507	29	ſertam	ſertum
509	28	eſthic	iſthic
510	ultima.	ordinationes	ordinatione

Reſidui errores, ut facile lectione occurrent; ita ex eadem, corrigi poterunt a bonis probisque.

Digitized by Google

Österreichische Nationalbibliothek
+Z170772304
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google